ACTA
SANCTORUM
MAII
TOMUS QUINTUS.

IMPRESSION ANASTALTIQUE
CULTURE ET CIVILISATION
115, AVENUE GABRIEL LEBON
BRUXELLES
1968



ACTA SANCTORVM MAII

collecta digesta illustrata
AGODEFRIDO HENSCHENIO
ET DANIELE PAPEBROCHIO
e Societate Iesu

TOMVS V

quo continentur dies XX, XXI, XXII, XXIII, XXIV.
operam et studium conferentibus
FRANCISCO BAERTIO
ET CONRADO IANNINGO
eiusdem Societatis.

ANTVERPIÆ APVD MICHAELEM CNOBARVM ANNO MDCLXXXV

ILLUSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO DOMINO

D. LUDOVICO
DE SOUSA
ARCHIEPISCOPO
ULYSSIPPONENSI
REGIO ARCHICAPELLANO &c.

LAudabile iſtud Tuum, Illuſtriſsime & Reverendiſsime Domine, librorum veterum ac recentium, manuſcriptorum & typis cuſorum, undequaque colligendorum ſtudium, quo Bibliothecam Ulyſsippone inſtruis, nulli celebrium plerarumque ceſſuram, ſuperaturam plurimas, animos mihi facit, ut audeam Nominis Tui claritati inſcribere hunc Tomum, de quorumdam Sanctorum Maji Actis, pluribus ejuſdem argumenti ac ſtyli aliis adjungendum. Indiget ſane is, ſiquis meorum operum alius, Patrono inſigniter erudito, prudenti, & juſto, cui committat tractandam à ſe cauſam Conſtantini Chriſtianiſsimi Imperatoris, non ſolum re ac nomine Magni, ſed etiam vetuſta utriuſque Eccleſię Orientalis & Occidentalis opinione Sancti; ab ea tamen calumnia vindicandi, qua dicitur & tenetur à multis, in Arianiſmum deflexiſſe ſub vitæ exitum, & hæretico ritu baptizatus, vel (quod turpius) re-

baptizatus fuiſſe. Suſcipit etiam idem hic Tomus Luciferi Calaritani memoriam, ab iniquo illo præjudicio liberandam, quo paſsim creditur, ad extremum vitæ tenuiſſe, adverſus Epiſcopos Arianorum Communione aliquando pollutos, ſeveritatem nimiam, unde Luciferiano Schiſmati poſtea occaſio data & nomen, atque Catholicæ Communionis exors eſſe defunctus: quem tamen, propter egregiæ Confeſſionis merita, Sardinia omnis ut Sanctum ſemper eſt venerata, & hodiedum ipſum colit, aris templiſque ſub ejus invocatione erectis; confirmata etiam in eâdem religione, invento nuper corpore, multiſque miraculis divinitus illuſtrato. Aſt duobus iſtis fortaſſe potuiſſet etiam alibi reperiri judex ac vindex: in ea autem, quæ de S. Mantio, Eborenſi Tutelari, movenda mihi eſt controverſia; inveniendus ipſa in Luſitania eſt, qui cognoſcat, quam ineptis inſulſiſque figmentis Paſsionem ejus involverit fabulatorum quorumdam temeritas; qui nullam illius antiquam certamque hiſtoriam ſupereſſe rati, licere ſibi crediderunt comminiſci aliquam; & auſi ſunt Apoſtolorum ætati Chriſtique Diſcipulatui inferre eumdem; atque ipſum non tam ornare quam deformare, injectis temere Epiſcopalibus ſuæ civitatis Infulis; imo nec his contenti alii, etiam Catalaunenſes in Gallia addiderunt, cum cognomento Memmii, ex Romana Nobilitate ſumpto. Ille autem ex veris ſuis Actis, etiam Venerabili Bedæ ac Floro Lugdunenſi viſis, deinceps intelligetur in Judęorum ſervitutem, ſeculo forſitan quinto aut ſexto, venditus & adductus ad Luſitanos, toleratasque inter vincula & laborioſam agriculturam ærumnas inſigni martyrio coronaſſe.

Non

Non equidem ignoravi, quantam eruderanda hac veritate conflaturus mihi invidiam eſſem apud eos, quibus præoccupata mens perſuaſerit, Religionis obligatione ingenti ſe adſtringi, ad vulgo jam receptam opinionem tuendam, ex auctoritate Breviarii Eborenſis, an MDXLIII excuſi; atq; ex inędificatis ei, cum inſigni fabuloſitatis auctario, pſeudonymorum Dexteri ac Juliani commentis. Sed hi poſtremi, quam nullo apud Te loco ſint, millies de impoſtura convicti ſatis oſtendis, ingenti affectu libros complectens noſtros, nullo non die iſtorum confutationem profeſſos. Confido autem, quod ante Eruditionis Religioſitatiſque Tuæ æquiſsimum Tribunal, nec Breviario quidem, utcumque antiquiori, paſſurus ſis id credi diutius, quod citra omnem veriſimilitudinem cognoveris à duobus circiter ſeculis primum fuiſſe excogitatum. Vides interim, quæ & quanta mihi ſit cauſa grandis efficaciſque Patrocinii requirendi. Ut porro etiam intelligant alii, non ſolum præſentes, ſed & futuri, quanta ſit in Illuſtriſsima Gratia Tua ad patrocinandum facultas, da veniam, ſi multas & magnas prærogativas Tuas, toti notiſsimas Luſitaniæ, apud exteros quoque prædicem; deque nobilitate Generis, Doctrinæ præſtantia, Virtutis claritate, Titulorum amplitudine, quibus polles, paucis multa perſtringam, quando pro merito explicare omnia grandis voluminis opus foret.

SOUSARUM, tota Luſitania clariſsimorum pariter ac vetuſtiſsimorum, originem, inter Gothicæ Nobilitatis reliquias, ſcrutati aliqui, diligentia ſua pervenerunt ad D. Suarium Belfagerium, tum aliorum oppidorum, tum etiam ejus quod Souſa dicitur

fundatorem, ſeculo Chriſti octavo: & ab hoc ſextum nominant D. Eganem; qui Souſæ natus, hereditarium inde nomen tranſmiſerit ad poſteros, partitos in varias ac generoſas ſtirpes; quarum præſtantior una, finienda in D. Conſtantia Mendezij de Souſa, felicius reſurrexit per hujus filiam, D. Mariam Pelagii Ribera, nuptam Alfonſo Dionyſio, Magno Ordinis Chriſti Magiſtro. Siquidem hinc factum eſt, ut pater ejus Alphonſus, Rex Luſitaniæ atque Algarbiorum ſui nominis Tertius, in ſerie glorioſiſſimorum Avorum Tuorum undecimus numeretur; & per eum porro, ad ceteros antegreſſos Reges, poſſis in linea paterna aſcendere. Ab iſtis autem deducta Familia Tua, & præſtantioribus quibuſque in Luſitania Caſtellaq; Domibus, Menciorum, Tellorum, Noroniarum, Caſtrorum, Mellorum, Villenarum, Mendozarum, Silvarum, Silveriarum, aliorumque Primatum innubens innuptaque, per integra quatuor ſecula Viros ſemper dedit, auctoritate ac dignitate primarios. Et Magno quidem Ordinis Chriſti Magiſterio ſpectabiles numerat, præter Alphonſum Dionyſium prænominatum, filium ejus Didacum Alphonſum, Pronepotem quoque Lupum Diaz de Souza. Ex hoc vero proceſſerunt Magni Regiæ Domus Oeconomi, Didacus Lopez de Souſa, ſub Rege Eduardo; Alvarus de Souſa, ejuſq; filius Didacus Lopez de Souſa, ſub Alphonſo V. Ultimi autem Pronepos, Avus Tuus, Henricus de Souſa, Mirandenſis Comes, Cuſtoſque & Dominus inſignis Oppidi de Arronches, numquid non ad titulos Regii Senatoris perpetui, quod etiam in Concilio Status pro Luſitania fuit in Aula Madritenſi, adjun-

adjunctam habuit Portuenſis Urbis Præfecturam, & quaſi hereditariam tranſmiſit ad filium Didacum Lopez de Souſa, hujus nominis Tertium, Patrem Tuum, una cum Dominiis ſuis ac titulis aliis, inſuper addita univerſæ Regiæ Gazæ cura? Hic vero ex lectiſsima Matronarum Eleonora de Mendoza, Comitum Pennaguianorum & Matinenſium, ſummorum Regii Cubiculi Præfectorum filia, Illuſtriſſimam Tuam Gratiam genuit anno MDCXXX, XV Kal. Novembris, ordine quidem ultimum inter fratres, ſed futurum honoris Eccleſiaſtici prærogativa primum. Ab his pene infans delatus ad Curiam Madritenſem, interque Regios Ephœbos es educatus: ſed prius quam intra proximum à Tua nativitate decennium Regni ſtatus mutaretur, relatus in Luſitaniam, novis in ea Regibus, ob egregiam indolem & ætate majorem prudentiam, mire placuiſti; carus præſertim Principi Theodoſio, cujus deinde defuncti Tumulum egregiis condecoraſti elogiis, edito qui eſt in manibus libro; juſta eidem etiam ſolitus quotannis, in Regio Bethleemitico templo, quam magnificentiſsime inſtaurare. Nempe in noſtro Ulyſsipponenſi Collegio humaniori litteraturæ operam dederas, inſigni cum profectu. Privata deinde diligentia, cum ſcientias alias non paucas, tum Juris Pontificii non exiguam conſecutus peritiam, Lauream ejus Doctoralem ſuſceperas Romæ; ſimulque, Portuenſem Decanatum, ab Epiſcopali primam iſtius Eccleſiæ Dignitatem. Hanc deinde, poſt Italiam, Galliam, Belgicamque luſtratas, magna ubique rerum notitia auctus, ſic rexiſti, qua mortui Epiſcopi Portuenſis Vicarius,

qua

qua abſentis in Hollandica & Britannica Legatione Fratris Gubernatoris D.Henrici de Souſa Locumtenens, ut ſummam apud univerſos laudem ex ſpirituali ac temporali adminiſtratione retuleris. A Sereniſsimo Rege Petro lectus deinde es Archicapellanus, atque adeo præpoſitus Regiæ familiæ univerſæ, eoque ſpectantibus Canonicis, nec non Beneficiis eccleſiaſticis omnibus ad Jus Regii Patronatus ſpectantibus, cum Ordine & titulo Hipponenſis Epiſcopi: quibus paulo poſt, ad votum Regis, atque ad Pontificis nutum, Archiepiſcopatus Ulyſsipponenſis acceſsit, aucto, non mutato onere prius impoſito; quin etiam triplicato, quando declaratus fuiſti Regiæ Majeſtatis à Conſiliis Status: adeo nihil eſt quod Sapientiſsimus Princeps, ſupra merita ſupraque vires Tuas eſſe exiſtimet. Tu vero tot tantiſque à Rege & Eccleſia communitus tuendæ dignitatis præſidiis, tranſtuliſti in fratris Neptem & heredem unicam, Marianam, Marchioniſſam Arronchenſem & Comitiſſam Mirandenſem, Excellentiſsimo Hannoniæ Seneſchallo, Carolo Joſepho Ligniacenſis Principis filio, feliciter conjungendam, quidquid titulo patrimonii obtinebas; ne quam partem ampliſsimæ fortunæ Tuæ poſthac deberes carni aut ſanguini: ſatis utique ex Chriſti patrimonio dives. Sed & hoc intelligi volens, non tam Tibi ipſi, quam pauperibus reſervaſſe; haud recuſaſti quo minus ante hos duos annos eligereris in Proviſorem celeberrimæ illius Confraternitatis, cui à Miſericordia egenis, pupillis, captivis, atque ægris impendenda eſt nomen; ingentem pecuniç ſummam eo uno anno iſtum infinem conferens; exinde vero

ad

ad opera ejuſmodi caritatis, velut ex obligatione ſpontanea, ſemper largiſsimus. Quid nunc commemorem, qua ingenii dexteritate, qua prudentiæ ſolertia, qua judicii maturitate, qua cura æquitatis & pacis publicæ Eccleſiam Tibi concreditam gubernes? Ubique ſingularis in Deum pietas, in ſubditos comitas, in miſeros effulget dilectio Tua. Quantum etiam avertendis publicis ſcandalis & vitiorum ſeminariis extirpandis intendas, vel inviti teſtabuntur comœdi, quos omnes feciſti ab Urbe proſcribi, ſucceſſu vix alteri quam Tibi ſperando. Ne porro delicias ſibi ſuas ſubtractas populus quereretur, utiliores alias eidem providiſti, curando ut expoſitâ in ſingulis ſucceſsive templis vaſtiſsimæ iſtius Metropolis ſacroſanctâ Euchariſtiâ, continens habeatur horarum quadraginta Oratio, ad inſtar illius quam Romæ Clemens VIII inſtituit; utque à S. D. N. Innocentio Papa XI impetrata plenaria Indulgentia præſto ſit ea templa viſentibus: ad quam requirendam Tuo ipſius exemplo præiens, non deſinis invitare univerſos, loca longe etiam inter ſe diſsita ipſe viſitans, in iiſque prolixas moras orando trahens. Nunc vero quid attinet meminiſſe, quomodo Succeſſorum proſpiciens commodis, Archiepiſcopale Palatium inſigni porticu exornaveris; Sacellum, paramentis; conclavia picturis ac periſtromatis inſtruxeris, vaſis aureis & argenteis locupletaveris? Potius ad Tuam Bibliothecam regredior, ut, unde cœpta eſt, ibi finiatur oratio. In hac conquiſitorum undique Codicum numerus ultra viginti quinque millia jam excrevit; & indies magis excreſcere non definit. Una

veſtis omnibus, ex aluta rubra micans, & dorſum auro rutilans; armaria, Braſilico ligno in æternam durabilitatem fulgentia; optimus ordo univerſis. Solus jam ſupereſt comparandus locus, ubi communi uſui exponantur, ea ratione ac norma, qua ſuam Ambroſianam Bibliothecam Mediolani publicam fecit Cardinalis Fredericus Borromæus, Sancti Caroli nepos digniſsimus. Hinc ſi miniſteriorum regulæ, præſentiarum horæ, leges ab utentibus ſervandæ petantur, additis mutatiſque nonnullis, pro loci temporiſque diverſa conditione; neſcio an orbis Chriſtianus aliquid ſimile habiturus ſit, itáque accommodatum utilitati publicæ. Quod ſi placeat fornices parieteſque pictura inducere, quemadmodum in extructa à ſe Vaticana fecit Sixtus V; ne quæſo aliunde petenda cenſeas illius argumenta; cum domeſtica Souſarum decora, Tuaque ipſius Vita, omnis cum laude virtuteque traducta, abunde ſufficiat quantęcumque hiſtoriæ adimplendæ. Interim affectum meum exili hoc munuſculo teſtatum ſuſcipe, Tuoque benigno favore effice, ut quæ ſucceſſuris poſthac menſium aliorum Actis reſervantur loca, impleantur citius, communicando quæ facere illuc poſſunt & ad Te confluxerunt Græca Latinaque monumenta; dum una cum Adjutoribus operis diuturnam felicemque vitam apprecor,

ILLUSTRISS. AC REVERENDISS. GRATIÆ TUÆ,

Ejuſdem minimus Cliens & Famulus

Daniel Papebrochius S. I.

ACTA SANCTORUM
MAII
TOMUS QUINTUS.

CVm primum Lectori promittere cœpi Romanorum Pontificum accuratiorem Chronologiam, ex variis, quæ Annalium Ecclesiasticorum Conditorem eruditissimum Baronium latuerunt, principiis monumentisque illustratam; propositum mihi erat, placebatque Henschenio, differre ipsam usque ad Iunium, ac tribus ejus futuris Tomis tripartitam præfigere. Sed ubi apparuit ad volumina minimum sex Majum excrescere, adeoque non cito proditurum Iunium; noluerunt amici, qui pridem illam à me postulabant, longiorem ferre moram. His ut facerem satis, nec tamen tanta accessione, quantam fore prospiciebam, enormiter nimis augeretur Tomus Quartus, primum quidem præliminarem istum Tractatum bifariam divisi; deinde animadvertens fieri non posse, ut quod supererat materiæ in Actis, tribus Tomis commode absolveretur; placuit pro tribus condere quatuor, ut fierent universim Tomi septem, hujus, & Sanctorum numero, & Actorum mole, copiosissimi mensis. Diem ergo XX *à Tomi Quarti fine, cui fuerat alias reservata, transfero ad initium Quinti; longe prius quam hoc consilium sumeretur imprimi cœpti, à die* XXI *Maji; eique præpono jam dictam* XX. *Nequa autem hinc nascatur perplexitas Indicibus, placet continuare paginarum numerum, in Præliminaribus cœptum, addito Asterisco *, ut appareat, quoties ille ponitur, huc esse recurrendum. Reliqui duo Tomi cum toti habeantur parati prælo, nihil eorum editionem morabitur, si, quæ promittitur, detur requies Belgio.*

DIES VIGESIMA MAII.

SANCTI QVI XIII KALENDAS IVNII COLVNTVR.

Sancta Plautilla, matrona Consularis Romæ.

S. Victoria, S. Marcellinosa, } Martyres, in Africa.

S. Salsa,

S. Basilissa seu Basilla, S. Aureus vel Aurea, S. Nuscia sive Nusca, } Romæ via Salaria.

S. Saturnina, S. Valeria, S. Fortunata, } Virgines Martyres, Romæ in Westphaliam translatæ.

S. Thalalæus, S. Asterius, S. Alexander, } MM. Ægis in Cilicia.

S. Baudelius, Martyr Nemausi, in Gallia Narbonensi.

S. Vellesius, S. Faustinus, seu Faustus, } Episcopi.

S. Lucifer, Episcopus Calaritanus in Sardinia.

S. Thalassius, S. Marcus, } Eremitæ apud Græcos.

S. Anastasius, Episcopus Brixiensis in Italia.

S. Austregisilus, Archiepiscopus Bituricensis in Gallia.

S. Theodorus, Episcopus Papiensis in Italia.

S. Ethelbertus, Rex Orientalium Anglorum.

S. Ivo, Episc. Carnotensis in Gallia.

B. Orlandus, Conversus Vallumbrosanus in Hetruria.

B. Albertus, Abbas Ordinis Vallis-Umbrosæ, Bononiæ.

S. Guidus, Comes Donoratici, Solitarius in Hetruria.

S. Bernardinvs Senensis, Ordinis Minorum, Aquilæ in Aprutio.

B. Columba Reatina, Virgo tertii Ordin. S. Dominici Perusii in Vmbria.

SAnctus Emebertus ſive Ablebertus, Epiſcopus Cameracenſis, *colitur à quibuſdam hoc die, ut patet ex Ms. Florario & Ms. Bruxellenſi S. Gudulæ. De eo egimus.* xv Januarii.

SS. Sebinus & Placentinus *Epiſcopi indicantur in Ms. Florario. Verum legendum* S. Sabinus Epiſcopus Placentinus, *relatus ad diē* xvii Januar.

B. Benedictus, Monachus S. Laurentii Cultus-boni & Eremita Vallumbroſanus, *obiit* xiii *Kal. Iunias* 1107, *uti ſcribit in libello de Sanctis ac Beatis ſui Ordinis Fr. Hieronymus: cui magis credendum cenſeo, quam cuidam relationi communicatæ Arnoldo Wioni: & ideo hic referre mallemus quæ idem Hieronymus ſuggerit, niſi eſſemus ſecuti Wionem, nihil dum certius ſcientes, & ex illius fide retuliſſemus illum ad diem quo cetera ſervamus,* xx Januarii.

S. Aquila Martyr in Thebaide, pectinibus pro Chriſto dilaniatus, *refertur in hodierno Romano Martyrologio, allegaturque in Notis Menologium Græcorum, videlicet à Sirleto perquam levi manu compilatum: cum Græci in omnibus ſuis Synaxariis* Aſclam *vocent aut* Aſcalonem, *additis etiam elogiis prolixioribus: ex quibus intelligitur ipſe eſſe, cujus Acta, paſſi ſub Præſide Ariano apud Antinoum, habentur pridem edita à Lipomano & Surio, & à nobis illuſtrata; nomen autem eidem ipſi Romano Martyrologio inſcriptum* xxiii Jan.

S. Licini, Epiſcopi Andegavenſis, tranſlatio corporis *celebratur in Ms. Burdegalenſi. Acta ejus illuſtravimus* xiii Februarii.

S. Alexii, Metropolitæ Kiovienſis, inventio Reliquiarum *apud Moſcos agitur. Natalis ejus colitur* xx Februarii.

S. Maximus Martyr, *officio colitur Eccleſiaſtico à Sanctimonialibus Carmelitanis excalceatis Græcii in Styria, ob ſacras ejus quas poſident Reliquias: de quibus an plus aliquid ſciatur, neſcio.*

Jacobinus *aut* Jacobus Cravacorius, Carmelita laicus *Vercellis, ut* Beatus *refertur in Acie bene ordinata Sanctorum ac Beatorum ſui Ordinis, juxta Kalendarium aliquod Valencenenſe: & in Notis Mss. dicitur, quod* S. Carolus Borromæus, cui ſæpe glorioſus apparuerat, ſacrum ejus cadaver (nam pluribus ante & poſt mortem miraculis claruerat) pro ſua devotione inſtantiſſime expetiit. *Sed fruſtra expetiit: uti enim ipſi Patres nobis ibidem exiſtentibus anno* 1662 *die* 26 *Maji dicebant, diu multumque requiſitum in veteri ſacello ſub campanili, jam deſerto, ubi ſepultum fuerat, numquam potuit inveniri; ſolum in pariete legebantur hæc verba:* MCCCCCVIII die III Martii, hic jacet B. Fr. Jacobinus de Crepatorio, qui obiit tempore ut ſupra: *utrimque vero viſebantur duorum Monachorum depictæ imagines, unius Carmelitani, cum epigraphe,* B. Fr. Jacobinus; *alterius Auguſtiniani, cum addito,* B. Fr. Martinus. *Hujus cultus amplior ac notior eſt, ideoque & à Ioanne Stephano Ferrario Epiſcopo Vercellenſi nominatur inter Beatos diœceſis illius, quare & de eo agemus die* xi *Octobris;* Jacobini *nullam rationem habitam invenio, nec præter* Beati Fratris *titulum quidquam, cur nominari vel hoc loco poſſit. Si plura aliquando reperiri contingat antiqui cultus indicia, cum aliqua vitæ ac miraculorum notitia, vel de novo ad ejus honorem inſtituatur aliquid publicæ venerationis, libenter dabimus omnia, eo quo dicitur obiiſſe die* III Martii.

Colmanus Doremarienſis *indicatur in Ms. Tamlactenſi. De eo, teſte* Colgano, *agitur in Vita S. Mochœmoci ſeu Pulcherii Abbatis num.* 21, *quæ ibi legi poſſunt à nobis edita* xiii Martii.

B. Sibyllina, Virgo Papienſis Ordinis Prædicatorum, *refertur à Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ*, ex antiqua tabula ejuſdem eccleſiæ, in quâ Vita compendio deſcripta eſt. *Verum in ea æque ac in Vita prolixiori, nulla facta hujus diei mentione, dicitur obiiſſe, quando de ipſa egimus,* xix Martii.

S. Maximianus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, *memoratur in Menæis Divione in Collegio Societatis Ieſu adſervatis. Ejus Acta dedimus* xxi Aprilis.

Faſtradus, primus Abbas Cambronenſis, tum Abbas Claravallenſis, ac ſeptimus Abbas Ciſtercienſis, *memoratur à Molano & Menardo (qui eum* venerabilis *titulo honorat) Iongelinus abſtinet à titulo omni. In hiſtoria Ciſtercienſi apud Manrique ad annum* 1163 *cap.* i *num.* 8 *dicitur* Dominus Faſtradus, *& additur obiiſſe, quando de eo inter Prætermiſſos egimus,* xxi Aprilis.

Helena Virgo *inſcripta eſt Kalendario antiqui Breviarii Dolenſis, anno* 1519 *excuſi. Videtur eſſe quæ Trecis colitur* iv Maji.

S. Maſtidiæ Virginis, reſeratio corporis facta hoc die, anno MDCVI, *indicatur in Martyrologio Gallicano Sauſſaji & Gynæceo Arturi. De ea egimus* vii Maji.

SS. Dympna Virgo & Gerebernus Presbyter, Martyres in Belgio, *referuntur à Dempſtero in Menologio Scotico. Acta eorum dedimus* xv Maji.

S. Potentiana Virgo *inſcripta eſt Kalendario Eccleſiæ Eborenſis in Luſitania, idque ob ſolennem cultum S. Ivonis pridie in dicta Eccleſia. Acta illius dedimus* xix Maji,

S. Urbanus, Confeſſor Romæ, *indicatur in Mss. Richenovienſi & Rhinovienſi. De eo egimus inter Prætermiſſos ex Martyrologio Romano* xix Maji.

S. Haſtulphi, Epiſcopi Atrebatenſis & Cameracenſis, elevatio corporis *memoratur à Sauſſajo. De eo egimus* xix Maji.

B. Patroclus Martyr, diſcipulus S. Petri Apoſtoli, qui fuit Pincerna Neronis; & Clarus Epiſcopus 12 Confeſſor, *indicantur in ſcriptis Additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Sunt illi nobis hactenus incogniti, neque in aliis Faſtis relati.*

S. Fauſtini, Abbatis Ordinis Ciſtercienſis & Confeſſoris, natale in Cavellione civitate, *refertur in Ms. Adone Reginæ Sueciæ. Eſt autem* Cavellio, *ſeu* Cabellio, *aut* Cavallio, *urbs Epiſcopalis in Comitatu Venuſino ſub Archiepiſcopo Avenionenſi: in qua diœceſi notatur unicum Ordinis Ciſtercienſis monaſterium Siquanenſe: ſed ante dicti monaſterii fundationem vixit memoratur* S. Fauſtinus, *de quo plura & certiora cupimus nanciſci.*

Luidgenius *memoratur in Ms. Tamlactenſi, & confirmat cultum ejus Colganus* xii *Ianuarii ad Vitam S. Luidgenni in Notis num.* 1. *Si aliquando à ſucceſſoribus Colgani edatur menſis Majus, poterit aliquid certius de eo ſciri.*

Croudithubhus *ſeu* Croudithunius de Ivi Craind, } *indicantur in dicto Ms. Tamlactenſi.*
Marluithæus de Mommech-mou, } *indicantur in dicto Ms. Tamlactenſi.*
Daniel Tulacenſis, } *indicantur in dicto Ms. Tamlactenſi.*

Conallus Iniſcail, filius Manii Gœlii, colitur hoc xii Maji in eccleſia de Iniſcail in Tirboguine regione Tirconalliæ, & in profeſto, tamquam totius illius diſtrictus Patroni, jejunium ſtricte obſervatur, uſque in hodiernam diem. *Ita Colganus in Appendice* 4 *ad Vitam S Columbæ Abbatis cap.* 3 *num.* 10, *addicitque ſe fuſius de ipſo acturum ad diem* xx *Maji. Quo viſo & nos fuſius de ipſe poterimus agere.*

Guido Abbas xv Ciſtercienſis, & poſtea S.R.E. Cardinalis & Epiſcopus Albanenſis, *indicatur in Kalen-*

A *Kalendario Ciſtercienſi, & cum titulo* Beati *ab Henriquez & Chalemoto.* Piis *annumeratur à Suaſſajo: ab omni titulo abſtinent Iongelinus, Bucelinus &, paſſim alii.*

Vivianus, Abbas Altæ-Cumbæ in Sabaudia, Ordinis Ciſtercienſis, *cum* Beati *titulo memoratur ab Henriquez, Chalemoto, Bucelino. At* piis *adjungitur à Sauſſajo. Ab omni titulo abſtinet Manrique ad annum* 1139 *cap.* 10 *num.* 4, *ubi aſſerit, eum relicta Abbatia privatam vitam in Claravalle egiſſe.*

Bonaventura Fabriani ſeculo 13 } Ordinis
Didacus à S. Martino Madriti 1573 } Minorũ
Franciſca Roderica vidua Tertiaria 1544 } *cum* Beati *titulo referuntur in Martyrol. Franciſcano, &* Franciſca *etiam in ejus Gynæceo.*

Arnaldus Francus, *ſive* Arnaldus Rainaudi de Herach Francus, *ſanctè mortuus* hoc xx Maji anno MDVII, in Licetana ſilva prope Senas, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini: *cujus elogium cum titulo* Beati *habet Landuccius in Hiſtoria dictæ Silvæ Licetanæ: qui varios citat, interque eos Alphabetum Herreræ, in quo legitur illud epitaphium* : Hoc in ſepulcro jacet Fr. Arnaldus Bachis, qui obiit xx Maji anno MDXII. *Landuccius opponit ſe hoc epitaphium non*
B *vidiſſe. Forſan de duobus viris agitur, quorum alter anno* VII, *alter* XII *dicti ſeculi* XIV, *mortem* XX *Maji obierit.*

Umbertus Accarigius Senenſis, *Magiſter in Theologia, perquam honorifice ſepultus eſt in monaſterio Licetano, ac titulo Beati paſſim donatur à recentioribus & in Epitaphio quidem, ubi legitur obiiſſe anno* 1348 *die* 20 *menſis Maji, laudatur ut cujus* mens ſacro prædives nectare ... Dogmate Pariſiûs cælum conſcendit: *Sed in ſerie Profeſſorum illius loci, quam ſequenti mox ſeculo ſcripſit Philippus de Agazzaris, ſimpliciter nominatur,* Fr. Umbertus; *nec ullum veſtigium eccleſiaſtici cultus, ipſi deferri ſoliti, in loco deprehendimus.*

Hippolytus Galantinus, Sacerdos Florentinus, Congregationis S. Franciſci doctrinæ Chriſtianæ Fundator, *multis poſt mortem miraculis clarus, quorum uti & virtutum ejus maximarum cognitio in Romana verſatur Rota, hac die obiit anno* 1619. *Vita ejus, à Dionyſio Baldocci Nigetti Italice ſcripta, excuſa fuit Romæ & Florentiæ anno* 1623 *&* 25, *ruſumque Romæ* 1697, *quod Lectorem hic convenit monuiſſe, dum cauſæ exitum felicem præſtolamur.*

S. Saluſtius Martyr *refertur in Ms. Auguſtano S. Vdalrici. Videtur in Africa paſſus, &* C *ab aliis relatus ſequenti die* XXI Maji.

Hilarius II Epiſcopus Toloſanus, *quaſi* Mennæ ſucceſſor, *cum elogio aliquo memoratur à Sauſſajo. Verum ab aliis rejicitur, tamquam non extitiſſet, uti deducimus ad Vitam S. Hilarii Epiſcopi Toloſani* XXI Maji.

S. Petrus Martyr, Urbeveteri in Tuſcia ab hæreticis occiſus, refertur in utroque *Catalogo Ferrarii: obiit & colitur ab Vrbevetanis,* XXI Maji.

S. Auſonius, primus Epiſcopus Engoliſmenſis, *indicatur in Supplemento Sauſſaji, & iterum cum aliis, quando Vitam damus* XXII Maji.

S. Sophia medica Martyr *refertur in duplicibus Menæis Taurinenſibus Ducis Sabaudiæ: à pluribus* XXII Maji.

SS. Marcellus & Codratus Martyres *memorantur in iiſdem Menæis, ab aliis etiam dicto* XXII Maji.

SS. Donatianus & Rogatianus, Carnuti ſub Diocletiano paſſi, *referuntur à Galeſinio, citato Breviario Carnutenſi. Nos illud habemus anno* MDCXXXIII *excuſum: in quo dicuntur* apud Namnetum paſſi, *& coluntur cum conſenſu reliquorum Martyrologiorum* XXIV Maji.

S. Lucianus, Diaconus S. Urbani Papæ, & una cum ipſo & aliis captus, dum fuſtibus diutiſſime cæderetur, erectis ad cælum oculis, emiſit ſpiritum, in crypta cœmeterii Prætextati XII Kalendas Junii ſepultus. *Ita Acta martyrii S. Vrbani. Nos eum, quia dein cum S. Vrbano & reliquis ſociis fuit reconditus, cum eodem veneramur* XXV Maji. D

S. Joannes Papa & Martyr Romæ, *indicatur in Ms. Vaticano S. Petri. Verum celebris eſt ejus cultus* XXVII Maji.

S. Conon ejuſque filius, apud Iconium urbem Iſauriæ paſſi, *memorantur à Rabano, Greveno, Caniſio, Ms. Trevirenſi S. Maximini, & aliis. Nos cum Martyrologio Romano.* XXIX Maji.

S. Maximinus, primus iſtius nominis Epiſcopus Trevirenſis, & Martyr, *indicatur à Molano: at* Confeſſor *dicitur, &* Maximus *appellatur à Galeſinio; Ferrarius* S. Maximinum *refert, ſed à* Maximino ſecundo *non ſatis diſtinguit, qui colitur* XXIX Maji.

Prior Maximinus, Martyr *aliquibus, fuit potius dicendus Epiſcopus Tungrenſis, & colitur* XX Junii.

Donini tranſlatio in civitate Lucenſi *indicatur in ſcriptis additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Videtur* S. Davinus *eſſe, Lucæ mortuus qui colitur* III Junii.

S. Ponciæ Virginis Commemoratio *præſcribitur in Ordine Divini Officii ad uſum Eccleſiæ Cathedralis* E *Claromontenſis pro anno* 1656. *Videtur* filia S. Gilberti, *&* B. Petronillæ, *& tam hujus quam* Ponciæ *poterit memoria agi, una cum* S. Gilberto, *ad diem* VI Junii.

SS. Gervaſii & Protaſii *memoria celebratur in Martyrologiis S. Hieronymi: item in Mss. Richenovienſi, Auguſtano, Labbæano, Caſinenſi, Altempſiano & aliis:* Germani fratres *dicuntur, & in Ms. antiquo Reginæ Sueciæ tribuuntur* Mediolano, *proinde de iis agendum erit* XIX Junii.

Colonatus Martyr, famulus S. Kiliani Franconiæ Apoſtoli, *inſcriptus eſt Menologio Scotico Camerarii. De eo cum S. Kiliano agi poterit* VI Julii.

S. Nicoſtratus Martyr, & S. Antiochus Martyr, qui paſſus cum S. Procopio, *indicantur in Ms. Synaxario, & iterum, die quo S. Procopius, colitur* VIII Julii.

S. Gudwali } tranſlatio *memoratur à Molano, Sauſſajo*
S. Berthulphi } *& aliis. Ex his coluntur* S. Gudwalus
S. Amelbergæ } VI Junii. S. Berthulphus V Febr. S. Amelberga X Julii.

S. Aurea in Oſtia, *ſcilicet* Tiberina, Virgo & Martyr, *celebratur in apographo Epternacenſi Martyrologii Hieronymiani: pro qua in aliis nomen* Aurei *legitur, & adjungitur* Nuſtra, *ſeu* Nuſia *aut* Nuſta, *loco* Oſtiæ. F *Colitur* S. Aurea apud Oſtia Tiberina XXIV Auguſti.

S. Victoris Martyris Cereſenſis tranſlatio corporis anno 1466, *hoc die facta, memoratur in Martyrol. Hiſpanico. Tamaji Salazar. Dies ejus natalis celebratur* XXVI Auguſti.

Euſtachius & Theopiſte conjuges, Agapius & Theopiſtus filii, *memorantur in Ms. Caſinenſi & variis aliis, item in* 2, 3 *&* 4 *Kalendario Capuano apud Michaelem Monachum. Solenne eorum feſtum eſt die* XX Septembris.

S. Geremari Confeſſoris tranſlatio in Flaviacenſi monaſterio, *celebratur in Breviario Cenomanenſi, proponiturq; in Ms. Vſuardi Reginæ Sueciæ, & à Sauſſajo. Dies natalis eſt* XXIV Septembris.

S. Theodoretus Presbyter *indicatur in Menæis Mss. Divione in collegio Societatis Ieſu adſervatis. Iam ſupra ad diem* XVII *Maji diximus videri eum eſſe, qui Antiochiæ ſub Iuliano apoſtata paſſus, colitur* XXIII Oct.

Dedicatio oratorii Omnium Sanctorum *inſcripta eſt Ms. ſynaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, de qua poſſet agi* I Novembris.

SS. Aciſcli & Victoriæ Martyrum tranſlatio Toloſæ *indicatur in ſcriptis additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis*

A *ſis ad Grevenum. Horum dies natalis eſt* XVII Nov.
S. Columbanus Luxovienſis, diſcipulus S. Columbani Abbatis, *indicatur in Ms. Kalend. Benedictino: at refertur cum ſuo Magiſtro à Mabillone & Menardo ſequenti die. Poterit de eo agi tunc* XXI aut XXII Nov.
S. Baſiliſſa, Abbatiſſa monaſterii Horreenſis apud Treviros, *à Molano in Additionibus ad Vſuardum adjungitur* S. Maximino primo Trevirorum Epiſcopo, *& ſecutus eſt Caniſius in Martyrologio Germanico, & in* Baſiliſſa *Wion cum aliis Martyrologis Benedictinis: de* S. Maximino *agendum erit* XX *Iunii. At Trithemius ceteris antiquior, lib.* 3 *de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti cap.* 205 *(quem Wion cum aliis Benedictinis iterum ſequitur) aſſerit* feſtum S. Baſiliſſæ agi, *quando de illa poterit proferri quidquid habebimus,* V Decembris. D
S. Bernwardus Epiſcopus Hildesheimenſis, *indicatur à Ferrario, citatis dicta Eccleſiæ tabulis. Vita ejus danda erit die depoſitionis, ejus quæ annue recolitur* XX Decembris.

DE SANCTA PLAVTILLA

MATRONA CONSVLARI ROMANA.

G. H.

SYLLOGE HISTORICA

Ex Vita S. Domitillæ filiæ, Martyrio Pauli Apoſtoli, aliiſque.

CIRCA ANNUM LXVI

B *Mater S. Domitillæ, à S. Petro baptizata,*

PLautilla, *mater S. Flaviæ Domitillæ Virginis & Martyris, potiſſimum apud poſteros ſuam habet notitiam ex Actis ipſius Domitillæ, ad diem* XII Maji *relatis: in quibus num* 9 *refertur S. Domitilla inclinata ad virginitatem, ac* tunc Nereus & Achilleus perrexerunt ad S. Clementem Epiſcopum, & dixerunt ei: Licet gloria tua tota in Domino noſtro Jeſu Chriſto ſit poſita, & non de humanâ ſed de devinâ dignitate gloriaris; ſcimus tamen Clementem Conſulem, Patris tui fuiſſe germanũ. Hujus ſoror Plautilla nos in famulos comparavit: & tunc, quando à Domino Petro Apoſtolo verbum vitæ audiens credidit & baptizata eſt, & nos ſimul ſecum & cum filiâ Domitillâ ſancto baptiſmate conſecravit. Eodem anno Dominus Petrus Apoſtolus ad coronam Martyrii properavit ad Chriſtum, & Plautilla corpus terrenum deſeruit.

2 *Hæc ibi. Ejuſdem* Plautillæ *mentio habetur in Paſſione S. Pauli (quæ fertur nomine Lini, ſed alicujus alterius eſt) ſic autem habetur*: Cum ad locum pergerent paſſionis, comitantibus populorum turbis innumeris, venit Paulus ad portam urbis Romæ, ubi habuit obviam nobiliſſimam matronam, nomine Plautillam, Apoſtolorum ferventiſſimam dilectricem, & religionis divinæ cultricem: quæ flens ejus ſe cœpit orationibus commendare. Ad quam Paulus ait: Vade, Plautilla, æternæ ſalutis filia, commoda mihi pannum, quo caput tegis: & ſecede paululum in partem propter plebis impedimenta, me hîc expectans, donec revertar ad te, & tibi reſtituam beneficium: ligabo enim mihi oculos vice ſudarii, & tuæ dilectioni, amoris mei pro Chriſti nomine pignus, ad illum pergens, relinquam. Quæ feſtinato pannum porrexit; & ei, ut ipſe Apoſtolus juſſerat, obedivit. Inſultabant autem Parthenius & Pheretas dicentes; Quid credis impoſtori & mago? Cur perdis pannum optimum, non tantum per eum in ſeculo lucratura? Paulus vero dixit ad eam: Etiam, filia, præſtolare adventum meum, & ſigna mortis meæ in pannieulo tibi offeram, cum Chriſto victurus.

C *S. Paulo ad martyrium abeunti porrigit pannum capitis:*

3 *Relato dein S. Pauli Martyrio iſta adduntur*: Revertentes vero, qui juſſi fuerant accelerare interfectionem ejus, pervenerunt ad portam civitatis: ubi invenerunt Plautillam, laudantem & glorificantem Dominum, in omnibus quæ audivit & vidit per ſanctum ejus Apoſtolum. Et interrogaverunt eam cum irriſione, cur caput ſuum non operiret de maphorte, quam præſtiterat Paulo. Quæ accenſa calore fidei, cum magnanimitate reſpondit: O vani & miſeri, qui credere neſcitis niſi quæ oculis videtis & manibus attrectatis. Vere enim habeo eumdem quem illi porrexeram pannum, de infuſione ſui ſanguinis pretioſum. Nam de cælo veniens, innumerabilium candidatorum catervâ comitatus, illum mihi veraciſſimus retulit: & rependens gratiam pro benignitate in eum habita, dixit: Tu mihi, Plautilla, in terris obſequium præſtitiſti: ego tibi, quam primum ad regna pergenti, officioſiſſime obſequar. In proximo namque pro te revertar, & tibi Regis invicti gloriam demonſtrabo. Et extrahens Plautilla pannum à ſinu, roſeo perfuſum ſanguine, illis oſtendit. Qui nimio pavore correpti, greſſu concito perrexerunt ad Cæſarem, quæ viderant & audierant nuntiantes. E *dein id ab eo recipit ſanguine perfuſum* *& ad cælum invitatur:*

4 *Hæc ibi. Utrumque jam relatum teſtimonium profert Ordericus Vitalis lib.* 2 *Hiſt. Eccleſ. in S. Paulo pag.* 397, *& Baronius in Notis ad diem hunc* XX *Maji, cui in hodierno Martyrologio Romano inſcripta eſt his verbis*: Romæ S. Plautillæ, feminæ Conſularis, matris B. Flaviæ Domitillæ: quæ à Petro Apoſtolo baptizata, omnium virtutum laude refulgens, quievit in pace. *Oſtendimus alibi SS. Petrum & Paulum Martyrio coronatos* Silio Nerva & Julio Attico Veſtino Coſſ. *id eſt anno Æræ vulgaris ſexageſimo quinto; ad annũ vero ſequentem referimus obitum* S. Plautillæ, *ſuppoſito quod conſtiterit eam hoc* XX *Maji deceſſiſſe: & ſic intra decem menſes mors Apoſtolorum & S.* Plautillę *contigiſſet. Maſinus in Bononiâ perluſtratâ, aſſerit aliquas* S. Plautillæ reliquias, in eccleſiâ S. Bartholomæi Patrum Teatinorum, *aſſervari: Sed an hujus, quis divinabit? Corpus Romæ aſſervari in eccleſia SS. Nerei & Achillei ait Piazza, in Sanctuario Romano.* F *Martyrologio Rom. inſcripta,* *mortua circa an. 66.* *reliquiæ.*

DE

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS G. H.

VICTORIA, MARCELLOSA, SALSA.

XX MAII. *Quatuor antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa hunc diem ita conſpicantur:* XIII Kalendas Junii. In Africa natalis Sanctarum Victoriæ, Marcelloſæ, Salſæ. *At loco* Marcelloſæ, *ſeu* Marceloſæ, *in Ms. Lucenſi legitur* Marcellonæ. *Eadem, quæ in dictis apographis habentur, deſcripſimus Neapoli ex Ms. Patriciano, inter libros Caraccioli apud Clericos Regulares adſervato: eademque reperimus Romæ in codice antiquo Cardinalis Barberini: at loco* Salſæ *ſcriptum erat* Falſæ, *cujus loco in Ms. Florario habetur* Saturninæ, *de quâ infra agemus. Verum, omiſſâ* Salſa, *reliqua leguntur in Adone Ms. Reginæ Suecia, & in Mss. Corbeienſi & Leodienſi S. Lamberti: in hoc tamen* Victoris, *non* Victoriæ, *eſt ſcriptum. Palæſtrâ Africâ omiſſâ, de eiſdem tribus agitur in Mss. Trevirenſi S. Maximini, & alio Eccleſiæ Pragenſis: item in Tamlactenſi & Pariſienſi Labbei: de ſolâ autem* Victoriâ *in Mss. Auguſtano, Richenovienſi & Rhinovienſi. Huic in Auctario Græveni ad Vſuardum adjungitur* Marcellus, *loco* Marcelloſæ: *ita etiam in Ms. Aquiſgranenſi legitur:* In Africâ Marcelli, Baſiliæ, *& in Ms. Adone S. Laurentii apud Leodienſes, & antiquiore Trevirenſi S. Maximini,* In Africâ Victoriæ, Baſiliſſæ. *De* S. Baſilla, *quæ & Baſiliſſa dicitur, mox agemus.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS ROMANIS

BASILISSA SEV BASILLA AVREO ET NVSCIA SEV NVSCA

VIA SALARIA VETERI.

COMMENTARIUS HISTORICUS. D. P

Cultus Baſillæ & Sociorum ex Martyrologio Hieronymiano: Actorum S. Eugeniæ, quibus temere inſeritur, mala fides. Locus ſepulturæ.

XX MAII. *Hieronymiano Martyrol. ſic inſcripta,* IRia Hieronymiani Martyrologii apographa, Corbeienſe, Lucenſe ac Blumianum, *poſt Martyres Afros nominatos, diem hunc* XX *Maji ſic proſequuntur:* Romæ via Salaria Baſiliſſæ, Aurei, Nuſciæ, *ſeu* Nuſcæ: *ſic enim habent poſtrema duo: pro quibus in veteri Ms. Reginæ Suecia in Animadverſis Holſtenianis legitur,* Baſiliſſæ cum aliis duobus. *Corrupta tamen hæc cenſet Florentinius, & præfert antiquiſſimi omnium Epternacenſis exemplaris lectionem, quæ habere videtur* Romæ Baſilæ: in Oſtia Aureæ. *Huic opinioni favent quædam Mss. Divione, Richenovia, Caſini, ac Lucæ reperta, in quibus ſola* Baſilla *nominatur. His vero conſentientes Vſuardus & Ado,* Romæ *inquiunt,* Via Salaria, natale S. Baſilæ Virginis & Martyris, quæ cum eſſet ex genere regio & haberet ſponſum illuſtriſſimum, accuſata ab eodem quod Chriſtiana eſſet, decretum eſt à Gallieno Auguſto, ut aut ſponſum reciperet, aut gladio interiret. Conventa de hoc & renuens conſenſum præbere, gladio tranſverberata eſt. *Sequuntur ſuppoſititius Beda & Notkerus, ac paſſim recentiores cum hodierno Romano. Sequuntur autem in fide Actorum S. Eugeniæ, in quibus legitur,* Baſilla gladio tranſverberata vigeſimo die Maji: *& ſic pars illa quæ* Baſillam *ſpectat, inde excerpta, ſub hujus ſolius nomine, ad* XX *Maji invenitur in multis Paſſionalibus Mss.*

accipitur pro Baſillæ laudata in Actis S. Eugeniæ

C

2 *Sunt illa Acta ſane perquam vetuſta: nam Alcimus Avitus Epiſcopus Viennenſis, qui Concilio Epaonenſi in Gallia præſedit anno* DXVII, *in libro quem compoſuit de Laudibus Virginitatis ad ſororem ſuam Fuſcinam, præ oculis ea habuit, dignaque cenſuit quæ carmine redderet à verſu* 565 *ad* 615. *Similiter etiam Metaphraſtes digna credidit, quæ eleganti illo ſuo ſtylo Græcis commendaret: unde Orientalibus Eccleſiis æque ac Occidentalibus facta ſunt notiſſima: quippe mira eventuum converſione gratiſſimam legentibus audientibuſque voluptatem adferentia, nec parum ad virtutis Chriſtianæ, caſtitatis præſertim, commendationem facientia. Attamen quantumcumque placuerint olim* *ſeculo 5 notis,*

Acta illa, nunc, ſi ad Lydium hiſtorici examinis lapidem admoveantur, non aurum, ſed ſcoria eſſe invenientur: adeo ſed fabulæ ut ex illis de ea, quæ Hieronymiano Martyrologio pro hoc ſis. die inſeritur, Baſiliſſa *ſeu* Baſilla, *haberi nihil certi poſſit. Examen illud ad diem* XXV *Decembris ſpectat, quo colitur S. Eugenia: prævertere tamen id tempus cogor, ſaltem obiter indicando, cur ea probari nequeant ſed tamquam fabula contemni mereantur: quia non deſunt, qui ex illis Actis putent probari evidenter antiquitatem Monaſticæ vitæ in Oriente atque Occidente, majorem quam eam alibi definimus. Paucis igitur accipe fictionis audacis notas minime obſcuras, præcipuas ex multis. Sic ordiuntur.*

3 In ſeptimo Conſulatu ſuo Commodus Imperator direxit Illuſtriſſimum virum Philippum ad Ægyptum, ut Præfecturam ageret Alexandriæ. *Metaphraſtes vertit:* Commodo poſt Marcum tenente Imperium, cum jam ſeptem annos in eo ageret. *Iuxta hunc, annus* CLXXXVI *vulgaris æra notaretur: qui Latino textui, non annos Imperii, ſed geſtos Conſulatus numeranti, eſſet annus Chriſti* CLXXXII, *Commodo Imperatori vitæ ſuæ ultimus. Dum Præfecturam iſtam adminiſtrabat Philippus, & ex Imperatorum edicto exeſſe Alexandria juberet Chriſtianos; dicitur Eugenia, Philoſophicis ſtudiis egregie inſtructa, exiviſſe in ſuburbanos Alexandriæ agros prætextu valetudinis, reipſa cauſa declinandi matrimonii cum Aquilio Aquilii Conſulis filio: mutataque in virilem veſte, ab Heleno Heliopoleos Epiſcopo, una cum eunuchis ſuis Proto & Hyacintho, baptizata ſub nomine Eugenii; Monachumque induta, tertio ſuæ converſionis anno Abbas eſſe electa. Poſtea narratur quomodo eadem Eugenia, jam Eugenius, propter formæ præſtantiam à Melanthia matrona ſolicitata ad ſtuprum, ab eademque apud patrem Philippum Ægypti Præfectum, de ipſo quod recuſaverat commitere flagitio accuſata, coactaque ſit ſexum ſuum ac genus parenti prodere: qui exinde Chriſtianus factus, cum uxore & filiis, effecerit apud Imperatorem Severum (evectus hic ad Imperium fuit anno* CLXXXIV) *ut ceſſaret in Ægypto perſecutio Chriſtianorum. Ipſe deinde, ſuæ Præfecturæ*

F

Nam ætate Commodi Imp. nubilem Eugeniam,

ac paulo poſt inter Monachos ſexu occulto Abbatem.

AUCTORE D. P.

anno decimo delatus Imperatoribus Severo & Antonino, adeoque poſt annum CLXXXXVIIII *(quando filium pater conſortem Imperii declaravit) ſacrificare juſſus aut dignitate abire , hac depoſita dicitur factus Epiſcopus Alexandrinus.*

(Philippo) patre facto Epiſcopo Alexandriæ , quod dici nequit)

4 *Non quæro quandonam Commodus , vel ejus ſucceſſor Pertinax, aut denique Severus, pelli ab urbibus Chriſtianos novis edictis juſſerint (etſi difficile ſit toto illo tempore perſecutionem aliquam notabilem invenire) ſatis Severus Philippus fuerit, ut antiquas leges ſuo ipſe arbitrio in uſum reduceret. Sed non capio, quomodo Philippi Epiſcopi Alexandrini nomen effugerit omnem Eccleſiæ Alexandrinæ notitiam, ſeriem ſuorum Epiſcoporum à Marco ſucceſſive enumerantis apud domeſticos externoſque ſcriptores : maxime ſi Philippus iſte Alexandriam tenere ſit ordinatus à Commodo (ſicut habet reſcriptum Imperatorum)* non ut Præfectus, *ſed ut* Rex, *ut dum in vita maneret ſucceſſorem* non acciperet ; *ſi decennio Magiſtratum geſſerit, non obſtante mutatione duplici Imperii, à Commodo in Pertinacem, & à Pertinace in Severum devoluti (qualis continuatio nullo fortaſſis exemplo probari poterit vero ſimilis eſſe) ſi denique idem factus Epiſcopus, Martyrio vitam & Pontificatum finivit. Eſt hic ut vides difficultas non levis : ſed major paulo poſt ſubnaſcitur , quando Eugenia dicitur cum Claudia matre fratribuſque regreſſa Romam , benigneque excepta à Senatu , qui fratrum alterum Proconſulem Carthaginis , alterum Africæ Vicarium conſtituerit (quaſi ſcilicet ea tunc fuerit poteſtas Senatus) ubi cum multas virgines erudiret Eugenia, adjuvante Cornelio Papa, inter eas etiam converterit Baſillam ; ſic ut illa ſponſum repudiarit ; ideoque, jubente Gallieno Imperatore, capitis ſententiam tulerit ſub Nicetio , ſive (ut Metaphraſtes appellat) Aniceto Vrbis Præfecto.*

perducunt ad Gallienum Imp.

B

Cornelium Papam & Anicetum Vrbis Præfectum: quæ non conſtant:

5 *Cœpit regnare Gallienus, in conſortium Imperii aſcitus à patre Valeriano , anno Chriſti* CCLIIII ; *& illo quintum poſt annum in captivitatem abducto à Perſis, ſolus Imperavit ab anno* CCLVIIII. *Cornelius ante utrumque ejus initium Vita aut ſaltem Pontificatu diſceſſerat, creditus ſub Decio martyrizatus. Præfectos Vrbis habemus accuratiſſime deſcriptos apud Bucherium ex veteri membrana, ab initio Gallieni per totos centum ſubſequentes annos ; nec tamen in his* Nicetius *ſive* Anicetus *ullus aut nominis affinis quiſquam, ante Anicium Iulianum anno* CCCXXVI. *Sed fuerit erratum in nominando Pontifice, itemque in nominando Præfecto : putaſne conciliari poſſunt annus ſeptimus Commodi, vel etiam ſeptimus Conſulatus, quo in Ægyptum tranſiens Philippus eodem duxerit filiam, non ſolum nubilem, ſed intra paucos annos etiam monaſtico regimini idoneam, cum tempore Cornelii aut Gallieni, quando illa cum matre fratribuſque adhuc ætate florentibus Romam tranſiiſſe dicitur? Octogenariam aut etiam nonagenariam fuiſſe tunc oporteret ; quantam vero ejus Matrem? quantos fratres ætate majores? Quod ſi incongrua hæc ſunt, ut ſunt profecto , conſequens eſt ut Acta S. Eugeniæ, quam ſunt variâ novitate grata, tam ſint temporibus perſonisque confuſa, adeoque nihil nos docere valeant de ea quam hic quærimus* Baſiliſſa *aut* Baſilla. *Si enim, cum quibuſdam Græcis , pro Cornelio Soterem Papam ſubſtituimus, qui* Baſillam *baptizaverit ; non ſolum Galienum, ſed etiam Commodum Imperatorem removeas neceſſe eſt : cum Soter ante utrumque obierit, ſcilicet anno* CLXXI. *Si vero Galienum retentum cupis, ut oporteret, non fuerit Eugeniæ diſcipula illa , niſi tibi finxeris Eugeniam aliam quam filiam Philippi , Ægypti Præfecturæ admoti à Commodo. Difficultates iſtæ non omnino latuerunt Antiquos. Nam Vincentius Bellovacenſis lib.* II *Speculi hiſtorialis cap.* 75. *& Boninus Mombritius, Acta S. Baſillæ , qualia ſeorſim invenerunt, deſcribentes ; invenerunt illa in Mss. antiquis cum hac præfatione vetuſtioris Collectoris :* Miro modo diſſentiunt hiſtoriæ , de his Martyribus, qui paſſi ſunt ſub Decio Imperatore. Nam Cornelius Papa ſub eo legitur paſſus , & tamen idem legitur paſſus fuiſſe in geſtis B. Eugeniæ Valeriano & Gallieno Imperatoribus , qui utique poſt Decium , & etiam poſt Gallum & Volufianum leguntur Imperium ſuſcepiſſe. *Mortemne an exilium dumtaxat ſub Decio paſſus Cornelius ſit (nam & hujus Acta inveniuntur valde depravata) alias videbimus ; ante Galienum certe mortuus eſt.*

uti jam olim notatum fuit.

D

6 *His ita expenſis & exploſa Eugenianorum Actorum fide , quantivis temporis & auctoritatis præſcriptione ſubnixa, animaverto,* Via Salaria veteri *extitiſſe quoddam* Baſillæ cœmeterium, *alias S. Hermetis & Sanctorum Proti atque Hyacinthi dictum , de quo in veteri præcipuorum quorumdam Martyrum Indiculo apud Bucherium legitur,* v Kalendas Septembris Hermetis in Baſillæ, Salaria veteri : *&* III Idus ſeptembris Proti & Hyacinthi in Baſillæ ; *de quo etiam in Hadriano* I *Anaſtaſius ait, quod* Baſilicam Cœmeterii Sanctorum Hermes Proti & Hyacinthi atque Baſillæ, mirę magnitudinis, innovavit. *Hinc porro veteris Hieronymiani Martyrologii hujuſmodi lectionem videor elicere :* Romæ via Salaria in Baſillæ *(ſubintellige, Cœmeterio)* Baſiliſſæ, Aurei, Nuſciæ, *ſcilicet, Natalis. Qui contextus cum tranſcribentium vitio, nunc uno, nunc altero nomine truncatus legeretur , & hoc* XX *Maji in Baſillæ cœmeterio Natalis trium Martyrum ageretur, non ſatis diſtinctis* Baſillæ *&* Baſiliſſæ *nominibus, data videtur occaſio ei qui* Proti & Hyacinthi atque Baſillæ, *in eodem cœmeterio conſepultorum, memoriam adhibuit ad exornanda Eugeniæ Martyris fabuloſa Acta, ut huic diei adſcriberet Martyrium* S. Baſillæ, *etſi alias die* XI Iunii *paſſæ , quando de ea acturi ſumus. Conjecturam confirmant Martyrologia Mss. Auguſtanum S. Vdalrici & Pariſienſe Labbæi, ubi diviſim nominantur* Baſilla *&* Baſiliſſa ; *ſed interpoſito ex priori claſſe nomine* Victoriæ.

E

melius dicetur Baſiliſſæ ſepulta, in Cœmeterio Baſillæ,

F

7 *Vtinam nunc, ſicut haud agre deprehenditur incertitudo notitiæ de Actis illis ſumptæ , ita etiam facile eſſet aliunde elicere quidpiam majoris claritatis circa hujus diei* Baſiliſſam *& ſocios ejus ſociaſque : nam nec hoc ſatis conſtat,* Aureuſne, *an* Aurea *dici debeat. Vt tamen* Aurea *dicta fuerit, nolim eam cum Florentinio (ex unius Epternacenſis fide, loco* Nuſciæ, *alterius ſociæ, legentis* in Oſtia) *confundere cum* S. Aurea *Oſtienſi ; quæ licet in Hieronymiano Martyrologio nuſquam alibi nominetur , paſſim tamen cultum ſuum, eumque celebrem habet* XXIV *Auguſti.*

cum 2 ſociis.

DE SANCTIS VIRGINIBVS MARTYRIBVS

SATVRNINA, VALERIA, FORTVNATA,

ROMA IN VVESTPHALIAM TRANSLATIS.

COMMENTARIUS HISTORICUS

D. P.

Tranſlatio Hereſiam. Sanctarum arcæ. Acta ſumpta ex Actis S. Benedictæ occaſione alterius S. Saturninæ apud Atrebates : Walburgis fundatricis memoria annua.

Saturninæ nomen in Faſtis recentioribus:

APpendici *Adonis apud Moſandrum & Roſweidum, nec non Additionibus Colonienſium Carthuſianorum ad Vſuardum & Florario Sanctorum Ms.* S. Saturnina Virgo & Martyr *ad hunc* XX *Maji inſcribitur, & in Martyrologiis Coloniæ atque Lubecæ excuſis anno* 1490 *ejuſdem memoria celebratur. Quæ omnia non dubitamus referre ad Heriſienſis in Weſtphalia pagi ac monaſterii tutelarem hujus nominis Patronam : quippe cujus hoc die celeberrimus ibi cultus eſt, & inde per diœceſim Paderbornenſem diffuſus. De hac plura diſtinctioraque ſcire cupientibus, & Hermannum Crombrach, veterem Coloniæ amicum, conſulentibus, rogatus ab eodem Hermanno alius noſtræ Societatis Sacerdos Lucas Nagel, anno* MDCLXXIII *hæc diligenter collecta ſubmiſit ; cum notitia duarum aliarum Virginum, quas æque Martyres eſſe habendas præſumere facit traditio antiqua, de iiſdem pariter Roma allatis ; unde quæcumque afferuntur corpora, Martyrum eſſe præſumuntur. Iungimus autem ſimul omnes in titulo, quoniam neſcimus alium diem poſtremarum duarum cultui deſtinatum. Quæ autem P. Lucas, P. Hermanno ſcripſit, hæc ſunt.*

B

2 Heriſia pagus eſt binis Germanicis milliaribus Padibornâ diſtans, habetque liberum (ut vocant) illuſtrium & generoſarum Virginum Collegium, illudque perantiquum. Templum Collegii primum habuit patronam Dei Matrem Mariam : at nunc à pluribus ſeculis S. Saturninam, cujus reliquiæ in tumbâ ligneâ, cupreis & inauratis laminis obducta, & Deiparæ ac Apoſtolorum imaginibus exornatâ, in eodem aſſervantur, in dextro latere ſummæ aræ. Hanc tumbam feſto S. Lucæ, quod eſt XVIII Octobris, præſentibus illuſtribus & generoſis Dominabus D. Annâ Mariâ de Schilder Præpoſitâ, D. Agathâ à Neuhauſen Decanâ, & quatuor aliis Domicellis, Ego & adm. Rev. D. Jodocus Eberherdus Werneking, loci Paſtor & Capitularis, aperuimus : invenimuſque primo pergamenum folium, in quo catalogus erat deſcriptus Reliquiarum omnium iſtius templi, perantiquum & fugientibus penè characteribus. Titulus ſextus hujus folii recenſebat Reliquias ſanctarum Virginum, & primo loco hæc verba continebat ; Corpus integrum S. Saturninæ, S. Valeriæ, S. Fortunatæ. Cujus poſtremæ (quæ pediſſequa S. Saturninæ & in Martyrio ſocia fuiſſe dicitur) corpus, alterâ tumbâ incluſum, in ſiniſtro ſummæ aræ latere aſſervatur. Tum amoto panno, quibus erant involuta, vidimus & pie exoſculando venerati ſumus ſacra oſſa, majora & oblonga ſex aut ſeptem, cranium item ſive ſupremam calvariæ partem. Oſſium minorum & fragmentorum erat ingens copia, erſi non de eodem corpore omnia, propter coloris & proportionis diverſitatem, eſſe videantur : quod inde contigit, quia bello Chriſtiani Ducis Brunſvicenſis, hæretici, Reliquiæ hujus templi, everſis tumbis per totum pavimentem diſperſę, non ſine aliquâ confuſione ſunt à Virginibus iterum collectæ.

Heriſiæ in monaſterio tumbæ duæ

C

in harum una membrana cum nominibus

& varia oſſa,

3 De tempore & auctore tranſlationis certi nihil potui comperire. Quidam ejus loci Clericus Manuſcriptum librum mihi oſtendit, in quo ex antiquâ traditione referebatur Biſonem Epiſcopum Padibornenſem has Reliquias, Româ advectas, ab ſummo Pontifice petiiſſe. Quod ſi ita ſe habet, cum Biſo factus ſit Epiſcopus anno Chriſti DCCCLXXIV, obieritque anno DCCCCII, neceſſe eſt tranſlationem illam octavo ab hinc ſeculo eſſe factam. Vix uno milliari ab Heriſia diſtat Gerdenſe Benedictinarum Virginum cœnobium, in cujus Martyrologio habetur XX Maji, Feſtum S. Saturninæ V. & M. quæ in Cœnobio Herſenſi apud noſtras Sorores quieſcit. Ac jam à quatuor ſeculis & forte amplius, certum eſt fuiſſe Heriſiæ, non Sororum Benedictinarum, ſed prænobilium Virginum liberum Collegium, quidquid antea fuerit de Monialium cœnobio ; itaque ſaltem ante tot ſecula oportet factam eſſe hanc Tranſlationem. Verum hac de re certiora dare poterunt è diverſis monumentis, qui peritiores ſunt Hiſtoriæ hujus Diœceſeos.

ſeculo 9 illuc advecta,

E

4 De modo Tranſlationis hæc eſt traditio ; Sacras Reliquias currui impoſitas, non Heriſiam quidem deſtinatas, ſed tamen Heriſiam prætervectas, non procul à pago ita conſtitiſſe, ut nullâ ei aut currus aut equi dimoveri inde potuerint. Cujus rei famâ & novitate incolæ commoti accurrerint, interque eos duæ ex Virginibus ; quas, cum in pagum redirent, equi ſua ſponte ſecuti ad templi oſtium ſubſtiterint, quod magno cum ſtrepitu ſponte ſe aperuerit, & Campanæ omnes nullo viſibili motore ſonuerint. Veroſimilitudinem hujus traditionis auget ſupplicationis ceremonia, quæ quotannis pridie Aſcenſionis Chriſti ducitur ad Crucem eo loco defixam, quo conſtitiſſe olim ſacræ Reliquiæ dicuntur. Cum enim ventum fuerit ad Crucem, duæ ex Virginibus præcinunt Antiphonam : Sancte ſanctorũ, ſanctifica nos ſanguine Salvatoris & ſanctæ Saturninæ ſuffragiis, qui non deſpicis ſperantes in te, libera invocantes te. In reditu ſupplicationis canuntur peculiares Litaniæ, uſque ad oſtium templi clauſum ; ubi iterum à duabus Virginibus canitur, Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miſerere nobis ; ſuſcipe deprecationẽ noſtram, qui ſedes ad dexteram Patris. Quod dum à choro repetitur, lapis ad oſtium templi projicitur (ad ſtrepitum illius primæ miraculoſæ apertionis repræſentandum) campanæ pulſantur, & aperto per aliquem è Presbyteris oſtio, ſacræ Reliquiæ in templum deferuntur. In quâ, ſicut & in alterâ ſupplicatione, quæ habetur Dominicâ poſt feſtum S. Bonifacii Epiſcopi & Martyris, illud eſt admiratione dignum, quod non eadem ſemper ſit ſacri theſauri gravitas. Nam ſubinde à duobus adoleſcentibus commode portatur, ſubinde quatuor etiam robuſtiſſimi juvenes tantum pondus ſentiunt, ut ferendo vix ſint pares : quam quidem gravitatem, ex longâ obſervatione, pro certo habent omine,

non abſque miraculo,

F

ſolito quotannis in Supplicatione exprimi.

AUCTORE D. P.

omine, ex Canoniſſis aliquam, aut quempiam è Clero brevi tempore moriturum. Cultus S. Saturninæ, præter ſupplicationem jam dictam, conſiſtit in quatuor feſtivitatibus, quæ apud Heriſienſes in illius honorem ſub ritu duplici aguntur. Primum xx die Maji colitur, etiam à plebe feriante, dies Martyrii. Tum XVII Junii celebratur in Choro Triceſimus S. Saturninæ. Deinde II Septembris Tranſlatio ejuſdem. Et denique VI Novembris illius Heriſiam Adventus. Ubi per Tranſlationem intelligi puto diem illum, quo primum Reliquiæ cœptæ ſint ex eo loco, ubi prius quieverant, amoveri. Porro Officium divinum pro his quatuor feſtivitatibus unum idemque, in antiquo manuſcripto Antiphonario, invenitur.

Cultus 4 diebus:

5 *Hæc ille. Cum autem anno* MDCLXXX *excurri Nihuſium, Celſiſſimo Paderbornenſi ac Monaſterienſi Epiſcopo* Ferdinando *oblaturus ipſi ac Fratribus ejus dedicatum primam hujus Maji partem; in apparatu monumentorum Mss. Paderbornenſi hiſtoriæ, quæ ſub manibus eſt, deſervientium, repert deſcriptam accuratius arcam ſancti corporis cuſtodem, ita ſcilicet ut ejus frons prima habuerit* Salvatoris *imaginem, mediam inter ſtatunculos* SS. Liborii & Servatii, *quorum adhuc nomina ad pedem leguntur: frons autem ſecunda* Deiparæ Mariæ *iconem mediam, inter* SS. Saturninam & Fortunatam. *Per margines, uno in latere, hi verſus legebantur:*

Arca Sanctarum ſtatunculis

B

Inter virgineas fulget virtute choreas
Virgo Saturnina, calcans mundum velut ima.

altero in latere ſic ſcribebatur:

& verſibus ornata.

Ergo ſit hæc caſtis decus & flos integritatis,
Qua Sponſo ſuavem late diffundit odorem.

Inventa eſt etiam ſcheda antiqua Ms. tenoris hujus. Walburgis, ſoror Epiſcopi Paderbornenſis Luithardi, fundatrix monaſterii in Heriſia, & Biſo Epiſcopus, portavit ibidem corpus S. Saturninæ, & caput S. Agathæ Virginum, item coſtam de S. Laurentio. *Fuit autem* Heriſia *fundata pro Benedictinis Monialibus auctoritate Stephani Papæ, uti claret in ejuſdem Pontificis Bulla, ſcripta litteris Longobardicis in volumine betulaceo, appenſa plumbea capſula cum ſigillo & cannabi, quas anno* MDCLXII *vidit ipſemet Epiſcopus Ferdinandus. Sedit Luithardus, deceſſor Biſonis, ab anno circiter* DCCCLII, *juxta Democharem Tomo 2 de Sacrificio Miſſæ cap.* 35, *cujus tempore cum nullus Romana in Sede fuerit Stephanus: oportet dicere Fundationem iſtam, poſt ejus mortem eſſe factam ſub Biſone, tempore Stephani V, ab anno* DCCCLXXV *ad* DCCCLXXXXI *Pontificatum tenentis.*

Heriſia ſub Biſone fundata poſt an. 875.

C

6 *Notavit etiam P. Ioannes Gamans, in ſuis Collectaneis, Paderbornenſem diœceſim ante annos quadraginta luſtrando ſcriptis; ipſam capſam ſuperiori ſeculo apertam fuiſſe, quia dicebatur per traditionem à majoribus acceptam, quod ſi omnia deſtruerentur Heriſiæ, Canoniſſa tamen repertura eſſent in feretro* S. Saturninæ, *unde honeſte viventes ſervirent Deo: ſed ſolas in ea repertas Reliquias palam feciſſe, quo ſenſu id eſſet à majoribus traditum. Idem P. Gamans in Membraneo libro Ms. qui ibi vocatur* Liber Præſentiarum, *notatum reperit, quod* XX Maji Saturninæ Virg. fiet ſolennis Proceſſio omnibus præſentibus, etiam Iſtorp & Olden-Heerſe.... celebratio Miſſæ à nullo eſt omittenda in noſtro Heriſienſi Monaſterio. Anno MDCXXV iterum renovata eſt deportatio Reliquiarum per Paſtorem in Olden-Heerſe, cum ſuis Parochianis, qui ſummo mane veniunt equitando ex Olden-Heerſe, deferentes Reliquias, & poſt prandium proceſſionaliter uterque ſexus eas referunt, portando imaginem Beatæ Virginis. *Credo quod* Saturninæ; *an autem hujus quoque ſint* Reliquiæ, *quas Parochiani iſti ad feſtum deferunt, non temere dixero; cum ſciam moris eſſe, ut in ejuſmodi proceſſionibus, quibus mutuo ſe honorant vicinorum locorum incolæ, in præcipuis aliquibus feſtivitatibus ſuorum ſinguli Patronorum Reliquias adferant. Dicitur autem* Olden-Heerſe *ſeu* Vetus Heriſia, *parochia illa intra cujus limites Heriſienſe monaſterium erectum, nomen* Heriſiæ *ſic illuſtravit, ut ipſum ſibi principaliter retinuerit: quemadmodum plurimis locis ſimilibus ſimili occaſione contigit. Addit denique Gamans,* XVII Junii S. Saturninæ feſtum *agi, quod* ornavit D. Decanus de Buſtorp, *cujus Decani ſi ætas ſciretur, veroſimili etiam conjectura definiri poſſet tempus, quo facta eſt Actorum* S. Benedictæ, *de quibus mox, ad* Saturninam *Heriſienſem adaptatio.*

Proceſſio ex Olden-Heerſe

D

7 *Prælaudatus porro P. Lucas, poſt omnia ſuperius expoſita; pro quatuor illis quæ enumeraverat feſtis commune Officium nobis deſcripſit, videlicet Antiphonas in utriſque Veſperis canendas ad Magnificat cum Collecta, Reſponſoriaque pro Lectionibus novem, ac denique ipſas Lectiones, non ex Antiphonario, ubi illæ non aderant, ſed ex Breviario vetuſto Eccleſiæ Paderbornenſis anni* MDXIII. Atque hæc ſunt, *inquit,* quæ, poſt devaſtatum bellicis tumultibus Heriſienſis eccleſiæ archivium, licuit ex traditione cognoſcere indagando. *Illuſtrationis cauſa addo, quod inter Monumenta Paderbornenſia, auſpiciis prænominati Celſiſſimi Principis Ferdinandi, anno* MDCLXXII *edita, pag.* 163 *contineatur diploma Caroli Craſſi Imperatoris, Heriſienſi Parthenoni anno* DCCCLXXXVII *ex petitione Biſonis Epiſcopi Paderbornenſis datum, in quo privilegia dicta Parthenoni ante donata confirmantur, & nova addunur. Item pag.* 294 *ſit mentio* Othiliæ Furſtenbergiæ, quæ huic cœnobio Abbatiſſa annis quinque & triginta præfuit, & auctis vectigalibus, extructis domiciliis, ornatis templis, & perpetuis eleemoſynis fundatis, immortalem laudem promerita, obiit anno MDCXXI Nonis Martii.

cum Officio proprio;

E

8 *Antiphona ad ſecundas Veſperas talis eſt:* Per viſcera Miſericordiæ ſuæ Dominus nos viſitavit, dum Saturninæ Virginis egregiæ pignore nos illuſtravit, quæ præſenti ſuffragio de mundi nos eruat naufragio. Ora ergo, ora, Virgo pia, pro tui gregis anguſtia. *Tum ſequitur Collecta.* Propitiare quæſumus, Domine, nobis famulis tuis, per S. Saturninæ Virginis & Martyris tuæ merita glorioſa, ut ejus pia interceſſione ab omnibus protegamur adverſis. *Quod ad Lectiones atque Reſponſoria attinet, ſumpta ſunt ex Actis: Acta vero omnino ſunt eadem quæ, accepimus* de S. Benedicta Virgine & Martyre, *ſuum in Gallia cultum habentis die* VIII *Octobris. Quod animadvertentes aliqui contractiorum Legendarum collectores, eadem Acta ſub hoc titulo referunt.* Vita S. Benedictæ Virginis & Martyris, quæ & Saturnina videtur dicta: *deinde ſubjungunt,* Omnia ſupradicta leguntur de Saturnina Virgine, quia forte binomia fuit: vel ſic mutato nomine dicta, quando tranſlata eſt ad partes Weſtphaliæ in Herſze monaſterium monialium Paderbornenſis diœceſis, ubi & feſtum prætatæ Saturninæ Virginis & Martyris (forſitan Tranſlationis ipſius) tertio decimo Kalendas Junii celebratur. *Sed hæ Collectoris veteris conjecturæ, ex dictis de quadruplici* S. Saturninæ *feſto corruunt, ubi quod dicitur* Tranſlationis feſtum, *non intellexerim,* diem quo primum Reliquiæ cœptæ ſunt ex eo, ubi prius quieverant loco amoveri, *Heriſiam deportandæ; ſed Tranſlationem aliquam poſteriorem, Heriſiâ factam ex veteri aliqua arca in novam auguſtioremque, in dextro ſummæ aræ latere collocandam: diem vero Paſſionis (neſcio unde acceptum) uti nunc ſic à principio crediderim ſemper habitum fuiſſe* XX *Maji.*

cujus Lectiones & Reſponſoria ſumpta ex Actis

F

9 *Hoc intelligens is qui* S. Benedictæ *Legendam* S. Saturninæ *accommodavit; ubi illa paſſa legebatur* VIII Idus Octobris, Auriniaco ſub Matroculo carnifice impio, *ſubſtituit,* tertia decima kalendas Junii in loco ſancto ſub Matroculo *&c. Quemadmodum, autem antea ubi prior legebatur,* indicio divinæ voluntatis adire, *juſſa* Auriniacum locum ſuper Iſſeræ fluvio poſitum, *ſub-*

à S. Benedicta V. & M. ad hanc S. Saturninam temere traductis,

A *ſubſtituit* locum Sanctum, ſuper Scalt fluvio ſitum: *ita in ceteris aliud nihil mutavit, quam nomen* Benedictæ, *in nomen* Saturninæ; *idque tam parum prudenter, ut in principio, ubi dicitur* Venerabilis Benedicta nomine & merito, *non conſideraverit omittendum ſibi eſſe* τὸ & merito, *cum in nomine* Saturninæ *à gravis infeliciſque ſideris appellatione tracto, nullius reluceat meriti dignitas. Sæpe animadvertimus fidelium populorum credulitati ſic impoſitum fuiſſe, ut deficientibus Sanctorum celebrium Actis, ſupponeretur alterius alicujus Sancti nomen; bona forſan intentione, ſed conſilio minime probando ab iis, qui intelligunt, quantam confuſionem, rebus etiam ſanctiſſimis, inducat ejuſmodi levitas. Quæ autem ratio conſilii iſtius auctorem moverit, ut pro* Auriniaco, *quod eſt in diœceſi Laudunenſi, ſubſtitueret* Locum ſanctum, *in diœceſi Atrebatenſi, nunc accipe.*

occaſione alterius S. Saturninæ apud Atrebates.

10 Apud Sanctos (*inquit Baldericus, Noviomenſis & Tornacenſis Epiſcopus, libro 2 Chronici Cameracenſis & Atrebatenſis cap.* 12) ſancta Saturnina quieſcit: *deinde hiſtoriam Vitæ ac paſſionis ex traditione popularium deſcribit, longe diverſiſſimam à vita ac paſſione* S. Benedictæ; *ac denique concludit:* Eſt autem antiqua relatio, quod longo poſt tempore Saxones, incertum qua cauſa, ad

B hanc viciniam pervenerunt, & per ipſum vicum tranſeuntes, audita quidem ſacra opinione, partem corporis ſacræ Virginis aſportaverunt. *Exiſtimo quod relatio iſta, ſeculo duodecimo, quo exeunte vixit ſcripſitque Baldericus, apud Atrebatenſes vigens, aliud fundamentum non habuerit, quam nominis identitatem: ob quam utrique genti perſuaſum fuerit, ejuſdē Sancti corporis partes fuiſſe, quæ utrobique celebri cultu honorari mutuo relatu didicerant. Sed ſi vere ex Arteſia in Weſtphaliam quæ Saxoniæ inferioris pars eſt, tranſlatæ Reliquiæ iſtæ forent, ſimul etiam tranſlata illuc fuiſſet notitia vitæ & paſſionis, ſimilis ei quam Baldericus tradidit: quemadmodum corpore S. Liborii Cenomannis Paderbornam advecto, acceptæ quoque ſunt vel tunc vel poſtea notitiæ omnes quæ de illo Cenomannis habebantur, uti apparebit* XXIII *Iulii. Cum ergo videamus Heriſienſes uſque adeo nullam ſuæ* S. Saturninæ *cognitionem habuiſſe, ut imponi ſibi ſiverint per alterius diverſiſſimæ Sanctæ Acta; conſequi videtur, nec inde accepiſſe Reliquias, ubi ſimilis notitia in memoria populari vigebat: adeoque tutius credi, æque hujus Sanctæ lipſana ex Romano aliquo cœmeterio fuiſſe allata, quam* Sanctarum Valeriæ & Fortunatæ, *quas ſimul cum ſua* Saturnina *Heriſienſes venerantur. De ea quæ apud Atrebates colitur agemus die* IV *Iunii.*

C 11 *Atque hæc dicta ſunto de* S. Saturnina, *Heriſienſis olim Parthenonis Patrona. Ad Socias, pariter in titulo nominatas,* Valeriam *&* Fortunatam *quod attinet; de* Valeria *quidem nihil uſpiam legitur;* Fortunatæ *autem,*

S. Fortunatæ capſa

uti ſupra vidimus celebrior veneratio eſt: quippe cujus corpus, pari fere cum S. Saturninæ *corpore honore conditum,* AUCTORE D. P *ſervabatur in arca quatuor fere pedum, faſtigiata, laminiſque cupreis ac inauratis tecta, in quibus opere ductili exprimebantur myſteria vitæ Chriſti, circumibant autem marginem verſus aliqui, quorum ex eodem margine paſſim fracto has dumtaxat reliquias excepit Gamanſius.*

Atque Saturninæ meritis ſuſpenſa vocatæ,
Gaudia ſed capias, tanto pro munere, palmis.

Cetera deſiderantur, æque ac notitia reliqua, unde, quando, per quem allatum illuc ſacrum corpus ſit: invaluitque opinio apud pronum ad conjecturas vulgus, S. Saturninæ *pediſſequam* Fortunatam *fuiſſe. In præcitato Præſentiarum libro ad* XIV *Octobris* S. Caliſti *nomini adſcriptum ſic legitur:* Fortunatæ feſtum, quod ornavit D. Margareta up dem Berghe &c. Idem feſtum comparatum per D. Abbatiſſam de Solmiſz. *& feſtum 14 Octobr.*

12 *Lubet hic ad extremum apponere* Walburgis *Fundatricis Epitaphium, quod hujuſmodi Gamanſius reperit, atque ſub titulo* Beatæ, *neſcio an ex ſuo an ex Heriſienſium ſenſu, tranſcripſit.* *Walburgis fundatricis Epitaphium*

Hic veneranda jacet Walburg, quæ mente virili
Struxit, & hoc rexit prima monaſterium.
Subjectis vitæ tribuens exempla beatæ, F
Eccleſiæ cunctas amplificavit opes.
Nunc te, Chriſte, pium videat, quem ſemper amavit,
Ut dextris illam conſocies ovibus.

IV Non. Mart. obiit.

Itaque ad hunc diem in libro Præſentiarum hoc legitur de modo Anniverſarii celebrandi. Memoria venerabilis D. Walburgis, Abbatiſſæ & Fundatricis eccleſiæ Heriſienſis: & miniſtratur ſolenne ovilegium de Abbatia & Præpoſitura. Ita obſervatum eſt anno MDXXXVII. Quando hæc memoria Dominico die venerit, tunc prima fit Miſſa pro defunctis cum omnibus ceremoniis, commendatione, & viſitatione capeliæ Walburgis, adhibendis & adimplendis: quibus peractis fit circuitus cœmeterii, poſtea ſumma Miſſa. *Ovilegii ludus notior Teutonibus eſt, quam ut explicari hic debeat: pro exteris ſatis ſit dicere certamen currentium eſſe, uter prius vel ingens loci ſpatium uno tractu viæ emetiatur; vel brevi in ſpatio diſpoſita certis intervallis certo numero ova ſic legat, ut quoties unum ſuſtulit, rurſus ad metam redeat, totieſque recurrat, donec ultimum & à meta remotiſſimum legerit. Interim vero, ubi ſolennior & inter plures concertatio eſt, varii variis modis certant, ut priuſquam ova omnia lecta fuerint, aliud aliquid peragant, in ſpeciem leve, reipſa difficile, & moræ quam vulgo putetur longioris, ad oblectationem intuentium, dum illi lento ac ſæpe ridiculo, & plerumque inani labore, fatigantur.* *& Anniverſarium, cum ovilegio.* F

DE SANCTIS EPISCOPIS

VELLESIO, ET FAVSTO, SEV FAVSTINO.

Ex Martyrologio S. Hieronymi. G. H.

XX MAII. *Vltimo loco memorantur hi Sancti Epiſcopi in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis, & in Corbeienſi Pariſiis excuſo iſta habentur:* Depoſitio Velleſi & Fauſti Epiſcoporum. *At prioribus verbis in Epternacenſi omiſſis, & quidem amanuenſium incuriâ, uti apparet, iſta leguntur:* & Fauſti Epiſcoporum. *In codice Lucenſi hæc traduntur:* Depoſitio Velleſi & Fauſtini Epiſcopi, *ita etiam in Ms. Blumiano: ſed hic,* Fauſti Epiſcopi *legitur. In Mss. Pragenſi & Trevirenſi S. Maximini & in Auctario Greveni indicatur* depoſitio SS. Velleſi & Fauſtini Epiſcoporum. *In Ms. Romano Cardinalis Barberini refertur* depoſitio Valleſii & Fauſtuli Epiſcopi: *at nuda Fauſti memoria eſt in Mss. Auguſtano S. Vdalrici & Pariſienſi Labbæi. Pridie hujus diei recolitur* S. Fauſtus Epiſcopus *in Martyrologio Ms. Hibernico monaſterii Tamlactenſis.*

2 *Difficile eſt aliquid de hiſce Sanctis decernere, cum nec locus aut Sedes indicetur Epiſcopalis, nec tempus quo vixerint. Florentinius oculos conjecit* in Fauſtinum, ad quem ſcripſit S. Cyprianus epiſtolam LXVII, eum laudans, quod ſteterit contra Marcianum Arelatenſem Epiſcopum, qui ſe Novatiano perfidiæ auctori adjunxerat, & initio epiſtolæ dicitur: Fauſtinus collega noſter Lugduni conſiſtens. *Hæc ille, non auſus id certo aſſerere.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS

THALLELÆO MEDICO,

ALEXANDRO ET ASTERIO SPICULATORIBUS,

ÆGIS IN CILICIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P.

De tempore & loco Paſſionis, cultu per Occidentem, Reliquiis Veronæ, Actis duplicibus ex Mss. Græcis.

AN. CCLXXXIIII

Poſt mortem Cari, promulgatis à Numeriano edictis

B

QVamvis Imperatore Caro, *ante expletum integre annum Regni Cteſiphonte poſt victoriam de Parthis extincto, Cæſaribus filiis Carino atque Numeriano breve etiam regnum fuerit, à Novembri anni* CCLXXXIII *cœptum (cum Numerianus proximo abinde Septembri ineunte a ſocero ſuo Apro ſit interfectus, Carinus vero uſque ad finem Martii anni* CCLXXXV *non pervenerit, à ſuis ipſe militibus cæſus) minime tamen incruentum illud tranſiit Chriſtianis: quorum illuſtria aliquot martyria, tam in Oriente quam Occidente, enumerat ex ſacris Faſtis Baronius. Hæc cur ſolius* Numeriani *nomine inſcribantur, haud alia commodior reddi ratio poteſt, quam quod is eam primus moverit; edictaque tulerit quæ etiam Romæ obſervari frater ejus* Carinus *juſſerit. Qui credere potuerit, non eſſe Theodoſii Imperatoris Chriſtiani Sanctionem, quæ ei in Theodoſiano Codice adſcribitur ſub titulo de Annona atque tributis hoc exordio,* Sacroſancta Theſſalonicenſis eccleſia ſciat; *ſed Gentilis Cari, ſicut præfert lectio Codicis Iuſtinianæi; ſuſpicari poterit* Numeriano *injectam à ſuperſtitione formidinem, ne ea cauſa pater ſuus perierit, quod Chriſtianis faveret. Sed mihi id veroſimile non eſt: quin potius exiſtimo patrem ac filium, relata quam dixi victoria inflatos, perſuaſoſque id Deorum beneficium eſſe. Regnum ſibi ad hoc ſtabilientium, ut eorum ipſi viciſſim cultum vindicarent, de perſequendis Chriſtianis conſilium iniviſſe: cujus mox pœnas* Carus *dederit fulmine ictus; nec eo tamen emendatior filius, juſſerit denique edicta promulgari, velut unicum medium placandorum deorum: quorum publicationi licet haud diu ſuperfuerit ipſe, ii tamen omnes qui juxta illa capitalem ſubiere ſententiam, etiam poſt ipſius mortem,* Numeriano Imperatore *paſſi dicantur.*

cæſi Martyres, huic imputantur uſque ad mortem Carini:

C

2 *Inter hos Græcorum Faſti quos ſecutum demum eſt Romanum Martyrologium ſuggerunt* S. Thallelæum Megalomartyrem. *& quidem ut* XX *Maji cæſum, cum tamen melioris notæ Acta ſic inchoentur,* Sub Conſulatu Numeriani ante diem Nonum Kalendarum Septembrium..... Ægæorum urbi præſidente Theodoro, ſedens Procon ul ad judiciũ *&c. Annus hic haud dubie notatur* CCLXXXIV, *quo Conſulatum geſſerunt Imperatores ambo; & dies Auguſti* XXIII, *à quo die uſque ad mortem Sancti interceſſiſſe debuerunt dies aliquot, vel etiam hebdomadæ non tamen tam multi menſes, quot opus eſt uſque ad Majum anni ſequentis, quo nõ modo* Numerianus, *ſed nec* Carinus *quidem amplius in vivis erant. Itaque dixerim diem* XX *Maji, præ die mortis, veroſimiliter ignoto, ſolennius cultum, diem fuiſſe elevati corporis, & in propriam eccleſiam ſub Conſtantino Magno collocati. Quod aliis pluribus, quorum interpolata dumtaxat habentur Acta, uſuvenit: ac nominatim* S. Georgio Megalomartyri, *ad* XXIII *Aprilis relato, qui ſi fuit primus decimæ perſecutionis Martyr, ob lacerata quæ tum contra Chriſtianos propoſita fuerant edicta Nicomediæ excarnificatus, & ab Euſebio ſine nomine relatus, uti etiam nunc credo ſuſtineri poſſe; paſſus ille fuerit exeunte Februario: quandoquidem ex Lactantii Firmiani libro de mortibus perſecutorum, jam bis nobis laudato ad diem* XVIII *&* XIX *Maji, certiſſimo conſtet edicta iſta Nicomediæ fuiſſe propoſita* poſtridie ſeptimum Kalendas Martii: *eſto in Paleſtina, ubi ſcribebat Euſebius, ſolum fuerint publicata menſe Aprilis circa Paſcha.*

in his S. Thallelæus paſſus poſt 23 Auguſt.

licet 20 Maji potiſſimum colatur,

ſicuti 23 Apr. S. Georgius paſſus in Februario.

3 *Porro* S. Thallelæi *cultum fuiſſe in Oriente atque apud Græcos celeberrimum, probant imprimis eorum Typi con atque Ephemeris metrica, in quibus unius hujus Sancti nomen ponitur die* XX *Maji; Magna item Menæa, quæ non modo illius ſolius Elogium iſto die habent, ſed etiam totum de eo ſolo Officium, cum Canone per S. Ioſephum Hymnographum compoſito, ſub hac Acroſtichide:*

Τὸν Θαλλέλαιον εὐφημεῖν θέμις, Ἰωσήφ.

Laudare par eſt te Thallelæum, Joſeph.

F

Thallelæi celebritas præcipua apud Græcos

Synaxaria etiam Mss. Baſilianum. Claromontanum, Chiffletianum & alia quæ vidimus, licet plures eodem die Sanctos commemorent, primum tamen locum Thallelæo *deferunt: & huic in ipſo Elogio æque ac in Actis junguntur ſocii* Aſterius *atque* Alexander Spiculatores, *miraculo in illius paſſione viſo converſi & capite plexi: quibus Chiffletianum etiam hoc diſtichon accinit:*

& ſociorum duorum,

Ἐπῆρξε τιμηθεὶς Ἀστερίῳ πλὴν κάρᾳ,
Ἀστὴρ ὁδήγων Ἀλέξανδρον πρὸς ξίφος.

Regnare cœpit Iſtius Aſterius caput,
Aſtrum Alexandro, monſtrans ad gladium viam.

Non horum tantum, ſed & Sociorum *aliorum indefinite & innominate meminit Romanum Martyrologium hodiernum; ſed Menologium Sirleti, quod allegat, plurium non meminit. Recentiora Acta addunt* Macarium: *Thallelæi in arte medica præceptorem,* Aſteronem, Philagrium, Timotheum, Theodulam atque Macariam, *ſed ex eorum ſola nec magna fide, non audemus eorum nominibus augere claſſem Martyrum hujus diei.*

nõ plurium.

F

4 *Idem etiam Romanum Martyrologium,* Edeſſæ in Syria *ſtatuit horum Martyrum paleſtram: ſed nec hoc in Sirleti Menologio reperit, verum* Edeſſam Eccleſiam civitatem, *quod male ex Græcis redditum, pejus explicavit conjectando Baronius. In Græco legebatur,* ἐν Ἐδέσῃ τῆ Αἰγαίων πόλεως, in Edeſſa civitatis Ægeorum. *Sunt autem Ægæ, cujus cives Ægæi, tum alibi teſte Stephano de Vrbibus, tum celeberrimæ in Cilicia ad mare, inter Mallum & Iſſum, ſub metropoli Ciliciæ* Anazarbo, *juxta quam captum Sanctum etiam in Sirleti Menologio legebatur: & Ægas perductum etiam alibi legitur, potiſſimum autem & clariſſime in Actis: quæ addunt, Sanctum, accepta ſententia capitali, eductum eſſe* ad locum civitatis Ægeorum famoſum, nomine Edeſſam. *Fortaſſis etiam quod de* Ægis, *Macedoniæ urbe regia, ſcribit Iuſtinus hiſtoricus lib. 7 cap. 1* Ædeſſam *prius vocatam fuiſſe, de hac Ciliciæ civitate dictum fuerit, aut (quod veroſimilius eſt, & utrobique poteſt valuiſſe) quæ communi Græcorum dialecto* Αἶγες, capræ *dicuntur, proprio Macedonum ac Cilicum archaiſmo antiquitus appellatæ ſint* Αἴδες, *levi unius litteræ diverſitate: quod deinde nomen veteri urbi, vel urbis arci manſerit.*

Paleſtra, non Edeſſa in Syria

ſed Ægæ in Cilicia:

5 *Eſt*

AUCTORE D. P. cum aliis pluribus

monaſterium ei dicatum Hieroſolymis,

5 *Eſt etiam ſatis credibile, ceſſantibus perſecutionibus Sancto Martyri templum in hac urbe erectum, eumque ibi Patronum habitum fuiſſe; unde diffuſus ſit cultus, non ſolum per Ciliciam, ſed etiam per Syriam uſque in Palæſtinam, propter frequentia miracula, quæ ei* Thaumaturgi *nomen, ut infra videbimus, pepererunt: & ſic habemus* Certamen *ejus inſcriptum Martyrologio Arabo-Ægyptio, quod Gratia Symonius, modo Archiepiſcopus Tripolitanus Maronita, Latinum nobis fecit. Procopius Cæſarienſis de Ædificiis Iuſtiniani Imperatoris lib. 5 cap. ult. inter* Monaſteria, *quæ Princeps iſte* Hieroſolymis inſtauravit, *primum nominat* S. Thalelæi: *& Synaxarium Claromontanum, quod ad Conſtantinopolitanæ alicujus eccleſiæ uſum ſcriptum fuiſſe jam alias ſæpe inſinuavimus, utpote in quo ſolicitius notantur loca urbis, ſingulorum Sanctorum feſtis celebria, Elogium Thalelæi ſic concludit:* Celebratur feſtivitas in ejus Martyrio, quod eſt intra eccleſiam Sancti Martyris Agathonici. *Hæc autem eccleſia, ſicuti erudite docet in ſua Conſtantinopoli Chriſtiana Cangius lib. 4 cap. 6 num. 5, à Conſtantino magno primum ædificata, deinde auguſtiori forma reſtaurata à Iuſtiniano, tandem Magno Palatio, cui proxima erat, incluſa eſt ſub Tiberio Mauritii ſocero. Ædificandi autem* S. Thalelæo *ibidem Martyrii occaſionem debuerunt dediſſe Reliquiæ, Conſtantinopolim aliquando delatæ: ſi quidem primus inter ſimilares Verſiculus in Officio diei, hic eſt:* Ὀμβροις τ̃ αἱμάτων σε, Μεγαλομάρτυς Θαλελαιε, ἀθεΐας τλῶ κάμινον ἐνθέως καθέσβησας, νυῦ ϑ τ̃ ϑωμάτων ῥείθροις ἀπελάυνεις πάϑη ποικίλα· κἀμὶ πιστοῖς ῥῶσιν παρέχεις τῆ ϑείᾳ χάριτι. Διὸ τλῶ ϑείαν μνήμην σε περιχαρῶς ἑορτάζομεν, ἠ τλῶ κόνιν σ̃ ζώμεν & ἱερῶς προσπυνοῦμεν. Imbre tui ſanguinis, Megalomartyr Thalelæe, atheiſmi fornacem divinitus adjutus extinxiſti: nunc autem fluentis miraculorum pellis diverſas infirmitates, & fidelibus per Dei gratiam robur præbes: quapropter divinam tuam memoriam hilariter celebramus, & ante corporis tui cineres venerabundi proſternimur. *In vita etiam S. Auxentii ad* XIV *Februarii illuſtrata, num.* 31, *ex ſuo monaſterio Chalcedonem adducendus Sanctus, acceſſiſſe dicitur* ad Martyrium S. Thalelæi, *utique diverſum ab urbano prædicto: cum hoc debuerit fuiſſe trans Pontum in ipſius tamē urbis conſpectu. Quod* S. Thalelæum *attinet, cujus memoria ad* XXVIII, *Martii notatur in prædicto Arabo-Ægyptio Martyrologio, idemne an diverſus ſit non definimus.*

Oratorium Conſtantinopoli

aliud prope Chalcedonen.

eum Reliquiis

B

C

6 *Auguſtinus Valerius, libro de Epiſcopis & Sanctis Veronenſibus fol.* 30 *ſic loquitur:* S. Thalelæi Martyris oſſa requieſcunt in eccleſia S. Nicolai, inventa ibi anno Domini, MDXVIIII die XXVIIII Aprilis, cum aliis ſanctorum Reliquiis, ut ex Chirographo, apud dictam eccleſiam manu Nazarii Beducci, dictæ eccleſiæ Rectoris, conſtat. Poſt inventionem dictarum Reliquiarum, habita fuit à Græcis commorantibus Venetiis Vita Græce conſcripta, prout etiam ex fragmentis quibuſdam Græcis apud d. eccleſiam vidimus: quæ Vita deinceps in linguam Latinam tranſlata fuit, & eſt apud d. eccleſiam. *Eam deinde Vitam producit fol.* 70, *cum præfatione ignoti Interpretis, teſtantis ſe potiſſimum inductum ad id operis in Sancti hiſtoria conferendum,* quia ejus Reliquias, in S. Nicolao nuper inventas, vix modico & quidem carioſo ſcripto teſtatas, vidit. *Vtinam vel id ipſum haberemus tranſcriptum! Interim habemus inventionis atque tranſlationis teſtes hos verſus, in baſi altaris S. Mariæ Magdalenæ depictos, quos idem Valerius fol.* 85 *& Vghellus in Epiſcopis Veronenſibus col.* 992 *legendos exhibent, hoc tenore:*

Verona in æde S. Nicolai Reliquiæ anno 1519 *inventæ,*

7 Flecte oculos, ſupplexq; preces hic funde, Viator:
Nam tegit exiguus numina magna lapis.
Dimidii Andronici, Symeonis, Thalelæique,
Et Divi Atturgi hic pulvis & oſſa jacent;
Corque carens titulo, ſudaria tincta cruore,
Martyriique genus Graii charta notans.
Sanguis, odor, crines vitreis ſervantur in urnis:
Hæc Magdalenæ vota fuere piæ.
Dilecti Chriſto Aſſeclæ ſunt fragmina buſti:
Et cineres, quorum nomina Sancta latent.
Nazarius Divis hanc Presbyter extulit aram:
Reddidit & luci, quæ latuere diu.

Ex hic nominatis primus Andronicus, *credi poſſet Veronenſis Epiſcopus, qui colitur* XIV *Decembris; niſi* Andronicum *Monachum in Palæſtina celebrem præſumere malis, de quo uxoreque ac liberis agemus* IX *Octobris, ut ejus Reliquiæ una cum ceteris ſint ex Oriente advectæ: ſic etiam de* Symeone *præſumere licet, eſſe illud S. Symeonis ſecundi, Hieroſolymorum Epiſcopi, aut alterius ejuſdem nominis earumdemque partium Sancti.* Atturius, *nomine perperam tranſcripto* Afterius *eſſe videtur, ſocius* S. Thalelæi: *qui autem* Aſſeclas *hic eſt, eum libenter fecerim* Aſclam *Ægyptium, hoc die inter prætermiſſos relatum, quia cum Latinis de ipſo egimus* XXIII *Ianuarii. Quæ ſimul omnia lucem aliquam accipiunt ex Valerio Epiſcopo, prædictis verſibus hanc animadverſionem ſubjiciente:* Nobis anno MDLXXV die XXIII Junii, oſtentæ tantum fuerunt Reliquiæ S. Mariæ Magdalenæ, vas vitreum confractum, cinis multus rubeus, oſſa in pulverem plurimum reſoluta & pannis antiquiſſimis involuta, vela multa; duo oſſa, unum ſine nomine, alterum cum chirographo S. Afterii Martyris Socii S. Thalelæi: item os unum latum, quod pro coxendice S. Thalelæi habetur, in quo crux ex aurichalco eſt cum his litteris Græcis infixa, Ο ΑΓΙΟΣ ΘΑΛΕΛΑΙΟΣ Ο ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΣ. *Hic vero præcipuus hujus oſſis ornatus veroſimile mihi reddit, ſimul omnia allata ex loco aliquo* S. Thalelæi *cultu celebri, ac forſitan ex ſupramemorato Hieroſolymitano Monaſterio, tempore belli ſacri, prius quam urbs Sancta penitus amitteretur.*

E

ex Oriente allatis,

& titulo Thaumaturgi.

8 *Acta breviora & antiquiora Florentiæ reperimus in Codice* XIIII *Platei* VIII *Bibliothecæ Laurentianæ, collectionem quamdam complectente pro parte Maji poſteriore, ad uſum ut videtur Orientalis alicujus in Patriarchatu Antiocheno Eccleſiæ ſcriptam, cui utinā ſimiles partes alibi inveniri contingat! utpote diverſiſſimam ab iis collectionibus, quæ paſſim ex Conſtantinopolitano Patriarchatu habentur, & Metaphraſti æqualiter, ſed perperam imputantur. Sunt autem ſtylo ſimplici, abſque longa ambage verborum, per breves interrogationes reſponſionesque deducta, ut ex ipſis Proconſularibus Actis magnam partem deſumpta videantur. Atque ex his ſolis accepta ſunt Elogia omnia, quæ vel Græce in Synaxariis, vel Latine inveniuntur apud Sirletum & Valerium, quorum unum jam dedimus ex Menologio Baſilii Imperatoris poſt I Tomum Maji, alterū quia longius, dabimus ex Claromontano poſt Acta prolixiora. Argumentum etiam Canonis, à S. Ioſepho Hymnographo compoſiti, ex iiſdem eſſe ſumptum per ſubjiciendas Annotationes apparebit. Hac brevitate & ſimplicitate non contentus recentior aliquis* Converſationem & Martyrium S. Thalelæi, *quanto potuit ambitu verborum, dilatavit; priori parte complexus ex unoquoq; miraculoſa curationis genere exemplum unum, in poſteriori longe alia pluraque tormenta; in quibus ut auctoritatis & fidei diverſiſſimum pondus per ſe æſtimet lector, etiam ipſā dabimus, ex interpretatione Danielis Cardoni piæ memoriæ, repertam in Codice Vaticano* 866 *fol.* 327, *de quo prope Romam ſcripto in Monaſterio Cryptæ-ferratæ, judicium Henſchenii noſtri, haud valde favens, invenies lector in Commentario de S. Irene & ſororibus* III *Aprilis §.* 2, *vereor autem ne ejuſdem Auctoris ſit etiam hæc compoſitio.*

Acta antiquiora ex Ms. Florentino,

F

minus probata ex Vaticano.

VETVSTIORA.

Ex *Ms. Bibliothecæ Laurentianæ Florentiæ, Interprete* D. P.

1 SUb Conſulatu Numeriani Imperatoris, Ægeorum urbi præſidente Theodoro, ante diem Nonum Kalendarum Septembrium, Hyperberetæi a menſis die vigeſimo tertio, ſedens Proconſul ad judicium in templo Hadriani, cum multos comprehendiſſet propter Chriſtum, plures viros variis modis exterminavit, hos mari mergens, illos gladio tradens, quoſdam igne conſumens, itaque iniquum illud exercebat judicium. Porro ut pro errore aſſerendo vehementius fatagebat., juſſit impius alium quoque, propter pietatem tunc captum, coram ſe ſiſti aitque Officio: Vocate mihi impiiſſimæ Chriſtianorum ſectæ patronum. Reſpondit Officium, Obſecramus, Domine, ecce adſtat tribunali tuo. Videns autem Præſes virum gratia comptum, & capillitio flavum, dixit eis: Ubi comprehendiſtis illum, B ingenua plane ac nitenti facie juvenem? Reſpondit Officium, obſecramus Domine, proficiſcentes in civitatem Anazarbi, quæ abeſt ab urbe Ægæorum ſtadiis [quingentis] b, vidimus illum curſim euntem verſus Orientem; qui cum nos conſpexiſſet, abſcondit ſe media in ſilva: & nos eum, pluribus diebus requiſitum, ægre tandem invenimus abditum ſub olea. Mox vero atque comprehendimus eum, adduximus Poteſtati tuæ.

2 Dixit Præſes, Fare, ô homo, cujus religionis & civitatis ſis, cujus etiam conditionis ac nominis. Reſpondit Thalelæus, Ego Chriſtianus ſum: ſi autem & nomen meum vulgare cupis ſcire, Thalelæus appellor. Sum autem ex Libano, c patrem nactus Bereccocium d, qui etiam Dux militum fuit, ſed Chriſtianus; matrem Romulianam, fratrem Joannem. Et hic quidem Subdiaconus eſt, ego vero Medicinam didici ſub diſciplina Macarii archiatri: eumque omnes diffugerent cauſa perſecutionis, comprehenſus ego traditus ſum Tiberio Præſidi Edeſſeno. Ab hoc male habitus, invocavi Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, Deum verum ac certum, bonumque & creatorem univerſorum, qui me liberavit de manibus ejus. Nunc autem rurſus veni in poteſtatem tuam, fac quod vis: quia æquum eſt ut moriar pro Chriſto, quem habeo cæleſtem Deum auxiliatorem C meum. Præſes ait: An ſicuti effugiſti Tiberium Præſidem, meas quoque manus ſperas evadere, ſceleſtum caput? Reſpondit Thalelæus: Credo ei in quem ſpero Domino Jeſu Chriſto, quod non patietur me confundi, ſed adjuvabit uſque in finem. Præſes ait: Vocate mihi Aſterium fabrum: Reſpondit Officium: Adſtat tribunali tuo, Domine. Theodorus Præſes dixit: Aſteri, terebrâ perfora talos ejus. Cum autem multum temporis huic rei inſumpſiſſent, dixit Officium: Obſecramus, Domine, ab hora tertia e uſque ad ſextam laboravimus perforando talos ejus, & nihil profecimus.

3 Reſpondit Præſes: Iterum id tentate, & omnino perforate ei talos. Aſterius inquit: Sicut imperaſti, f Domine f mi perterebravimus ei talos. Præſes dixit: Injicite funes, atque in caput ſuſpendite. Illi vero id ſe facere exiſtimantes, revera autem cæcitate percuſſi à Domino noſtro Jeſu Chriſto, ſuſpenderunt lignum, rati ſe Thalelæum ſuſpendere. Videns hoc Diſcipulus Thalelæi nomine Timotheus, ibidem adſtans; innuit B. Thalelæo, & ait, Viden' quid faciant? Cui Thalelæus; Tace, frater, adeſt mihi Chriſtus, confortans me. Præſes dixit. Quid feciſtis? Ego vos hominem juſſi ſuſpendere, & vos affixiſtis lignum:

Ad Theodorum Præſidem ducitur,

jubetur talos perforari

& ſuſpendi, ſed fruſtra:

Ἐν ὑπατείᾳ τ Νυμεριανοῦ τ Βασιλέως, ἡγεμονεύοντ Θεοδώρυ τ Αἰγαιῶν πόλεως, τῇ πρὸ ἐννέα καλανδῶν Σεπτεμβρίυ, μιᾶς Ὑπερβερεταίυ εἰκάδι τρίτῃ, προκαθίσας ὁ Ἡγεμὼν ἐν τῷ Ἀδριανῷ ναῷ, τῷ ἐν Αἰγαίαις τῇ πόλει, καὶ πολλοὺς κατήρξας διὰ τ Χριστὸν, μάστιξι ἢ πολυπλόκοις ἀφανίσας ἄνδρας πλείονας, τοὺς μὲν βυθῷ, τοὺς δὲ ξίφει παραδιδοὺς, τοὺς δὲ πρίσας, ἐπήγαγεν τὸν ἄνομον κρίσιν. Σφελεριζόμυ δὲ τῇ πλάνῃ, ἐκέλευσεν καὶ ἕτερον κρατηθέντα τότε διὰ τὸν εὐσέβειαν ὁ ἀσεβὴς παρίσασθαι, καὶ ἔφη πρὸς τὸν τάξιν· Καλεῖτε μοι τ τ ἀσεβεσάτης θρησκείας τῶν Χριστιανῶν Συνήγορον. Ἡ τάξις εἶπεν· Δεόμεθά συ Κύριε, ἕστηκε πρὸ τ βήματός συ. Ὁ δὲ Ἡγεμὼν θεασάμυ τ ἄνδρα, χάριτι φαιδρὸν, ξανθὸν τὸν τρίχα, ἔφη πρὸς αὐτούς· Πῶ τοῦτον ἐκρατήσατε, τ ἀρχιγένειον καὶ καλὸν τῷ εἴδει; Ἡ τάξις εἶπεν· Δεόμεθά συ, Κύριε, ἐπορεύθημυ ἐν τῇ Ἀναζαρβῳ πόλει, ἡ ἀπέχει ἀπὸ τ Αἰγαίων πόλεως σταδίυς φ καὶ εὕρωμυ αὐτὸν δρόμῳ ἐρχόμυον ἀπὸ ἀνατολῶν· ὃς ἰδών ἡμᾶς ἐκρύβη ἐν μέσῳ τ ὕλης, καὶ ἐποήσαμυ ἡμέρας ἱκανὰς ἀναζητοῦντες αὐτὸν, καὶ μόλις κυκλώσαντες αὐτὸν εὕρομυ εἰς ἐλαιῶνα κρυπτόμυον· ὡς δὲ κατέσχομυ αὐτὸν, παρεσήσαμυ τῇ σῇ ἐξυσίᾳ.

Ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν· Εἰπὲ σὺ, ἄνθρωπε, ποίας θρησκείας εἶ, ἢ ποίας πόλεως, ἢ ποίας τύχης, καὶ τί τὸ ὄνομά συ; Θαλέλαιος εἶπεν· Ἐγὼ Χριστιανός εἰμι, εἰ δὲ τὸ κοινὸν ὄνομά μυ μαθεῖν θέλεις, Θαλέλαιος λέγομαι· εἰμὶ δὲ ἐκ τ Λιβάνυ, οἱ δὲ γονεῖς μυ, ὁ μὲν πατὴρ Βερεχόκιος ἐλέγετο, ὢν δὲ στρατηλάτης, ἐγένετο δὲ καὶ Χριστιανὸς, ἡ δὲ μήτηρ μυ Ῥομβυλιανὴ λέγεται, καὶ ὁ ἀδελφός μυ Ἰωάννης· ἔστι δὲ αὐτὸς Ὑποδιάκονος, κἀγὼ τὸν ἰατρικὸν ἔμαθον τέχνην, παραδοθεὶς Μακαρίῳ τῷ ἀρχιάτρῳ. Διωγμῶ δὲ γενομένυ καὶ πάντων φυγόντων, ἐκρατήθην ἐγὼ καὶ παρεδόθην Τιβερίῳ τῷ Ἡγεμόνι τ Ἐδέσσης τῇ πόλει, καὶ δεινῶς μοι ἐχρήσατο. Ἐγὼ δὲ ἐπεκαλεσάμην Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα τ Θεὸν τ ἀληθινὸν, τ ἀπλανῆ, τὸν δημιυργὸν, τ ἀγαθὸν, καὶ ἐρρύσατό με ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῦ· νυνὶ δὲ πάλιν παρεδόθην τῇ σῇ ἐξυσίᾳ· ποίει ὃ θέλεις, δίκαιον γὰρ ὑπὲρ Χριστῦ ἀποθανεῖν, ὃν ἔχω βοηθοῦντά μοι τ ὑράνιον Θεόν. Ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν Ἀπὸ Τιβερίυ τ Ἡγεμόνος ἀποδράσας, νομίζεις καὶ τὰς ἐμὰς χεῖρας ἐκφυγεῖν κακὴ κεφαλή; Θελέλαιος εἶπεν· Ἐπίστευσα, εἰς ὃν ἤλπισα, Κύριον Ἰησῦν Χριστὸν, ὅτι ὐ μὴ καταισχύνῃ με, ἀλλὰ βοηθήσει μοι μέχρι τέλυς. Ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν· Κάλει μοι Ἀστέριον τ τέκτονα. Ἡ τάξις εἶπεν· Ἔστηκεν πρὸ τ βήματός συ, Κύριε. Θεόδωρος Ἡγεμὼν εἶπεν· Ἀστέριε, τρῆσον ἐν τρυπάνῃ τοὺς ἀστραγάλυς αὐτῦ. Ὥρας δὲ πολλῆς διαγενομένης, ἡ τάξις εἶπεν· Δεόμεθά σου Κύριε, ἀπὸ ὥρας τρίτης ἕως ὥρας ἕκτης ἠτονήσαμεν τρυπῶντες τοὺς ἀστραγάλυς αὐτῦ, καὶ οὐδὲν ἠνύσαμεν.

Ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν· Ἐπιδεύτερώσατε καὶ τρήσατε τὺς ἀστραγάλυς αὐτῦ. Ἀστέριος εἶπεν· Καθώς μοι ἐκέλευσας, κύριέ μυ, ἐτρήσαμεν τὺς ἀστραγάλυς αὐτῦ. Ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν· Βαλόντες σχοινία κρεμάσετε αὐτὸν κατὰ κέφαλα. Οἱ δὲ μὴ νοήσαντες, ἀλλ' ἀοράσια πληγέντες ὑπὸ τῦ κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῦ, ξύλον ἐκρέμασαν,

A μασαν, νομίσαντες Θαλέλαιον χρημνᾶν. Ὁ δὲ μαθητὴς Θαλελαίου, ὀνόματι Θεότιμος, ἐσὼς διέτευεν τῷ μακαρίῳ Θαλελαίῳ λέγων· Βλέπεις τί ποιοῦσιν; Ὁ ἅγιος Θαλέλαιος εἶπεν· Σιώπα, ἀδελφε Θεότιμε, ὁ γὰρ Χριστὸς παρέσηκεν ἐνδυναμοῦν με. Ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν· Τί τοῦτο ἐποιήσατε; Ἐγὼ δὲ ἄνθρωπον ἔπον ὑμῖν χρεμᾶσαι, καὶ ὑμεῖς ξύλον ἐκρεμάσατε; τάναντες οὖν Ἀσέριον καὶ Ἀλέξανδρον τοὺς σπεκουλάτορας εὐτόνως βασανίσατε, ἵνα μὴ τοιαῦτα τολμῶσι ποιεῖν εἰς καταφρόνησιν τοῦ δικαστηρίου. Ἀσέριος εἶπεν· Ζῇ Κύριος, κἀγὼ Χριστιανός εἰμι. Καὶ ὁ Ἡγεμὼν σφόδρα ὀργισθεὶς εἶπεν· Ἀγάγετε αὐτοὺς πρός με. Ὡς δὲ ἔμελλον αὐτοὺς παρίστάναι ἐνώπιον αὐτοῦ, εὔξατο περὶ αὐτῶν ὁ μακάριος Θαλέλαιος, καὶ ἐφύγοσαν τὰς χεῖρας αὐτοῦ. Κατέδραμον δὲ αὐτοὺς μετὰ καὶ ἑτέρων πολλῶν Μήδιός τις ὀνόματι τάξεως, καὶ κατέλαβεν αὐτοὺς εἰς τὸ κορυφιὸν τοῦ ὄρους, ὡς ἀπὸ σταδίων πεντήκοντα τῆς πόλεως, ἔνθα ἐκράτησαν τὸν ἅγιον Θαλέλαιον, καὶ ἀνῆλεν αὐτοὺς ἐκεῖ, καὶ ἐλθόντες ἀπήγγειλεν τῷ Ἡγεμόνι. Ὁ δὲ Ἡγεμὼν προσκαλεσάμενος τὸν ἅγιον Θαλέλαιον, εἶπεν πρὸς αὐτόν· Σὺ τί λέγεις Θαλέλαιε; θῦσον τοῖς θεοῖς
B καὶ ζῆσον καὶ ἀπόλαυσον τοῦ φωτὸς τούτου. Ὁ ἅγιος Θαλέλαιος εἶπεν· Οὐ μὴ πείσεις τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ δαιμονίοις ἀκαθάρτοις θῦσαι.

Καὶ ὀργισθεὶς ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν· Θέσε μοι σέλλαν, καὶ ἀνασὰς ἐγὼ τρυπήσω τοὺς σφαγάλους αὐτοῦ. Ὁ ἅγιος Θαλέλαιος εἶπεν· Ἀνάστηθι Ἡγεμὼν, καὶ ἐλθὼν τρύπησόν με τοὺς σφαγάλους· παρίσταται γὰρ ὁ Κύριός μου Ἰησοῦς Χριστὸς ἐνδυναμοῦν με, καὶ ὃ δέδοικα τὰς ἀπειλάς σου. Ὡς δὲ ἀνέστη ὁ Ἡγεμὼν τρῆσαι τοὺς σφαγάλους αὐτοῦ, ὁ θρόνος, ἔνθα ἐκαθέζετο, ἐκολλήθη ὄπισθεν αὐτοῦ, πάντες δὲ οἱ καθεζόμενοι εἰς τὸν Ἀδριανοῦ ναὸν θεασάμενοι, ἀνεβόησεν μετὰ φωνῆς μεγάλης, λέγοντες· Μέγας ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν, ὁ τοσαῦτα μυστήρια ποιῶν. Ὁ δὲ Ἡγεμὼν μὴ φέρων τὸν αἰσχύνην, παρεκάλει τὸν μακάριον Θαλέλαιον, λέγων· Εὔξαι τῷ Θεῷ σου Θαλέλαιε, ἵνα ἐκπέσῃ ὁ θρόνος ἀπ' ἐμοῦ, τάχα γὰρ ὁ Θεός σου μέγας ἐστίν. Εὐξαμένου δὲ τοῦ μακαρίου Θαλελαίου, ἔπεσεν ὁ θρόνος ἀπ' αὐτοῦ· καὶ οὐ δὲ ὅτως γνῶσιν τὸ τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἔλαβεν ὁ παράνομος Ἡγεμὼν, ἀλλ' ἔβρυχεν πάλιν τοὺς ὀδόντας κατ' αὐτοῦ ὡς ἀνήμερον θυρίον, καὶ λαβὼν τὸ τρυπανίσκον, ἔτρησεν τοὺς σφαγάλους αὐτοῦ. Παραχρῆμα δὲ ἐξηράνθησαν αἱ χεῖρες αὐτοῦ, καὶ ἀνακέκραγεν, λέγων·
C Ἔτι παρακαλῶ σε Θαλέλαιε, εὔξαι ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα ἀποκατασταθῶσιν αἱ χεῖρές μου.

Εὐξαμένου δὲ τοῦ μακαρίου Θαλελαίου, ἐγένοντο αἱ χεῖρες αὐτοῦ, ὥσπερ ἦσαν ὑγιεῖς. Ὁ δὲ Ἡγεμὼν εἶπεν· Ἄρατε αὐτὸν ἀπ' ἐμοῦ καὶ κύμασι ῥίψατε πρὸς πελάγεσιν, ὡς πῶς ἐκεῖ ἀποθάνῃ, καὶ μὴ εἰς τὰς χεῖράς μου. Ὁ ἅγιος Θαλέλαιος εἶπεν· Αὐτὸς ἤρξω τὸν ἀρχὸν τῆς ἐξετάσεώς μου ποιεῖσθαι, αὐτός με καὶ τελειῶσαι ὀφείλεις. Ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν· Ἀλλαχοῦ ἄπελθε, ἀπόθανε, ἄνθρωπε. Οὔπω ὑδέν σοι ἐποίησα κακὸν, καὶ τοσαῦτά μοι ἐνδείκνυσαι. Ὁ ἅγιος Θαλέλαιος εἶπεν· Μὴ νομίσῃς τύραννε, ὅτι διὰ τὸν φόβον σου τὸν Θεὸν ἀπαρνήσομαι· τοῦτο οὖν γίνωσκε ὅτι ὅτε τοῖς θεοῖς σου ὀπτθύσω, καὶ τοῖς δαίμοσιν, οἷς αὐτὸς λατρεύεις, προσκυνήσω. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ εἰπόντος, λαβόντες αὐτὸν οἱ δήμιοι, ἔβαλον εἰς τὸν σκάφιον, καὶ ἀπήγαγον, ἔνθα προσέταξεν ὁ Ἡγεμὼν ῥιφῆναι αὐτόν. Ὡς δὲ ἔφθασαν ἐπὶ τὸν τόπον, καὶ ἔμελλον αὐτὸν ῥίπτειν, προσηύξατο λέγων· Κύριε ὁ Θεός μου, μὴ συγχωρήσῃς με νῦν ἀποθανεῖν, ἵνα τελείως ἀγωνισάμενος ἀπολάβω τὸν τῆς ἀφθαρσίας στέφανον. Καὶ εἰπόντος

extendite igitur Asterium & Alexandrum ſpiculatores, & diligenter torquete, ut ne deinceps tale quid audeant in deſpectum mei tribunalis. Asterius inquit: Vivit Dominus: quia & ego Chriſtianus ſum. Tunc iratus Præſes vehementer ait: Ducite illos ad me. Cum autem adducturi eos eſſent ante ipſum, oravit pro eis B. Thalelæus, & effugerunt manus ejus: cucurrerunt vero poſt eos aliqui, interque ceteros quidam ex Officio, nomine Medius; & apprehenderunt eos in ſummitate montis, ab urbe quaſi *h* ſtadiis quinquaginta, ubi etiam S. Thalelæum comprehenderant, eoſque ibi interfecerunt, & redeuntes nuntiaverunt Præſidi. Præſes vero S. Thalelæum advocans, ait ei; Quid dicis, Thalelæe? Sacrafica diis, & vive, atque hujus lucis uſura fruere. S. Thalelæus reſpondit: Non perſuadebis Chriſti famulo ut dæmoniis impuris ſacrificet.

EX MS. FLORENT.

quo viſo converſi Aſterius & Alexander

h *necantur.*

4 Et iratus Præſes dixit: Ponite mihi ſellam: ego ipſe conſurgam & terebrabo ejus talos. S. Thalelæus dixit: Surge Præſes, & veniens perfora talos meos: adeſt enim Dominus Jeſus Chriſtus confortans me, nec timeo comminationes tuas. Ut autem ſurrexit Præſes ad talos ejus terebrandos, thronus in quo ſederat, adhæſit poſterioribus ejus, & omnes qui ſedebant in templo Hadriani elata voce exclamaverunt, Magnus eſt Deus Chriſtianorum, qui ejuſmodi mirabilia facit. Præſes autem non ferens verecundiam, vocavit B. Thalelæum dicens, Ora Deum tuum, Thalelæe, ut excidat à me thronus: vere enim Deus tuus magnus eſt. Orante autem B. Thalelæo, decidit ab illo thronus; ſed neque ſic Præſes injuſtus Dei poteſtatem agnovit, quin potius iterum frementis dentibus contra Sanctum, tamquam ferox belua, arreptâ terebrâ cœpit perforare ejus talos: ſtatim autem exaruerunt *i* manus ejus, & exclamavit dicens. Iterum obſecro te, Thalelæe, ora pro me, ut reſtituantur manus meæ. Orante denuo B. Thalalæo, factæ ſunt manus ejus ſanæ ſicut fuerunt.

idem per ſe facere volens Præſes,

E

bis punitur & ſanatur à Sancto.

i

5 Præſes vero dixit: Tollite eum è conſpectu meo, & fluctibus marinis immergite, ut ibi pereat, nec redeat in manus meas. S. Thalelæus ait: Tu cœpiſti quæſtionem de me habere: tu quoque mihi debes eam conſummare. Præſes, inquit: Alio abi & morere, ô homo: necdum tibi aliquid mali intuli, & talia in me exercuiſti. S. Thalelæus dixit: Ne exiſtimes, tyranne, quod propter timorem tui Deum negabo: hoc autem ſcito, quod omnino non ſacrificabo diis tuis, neque dæmonia quibus famularis adorabo. Hæc dicentem apprehenderunt lictores, conjeceruntque in ſcapham, eoque avexerunt, ubi mandaverat Præſes eum dejici in mare. Cum autem veniſſent ad locum, jactumque facturi eſſent; oravit dicens, Domine Deus meus, ne permittas me nunc mori, ut perfectum agonem abſolvens ſuſcipiam immortalitatis coronam. Hæc locutum projecerunt in mare, & reverſi nuntiaverunt Præſidi dixeruntque; ſicut præcepit Magnitudo tua, projecimus Thalelæum in mare, & nobis videntibus mortuus eſt.

mari merſus,

F

6 Adhuc illi ſic loquebantur Præſidi, quando adfuit B. Thalelæus, ſtolam albam indutus: qui autem de Officio erant indicaverunt ejus adventum Præſidi: Præſes vero audiens, vehementer admiratus eſt atque obſtupuit, & juſſit illum adduci coram ſe. Cum autem adductus eſſet, dixit ei: Ecce etiam mare vicerunt incantationes tuæ. Et dixit Beatus: Ubi nunc virtus Deorum veſtrorum? ubi gloriatio & jactantia veſtra? Ecce Dominus meus Jeſus Chriſtus diſſolvit conſilia veſtra, neque permiſit me mori, ut adhuc vincerem diabolum patrem tuum. Et Iratus Præſes dixit: Videte quomodo & maria incantavit & nobis maledicit: ſi dimittimus eum ſic interficiet nos omnes ſuis veneficiis, omnium noſtrum

ſalvum ſe ſiſtit:

EX MS. FLORENT.

feris objectus

Ps. 117, 17 & 18

ab iis non læditur

moriturus multos convertit.

strum victor. Urbicius magus dixit: Jubeat eum Potestas tua, abductum in stadium, feris in escam objici. Præses autem vocavit earum custodem, & dixit: Facito arenam parari amplissimam, & omnis generis feras adduci: ipsumque eo inducamus, ut cum illis decertet. Factumque est sicut mandaverat Præses; qui dixit S. Thalelæo, Tandemne sacrificas, Thalelæe, aut opus est carnes tuas feris præbeam? Thalelæus autem respondit ei: Adhuc ignoras gratiam & gloriam Domini mei Jesu Christi? dicentis per os David, Non moriar, sed vivam, & narrabo opera Domini: & iterum, Castigans castigavit me Dominus, & morti non tradidit me: dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me.

7 Hæc cum dixisset S. Thalelæus coram Præside, injectus est in stadium, immiseruntque in eum ursam ferocissimam: quæ accurrens inclinavit se ante eum, & lingebat pedes ejus. Hoc viso frendens dentibus suis Præses leoninum in modum, leonem maximum cum leæna solvi contra eum mandavit; qui similiter procurrentes acciderunt pedibus S. Thalelæi,
l & lambebant eorum plantas. *l* Tunc cernens Præses quod factum erat, scidit chlamydem suam, & omnis
B turba cœpit exclamare; Magnus Deus Christianorum, Deus Thalelæi adjuva nos; sic ut à clamore concuteretur theatrum: Urbicium vero magum jussit plebs in stadium projici, projectumque devoraverunt feræ. Statim autem Præses surrexit de throno, deditque sententiam contra Thalelæum: qui egres-
m sus in locum celebrem, nomine Edessam, civitatis *m* Ægæorum, oravit ibi: & orante eo contremuit locus ubi erant congregati, & timor apprehendit omnes, sic ut procidentes ad pedes S. Thalelæi dicerent, Miserere nobis, & consigna nos signaculo Christi. Atque ita certamen suum consummavit S. Thalelæus,
n *n* & pulchro somno obdormivit: cujus precibus no-
o stri misereatur Salvator. *o* [Consummatus est autem S. Thalelæus, vigesimo die mensis Maji, regnante D. N. Jesu Christo] cui est gloria & potestas in secula seculorum. Amen.

αὐτοῦ ταῦτα, ἔῤῥιψαν αὐτὸν εἰς τὸ πέλαγος, καὶ παραγενόμενοι ἀπήγγειλαν τῷ Ἡγεμόνι, λέγοντες; ὅτι, καθὼς ἐκέλευσεν τὸ ὑμέτερον μέγεθος, ἐῤῥίψαμεν Θαλέλαιον ἐν τῷ πελάγει, καὶ τέθνηκεν παραχρῆμα ὁρώντων ἡμῶν. D

Λεγόντων δὲ αὐτῶν ταῦτα τῷ Ἡγεμόνι, ὁ μακάριος Θαλέλαιος παραγίνεται ἐσολισμένος, φέρων στόλην λευκήν. Οἱ δὲ τῆς τάξεως ἐγνώρισαν τῷ Ἡγεμόνι περὶ αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἡγεμὼν ἀκούσας ἐθαύμασεν σφόδρα καὶ ἐξίστατο, καὶ ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀχθῆναι ἐνώπιον αὐτοῦ. Ὡς δὲ εἰστήνεκαν αὐτὸν, ἔφη αὐτῷ· Ἰδοὺ αἱ γοητεῖαί σου καὶ τῆς θαλάσσης περιγένοντο. Ὁ δὲ μακάριος εἶπεν· Καὶ πῶς ἡ δύναμις τῶν θεῶν ὑμῶν, ἡ τὸ καύχημα ὑμῶν, ἡ τὸ θράσος εἰς αὐτούς. Ἰδοὺ γὰρ ὁ Κύριός μου Ἰησοῦς Χριστὸς κατέλυσεν τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν, καὶ οὗ συνεχώρησέν με ἀποθανεῖν ἵνα νικήσωσε καὶ τὴν πατέρα σου διάβολον. Καὶ θυμωθεὶς ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν· Ὁρᾶτε πῶς καὶ τὰ πελάγη ἐμάγευσεν καὶ ἡμᾶς λοιδορεῖ· τοῦτον ἐὰν ἀφῶμεν οὕτως, ἀποκτενεῖ ἡμᾶς πάντας ταῖς φαρμακείαις αὐτοῦ· ἀγάγατέ μοι μάγους ἐνταῦθα, ὅπως πειράσω τὴν μαγείαν αὐτοῦ. Ἡ τάξις εἶπεν Ἐστήκασι κύριε. Καὶ ὁ Ἡγεμὼν ἔφη πρὸς τοὺς μάγους· Τί δεῖ ποιῆσαι τῷ κακίστῳ ἀνθρώπῳ τούτῳ, ὅτι καὶ τὰ πελάγη ταῖς μαγείαις αὐτοῦ ἐνίκησεν, καὶ ἡμῶν πάντων περιεγένετο. Οὐρβίκιος ὁ μάγος εἶπεν· Κελεύσει ἡ σὴ ἀρετὴ ἐν τῷ σταδίῳ ἀπελθόντα αὐτὸν, ἐκεῖ θυρίων βρῶσιν γενέσθαι. Καὶ ὁ Ἡγεμὼν καλεῖ τὴν βοηθὸν αὐτῶν, καὶ λέγει αὐτῷ· Ποίησον γενέσθαι ἀρήναν παγμεγέθη, καὶ ἀνεχθῆναι θυρία παντοδαπὰ, καὶ ἐμβάλωμεν αὐτὸν, ἵνα θυριομαχεῖ. Καὶ ὡς προσέταξιν ὁ Ἡγεμὼν γενέσθαι, οὕτως ἐγένετο. Τότε λέγει ὁ Ἡγεμὼν τῷ ἁγίῳ Θαλελαίῳ· Θύεις λοιπὸν Θαλέλαιε, ἢ τὰς σάρκας σου τοῖς θηρίοις δώσω. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ ἅγιος Θαλέλαιος· Ἀκμὴν ἀγνοεῖς τὴν δόξαν καὶ τὴν χάριν τοῦ δεσπότου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ λέγοντος διὰ στόματος Δαβὶδ, ὅτι οὐκ ἀποθανοῦμαι ἀλλὰ ζήσομαι καὶ διηγήσομαι τὰ ἔργα Κυρίου. Καὶ πάλιν λέγει· Παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ Κύριος, καὶ τῷ θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με· δεξιὰ Κυρίου ἐποίησεν δύναμιν, δεξιὰ Κυρίου ὕψωσέ με. E

Καὶ ταῦτα εἰπὼν ὁ ἅγιος Θαλέλαιος ἔμπροσθεν τοῦ Ἡγεμόνος ἐβλήθη ἐν τῷ σταδίῳ, καὶ ἀπολύουσιν αὐτῷ ἄρκτον δεινοτάτην· ἥδε δραμοῦσα ἀνεκλίθη ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ περιέλειχεν τοὺς πόδας αὐτοῦ. Καὶ ἰδὼν ὁ
12 Hæc cum multis diuque inculcaret Martyr, & populi aures animoſque occuparet, majori furore accenſus Tyrannus, Pulchre, inquit, nos adoriris, Chriſti defenſor injuſte: ego oſtendam tibi quid ſit ſperare in vanitatibus. Inde ad ſatellites converſus; *varie torquetur,* Si, inquit, ignis paratus eſt & ferrum exacutum, omnibus iſtum modis torquete. Thallelæus vero, præclare geſtorum memoria obarmans animum, intrepidus adſtitit. Mox ungulis, machæris, igne, aliiſque tormentis in ſanctum Martyrem cœptum eſt pugnari. Certanti autem & diriſſima verba perpetienti Chriſtus adfuit, tyranni machinationibus auxilium ſuum opponens. Mille igitur vulneribus toto B corpore confractus & ferro laceratus, atque ad ignem admotus, mentem oſtendit ſui plane dominam, quæ paſſionibus ſubactis quælibet etiam ſupplicia irrideret: non enim formidabilis ei videbatur torturaria machina, & iratus judex inane terriculamentum: gaudebat gladiis conſcindi ad ſanguinem, & omnium tormentorum evadebat victor, Chriſtum recogitans. Totam pœnarum ſeriem tyrannus explicuit, nec tamen generoſam Martyris conſtantiam valuit ſuperare: apparuit fruſtra adhibitam ignis vehementiam, *ad omnia invictus.* quam extinguebat fidei virtus, & difflabat mentis ardor igneus: verberibus, igne, ferro comſumebatur; ſed etiam inter tormenta efferebatur gaudio, & cruciatus omnes pedibus calcans, hoc modo Tyrannum eſt allocutus; Quam minaris mortem minime ſubterfugio, ne fallaris, ſed intrepide ad illam uſque pro fide mea decertabo, & Chriſti cauſa majores ſemper animos afferam. Jucundum mihi ſiquidem accidit tuæ impendi feritati conſumendum, ut ne coram Angelis à Chriſto neges: meliuſque eſt mihi pie emori. Si enim hujus carnis vas confregeris, non tamen animæ meæ theſauros deprædabere; ſi ſenſibili hoc tabernaculo me exturbes, non tamen me privabis ea C quæ intellectu cognoſcitur manſione. Neſcit è ſtatione diſcedere in adverſitatibus religioſus animus: in pace ſolitus generoſorum pugilum trophæa admirari, in bello non abjiciam ſcutum Chriſti: non enim ignavis gratia largitur præmia, non remunerat operas remiſſas, nec ſomnolentos coronat: intentus in Chriſtum dum excipio verba, meam illi animam tranſſcribo: ignium tuorum incendia rideo, Servatoris mei rore recreatus: ut folium ſic deſpicio gladium, quia animum habeo inſtar ſaxi obduratum: membra mea in mortem trado, ſuam paſtori ovem præparo; quia debeo Deo ſacrificium.

13 Tunc Judex, qui ſicut leo in prædam ſibi oblatam irruerat, hiſce vocibus infremuit: Hiccine eſt diuturnæ patientiæ noſtræ fructus? decimum & *Deſperante de eo judice.* octavum ætatis ſuæ annum nondum hic implevit, & quovis rhetore fortius rem ſuam contra nos propugnat. Vinci facilem adverſarium putabam mihi eſſe propoſitum, verum ecce, tormentis omnibus ſubjicitur, nec tamen terretur: ingentia illum pericula undique circumſtant, & majores capit animos: minis omnibus impetitur, & magis ſe magiſque refractarium exhibet: ignis ferrique vim cervice protenſa excepit, omnia cruciatuum genera eſt expertus,

ἐχαρίσατο. Τί σῶ ὕτως προδήλως ὑλακτεῖς κατὰ D μονογενοῦς ὑοῦ Θεοῦ; δέον σε τοῖς αὐτοῦ παιδεύμασι προσάγμασιν, καὶ ἐλευθεροῦν τοῦ ματαίων τούτων, καὶ τυχεῖν τῆς ἀφωνίου ζωῆς. Ὑπάκουσον, Ὑπαλιτὲ, ἐὰν τῷ τάξιν τοῦ δικαιοῦ καθυφεῖς τῷ ἐπιθυμίαν τοῦ Χριστοῦ ἀναλάβοις, ἀφῆκε τοῦ ἰατροῦ τὰ ψυχικὰ τοῦ ἁμαρτωλῶν θεραπεύοντος πάθη, πάντας γὰρ θέλει Σωθῆναι ὡς Θεός.

Ἐπιπολὺ δὲ ὁ Μάρτυρος καταλέγοντος ταῦτα, καὶ χαρμονὴν τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ, ὁ τυραννικὸς θυμὸς ἐμμανέστερος . . . . ! καί φησιν Καλῶς ἡμῖν ἐπεφύκης ἔκδικος Χριστοῦ ὁ κατάδικος, ἐγώ σε δείξω ἐλπίζειν τὰ μάταια. Καὶ τοῖς δορυφόροις φησὶν, Εἰ τὸ πῦρ παρεσκεύασαι, καὶ ἠκόνηται σίδηρος, πάντως αὐτὸν ἔδυσε κυκλώσατε. Ὁ δὲ χαλκεύσας τῷ ψυχῷ τοῖς ἀνδραγαθήμασιν ἴσατο. Εὐθὺς οὖν ὄνυχες, καὶ ξίφη, καὶ πῦρ, καὶ στρεβλώσεις ἐπολιόρκουν τὸ Μάρυρα. Ἀλλὰ Συμπαρῆν αὐτῷ μαρτυρῶν Χριστὸς, τὰς τυραννικὰς ἐπιτεχνώμενος τέχνας. Μυρίαις οὖν πληγαῖς τὸ Σῶμα περιῤῥαγὲς, καὶ τῷ Σιδήρῳ καλαξανθὲς, καὶ πυρὶ προσπελάσας, αὐτοκράτορα γνώμην προβέβλητο, τὰ πάθη μαραίνουσαν, καὶ τὰς πολυτρόπους τιμωρίας γελῶσαν. Ἦν γὰρ αὐτῷ ἡ τῆς στρεβλώσεως μηχανὴ ἀκαλάπηκτος, καὶ ὁ θυμωδὴς ἀμαγγάνευτος φόβος· περιχαρὴς δὲ ἐγεγόνη τοῖς τῶν ξιφῶν ἁμαυσόμενος τραύμασιν, καὶ πάσαις τῆς κολάσεσι μίαν ἤθαν ἐδίδου τὸ Χριστὸν ὀνουμένος· ὅλον ἐξεκένωσεν ὁ τύραννος τῶν βασάνων τὸν ὄχλον, καὶ τὸ σεῤῥὸν τοῦ Μάρτυρος οὐκ ἠλλοίωσε φρόνημα· ἀλλ' ἀνάνδρως προσφερομένη τοῦ πυρὸς ἡ βία εὑρίσκετο, τῇ δυναστείᾳ σβεσθῆσα τὸ πίστεως, τῷ πυρὶ χωνευθεῖσα τὸ φρονήσεως· μάσιξι, καὶ πυρὶ, καὶ Σιδήρῳ κατανάλωτο ὅλος, καὶ ὡς εὐφραινόμενος ἐπὶ τιμωρούμενος, καὶ πάντα ταῦτα κατεπάτει τὰ πάθη, καί φησιν πρὸς τὸ τύραννον· Οὐ δραπετεύω, μὴ νομίσῃς, ἀπειλούμενον θάνατον, ἀλλ' εὐτόλμως τῇ πίστει πρὸς τοῦτον μαχήσομαι, τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ προτιθεὶς ἀριστέαν· ἡδὺ γάρ μοι τὸ γενέσθαι χειρὸς τυραννικῆς παρανάλωμα τῆς σῆς, ἵνα μὴ ἀρνηθείην ἔμπροσθεν τῶν Ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ, καὶ κρεῖττόν μοι μᾶλλον ἀποθανεῖν εὐσεβῶς· εἰ γάρ μου καὶ τὸ Σαρκὸς διαῤῥήξεις τὸ ὄστρακον, ἀλλ' οὐ Συλήσεις τὰ τῆς ψυχῆς θησαυρόν· εἰ καὶ τὸ ἀϋδιτῆς Σκήνης ἐξαγάγεις με, ἀλλὰ τὸ νοητῆς μονῆς ὑ στερήσεις με. Οὐ γὰρ οἶδεν εὐ- F σεβὴς ἐν Συμφοραῖς λειποτάξιον· ἐν εἰρήνῃ θαυμάσας εὐτόλμων ἑτέρων τὰ τρόπαια, ὑ ῥίψω ἐν πολέμῳ τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀσπίδα· ὑ γὰρ χαρίζεται δωρεὰς τοῖς ῥαθύμοις ἡ χάρις, ὑ μισθοῦται ἐκλελυμένους ἐργάτας, ὑ στεφανῖ τοὺς καθεύδοντας. Διὸ μαστιζόμενος, πρὸς αὐτὸν ἀτενίζων, τελευτῶν αὐτῷ τὴν ψυχὴν παρατίθημι· παίζω τοῦ πυρός σε τὴν φλόγωσιν, τῇ γὰρ τοῦ Σωτῆρος περιβλύζομαι δρόσῳ φύλλον ἅπαν σε ξίφος λογίζομαι, πεπέτρωται γὰρ ὁ λογισμὸς τῆς ψυχῆς μου· ἑῶ τὰ μέλη μου πρὸς θάνατον, ἑτοιμάζω ποιμνίου τὸ πρόβατον, χρεωστῶ γὰρ τὴν θυσίαν.

Ὁ δὲ δικαστὴς ὡς λέων εὑρὼν θυριάλωτον κάθισε ἐκπολεμῶν, καὶ τοιαύτας ἐπεβρύχαλο φωνάς· Τοιάντε τὴν ἀνεξικακίας τὰ ἐπίχειρα; ὀκτωκαιδέκατον ἔτος οὕτος πεπλήρωκεν ὕπω, καὶ ἀμείνω ῥητόρων ἡμᾶς Συλλογίζεται· εὔλητον ὀνόμιζον γεγενῆσθαί μοι θήραμα, οὕτος δὲ στρεβλῶται τοῖς βασάνοις καὶ ὑ καταπλήττεται, κυκλοῦται τοῖς κινδυνώδεσι καὶ καταθρασύεται, ἀπειλοῖς προσβάλλεται, ὑπισχνίζεται πρὸς σιγὴν καὶ μᾶλλον σκληρύνεται, τῷ πυρὸς καὶ τῶν Σιδήρων

A Σὺ ἡρῶν τὼ βίαν κεκυφότι τραχήλῳ Σωέβλασεν, ὥᾶσαν ὡεριῆλθεν τῶ βασάνων τὼ πλάνῳ, ϗ τότε δωατώτερ ὁ τόν. Ἆρα τῷ ἀγκίτρῳ τῦ χρυσοδελεάσω; ἀλλ' ἀπερίχραφ οὕτ χρυσίῳ· μαγγανείας ἐπ' ὠδῶν καθέζω; ἀλλ' ἀκολάκευτ οὕτ ταύταις. Ἑτέρας λαβὰς κατ' αὐτῦ ὡρυπανεύσω, ἐν θαλάσῃ ζυγωσατήσω τότῳ τὼ τῦ ζῶ ὡροθεσμίαν· ναῦς τοίνυν ὑποδεχέσθω τῦτον, ϗ μέσον ὡελάγυς μόνη ὡρὸς μόνον ὡεριφερέσθω· εἰς βυθὸν ἐκρυπτέσθω ἐπὶ τὰ Κύπρια μέρη, κἀκεῖ βρῶμα γένηται ἰχθύων, βορρὰ θηρίων. Εἰ εὐσεβής ἐστιν, Σωσάτω αὐτὸν ὡάντως ἡ ὡρονοίας ὡαντέφορον κράτ· εἰ δέ τις κάκις, ὑπὸ τ δίκης αὐτῆς βαπτισθήσεται, ϗ οὐκ εἰς χεῖρας ἐμᾶς φονευθήσεται. Ἀλλ' ὁ τῦ Θεοῦ γνήσι δῦλ Θαλλέλαι ἐμβληθεὶς ἐν τῷ σκάφει, θαλατεύων ἐφέρετο, ϗ ὡῦ αὐτῷ ἀφοβεία ὡαντὸς ὁδοιπόρυ θαῤῥαλαοτέρα. Τότε ἐπάρας τὰς χεῖρας εἶπεν· Πρός σε ἦρα τοὺς ὀφθαλμύς μυ ἡ κατοικῦντα ἐν τῷ ὐρανῷ· ἔβλεψα ὡολλάκις εἰς σε, ϗ ἡ ἀξ ὐρανοῦ μοι ὑπεδέδωκας ἔλεον· γενοῦ μοι ἡ καταπαύσεως ὡϊοχ, πλησίον τῦ χειμῶ σῆσόν μοι τ λιμένα· ἱερυργήσω μυ τὼ Σάρκα σοι τῷ Χριτῷ, ϗ μὴ καταπιέτω με βυθὸς, μὴ ζημιώσῃς με τῦ μαρτυρίυ τῦ σῦ, ἀλλὰ πλήρωσόν μυ τὸ ὑπιθύμιον· ὡαράσχυ μοι διὰ ἡ καρτερίας ἐν ὡαῤῥησία καταξιωθῶσι παρασταθῆναι ἔμπροσθεν τῦ κριτηρίυ συ τῦ φρικτῦ, ὅτι οἱ ὀφθαλμοὶ ἡ ψυχῆς μυ εἰς σε ἐλπίζυσι Κύριε.

Τότε ἡ θάλασσα, φιλομάρτυς διὰ Χριτὸν γεγονῦα, τᾶις τυραννικᾶις ἀνέσι βυλᾶις, ϗ τῷ Μάρτυρι μᾶλλον ἐφύλαξεν ἔννοιαν. Καί βλέπε μοι τὼ εὔτεχνον τῆς ὡρονοίας εἰκόνα· τῦ γὰρ τυράννυ δισπαθεστέρα δειχθεῖσα ἡ θάλασσα, ϗ ὑπὸ θείυ ὡνεύματ κατεωαθεῖσα, ϗ δορυφορήσασα ἐν τῷ σκάφει ἡ ἡ ὡίσεως ἔμπορον, ὡροέπεμπεν αὐτὸν ἀπλανῶς μέχρι τῶ ἀγιαλῶν, ἕως ἦλθεν σὐκ ἐκ ὡολλοῦ ἡ Αἰγῶν διασήματ. Ὅτε ϑ τῇ ξηρᾷ ὡαρεδόθη, εἰσήγαγον Θεοδώρῳ τῷ Ἡγεμόνι· ὃς ἐκπλαγεὶς τὸ γεγονὸς, ϗ ὡς ἐκ βελῶν τοξευθεὶς, ϗ τοὺς ἐλέγχυς σὐκ ἔχων ἀποδείσαθαι, εἰς ἕτερον ὡόλεμον τῦ Μάρτυρ ὅπλσο. Καὶ ὡῦ ὡάλιν Θαλλέλαι ἐς κρίσιν ἀνάρπας, στρατιῶ ὡολυχειρία δονήμ, ὡς ὡρόβατον μεριζόμενον λύκοις. Καὶ οἱ τῶ ἐλλώων Σωκεκλώωτο δῆμοι, ϗ μάλισα οἱ τὼ ἰατρικὼ μετερχόμενοι τέχνῳ βασκαίνοντες αὐτῷ, ϗ ὡ τῷ νενομισμύῳ Σωδραμόντες ϛαδίῳ, κατεβόων τῦτον ὑπὸ ἡ ἡγεμονικῆς ἐκκηρυχθῶαι βυλῆς. Πάντων δὲ τὼ κατ' αὐτῦ ὡροχεόντων ὀμώτητα, ὁ Μάρτυς τὼ ἑλλωικὼ ὅτως ἐσοφίσατο σᾶσιν· τῦ γὰρ τυράννυ ἐρκότ τί λέγειν ὡρὸς ταῦτα ὁ κατάδικ ἔχει, ὁ Ἅγιός φησιν· Μόν μυ κηδέσθω Θεὸς, ϗ ὡᾶς ὁ τῶ ἀνθρώπων ἐκπολεμήτω με κόσμ· οἶδα γὰρ ὡς ϗ μελὰ τάφον ζωοποιὸς ὁ Θεὸς, διὸ μεδὲ τὼ εὐκλεᾶ ταλαιπωρίαν ὡαιδευθέντα, ϗ ὡεριδόντα τὼ Σωματικὼ ὡολυπάθειαν, τὼ ἀκριβῆ τῦ Χριτῦ ἐγκάμιον πλήρωσιν, τῶ Σαρκικῶν ὡράξεων ἐκδυῶαι τὸν ἄνθρωπον.

Τότε ὁ Ὑπαλικὸς, ὡανύργυς ἀπειλὰς ὡροσενεγκὼν, αὐτῷ θυμομαχῶν, τὼ τελευτὼ τῦ δικαίυ ὤδινεν, καί φησιν· Εἰ ϗ ἰδεὶς τὸ Σκάφ ὡειρατὴς κακοδαίμων ἐβάπτισεν, ἀλλ' ουὖ εὐθέως δώσω ἡ ζωῆς συ τὸ ὡέρας. Τέταρσι τοίνυν ἥλοις καθηλῶσω Σανίσιν, ϗ τέτρασιν αἱμοβόροις ὡαραδιδόσω θηρσὶν, ἕως ὅτως κοχλάζυσα ὡίσα τότῳ καταχεθείη, ϗ νέφεσι λίθων καταχωσθείη, ϗ κάμινον οἰκήτω ὡυρὸς, κἀκεῖ ὡεριμενέτω τῶ ἀνθρώπων ἡ ἄρπαγα

semperque valentior perseveravit: si auri eum argentique esca expugnare contendo, ad omnes meos impetus manet immobilis; si blanditiis instо, nullis pertinax blanditiis flectitur. Alia ratione contra eum agendum est mihi: quis vitæ præstitutus ei sit terminus, à pelago sumam experimentum. Navis ergo eum excipiat, quæ in medium pelagus sola solum devehat. Descendat sane in profundum haud procul ab insula *n* Cypria, ibique fiat esca piscibus, & marinis belluis. Si bonus est, servet eum omnia curans Dei providentia: sin impius, sua demergatur sub culpa, nec manibus meis interficiatur. Dei ergo famulus fidelissimus Thallelæus scaphæ impositus, in medium ferebatur mare, ita metus omnis expers ac ullus umquam peregrinantium. Sublatis deinde in cælum manibus; Ad te, inquit, levavi oculos meos qui habitas in cælo: sæpius respexi ad te, & è cælo misericordiam mihi fecisti: fias mihi auctor pacis, & tempestati proximum colloca in portu. Corpus meum tibi consecro Christe, non absorbeat me profundum. Da mihi in præmium tolerantiæ, ut dignus inveniar ante tremendum tuum tribunal cum fiducia apparere, quia oculi mei in te sperant Domine.

EX MS. VATICAN.

n

mari mersus

B

14 Tunc pelagus Martyri propter Christum favens, & tyranni consilia evertens, curam ejus visum est suscepisse. Ecce autem insignem providentiæ eucta moderantis imaginem. Etenim ipso tyranr o violentius mare, spiritu divino placatum, fidei mercibus onustam navim veluti custodiendo deduxit absque errore ad littus, donec prope urbem Ægarum appelleret. Ut igitur exscensionem fecit Thallelæus, ad Theodorum Præfectum continuo est adductus: qui rei eventum summopere admirans, & subita quasi sagitta percussus, nec inveniens quid responderet, ad Martyrem denuo oppugnandum se accinxit. Ad tribunal igitur pertrahebatur rursum Thallelæus, à magna militum manu raptatus, quemadmodum si mitis ovicula lupis cessisset in prædam. Tunc etiam universa Gentilium multitudo in eum fuit commota, eorum maxime qui medicam similiter artem profitebantur; invidia quippe stimulati, ad constitutum judicio locum concurrentes, exclamabant, dignum esse hominem qui Prætorio edicto proscriberetur. Omnibus igitur iram & crudelitatem spirantibus, ita tumultuantium seditionem compescuit Martyr; ex eo quod tyrannus in medium attulerat, occasionem nactus quæ vellet dicendi. Sic igitur dixit: solum mei curam gerat Deus, & omnium manus pugnent contra me: scio enim quod etiam post sepulturam vivificet Deus: ideo me oportet gloriosis eruditum ærumnis, despectis cruciatibus corpori diversimode inferendis, ad plenitudinem Christi perfectam attingere, & carnalium actuum hominem exui.

E

restituitur littori;

C

15 Tunc Proconsul omnis generis minas ad oppugnandum Martyrem protulit, cujus mortem dolebat sibi non procedere, atque dixit; etsi piraticus dæmon nullus naviculam demerserit, vitæ tamen tuæ cito finem imponam. Quatuor igitur clavis trabalibus in altum suffigatur, & crudelissimis quatuor belluis tradatur dilaniandus; tum liquefacta ei infundatur pix, ac lapidum nube obrutus, in ardentem conjiciatur fornacem, in eaque hominum omnium devastatricem mortem præstoletur. Quibus auditis Martyr, toto vultu sudans, sicut fatigatus pugil, compunctus ad lacrymas est. Existimans autem tyrannus eum formidine concussum deficere, Dæmones, inquit videntes eum superati sunt, & tormentorum instrumenta ipsius verbis subversa; [nunc vero] formidat immanitatem cruciatuum ..... *o*: pro mea tamen clementia gloriam tibi & opes polliceor, deorumque nostrorum benevolentiam addico, si hos co-

F

reductusque ad Præsidem,

denuo frustra solicitatur:

o

EX MS. VATICAN.

colueris, si autem verbis meis non fueris persuasus, utroque bono bis miser privaberis. Sed longe sapientiorem sermonem ei reposuit Martyr, dicens: Tuam istam cavillatoriam compellationem rideo. Quid donis me & promissis tentas, in lapsum trahere, non pie, sed impie me volens? Muneribus tuis non inquino animam, ut lutum sperno lapidum tuorum pretiosorum thesaurum, deridiculo mihi est omnis divitiarum splendor, nihil mihi pretiosius est sacrificio immaculato: humana enim omnia nihili facio, uni Deo intendens. Quando mihi præludia agonum definivit, mentem attuli animumque immotum; quando autem ad finem & victoriam mihi vergit certamen, lassari me jubes, impie? At ego supplicia pro deliciis habeo, laudari me credo quando vapulo: non me terrent feroces in me satellitum tuorum vultus, periculis ita ut coronis exulto, vulnera non aliter ac honores admitto; corporis enim depositio idem mihi est quod depositio vestium, quia Christiana pietas non subjacet humanæ vicissitudini. Fquidem Providentiæ dextera defendor, & spe quam habeo repositam in Christo circummunior mystica quadam ratione: qui enim sua cura dignatus Adamum & vulneri ejus medicinâ tulit, sperantem in eo
B animam numquam obsiviscetur.

16 Animadvertens tyrannus nihil à se profici, nec ullis suasionibus emolliri fortem Martyris animum, ad incutiendos terrores iratus se rursum convertit, atque ait: Superflua sunt & nonnisi ridicula ad hominem surdum verba, illæ sermonum blanditiæ finem nunc habeant; pœnarum acerbitatem ei exposui, humanitatem quantam aliquis potest exhibui, neque tamen hoc aut illo modo animum ejus expugnare valui: adhibitis reipsa cruciatibus, nihil persuasi; adductis in medium blanditiis non permovi; verba frustra contra eum multiplicavi, nihil lictorum lacerti valuerunt efficere: mors homini est in desiderio, & exitus ex hac vita jucundus. Quid igitur ad surdas aures loqui pergo? Mortis rete adversus eum explicabo. Nec mora, acceptis continuo secundum leges pugillaribus, mortis sententiam scripsit, quâ in publicum projecta, è tribunali se proripuit. Sic igitur multis iisque cruentis certaminibus exercitum, libenterque susceptis pro Christo laboribus coronatum, Martyris Thallelæi corpus vivendi finem
C accepit; anima vero accepta Deo veluti triumphalis pugil, acquisitum tandem bravium intuens, è corpore abiit, & ad Salvatorem agonothetam celeriter pervenit. Ex adstantium vero multitudine non pauci, spectata insigni Martyris constantia exituque, Christi fidem amplexi, mortem cum eo oppetierunt. In quorum numero Macarius quidam, bonorum operum studiosus cæloque transscriptus, qui sancto Martyri fuerat medicæ *p* artis præceptor, Asterius faber
p lignarius, Alexander miles, Asteron, Philagrius, *q* Timotheus, Theodula, Macaria, *r* aliique cum illis: quorum certamina commemorata amandi Dei memoriam nobis renovant, quibus, una cum ipsis & gloriosissimo Martyre Thallelæo, utinam aliquando contingat partem obtinere in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

ac denique moritur

eum pluribus sociis.

q

r

Θάνατον. Τούτων ἐπακούσας ὁ Μάρκος, ἐνυδρώσας D τῷ προσώπῳ ὡς παλαιστὴς κεκμηκὼς, κατενύχθη πρὸς δάκρυα. Δειλανδρίσας δὲ τοῦτον νομίσας ὁ τύραννος, ἔφη· Οἱ δαίμονες αὐτὸν ἐδόλιες ἠλάθησαν, πάθη δὲ τοῖς αὐτῷ μεθίσανλο ῥήμασιν P . . . ὅτι τὰς P βακχείας δειλιᾷ τοὺς βασάνους· ἀλλά γε τῷ Συμπάθει μοι, δόξαν καὶ πλοῦτον ἐπαγγέλομαί σοι, ἔτι τε τιμὴ παρὰ τοῖς θεῶν εὐμενείαν εἰ εὐσεβήσειας τούτοις· εἰ δὲ οὐχ ὑπείκεις τοῖς ῥήμασιν, ἑαλὸς διχόθεν ἃ ἄμφω διαμαρτὼν τιμῆς. Ἀλλ' ἑτέρας Φωτέρας Συλλαβὰς ἀνέλεξεν ὁ Μάρκος λέγων· Γελῶ σε τὴν ἔρωνα προσηγορίαν· τί με δωρεὰς καὶ προσχέσεις ὑποκλέπτεις πρὸς πῶμα, δυσεβῆσάί με, σὲκ εὐσεβῆσαι ζητοῦ; Τοῖς σοῖς χαρίσμασιν ὐ ζημιῶμαι ψυχὴν, ὡς πολὺν τὸν χρυσὸν λογιῶμαι τοῦ τιμίων σε λίθων, καταγέλασόν μοι τὸ πολύπλυτον κάλλος· ἐμοὶ γὰρ οὐδὲν κερδαλεώτερον ἀμωμήτου θυσίας, πάντων γὰρ ὑπεροφῶ καὶ πρὸς Θεὸν ἀφορῶ. Ὅτε μοι τὰ τοῦ ἀγώνων ἑτοῖκει προοίμια, ἀκλινῆ λογισμὸν καὶ σερρὸν προεβεβλήμην· ὅτε δέ μοι πρὸς τέλος καὶ νίκην ἡ κρίσις ἐκφέρεται, καμφθῶμαί με κελεύεις παράνομε; Ἀλλ' ἐγὼ εὐφροσυνῶμαι τὰς κολάσεις ἡγοῦμαι, ἐπάγυρος δέχεσθαι νομίζω τὰς μάστιγας, ὐ δειλιῶ ἠχημάτων κατ' ἐμοῦ τοῦ δορυφόρων τὰ ὄμματα, ὡς σεφάνοις τοῖς κινδυνίοις χορεύω, τὰς πληγὰς ὡς τιμὰς ἀποδέχομαι· ἔστιν γάρ μου τὸ Σαρκὸς ἡ ἀπόθεσις ὡς ἐδύτου ἀπόδυσις, ἡ γὰρ εἰς κρεῖσσον εὐσέβεια θνητῆς διαδοχῆς οὐκ ὑπόκειται· φυλάττομαι δὲ τὴν χεῖρι τὸ προνοίας, καὶ τῆς ἐλπίσι τοῦ Χριστοῦ μυστικῶς περισφύγγομαι· ὁ γὰρ τὸ Ἀδὰμ μεριμνήσας, καὶ ὀπτήσας αὐτοῦ τὸ τραῦμα τὸ ἐμπασσον, ἐκκρεμαμένης πρὸς αὐτὸν σὲκ ἀμνημονήσει ψυχῆς.

Ὡς δὲ σὲκ ἴσχυσεν ὁ τύραννος, ὐ δὲ τί πειθοῖ τὸ τὴ ψυχῆς μαλάξαι ἀνένδοτον, τὸ ὀργίλον ἀνελάμβανεν φόβον, καί φησιν, Περιττὸν λόγους εἰ κωφὸν ἀναλίσκειν, εἰς φλυαρίαν καταλήγει τούτῳ τοῦ φωνῶν ἡ κατάνλησις, καὶ βασάνων δυνάμιν εἰς αὐτὸν ὀπτδέδειγμαι, καὶ φιλανθρωπίαν δαψιλεσέραν πελάγους, καὶ ἐξ ὐδελέρυ γέγονα πειθανὸς τῷ ἀγνώμονι, δρασηρίῳ ἰσχύϊ ὐ μελέπεισα, κολακευλικαῖς ἐπωδαῖς σὲκ ἐκλινα, ἀλλὰ μάτην εἰς αὐτὸν μασίγων ἐξανάλωταμ πλῆθος, εἰς ἀνόνητα ὁ τοῦ δημίων ἐκνενεύρισαμ τόνον· τούτῳ σφαγὴ ποδινὴ, ἑπέρας ἡ τελευτή· τί οὖν ἰσχρᾶς ἀκοᾶς ὁμιλῶ; ἐφαπλώσω λοιπὸν κατ' αὐτοῦ τὸ θανάτου τὸ δίκλυον. Τότε παρὰ πόδας τὰς νομικὰς ἀναλαβόμενος δέλτους, καὶ τὸν ψῆφον ὁρίσας, καὶ τῷ σαδίῳ προσρίψας, ἀνέστη τοῦ βήματος. Οὕτως οὖν πολυαμάτῳ μαρτυρίῳ ἀγωνισάμενος, καὶ ἐκυσίοις πόνοις σεφανωθεὶς, ἐτελειώθη τὸ τίμιον σῶμα Θαλλελαίου τοῦ Μάρτυρος· ἡ δὲ θεοπρεπὴς τούτου ψυχὴ, ὡς νικητὴς ἀθλητὴς τοῖς τῶν ἀγώνων ἀφορῶσασα σεφάνοις, διέστη τοῦ Σώματος, καὶ πρὸς τὸ ἀγωνοθέτου Σωτῆρα κατέδραμεν. Πολλοὶ δ' ἐκ τοῦ ὄχλου θεασάμενοι τοῦ Μάρτυρος ἔνσασίν τε καὶ χρίσιν, καὶ πιστεύσαντες εἰς Χριστὸν, σωὶ αὐτῷ τοῦ θανάτου ἐγεύσαντο· ἐν οἷς καὶ Μακάριός τις, ἀνὴρ δικαιοπράγος ἀναρίθμου θεῷ, καθηγητὴς ἰατρικῆς ὀπτήμης τοῦ Μάρτυρος, καὶ Ἀστέριός τις ξυλεργάτης, καὶ Ἀλέξανδρος στρατιώτης, καὶ Ἀστερὼν, καὶ Φιλάγριος, καὶ Τιμόθεος, καὶ Θεοδούλη, καὶ Μακαρία, καὶ ἕτεροι σωὶ αὐτοῖς, ὧν τῶν ἀγόνων ἡ μνήμη θεοφιλίας ὑπόμνησις, μεθ' ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς τὸ μερίδος καταξιωθῶμαι τοῦ πανευφήμου Μάρτυρος Θαλλελαίου, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ANNO.

A

ANNOTATA. D

a *Imo* longe ab Anázarbo, *sed tamen* ab euntibus Anazarbum *captus Sanctus est*, 50 *dumtaxat stadiis ab urbe Ægæorum, ideoque huc potius quam Anazarbum totius Provinciæ Præsidi adductus.* b *Iam diximus ex* Libani *regione in Phœnicia natum Sanctum,* Hierosolymis *tamen sui nominis monasterium habuisse.* c *Nihil de hoc aliisque cruciatibus sinceriora Acta: & illi valde multiplicati plerumque suspicionem fictionis augent, non opinionem virtutis.* d *Expunxi, quia sensum non faciebant, & is per se commode subsistebat, hæc verba,* τὸ γὰρ ἀληθινὸν ἀρετὴ πολιτεία ἐστίν: *& quod sequebatur,* ἀλλὰ ταρέχως ἠκολέθων *per conjecturam correxi.* e *Expunxi ob eamdem causam etiam hæc,* ζώσασα ⁊ ἐ ἀθλητοῦ τῷ ὀσφύϊ. f *Item hæc,* ἀλλ' ἐτυφλωνη τὴν αἴθησιν. g Περώνη *non invenitur,* περόνη fibulam *significat: sed quid esset,* legum fibula? *Nihil ultra divino, suspicor tamen in torturis præscriptum plagarum numerum, post quem dabantur inducia ad loquendum, tam ei qui exercebat quæstionem, quam qui eidem subjectus erat.* h *Recte videntur* præstigiæ *inusitato alias nomine dici* ἑτεροφθαλμίαι, *ut quæ fallendo oculos aliud pro alio videri faciant.* i *Etiam hæc novæ compositionis vox est, quam si additâ litterâ augere liceret,* χρησιμοδοσία *posset* beneficentiam *significare: nam* χρήσιμος *utilis est, sed* χρησμὸς oraculum, *unde* χρησμοδόλος oraculo concessus: *quidni etiam in genere,* concessus divinitus? *& sic* χρησμοδοσία *etiam* divina beneficentia *erit.* Πλωαγωγεῖσθαι, *id est,* per nares duci. k *Dominicum* sepulcrum *primo nosci & honorari à Christianis cœpit tempore Constantini Imperatoris, proinde hic quoque hallucinatur Auctor.* l *Deest verbum.* m Ἀμαγγάνευτον, *id est, nullo mangonio seu nulla arte exaggeratus.* n Ciliciæ *nempe objecta est* Cyprus, *freto milliarium circiter 60 remota à continenti.* o *Hiatum hic aliquem esse, incuriæ Græca transcribentis imputandum, sensus, nimium à præcedenti diversus, indicat.* p *A* Macario *quidem se institutum profitetur Martyr in aliis Actis: sed nec verosimile est eum Ægis adfuisse: fortassis etiam ille nec Christianus fuit, neque tunc vivebat.* q Timotheum *Sancti discipulum, atque adeo jam antea Christianum, agnoscunt Acta; qui videtur magistrum secutus,* B *captum inaudiens: de ejus Martyrio nihil alibi legitur.* r *Cetera nomina unde accepta sint, & qua fide, non indago.* B

EPITOME ACTORUM

Ex Ms. Synaxario Collegii Ludoviciani S. I. Parisiis.

ΑΘΛ. ΤΟΥ ΑΓ. ΜΑΡΤ. ΘΑΛΛΕΛΑΙΟΥ.

Οὗτος ἐπὶ Νουμεριανοῦ τοῦ Βασιλέως, ὁρμώμενος ἐκ τῆς Λιβάνου, πατρὸς Βεροκκίου καὶ Ῥωμυλίας μητρός· ἐν μελέτῃ ⁊ γενόμενος ⁊ ἰατρικῆς τέχνης ⁊ωνεσχέθη ἐν Ἀναζαρβῷ ⁊ δευτέρας τῆς Κιλίκων ἐπαρχίας ἐν ἐλαίῳνι κρυπτόμενος· καὶ ⁊ροσάγεται Θεοδώρῳ τῷ Ἄρχοντι. Ὃς, μὴ ⁊εισθομένου αὐτοῦ θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, ⁊ροσέταξε τρυπηθῆναι τοὺς ἀστραγάλους αὐτοῦ, καὶ σχοινίοις κατὰ κεφαλῆς ἀναστεθῆναι αὐτόν. Τοῦτο οὖν δόξαντες οἱ ὑπερέται ⁊οιεῖν, ἔκ τινος θείας δυνάμεως τὰς φρένας ἀλλοιωθέντες, ξύλον ἀντὶ τοῦ Ἁγίου τρυπήσαντες ἀπηώρησαν. Τύπτονται οὖν ὡς κατὰ τοῦ Ἄρχοντος ⁊αίξαντες· δύο δὲ ἐξ αὐτῶν, Ἀλέξανδρος καὶ Ἀστέριος, τὸ ⁊αράδοξον ἰδόντες ἐπίστευσαν τῷ Χριστῷ, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀποτέμνονται. Ἀποστὰς δὲ ὁ Ἡγεμὼν ἐπεχείρησε δι' ἑαυτοῦ τοὺς ἀστραγάλους τρυπῆσαι τοῦ Ἁγίου· καὶ ἐν ᾧ ἔμελλε τοῦ θρόνου ἐξανασείειν, ἐκολλήθη ὁ θρόνος τοῖς ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐξανασείειν· ὃν κατοικτειρήσας ὁ Ἅγιος, καὶ ⁊ροσευξάμενος διασεῖσαι ἐξ αὐτοῦ τὸν θρόνον ἐ⁊οίησε. Ἐ⁊ὶ δὲ, τῷ τοιαύτῳ θαύματι ⁊ολλοὶ τῷ Χριστῷ ⁊ιστεύσαντες, ἔμενεν ὁ τύραννος ⁊επωρωμένος τῇ ἀ⁊ιστίᾳ, καὶ ⁊άλιν ἐπεχείρησε τοῦ διατρυπῆσαι τοὺς ἀστραγάλους τοῦ Ἁγίου, καὶ εὐθέως αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐξηράνθησαν· εἶτα τυχὼν διὰ τοῦ Ἁγίου αὖθις ἰάσεως, ἐκέλευσεν αὐτὸν ῥιφῆναι ἐν τῇ θαλάσσῃ· ἐξ ἧς ἐξῆλθεν ἀβλαβὴς, λευκὴν ἐσθῆτα φορῶν. Μετὰ ταῦτα θηρίοις ἐν τῷ σταδίῳ ἀρίεται, καὶ ἀλώβητος διαμείνας, ἐν Ἐδέσσῃ τῆς Αἰγαίων ⁊όλεως ξίφει τῷ κεφαλῷ ἀ⁊οτέμνεται. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ ⁊ωάξις ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτοῦ, τῷ ὄντι ἐνδον τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ἀγαθονίκου.

CERTAMEN S. MART. THALLELÆI.

Hic erat sub Imperatore Numeriano ex Libano, patre Beroccio, matre Romulia; medicinæ autem dans operam comprehensus est Anazarbi, secundæ Ciliciæ urbe, in oliveto ubi latebat, & adductus ad Theodorum Præsidem. Hic cum ei persuadere non posset ut idolis immolaret, jussit ejusdem talos terebrari, & funibus in caput suspensum attolli. Id dum facere se credunt ministri, per divinam quamdam virtutem à mente alienati, lignum loco Sancti terebrantes suspenderunt. Vapulant ergo, quasi Præsidi illudentes: duo vero ex ipsis, Alexander & Asterius, viso miraculo, crediderunt in Christum, & capite plexi sunt. Consilii autem inops Præses, aggressus per scipsum est terebrare Sanctum: sed cum vellet de sella surgere, adhæsit illa posterioribus ejus, ita ut surgere nequiret. Sed' misertus illius Sanctus fecit oratione C sua, ut ab illo sella sejungeretur. Cum ergo propter hujusmodi miraculum multi crederent in Christum, & suæ incredulitati tyrannus obduratus inhæreret, iteruinque rentaret talos Sancti terebrare; statim ejus manus exaruerunt. Dein rursus sanitatem consecutus à Sancto, jussit illum in mare præcipitari: verum etiam hinc exivit, albam vestem indutus. Post hæc objicitur feris in stadio; & neque ab his læsus, in Edessa civitatis Ægæorum gladio caput ampuratur. Agitur autem illius festivitas in ejus martyrio, quod est intra ecclesiam Sancti Martyris Agathonici.

DE SANCTO BAVDELIO MARTYRE,

NEMAVSI IN GALLIA NARBONENSI.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. H.

De Cultu, Tranſlatione, Actis : quorum alia dantur, alia ut apocrypha rejiciuntur.

XX MAII.

NEmauſus, *urbs eſt antiqua Galliæ Narbonenſis in Orientali parte hodiernæ Occitaniæ, verſus Provinciam & urbem Arelatenſem, ſed ſub Narbonenſi Archiepiſcopo. In hac urbe Martyr obiit* S. Baudelius, *ab idololatris occiſus; cujus ſacra memoria inſerta eſt quatuor vetuſtis Martyrologii Hieronymiani apographis, & quidem in Epternacenſi, à mille circiter annis exarato; idque non ſub finem, quod accidit iis qui poſtea ſunt inter tranſcribendum adjecti, ſed plane in medio, ſtatim poſt Sanctas Romanas prænemoratas, hac forma:* Nemauſo Baudeli Martyris, *deinde ſubjungitur.* Item alibi Natalis Sanctorum Cervaſi & Protaſi,& Depoſitio Velleſi & Fauſtini Epiſcopi, *quæ non tam aſſeveranter dici poſſunt eſſe Hieronymi: quam illa de* Baudelio, *cujus tamen nomen in dictis apographis diverſimode ſcribitur; ſcilicet* Baudilis, *atque etiam* Saúdili; *uti &* Nemavi *pro* Nemauſi. *Memoratur item in antiquioribus Mss. Barberiniano, Richenovienſi, Atrebatenſi, Tornacenſi, & aliis pluribus, ſub nomine* Baudoli, Blandii, Bautilii, Bauddi, Bautii: *in aliquibus indicatur* cum Sociis ſuis, *quorum quidem in Actis prioribus fit mentio num.* 7, *ſed abſque ulla apparentia martyrii ab eis tolerati. Vſuardus hoc eum elogio ornat:* In Galliis civitate Nemauſo, S. Baudelii Martyris, qui comprehenſus cum ſacrificare nollet, & in fide Chriſti immobilis inter verbera & tormenta perſiſteret, martyrii palmam pretioſa morte percepit. *Quæ Vſuardi verba in hodierno Martyrologio Romano retinentur. Addit Ado, eum* à paganis, deorum ſuorum ſacrificia celebrantibus, comprehenſum. *His ſubnectit Notkerus*, creberrimis ſignis clarum effulſiſſe. *In Ms. Gemmeticenſi refertur pridie ſeu* XIX *Maji.*

Memoria in antiquis faſtis.

B

2 *Acta habemus duplicia; quorum priora cenſemus eſſe magis authentica, atque ex majorum traditione pro Nemauſenſibus ſcripta, ſaltem ſeculo ſexto, cum iſtic ſacrum ejus corpus miraculis clareret: eiſque uſi videntur Vſuardus, Ado, Notkerus. Habemus illa in illuſtri Legendario noſtro Ms. item ex Ms. Aroaſienſi Canonicorum Regularium in Arteſia. Quæ eadem ſubmiſit nobis Divione* Petrus Franciſcus Chifletius, *deſumpta ex Mss. Montis S. Mariæ & Accincti. Tempus tolerati Martyrii nuſquam definite exprimitur, neque nomen alicujus Romani Imperatoris, ſub quo licuerit idololatris ſic in Sanctum ſævire: antiquitas tamen Hieronymiani Martyrologii facile perſuadet id accidere potuiſſe, ſicut num.* 4 *dicitur, cum adhuc* maxima pars hominum gentilis ſuperſtitionis detinebatur errore, *etiam ante Diocletiani ac Maximiani tyrannidem. Certe nulla videtur veroſimilitudine poſſe præſumi, recentiori memoria & Gothis Occitaniam occupantibus, ſeculo* V *dumtaxat, paſſum eſſe eum, qui celebris habebatur tempore* Theodorici Italici Regis, *quando ejus* Dux Aram *reſidebat Arelate, ſicut conſtat ex Gregorio Turonenſi, cujus verba ipſis Actis addimus, ſub titulo Appendicis: quamvis alias in fronte hujus Commentarii locari digna, quia certiorem Sancti notitiam præbentia, quam Legenda, utcumque ea crederetur (quod vix crediderim) prius eſſe compoſita.*

Dantur Acta ex Mss.

C

cum Appendice ex Greg. Turonenſi.

3 *Poſteriora Acta, Aurelianis conſarcinata, poſt illuc tranſlatas corporis Reliquias, reperimus in codice Ms. Regina Sueciæ ſignato n.* 721: *& ex his compendia extracta in Ms. Vltrajectino S. Salvatoris, & in antiquo Breviario apud prænemoratum Chiffletium, nec non in Catalogo Petri de Natalibus l.* 5 *c.* 24, *deniq; in Sauſſaji Gallicano & Tamaji Salazar Martyrologio Hiſpanico: hic vero dicit ea ſe ex antiquo Breviario Burgenſi dare. Extat apud nos dicta Eccleſiæ Burgenſis Breviarium anno* MDIII *excuſum, in quo novem Lectiones de* S. Baudelio *recitantur, ſed ex prioribus Actis deſumpta mutatâ præfatione: quibus ſimilia reperit prædictus Tamajus in Breviario Hiſpalenſi ſub annum* MDXXV *impreſſo. Sunt autem poſteriora Acta illa, quæ Aurelianis conſarcinata dixi, longe minoris meriti quam priora (licet hæc ipſa non ſint maximi) iiſque miſcentur apocrypha multa aliunde; atque imprimis huic* Baudelio *applicatur, quod de alio in Vita S. Evurtii Epiſcopi Aurelianenſis dicitur;* Baudelius Subdiaconus, eo elevante Hoſtiam, vidiſſe manum de nube, quæ caput ejus cooperuerat, & extenſa benedixit tertio Deo oblatam: *qui deinde, ut fiat connexio, fingitur Nemauſum profectus martyrium ſubiiſſe. Colitur S. Evurtius* VII *Septembris, eumque Carolus Sauſſajus in Annalibus Aurelianenſibus cenſet ab anno* CCCLVIII *uſque ad* CCCLXXXX *Sedem iſtam tenuiſſe: quare qui noſtrum hunc* Baudelium *crediderunt* Subdiaconum S. Evurtii *fuiſſe, ex antiquiori Nemauſenſium traditione habitum hominem militarem ac conjugatum, videntur reſpexiſſe ad tempora Iuliani Apoſtatæ, ſub quo idololatria, totis proſtrata Galliis redactaque ad pagos, repullulare etiam in civitatibus potuit. Additur* ſanguis *Martyris*, è vulnere manans, in lac converſus; *quod in prioribus Actis non invenitur. Hujus porro converſionis miraculum multum expenditur in Hymnis, pro* S. Baudelii *Officio proprio ad Nemauſenſis Eccleſiæ uſum compoſitis, quos nobis inde tranſcriptas Avenione miſit* P. Carolus Faber, *cum Lectionibus, ſimiliter ex fide Aurelianenſium Actorum acceptis, ubi dicitur S. Evurtii ſucceſſor* S. Anianus, miraculorum fama motus, Nemauſum veniſſe; impetrataque à Præfecto Galliarum, Arelate tunc degente, venia, ſacra lipſana Aurelianum, Baudilii patriam, aſportaviſſe, ſummo Nemauſenſium luctu.

Alia Acta Aureliis compoſita,

E

ut apocrypha rejiciuntur.

Aurelias tranſlatum corpus

F

4 *Ad Aëtium Patricium Arelatem profectus Anianus legitur in Vita, data* XVII *Novembris: quo quidem itinere tranſire* Nemauſo *Sanctus potuit, obvia & propinqua Arelatæ urbe: ſed exportati inde* S. Baudelii *nulla ibi mentio, & Turonenſis ita de eo loquitur, ut ipſo ſcribente adhuc Nemauſi fuiſſe corpus credere debeas, niſi certiori aliunde auctoritate moveariſ. Quare ſecunda Acta, quocumque in pretio poſtmodum habita, ab hoc opere reſecanda cenſemus, atque adeo reformandum, totum quo nunc utuntur Nemauſenſes Officium, novumque ex aliis Actis faciendum. Quod autem ad tempus Tranſlationis attinet, ſi conjecturis definienda res eſt, malim ad Saracenorum in Provinciam incurſiones reſpicere, propter quas ad interiora Galliæ aliæ multæ Reliquiæ Sanctorum tranſlatæ fuerunt. Extra dubium interim manet traditio Aurelianenſium, dum conſtat quod anno* MXXIX *ſub Roberto Rege facta eſt* elevatio corporis S. Aniani, cum corporibus SS. Euſpicii, Monitoris, & Floſculi Confeſſorum, Baudelii & Scubilii Martyrum, & Agiæ matris S. Lupi Confeſſoris: *uti ex Vita Roberti Regis auctore Helgaudo, ſcribit*

elevatur an. 1029.

A *ſcribit Carolus Sauſſajus lib.*8 *Annalium Eccleſiæ Aurelianenſis num.*32, *& nos in variis Mss. habemus. Acta* S.Scubilii Martyris *latent* : *dies natalis eſt* v *Octobris. In Veteri autem Kalendario Eccleſiæ S. Aniani, ad hunc* XX *Maji præſcribitur* Officium IX Lectionum de S. Baudelio Martyre. *Ant. Vincentius Domeneccus in Hiſtoria gener. Sanctorum Cataloniæ, aliquam Vitam* S. Baudelii *habet, eo quod in variis Eccleſiis iſtarum ditionum ut Patronus colatur, & non procul ab urbe Barcinonenſi ſit parochia* S.Baudelii, *vulgo* San-Boy *dicta. Hinc arrepta occaſio inſerendi nuper excogitatis Adverſariis Luitprandi num.*63 *iſta verba* : Reliquiæ S.Baudelii, Diaconi & Martyris Nemauſenſis, ſub Juliano paſſi pro fide, delatæ ſunt Rodam, civitatem maritimam prope Indigetes, & Toletum: quæ delatæ ſunt in Arca ſancta Ovetum. *Hæc, ut fidem inveniant, ex certioribus monumentis eſſent confirmanda, prius quam ex auctoritate Hiſpanici Martyrologii, ſpecialis hujus Sancti cultus ab Eccleſia Toletana aſſumatur. In Proprio Sanctorum Eccleſiæ Lodovenſis, auctoritate & labore Ioannis Plantavitii Epiſcopi anno* MDCXXX *edito, celebratur* ritu duplici feſtum S.Baudelii Martyris, Eccleſiæ de Somonte Patroni,

B *una dumtaxat leuca diſtantis ab urbe: ipſa autem* Lodeva *ſeu* Luteva *bidui itinere diſtat Nemauſo, leucis circiter octodecim. Aliquis etiam* S.Baudelii *cultus in Autiſſiodorenſi diœceſi fuiſſe probatur, ex Geſtis Epiſcoporum Autiſſiodorenſium, in nova Bibliotheca Labbæi ; ubi de* XLIV *Epiſcopo iſtius civitatis Gualdrico circa annum* DCCCCXXX *dicitur, quod* in cœnobio Sanxiacenſi, aulam S.Baudelii, furibunda Normannorum rabie crematam & poſtea lapſam, ſacro divini amoris æſtuans igne, propriis impenſis ad integritatem priſtini ſtatus reformare ſategit, & locum non parva munerum oblatione nobilitavit.

cultus in Catalania.

item Lodovæ

atque Altiſſiodori.

ACTA MARTYRII

Ex Quatuor Vetuſtis codicibus Mss.

Chriſtus in Martyribus patitur & triumphat.

1 Victorioſa Sanctorum Chriſti Martyrum certamina non ſunt infructuoſo cunctis ſilentio celanda, ſed patenter ad ædificationem audientium prædicanda. Par eſt enim ut omnigenâ extollantur laude, pro illius maxime amore & honore, qui ſe in ipſis aſſerit, non ſolum audiri & honorari, ſed etiam pati. Nullo modo quippe tot genera tormentorum prævaluiſſent ferre corruptibilia corpora patientium, niſi eis dediſſet in pœnali agone uſque

C

Jo. 16, 33 in finem perſeverare, qui ſuis dignatur in Euangelio dicere: In mundo preſſuram habebitis ; ſed confidite, ego vici mundum. Et revera ſicut ipſe Rex decertantium triumphavit de mundo cum principe ſuo; ſic dedit & eiſdem Sanctis ſuis fortitudinem, ſanctique Spiritus dono trophæa reportare de hoſte ſuperato. Talium in numero bellatorum jure cenſemus computandum Athletam Dei Baudelium, cujus geſta paſſionis placuit vobis deſcribere, quatenus & opinio virtutum tanti viri valeat clareſcere, & devotio totius ordinis in celebratione ſolennitatis ejus valeat accreſcere.

Ortu nobilis,

2 Sanctus igitur Baudelius, nobilibus per omnia natalibus ſecundum dignitatem ſeculi ortus, nobilior extitit honeſtate morum & ſanctarum ornamentis virtutum. Chriſtianus namque à primæva ætate, non luſibus delectabatur pueritiæ, ſed ſervorum Dei magis aſſiduâ gaudebat familiaritate. Tandem vero ingreſſus adoleſcentiam, ſic edomuit carnis laſciviam, ut nulli lubricæ voluptati daret operam. Et quia totam ſpem ſuam atque tuitionem po-

Jo.15,5. nebat in Domino, qui dixit diſcipulis ſuis: Sine me nihil poteſtis facere, potius opportune vacabat ora-

tioni in ipſius templo, quam vano bacchantium juvenum ſpectaculo. Interea cum in robur virile migraſſet, paternæque ſubſtantiæ & terrarum poſſeſſione legali jure heres factus fuiſſet; quatenus cunctis foret religioſæ forma vitæ, incrementis bonorum actuum, cœpit quotidie ad altiora conſcendere. Fuit quippe pater pauperum, conſolator viduarum & orphanorum, ſuſceptor quoque peregrinorum: eſurientes & ſitientes neceſſario victu & potu reficiebat, nudos & algentes veſtiebat, vagantes ſine tecto feſtinanter hoſpitio ſuſcipiebat, languentes piâ ſolicitudine viſitabat, & competenti largiori cibo refocillabat. EX MS.

addictus operibus miſericordiæ,

3 Talibus itaque cum eſſet intentus, tam theoricis quam practicis virtutibus, velut jubar ſideris quaquaverſum diffundens radios fulgoris, oſtendebat plurimis exempla Chriſtianæ religionis. Præter hæc autem cum & juventutis flore vigeret, & copiâ infinitarum opum abundaret, compulſus eſt auctoritate & parentum imperio ſortiri uxorem, ad conſervandam poſteritatis eorum prolem. Quæ licet eſſet ei & nobilitate generis & facultate propemodum conſimilis, tamen, quod eſt laudabilius, in nullo E erat degener ab optimis comparis ſui moribus. Qui poſitus corpore in terra & indiſſolubili conjugii innexus copulâ, ſic æquo moderamine curabat diſponere quæ poſſidebat in mundo, ut toto conamine, pro ſuo poſſe, aviditate & mente converſaretur in cælo. Satagebat enim implere, quod conjugatis præcipitur Apoſtolicâ voce; Qui habent uxores ſint 1 Cor.5, 29. tamquam non habentes.

parem ſibi uxorem ducit.

4 Sed quia ſancti viri per gratiam ſancti Spiritus perfectiora ſemper conantur ſectari, donec Deum in ſuæ Majeſtatis eſſentia mereantur contemplari; quod eidem Deicolæ ipſe Pater luminum & Auctor omnium bonorum dignatus eſt inſpirare, nullo modo convenit ſilentio tegere. Videns mundanam felicitatem ſibi eſſe proſperam, & habitationem inter ſuos concives ſaluti animæ ſuæ noxiam; cœpit cogitare anxius, qualiter relictis omnibus patriæ rebus, *Diſtributis bonis,* à ſolo diſcedens nativo, peregrinaretur in quocumque Deo placeret loco. Ideo metuens quod dicit Dominus in Euangelio ſuis ſequacibus ; Qui non Luc.14, renuntiaverit omnibus quæ poſſidet, non poteſt 33. meus eſſe diſcipulus; venditis quibuſlibet mobilibus quæ potuit in theſauris ſuis reperire, curavit ex F aſſe egenis pretium eorum diſtribuere ; ut taliter mercator fieret cæleſtis margaritæ. Poſſeſſiones vero multas ac territoria propriis dereliquit propinquis, & ita expeditus & alacer, una cum conjuge & *cum ea venit Nemauſum,* paucis ſibi obſequentibus vernaculis, arripuit iter peregrinationis, donec veniret ad metatum Nemauſenſis civitatis. Ea ſiquidem tempeſtate urbs eadem murorum & cellarum turrium præmaximo ambitu, & firmitate compaginis erat conſpicua, civium frequentiâ & inhabitatione nimium populoſa, & mercimoniis divitiarum undique advectis ſupra modum opulenta. Verum, quamquam eſſet tranſitoriâ & umbraticâ hujus ſeculi gloria ſatis clariſſima; tamen in illo tempore, quo hic beatus vir coronam deſtinati à Deo martyrii meruit ſuſcipere, adhuc maxima *idololatriæ deditam orbem:* pars hominum Gentilis ſuperſtitionis detinebatur errore. Deerat namque eis venerabilium Sacerdotum Eccleſiaſticæ inſtitutionis doctrina, & ideirco errantes ſicut oves languebant abſque pervigili Paſtorum cura.

5 Cumque ad eum locum veniſſet, ubi corpus ſuum propriæ ſponſæ ſpontaneâ voluntate præceperat monumento ſervandum ſepeliri (ut pote ſibi Deo revelante ibidem percepturus glorioſam & condignam meritis ſuis coronam martyrii) invenit in vulgari ſilvâ, civitati proximâ, Gentilium agmina,

EX MS.

sacrificiorum suorum ritus celebrantia & adorantia dæmoniacæ adinventionis simulacra. Hæc itaque silva, quæ tunc erat malignorum spirituum culturæ dedita, profert quercus glandiferas, plus nutrimento ignis quam domorum aptas ædificiis. *tujus incolas conveniens,* In hac itaque vir Dei ingressus, ait ararum structoribus, justæ indignationis zelo repletus: O vos stultissimi hominum, qui non agnoscitis Factorem vestrum! cessate deinceps, cessate adorare statuas dæmonum: quoniam colentes idola, manu amentium sculpta, nisi resipuerint, ibunt in æterna inferorum tormenta. Quapropter si cupitis evadere talium damnationem, credite in omnium Conditorem, & accipite sacri baptismatis regenerationem; ut filii lucis effecti, mereamini heredes effici cælestis regni. At si aliqua sanitatum beneficia speratis ab eisdem vobis largiri pro tali cultu inani; pro certo credite, sine dubio non liberari corpora ab ullo ægritudinis incommodo, usquequo plane subjiciantur animæ vestræ dæmoniorum intolerabili servitutis jugo. Ut autem *suadet idola confringenda:* ab hac diabolica damnatione possitis divinâ miseratione redimi, & promissa vobis à Christo libertate potiri; confringite idola, surda & muta & omni ratione carentia, & adorate illum cui servit omnis creatura. Si vero me audire nolueritis, similes efficiemini eis, quos falso Deos dicitis, & dementer colitis.

B

fidem profitetur: 6 Ex hac ergo erroneâ simul & effera Paganorum turba, cum multi, qui potentiores ceteris videbantur, quis esset aut unde venisset, vel quem Deum coleret stomachando & minitando inquirerent; S. Baudelius, spiritualibus armis munitus, & ut miles Imperatore præsente ad prælium intrepidus, ita respondit se interrogantibus, sancto Spiritu roboratus; Quis sim, aut unde venerim, non est necesse fateri: præsertim cum & militaris vestis, officio militiæ me strenuum & aptum ostendat, atque idioma loquelæ alterius regionis me esse incolam evidenter pandat. De cultura vero si nosse desideratis, scitote absque dubitatione me firmissime esse cultorem sanctæ & individuæ Trinitatis, & Catholica fide in Deum Patrem, & Filium ejus Dominum nostrum Jesum Christum, & Spiritum sanctum ab utroque procedentem corde credere, & ore confiteri pro mea salvatione; & eamdem fidem, Deo mecum operante, adornare condigna operatione. Ad hæc sancti viri verba, inconcussâ mente prolata, profana multitudo Gentilium gravissime indignata, suis ut acquiesceret aris hostias dæmonum immolare, Dei servo non desinebat nimis atrociter imperare. Sanctus autem Baudelius, veræ & Christianæ credulitatis fide animatus, atque supra firmam petram fundatus, non solum eorum ut debuit monita fortiter abominando est execratus; verum etiam ad melioris vitæ normam, salutiferamque sacræ legis sectam exhortare cœpit eos, per Apostolicæ institutionis doctrinam.

sacrificare vetuit:

C

varie torquetur: 7 Tunc illi pariter omnes, se invicem ad tormenta ei communi voto irroganda cohortantes, in corpus Baudelii Martyris exeruciandum insolitâ crudelitatis rabie consurgunt. Quod ut omnimodis verberum & gravium suppliciorum dilaceraret diversitas, totius nefandæ manus instigavit acerbitas. Nam quidquid insanus furor sacrilegorum animis ministravit, quidquid rabida sævientium ira carnificum excogitare pœnarum potuit, in fragili carne militis Dei exercere non distulit. Cujus gloriosa de fide Trinitatis omnia disponentis confessio cum nequaquam posset superari aliquo tormentali machinamento, judicaverunt tandem impiorum phalanges, ut necem ei inferret illisus capiti gladius biceps. Quod ideirco decreverunt per unanime sæviendi in eo desiderium, quo quantocius vitam finiret præsentem per diu optatam proprii sanguinis effusionem. Quo comperto, is qui erat divini amoris igne succensus, sequaxque Christi, & Crucis ejus timendo illum bajulus; petiit lictores humili prece, quatenus permitterent ei orare, saltem vel unius morulâ horæ. Quibus id libenter concedentibus, ad Orientalem plagam se convertens, flectens genua humo, oculis & manibus devote intentus cælo, perfusus lacrymis, ei ad quem mox erat iturus per depositionem hominis, talia in altari cordis obtulit libamina orationis. Tibi, inquit, Domine Deus meus, gratias ago propensius, qui me creasti & illuminasti: qui me piâ morte Filii tui redemisti, qui adoptione Spiritus sancti & regeneratione baptismi me innovatum in numero filiorum tuorum computasti, & confortando inter prospera & adversa, usque ad hanc passionis meæ diem, etiam in pœnis tolerantiam dedisti. Deprecor ergo te, omnium Dominator Domine, per immensam clementiæ tuæ benignitatem, ut omnes qui, per nomen meum, te in nomine Unigeniti tui invocaverint, piam exaudi-

D

& feriendus gladio,

post fusas preces,

tionis tuæ eis accommodes aurem: & de omnibus angustiarum tribulationibus in te confidentes digneris eripere, ac juste postulata concedere. Commendo etiam curæ tuitionis tuæ socios meos, quos hic superstites relinquo; nec non & eos quorum crudelissima persecutione agonizo: quatenus illos custodias, & istis indulgeas, & huic erraticæ urbi lumen cognitionis tuæ quandoque ostendas. Me autem per martyrialium tormentorum agonem fac obsecro civem cælestis Hierusalem, in quâ merear contemplari cum omnibus Sanctis desiderabilem vultum tuum, & te laudare in secula seculorum.

E

8 Completa oratione placabili, cum se signasset victoriosâ Cruce, monuit carnificem, ne cunctaretur ferire jam mundo altiorem. At ille statim evaginatum cum brachio elevans gladium, forti annisu percussit eum per medium capitis occipitium; & excussit ejus cerebrum. Quo ictu corpore in terram decidente, cum rivali cruoris effusione, beata illius anima carne soluta cum auxilio Angelorum cæleste penetravit regnum. Sicque cum triumpho in supernâ receptus curiâ, à Rege Martyrum meruit perenni gloriâ & honore coronari, & victrici palmâ remunerari. Cujus sacrum corpus bi qui cum eo venerant furtive asportantes, & mundis illud linteaminibus involventes, condigno sepelierunt mausoleo: in eodem scilicet quo ipse veniens prædestinaverat loco, infra mœnia urbis posito. Unde factum est, ut qui quondam in eadem civitate Nemausensium velut hospes fuerat susceptus, post prætereuntia temporum volumina esset indigena & custos habitatorum ejus atque Patronus: hoc enim declarant remedia, meritis & intercessionibus ejus, cum fide petentibus collata. Ad ipsius namque tumulum recipiunt cæci visum, surdi auditum, muti loquelam, leprosi cutem mundam, infirmi curantur, dæmonia ejiciuntur, supplicantium preces exaudiuntur. Quæ profecto beneficia sanitatum, hactenus à divina Majestate tribuuntur necessitatibus credentium, opitulantibus B. Baudelii precibus, qui pro confessione Catholicæ fidei occubuit glorioso certamine Martyrii, tertio decimo Kalendas Junii. Cujus solennis celebratio festivitatis, quæ recolitur hodie à filiis Ecclesiæ, ad laudem Dei & ipsius Sancti veneration em; obtineat cunctis eam annuatim agentibus remissionem peccaminum, & æternum indeficientis vitæ præmium: præstante Domino nostro Jesu Christo Rege Regum, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

martyrio coronatur.

& sepultus infra mœnia urbis:

F

claret miraculis.

APPEN.

A

APPENDIX

Auctore S. Gregorio Episc. Turonensi

Lib. 1 Miraculorum seu de gloria Martyrum cap. 78.

Ex sepulcro laurus exorta morbos pellit :

1 EST apud Nemausensis urbis oppidum Baudillii beati Martyris glorioſum ſepulcrum, de quo ſæpius virtutes multæ manifeſtantur. Ex quo ſepulcro laurus orta & per parietem egreſſa, arborem foris fecit ſalubri comâ vernantem. Quod ſæpe loci incolæ in multis infirmitatibus habere cæleſte remedium ſunt experti. Pro quibus virtutum beneficiis, cum plerumque nudaretur à foliis, vel ipſo quodammodo cortice, arida eſt effecta. Unde quia morbos ab ea multarum infirmitatum diximus depelli, longum fuit ſingulos quoſque memorari: ideo hæc ſufficere putavi, quod eam medicamenta largiendo, aridam eſſe effectam dixi. Etiam fertur celebre

B à negotiatore quodam in Oriente de his foliis deportatum pignus fuiſſe, ſed priuſquam portum negotiator attingeret, energumenus in eccleſia, adire Baudillium Martyrem Orientalem plagam, ſtupentibus populis declamavit.

2 Oſtendit autem beatus Martyr & in aliis virtutem ſuam. Aram vero, Theoderici Regis Italici Dux, dum in Arelatenſi urbe reſideret, extitit ei quidam Archipresbyter parochiæ Nemauſenſis inviſus. Tunc fervens felle, contra eum miſit pueros,

Ioannes Archidiac. Arelatum injurioſe abductus

dicens: Ite quantocius, & ligatis pedibus ac manibus, adducite eum cum vi, ut cognoſcat quod ſim Dominus regionis hujus. At illi, non intelligentes Archipresbyterum, putaverunt quod Archidiaconum juſſiſſet adduci. Et aſcenſis equis venerunt ad urbem, interrogantesque de Archidiacono, digito eis oſtenſus eſt. Erat hic Joannes nomine, valde religioſus, & in Archidiaconatu ſuo ſtudium docendi parvulos habens: apprehenſumque pueri Ducis, ligatis manibus ac pedibus ſub alvo equi, adduxerunt eum. Sed non deſiit virtus Martyris alumno proprio ſubvenire. Pueri vero juxta ipſam portam cum eo manſionem habuerunt: quia jam obſeratis pro nocte portarum valvis ingredi non potuerunt. In ipſa vero nocte, Duce obdormiente, adſtitit ei Archidiaconus per viſum, dicens: Quid tibi, ô homo, culpabilis extiti, quod me in hanc humilitatem redactum cum tali juſſiſti injuriâ accerſiri? Vere dicam tibi, non effugies judicium Dei. At ille expergefactus conſternatuſque metu, exclamat ſuis: Inquirite ſi pueri, quos Nemauſum direximus, jam venerunt. Interrogatique de muro, reſponderunt ſe adeſſe cum homine. Renuntiant nuntii, quæ audierant. Confeſtimque Dux ait, Exhibete ad me hominem quem adduxiſtis. Quod cum factum fuiſſet, aſpiciens eum Dux, timore perterritus ait: Archipresbyterum ego adduci præceperam, non Archidiaconum: & proſtratus ad pedes ejus, ait: Indulge, quæſo, injuriam delicti hujus: quia non eſt in conſcientia mea, ut hæc paſſus fuiſſes. Et ſtatim dignis honoratum muneribus remiſit ad urbem: quem in

E tanto amore pro ipſa Martyris reverentiâ dilexit in poſterum, ut decedente urbis illius Sacerdote, ipſum *liberatur,* Sacerdotem mandaret inſtitui. Sed nec Archipreſbyterum amplius inquiri juſſit. O magna virtus Martyris, quæ per innocentis injuriam noxium abſolvit à pœna: impletumque eſt illud Apoſtoli, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: hæc injuria gradum huic conſtruxit, quem ſcanderet ad regendam Eccleſiam Dei.

3 *Hactenus Gregorius, ex cujus verbis videmur nobis elicere Ioannem, tempore Theodorici Gothi, id eſt in confinio ſeculi* IV *&* V, *urbis Nemauſenſis Epiſcopum, necdum aliis obſervatum, multo certiori indicio, quam Sirmundus in Notis ad epiſtolam Sidonii Apollinaris ſextam lib.* 7 *eruiſſe ſe credidit ejuſdem urbis Epiſcopum Crocum, ſub Ariano Rege Euarige exulem: qui ſi revera ad Nemauſenſes pertineat, debuit is hujus* Joannis *deceſſor ſaltem mediatus fuiſſe.*

ſtique Epiſcopus Nemauſenſis.

DE S. LVCIFERO EPISCOPO

CALARI IN SARDINIA.

C

COMMENTARIUS HISTORICUS;

F

Ex veteribus & recentioribus monumentis collectus.

D. P.

CAPUT I.

De Luciferi initiis conjecturæ recentiores. Concertatio cum Arianis Mediolani: exilia quater mutata.

ANNO CCCLXX.

Conſtantio, Athanaſii damnationem urgenti,

Poſtquam victus ad Alpes tyrannus Magnentius, manus ſibimet violentas intulit, metuque abſolvit Imperium Occidentis, X *vel* XI *die Auguſti; reliquum annum* CCCLIII *Arelate tranſigens victor Conſtantius, impenſius cœpit urgere id, ob quod ſibi divinitus Regnum fuiſſe conſervatum, jam inde à priori ad Murciam victoria perſuaſus erat dolo Valentis Ariani. Hoc intelligens Liberius Papa, miſſis ad Conſtantium legatis Vincentio & Marcello Epiſcopis, ſperaverat ſe perſuaſurum ut Concilium Aquileiæ cogeretur, & Athanaſii ac fidei cauſa ſecundum Canones diſcuteretur. Sed ſperaverat fruſtra; ei, quam ſuſtinere debuerant, ruinæ involutis ipſiſmet, quos dixi, legatis.* Cum igitur, Vincentius in illam ductus eſt ſimulationem, *ut damnationi Athanaſ.. ſubſcriberet*; & reliqui per Italiam Epiſcopi, publica conventione coacti fuiſſent ſententiæ Orientalium obedire; Deo cooperante, *inquit Liberius, ad S. Euſebium Vercellenſem ſcribens,* Frater & Coëpiſcopus noſter Lucifer de Sardinia advenit. Qui cum latebras cauſæ interiores cognoviſſet, & perveniſſet ad ejus conſcientiam, ſub occaſione nominis Athanaſii hæreticos hæc velle tentare; pro devotione fidei ſuæ ſubire voluit juſtum laborem, & ad Comitatum religioſi Principis pergere, ut tandem, expoſito ordine totius cauſæ, impetraret, ut omnia quæ in medium veniunt poſſent in cœtu Sacerdotum Dei tractari.

Liberius Papa legatum mittit S. Luciferum,

ad ſuadendam Concilii indictionem.

AUCTORE D. P.

2 *Primum hoc ſuæ apud poſteros notitiæ certioris argumentum* S. Lucifer *habet, anteriora omnia in obſcuro ſunt; unde nec dicere poſſumus, quibus parentibus, qua patria natus, quando aut quomodo pervenerit ad Epiſcopatum Sardiniæ inſulæ. Conatus in hoc genere aliquid eſt Hiſtoria Tarentina ſcriptor Fr. Ambroſius Merbodius de Tarento, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini qui jam olim ab evidenti vitæ periculo ereptum ſe profitens auxilio* S. Luciferi, *gratiam mox relaturus benefactori ſuo, ſumpſit ſibi Italica lingua ſcribendum de Vita illius Commentarium, quem prope jam ſitu conſumptum ne omnino periret mihi tranſmiſit, poſtquam hæc jam prælo apparaſſem. Scriptor diligens, & præter antiquos, potiſſimum à me allegatos, etiam Baronium Sardoſque recentiores ſcriptores Arcam, Serpi, Bonfant & alios ſcrutatus; potiſſimum vero adjutus antiqua Vita S. Euſebii Vercellenſis, ex illius Eccleſiæ Archivio ſumpta, editaque per Fr. Mag. Aurelium Corbellinum Auguſtinianum: quam S. Euſebii Vitam licet non credamus antiquiſſimam eſſe, quia tamen in ea dicuntur allegari quædam, velut ex ore aut ſcriptis S. Honorati diſcipuli ejus accepta, optamus aliquando nanciſci originaria phraſi, vel ſaltem ex editione prælaudati Corbellini. Interim quod* Luciferum *ſpectat, indico, in ea expreſſe legi, quod* Lucifer doctus erat Græcæ linguæ, & Hebraicæ peritus, & fuit diſcipulus S. Euſebii Romæ, *ubi hic ſcilicet ab Euſebio Papa baptizatus, à Silveſtro Lectorum adſcriptus Ordini, ſupponitur ſacras Scripturas palam expoſuiſſe. Noſter autem Scriptor, ulteriora conjectando indagans, ex epitaphiis Calari repertis (in quibus* T. Ælius Lucifer *&* L. Ælius Lucifer, *&* Ju. Æmilia Lucifera, *ac denique in Sicilia* L. Cæſius Lucifer *leguntur) eruere ſe putat, nobilem Calari fuiſſe Luciferorum familiam, jam inde à tempore veterum Romanorum ſub gentiliſmo; ex eaque deinde natas* quatuor Sanctas Luciferas Martyres, *quarum cum Epitaphiis reperta ſint corpora, ſicuti &* S. Luciferi Presbyteri Martyris. *Atque hinc porro educit, parentes hujus, de quo agimus, Epiſcopi Sancti, in perſecutione Diocletiani atque Maximiani, Martyrio coronatos: &, quia Bononiæ in eccleſia S. Petronii invenitur monumentum cujuſdam* Cordi Cæſii, *cum inſigniis ejuſdem roſas habentibus, infraque adducendum quoddam ipſius* S. Luciferi *epitaphium etiam roſam habet; conſequens eſſe credit, utrumque ad eamdem* Cæſiorum *familiam poſſe adduci: quod profecto difficulter perſuadebitur, æſtimantibus multo recentioris originis eſſe omnia notarum nunc familiarum cognomina atque inſignia. Sic ortum* Luciferum *parentibuſque orbatum, dicit Fr. Ambroſius ſuſceptum à S. Iuvenali Epiſcopo Calaritano, de quo acturi ſumus inter Prætermiſſos ad* XXVIII *Maji, & mortuo ejuſdem civitatis Epiſcopo Protogene, eo qui ſub annum* CCCXXXXVII *Concilio Sardicenſi ſubſcripſit, à Iulio Papa conſecratum Sardiniæ Epiſcopum patriæque remiſſum.*

Hunc aliqui faciunt S. Euſebii Vercell. diſcipulum,

qui Calari familia Luciferæ natus,

B

C

Romæ ſit Epiſcopus conſecratus à Iulio.

3 *Difficile eſt creditu, alibi quam Calari, & aliis quam Cleri Calaritani ſuffragiis, aliorumque quam Coëpiſcoporum Sardorum manibus, electum conſecratumque fuiſſe* Lucifer um. *Sed neque ex eo, quod* Deo cooperante *Romam ipſum veniſſe in auxilium ſuum ſcribit Liberius, ſatis efficaciter inferri poſſe puto, ſicut infert Ambroſius, divina aliqua revelatione impulſum è ſuo egreſſum Epiſcopatu: cum eo ſufficere potuerit privatum aliquod Eccleſiæ Calaritanæ negotium, apud Pontificem Cæſaremve tractandum, quod in publicum univerſalis Eccleſiæ bonum divina verterit providentia. Nec occaſioni Liberius defuit, ſed in tanto fidei orthodoxæ diſcrimine, prompta* Luciferi *opera utens, ſocios ei duos cum litteris ad Conſtantium dedit; dedit & commendatitias ad Euſebium. Et Conſtantio quidem,* Ad exorandam, *inquit,* Manſuetudinem tuam, ut benevolo animo allegationes noſtras audire digneris, Fratrem & Coëpiſcopum meum, ſanctum virum Luciferum, cum Paneratio Compreſbytero meo & Hilario Diacono, placuit proficiſci: quos credimus de Clementia tua, ad pacem omnium Eccleſiarum, non difficulter poſſe Concilium impetrare. *Ad Euſebium vero ſic loquitur Pontifex:* Commendo tibi Fratrem & Coëpiſcopum noſtrum Luciferum, & cariſſimos filios meos Paneratium Preſbyterum & Hilarium Diaconum, qui pro ſtatu Eccleſiæ; animo virili & virtute deifica, tempore tempeſtivo, aggreſſi ſunt pugnare contra inimicos Eccleſiæ.

Hoc certum, quod à Liberio commendatus Euſebio.

D

4 *Ex hinc notam S. Euſebii virtutem tanti fecit* Lucifer, *ut, cum à Conſtantio videretur impetraſſe quod cupiebat; & jam, tamquam ad œcumenicam Synodum, Mediolani congregarentur Epiſcopi; ſuo ac ſociorum nomine ſcripſerit ad eum in hæc verba:* Calcato capite diaboli & ſuggeſtionibus pravis, Domine ſancte, gratiam tibi à Domino noſtro conceſſam noli negligere, ſed ut quantocius te invadente effugetur Arianorum dogma, jam accelerare dignare. Scit enim Dominus & Chriſtus ejus, quia ſicut in adventu beatiſſimorum Apoſtolorum glorificatur Dei nomen, ruinâ Simonis; ita, Valente expulſo in adventu tuo, diſſoluta blaſphemantium Arianorum machina penitus deſtruetur. *Ita* Lucifer, *tanto ad ſpem bonam pronior, quanto ad pugnam recentior. Nec minorem in congreſſu ardorem adhibuit: nam, ut ipſe Conſtantio exprobrans ſcribit,* Statim ut cœpiſti Epiſcopis imponere neceſſitatem damnandi abſentem, illico diximus te injuſtitiæ cultorem, juſtitiæ vero eſſe perſecutorem. Item cum te urgeremus, nos Legati beatæ Eccleſiæ, ſectam damnandam Arii, & illam magis dixiſſes eſſe Catholicam; pronuntiavimus te Antichriſti fuiſſe præcurſorem.

huic ſuaſit ad Synodum Mediolanen. venire.

Vbi deinde Conſtantium intrepide redarguens,

E

5 *Cetera ab eodem* Lucifero *pari animi fiducia conſtantiaque acta eſſe, tum in Palatio, ubi nefarii & tyrannici conventus habebantur; tum in eccleſia, ubi cum fideli plebe deſidebant Dionyſius Mediolanenſis Epiſcopus atque Euſebius, cogitare licet, explicare diſtinctius non licet. Solum in Vita S. Dionyſii, ad* XXV *hujus danda, legitur num.* 14, *quod* fideles omnes Dionyſium Euſebiumque petebant, quatenus & Lucifer, à Carali Sardiniæ Epiſcopus, intra eccleſiam cum ipſis adeſſet: quibus Dionyſius ſanctus; Lucifer, inquit, ut nobis patet, ab Arianis comprehenſus clauſo tenetur [Palatio]: putant enim quod eo abſtruſo à nobis, periculoſum aliquid ingerere poſſint. *Poſtridie vero, ut habetur num.* 16, Miſſa epiſtola eſt à Lucifero, Catholico Epiſcopo, ex Palatio ubi tenebatur à Rege, Dionyſioque & Euſebio porrecta; quam plebs ut ſibi legeretur poſtulare cœpit: *ſed obſtrepuerunt Ariani, adeo ut non ante noctem, illis ab eccleſia fugatis, legi epiſtola potuerit.*

clauſuſque Palatio.

per epiſtolam confirmavit Catholicos:

F

6 *Tertia rurſum die* venerunt Eunuchi tres, ſciſcitantes Dionyſium ceteroſque Epiſcopos, quid vellent Imperatori ſuggerere. Qui nihil ſe neceſſarium habere dixerunt, quam cum hæreticis de fide diſceptandum, Luciferumque ſibi copulandum. Redditus ergo eſt eccleſiæ Lucifer, & dimiſſus Palatio. *Rurſum autem* Miſſum ab Imperatore eſt, Euſebium Luciferumque atque Florentium accerſendos. Quibus ductis ad Palatium, *Dionyſius poſt ipſos accerſitus noluit eodem accedere, quia jam* præſto *erant* conſpectui Regis Catholicæ fidei veriſſimi aſſertores, *ipſe vero* plebem intra eccleſiam perſeverantem relinquere nequaquam poſſet. Cumque hoc renuntiaſſent Imperatori *qui miſſi erant*, ex Dei nutu dimiſſi Palatio Euſebius, Lucifer & Florentius, pariter cum plebe ad eccleſiam regreſſi ſunt. Poſitis autem in eccleſia, agnitum conſilium eſt, quatenus ſequenti nocte raperentur de eccleſia, atque in exilium dirigerentur. *Deinde* facto impetu ab Euſebio Eunucho, apprehenſi ſunt de fidelibus viris numero centum quadraginta & ſeptem: cum quibus quidam de Sacerdotibus & Clero vincti intra Thermas Heraclianas recluſi

quibus paulo poſt redditus

cum SS. Dionyſio & Euſebio in exilium mittitur.

A recluſi ſunt ; Florentius vero & Lucifer Epiſcopi apud Tribunum Cajum, Euſebius Tribuno Galbioni cuſtodiæ traditus eſt. *Hactenus dicta S. Dionyſii Vita.*

7 *S. Hieronymus in libro de Scriptoribus ait, quod* Lucifer . . . , cum nollet ſub nomine Athanaſii Nicænam damnare fidem, in Palæſtinam relegatus eſt. *Marcellinus & Fauſtinus, in ſuo libello precum ad Imperatorem*: ob hoc, *inquiunt*, quod fidem venerabilem vindicavit, quod detexit & convicit hæreticos, ductus eſt in exilium cum omni atrocitate injuriarum. *Iidem &* quatuor *ejus* exilia *numerant, & iis* decem annos *aſſignant. Sed hic numeri error eſt, cum anno* CCCLV *Mediolano abductus Lucifer, in Occidentem redierit anno* CCCLXII. *Iidem pluribus ejus laudibus, quas accumulant, addunt, quod* divinas virtutes operatus eſt, non ſolum in Sardinia, ſed in ipſis quoque quatuor exiliis; uſque adeo ut eum adverſarii magnum dicerent, cum Apoſtolicas per eum virtutes fieri negare non poſſent.

quod ei propter conſtantiam quater mutatum

miraculis illuſtratur,

8 *Primus exilii locus in Cappadocia forſitan fuit, ſed minime diuturnus, unde nulla ejus invenitur notitia: ſecundus* Germanicia, *urbs Epiſcopalis in Euphratenſi Provincia ſeu Cœleſyria, uti infra patebit: tertius itaque eſſet* Palæſtina, *ab Hieronymo indicata*; Prima *ſcilicet ſeu* Salutaris, *ad quam pertinet* Eleutheropolitana civitas, *ubi Marcellinus & Fauſtinus indicant nobis Epiſcopum* Eutychium hæreticum, ſub quo B. Lucifer patiebatur exilium: qui & ipſum, fidem libere vindicantem, multis atrocitatibus afflixit. Sunt adhuc hodie, *inquiunt illi*, qui illo tempore pœnas graviſſimas dederunt, eo quod cum Catholicæ fidei Epiſcopo Lucifero convenirent: *quando ſcilicet (ut iidem mox ſubdunt) Nicænæ fidei adverſarii*, inter cetera ſua atrocia, januam clauſam ſecuribus effregerunt; & irruentes in Luciferum fideliſſimum Sacerdotem, divina quoque Sacramenta everterunt, unumquemque illic de his Fratribus qui convenerant impia cæde mulctantes. *Denique* in partibus vicinis Ægypti, *ut ſcribit Rufinus; vel* Superioribus Thebis *ſeu ſecunda Thebaide, uti Socrates loquitur, ultimum* Luciferi *exilium fuit: quo forte etiam ſe receperat Athanaſius, in Ægypto ultra manere non auſus; ut vel hinc facilior communicatio inter eos fuerit, non tamen citra periculum, propter intentam Imperialium miniſtrorum cuſtodiam, uti vidimus in Actis S. Athanaſii num.* 283.

B

ejuſque inſigni patientia.

C

CAPUT II.

Libri à Lucifero ſcripti, Conſtantio exhibiti, cum S. Athanaſio communicati.

Rogatus an ſcripſiſſet & miſiſſet hos libros,

9 RElegatus Lucifer, *teſte Hieronymo ubi ſupra,* miræ conſtantiæ & præparati animi ad martyrium, contra Conſtantium Imperatorem ſcripſit librum, eique legendum miſit. *Qui cum agre crederet inventum tanta confidentia aliquem*, Florentius officiorum Magiſter, *ex mandato ipſius ſcripſit, ut ſequitur*, Domino benigniſſimo Lucifero Florentius. Nomine tuo codicem quidam Domino & Auguſto noſtro obtulit. Hunc ad Sanctitatem tuam perferri mandavit, & cognoſcere deſiderat, ſi idem codex à te deſtinatus ſit. Id ergo quod in fide veri eſt perſcribere debebis, & codicem remittere, ut poſſit Æternitati ejus denuo offerri. *Ita* Æternitatis *titulum arrogabat ſibi impius, quem Filio Dei imminuere non metuebat, Arium defendens, cujus inter ceteras blaſphemias una erat*, fuiſſe tempus quando non erat Filius. *At non reformidavit* Lucifer *hominis arrogantiſſimi vaſaniam; ſeque libere confitens auctorem codicis, in hæc verba reſcripſit*: Codicis perlatorem, quem memorat Honorificentia tua nomine meo adiiſſe Imperatorem, à

generoſe agnoſcit à ſe ſcriptos miſſoſque.

mea fuiſſe deſtinatum mediocritate; ipſum quoque codicem, ut es admonere dignatus, ſolicite inſpectum, atque Bonoſo in rebus Agenti perferendum traditum, his formanda fuit religioſa Prudentia tua, fili cariſſime. Jam tuæ erit Generoſitatis, agnitum à me ſine ulla cunctatione defendere. Nos etenim propitio Deo, contra ea quæ in noſtram parantur necem ſtare lætos (cum cauſas cur talia ſcripſerim modo diſcutere cœperit) inveniet. AUCTORE D. P.

10 *Pervenit deinde ad S. Athanaſium fama tam heroica generoſitatis: quare ad* Lucíferum *ſcribens* in Domino ſalutem, *tamquam* Dilectiſſimo Fratri, Epiſcopo & Confeſſori, *ſic ait:* Deo favente corpore valentes, miſimus etiam nunc (*unde intelligas non primum inter hos Sanctos fuiſſe hoc litterarum commercium*) cariſſimum noſtrum Eutychetem Diaconem, ut tua quoque religioſa Sanctitas, quod eſt nobis optandum & deſiderabile, de tua incolumitate tuorumque omnium certiores nos efficere dignetur. Vobis namque Confeſſoribus ac Servis Dei viventibus, credimus ſtatum Catholicæ Eccleſiæ renovari; & quod hæretici conſcindere tentaverunt, hoc Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum per vos ad integrum reſtituere. Quamquam enim præcurſores Antichriſti, per potentiam hujus mundi, omnia egerint, ut extinguerent lucernam veritatis; tamen Divinitas, per veſtram confeſſionem, clariorem ejus lucem oſtendit, ut neminem latere poſſit eorum fallacia. Antehac vel ſimulare poterant: nunc Antichriſti nominantur. Quis enim eos non execretur? quis eorum communionem, tamquam maculam ac virus anguis, non fugiat?

quorũ fama motus Athanaſius

laudat ejus libertatem,

E

11 Omnis ubique Eccleſia luget, omnis civitas gemit; ſenes Epiſcopi in exilio laborant, & hæretici diſſimulant: qui dum negant Chriſtum, publicanos ſe effecerunt, ſedentes in eccleſia & exigentes tributa. O novum genus hominum & perſecutionis! quod adinvenit diabolus, ut ipſis miniſtris ad malefaciendum, & hi tanta crudelitate uterentur. Sed etſi hæc tanta agunt, & blaſphemias extenderunt; confeſſio tamen, & religio, & ſapientia veſtra, non modicum, ſed maximum ſolatium & conſolatio eſt Fraternitati. Pervenit enim ad nos ſcripſiſſe Sanctitatem tuam Auguſto Conſtantio; & magis magiſque miramur, quia in medio tamquam ſcorpionum habitans, animi tamen libertate uteris, ut vel monendo, vel docendo, vel emendando, errantes ad lucem veritatis adducas. Rogo igitur, rogant mecum etiam omnes Confeſſores, ut digneris nobis exemplum deſtinare; ut non tantum auditu, ſed etiam ex litteris perſpicere poſſint omnes animæ tuæ virtutem, fideique fiduciam & libertatem. Salutant Sanctitatem tuam qui mecum ſunt: ſaluto omnes qui tecum ſunt. Divinitas te incolumem, vegetum, memoremque noſtri ſemper tueatur, Domine dilectiſſime ac vere homo Dei.

in tam ſæva perſecutione,

& ipſorum exemplar petit:

F

12 *His acceptis litteris* B. Lucifer *miſit libros, quos ad Conſtantium ſcripſerat. Cumque eos legiſſet Athanaſius*, Domino glorioſiſſimo ac merito deſideratiſſimo Coëpiſcopo *reſcribens, poſt explicatas earum quas ab Arianis ſuſtinebat preſſurarum anguſtias*; Accepimus, *inquit*, epiſtolas & libros religioſiſſimæ ac ſapientiſſimæ animæ tuæ; in quibus perſpeximus imaginem Apoſtolicam, fiduciam Propheticam, magiſterium veritatis, doctrinam veræ fidei, viam cæleſtem, martyrii gloriam, triumphos adverſus hæreſem Arianam, traditionem integram Patrum noſtrorum, regulam rectam Eccleſiaſti ordinis. O vere Lucifer! qui, juxta nomen, lucem veritatis ferens, poſuiſti ſuper candelabrum, ut luceat omnibus. Quis enim, exceptis Arianis, non pervidet, ex tua doctrina veram quidem fidem, maculam autem Arianorum? Valide

quo accepto,

mire extollit zelum auctoris,

AUCTORE D. P.

Valide & admirabiliter, uti eſt lumen à tenebris, ita ſeparaſti veritatem à calliditate & hypocriſi hæreticorum; defendiſti Catholicam Eccleſiam; probaſti, nihil eſſe, ſed tantum phantaſiam, Arianorum verba; docuiſti, calcandos eſſe frendores diabolicos. Quam bona & jucunda hortamenta tua ad martyrium! quam deſideratiſſimam oſtendiſti mortem eſſe pro Chriſto Filio Dei! quam futuri ſeculi & vitæ cæleſtis amorem manifeſtaſti!

Dei ſpiritu plenum,

13 Videris eſſe verum templum Salvatoris, qui in te habitans hæc ipſe per te loquitur: ipſe, qui tantam gratiam præbuit ſermonibus tuis. Quippe qui ante eras apud omnes amabilis, nunc tamen tantus eſt amor affectionis tuæ in animis omnium collocatus, ut Etiam te temporibus noſtris nominent. Et non mirum: Si enim qui Deo placere videntur, filii Dei nominantur; tanto magis participes Prophetarum Confeſſores, & maxime Te, appellare dignum eſt. Crede mihi, Lucifer, non Tu ſolus hæc locutus es; ſed Spiritus ſanctus Tecum. Unde hæc tanta memoria Scripturarum? unde ſenſus & intellectus earumdem integer? unde talis ordo ſermonis
B compoſiti? unde tanta hortamenta in viam cæleſtem? unde fiducia contra diabolum & probationes adverſum hæreticos, niſi Spiritus ſanctus collocatus eſſet in Te? Gaude igitur, in eo te eſſe jam pervidens, in quo etiam prædeceſſores tui Martyres nunc ſunt, in choro Angelorum. Gaudemus etiam nos, habentes te exemplum virtutis & patientiæ & libertatis .... Divina Dei gratia incolumem Te, memorem noſtri, ſemperque beatum conſervet, merito homo Dei, famule Chriſti, particeps Apoſtolorum, ſolatium fraternitatis, magiſter veritatis, & in omnibus deſideratiſſime.

& illos in Græcam linguam transfert.

14 *Hæc Athanaſius in epiſtola, quam totam videre licebit poſt ipſos* S. Luciferi *libros, quorum ſpecimen mox dabimus: nunc de eiſdem libris Athanaſiique epiſtola loquentes audire juvat Marcellinum & Fauſtinum;* Libros, *inquiunt,* ſcripſit ad Conſtantium; non, ut plerique, gloriam captans ingenii, ſed divina teſtimonia aptiſſime congerens, contra hæreticos & contra ipſum patronum hæreticorum, ad divinam æmulationem pro Filii Dei amore ſuccenſus. Quos quidem libros ... ut veri vindices ſuſpexit & Athanaſius, atque in Græcum ſtylum tranſtulit, ne tantum boni Græca lingua non haberet. Parum eſt; quin etiam propriis litteris idem Athanaſius eoſdem libros prædicat, ut
C Prophetarum & Euangeliſtarum atque Apoſtolorum doctrinis & pia confeſſione contextos. Et quamvis pluribus in eum laudibus erigatur, tamen non adæquat meriti ejus præconium ... Ita rerum ſupereminentiâ quævis lingua ſuperatur: ſed Lucifer, ignarus licet artificioſæ eloquentiæ, tamen, ut Prophetico & Euangelico atque Apoſtolico more ſcriberet quod ſuper omnem humanam eloquentiam eſt, habuit gratiam ſancti Spiritus, ex merito rectæ fidei & ſinceriſſimæ conſcientiæ. *Hæc illi, alibi quidem minime probandi, in eo tamen in quo* Luciferum *laudant, nequaquam contemnendi, dum ſuffragantem ſibi Athanaſium habent, imo totam Chriſti Eccleſiam.*

CAPUT III.

Summa duorum librorum pro Athanaſio ad Conſtantium.

Stylus ejus rudis & acer,

15 QVi S. Luciferi *libros prædictos anno* MDCVIII *imprimendos curavit Pariſiis, & Pio V Pontifici Maximo obtulit, Ioannes Tilius Epiſcopus Meldenſis,* Communis *inquit*, mihi atque illius ætatis videtur ipſius ſermo, adeo rudis eſt & incomptus, quem ipſemet etiam ruſticum vocat: at, qui diligenter perpenderit, eum gravem & ſententiis refertum, virique ingenio valentis inveniet .... Totum *autem* opus exiguum admodum foret, ſi ab eo Scriptura divina, quam promptiorem habere non potuiſſet *auctor*, ſcinderetur & auferretur. *Et in citandis quidem Scripturæ locis, apparet verſionis antiquæ, ab eâ quâ emendatâ hodie utimur notabilis admodum diſcrepantia, uti obſervat idem Tilius: ſed in rem noſtram magis facit obſervare, quo ordine ac ſpiritu opus totum digeſtum ſit.* D

quo oſtendit abſentem damnari non poſſe,

16 *Primum ergo duos libros*, pro S. Athanaſio *ſcriptos, ſic exorditur.* Cogis nos, Conſtanti, abſentem damnare Conſacerdotem noſtrum, religioſum Athanaſium: ſed divina id facere prohibemur lege ... Quomodo etenim arbitraris divinitus permiſſum puniri inauditos, quando videas Adam & Evam, principes noſtri generis auditos, ſententia percuſſos Dei? ... Cum igitur ejuſmodi formam judicandi dediſſe Deum advertas; cum à latebris evocatis confeſſiſque Deum ſententiam dediſſe de ſacris Scripturarum collegeris fontibus; cujus fuiſti atque es impudentiæ, judicandi Dei ſervos eam dans formam, quæ non fuiſſet de lege veniens Domini? nec timuiſti, ne fuiſſet dictum ad Deum à nobis de te, quomodo fuerat dictum de refuga illo Angelo, Serpens ſuaſit me, Conſtantius Imperator ſeduxit nos? Nonne videre potuiſti, quia poſſis tali percuti Dei indignantis ſententia, qua percuſſus videtur & ſerpens ... præſertim cum cognoſceres tuum etiam opus fuiſſe ſerpentinum? ... Sed dicas velim, quid interſit inter tuum & Angeli hujus refugi apoſtatæ factum. Si ille mendacio ſeduxit rudes homines, & tu; & quidem tu non rudes: ſi ille utilitatis gratia ad arboris fructus edendos eorum illexit mentes, & tu pacis cauſa facere cum eis adſtruxiſti.

& Imperatorem dum id exigit partes agere Serpentis, E

pollicendo & minando;

17 *Proponens deinde alia aliaque judicantis Dei exempla & præcepta,* & ad hæc, *inquit*, excludenda, ſubvertere judicium ejus ſervos compellis, tentans etiam muneribus noſtram corrumpere conſcientiam, dicatam Deo .... Ad innocentis rogaſti necem; & cum te contemptum advertiſſes, tetendiſti temet ad omnia genera ingerenda pœnarum .... Ad gladium putaſti tendendam carnificem dexteram tuam; tamquam poſſis gladio vincere, quos videres propter Dei Filium nec præſentem dubitare amittere vitam nec perhorreſcere mortem ... Non timuimus neque timemus minas tuas, qui novimus nihil poſſe Deo reſiſtere .... Non timemus gladium *ſed fruſtra.* tuum Chriſtiani, qui præſumimus, proſtratis vobis F Dei inimicis, venturos nos ad convivia Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum atque Martyrum: non metuimus virtutem caduci regni tui, milites divini .... potentem novimus Deum ad eripiendos nos de manibus tuis. Ad cæleſte regnum tendentes timere tuam crudelitatem non poterimus ... Dixiſti, Damnate Athanaſium. Quem eramus, Conſtanti, damnaturi? Illumne, quem videmus Dei Filium confiteri, ut ſunt confeſſi Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli ac Martyres? an te, qui ſis negans, ut negavit magiſter tuus Arius, ut negaverunt Scarioth Judas & cuncti Judæi? ....

Exprobat ei quod Georgium Arianum juſſerit ordinari Ep. Alexandr.

18 *Poſtea cum oſtendiſſet nullam habere ipſum juriſdictionem in Epiſcopos, à quibus ipſemet judicandus ſit, & quos præcipiatur honorare; revertitur ad exaggerandam præcepti ejus iniquitatem;* & Dicas, quæſo, *inquit*, quid ſit aliud dicere, Damnate eum, quem ſcitis innocentem, facite contra Dei mandata; niſi, Evellite corda veſtra, tollite vobiſmet ſenſus, jugulate animas veſtras .... eſtote inimici Dei, acquirite vobis amicum diabolum? ... Hæc ſunt præmia, quæ tua egregia conquirunt conſilia: hæc illa optima, quæ mortem pariunt ſempiternam. *Tum exprobrans, quod* cohæreticum ſuum Georgium *viventi Athanaſio* ſucceſ-

D *ſucceſſorem miſiſſet*, Talis, *inquit*, eſt Georgius, qualis fuerat Arius, quales qui [apud te] ſunt Urſatius & Valens, vel, ad quem me deſtinaſti, Germanicenſium Adoxius: neque enim poſſent niſi de ſpinis ſpinæ proceedere. Hæc ita ſe habere, ex actibus ipſius Georgii, legens conteſtationes Alexandrinorum, poteris colligere: & quamvis tibi ſceleratum blaſphemumque illum eſſe placeat (neque enim aliter tibi eſſet amantiſſimus, niſi quia ſit ſceleratus) tamen hæc eo protulerim, ut eximiam poſſis cernere operam tuam... Deponi per nos decreveras Catholicum, firmari vero hæreticum: ſed quando illud feciſſent ſanæ mentis homines? Si enim Heli Sacerdos, quod filios in honore Sacerdotii conſtituiſſet indignos, illa audit quæ perpeſſus eſt à Domino; quid nos audire ac perpeti mereremur, ſi Catholicum Epiſcopum damnantes, & quidem inauditum, ſineremus Georgium Arianum fieri Alexandrinis Epiſcopum?... Credo dictum fuiſſet nobis, Plus honorificaſtis Conſtantium quam me, quomodo illi dictum eſt, quod plus honorificaverit filios quam Deum....

19 *Tum ad nihilum redigendum comminans, qui exhonoret ac ſpernat Dominum, uti ipſe Deus ad Heli comminatur*, An negabis, *inquit*, te exhonoraſſe Dominum, tollendo Sacerdotes è plebibus quos ordinavit ille? An negabis te exhonoraſſe Deum, quando contra ſancta illius [præcepta] coëgeris Sacerdotes ejus damnare abſentem, inauditum, & quidem falſis criminibus per te ac tuos petitum? Non ergo exhonoraſti Deum, quando tuleris Apoſtolicam atque Euangelicam traditionem; & idololatriam, quam in corde Arii ædificaverat diabolus, ſtatueris ab hominibus Dei cultoribus teneri? *His dictis proponit ei, utrumne hic* corrigens errores, veniam tantorum ſcelerum *malit conſequi*; an redactus ad nihilum... in perpetuum dare pœnas, *quales dedit Heli cum filiis, quales & Azotii ac Philiſtæi ceteri, quorum poteſtati Deus arcam permiſerit, ſicut tunc ejus poteſtati permittebat Dei Sacerdotes: ex quo ille non melius inferat fidem ſuam eſſe Catholicam, quam id illi tribuerunt ſuo Dagon, quam* Maxentius & Nero & cuncti illi perſecutores domus Dei dixerunt, Deorum ſuorum potentia eſſe factum, ut Chriſtiani ſub illorum potentiam veniremus.

B *& quod Deum exhonoraverit,*

20 *Hinc fuſe excurrit ad Saulis, Davidem; Achabi, Eliam; Iezabelis, Nabuthæum perſequentium hiſtorias; Ieroboami item, populum ſeducentis, exemplum: iiſque Conſtantium per omnia ſimillimum oſtendens, è converſo declarat, quam diſſimilis ſit à ſanctis Regibus David ac Ioſaphat. Poſt quæ iterum ad ſalubriora ſuadenda ſe convertens*, Hortamur, *inquit*, te, inimicum ſoſpitatis noſtræ, ex impio pium fieri, ſalvum ex ægro, vivum ex mortuo, religioſum ex ſacrilego.... Deſine perſequi Dei domum: deſine proſcribere, deportare, interficere Dei ſervos; fatere te Chriſtianum, execrare nobiſcum catervam Arianorum, commento diaboli quæſitam: crede ſicut credimus nos, qui ex beatorum Apoſtolorum ſucceſſione ſumus Epiſcopi: confitere unicum Dei filium, ſicut illi confeſſi ſunt & nos confitemur, & veniam conſequêris tantorum ſcelerum. *At nihil his proficiens, rurſum multa comminatur & exprobrat, comparatque Conſtantium cani reverſo ad vomitum, qui Athanaſium à ſe reſtitutum, & cui ſe deinceps mali nihil facturum juraverat, denuo perſequatur: qui* Adoxium Germanicenſium non eſſe Catholicum *faſſus*, dederit contra eumdem litteras ad Antiochenos; & poſtea eumdem Adoxium defendere cœperit veritatis eſſe doctorem, ipſius hæreſin Catholicam judicans fidem.

C *eumque impiis Regibus comparans,*

nihilominus invitat ad pœnitentiam.

Levitatem quoque ejus redarguens

21 *Denique, quaſi iterum ſpe aliqua concepta*, Utile tibi eſt, *inquit*, Conſtanti, ut per Athanaſium Domini Sacerdotem pro facinoribus tuis ſis ſupplex Deo, per ipſum dirigas vota tua, per ipſum ſive per Coëpiſcopos ejus des operam, ſalutarem conſequi baptiſmum. *Hortatur porro eum ad bona opera & dignos pœnitentiæ fructus: ac repoſita eis explicans præmia*, Hæc conſequi *inquit* poteris, ſi te ad Eccleſiam conferas, ſi Coarianos tuos vites, ſi illam malignorum congregationem veſtram odire digneris. Tunc erit Deus ſemper tecum, tunc in tenebris orietur lumen tibi, tunc tenebræ tibi ut meridies erunt, tunc in bonis dirigetur iter tuum. Ceterum ſi in hac pervicacia manſeris, ſi in hac crudelitate, ut ſervos ejus crucies; non tecum erit Deus, ſed ille, qui & hodie in veſtro cœtu Arianorum eſſe invenitur, diabolus... Non eſt eleemoſyna iſta, quam de lacrymis das alienis, de eorum bonis, qui deportari, interfici, proſcribique maluerint à te, quam aut innocentem damnare, aut negare unicum Dei filium, in quem credentes ſciebant glorificatos Abraham, Iſaac, & Jacob, & omnes Prophetas, Apoſtolos ac Martyres: quorum te fieri ſocium atque omnibus participem me cupere, mea circa te hæc eſſe vota, ille teſtis, qui nobis tribuere hoc potens eſt.

AUCTORE D. P.

ſuadet ab Athanaſio baptiſmum petere,

& à perſequendis Catholicis ceſſare.

E *libro 2 oſtendit quod ſit mendax & homicida,*

22 *Simili prorſus libertate procedit ſecundus liber; in quo ſtatim ab initio*, Ex fructibus tuis, *inquit*, Imperator Conſtanti, non eſſe Chriſtianus, ſed plane manceps latronum, cognoſceris; habitans ſcilicet, non in Eccleſia Dei, ſed in ſpelunca latronum, non deſinis interficere eos, quos videas interfici paratos pro unici Filii Dei claritate, pro æterna illius majeſtate... Es mendax & homicida. Mendax, qui crimina falſa objeceris Dei ſervo Athanaſio; mendax, quia hæreticam fidem dicas Catholicam, & Catholicam dicas hæreticam. Homicida, quia & ſanguinem perſequeris Athanaſii, & jam interfeceris certum numerum Dei cultorum.... Quid tu tibi futurum exiſtimas, qui ſis non ſolum mendax, ſed & homicida? non ſolum homicida, ſed & hæreticus? *Oſtendit autem quod deteſtabilius, quam Ananiæ & Sapphiræ, repleverit ſatanas cor Imperatoris, ut mentiretur Spiritui ſancto, accuſando Athanaſium, ſicut accuſarunt ſenes illi impuri innocentem Suſannam; occidere volendo eum, ſicut occidere voluit Herodes Petrum, Cain Abelum, Iudæi Chriſtum & Paulum. Ac denique, cum probaſſet ex iis eſſe ipſum, quos genimina viperarum nominat Baptiſta, hortatur eum, ut ipſe illos, ad faciendum fructus dignos pœnitentiæ, quemadmodum ad prædicationem Ionæ fecerunt Ninivitæ: eoque adducens exemplum Pauli, pro mittit quod* ex perſecutore, ex injuriolo, ex blaſphemo, beatus & vere Deo cariſſimus effici poterit, ſi, ut Paulus, verum Dei filium eſſe Jeſum Chriſtum crediderit... Crede mihi, *inquit*, *ſi ita feceris*, quod futurus ſis in choro Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum ac Martyrum: alioquin tibi imputaturus, cum te torqueri cum diabolo & omnibus ſatellitibus ejus videre cœperis, cur has tam ſalubres noſtras admonitiones deſpexeris.

ob ea quæ fecit contra Athanaſium,

F *& ſuadet pœnitentiam.*

CAPUT IV.

Alii quatuor libri ſucceſſive ad Conſtantium ſcripti.

23 *Exiſtimat Ioannes Tilius, in allocutione ad Pium V,* Luciferi *libris præfixa*, totum volumen uno tractu Imperatori Conſtantio fuiſſe continuatum, *licet* ipſum in libellos partitus eſt Auctor. *Verum jam diximus, priores duos libros conſcriptos, ac veroſimiliter ſcriptis, oblatos, & per Florentium denuo redditos videri, cum adhuc Germaniciæ eſſet Sanctus, ſub Eudoxio Ariano Epiſcopo exul, quem Adoxium antiphraſtice appellare ille maluit: poſtremus autem aliquantis poſt annis ſcriptus eſt, cum*

Prioribus libris Germaniciæ ſcriptis,

AUCTORE D. P. *alio translatus Lucifer*

idem Eudoxius Constantinopolitanam Cathedram invasisset. Verius ergo dixeris, quod Constantius, prioribus libris una cum Auctoris confessione receptis, longius eum transferri jusserit, semel iterumque: adeo ut alii quatuor libri, nec uno omnes loco, nec tempore, sed successive scripti sint; eodem tamen omnes vigore animi, eadem styli libertate: quam morte diu dilata tandem luiturus fuerit Lucifer, *nisi novi à Iuliano Apostata motus alio avertissent cogitationes Constantii, ultimo sui Imperii anno.*

scribit de Regibus Apostaticis,

24 *Primus,* de Regibus apostaticis, *sic incipit*: Usitatum quia habere dignaris verbum, quod nisi & integre credéres, & hæc quæ geris circa nos Deo essent placita, jam fuisses extinctus; paucorum tibi in apostasia atque crudelitate æqualium Regum facta desideravi referare, quo possit vox illa tua sepeliri quæ dicat, Nisi Catholica esset fides Arii, id est mea, nisi placitum esset Deo quod illam persequor fidem, quam contra nos scripserunt apud Nicæam, numquam profecto adhuc in Imperio florerem. Non illorum Regum facio mentionem, qui à Dei notitia fuerunt alieni: de his solis tracto, qui in Judæa noscuntur regnasse. *Incipiens ergo à Gedeone, qui statim à victoria de manubiis sibi fecit Ephod, in quo fornicati sunt filii Israel, & tamen rexit populum annis quadraginta; progreditur ad Saulem, Salomonem, Hieroboamum, Ochosiam, Achabum, Oziam, Manassem: quorum causas & peccata sigillatim ac prolixe comparans cum sceleribus Constantii, identidem concludit his aut similibus verbis:* Ne igitur dicas: Si non bene agerem, numquam profecto mihi Deus pepercisset; quando vides consceleratis tuis diu pœnitentiæ locum exhibitum: *& ad hanc eum operose invitat in epilogo libri.*

B

de non conveniendo cum hæreticis,

25 *Scripsit deinde librum* de non conveniendo cum hæreticis, *his verbis exordiens:* Cum omnibus pernitiosis tuis conatibus animadvertisses itum obviam, eumque omnia machinamenta tua contra Dei Ecclesiam reperisses cuncto Dei populo revelata; dixisti, nos fuisse atque esse inimicos pacis, hostes unitatis, adversarios etiam fraternæ caritatis. *Dum autem exemplis & auctoritatibus Scripturarum ostendit, fieri nec debuisse nec potuisse, ut cum excommunicatis resectisque ab Ecclesia Arianis communicent conveniantque fideles Christiani; suas quoque erumnas videtur attingere, dicens:* Odis nos, quia consilium vestrum malignantium execremur: propterea in exilio sumus, propterea in carcere necamur, propterea nobis solis prohibetur conspectus, idcirco reclusi in tenebras ingenti custodimur custodia, hujus rei causa nullus ad nos visendos admittitur hominum.

C

de non parcendo in Deum delinquentibus,

26 *Alius huic succedit liber*, de non parcendo in Deum delinquentibus: *cujus occasio & argumentum clarius in exordio patescit his verbis*: Superatum te, Imperator, à Dei servis ex omni cum conspexisses parte; dixisti, passum te ac pati à nobis, contra monita sacrarum Scripturarum, contumeliam: dicis, nos insolentes extitisse contra te, quem honorari decuerit. Si quisquam Dei cultorum pepercit apostatis, sint vera quæ dicis de nobis. Unde ordiamur, ut tu nunc à nobis corriperis, ita esse correptos omnes erraticos per Dei cultores, quo probare possimus. *Summa totius libri eo tendit, ut convincatur Imperator, ipsum aliosque Episcopos dum ei resistunt, & qualis sit commissis sibi populis indicant, ipsique peccatorum suorum explicant enormitatem ac gravitatem, suo fungi officio, nec aliud agere quam Prophetæ & Apostoli fecerint in ejusmodi occasione: denique non contumelioſos esse, sed veraces, & neminem nisi Deum timentes, atque animæ ejus saluti consulere: finit autem in exemplo septem Machabæorum, Antiocho, quem imitabatur Constantius, libere exprobrantium.* Si illos, *inquit*, non censes Antiocho placere oportuisse, nec nos utique tibi; quia & tu, alio licet modo, tamen nos sis cupiens tollere à Deo & jungere diabolo... Supereſt igitur, ut est sæpe dictum, doleas te errasse, agnoscensque te esse homicidam atque blasphemum, temet defertor repræsentes Dei domui: alioquin tu tibi imputaturus, cum te videre cœperis illic esse, ubi nunc sunt cuncti illi contyranni tui. D

& quod moriendum sit pro Filio Dei,

27 *Postremus liber ostendit* moriendum esse pro filio Dei: *quem post initium anni* CCCLX *esse conscriptum, ostendit mentio Eudoxii (Adoxium rursus eum Sanctus nominat) ad Constantinopolitanam Sedem evecti, quod die* XXVII *Ianuarii factum. Sequenti autem anno mense Novembri moriens Constantius experiri cœpit veritatem eorum, quæ sibi tum in aliis, tum in hoc potissimum libro comminatur* Lucifer, *totus æstuans Martyrii desiderio. Itaque* Decuerat quidem, *inquit*, Constanti Imperator, nihil jam tecum de divinis retractare Scripturis ... cum scriptum meminerimus, ... In aures imprudentis noli quidquam dicere: sed quia adhuc de armorum tuorum potestate & vana imperii tui dominatione tumes; in his omnibus, quibus te putas magnum, esse miserum, contemnique omnem carnificinæ tuæ rabiem à servis Dei, volui isto præsertim libro notum facere sacrilegio funestatæ menti tuæ. Te enim cum temporali, caduco, fragili, corruptibili regno tuo transiturum, & ad æternam pœnam (nisi tibi, dum est locus, provideris) perventurum; Christianos vero ad æternam venturos requiem, incorruptibile regnum consecuturos, fixum manifestumque habere te volumus..... Prov. 23, 9.

contempta Constantii tyrannide,

E

qua Catholicos persequebatur:

28 Mactasti quam plurimos in Alexandria, laniasti certos toto in orbe, disperdidisti resistentes tibi variis in locis: sed hi omnes, quod tu audire minime vis, Martyres sunt.... Hinc est quod frendores colubri, per te illatos, non timentes, subire parati sumus omne exitium.... Nos, qui tibi bene volumus, atque ut contingat desiderantes sumus, spolias, proscribis, mactas gladio, varie punis, nec corpora quæ laniari sanxisti sepeliri permittis; eleemotynam fieri prohibes; omnia metalla, omniaque loca, exilia vocari quæ putabantur digna, nostro tuæ calliditati resistentium repleſti numero; relegando insontes, fame, siti, nuditate vexando non desistis: & tamen, Imperator crudelissime, quidquid sævitia tua nobis intulit atque irrogatura erit, adverte quod mendacium sit: siquidem nec mors, sanctis qui nos præcesserunt Martyribus per te illata, mors sit, neque jactura, neque damnum, sed fidei fœneratio.... F

exprobrans crudelitatẽ Alexandriæ exercitam,

29 Recordare, Constanti, de scelerum tuorum memoria recenti, quam tibi in Alexandrina civitate insussisti, quantos per abrupta una tincta scriptionis tuæ dejecerit, quantos gladio demeti fecerit, quantos fame sitique exedi vel carceribus necari, quantos intercepto effecerit spiritu strangulari: & tamen his omnibus crudelitatibus cum sævieris in sanctos Martyres, quos tuus infecit gladiatorius animus; in nos crudelius sævis, dum retines gladium, dum das operam ne in remedium succurrat velocius exitus mortis.... Expectantes sumus momentis omnibus, super ista quæ jam intulisti tormenta adhuc addas, constituendo sæviores carnifices, ferociores ultores, qui devotos Deo milites... possint vel gladio invadere, vel crucifigere, vel igne torrere, vel quolibet inaudito pœnarum genere viscera nostra ac membra laniare.... Nihil interest quo genere mortis nos punire digneris, dum per hoc ad vitam perfruendam admittamur æternam; dum per hæc tua mortificetur rabies, nos contra vivificemur.

& desiderio martyrii æstuans.

30 Si miserum putas, quod malim quovis crudeli supplicio pro Dei interfici Filio, dabo tibi multos qui in lectulis crudelius pereant, quos interior aliqua suppuratio inflavit, aut nervorum secum luctantium

tium

A tium dolor contraxit. Interest ex qua causa, non ex quo pendeam stipite. Quid dicis, Rex stultissime? Inique in ista supplicia, in hujusmodi pœnam mittor à te, an juste? Si inique; tua figentis erit crux, non mea quem fixeris. Si juste; culpa mea me criminis mei, non pœna tua, torquere incipiet. Ceterum, quantum ad exitum, nihil interest clavo per te an lancea moriar; restrictis post terga manibus, an porrectis sparsisque: nihil refert utrum pronum, incurvum, an rectum & editum, utrum quiescentem in lectulo occidas; an cervicem mihi stanti incidas gladio, an securi caput auferas; an ad palum me, an ad crucem alliges; igne torreas, an vivum humo condas; saxo precipites, an in maria mergas; labandagine magnis viribus conatus uno vastissimo ictu longe à me caput meum excutias, an omni subtilitate subtiliori sagittâ diutissime figens in corpore meo ludas; centum millia licet pœnarum crudelitas tua faciat, ex his omnibus, per istam mortem illatam à te, sola ad me perveniet immortalitas.

ad quamvis mortem promptum se offert,

sub spe futuræ resurrectionis.

31 Non possum non gaudere cum talia ingesseris, quandoquidem sciens sim, quod hæc supplicia possint omne finire supplicium. Nam illa quæ
B extrinsecus sunt, & posse accidere per tuam sævitiam arbitror, nihil judico ad me pertinere. Aliteſne an canes meum corpus lanient; hæreant corpori meo feræ, luminibus istis crudelibus te spectante insiliant, jacens humi unguibus dentibusque ad ossa usque redigar, dum post hæc omnia Deo salvus sim. Cum enim corpus meum talibus actis & ferinę immanitatis tuæ viribus consumpseris, reficiet atque reparabit rerum Conditor; & quidem ex corrupto in æternam incorruptibilitatem: tibi vero, injustissimo persecutori nostro, venturum sine fine supplicium scire debes; nec te putes impune laturum, qui nomen unici Filii Dei vestigiis tuis subjiciendum censueris, impie nefarieque calcandum.

Hos quoque libros accepit Athanasius,

32 *Hæc sunt quibus in se uno cessantem tyranni sævitiam provocabat* Lucifer, *fugientemque è manibus prensantis palmam conabatur attingere; quæ omnia accepisse Athanasium, cum in quarto exilio, partibus Ægypti vicinior, degeret Sanctus, ideo persuadeor, quia & titulum postremi libri, & frendores diabolicos calcandos, & alias hic occurrentes phrases observo. Quærere autem lubet cum librorum horum illustratore Meldensi Antistite,* Si quis nunc mortalium tam sanctæ vitæ ac
C sacrati Ordinis extaret, qui talibus verbis Principem suum impium ac perditum proscinderet, quemadmodum hic dignus faciebat Confessor, etiam in exilium missus & relegatus, quid quæso de illo diceretur? Eum vocat serpentem, belluam, immanissimam feram, latronem, sacrilegum, carnificem,

& nostræ ætas merito miratur.

homicidam, idololatram, templum dæmonum, religionis eversorem, hæreticum, apostatam, Antichristi præcursorem, atque adeo ipsum Antichristum: pacis ejus edictum, quod prætextu sedandorum tumultuum promulgaverat, sacrilegum & pestiferum appellat. Hæretici susurrones, qui mundanis Principibus adulantur, ipsis persuadere nitentes quod Episcopi Episcoporum sint, sicuti huic Imperatori Constantio eveniſſe his libris habetur, tales hodie illico supplicio capitis afficiendos esse clamitarent; & Principes, qui hæc paterentur, stultitiæ aut simplicitatis arguerent.

CAPUT V.

De Luciferiano Schismate, an & quatenus fuerit Sanctus illius causa?

33 MOrtuo *Constantio succedens Julianus Apostata, exulibus Episcopis indulserat reditum; tum*

quia decessoris sui acta omnia cupiebat eversa, tum maxime quia sperabat auctis ea ratione dissidiis inter Christianos, propter Arii hæresim misere distractos, facilius posse restitui ethnicismum: quod pene ei ex voto accidit Antiochiæ. Ibi, vivente adhuc Constantio, Meletius, Sebastenus in Armenia Episcopus, in Sedem, Eudoxii Ariani discessu & S. Eustathii pridem relegati morte vacantem, inductus ab Arianis, non sine consensu Catholicorum, de illius orthodoxa fide satis persuasorum; mox ut palam patuit qualis esset, ejectus ab iisdem Arianis fuerat, Euzoio Ariano subintruso. Ea calamitas, quæ maxime debuerat inter se univisse Catholicos, schisma inter eosdem peperit: quidam enim negabant legitimam fuisse ordinationem Meletii, *per schisma Catholicorum inter se,* *quamvis Catholici, eo quod facta esset ab Arianis, & horum communione pollutus ipse quadamtenus videretur; alii plures, partim æstimatione Meletii, partim conscientia præteritæ coinquinationis, nullam de abdicando Meletio recipiebant mentionem: & utrique suos seorsim agebant conventus. In hoc rerum statu, revertens ab exilio* Lucifer *Antiochiam accessit, Diaconum vero suum cum S. Eusebio Alexandriam misit, ad Concilium Confessorum sub Athanasio habendum, ejusq; decretis suo nomine subscribendum.*

34 *Quæ fuerint Alexandrini Concilii circa receptionem lapsorum decreta, jam vidimus in Athanasio; quod* E *Antiochenos spectat, hoc potissimum erat, ut* Lucifer *ac* *dum turbas sopire conatur Lucifer* *socii, ordinandæ Ecclesiæ illi intenti, pacem colerent cum iis qui suos in Palæa cœtus habebant, Meletio inhærentes; itemque cum aliis, qui Eustachianos se dicebant, sub Paulino Presbytero. Nec dubium quin intenderet Synodus, id quod Eusebii imprimis consilium erat, ut, si non possent Eustachiani induci ad recipiendum Meletium, alius eligeretur Episcopus, in quem pars utraque consentiret. Sed præpropera* Luciferi *festinatio antevertit bonum consilium, Paulino Episcopo ordinato; de qua re sic Hieronymus in Chronico,* Eusebius & Lucifer de exilio regrediuntur: è quibus Lucifer, accitis duobus aliis Confessoribus (*credo* Cymatio & Anatolio, *in titulo Epistolæ ad Antiochenses apud Athanasium nominatis*) Paulinum, Eustathii Episcopi Presbyterum, qui se nunquam hæreticorum communione polluerat, in parte Catholica Antiochiæ Episcopum facit. *Id factum superveniens ab Alexandria Eusebius nullatenus potuit approbare: interim vero revertit etiam ab exilio Meletius; & quia numerosior erat cum eo pars populi, ecclesias omnes urbanas obtinuit, præter parvulam unam, in qua suos conventus habebat Paulinus.*

ordinato Paulino eam magis auget.

35 *Hic autem quoniam fuerat à* Lucifero *ordinatus, cœpti sunt ejus asseclæ* Luciferiani *appellari à sectatoribus Meletii: quod nomen paulo post iis solis adhæsit, qui* F *ceteris Paulinianis severiores, etiam post concordiam inter partes ea conditione initam, ut suum utraque Episcopum retineret, persistebant in sua communione Meletianis negandа, id se ex* S. Luciferi *sententia & doctrina facere defendentes. Hoc vero ejus nomini haud modicam comparavit invidiam, primum quidem Oriente toto, deinde etiam in Occidente, severitatem eamdem profitentibus in Italia Hispaniaque Episcopis nonnullis; quibusdam etiam Romanis Presbyteris Damasum Papam recusantibus, & electo contra eum Vrsicino adhærentibus, prout fecerunt ii quos sæpe citavimus Marcellinus & Faustinus. Proinde libellus precum, Imperatoribus ac nominatim Theodosio per eos oblatus, non nisi cum cautela legendus est, propter graves calumnias in Damasum aliosque nonnullos Catholicos Episcopos, quorum facta vel invidiosius traducuntur, vel malitiosè aggravantur adjunctis Arianorum facinoribus, Catholicam fidem externa solum professione simulantium.*

Hinc factum, ut schismatici appellarentur Luciferiani,

36 *Ad schisma ipsum quod attinet, fundamenta illius omnia egregie subvertit S. Hieronymus, Dialogum propo-* *quos S. Hieronymus confutavit?*
nens inter Helladium Luciferianum & Orthodoxum quemdam: demonstratque, eodem prorsus jure quo baptismus ab Arianis collatus censebatur validus, validam quoque censeri debere factam ab iisdem ordinationem Episcopalem;

AUCTORE D. P.

palem; nec minus juris habere ſic ordinatum, ut ſub profeſſione pœnitentiæ & abjuratione hæreſeos ſuum retineat gradum; quam habeat laicus, ita jurans ac pœnitens, ut retineat nomen Chriſtiani; niſi aliud Eccleſia ſtatuat, uti ſtatuit circa ipſius hæreſeos capita ac magiſtros, quos loco movendos fuit Alexandriæ decretum. Cum autem narraſſet idem Hieronymus, quomodo res eſſet Arimini acta; & quomodo Valentis atque Vrſacii confeſſione, verbis catholica, ſenſu hæretica, inducti ſint ad ſubſcribendum Patres, eatenus conſtantiſſimi; quomodo item iidem, qui ſine conſcientia hæretici ferebantur, poſt mortem Conſtantii concurrerint ad redeuntes ab exilio Confeſſores, pacem communionemque eorum poſtulantes, & conteſtantes corpus Domini & quidquid in Eccleſia ſanctum eſt, ſe nihil mali in ſua fide ſuſpicatos: hæc, inquam, cum expoſuiſſet Hieronymus, cauſam ſuam ſic urget.

oſtendens quam digni venia fuerint Patres Ariminenſes,

37 Hoc loco interrogo illos nimium religioſos, quid Confeſſoribus agendum putaverint? Depoſitis, inquient, veteribus Epiſcopis, novos ordinaſſent. Tentatum eſt. Sed quotuſquiſque bene ſibi conſcius patitur ſe deponi? præſertim cum omnes populi, Sacerdotes ſuos diligentes, pene ad lapides & ad interemptionem deponentium eos convolaverint. Manſiſſent, ajunt, intra ſuam communionem. Hoc eſt dicere, irrationabili crudelitate orbem totum diabolo condonaſſent. Cur damnaſſent eos, qui Ariani non erant? cur Eccleſiam ſcinderent, in concordia fidei permanentem? cur denique credentes bene, obſtinatione ſua facerent Arianos? Nam cum in Synodo Nicæna, quæ propter Arianam perfidiam congregata eſt, octo Epiſcopos Arianos ſuſceptos ſciamus... quomodo potuerunt adverſus illam facere, propter quam exilium ſuſtinuerunt? Igitur cum eo tempore trecenti & eo amplius Epiſcopi paucos homines, quos ſine damno Eccleſiæ abjicere potuerant, ſuſceperint: miror quoſdam, & certe Nicenæ fidei profeſſores, tantæ duritiæ exiſtere, ut tres Confeſſores de exilio revertentes, non putent id ob totius orbis ſalutem neceſſario facere debuiſſe, quod tot & tales viri voluntate fecerunt.

& quod profitentes Catholicam fidem

B

non debuerint privari ſuis Epiſcopatibus:

38 Sed ut dicere cœperamus, poſt reditum Confeſſorum, in Alexandrina poſtea Synodo conſtitutum eſt, ut (exceptis auctoribus hæreſeos, quos error excuſare non poterat) pœnitentes Eccleſiæ ſociarentur. Non quod Epiſcopi eſſe poſſent, qui hæretici fuerant: ſed quod conſtaret, eos qui reciperentur, hæreticos non fuiſſe. Aſſenſus eſt huic ſententiæ Occidens, & per tam neceſſarium conſilium ſatanæ faucibus mundus ereptus eſt. *Quid igitur* Lucifer? Ventum eſt, *inquit Hieronymus* ad aſperrimum locum, in quo, adverſus voluntatem & propoſitum meum, cogor de beato Lucifero, ſecus quidquam, quam & illius meritum & mea humanitas poſcit, exiſtimare. Sed quid faciam? Veritas os referat, & invitam linguam conſcium ad eloquendum pectus impellit. In tali articulo Eccleſiæ, in tanta rabie luporum, ſegregatis paucis ovibus, reliquum gregem deſeruit: bonus quidem ipſe paſtor, ſed multam prædam beſtiis relinquens. Præter eo illa, quæ quidam ex maledicis quaſi ſatis firma defendunt, hoc illum amore gloriæ & nominis ad poſteros tranſmittendi feciſſe; nec non & pro ſimultate, quam adverſus Euſebium propter Antiochenam contentionem ſuſceperat. Nihil iſtorum de tali viro credo: unum eſt, quod in præſenti conſtanter loquar; verbis eum à nobis diſſentire, non rebus; ſiquidem eos recipit, qui ab Arianis baptiſma conſecuti ſunt.

fateturque duriorem hac in parte fuiſſe Luciferum.

C

uti revera fuit, citra gravem tamen culpam,

39 *Ita Hieronymus, culpam haud dubie agnoſcens aliquam, in eo quod is, cui ex Synodi Alexandrinæ commiſſione, injunctum erat commune cum Euſebio onus componendarum per Occidentem Eccleſiarum; in ſuam ſe receperit Sardiniam, nihil deinceps curans de ceteris, intraque ſuam communionem ſe continens. Quod ſi poſt Eccleſiæ Romanæ definitionem ita feciſſet, quaſi crederet tam neceſſario aliorum vitandam communionem, ut alienus à Chriſto foret quiſquis eam ſuſciperet, aut Epiſcopis Ariana olim communione qualitercumque inquinatis adhæreret; profecto non* bonus Paſtor *Sardis ipſe ſuis fuiſſet; ſed eos hoc pacto prohibens ab Eccleſiæ totius reliquæ unione tenenda, corruptor & ſeductor.*

D

40 *Neque eſt cur alicui ſuſpectus eſſe poſſit Hieronymi animus in* Luciferum *propenſior, eo quod ordinationem ipſe ſuam Presbyteralem à Paulino per* Luciferum *ordinato ſuſceperit: quin potius eo majorem meretur fidem, quo totius controverſiæ ſtatum potuit noſſe diſtinctius. Itaque quod putet, Antiochenam contentionem cum Euſebio nihil contuliſſe ad iſtud ſic recedendi conſilium, ſatis eſt ad Rufini, Socratis & aliorum contrariam opinionem rejiciendam. Ex ipſis tamen eam proponentibus nonnihil habetur, quo* Luciferum *à ſchiſmatis perfecti culpa eximas: ſic enim habet Rufinus, nec diſſonant alii:* Injuriam dolens, quod Epiſcopum à ſe ordinatum non recepiſſet Euſebius, nec ipſe recipere cogitat Alexandrini decreta Concilii; ſed conſtringebatur legati ſui vinculo, qui in Concilio ipſius auctoritate ſubſcripſerat: abjicere namque eum non poterat, quia auctoritatem ejus tenebat (*in ſcriptis ſcilicet polliciti, ut ait Socrates lib. 3 cap. 7,* ſe decretis Concilii contentum fore) ſi vero recepiſſet, omne ſuum fruſtrandum videbat inceptum, *populo Meletium recipiente.* Diu ergo multumque deliberans, cum utraque parte concluderetur, elegit ut legato ſuo recepto, erga ceteros ſententiam diſparem, ſed ſibi placitam cuſtodiret. Ita regreſſus ad Sardiniæ partes, *ut loquitur Rufinus, quin & ſubſcribere Alexandrinis decretis ab Euſebio allatis recuſans; neutro tamen facto commeruit ut ſchiſmatis accuſaretur. Nam hoc quidem per legatum feciſſe ſatis erat: iſtud vero ſi reum* Luciferum *faceret, uti velle videntur Rufinus, Socrates, aliique; nihilo minus ex Rufini relatu reus foret Euſebius: nam & hic,* inveniens Antiochiæ contra pollicitationem ordinatum à Lucifero Epiſcopum, pudore ſimul & indignatione compulſus abſceſſit, neutri parti communionem ſuam relaxans. *Si id ſine gravi noxa tunc potuit Euſebius, quidni etiam* Lucifer? *minus tamen prudenter erga quoſcumque cum lapſis olim Epiſcopis communicantes, & exemplo apud aliquos rigidiores valde noxio: cum Hilarius Romanæ Eccleſiæ Diaconus, qui* Lucifero *antehac Legationis Comes ad Conſtantium ierat,* ne baptizatos quidem ab Arianis reciperet, *teſte eodem Hieronymo, qui eum propterea vocat* Deucaleonem orbis.

aut formale ſchiſma:

nam Alexandrinæ Synodo per legatum ſubſcripſerat,

nec tenebatur ſuam quibus nollet laxare communionem:

E

F

41 *Quod ſi illi, qui dicebantur in Oriente* Luciferiani, *non potuerunt ſuam ab Eccleſia reliqua diſceſſionem,* Luciferi *ſimpliciter ſubtrahentis ſeſe tueri facto, quo minus fatererentur licitam, etſi non neceſſariam, eſſe communionem cum lapſis: multo minori jure id potuerunt alii in Occidente, ii præſertim qui pro Vrſicino contra Damaſum ſchiſma conflarunt Romæ, cujus deinde acres defenſores fuere Marcellinus & Fauſtinus Presbyteri. Si enim lapſis Epiſcopis nullus potuit ad gradum priſtinum dari regreſſus, & Liberium lapſum negari non poterat; quomodo* plebs *illa* ſancta, quæ, *quam* Liberio fidem ſervaverat in exilio, *etiam ſervavit regreſſo?* & *quo jure poſtulavit in locum Liberii mortui ordinari Vrſicinum, ejuſdem Liberii communione pollutum? deinde quomodo diceret vere,* Epheſium (*quem anno* CCCLXXXVIII, *cum libellus offerretur, habebant Epiſcopum*) *fuiſſe* intaminatę, plebi Romanæ ordinatum à Taorgio; *ſi eamdem Liberii communio contaminarat?*

Schiſmatici autem ejus factum male in ſuam excuſationem adduxerunt:

42 *Evanuit autem paulatim infelix ſchiſma: nam in Oriente quidem ſolum* per paucos *illud* volvebatur, *cum ſcriberet hiſtoriam ſuam Rufinus: in Occidente vero ultima illius memoria eſt in reſcripto Theodoſii, ſub eumquem ſupra notavimus annũ dato in Luciferianorum favorem, ſed ad effectum nequaquam perducto; eo quod mendacis, quem dixi,*

qui licet evanuerint,

A *dixi, libelli impoſturæ Imperatori celeriter innotuiſſent. Non ita evanuit nota illa, quam ipſi* Lucifero *aſperſit fama, in nomine* Luciferianorum *fundata: cui imprimis credulus Theodoretus lib.* 3 *cap.* 5 *auſus eſt ſcribere, quod* reverſus in Sardiniam Lucifer, cœpit novam quamdam doctrinam doctrinæ eccleſiaſticæ adjicere: unde qui eam ſint amplexati ex ejus nomine nomen traxerunt, ſuntque ad longinquum temporis ſpatium Luciferiani appellati. *Nec mitius Sozomenus, lib.* 3 *cap.* 4 *ad nomen* Luciferi *veniens, addit*: quem hæreſis cujuſdam, ſuo nomine nuncupatæ, auctorem fuiſſe fama eſt.

adhæſit S. Lucifero infamia nominis,

etiam apud ſanctos Patres aliquos.

43 *Nolo hæc operoſius refutare: magis mihi dolet etiam apud SS. Ambroſium, Auguſtinum, Severum Sulpitium famam illam tantum valuiſſe, ut ſchiſmatis ac pene hæreſis auctorem* Luciferum *fuiſſe crediderint. Et quidem Ambroſius, in oratione de obitu fratris, loquens de ea regione ad quam naufragus appulerat Satyrus, eam in ſchiſmate fuiſſe ait, quia* Lucifer ſe à noſtra tunc temporis communione diviſerat, quamquam pro fide exulaſſet, & fidei ſuæ reliquiſſet heredes. *Auguſtinus vero, tum aliis locis, tum in Epiſtola ad Bonifacium Comitem*: Hoc diſplicuit Lucifero, quia factum eſt in eis ſuſcipiendis atque ſanandis qui veneno perierant Ariano: & quia diſplicuit, in tenebras cecidit amiſſo lumine veritatis. *Denique Severus Sulpitius lib.* 2 Lucifer Antiochiæ ageus, non tantum eos qui Arimini fuerant condemnavit, ſed etiam ab eorum ſe communione ſeparavit, qui eos ſub ſatisfactione & pœnitentia recepiſſent. *Quin imo apud imperitos paſſim toti Sardiniæ conflatam fuiſſe invidiam* Luciferi *cauſa, indicat Hieronymus, quando inducit Orthodoxum objectantem Luciferiano*, non ob Sardorum tantum maſtrucam Dei filium deſcendiſſe; *& infra*, Si Eccleſiam toto orbe diffuſam non habet Chriſtus, aut ſi

B in Sardinia tantum habet, nimium pauper factus eſt.

poſtquam ipſe Eccleſiæ conſentiens rediit in Sardiniam,

44 *Sed hæc omnia in ſolo* Luciferianorum *nomine fundari videntur, nec ullum ipſius* Luciferi, *poſtquam rediit in Sardiniam, ſcriptum factumve profertur, quo intelligatur aut foviſſe illos qui vulgo dicebantur* Luciferiani, *aut ipſos præ aliis ad ſuam admiſiſſe communionem, aut cum Romæ fuit excluſiſſe Liberium, quamvis miſere lapſum. Quin potius, cum* Eccleſiæ conſentientem *rediviſſe dicat Socrates, tenendum eſt, quod Romanorum ſenſu totiuſque Occidentis conſenſu intellecto, non ſolum aſſenſum ſuum eorum fidei, ſed etiam communioni præbuerit: quamvis non negaverim, præ concepta contra lapſos ægrimonia exaſperatum, abſtractius deinceps egiſſe atque vixiſſe, ſine commercio familiarium litterarum cum Athanaſio aliiſque confeſſionis glorioſæ ſociis, uni ſuæ Eccleſiæ curandæ intentum: quo ejus exemplo pronum fuit quamplurimos Sardos, fidei ejus (ſicut Ambroſius loquitur) relictos heredes, poſt illius mortem pertrahi in ſchiſma, quod nomen præferebat auctoris tantopere ſibi venerandi. Vtrumque certe videtur intellexiſſe Ambroſius; nemo enim, niſi mortuus, heredes reliquiſſe dicitur; & Satyrus non ſolâ famâ ſchiſma cognovit, ſed* advocavit ad ſe Epiſcopum *loci, ad quem ejectus erat*, percunctatuſque ex eo eſt utrumnam cum Epiſcopis, hoc eſt cum Romana Eccleſia, conveniret: *quia* in ſchiſmate regionis illius Eccleſia erat. *Niſi autem Epiſcopum illum ſchiſmaticum revera comperiſſet, non fuiſſet occaſio differendi, quem tantopere cupiebat, baptiſmi; diſtuliſſe autem expreſſe affirmat Ambroſius cum ait, quod, quamvis metueret non expiatus navigare, debitor ſervatæ in naufragio vitæ*; tamen eo tranſire maluit, ubi tuto tantum nomen poſſet exſolvere. *Fr. Ambroſius Tarentinus exiſtimat, non* Luciferum *Calaritanum, mortuum; ſed alium Smyrnenſem intelligi à S. Ambroſio, qui naufragium faciente Satyro (fecit autem anno* CCCLXXIX *juxta certiorem Chronologiam Hermantii ad Vitam Ambroſii) adhuc vixerit. Sed ex*

quæ primum eo mortuo videtur ſchiſma ſuſcepiſſe.

Liguria in Africam naviganti, quam longe extra viam eſt Smyrna, Aſiæ minoris ad Archipelagum civitas; tam neceſſario præternaviganda erat, obvia medio mari, Sardinia, adeoque de ea intelligi debet Ambroſius. AUCTORE D. P.

45 *Alia multa in* S. Luciferi *excuſationem collecta vide apud Ambroſium Machin Archiepiſcopum Calaritanum, in eo opere quod Vrbano VIII obtulit anno* MDCXXXIX *contra Archiepiſcopi Turritani oppoſitiones, cui titulus,* Defenſio Sanctitatis B. Luciferi: *qui etiam ex Baronio contra Baronium ipſum aſſumit, quod idem* Lucifer *una cum Euſebio Vercellenſi, anno* 11 *Iuliani, adeoque poſt Antiochenam contentionem, communiter laboraverit ad componendas Cæſarienſis Eccleſiæ in Cappadocia turbas. quia Nazianzenus in Oratione de laudibus Baſilii dicit, quod* aderant Epiſcopi quidam ex Occidente, qui orthodoxos omnes ad ſuas partes trahebant. *Huic argumento favet, quod Vita Euſebii ex Archivio Vercellenſi ſumpta, dicatur habere ſequentia verba, & quidem velut à S. Honorato ſucceſſore accepta*: S. Euſebius interfuit & præfuit Concilio Alexandrino cum Athanaſio, & habuit quatuor legationes, unam ad Conſtantium cum Lucifero Sardo, aliam cum eodem ad Synodum Alexandrinam, aliam poſt Synodum ad Orientales Eccleſias, quartam poſtea in Occidentem. Sed illas tres habuit cum Lucifero, iſtam vero ſolus abſque alio ſocio. Poſt Synodum Alexandrinam prædictam peregrinavit cum Lucifero, & Eccleſiam Cæſarienſem compoſuerunt. *Vtique poſt redditam Romæ rationem rerum in Synodo actarum: quia, ſicut* dixit Honoratus *in præcitata vita*, tulerunt ſecum Acta Concilii ambo Legati, & in Latinum tranſtulerunt, & Romam portaverunt ad Liberium, qui omnia confirmavit & approbavit: *id autem totum factum eſt, juxta eadem Acta*, completa viſitatione Orientalium Eccleſiarum.

Nam reconciliationem Luciferi

ſupponit ejus legatio in Cappadociam

E

46 *Hæc ſi tam certo eſſent ipſius Honorati, quam certo ſub ejus auctoritate proferuntur; omnino evincerent, non ita abrupte, uti ſcribit Rufinus, Antiochia in Sardiniam receſſiſſe* Luciferum, *dimiſſa ulteriori cura eccleſiaſticæ quietis procurandæ; ſed Eccleſiæ Romanæ communionem palam profeſſum, ei adhuc aliquamdiu utilem navaſſe operam; quomodo enim alias ab ea miſſus in Cappadociam fuiſſet? Miſſum autem fuiſſe expreſſe dicit Nazianzeni Græcus Commentator Nicetas apud Billium in hunc locum,* ex urbe Roma Lucifer & Euſebius ad rem ſedandam Miſſi Cæſaream fuerunt; *idemque manifeſte tenet Baronius ad annum* CCCLXII, *in hoc ſolo differens à præcitatis S. Euſebii Actis, quod excurriſſe Sanctos Cæſaream velit, priuſquam Romam reverterentur. Magis etiam ad excuſandum Luciferum eique inhærentes Calaritanos facit, ſi verum eſt quod refertur in jam ſæpe dictis Actis S. Euſebii, quod cum* viſitavit ſecunda vice Hieruſalem, & ibi invenit per revelationem tres imagines Beatæ Virginis de ligno .... tertiam portavit in Sardiniam ſuam patriam Calaris; ubi domum, in qua natus fuit, conſecravit eccleſiam in honorem matris ſuæ & S. Reſtitutam appellavit .... & in eadem eccleſia poſuit imaginem, quæ hodie adhuc manet in illa civitate, faciente Deo per illam miracula multa. *Sive enim id fecit comitatus redeuntem illuc* Luciferum, *uti conatur perſuadere Ambroſius Tarentinus, oportet eos in Communione tunc fuiſſe concordes; ſive ex alia occaſione aliquanto poſt, videtur tamen id feciſſe vivente* Lucifero, *quippe cui non multo plus quam anno uno ſupervixit, martyrio coronatus Kalendis Auguſti, anno ut cenſet Baronius* CCCLXXI; *atque ita perſeverantem in eadem communione* Luciferum *ſupponamus neceſſe eſt. Quis autem credat, Euſebio regreſſo cœpiſſe illum agere durius, & quos eatenus ſuſtinuerat Catholicæ unionis profeſſores, à ſua ſuorumque communione repuliſſe?*

cum S. Euſebio,

F

haud multo poſt eum in Sardiniam ſecuto.

AUCTORE D. P.

CAPUT VI.

Miracula S. Luciferi: obitus & cultus in Diœcesi Calaritana antiquus.

47 *Eadem famâ minus secundâ, quâ Sardinia propter* Luciferum *laboravit, laboravit & Celtiberia propter Gregorium Illiberitanum; eaque magis vera, si quid veritatis subest iis quæ de ipso scribunt Marcellinus atque Faustinus. Nam quin ibi pertinacia quædam schismatica viguerit, neque negat Baronius, & ipsam in eodem cum Sardinia gradu collocat Orthodoxus apud Hieronymum, Luciferiano sic insultans*, En, si Britannias, Gallias, Orientem, Indorum populum, barbaras nationes, & totum simul mundum possidet Satanas, quomodo ad angulum universæ terræ Crucis trophæa collata sunt? Nimirum adversarius potens concessit Christo Iberiam & Celtiberos: luridos homines inopemque provinciam dedignatus est possidere. *Et tamen Baronius ad annum 371 num. 125 ita loquitur*: Porro Gregorius creditur postea saniori menti redditus, duramque austeritatem illam flexisse in Catholicæ observantiæ rectitudinem: nam orthodoxorum quorumdam præconiis celebratus habetur. *Quin imo non dubitavit eumdem Martyrologio Romano inserere ad* XXIV *Aprilis, Vsuardi antiquo & nonnullorum aliorum recentiori exemplo. Cur igitur non eâdem indulgentiâ præsumpsit de* Lucifero, *quod præsumendum suadebat constans ejus cultus apud Sardos usque in hodiernum diem, & pro Gregorii cultu apud Celtiberos longe celeberrimus?*

Si duriùm creditur depositisse S. Gregorius Illiberitanus,

B

cur non etiam Lucifer?

48 *Rectam sane Luciferi mentem, nec ab unitate Ecclesiæ Catholicæ alienam, etiam tum cum adhuc recens esset sensus injuriæ, quam sibi videbatur Antiochiæ pertulisse, probasse videtur Deus insigni miraculo, juxta ejus prædictionem patrato, quod ita narrant Marcellinus & Faustinus.* Sanctus vir Maximus Episcopus, fidem vindicans rectam, consortiumque reprobans hæreticorum, ductus est in exilium. In loco ejus prævaricatores ordinant nomine Zosimum, qui & ipse prius quidem Catholica vindicabat. Res ista in Neapoli civitate Campaniæ acta est. Cognoscit hoc S. Maximus, & de exilio scribens dat in eum sententiam, non solum Episcopali auctoritate, sed etiam æmulatione ac virtute martyrii fruens in gloriam divinam. Sed post aliquot annos B. Lucifer, de quarto exilio Romam pergens, Ingressus est Neapolim Campaniæ, ad quem Zosimus venire tentavit: sed hunc Lucifer Confessor suscipere noluit, non ignorans quæ gesserat; imo & sancti Spiritus fervore, Episcopi & Martyris sententiam fortissime exequitur, dicens, quod Episcopatum ipsum, quem sibi ut adulter vindicat, speciali Dei judicio non habebit, & sic quoque sentiet pœnam suæ impietatis.

qui revertens ab exilio alienæ Sedis invasori

C

divinam ultionem prædicit,

49 Sed non post multum tempus idem Zosimus, cum in cœtu plebis vult exequi Sacerdotis officia, inter ipsa verba Sacerdotalia ejus lingua protenditur, nec valet eam revocare intra oris meatum, eo quod contra morem naturæ extra os penderet ut bovi anhelo. Sed ut vidit se linguæ officium perdidisse, egreditur basilicam: &, res mira! foris iterum in officium lingua revocata est. Et primum quidem non intelligitur in eum compleri sententiam Martyris Maximi & Confessoris *Luciferi*: sed cum hoc ipsum toties iterum patitur, quoties in basilicam diversis diebus intrare tentavit; ipse postremo recognovit, ob hoc sibi linguam inter Pontificii solennia verba denegari, ut sanctorum Episcoporum in eo latam sententiam probaret. Denique cessit Episcopatu, ut lingua quæ cesserat redderetur. Non res antiquas referimus, quæ solent quadam ratione in dubium venire: nam & Zosimus hodieque in corpore est, usum jam linguæ non amittens, postquam maluit cum sui Episcopatus amissione vivere, dolens de suis impietatibus. *Hæ illi, perperam ipsum miraculum torquentes ad sui schismatis confirmationem; cum pœnam Zosimi prædixerit* Lucifer, *non quia post lapsum perseverabat Episcopatum tenere sub titulo pœnitentiæ, sed quia eum* adulter occupabat, *vivente adhuc S. Maximo ordinatus, sicut Auxentius Mediolanensis vivente S. Dionysio; unde nec post mortem quidem SS. Maximi ac Dionysii fuerunt unquam pro legitimis aguiti. Colitur S. Maximus, Episcopus Martyr, Neapoli* XI *Iunii teste Chioccarello; cujus nomen pro nomine Zosimi, per quemdam calami aut memoriæ lapsum, cum obrepsisset Baronio ad annum 362 num. 219, ut allegata Marcellini auctoritate scriberet*, Luciferum *abhorruisse* communionem Maximi, qui in Zosimi locum suffectus fuerat; *accepit occasionem Chioccarellus duos sibi Maximos fingendi, unum Sanctum ab Arianis relegatum, alterum ab iisdem intrusum: quæ ex ipsis Marcellini & Faustini verbis corriguntur. Manet interim & per illud miraculum comprobata* Luciferi *sanctitas, & per* divinas virtutes, *quas* in Sardinia *dicitur operatus, utique post exilia, de quibus supra.*

fuit ille, non Maximus dictus, sed Zosimus.

D

E

50 Sub Juliano Principe Calarim reversus Lucifer, Valentiniano regnante obiit, *inquit Hieronymus in libro de Scriptoribus: cujus verba leviter immutans Platina in Liberio*, Moritur, *inquit*, sub Valentiniano Principe. *Hinc Fara lib. 1 de rebus Sardorum*, Anno, *inquit*, CCCXC, imperante Valentiniano, Lucifer Episcopus Calaritanus obiit, teste Platina & Hieronymo: *quasi pro certo ponens Valentinianum Iuniorem ab istis notari, & ex cerebro suo annum ejus* XVII *assumens. Post Faram, nihil ultra disquirentes Dimas Serpi in Chronica Sanctorum Sardiniæ lib. 2 cap. 30, & Seraphinus Esquirrus in Sanctuario Calaritano lib. 2 cap. 1, eumdem notant annum. Et Dimas quidem, cum per meram conjectandi licentiam dixisset, S. Satyrum D. Ambrosii fratrem, naufragio ad Sardiniam insulam facto, pro schismatis extinctione frustra cum* Lucifero *laborasse; eâdem licentiâ qua cap. 25 commentus erat, à Iulio Papa I ordinatum fuisse* Lucifernm; *hic notat ordinatum anno* CCCXLIII; *nec dubitat, quin ei revelaverit Deus mortis suæ horam; adeoque licere sibi existimat ea facta & dicta narrare, quæ congruum fuit facere ac dicere eum, qui de dissolutione sua sic esset præmonitus.*

Obit S. Lucifer anno, non 390.

F

51 *Sed his omissis, quæ post tot sæcula primum audita merito contemnuntur, tamquam capitis ægri somnia, si sed* 370, *consulamus Hieronymum in Chronico (quod miramur ab auctoribus istis nec respectum quidem) mortem* Luciferi *inveniemus ab eo relatam ad annum* VII *Valentiniani Senioris, Christi* CCCLXX, *ubi hæc habet*: Lucifer Calaritanus Episcopus moritur, qui cum Gregorio Hispaniarum, & Philone Libyæ, numquam se Arianæ miscuit pravitati. *Id quin honoris causa sanctus Doctor hic inculcet, nullus dubito. Interim erasse convincitur Rufinus, dum veluti excusare* Luciferum *volens, supponit, quod statim à suo in Sardiniam reditu* morte præventus, mutandæ sententiæ non habuit tempus, *cujus* spatio corrigi solent temere cœpta. *Etenim integris novem annis superstes, non potest dici morte præventus. Quoniam vero, ante atque post eam, tantis inter suos miraculis claruit, ut constanter fuerit pro Sancto habitus; præsumi omnino debet mutasse, si quid necessario mutandum habuit, ut in caritate perfecta inveniretur à Domino, apud quem nec fides quidem montes transferens justificare sola potuisset. Natalis tamen Alexander, inter historiæ ecclesiasticæ capita à se discussa sec. 4 artic. 13, cum quæsivisset*, utrum Lucifer extra sinum & unitatem Ecclesiæ obierit, *omnino respondet* affirmative. *Sed præter jam dicta atque abunde confutata aliud non urget, quam*

anno 9 post exilium.

quæ & subsecuta miraculose est.

Hiero-

A *ob alienationem ad extremum servatam*

Hieronymi silentium: qui, inquit, si existimasset Luciferum à schismate resipuisse, & in Ecclesiæ sinum rediisse, pœnitentiam ejus & retractationem urgere debuisset, quibus nihil proferre potuisset luculentius ad Luciferianorum, contra quos agebat, damnationem. *Ad argumentum autem de perpetuo* Luciferi *apud Calaritanos cultu, ait*; Singulares Ecclesias bis in rebus errare posse .... præsertim cum extent Sancti ejusdem nominis quos Clerus populusque, rerum ecclesiasticarum ignarus, incaute confundit: porro ex Ecclesiæ Africanæ notitia constare alterum extitisse postea Luciferum, Calaritanum pariter Episcopum, inter sanctos illos Episcopos celebrem, qui fidem Catholicam propugnaturi, Carthaginem Hunnerici tempore venerunt. *Verum jam ultro fassus sum, ita in Sardiniam abiisse* Luciferum, *ut Romanus Italisque Catholicis non satis constiterit quo animo esset erga unionem suam; nec deinde quidquam nuntiatum inde esse quo securi de eo redderentur. Nec abnuerim, propter alienationem quamdam ab iis, à quibus pridem dissenserat, fortassis servatam ad extremum spiritum, talem tamen quæ venialis culpæ modum non excederet, id pati potuisse post mortem, quod passus est S. Paschasius Diaconus, à S. Gregorio commemoratus, & in Martyrologium Romanum relatus* XXXI *Maji: qui Laurentium à se electum Pontificem præferens Symmacho, vero Pontifici ab Ecclesia declarato,* in sua sententia usque ad diem exitus sui perstitit; *visus est autem miraculis divinitus honorari in corpore, quando anima hærebat in purgatoria pœna, ejus cui apparuit precibus liberanda.* Quia enim non malitiæ sed ignorantiæ errore peccaverat (*quod & de* Lucifero *dicas licet, in quo non malitia, sed zelus fidei minus discretus pœnam meruerit*) purgari post mortem à peccatis potuit; *eoque non obstante meruit coli ut Sanctus; sicuti & honoratur* S. Lucifer: *in cujus reverentiam plurimi Sardi nomen ejus libenter filiis imposuerunt deinceps, uti factum in secundo ejus appellationis Episcopo Calaritano, de quo præter nomen & simplicem Carthagine præsentiam nihil scitur: ut gratis supponere jubeamur, hunc esse cujus ossa reperta & miraculis honorata denuo sunt.*

veniali forsan culpæ obnoxius sicut S. Paschasius.

B

53 *Diem mortis nemo antiquorum expressit: solum unum, idque recentioris fabricæ (sicut infra ostendemus)* Epitaphium, *quievisse eum notat* XX *Maji: quo die cum ejus* festum *nunc agi à Sardis, post inventionem corporis & Epitaphiorum retectionem constet ex miraculo, quod infra referimus num* 83, *eumdem diem nobis tenendum putavimus, in referendis hic ejus Actis, licet Fr. Ambrosius de Tarento in epistola notet diem* 11 *Maji, quasi Sardis in memoriam* S. Luciferi *festivum: Ferrarius ad* XVIII Januarii *retulit, in Catalogo generali Sanctorum, allegatis* ecclesiæ Calaritanæ tabulis, à qua, *inquit*, hac die præcipue colitur, templo illi jam pridem ædificato. *Quisnam hoc Ferrarium docuerit nescio: infra videbimus objectum fuisse Calaritanis, quod ante sacri corporis inventionem nullum diem anni habuerint cultui* S. Luciferi *dicatum: & ipse suum Catalogum edidit secundo post dictam inventionem anno. Cultum antiquum probant plures in Sardinia ecclesiæ sub ejus nomine: quarum antiquissima una est prope Calarim, inter urbem & S. Saturnini ædem. De hac cum intellexisset Cardinalis Baronius, qui ad annum* 362 *Ioannem Arcam reprehenderat, quod* Lucifer um *inter Sanctos reposuisset; promisit se de infelici ejus exitu mutaturum sententiam,* sicuti & in casu simili revocavit quæ de Fausto Regiensi in Gallia Narbonensi Episcopo dixerat, postquam intellexit Martyrologium Gallicanum semper ipsum retinuisse inter Sanctos, & in ejus memoriam olim erectam basilicam ejus nominis titulo insigniram. *Ita Baronii abbreviator Spondanus, in iterata sua Epitomes editione Parisiensi, indicans locum Baronii de Fausto in Appendice ad priores tomos edita post tomum* 10 *ad annum* 490, *& addens id multo solicitius facturum fuisse modestissimum scriptorem, si quæ postea Romam allata sunt de veteri cultu deque corporis inventione documenta videre potuisset.*

Mortis ejus dies incertus.

Dicatam ei in Sardinia ecclesiam intelligens Baronius,

mutavit sententiam.

C

AUCTORE D. P.

54 *Ichnographiam illius templi, quale ante restaurationem tecti visebatur, are expressum exhibet Calaritanus Archiepiscopus; suggeritque ex antiquis S. Luxorii Martyris Actis, apud Boninum Mombritium legendis & in hoc opero ad* XXI *Augusti illustrandis, locum, quo dicuntur Christiani sepelivisse SS. Cisillum & Camerinum pueros Martyres,* ubi nunc est Sedes (*forte* ædes *legendum*) S. Luciferi Confessoris. Secundum *huic templum invenitur* inter oppida Pirri & Silargius; tertium prope oppida S. Viti & Muravera; lingua Sardoa nuncupatum Santu Luxudu, quod idem est ac Latine Sanctus Lucifer: quartum prope oppidum Sarulli, Calaritanæ diœcesis, *uti scribit prædictus Archiepiscopus, similiter singulorum formam repræsentans tabellis æneis. Harum tabellarum una visendam offert* imaginem vetustissimam, depictam in tabula majoris altaris templi S. Luciferi oppidi Selargus: *in qua varie subdivisâ, medium & altiorem locum sic occupat imago Deiparæ, si lium genu materno insistentem contemplantis ut ad cornu Euangelii spectetur depictus in habitu Archiepiscopali sedens Sanctus, luminoso capite, sinistram porrigens ad collum infantulæ, junctis manibus adstantis ac veluti sanitatem postulantis.*

Est templi prope Calarim antiquissimum,

item tria alia in diœcesi,

cum vetustâ imagine in altari,

E

55 *Hæc omnia tanto certiorem probationem continere existimat Coriolanus in Breviario Chronologico, ad an.* 362 *primam Baronii censuram refutans, quod Urbs Caralitana ex se dederit Romanæ Ecclesiæ Pontifices duos Sanctos, Hilarium scilicet anno* CCCCLXI, *& Symmachum anno* CCCCXCVIII *creatos (Sardos saltem fuisse hos constat) & quod S. Gregorius anno* DXCIV *miserit Felicem Episcopum ac Cyriacum Abbatem Legatos in Sardiniam, pro conversione Barbaricinorum, qui* reperientes primariam ejus insulæ ecclesiam negligentia Pastoris incultam, *pro corrigendis abusibus mandatum acceperunt: in quibus, inquit Machinus, si peccatum aliquod fuisset circa* Luciferi *cultum, tam hi quam isti curassent reformandum; nec illud toleravissent D. Fulgentius aliique plures quam ducenti Episcopi, fidei causa in Sardiniam relegati, & diu Calari commorati.*

absque ulla tot seculis contradictione.

Eumdem scriptores antiqui appellant Sanctum,

F

56 *Merito igitur etiam nos de* S. Lucifero *agendum nobis proposuimus, secuti exemplum Hermanni Contracti, qui circa annum* MXL *floruit, & eodem modo quo de aliorum Sanctorum obitu, de illius ad annum* CCCLXIX *scripsit,* Lucifer Caralitanus Episcopus, vir valde Catholicus, obit. *Primus etiam Cabilonensis Episcopus, in Topographia Sanctorum Christi Martyrum anno* MCCCC, *ad verbum* Calaris, *nomen* Luciferi, propter fidem Nicænam exulis, *adjunxit nominibus Sanctorum Martyrum Calaritanorum. Petrus de Natalibus Episcopus Equilinus, ante annos fere trecentos agens* de Sancto Lucifero Episcopo *lib.* 11 *cap* 88, *aliquanto latius explicata proponit Hieronymi verba ex libro de scriptoribus. Taceo Bellarminum, Bosium, aliosque hujus seculi scriptores, non sine sanctitatis encomio de* Lucifero *locutos. Quid quod Ecclesia Vercellensis, ad primas Vesperas pro festo S. Ambrosii, juxta Breviarium excusum Venetiis anno* MDIV, *ipsum quoque ut Sanctum invocandum instituerit, ita canendo:*

& vetus Breviarium Vercellense.

Tunc Palatini Comites vi raputerunt Præsules,
Eusebium, Dionysium, cum eis & Luciferum.
Hos deprecamur sedule, Christi captos pro nomine,
Sacris hymnorum meritis, Cæli fruamur gaudiis.

Hujus hymni auctoritatem licet aliquando Baronius nisus sit elevare, & in hujus gratiam Ferrerius Episcopus Vercellensis apocryphum censuerit; recte tamen Archiepiscopus Calaritanus, parte 3 *cap.* 31 *ejusdem antiquitatem defendens, demonstrat, nequaquam eum fuisse inter apocrypha, quæ Cardinalis Guido expuncta voluit. Recentior*

quam

AUCTORE D. P.

quam supra retuli, Alexandri Natalis conjectura de S. Lucifero II: *qui in Wandalica persecutione Confessor sub Hunnerico apud Carthaginem, anno* CCCCLXXXIII *vel sequenti, unus fuit ex eis quos Victor Vitensis ad quadringentos sexaginta sex nominat, quorum octoginta octo sub ipsius tyranni conspectu mortuos esse ait. Recentior, inquam, conjectura ista, tota præsumptionibus nititur mere gratuitis; puta quod iste* Lucifer II *inter mortuos non fuerit, quod ad Ecclesiam suam redierit, quod in eadem sepultus sit, quod denique à fidelibus fuerit honoratus ut Sanctus. Ista autem sic citra ullam probationem assumpta non sufficiunt, ut aliquis inter* Sanctos *cultus fuisse asseratur; multo minus sufficere possunt ad affirmandum, quod in ejus locum obrepserit fidelibus cultus alterius, ætate quidem longe prioris, tali tamen honore indigni.*

De Luciferi 2 sanctitate conjectura inanis.

CAPUT VII.

De ecclesia subterranea S. Luciferi, anno MDCXV reperta.

57 *Sanctuarii Calaritani auctor Seraphinus Esquirrus Capuccinus, postquam toto primo libro egit de suburbana S. Saturnini Basilica, sub Constantino Magno secundum receptam antiquitus opinionem extructa, & anno* MCCCCLXXXVII *ab Archiepiscopo Petro Pilares restaurata; postquam etiam exposuit quæ ibi, cœptâ sub Archiepiscopo Francisco Esquivelio fossione, inventa fuerint ab Octobri anni* MDCXIV, *usque ad Septembrem anni sequentis; libro 2 incipit tractare de proxima ei* S. Luciferi *æde, cujus ipsa pene exoleverat memoria.* Contigit, *inquit,* quod dum perscrutando prædictæ Basilicæ fundo intenditur, ab ultro citroque commeantibus observarentur ad jactum lapidis antiqui ædificii vestigia nonnulla. Hoc cum significatū continuo esset Archiepiscopali Vicario Francisco Martis, isque rem contulisset cum Canonico Melchiore Fensa atque Doctore Gaspare Soler; pariter omnes iverunt in campum dictæ Basilicæ vicinum; ubi sub ramosa quadam ficu viderunt partem superiorem cujusdam sacelli, quod ex uno latere discoopertum adhuc servabat picturarum exoletarum indicia. Advocatur ergo campi istius dominus: qui interrogatus an sciret quid illud esset, respondit annos efflaxisse nonnullos, ex quo illuc adveniens transmarinus quispiam, dixit, eo loco magnum Ecclesiæ thesaurum latere: cœpisse ergo se fodere sub ficu illa: sed cum præter sepulcrum, humana continens ossa, nil inveniisset, destitisse ab opere: neque ex eo tempore aut se aut alium quemquam ausum esse istic movere quidpiam.

B

Repurgantibus S. Saturnini basilicam & cryptas,

apparet haud procul pars cujusdam sacelli,

C

quod perscrutantes

58 Hoc indicio accepto, considerans Vicarius sociique, posse fieri ut hoc loco stetisset S. Luciferi ædes, in vita S. Luxorii commemorata; Archiepiscopum consuluit, ad S. Pantaleonis tunc commorantem: atque de mandato ejus, postulatis piarum ac religiosarum personarum orationibus, die XIV Januarii MDCXV, extirpata radicitus ficu prædicta, inventum est sacellum subterraneum, palmos latum septemdecim, altum duodecim, inductum fornice, ex magnis vetustisque lateribus compacto, cujus parietes picti olim fuissent, sed in humido loco sublata erat colorum figurarumque distinctio. Pavimentum, ad instar Reliquiarii confectum, novem continebat monumenta sepulcralia; in capite vero sacelli nec altare erat, nec altaris indicium; solum visebatur ibi lapidea tumba, undecim palmos longa, lata quatuor, habens operculum lapideum cum duobus gradibus: ac supra illos in eodem pariete excavatus loculus continebat statuam Beatæ Virginis ex albo marmore, utrimque vero visebatur loculus alius, minor medio: reliquæ sepulturæ omnes erant lateritiæ, præter unam, quæ ad latus epistolæ juncta parieti, etiam lapidea erat: supra quam minores tumbulæ duæ. *Has fuisse Sanctorum puerorum* Cesellii *&* Camerini, *post* S. Luxorium *occisorum, persuasit fragmen marmoris, adhuc continens litteras* CESEL; *ipsiusque S. Luxorii arca in aditu sacelli reperta, quæ eleganti ornata musivo haud minimam partem continebat epitaphii & nominis sancti. Eamdem persuasionem confirmabant stanunculi duo pueriles ex marmore, in sacello reperti, quos credibile erat occupasse olim loculos minores præmemoratos: prout ad* XXI *Augusti latius explicabimus.* Totum porro pavimentum, musivo opere tessellatum & elegans fuisse videbatur, sed humore loci & ficus supra stantis, ita corrupti erant qui inscripti fuerant tituli, ut legi nihil posset.

D

nominatim S. Luxorii & 2 puerorum.

58 Monitus de hujus tam formosi sacelli inventione Dux Gandiæ, proxima Dominica die XVII Januarii adfuit, cum insigni Nobilium & Canonicorum comitatu: coram quibus aperta est tumba, quæ erat sub medio loculo, in eaque reperta sunt ossa humani corporis suave fragrantia; quibus reverenter eductis, quamvis nullus in arca titulus appareret, visum tamen plerisque est ipsum esse corpus S. Luciferi... Sed Archiepiscopus, in re momenti tanti nolens ex conjectura definiri quidpiam; ipsa quidem ossa, quæ alicujus Sancti esse merito præsumebat, intra arculam colligi, & una cum aliis Sanctorum innominatorum Reliquiis servari, atque in Sanctuarium referri mandavit; non est tamen passus inventionem publicari: sed pro majori certitudine divinitus impetranda, censuit precibus instandum operosius. *Prudenter sane: inventum est enim post annos paucos quod querebatur. Interim juvat audire ab Esquirro, qua ratione quove successu progressum in opere pio sit: id enim lib. 2 cap. 14 sic pergit narrare.*

ibi inventa tumba sine titulo precipua, non fuit S. Luciferi.

E

59 Post prædicti sacelli felicem inventionem, laborari cœptum in expurganda tota reliqua crypta, jussis huic rei operam impendere incolis suburbii, quod Villa-nova dicitur: quibus manipulatim quotidie, ut eis præscriptum erat, & suo quibusque ordine, convenientibus, exportata omnis terra est; inventusque locus mediocris amplitudinis, longus triginta octo, latus triginta quatuor palmos, absque ullis fenestris, eo quod solis Sanctorum corporibus recondendis fabricatus, non nisi accenso lumine fuerit adeundus. Erat autē instructus sacellis tredecim: quorum tria in capite ecclesiæ, quatuor utrimque in lateribus; deinde ad ingressum sive ostium hinc & hinc singula. Maximum omnium illud est, quod supra descripsimus, in ipsius ecclesiæ capite medium; reliqua palmos dumtaxat octo lata sunt; suo autem singula teguntur arcuato fornice, unusquisque vero fornix sustinetur columnis quatuor, hinc & hinc binis, decenti prorsus & congruo opere. Porro in sacellis singulis, loco altaris quod nullum erat, numerabantur sepulturæ quinque, supra invicem collocatæ: reliquæ vero cryptæ pavimentum totum distinctum erat sepulcris, plerumque ternis una in linea, fere ad instar Reliquiarii, quæ grandibus ac duris lateculis constabant, opere musivo ornatis, sicut & totum pavimentum; tam in ecclesia quam sacellis, quina ut dictum sepulcra numerantibus. Sepulcrorum tituli omnes musivo similiter opere eademque forma compositi erant, sed vix ulli amplius legi poterant, ob eas quas dixi causas, ac ne probabili quidem conjectura attingi, nisi in nominibus SS. Luxorii, Juvenalis ac Bonifacii. Verum defectum hunc suppleverunt marmorei tituli, in ipsis postea sepulcris inventi.

Describitur locus

F

ejusque sacella tredecim,

& sepulcra in illis & sub pavimento inventa.

inveniunt esse conditorium Sanctorum,

60 *His*

A

60 *His ſic expoſitis, aggreditur expicare Eſquinus deſtructionem ſacrorum locorum per Saracenos; eiſque ruinam putat, quod* in hanc ſubterraneam eccleſiolam ſeu cryptam ingreſſi, theſaurorum ſcrutandorum cauſa, primum quidem demoliti ſunt ſepulcra, quæ fuerant ad utrumque ſacelli latus in fronte cryptæ poſita; ubi fodientes uſque ad ſolidam humum cum nihil reperiſſent, etiam in ſacellis aliis quædam ſepulcra diſſiparunt, ſparſis per pavimentum oſſibus: quæ quoniam Sanctorum eſſe non dubitabatur, juncta ſunt Reliquiis alibi ante hac ſine nomine repertis: tantum autem terræ ſupra totam cryptam conſeſſere, ut nihil ejus amplius appareret, quam exigua illa particula, cujus ſupra meminimus, & cujus indicio locus agnoſci cœpit: jamque merus appareat campus, qui ſeminatur quotannis, & nunc etiam (*id eſt an.* MDCXXIII *quo ſcribebat Eſquirrus*) avenâ eſt conſitus.

Ex hoc loco ſub terra diu occulto,

61 *Quam non bene hæc ruina tota imputetur Saracenis, ex infra dicendis apparebit. Nunc cum Eſquirro progrediamur: qui cum lib. 2 cap 15 egiſſet de ſepulcro invento ante ſacellum, ex latere ſeu parte Epiſtolæ tertium; & deinde cap. 18 dixiſſet, illud non fuiſſe totum muro clauſum, ſed pro parte apparuiſſe pervium, ut præberet tranſitum in aliam vicinam cryptam; de hac alia crypta ita habet cap. 39.* Secunda crypta, ſimiliter ut prima, plena erat ingeſtâ terrâ, quæ cum fuiſſet exportata, apparuit ipſa paulo minor quam prima: nam æque ut hæc majus unum ſacellum habet media in fronte, utrimque non niſi quinque ſacella numerat, id eſt univerſim undecim, cum alia habeat univerſim tredecim. Cum autem circa majus ſacellum foderetur, die x Octobris inventus eſt titulus quidam marmoreus, in utroque latere fractus, ita ut ejus lineæ eſſent utrimque mutilæ, & juxta ipſum reperta eſt arca inſignis ex pulcherrimo marmore, ſex palmos longa, duos cum medio lata, venuſteque ſculpta.

inventus tranſitus in aliam cryptam,

B

in qua ſacella undecim

62 *Sculpturam quia id mereri videbatur, Dionyſius Bonfant in Triumpho Sanctorum Sardiniæ pag. 263 repræſentat ære expreſſam, ea forma, ut in medio appareat velut rotundum ſpeculum eleganter tornatæ baſi inſiſtens, complectenſque dimidiam cingulo tenus effigiem venerandi ſenis, raſa barba, capite nudo, decoro habitu, cui ex humeris gemmeus torques duplex cum pectorali monili defluit: accubat utrimque grandis & jubatus leo; geniique alati ac nudi duo, veluti advolantes, utraque manu effigiem ipſam retinent: ex utroque vero latere aſſiſtunt totidem viri nudi, recalvi, promiſſa in pectus barba, & tridente quem una manu tenent innixi, plane ut ſolet Neptunus pingi. Proinde cum nullum in tota celatura appareat Chriſtianitatis indicium, merito ſuſpiceris, unam hanc eſſe ex iis arcis, quas è gentilitate reliquas, ad uſus meliores tranſtulit pietas Chriſtianorum poſterorum. Cujus rei exempla etiam Romæ videre licet, ac nominatim in ſuburbana S. Agnetis baſilica, ſtupendæ molis porphyreticam arcam, quam ignarum vulgus, propter argumentum lateribus circumquaque inciſum, Bacchi ſepulcrum appellat; cum veroſimile ſit eam à Conſtantia Conſtantini filia illuc invectam, ut vel in tam pretioſo ac pene ineſtimabili operiſque haud dubie antiquioris vaſe, licet profanis figuris inſculpto, ſuum conderetur corpus; vel ex ejus ſpectabili magnificentia aliquis ſacro loco conciliaretur ſplendor; cum illo ævo tanta eſſet ſculptorum peritorum raritas, quantam probant Conſtantiniani ævi monumenta. Quod ideo dixerim, ne intus repoſitis oſſibus, quæ perfectæ ætatis viro conſepultum fuiſſe puerum oſtendunt, quidquam hac mea obſervatione detraxiſſe videar, quo minus Sanctorum eſſe poſſint.*

& arca marmorea inſignis,

C

à profanis ad ſacros uſus tranſlata:

83 Non procul ab iſta ſecunda crypta, detecta eſt alia, rotundum habens Presbyterium, ſive Tribunam: cujus fornix cum ſuperincumbentis terræ planitiem ſolus æquaret, ſpeciem præbebat ſubtus latentis furni; quod quid eſſet cum certius explorari vellet Dominus Vicarius, fodi intra eam juſſit: effoſſâque terrâ, apparuit, ſicut dixi, tribuna, cui cohærebat eccleſia reliqua. *Ita Eſquirrus cap. 40 obiitus dimenſiones ejus ſignare; ſed ex ichnographia quam exhibet Archiepiſcopus Machinus, licet imperitiſſimè ſculptam, apparet eccleſiam, procurrentibus utrimque parietibus, tertia fere parte latiorem eſſe ipſa tribuna, longitudine vero eis æquare latitudinem; in eamque geminum fuiſſe ingreſſum, alterum ex latere Euangelii venientibus ab urbe, alterum in fronte obverſum Tribunæ venientibus à S. Saturnini baſilica. Soli autem Tribunæ ſuus remanſerat ornix, pars reliqua tecto ſublato, & fornice ſi quis fuit collapſo patens, ſic erat humo oppleta, ut parietum nulla apparerent indicia: nunc vero iiſdem parietibus in majorem inde altitudinem eductis humoq; nudatis impoſitum tectum, eccleſiæ non magnæ formam reddit, qualis hodieque ſub nomine S. Luciferi perſeverat, una cum duabus prædictis cryptis, quæ ſimul omnes veroſimiliter ſuberant uni majori deſuper extructo templo.*

quæ nunc inducto tecto eſt eccleſia S. Luciferi,

64 *Quæ in anteriori parte multa ſub pavimento latebant ſepulcra, & Sanctorum eſſe credebantur, necdum retecta erant cum ſcriberet Eſquirrus: itaque ſolum narrat, quomodo* in ipſa Tribuna inventa fuerint tria ſepulcra, quorum unum admodum grande, è laterculis fabricatum, cooperiebatur tabula marmorea nigra: ſed quoniam nimium delicata erat, ſine fractura auferri ipſa non potuit. Vacua autem oſſibus area, & ingeſtâ tantaxat humo plena, adhærebat parieti, Tribunam ab reliqua eccleſia ſeparanti. Ad latus Epiſtolæ habat ſepulcrum aliud, multis oſſibus aliunde tranſlatis refertum, & operculo tectum marmoreo ac ſolido, ſed ſine titulo: ſparſa vero per Tribunam jacebant fragmina titulorum multa, ex quibus nullus ſenſus integrari potuit. Aſt in medio inventa eſt arca lapidea, valde bene laborata, in eaque humani corporis oſſa omnia, ac deſuper fragmina duo marmorei tituli, unde hæ litteræ videbantur reſtare,

ſub cujus tribuna, ſepulcra tria,

E

& in horum uno cujuſdam Vincentii:

P HIC B. M. VIN CIVS
T

quem titulum integre legi poſſe HIC IACET B. M. VINCENCIVS non abſimilis vero conjectura cum videretur, eductum eſt inde corpus illud, tamquam Sancti Martyris, die IX Octobris anno MDCXVI, aſſiſtentibus Archiepiſcopo, Gandiæ Duce, Epiſcopo Boſano, Vicario præmemorato, Canonicis multis, ipſoque auctore libri Capuccino.

inventa eſt denique crypta tertia,

65 *Hic reliquo deinde opere uſque ad librum 5, exponit inventiones aliarum cryptarum circa & intra baſilicam S. Saturnini, uſque ad Octobrim anni* MDCXXI: *libro autem 5 eodemque ultimo, deſcribit Sanctuarium, ſub eccleſia Metropolitana, adornatum inſigniter ab Archiepiſcopo Eſquivelio, ordinemque & pompam tranſlaturam iſtuc reliquiarum die* XXVII *Novembris anni* MDCXVIII. *Atque ita abſolvitur pars prima operis: ſecunda, quæ de S. Saturnini inventione & ſepulchris in eccleſia Luciferiana inventis tractatura erat, numquam venit in lucem. Eſt quidem opus illud judicii non uſque adeo elimati, ut moroſo Lectori plene faciat ſatis; non modo quia omnes, quorum reperta & tranſlata ſunt corpora, facit Calaritanos; quod nequaquam eſt veroſimile: ſed etiam, quia ex titulorum fragminibus eliciens qualemcumque ſenſum, ſubinde hiſtorias ſibi format, quarum auctorem nullum proferre poterit quam ſeipſum. Quia tamen accurate explicat ſucceſſum inquiſitionum, locorumque ac temporum circumſtantias, optandum videtur ut etiam ſecunda pars ſimili prodiiſſet ſtylo. Nam qui poſt eum ſcripſit Dionyſius Bonfant, ea quæ in Eſquirro probantur magis, fere omiſit; & in comminiſcendis hiſtoriis multo amplius indulſit ingenio ſuo; auſus etiam ordine temporum perſecutionumque digerere Martyres, & ſub quo tyranno quiſque paſſus ſit*

F

quod velut Martyris an. 1624 tranſfertur cum aliis in novum ſacrarium.

AUCTORE D. P.

AUCTORE D. P. *definire, quod extremæ videtur temeritatis fuisse. Quo modo porro inventum sit ipsum* S. Luciferi *corpus, sequens publicum instrumentum patefaciet.*

CAPUT VIII.

Inventio corporis S. Luciferi anno MDCXXI

66 IN nomine sanctissimæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, trium Personarum & unius solius Dei veri, qui vivit & regnat semper & sine fine, & in honorem & gloriam Virginis S. Mariæ Dominæ nostræ, & beati ac glorioſi S. Luciferi Archiepiſcopi Calaritani, Primatis Sardiniæ & Corſicæ, lucis & ſpeculi ac defenſoris ſanctæ Eccleſiæ Romanæ, & omnium aliorum Sanctorun & Sanctarum S. Calaritanæ Eccleſiæ. Sit notun cunctis, hanc ſcripturam & publicum inſtrumenum viſuris, audituris, & lecturis, in judicio & extra, qualiter hac die lunæ, XIX præſentis menſis Junii, milleſimi DCXXIII, Indictione VI, Pontificatus S. P. N. Gregorii Papæ XV anno III, regente invictiſſimo Rege D. N. Philippo IV; cum Reverendiſſ. Don Sebaſtianus Carta, Dei & Apoſt. Sedis gratia Epiſcopus Madaurenſis, de Conſilio Regis Domini noſtri Canonicus ſanctæ eccleſiæ Metropolitanæ & Primatialis Calaritanæ, & in ſpiritualibus Vicarius generalis Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Don Franciſci Eſquivel, Dei & ſanctæ Sedis Apoſt. gratia Archiepiſcopi Calaritani, Epiſcopi Unionum, Primatis Sardiniæ & Corſicæ, Confalonarii S.R.E. Prioris S. Saturnini, Domini Baroniarum de Suelli & S. Iantaleonis & inſulæ S. Antiochi, Regiique Conſiliarii, ſimul cum Egregio & Magnifico Doctore Joanne Carnicer, Conſule I in ordine anno præſent Magnificæ civitatis Calaritanæ, & Aſſeſſore Regi patrimonii pro ſua Majeſtate; & in præſentia Venerabilium Joannis Barrai, Mauri Serra, *& aliorum undecim*, & Gaſparis Sirigu, Notarii & Secretarii Curiæ & menſæ Calaritanæ, & aliorum multorum, ſe tranſtuliſſet in locum & ſitum, in quo annis præteritis fuit inventum corpus glorioſi S. Vincentii Martyris: qui quidem ſitus, eſt in una ex capellis eccleſiæ ſubterraneæ glorioſi S. Luciferi Archiepiſcopi Calaritani, ſitæ in appendice Villæ-novæ, diſtantis per ictum lapidis circiter à Baſilica S. Saturnini.

Die 19 Junii Vicarius gen. Archiepiſc. Calaritani,

cum uno Conſule Teſtibus & Notario,

accedunt ad eccleſiam S. Luciferi:

B C

67 Et cum fuiſſet juſſum effodiri in dicta Capella, in præſentia ſuæ Reverendiſſ. Dominationis & aliorum Teſtium & Secretarii; poſt duas horas cum dimidia, à quibus effodiri cœptum fuerat, inventum fuit vulgo dictum un traſpol calcis antiquæ, craſſitudinis fere trium digitorum, ſub quo fuit detectum quoddam epitaphium ſive inſcriptio, inſculpta in quodam lapide marmoreo albo, duorum palmorum parum minus, latitudinis vero unius palmi, & craſſitudinis duorum digitorum, fracto in quatuor partes ſeu fragmenta diverſæ magnitudinis, qui fuit fractus ob inconſiderationem effodientium; quod quidem epitaphium ſive inſcriptio eſt tenoris ſequentis.

tubi effoſſa humo invenitur epitaphium,

HIC IACET B. M. LVCIFERVS
ARCEPIS, CALARITANVS,
PRIMARIVS SARDINIE ET CORSICE,
CA. FI, S. RME ECCLESIÆ,
QVI VIXIT ANNIS LXXXI. K. DIE XX. MAI.

cum ſignis aliquibus,

68 *Huic inſcriptioni præponebatur ex latere dextro ſequens ſignum. Subtus ex eodem latere ſculpta erat biceps Aquila, à vertice in verticem coronata, alis, pedibus, cauda expanſis, uti nunc Aquilæ Imperiales exprimuntur, itemque*



D

verſis ſiniſtram Chriſti Monogramma. De hac inſcriptione agens Archiepiſcopus Calaritanus Fr. Ambroſius Machin in defenſione ſui Primatus pag. 61, cenſet fuiſſe Epitaphiũ antiquiſſimum, factum tempore humationis aut tranſlationis corporis S. Luciferi; *perſuaſus* tum antiquitate marmoris & inſcriptionis, tum quia non invenitur in eo annus, in quo fuit factum vel ineiſum. *Econtra Archiepiſcopus Turritanus, in ſua oppoſitione contra Sanctitatem & cultum* S. Luciferi, *quæ defenſioni præponitur, contendit*, inſcriptionem præfatam eſſe ſuppoſitam, ad ſupplantandum populum, illumque alliciendum adorationi Luciferi. *Eſt hæc ſane temeraria præſumptio; maxime ſi intendatur, quod ſuppoſitio facta ſit, tempore hujus de qua agimus, inventionis: nec apparet quid momenti ea habere potuerit ad perſuadendum cultum. Quare ſi præſumendum eſſet aliquid de minus recta intentione alicujus, potius præſumi deberet intentum fuiſſe, ut affirmaretur Calaritanus Primatus, quem Turritanus & Arborenſes Archiepiſcopi infirmare nuper nitebantur. Verum quid intentionem judicet aliquis cujus ſolus arbiter Deus eſt? De re ipſa dico, vel omnem publicis juratiſque actis negandam fidem vel huic inſtrumento credendum ſine fraude adminiſtrata omnia, & diu ante refoſſionem narratam iſto in loco latuiſſe talem inſcriptionem. Sed de hoc infra pluribus: nunc proſequor relationem cœptæ refoſſionis.*

de cujus antiquitate enormiter diſcrepant contendentes,

E

inter quos via media certior eſt.

69 Et continuando in effoſſione tota die, perpendiculariter ſub loco in quo fuerat titulus ſeu inſcriptio, fere per octo palmos infra, de ſero fuit detectum vulgo dictum un traſpol, per modum tecti ſeu cooperturæ ſepulcri, laboratum opere moſaico diverſorum colorum. Et cum eſſet valde ſero, & non poſſet amplius laborari, fuit juſſum dictum opus moſaicum cooperiri quadam ſtorea, uſque in diem ſequentem. Die Martis, vigeſima præfatorum menſis & anni, abſque eo quod aliquis acceſſiſſet ad dictum opus moſaicum, fuit mundatum, & extracta tota terra, quæ exiſtebat in d. capella: & in hoc tota fuit conſumpta dies.

ſub eo invenitur muſivum veuſtius:

F

& die 21 coram Vicario Prorege, Conſulibus, ac Teſtibus 40,

70 Die autem ſequenti Mercurii, vigeſima prima præfatorum menſis & anni, qua die Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Archiepiſcopus Calaritanus, cum non plene valeret, ordinavit & mandavit d. Reverendiſſ. Epiſcopo Madaurenſi ſuo Vicario generali, quod ſe conferret ad d. eccleſiam S. Luciferi, ut videret quid lateret ſive adeſſet ſub d. opere moſaico, ut ſupra detecto: ideoque de ſero cum aſſiſtentia & præſentia Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. Joannis Vives, Proregis Locumtenentis & Capitanei generalis pro ſua Majeſtate in præſenti regno; Nobilis Don Franciſci Pacheco, Regentis regiam Cancellariam in iſtro regno pro ſua Majeſtate; Magnificorum Conſulum ejuſdem civitatis in ordine primi, quarti, & quinti, Doctoris Joannis Carnicer, Monſerrati Vacca, & Martini Saba (*omitto quadraginta duos conſequenter nominatos, qua Canonicos, qua Religioſos, qua Seculares recenſere*) & aliorum quamplurimorum .... In quorum & Notariorum infra ſcriptorum præſentia, fuit ablata terra, quæ erat ſupra d. opus moſaicum, & aqua

aqua mundatum, ut poſſent bene legi litteræ quæ in eo remanſerant; & fuerunt detectæ aliquæ.

deſcriptis quæ ſupererant in Muſivo litteris,

71 Quibus viſis per ſuam Excellentiam & per alios teſtes & Notarios, mandatum eſt quod tranſcriberent & extraherent fideliter litteras, quæ legi valebant & poterant ex dicto opere moſaico: & quod ſuper illis & ſuper aliis omnibus inveniendis conficerent inſtrumenta neceſſaria. In quorum executionem, viſo & recognito d. opere moſaico, propter ſuam magnam antiquitatem, tum quia opus erat in angulis fractum, non potuerunt extrahere, niſi litteras ſequentes.

VIXIT ANNI
S III D XVII
L CE F.
MAIAS

eaque & ſepulcro diffractis,

B

72 Et tranſumptatis atque extractis, ut dictum eſt, dictis characteribus, ſua Excellentia de voto d. Reverendiſſ. D. Epiſcopi, deſiderans ſummopere pervenire ad finem & totalem concluſionem d. negotii, ambo mandarunt annihilari d. opus moſaicum & characteres. Quibus annihilatis & fractis, infra, poſt diſtantiam unius palmi cum dimidio, fuit detectum quoddam ſepulcrum, lateribus & calce fabricatum ad ſimilitudinem arcæ, coopertum lapidibus, compoſitis antiquiſſima & fortiſſima calce. Et poſtquam medietas d. ſepulcri fuit detecta, inventum fuit quoddam fragmentum marmoris antiqui in forma triangulari, fere in pectore corporis ſancti exiſtens. In quo quidem marmore erat inſculpta crux, cum nonnullis characteribus ſive litteris, claris & diſtinctis, & ſunt quæ ſequuntur.

apparet inter oſſa corporis nomen tabellæ inſculsum:

†SLVCIFER
EPP.

C

quod exoſculati omnes,

73 Et ſtatim atque lectæ fuerunt d. litteræ, d. Excellentiſſimus Prorex, flexis genibus, propriis manibus accepit marmorem præfatum; & magna cum devotione & cordis teneritate illum oſculatus fuit, & oculis propriis applicavit. Et idem fecerunt d. Reverendiſſ. Epiſcopus & omnes alii circumſtantes, per manus D. Doctoris & Canonici, dicti Doctoris Perella. Et poſtea hæc fuerunt ſignificata Illuſtriſſ. D. Archiepiſcopo, ad quem fuit tranſmiſſum Epitaphium præfatum, per medium Canonici Didaci Fadda. Et ſtatim atque ſua Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Dominatio illum vidit, juſſit pulſari campanas in modum feſtivitatis & lætitiæ, tam ſcilicet eccleſiæ Cathedralis, quam parochialium, monaſteriorum & eccleſiarum totius præſentis civitatis, in gratiarum actionem & ſingularem lætitiam & jubilum, ob peculiarem & ſingularem favorem cum incremento receptum de manu Altiſſimi, ob ejus ſingularem pietatem & clementiam, & ob ſingulare beneficium collatum huic ſuæ civitati Calaritanæ, illam decorando ſancto corpore illius Prælati tam inſignis, & acerrimi defenſoris ſanctæ fidei Catholicæ, glorioſi & beati S. Luciferi, Archiepiſcopi Calaritani: cujus ſanctum corpus fuit illico juſſum extrahi de ſepulcro.

inventionem publicant.

74 Et cum ab annis mille & ultra fuiſſent ſepulta illius ſacra oſſa, propter inclementiam temporis cui fuerant expoſita, non potuerunt extrahi integra, ſed per fragmenta, tam ſcilicet caput, quam coſtæ & oſſa humerum, & alia oſſa d. ſancti corporis: quæ poſita fuerunt in quadam arca, cooperta gauſapino ſerico carmeſini coloris, deauratis claviculis: quam arcam ad hunc effectum miſit D. Archiepiſcopus. Et poſtquam totum ſanctum corpus fuit poſitum in d. arca, ipſa, clave clauſa, fuit cum cuſtodibus depoſitata in baſilica S. Saturnini, uſque quo ordinaretur & pararetur quædam ſolenniſſima pompa & proceſſio, ad cum ea transferendū & aſcendendū glorioſum S. Luciferum, ad ſuam eccleſiam Cathedralem & ſponſam.

AUCTORE D. P.

Reliquias in arcam novam tranſferunt,

hanc vero in æde S. Saturnini collocant.

75 Et facto depoſito d. arcæ in ſuprad. baſilica S. Saturnini, dicti Reverendiſſ. Epiſcopus & Magnifici Conſules præfatæ civitatis, requiſiverunt nos Scribas & Notarios infraſcriptos, quod ipſis daremus fidem & teſtimonium cunctorum, quæ geſta fuerant & præceſſerant in inventione corporis glorioſi S. Luciferi, modo & forma ſupradictis. Quæ omnia geſta fuerunt coram nobis infra ſcriptis Scribis, & teſtibus ſupra nominatis, dictis diebus, menſe & anno.

Sig † num mei Ferdinandi Sabater, Notarii & Secretarii, Locum tenentis generalis iſtius Sardiniæ regni, qui præmiſſis mediante ſubſtituto interfui, & requiſitus clauſi.

E

Sig † num mei Gaſparis Sirigu, auctoritate Apoſtolica per univerſum Notarii publici, Curiæque & menſæ Archiepiſcopalis Calaritanæ Secretarii, qui una cum Connotariis meis interfui, alioque calamo ſcribi feci, rogatus, requiſitus, clauſi & ſignavi.

& Actum per Notarios ſignant.

Sig † num mei Petri Piu auctoritate Regia . . .

Sig † num Joannis Antiochi Corona, auctoritatibus Apoſtolica & Regia . . .

Sig † num Antonii Aleu Calaritani, iiſdem auctoritatibus . . .

Legitime informatus Archiepiſcopus,

76 *Addit porro Archiepiſcopus Machin, quod* ad majorem tantæ inventionis corroborationem, Illuſtriſſ. D. Don Franciſcus de Eſquivel, tunc Archiepiſcopus Calaritanus, juſſit recipi juridicam informationem ab omnibus Teſtibus, qui in ea interfuerunt: ſicut recepta fuit: in qua tam Illuſtriſſimus Prorex, quam omnes alii in præcedente inſtrumento relati, medio juramento teſtati ſunt, ſe in præd. inventione Reliquiarum S. Luciferi perſonaliter interfuiſſe, & omnia quæ in præd. inſtrumento narrantur propriis oculis vidiſſe. Plures etiam ex eis teſtati ſunt immemorabilem traditionem & venerationem erga ſanctitatem B. Luciferi, ſicut & antiquiſſimum templum ſuo nomini dicatum, prout late in præd. informatione continetur: quæ, in tantæ rei perpetuam memoriam, in Curia Calaritana ſervatur.

F

poſt conſultationem Theologorum,

77 *Inſuper*, poſtquam inventæ fuerunt Reliquiæ glorioſi doctoris & defenſoris Eccleſiæ Catholicæ S. Luciferi, olim Archiepiſcopi Calaritani, die XXI menſis Junii anni MDCXIII, Archiepiſcopus Calaritanus D. Franciſcus de Eſquivel, ut meliori modo obſervaret diſpoſitionem ſacri Concilii Tridentini, Seſſ. 25 de Reliquiis Sanctorum; congregavit Theologos die XXIII ejuſdem in ejus Palatio. In qua congregatione intervenerunt cum ſua Illuſtriſſ. Dominatione D. Vincentius Bachallar Epiſcopus Boſanenſis, *& alii qualificati Theologi novemdecim, ruſum infra figillatim ſubſcripti.* Quibus expoſuit D. Archiepiſcopus, qualiter inventæ fuerant reliquiæ & corpus glorioſi S. Luciferi, declarando modum inventionis, & cunctis ocularitur oſtendit epitaphia & inſcriptiones inventas: primum ſcilicet in quatuor diviſum fragmenta .... & ſecundum quod eſt in forma triangulari .... Et quod ipſe Illuſtriſſ. D. Archiepiſcopus ſcire deſiderabat, an ſine difficultate populo poſſunt exponi Reliquiæ d. Sancti, ut adorarentur. Et petiit quod omnes, tamquam Theologi, ſibi patefacerent ſuum judicium & votum.

AUCTORE D. P. *ex eorum conſenſu decernit exponendas eſſe Reliquias,*

78 Et incipiendo D. Epiſcopus Boſanenſis, omnes proſecuti ſunt per ordinem, quo ut ſupra deſcripti ſunt: & concluſerunt, nemine diſcrepante, quod ſua Illuſtriſſ. Dominatio, non ſolum debebat, ſed etiam tenebatur populo exponere d. Reliquias, tamquam Reliquias Sancti antiqui, & valde bene meriti de omni Eccleſia Catholica; cum Altiſſimus ſibi conceſſiſſet quod eas inveniret, poſt mille & trecentos annos, à quibus Sanctus iſte ab hac vita mortali ad immortalem & cæleſtem convolaverat, plenus glorioſis victoriis & tropheis, conſecutis ab hæreticis Arianis & ab Imperatore Conſtantio, magno illorum fautore. *Omitto ſingulorum ſubſcriptiones, atteſtationemque Notarii Gaſparis Sirigu, confirmatam ſubſcriptione aliorum quatuor Notariorum, de ejus auctoritate fidem facientium. Pra quibus mallem aliquid hic poſſem addere de die & ſolennitate tranſlationis ſupra deſignata. Meminit Tranſlationis, ſed perquã leviter, Ambroſius Tarentinus, poſt Epitaphiorum prædictorum ſenſum utcumque explicatum, hæc ſubjungens:* Marmora iſta repoſita fuerunt in capella Sanctuarii, ubi corpus ſanctum quieſcit: ibique aſſervantur in teſtimonium certiſſimæ ſanctitatis. Repoſita autem iſtic ſunt à prælaudato Domino Eſquivel ſub hujuſmodi titulo: Epitaphia hæc, vetuſtiſſimis inciſa characteribus, quorum majus ad S. Luciferi Archiepiſcopi Calaritani eccleſiam & tumulum, minus ſupra ejus pectus inventa, è terræ viſceribus extracta, in tanti Præſulis ſanctitatis memoriam, & hujus Eccleſiæ Primatus firmiſſimum teſtimonium, propalantur Orbi, eriguntur Sancto, ſacrantur Deo.

Epitaphia in ſacrario erigit.

B

CAPUT IX.

Syllabus Teſtium juratorum, & primo circa revelationem de corpore inveniendo factam Fr. Franciſco Hortola S. I.

Ad inſtantiam Promotoris Fiſcalis audiuntur Teſtes 26,

79 ADm. Rev. Domine, Vicarius Generalis *(erat hic* Doctor Dominicus Marti, Canonicus Calaritanus*)* Vener. Promotor Fiſcalis (Rogier *dictus*) Curiæ & Menſæ Archiepiſcopalis Calaritanæ, adhoc ut uberius ſeu evidentius conſtet de ſanctitate glorioſi S. Luciferi Archiepiſcopi Calaritani, Paternitatem veſtram deprecatur, quatenus dignetur mandare ad futuram rei memoriam, recipi informationem in & ſuper articulis ſequentibus. *Super quibus citati Teſtes, die* xx *menſis Septembris, anno à Nativitate Domini* MDCXXXVII.

C

1637, die 23 Septem.

I. Die XXIII, Joannes Baptiſta Aſquer, Mercator Genuenſis, domiciliatus in præſenti civitate & caſtro Calaritano, ætatis, prout dixit, LV annorum parum plus vel minus, teſtis citatus & prævio juramento de dicenda veritate, de quibus ſciet & interrogabitur, in & ſuper articulis præſentatis per Ven. Promotorem, ipſis lectis & publicatis, ſuper IV & ultimo.

II. Fr. Alphonſus Melſo, Miles habitus S. Joannis, & Locumtenens Præfecti militiæ, Maeſtro de campo nuncupatus, in præſenti Regno, ætatis, ut dixit, XXXVIII annorum pl.m. ſuper IV & ultimo.

III. Auguſtinus Marti, Mercator Januenſis, habitator præſentis civitatis Calaritanæ ... XXXII annorum circiter, ſuper I, II, III, IV & ultimo.

25 Septem.

IV. Die XXV, in collegio Sanctæ Crucis Societatis Jeſu, R. P. Auguſtinus Caſtagna, Religioſus Profeſſus ejuſdem Societatis Jeſu præſentis civitatis, annorum LXXII, tacto pectore more Sacerdotali, & mediante licentia quam impetravit ab adm. R. P. Provinciali ſuo Superiore, ſuper I, II, IV & ultimo.

V. R. P. Joannes Murtas, Religioſus Profeſſus Societatis Jeſu, & Qualificator ſancti Officii, annorum circiter LVII, ſuper I, II, IV & ultimo. D

VI. R. P. Joannes Bapt. Creſpo, Sacerdos prof. S. I, ætatis ann. XLV, ſuper I, II, III, IV & ultimo.

26 Septem.

VII. Die XXVI, R. P. Saturninus Urſena, Profeſſus S. I. Magiſter in ſacra Theologia præſentis civitatis & Regni illius ſtudiorum, ac Qualificator ſancti Officii, ann. LXVII, ſuper I, II, III. IV & ultimo.

VIII. R. P. Julianus Melis, Profeſſus S. I. Magiſter ſacræ Theologiæ in eadem civitate, ac etiam Qualificator ſancti Officii, ann. L, ſuper I, II, III, IV & ultimo.

IX. R. P. Salvator Mereu, Profeſſus & Concionator S. I. ann. L, ſuper II, III, IV & ultimo.

28 Septem.

X. Die XXVIII, R. P. Joannes Cuy, Profeſſus S. I, ſacræ Theologiæ Magiſter, & Qualificator ſancti Officii, ætatis XLVIII an. ſuper I, II, III, IV & ult.

XI. R. P. Andreas Sanna, Profeſſus S. I. Cathedraticus primarius ſacræ Theologiæ in Univerſitate præſentis civ. Calaritanæ, XLIII ann. ſuper I, II, III, IV & ultimo.

XII. R. P. Stephanus Natter, Profeſſus S. I. Cathedraticus Mathematicæ Univerſitatis, XLV ann. ſuper I, II, III, IV & ultimo.

1 Octobris.

XIII. Die I Octobris, in Conventu S. Dominici Villæ-novæ in civitate Calaritana, R. P. Fr. Thomas Pitzalis, Prior d. Conventus, Præſentatus in Theologia & Prædicator Generalis, ann. LIV, ſuper I, II, III, IV & ultimo. E

XIV. R. P. Fr. Thomas Canavera, Ord. S. Dominici, Lector primarius Theologiæ in d. Conventu, ann. XXXII, de facultate & licentia quam habuit ab adm. R. P. Vicario generali d. Conventus, ſuper IV & ultimo.

2 Octobris.

XV. Die II præd. menſis, in conventu S. Auguſtini d. civ. Calaritanæ, R. P. Fr. Michael de la Roſa, Præſentatus ſacræ Theol. in conventu glorioſi S. Auguſtini, ann. XXIV, præcedente facultate & licentia quam habuit ab adm. R. P. Provinciali d. Conventus, ſuper IV & ultimo.

XVI. R. P. Fr. Angelus Serra, Provincialis abſolutus Conventus & Fratrum glorioſi S. Auguſtini, ann. XLVI, ſuper IV & ultimo.

XVII. R. P. Fr. Petrus Macarello, Præſentatus in ſacra Theol. Ord. S. Auguſtini, ætatis XXVIII ann. ſuper IV & ultimo.

XVIII. In conventu S. Antonii de Padua, Ordinis Capuccinorum iſtius civitatis, eadem die, R. P. Fr. Hieronymus Boy, Prædicator Ord. Capuccinorum & hodie Adminiſtrator conventus oppidi Sanctlurii, an. LV, præcedente licentia & facultate ſibi conceſſa ab adm. R. P. Guardiano ſuo Superiore, ſuper V & ultimo. F

XIX. R. P. Fr. Petrus Calaritanus, olim Benedictus, Prædicator & Guardianus RR. PP. Capuccinorum præſentis civitatis, an. LXI, ſuper V & ult.

XX. In civitate Calaritana, Doctor Antonius Galcerinus, Medicinæ Doctor & Protomedicus, ann. XL, ſuper V & ultimo.

XXI. Auguſtinus Eſgrechio, civis & Secretarius Regiæ Prætoriæ, ann. XL, ſuper V & ultimo.

XXII. Doctor Bartholomæus Segui, ann. XLV, ſuper V & ultimo.

XXIII. Hieronyma Airaldo, ann. LXVII, ſuper V & ultimo.

XXIV. Maria Airaldo, ann. XXXIV, ſuper V & ult.

XXV. P. Fr. Andreas Calaritanus ſeu Eſgrechio, Ord. Capuccinorum, & hodie Adminiſtrator Conventus Novi-oppidi de quarto, ann. LV, ſuper V & ultimo.

XXVI. Jacobus Jancardo, Mercator Januenſis, habitator civitatis Calaritanæ, ann. XLV, ſuper I, II, IV & ultimo.

A 80 *His omnibus ut dictum eſt comparentibus, per* Januarium Iſquirru, Porterium Curiæ eccleſiaſticæ, *prælecti ſunt articuli ſuper quos audiendi erant ſinguli, & quos prædictus Vicarius Generalis Doctor Dominicus Marti recipiendos declararat: videlicet*, Primo, quod antequam inveniretur corpus & ſacræ Reliquiæ glorioſi S. Luciferi Archiepiſcopi Calaritani, quondam Fr. Franciſcus Hortola, oriundus ex præſenti civitate & Religioſus ſanctæ Societatis Jeſu, vir admodum ſpiritualis, luce cæleſti & ſpiritu prophetico dixit, quod ſi quærerent in loco per ipſum indicando, invenirent ſacras Reliquias glorioſi S. Luciferi, prout cum effectu repertæ fuerunt, in eodem loco ſeu parte per ipſum Fr. Hortola indicato. *Ad hunc articulum dixit Teſtis* III *&* XXVI, *quod id* à multis fide dignis intellexit. *Teſtis* VI, dixit ſcire, eo quod cum ipſo Fr. Hortola converſatus fuit per multos annos, & moratus in eadem Societate. *Teſtis* X, quia dici audivit de proprio ore d. qu. Fr. Hortola. *Teſtis* XI, quod dici audivit à R. P. Salvatore Pala, cui d. Fr. Hortola indicaverat d. locum, in quo inveniendæ erant d. Reliquiæ. *Teſtis* XII, quod dici audivit ab ipſomet Fr. Hortola. *Teſtis* XIII, eſſe publicam vocem & famam per totam civitatem. *Teſtis* IV, quod ſæpiſſime à plebe & populo intellexit, & ab eiſdemmet Religioſis d. Societatis Jeſu.

qui affirmant quod Fr. Franc. Hortola indicarit locum ubi erat inveniendum corpus S. Luciferi,

B 81 Secundo *ponit Promotor præfatus*, quod d. Fr. Hortola toto tempore vitæ ſuæ fuit Religioſus, admodum obſervans & exemplaris communiter, non ſolum in hac civitate Calaritana, verum etiam in toto Regno; & tam tempore quo in humanis agebat, quam poſtquam ab hac luce migravit, fuit habitus & reputatus pro ſancto Religioſo. *Teſtis* IV *id ſe* dixit ſcire, eo quod expertus fuit ſeu tractavit diverſis vicibus illius conſcientiam, & maxime in ultima Confeſſione generali, quæ fuit de tota vita ſua; & etiam quia animam efflavit in ſuis manibus, cum multis demonſtrationibus gratiæ, fiduciæ, & ſpei, quam in Deo habebat. *Addit Teſtis* V, *quod* die quo obiit, ſi non fuiſſent cuſtodes, quos D. Prorex, qui tum temporis dominabatur, deputaverat, qui fortiter obſtiterunt; non fuiſſet humatum illius corpus, propter multitudinem populi, qui illuc acceſſit, ad effectum accipiendi Reliquias veſtis qua induebatur. *Teſtis* IX ſcire dixit, quia cum ipſo practicavit pluribus annis; & quia vidit quod à Deo Domino noſtro impetravit quam plurimas gratias.

nec non quod Frater ille vulgo habeatur Sanctus,

C 82 Tertio ponit, quod eſt communis opinio & fama publica in tota civitate & Regno, quod præfatus Fr. Franciſcus Hortola ſæpe ſæpius prævidebat inventiones plurium corporum Sanctorum, cum revelationibus cæleſtibus quas habebat, nedum in eccleſiis & locis per ipſum viſis, ſed etiam in partibus in quibus ipſe numquam extiterat: & poſtquam ipſe patefecit locum in quo erant d. corpora invenienda, cum effectu reperiebantur: quemadmodum evenit in Reliquiis præfati glorioſi S. Luciferi, glorioſi S. Saturnini, & glorioſi Martyris S. Antiochi Sulcitani. *Articulo in genere, & imprimis de* S. Luciferi *corpore, atteſtantur omnes rogati*: S. Saturnini *nominatim meminerunt Teſtis* III, IV, VII, VIII, XII: S. Antiochi, *Teſtis* III, IV, VII, VIII, IX, XII. *Teſtis* V *etiam meminit* S. Ephiſii & S. Reſtitutæ.

& alias ſimiliter indicarit corpora Sanctorum latentia,

ac nominatim corpus S. Sophiæ.

83 *Teſtis vero* X dixit, quod abhinc annis duodecim ſeu tredecim, cum ipſe Teſtis ægrotaret jam confeſſus & communicatus, acceſſit ad illius cellam d. qu. Fr. Hortola: qui cum petiſſet ab ipſo Teſte quomodo valeret; ipſe Teſtis reſpondit quod erat admodum lætus, eo quia profecturus erat ad fruendum Deo Domino noſtro antequam ille. Qui ipſo facto reſpondit, quod non moriturus erat ex illa infirmitate, & quod ipſe prius moriturus erat. Et dum præmiſſa dicebantur, d. Fr. Hortola, dixit, quod in eccleſia glorioſæ S. Sophiæ erat quoddam theſaurum abſconditum in d. eccleſia, quæ eſt ſita in oppido de Aritzo. Et cum ipſe Teſtis ab illo petiiſſet quidnam eſſet; d. Fr. Hortola reſpondit, quod erat glorioſum corpus d. S. Sophiæ, quod erat reconditum in d. eccleſia, indicando partem ſive locum. Res miraculoſa! Cum eſſet locus, in quo d. Fr. Hortola numquam extiterat; poſtea ſucceſſit quod elapſis aliquot annis, cum ipſe Teſtis jam recuperaſſet priſtinam ſanitatem, cum profectus fuiſſet ad d. oppidum de Aritzo, & quadam die iviſſet delectationis gratia una cum multis aliis, & exiſteret in eccleſia d. glorioſæ S. Sophiæ; ſibi venit in mentem quod ei dixerat d. Fr. Hortola. Et cum executioni mandaſſet quæ ſibi dixerat; in eodemmet loco per d. Fratrē ſibi indicato, ſine diſtrimine aliquo, invenit corpus glorioſę S. Sophiæ. *Idem ex hujus Teſtis ore audiviſſe ſe dicit Teſtis* XI.

AUCTORE D. P.

quæ nam hæc?

84 *De* S. Reſtituta, *S. Euſebii Vercellenſis matre, agi debuerat ex more Sardorum* XVII *hujus Menſis; quod ibi omiſſum, in Appendice ſupplebimus*, de SS. Saturnino & Antiocho *acturi* XXX *Octobris &* XIII *Decembris: quando nam vero de* S. Sophia? *Mirum profecto eſt, ejus nec nomen quidem apud Ioannem Arca aut Dimam Serpi reperiri, cum etiam eccleſiam ſub ſuo nomine habuiſſe dicatur. Dionyſium Bonfant minus miror de illa tacuiſſe: quamvis enim libri ejus generalis titulus omnes Sardiniæ Sanctos ſpectare videatur, vix tamen de aliis quam Calaritanis agit. Dum ergo tacent illi, liceat mihi ex vicina Sicilia lucis aliquid mutuari. Eſt in diœceſi Syracuſana Sortinum oppidum, paſſuum millibus* XVI *circiter à mari diſitum, cujus incolæ ex veteri conſuetudine, ſub annum* MDCXXXVIII *Pauli III privilegio confirmatâ, Patronam colunt* S. Sophiam Virginem ac Martyrem: *ſed Vitam nullam habent, niſi quam ex populari traditione ſcripſit quidam à ſeculis non multis, & ſtylo mutato edidit Octavius Cajetanis; in qua Imperatoris Conſtantinopolitani filia fuiſſe dicitur, quæ fidem Chriſtianā clam edocta, in ſpelunca vicina oppido Sortinenſi aliquamdiu latuerit, ac tandem ad ethnicum patrem retracta, Martyrium peregerit ſub annum Domini* CCIII. *In hac narratione fabuloſitatis multum ſubeſſe, quis non videat?* Torquet ſe in partem omnem Cajetanus, *& fatetur ſe explicare nihil. Quid ſi Reguli alicujus Sardi filia, in vicinam fugerit Siciliam, unde retractam & Martyrem factam cum intellexiſſent Sortinenſes, cœperint etiam ipſi in veneratione habere ſpeluncam quam ſua præſentia decorarat, conſecrantes ei diem* XXIII *Decembris qua forte coli inaudierant; ſed celebri fama Conſtantinopolitanæ ſub iſto nomine baſilicæ decepti, ſibi perſuaſerint, illam eſſe hoſpitæ ſuæ eccleſiā & patriam?*

an Sortinenſium Patrona in Sicilia?

E

F

85 *Obiit porro Fr. Franciſcus Hortola* XX *Decembris anni* MDCXXIII: *cujus Vitam, miraculis ante ac poſt funera illuſtrem, fuſe deſcribit Antiochus Carta; hanc vero in epitomen Hiſpanice redegit Ioannes Euſebius Nierembergius noſter tom.* 2 *Virorum Illuſtrium Societatis; & in exemplum Coadjutorum noſtrorum temporalium, una cum vitis & elogiis aliorum plurium ejuſdem Profeſſionis, Belgice reddidit Franciſcus L'hermite, cum hujus Antverpienſis domus Præpoſitum ageret, de hoc noſtro opere haud vulgariter meritus. In iſtius epitomes §. 5 attinguntur favores, ſancto iſti Fratri divinitus oblati, circa revelationem Sanctarum Reliquiarum; & tum de iis, quos diximus, narratur, quomodo eorum corpora indicaverit; tum etiam explicatur, quomodo prænominatus* P. Joannes Cuy, anno MDCXXIV per feſta Paſchalia apud Aritzum in miſſione agens, ex more noſtræ Societatis, ingreſſuſque eccleſiam campeſtrem perantiquam, & ab habitationibus remotam, recordatus ſit dictum ſibi à Fr. Franciſco, quod ſub fornice altaris majoris continerentur Sanctorum Reliquiæ. Itaque eum, cum bona gratia Oriſtani Epiſcopi, ad cujus juriſdictionem locus pertinet, cum multo comitatu illuc rediiſſe; & rupto

In Vita Fr. Hortolani

res eadem narratur.

AUCTORE D. P.

rupto fornice inveniſſe cumulum ſacrorum oſſium, quæ ſuaviſſimum de ſe emittebant odorem, & eſſe ſanctarum Virginum ac Martyrum Sophiæ, Cæciliæ, atque Anaſtaſiæ, additi tituli ſignificabant. *Vtinam eâdem diligentiâ, ſed ſimplicitate majori, quam Calaritani, ceteri quoque Sardi darent in publicum, quæ in hoc genere apud ſe geſta fuerunt: nam & ea quæ apud Calaritanos obſcura nunc nobis aut dubia ſunt, aliquid majoris claritatis ac certitudinis fortaſſis accipere ex ipſis poſſent.*

Revelatur pie matronæ Valentiæ in Hiſpania,

86 *Præter revelationem Fratri Hortola, ut vidimus, factam, alias quoque refert Archiepiſcopus Machin, Deſenſionis Lucilerianæ c.* 38, *quas huic loco inſerere opportunum duxi.* Valentiæ in nobili urbe morabantur quædam matronæ, ſanctitate famoſæ, virtutibus præditæ, jugi orationi deditæ. His omnipotens Deus, qui puris mentibus ſecreta communicat, S. Luciferi eximiam ſanctitatem & gloriam revelavit. Quarum una, poſt longam orationem & divinam (ut pie credimus) revelationem, R. P. Antiocho Carta, Religioſo profeſſo Societatis Jeſu, Domus Profeſſæ Valentiæ Vice-præpoſito, & olim Collegii Calaritani Rectori, dixit (ut ipſemet ſuis litteris, propria manu exaratis & firmatis, teſtatus fuit) Divum Luciferum,

B

Calaritanæ urbis Antiſtitem, inter Patriarchas honorificum tenere locum, magna gloria & honore cæleſti coronatum. Quæ revelatio alteri non abſimilis ſed conſona, quam de ejuſmodi B. Luciferi ſanctitate & gloria habuit quædam Monialis, in Eccleſienſi monaſterio Ordinis S. Claræ Abbatiſſa digniſſima, nomine Soror Angela Maria Serra, viginti annis ante prædictam inventionem; ut juramento firmavit R. P. Julianus Melis Societatis Jeſu, ſanctæ Inquiſitionis Qualificator, & olim in hac generali Univerſitate Sardiniæ ſacræ Theologiæ primarius Profeſſor: cui, inter alia conſcientiæ ſuæ ſecreta, hoc revelavit. Huic Moniali (quæ ſicuti in vita religioſe vixit, virtutibus claruit & exemplo, ſic in morte feliciter obiit, cum ſanctimoniæ fama, nomine, & futuræ gloriæ omine) inter alias revelationes, quibus divinus Spiritus ſuum recreabat animum, illuſtrabat mentem, dotabat animam, factam participem divinorum, conſortem cæleſtium, manifeſtavit, D. Luciferum in Patriarcharum & Pontificum glorioſo adnumeratum choro: quæ revelatio ſuperiori fidem auget. Atque hæ revelationes ſimul ſumptæ, etſi nondum Eccleſiæ auctoritate firmatæ, probatæ tamen perſonarum fide dignarum auctoritate, Sancti Luciferi teſtantur gloriam, ſanctitatem firmant & prædicant....

& Abbatiſſa Ord. S. Claræ

S. Luciferum eſſe in gloria Patriarcharum.

C

CAPUT X.

Miracula S. Luciferi, juratis teſtimoniis probata.

87 *Coeptam ſuperiori Capite cauſam urgens Promotor Fiſcalis; & deveniens ad miracula, quibus Deus ſanctitatem* B. Luciferi *etiam hoc ſeculo videtur denuo confirmaſſe*, quarto ponit, quod præſenti anno MDCXXXVII, cum tempus fuiſſet mirum in modum ſiccum, & cum futura eſſet ingens ſterilitas in ſeminibus Calaritanæ civitatis, & locorum capitis d. civitatis pertinentium ad ejus Archiepiſcopatum, nec non in civitate Saſſaris & in diſtrictu ejuſdem Archiepiſcopatus; & defuiſſent ſpatio nonnullorum menſium pluviæ neceſſariæ; factis multis proceſſionibus & precibus ad placandam iram Dei, ad hoc ut nobis provideret de pluvia convenienti; videntes quod nihilominus ſiccitas perſeveraret in d. civitate Calaritana, die XV menſis Maji præſentis anni, facta fuit generaliſſima proceſſio: in qua fuit extracta devotiſſima & miraculoſa imago ſanctiſſimi Crucifixi, quæ exiſtit in parochia S. Jacobi d. civitatis (quæ extrahi non ſolet niſi urgente magna neceſſitate, & multis à tunc annis non fuerat extracta) interveniente magno concurſu populi utriuſque ſexus & conditionis, & etiam intervenientibus illuſtrioribus & nobilioribus civitatis. Et ponendo ſanctiſſimum Crucifixum ſuper altari majori eccleſiæ Primatialis Calaritanæ, facta fuit quædam devotiſſima Octava ſingulis diebus concionando. Et cũ eſſet dies, in quo ſolet celebrari feſtivitas glorioſi S. Luciferi, quæ celebratur die XX menſis Maii, evenit quod à primis Veſperis d. feſtivitatis tempus cœpit mutari; & die præfati Sancti, tempore quo concionator aſcendit ad cathedram, quando voluit incipere concionem ad publicandas laudes d. Sancti, facta fuit tam copioſa pluvia, taliter quod apparebat mira proluvies. Quæ pluvia ab intereſſentibus in d. eccleſia habita fuit pro miraculoſa; & quod ſanctiſſimus Crucifixus cum ipſa ſubvenit præfatæ urgenti neceſſitati, in d. locis præfati Archiepiſcopatus Calaritani, propter merita glorioſi S. Luciferi; ſignificando quantopere æſtimabat quod veneraretur & recoleretur feſtivitas d. Sancti; eo quod ſubvenerit, die quo celebrabatur ejuſdem Sancti feſtivitas, magnæ neceſſitati ſeminum: quorum perceptio talis fuit, quod habetur neceſſarium, nedum pro victu oppidorum civitatis Calaritanæ, verum etiam ad ſuccurrendum neceſſitatibus civitatis Saſſaris & locorum ſui Archiepiſcopatus. *Teſtis* III, *æque ac ceteri hæc omnia confirmans qui præſens fuit, addit*, quod concionator coactus fuit ſuperſedere à concione per magnum ſpatium temporis, propter ſtrepitum cauſatum à populo: *idem aſſerunt Teſtis* XIII, XIV, XV, XVI, XVII, *&* XXVI. *Teſtis* VI *Concionatorem nominat*, Fr. Michaelem della Roſa Ordinis S. Auguſtini; *adjungitque*, *quod* intellexit à perſonis fide dignis, quod d. aqua fuit generalis & per totum Regnum, & fuit univerſale remedium recollectionis frugum; quia quatenus ſecus, cuncta ſemina peribant.

Cum inſula ingenti laboraret ſiccitate

indictis ad eadem Cathedralem precibus,

D

ipſo die S. Luciferi ſub concione de ejus laudibus,

E

copioſa pluvia impetratur.

88 Quinto ponit, quod anno MDCXXV, cum reperiretur P. Fr. Andreas Eſgrechio Capuccinus in conventu præſentis civitatis, laborans febribus & à medicis deſperatus, & per duos dies crucians animo ſeu agonizando ſine loquela, & nihil alimenti recipiens, dempto modico quod per os immittebatur; evenit quod, cum P. Fr. Hieronymus Boy Capuccinus ſe contuliſſet ad illum videndum; audiens quod medici dicebant ipſum moriturum fore intra duas horas, maxima miſeratione ductus, animadvertens quod non juvabat aliquod humanum remedium, habuit recurſum ad divinum. Qui extrahens quamdam Reliquiam glorioſi S. Luciferi, quam portabat, illam poſuit ſuper dicto agonizante, & illi dixit: P. Fr. Eſgrechio, hæc eſt hora in qua debes habere majorem fidem & ſpem in Deum, qui tibi elargietur ſalutem corporis, propter merita glorioſi S. Luciferi, cujus hæc eſt Reliquia. Tunc d. ægrotans, cum loqui non valeret, fecit actionem quam ſibi dictavit d. P. Boy; volvit ſeu erexit oculos ad cælum, & ab ipſo tunc recuperavit ſalutem, & abiit febris ex illo tunc. Quod ab ipſo infirmo & aliis qui illum viderunt, & ſciverunt d. ſucceſſum, fuit habitum pro miraculo, operato propter interceſſionem prædicti S. Luciferi.

Capuccinus infirmus ad mortem

F

attactu Reliquiæ convaleſcit,

89 *Teſtis* XX, *ipſe ſcilicet medicus, addit*, quod quadam die, tempore orationis primæ noctis, dixit Patribus Capuccinis ibi intereſſentibus, quod haberent curam de illo, eo quod inter nonam & decimam noctis horam vitam cum morte commutaturus erat; & cum ipſa deliberatione ipſe Teſtis ſe contulit ad civitatem Calaritanam, ſecum ipſe cogitando, quod ſequenti die inventurus erat jam ipſum defunctum.

cum admiratione medicorum,

A ſtum. Et præmiſſis geſtis, die ſequenti de mane, à dicto Conventu Capuccinorum illum vocarunt, ad hoc ut accederet ad d.conventum: & ei dixerunt, quod d. P. Fr. Andreas melius ſe habebat. Et cum ipſe Teſtis illuc ſe contuliſſet, ſibi dixerunt ſeu expoſuerunt ſucceſſum: & qualiter ſtatim atque d. ægroto portaverant Reliquias glorioſi S. Luciferi, melius ſe habuerat, taliter quod ſemper in dies perſeveravit in recuperatione valetudinis, & poſtea omnino liberatus fuit à d.infirmitate: &, *ut ait Teſtis* XXI, hodierna die adhuc vivit. *Teſtis vero* XXII *etiam ipſe medicus, in morbo & convaleſcentia advocatus, adjungit,* quod pro impoſſibile habebat, quod poſſet vivere ſecundum regulas medicinæ. *Denique ipſe P. Andreas Teſtis* XXV *dixit,* quod optime reminiſcitur, quod acceſſit ad ipſum P. Hieronymus . . . & ſtatim atque audivit verba quæ d.Pater ſibi dixit, ſenſit in ſe magnam lætitiam & gaudium, & illico habuit vires ad ſublevandum caput & deoſculandam d.ſanctam Reliquiam, & ipſo tunc cœpit recuperare valetudinem & febri liberatus fuit.

ipſiuſque infirmi.

item puella moribunda

B 90 Hieronyma Airaldo, *Teſtis* XXIII, dixit, quod illud quod ſcit ſuper contentis in v articulo eſt, quod à tribus annis circiter eum quædam filia ipſius Teſtis, cui nomen Maria Airaldo, aliam ex ſuis filiabus haberet ægrotantem quatuordecim vel quindecim diebus, quæ vocabatur Catharina Gamboys, taliter quod non manducabat neque bibebat quidquam de menſe Auguſti, prout recordari poteſt, quam habebant jam pro mortua: & cum ei portaſſet Joannes Baptiſta Airaldo, cognatus d. ſuæ filiæ, quamdam reliquiam glorioſi S. Luciferi: quam cum ægrotans deoſculata fuiſſet, ipſo facto, omni mora & dilatione poſtpoſitis, recuperavit plenam valetudinem; & ipſomet inſtanti petiit cibum (res miraculoſa!) cum à quatuordecim vel quindecim diebus non manducaſſet neque bibiſſet (niſi piſtum, quod fiebat de ordine aromatariorum) *ut addit Maria, mater infirmæ, Teſtis* XXIV: *quæ etiam ſubjungit, quod* cum effectu fecerunt eidem parari ovum, & illud comedit: & poſt duas vel tres horas ſurrexit è lecto, ſana & ſalva, perinde ac ſi numquam infirma fuiſſet.

ad earum oſculum:

C 91 Sexto ponit pro nunc, quod præmiſſa omnia ſunt vera, & de ipſis eſt publica vox & fama (*& in hoc omnes convenerunt*) quos articulos deprecatur admitti (*uti factum diximus*) jubendo Notario quod tradat copiam comparenti, *quæ & tradita eſt die* XXIV *Novembris à Gaſpare Sirigu, ſe ſubſcribente & apponente ſuum Notariale ſignum. Poſt hæc ad longum prout ſinguli depoſuerunt extenſa, additur hæc clauſula in impreſſo:* Sunt & alia plura ſigna & miracula, quę fecit & quotidie facit Dominus, ad ſanctitatem & gloriam ſui ſervi B.Luciferi Calaritani declarandam, quorum informationes juridice factæ extant in Calaritana Archiepiſcopali.Curia, quas, ne lectoribus moroſi ſimus, conſulto omittimus. Tale fuit quod accidit Fr. Joanni Baptiſtæ Silvano, Ordinis ſanctiſſimæ Virginis de Monte-Carmelo, patria Saſſaritano. Hic Calari degens inciderat in gravem morbum, ipſomet die feſti S.Luciferi, forte ob incredulitatem ejus ſanctitatis. Monitus in tali diſcrimine à monachis ſui Conventus, ut cum magna fide & fiducia imploraret opem divinam, interceſſione & meritis S.Luciferi, cui ſe ex corde & animo commendaret; mira res! ubi primum tam ſalutaribus monitis annuens id præſtitit, ſeque B.Lucifero commendavit; ſpondens, ſi voti compos evaſiſſet, ſe ejus ſepulcrum inviſurum, & in ejus ſacello & altari Sacrum peracturum; repente à morbo & febri miraculoſe liberatus, votum implevit; & in ejus ſarcophago, pro tanto beneficio accepto, Deo & B.Lucifero, cum exultatione & lacrymis, gratias egit; ut idem teſtatus eſt & propria manu ſubſcripſit, ut in Actis.

Carmelita vovens Miſſam in honorem Sancti,

liberatur à febri;

92 Simile eſt quod accidit cuidam honeſtæ feminæ Leapholæ Calaris, nomine Lucretiæ de Pietro & Serra, quæ magnis partus doloribus jam triduo cruciabatur; eumque nullo modo poſſet emittere fœtum, de ejus vita deſperabatur. In tali diſcrimine poſita, B.Luciferum ex toto corde invocavit; ſpondens ſi eam ab imminenti mortis periculo liberaſſet, nomen S.Luciferi filio naſcituro impoſituram. Tunc ſuper ejus uterum Reliquia Beati Luciferi fuit ei impoſita: ad cujus contactum, in eodem inſtanti mirabiliter enixa, & ab omni periculo tam ſuo quam fœtus liberata eſt. Quædam etiam nobilis matrona, nuncupata Dona Magdalena Abrich, habebat filium parvulum lactentem: qui gravi morbo oppreſſus ſex jam diebus pene ubera nutricis [non] ſugebat. Accidit ut in die Vigiliæ S. Luciferi ad Veſperas audivit ſonitum campanarum hujus Metropolitanæ Primatialis eccleſiæ, quæ pro tanto feſto ſolenniter pulſabantur. Percunctata cauſam pulſationis, cum fuiſſet ei reſponſum, fieri propter ſolennitatem feſti S.Luciferi, magno affectu & animi devotione, puerum & ejus ſalutem & vitam, S. Luciferi precibus commendavit. Mira & ſtupenda res! Statim poſt parentis orationem puer, præter omnium ſpem, labia uberibus admovit, ſuxit, & repente ſanatus eſt in illa hora.

AUCTORE D. P.

juvatur periculoſe parturiens,

& parvulus in extremis poſitus.

E

93 *Hæc ad calcem Proceſſus addita, & immutato dumtaxat ordine etiam in Italico Ambroſii Tarentini commentario explicata, libenter retulimus, eâdem promptitudine relaturi cetera, ſi quis ea ex Archivis extracta noſcum dignetur communicare, vel ſequenti Tomo in fine addenda, vel in Supplemento aliquando exhibenda. Interim, ex cap.* 58 *Luciferi* in *Defenſionis, habe ad probationem legitimi in eccleſia Calaritana cultus etiam ſequentia.* Non defuerunt Sedis Apoſtolicæ & Summi Pontificis ſpeciales gratiæ & favores, ad augendam fidelium devotionem erga B. Luciferum, ejus ſanctitatem ſimul conteſtantes. Siquidem à b. m. Paulo V ad ſeptenos annos fuerunt decretæ & conceſſæ Indulgentiæ omnibus Chriſti fidelibus, inviſentibus templum S.Luciferi, in die & feſto ſanctiſſimæ Trinitatis, cujus myſterii contra Arianos fuit ſemper acerrimus vindex. *Breve,* die XIV Julii MDCXIIII *expeditum pro* eccleſia S.Luciferi loci de Selarius, pro primo & ultimo anno plenariam omnium peccatorum Indulgentiam concedit; pro aliis vero quinque intermediis ſeptem annos & totidem quadragenas, de injunctis ſeu alias quomodolibet debitis pœnitentiis, in forma Eccleſiæ conſueta, relaxat. *Plures ſimiles gratias*, pro eccleſiis & capellis ſive altaribus S.Luciferi *impetratas, aſſerit in litteris ad Bollandum noſtrum anno* MDCXLIV *datis, P. Didacus Carnicer, Societatis noſtræ Sacerdos: quod de Calaritana eccleſia imprimis accipimus: addit autem quod* ſacra Congregatio Inquiſitionis Romanæ anno MDCXLI decretum edidit pro S.Lucifero, imponens maledicis ſilentium ſub gravibus pœnis, & decernens cultum ejus in ſtatu in quo eſt remanere.

Indulgentiæ in honorem S.Luciferi conceſſæ.

F 94 Supperunt etiam excuſæ imagines B.Luciferi, *inquit jam citato cap.* 38 *Archiepiſcopus Machin,* Romæ cum licentia ſuperiorum, tam tempore Pauli V quam D.N.Urbani VIII nunc feliciter regnantis, cum diademate & titulo Sancti .... Addimus etiam canonizationem & venerationem B.Luciferi, non ſolum in diœceſi Calaritana viguiſſe & vigere, ſed etiam in toto regno Sardiniæ. Nam in toto illo & in omnibus ejus regiis Curiis dies B.Luciferi eſt feſtivus, ut conſtat ex catalogo dierum feriatorum totius anni, juſſu regiæ Audientiæ excuſo. Conſtat etiam ex Conciliis generalibus totius regni, celebratis per Marchionem de Vayona: in quibus, ſuffragiis

feſtus dies toti regno indictus:

eccleſia publico ære inſtaurata.

AUCTORE D. P.

giis Tractatorum totius Parlamenti, fuerunt deſignatæ quingentæ libræ monetæ Sardæ ad reparationem templi B. Luciferi, in quo ejus ſanctiſſimæ Reliquiæ fuerunt inventæ: prout in Actis d. Parlamenti.

CAPUT XI.

De titulis, in refoſſione oſſium S. Luciferi inventis.

95 *ULtimum hoc caput ordior ab eo titulo, qui inter ipſa ſacri corporis oſſa repertus, certiſſimum inventi qui requirebatur theſauri indicium dedit,* ✠ S. LUCIFERI EPPI. *In hoc facile eſt agnoſcere, ſimplicitatē ejus ſeculi, quo mortuus eſt Sanctus, &* Archiepiſcopi *grandior appellatio Occidenti adhuc erat ignota. Pluribuſq; toto autē hoc opere paſſim obviis exemplis perſuademur, uſitatiſſimum fuiſſe Chriſtianis antiquis, virorum eximia ſanctitate illuſtrium corporibus ſepeliendis addere intra ſarcophagum nomina, tabellis marmoreis plumbeiſve inſculpta fera quamvis poſteritati factura fidem, ſi quando contingeret caſu aut conſilio reſerari inventa aut reperta ſepulcra. Igitur haud egre mihi ſinem ſuaderi, hanc tabellam fuiſſe contumulatam Sancto. Aptiſſime vero formam triangulam eidem auctores ſui elegerunt. ad deſignanda defuncti certamina pro fide unius individuæ Trinitatis.*

Primus ſimpliciſſimus poteſt ipſi Sancto contumulatus fuiſſe,

B

96 *An porro primum Sancti ſepulcrum id fuerit, intra quod reperta ſunt oſſa, nolim divinando diſcernere: tam enim potuit miraculorum à vivente patratorum æſtimatio commovere Calaritanos, ut ſpeciale* Lucifero *ſepulcrum tanta firmitate fabricarent ſub terra: quam eorumdem poſt mortem crebreſcentium meritum, illorum poſteros, ut in erectum ſub ejus ſpeciali invocatione templum (ſi ante habuit communem cum aliis Epiſcopis ſepulturam) ipſum transferentes, novum ei conderent monumentum. Quoniam tamen Eccleſia* S. Luciferi *San-Saturniana baſilicæ, ſub Conſtantino magno erectæ, adeo eſt vicina, ut poßit fabricata videri in ipſo loco communis cœmeterii ſeu polyandrii, iſti ſuburbanæ baſilicæ ex veteri inſtituto adhærentis, nihil eſt quod cogat tranſlationem factam de loco in locum ſuſpicari: imo non apparet quæ alia eſſe potuerit cauſa loco tam conjuncto ædificandi, quam quia religioni ducebant Calaritani ſanctum Epiſcopum ab eo movere loco, ubi ita exuberabant illius miracula.*

& ejus ſepulcro ſuper extructa eccleſia.

97 *Ornatus deinde tumulus fuit muſivo ſeu teſſellato opere, in quo pauca ſolum litteræ veteris inſcriptionis cognoſci potuere, uti dictum ſupra. Vtinam eâdem operâ & diligentiâ excepta fuiſſet totius muſivi, ita ut erat diffracti, magnitudo & forma, genuinus item reſiduarum litterarum in ipſo ſitus ſpecieſque ad verum expreſſa: nam ex his omnibus adduci potuiſſemus in cognitionem ætatis, ac veroſimilem earum quæ deficiunt litterarum indagationem. Sunt tamen ad manum apud Eſquirrum & Bonfant plurima Epitaphia inventa hoc ſeculo, quæ creduntur eſſe fere omnia Sanctorum Martyrum ſub Imperatoribus ethnicis paſſorum. Quæ id certitudine jam non diſputo: ad intentum meum ſatis eſt, tam eſſe antiqua, ut eorum ætas nullâ incolarum memoriâ nunc contineatur. Ex his unum in eccleſia S. Saturnini, arcâ marmoreâ, ſed vacuâ inſculptum, oſtenditur his verbis.*

C

Secundus muſivo expreſſus ac fere diſſipatus

✠ *IN HOC TVMVLO QVIESCIT*
BS. M. BONIFATIVS EPISCOPVS
QVI VIXIT ANNIS PLVS MINVS LX.
SEDIT CATHEDRA ANN. VIII M. IIII.
REQVIEVIT IN PACE SVB D. XVI
KAL. SEPTEMBRIS.

ſupplendus ad exemplum ſimilis epitaphii.

98 *Necdum antiqua ulla Sardiniæ Monumenta nacti ſumus, ex quibus de ordine & ſucceſſione Epiſcoporum illius inſulæ ſtatueremus aliquid, ſicut fecimus circa Romanos Pontifices, Hieroſolymitanos Patriarchas, Mediolanenſes & Trajectenſes Epiſcopos in hoc Majo: utimur interim recentiſſimo Catalogo, quem defenſioni ſui Primatus Archiepiſcopus Machin attexuit; ubi, tamquam* ex Monumentis Calaritanæ eccleſiæ, *proponuntur primum,* Bonifacius Chriſti diſcipulus, *cujus corpus in crypta prima repertum, ſub muſivo opere habuerit impoſitum pectori titulum, quo anno vitæ* XL, V *kal. Ianuarias requieviſſe indicabatur. Tum* Avendrax, *cujus feſtum Calari agi ſcribit Bonfant pag. 75, diem tamen non deſignat; nos ſcire optaremus. Deinde* Bonifacius *alter, qui eſſet hic ſecundus, ſub Domitiano Imperatore paſſus, uti idem ſcriptor ſuſtinet. Vt ut ſit, hujus Bonifacii Epitaphium, quod Eſquirrus pag. 56, grandibus & claris admodum litteris deforis arcam ſcriptum eſſe teſtatur, ſi non eſt muſivo Luciferiano antiquius non eſt illo recentius; & in ſolido marmore melius debuit conſervari, quam in fragili teſſellarum commiſſura. Itaque ex ejus integriori ſenſu Luciferiani epitaphii fragmina videntur hoc modo poſſe reſtitui.*

D

quod Bonifacio Epiſc. ſculptum in marmore,

✠ *IN HOC TVMVLO QVIESCIT*
BS. M, LVCIFERVS EPISCOPVS
QVI VIXIT ANNIS *PL. M. LXXXI*
S. CAT. AN... MENS. III. D. XVII.
REQVIEVIT IN PACE, SVB DIE
.....: MAIAS.

E

99 *Habuit Romana Eccleſia, uti vidimus, ſuos ab antiquo Epiſcopales Catalogos; in quibus ſatis accurate notatur tempus Sedis, numerando annos, menſes, dies. Hanc diligentiam imitati ſunt, qui tempore incurſionis Longobardicæ Mediolanenſium Epiſcoporum, Genuæ reſidentium, texuere ſeriem ab anno* DLXXI; *notantes præterea, quot annis quiſque in vivis fuerit. Quid ni credamus etiam Sardos, ſaltem ſub Theodoſio, rebus Eccleſiæ prorſus pacatis, ſimilem Catalogum exorſos texere; & tunc etiam antiquioribus, quorum ſola forſitan legebantur in Diptychis nomina, determinaſſe Sedis ac Vitæ annos, prout eos ipſis vel antiquiora monumenta vel conjectura veroſimiles ſuggerebant? Talis autem Catalogus prælucere potuit condendis Epitaphiis; quæ cur non æſtimem, ſic ut nunc reperta ſunt, poſita fuiſſe ante tyrannidem Saracenorum ſeculo* VII *vel* VIII, *ſed ſub felici Piſanorum dominatu ſeculo* XI *aut* XII, *commodius infra explicabo. Hic ſolum noto, annos quibus ſedit* S. Lucifer, *non certo definibiles propter Epiſcopatus ſuſcepti initium, non potuiſſe noſtra conjectura ſuppleri: ſed bene annos vitæ; quia præſumere licet ultimi epitaphii auctores, eos in hoc muſivo necdum extritos inveniſſe. Iidem quoque tam hic quam alibi videntur, de induſtria uſi litteris* B. M., *quod cum Sanctorum oſſa eſſe crederent, quæ plerumque ſub nudo forſitan nominis titulo reperiebant in arcis, & de multis non haberent certum Martyrumne forent an Confeſſorum, utriſque crederent poſſe ſervire litteras, quibus aut* BONÆ MEMORIÆ *aut* BEATUS MARTYR *deſignaretur.* BS. M. *vero ſuperlative poſſet accipi pro* BEATISSIMÆ MEMORIÆ *aut* BEATISSIMUS MARTYR.

annis vitæ & ſedis à Catalogo Epiſcopali ſumptis,

F

cum litterarum B. M. ambiguo ſenſu.

100 *De die mortis major eſt controvertendi cauſa. Nam vox* MAIAS, *hic reperta, concipere jubet diem ante* Kalendas, Nonas, *vel* Idus Majas; *& tamen in tertio Epitaphio, quod ſupra num. 67 exhibuimus, legitur* K. DIE XX MAI, *ubi litteram* K *Machinus interpretatur* KIEVIT, *ſic enim τὸ* quievit *nunc pronuntiant Sardi, quod ipſum haud leve eſt novitatis infra probandæ indicium; cum in aliis antiquioribus inſcriptionibus apud Bonfant, ſemper inveniatur* QUIEVIT *aut* QUIEBIT; *Sed quidquid de hoc ſit, manet propoſita de die mortis controverſia, ex comparatione ſecundi ac tertii Epitaphii naſcens; ad quam mihi videtur dici poſſe aut etiam debere, quod obliteratâ diei vere mortualis notitiâ, pro eo (ut factum in Romanis*

& die mortis, diverſo à die 20 Martii.

A *Romanis Pontificibus ſæpe, aliiſque plurimis) ſucceſſerit, apud vulgus, ac deinde etiam in ſcriptis poſterioribus, dies aliquis, ſeu dedicatæ vel reſtauratæ eccleſiæ, ſeu corporis vel ſepulcri elevati aut revelati. Oblivio certe etiam diei* XX *apud Sardos irrepſit: unde objicientibus ſibi ex Baronio, quod ante inventionem corporis* S. Luciferi, *nullus dies determinatus alicujus menſis ejuſdem celebritati fuerit in diœceſi Calaritana aſſignatus; indeque inferentibus, in ea non fuiſſe antiquitus ullum* Luciferi *cultum; ſolum negat Archiepiſcopus Machin pag.* 183 *id eſſe conſequens. Nam cultus antiquitatem ſatis probari ex antiquitate templorum Sancto erectorum, quæ ſine ejus cultu non fuerint; annui autem feſti memoriam obliteratam videri ait, ratione bellorum & tumultuum, quæ fuerunt in inſula, toties dominos mutare coacta: quod idem acciderit Sanctis aliis Sardis variis, propria templa antiquitus habentibus in inſula; quorum tamen tanta paulatim obrepſit oblivio, ut vel non colerentur omnino, vel pro ipſis alii ejuſdem aut vicini nominis, ſed magis vulgo noti coli exiſtimarentur; atque ita alicubi* S. Luciferum Ep. *cum* S. Luxorio Mart. *confuſum, quod & in S. Georgio Ep. Suellenſi notavimus* XXIII *Aprilis.*

qui etiam ipſe in oblivionem venit.

101 *Tranſeo ad tertium, quod refodientibus primo apparuit, Epitaphium; in quo ante omnia noto inveniri interpunctionis commata, rem prorſus inuſitatam antiquis: quare merito ſuſpicere, quod ea puncta Notarii ipſeque auctor Defenſionis addiderint pro arbitrio, ad reddendum ſenſum ſuo ſenſui conformem. Maxime autem diſplicet* CA. FI^D *in penultima linea, quod Machinus jubet legi,* Catholicus filius; *exiſtimans credo, quod auctores Epitaphii ita dilutam voluerint ſuſpicionem ſchiſmatis,* Lucifero *imputati. Mihi longe magis placent, qui ſine ulla interpunctione, ab initio factæ inventionis, legerunt titulum, quo etiam hodie gloriatur Calaritanus Archiepiſcopus,* Canfalonerii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, *id eſt,* Vexilliferi. Canfalonerii *dico, juxta vernaculæ Sardoæ proprietatem, qua* Canfalon *pronuntiatur, quod aliis paſſim Italis eſt* Confalon, *ipſomet Machino teſte, eoque quod fol.* 183 *producit inſtrumento publico per Regium Locum-tenentem ſeu Capitaneum generalem Regni confecto, ſub die* VI *menſis Maji anno* MDLXII, *unde accipe hæc verba Latine reddita, & initium atque jus tituli indicantia.*

B

In tertio videtur dici Canfalonerius S.R.E.

102 Propter magna & innumerabilia ſervitia bonaque opera, ſanctæ Eccleſiæ Apoſtolicæ per Reges Aragonum indelebilis memoriæ præſtita, inter alia quæ d. Sancta Sedes Apoſtolica, ad oſtendendam ſe ex parte gratam pro tot ſervitiis, illis præſtitit, hoc fecit, quod videlicet dictis Regibus in perpetuum dedit, commendavit, & communicavit Vexillum ſeu Canfalonem Eccleſiæ Romanæ; quodque Reges, qui pro tempore forent creati, eſſent illius Canfalonerii perpetui. Inde poſtea ſecutum eſt & contigit, quod unus Rex Aragonum, cupiens ſummopere declarare & denotare prærogativas, ac decorare Eccleſiam Calaritanam; voluit, mediante dignitate Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, quod Archiepiſcopus Calaritanus, qui tunc temporis erat & pro tempore foret, in præſenti Sardiniæ regno, nomine & ex parte Regiæ Majeſtatis, eſſet Canfalonerius, & teneret ac haberet Canfalonem illum &c. *In Piſano quodam Chronico veteri apud Vgellum col.* 884 *lego, quod anno* MXVII Romana Sedes totam Sardiniam, cum Privilegio & vexillo S. Petri, Piſanæ civitati firmavit. *Primam vero juris iſtius ad Arragonios delati originem explicat S. Antoninus tit.* 20 *cap.* 8 § 5, *dicens, quod inito fœdere inter Iacobum II (quem* Don-jamum *vocat) & Bonifacium VIII, pro recuperatione Siciliæ adverſus Fridericum, Iacobi ipſius fratrem, anno* MCCXCVII, Dominus Papa inſtituit d. Don-jamum Admiraldum & Vexilli-ferum Eccleſiæ in mari, quando fieret claſſis & expeditio contra Sarracenos ad conqueſtum Terre-ſanctæ: ac etiam dedit ei privilegium Regni

ex jure ab Arragoniis Regibus accepto,

C

qui eam dignitatem adepti an. 1297 erant,

inſulæ Sardiniæ, ita tamen quod ipſum educeret de manibus Piſanorum. *Similia habes apud Ptolomæum Lucenſem ad annum* MCCXCIX, *quando confœderati navalem victoriam de Siculis retulerunt.* AUCTORE D. P.

103 *Villanius & Zurita, cum Sardinia Corſicam quoque datam aſſerunt (pro ea ſcilicet parte quam non tenebant Genuenſes, altera Genuenſibus relicta) & utramque ex hujus donationis vigore ſubactam eſſe ab Alfonſo, Arragonici ſcepiri herede, anno* MCCCXXIV; *excepta tamen Calari, quæ in ditione Piſanorum remanſit; paulo tamen poſt neutrarum partium eſſe voluit, ac pene ultro Arragoniis ſe tradidit. Quod obſequium, velut à quo penderet totius inſulæ ſecura poſſeſſio, compenſare Alphonſus volens, ſibique arctius Calaritanos obſtringere; mortuo patre anno* MCCCXXVIII, conſideratis ſervitiis, ab incolis caſtri Calaris fideliter exhibitis, tam pro felici acquiſitione Regni quam poſt, *eorum privilegia confirmavit; idemque veroſimiliter in Archiepiſcopum tranſtulit Canfalonerii titulum.*

cum dominio Sardiniæ & Corſicæ,

104 *Quod attinet ad titulum* Primatis *ſeu* Primarii Epiſcopi, *eo quidem uſus nunquam eſt Lucifer, nec ali quis, quod ſcire poſſumus, ante ſeculum* XI; *ipſam tamen dignitatem ſeu poteſtatem, titulo ejuſmodi congruam, penes Calaritanum fuiſſe, vix equidem dubitaverim, S. Gregorii epiſtolas legens; eiſque addens Conſtantinopolitanæ Synodi, anno* DCLXXXI *ſub Agathone Papæ habitæ, locum, ubi inter ſubſcriptiones legitur,* Sitonatus, indignus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Calaritanæ, inſulæ Sardiniæ, pro me & Synodo quæ ſub me eſt, ſimiliter ſubſcripſi. *Sub qua Synodo etiam fuiſſe Epiſcopos Corſicæ poſſemus credere, niſi eam inſulam proprium habuiſſe ab Eccleſia Romana Defenſorem, tamquam Romanæ Sedi immediate ſubjectam, ex dictis S. Gregorii epiſtolis intelligeretur. Sicut tamen ſub Romanis utraque inſula, tamquam una provincia, uni paruiſſe Præſidi Barbaro cognoſcitur ex Actis S. Saturnini, ita veroſimiliter eidem ſubfuit Metropolitæ ſaltem uſque ad Iuſtinianum Imperatorem, qui poſt annum quingenteſimum Sardiniam attribuens Provinciæ Africæ, Corſicam Italiæ videtur reliquiſſe. Interim, ut dixi, Primatis titulus necdum erat in uſu: quapropter Romana Rota, coram qua anno* MDCXL *Calaritanus de jure ac titulo illo contendebat cum Turritano Archiepiſcopo,* nulla habita ratione circa Primatum proprie dictum (qui conſiſtit in ordinatione omnium Eccleſiarum iſtius Regni, in convocatione omnium Epiſcoporum & Archiepiſcoporum ad Concilia, in conceſſione facultatis dandæ Epiſcopis & Archiepiſcopis exeundi à ſuis diœceſibus, & aliis prærogativis) reſpectu ſimplicis antiquitatis & juris Metropolitici, *prudenter definivit,* probari in favorem Calaritani, quod illius Sedes ſit Metropolis, & antiquior Metropolis.

Fuit Calaritanus, Metropolita Sardiniæ ab antiquo,

E

105 *Ipſum* Primatis *nomen primum invenio uſurpari cœptum ſub Piſanis, ſub quibus, totius inſulæ dominus adeptis anno* MXVII, *diviſa eſt inſula anno* ML *in quatuor Iudicaturas, ita ut caput omnium Calaris eſſet. Itaque Victor Papa III, cui aliqui ex Sardinia venientes miſerum eccleſiarum ibidem collabentium ſtatum expoſuerant, ſcribens* Jacobo Calaritano Archiepiſcopo, ceteriſque Archiepiſcopis & Epiſcopis Sardiniæ, *anno* MLXXXVII, *ipſi præcipue ſuccenſere ſe ſignificat,* qui Primas eſt dictæ inſulæ, & cui majora eccleſiarum negotia deferenda ſunt. *Nulla hic mentio* Corſicæ *eſt, nec alibi in antiquis Piſanis Chronicis apud Vghellum, & forte, cum Arragonio ea conceſſa eſt, partem illius alteram adhuc Saraceni tenebant. Itaque exiſtimo per Aragonios primum obveniſſe Calaritano Archiepiſcopo, ut etiam Corſicæ poſſet Primatem ſeſe ſcribere: quod tamen fortaſſis minime diuturnum fuit. Cum enim anno* MCCCXLIII *tota inſula ſe tradidiſſet Genuenſibus, illius partem jam pridem poſſidentibus, vereor ne nudus ſolum titulus apud Calaritanos remanſerit: pro quo tamen ipſo nulla adducuntur do-*

Primas dici cœpit ſec. 11.

F

& ſec. 14 etiam Corſica.

 cumenta

forte etiam Corſicæ tempore Luciferi.

AUCTORE D. P.

cumenta ante annum MCCCCIX, *quando* Antonius Dei gratia Archiepiſcopus Calaritanus, *apud Machinum cap.*8, *inſtrumenta complura, iſto & ſequentibus annis condita, ſic incepiſſe legitur*; Nos Antonius .... Primas Regni & Corſicæ.

106 *Ex dictis conficitur, poſtremum hoc* S.Luciferi *Epitaphium confectum eſſe poſt annum* MCCCXXX; *cum forte repurgata vetuſta illius æde, inventum eſſet præfatum Muſivum*; *neque dubitaretur ipſum eſſe ſancti Præſulis monumentum. Sed & hoc ipſius ædis ruinis coopertum fuit poſt ſeculum fortaſſe non integrum*; *atque ita exolevit cultus pro* XX *Maij, haud ita pridem vel inſtitutus vel reſtitutus. Nihil dico de* Archiepiſcopi *titulo, ante ſeculum* VII *vel* VIII *apud Occidentales vix noto: ut vel ideo magis ſuſpectum mihi ſit judicium eorum*; *qui ſolo argumento, ex Epitaphiis* B.M. *præferentibus & apud Bonfant fol.* 158,161,238,316 *viſendis ſumpto, Beatis Martyribus & annuo feſto in eccleſia recolendis adnumerarunt* Florium, Reſtitutum, Bonum, Vivianum, Felicem, Archiepiſcopos *ibidem dictos, & quidem* Bonum *adnotata* IND. TERTIADECIMA; *cum primus Conſtantinus Indictiones numerandas inſtituerit.*

Non ſunt antiquitatis ſumme indicia Archiepiſcopi nomen,

107 *Nolo etiam immorari bicipiti illi & à vertice in verticem coronatæ Aquilæ, cujus coronæ ſic uſurpatæ formam hactenus in nullo reperi vetuſtiori exemplo. De ipſius bicipitis Aquilæ origine more ſuo accurate ſcrutatus omnia Claudius Franciſcus Meneſtrier, in opuſculo de Origine Armariarum teſſerarum cap.* 23, *tandem reſolvit à Græcis eſſe, qui ſicuti Cruces duabus decuſſatis lineis, ſic etiam Aquilas cœperint geminare diviſo vertice*; *idque fortaſſis quoties duo ſimul corregnabant. Sed hanc conjecturam vellem videre exemplis nummorum antiquorum firmatam: alioqui vereor, ne ſicuti mere arbitrarius fuit uſus geminæ aut ſimplicis Crucis, ſic etiam fuerit Aquilæ: quamvis vehementer propendeam ut credam, occaſione alicujus Imperialis conjunctionis id factum. Vetuſtiſſimum exemplar bicipitis Aquilæ reperitur in parmula quadam Antonianæ columnæ, qua duarum Legionum in unam conjunctionem notari credunt eruditi*; *nec alterum deinde ullum uſpiam occurrit ante ſeculum* XIIII, *quo reperio in Pariſina Georgii Codini editione, iconiſmos aliquot veterum picturarum, Ioannis Paleologi trajectionem in Italiam acceſſumque ad Vrbanum* V *anno* MCCCLXVIIII *exprimentium: ubi pag.* 15, *ſpectatur triremis Veneticis Papalibus & Imperialibus Teſſeris ornata: quas inter tres bicipites Aquilæ, etiam à Ruperto Bavaro & Sigiſmundo Imperatoribus Germanis initio ſeculi* XV *uſurpatæ.*

B *& Biceps Aquila,*

C *ſimplici uſa eſt Calaris,*

108 *Apud noſtrorum Melchiorem Inchoffer invenit Machinus veterem monetam Calaritanam hujuſmodi,*



Ætatem ejus non valde magnam eſſe credibile facit perfectior Latinarum litterarum forma: probat interim, Calaritanis Patronum primarium ſemper habitum fuiſſe B. Lucifeſum, *cujus nomine inſignitur nummus*; *ſicut Italicæ civitates complures in more habuerunt Patroni ſui effigiem aut nomen ſignandæ pecuniæ adhibere. Circumductæ autem Roſæ perſuadent, earum ſymbolum iiſdem etiam fuiſſe familiare: qui fortaſſis ſicuti per Aquilam ſignificatum voluerunt, urbem ſuam olim Romanæ civitatis jure gaviſam*; *ſic Roſas adhibuerunt, ut indicarent ipſam copioſo Martyrum ſanguine purpuratam fuiſſe. Nam uti narrat Bonfant pag.* 250, *in prima cryptarum ſupra deſcriptarum, in majori ſacello, infra arcas plumbeas duas, inventæ aliæ quatuor lapideæ, communem habebant titulum corporibus quatuor intus conditis, quæ requieviſſent* DIE VIII IULII ANO CCX; *& tituli illius partem anteriorem, prout à Bonfant exprimitur, occupat Roſa, quatuor pandens folia in modum crucis, infixa baſi ad pedem ejus ſculptæ, eminente deſuper crucula: & rurſum pag.* 360, *in titulo, quem Claudius quidam S. Saturnino* collocavit XXVIII NOVEMB. *Similis Roſa ſpectatur ante ſcripturam, ſculpta ſupra baſim quaternorum graduum, ſed roſulis novem circumcirca & duabus ad pedem erumpentibus ſtipata. Vterque autem titulus, eo quod non exhibeat diem menſis Romano more notatum, ſed vulgari*; *merito præſumitur, non eſſe ſcriptus in principio reſtaurationis, quando ſcripti ſunt alii, qui per Kalendas procedunt*; *ſed in ejus progreſſu, quando Kalendarum uſus magis exoleverat, ſicuti etiam titulo huic poſtremo accidit, poſito ſuper* S.Luciferi *ſepulcrum. Vtrimque acceptam Roſæ ſepulcralis formam hic vide, & compara cum Luciferiano Epitaphio, ubi duæ inſuper palmæ viſuntur, in ſignum victoriæ, de hæreſi Ariana à Sancto relata.*

D



E

itemque roſis ut propriis ſymbolo.

109 *Quid porro ad Crucem Patriarchalem, quæ in dicto Epitaphio Luciferiano videtur expreſſa eſſe ſub roſa? Ea cum triplex ſit, vehementer dubito, an ullam habeat cum Primatu conjunctionem. Vnum ſcio, Patriarchas duplici uti ſolitos, eoque argumento, licet fallaci, & incerto*; *Caravacanam in Hiſpania celeberrimam Crucem, allatam per Angelos, præſumi fuiſſe Hieroſolymitani alicujus Patriarchæ. Pro Calaritano vero Archiepiſcopo probari poteſt, ejuſmodi Crucis uſus, ſaltem à tempore dominantium in Sardinia Piſanorum. Cum enim Eremita, commorans in monte S.Eliæ, uno ab urbe milliario ad mare, anno* MDCXXI, *ſub Tribuna oratorii fodere cœpiſſet, & corpus humanum reperiſſet*; *miſſus ab Archiepiſcopo Michael Fenſa Canonicus cum Notario Gaſpare Sirigo, primum quidem in extimo pariete eccleſiolæ ipſius obſervavit hujuſmodi duo teſſararia ſcuta*;

Duplex crux Primatialis,

etiam in Epitaphio S.Eliæ notata fuit,

F



deinde XXVIII *Decembris eodem revertentes repererunt ipſius* B. M. Eliæ *epitaphium marmoreum, quo indicabatur Sanctus iſte requieviſſe* DIE XXVIII IANUARIUS; *& in eodem viderunt idem ſcutum, quod ſupra vides duplici Cruce & littera* R *inſcriptum: ſub eoque coronam frondeam, & ſub corona ſculptum hominis macilenti, beneque barbati ac criniti caput dimidium, grandi clavo tranſfixum ab occipite trans frontem: quo indicio creditum eſt,* Eliæ *iſtic culti martyrium tale fuiſſe.*

110 *Vtrum hic* Elias *ante vel poſt Saracenorum adventum ſit paſſus, non divino*; *tantum aſſero, Epitaphium iſtud nō eſſe antiquius ipſa gentilitiarum teſſerarum inſtitutione*; *& unum quidem videri fuiſſe Iudicis Calaritani, tunc præſidentis, alterum Archiepiſcopi* Ricci *ſigillum, qui illi*

*ſub Rico Archiepiſc. an.*1207

A *illi Eccleſiæ præfuit anno* MCCVII. *Nec enim alius ullus occurrit, cujus nomen à litterâ* R *inchoatum poſſit hic deſignatum videri. Alterum autem ſcutum ideo potius dixi videri ludicis, qui ædificandæ eccleſiolæ ſumptus ſubminiſtrarit, quam Archiepiſcopi: quia (prout diximus* VIII *Aprilis in Commentario de S. Alberto Patriarcha Hieroſolymitano) necdum indulſerat Epiſcopis ſimplicitas illius ævi, gentilitia ſcuta more ſecularium uſurpare: ſatiſque videntur habuiſſe Calaritani Archiepiſcopi, Crucem, ſui Primatus inſigne, cum prima nominis littera tranſverſim expreſſa uſurpare pro teſſera. Dictum Epitaphium videri poteſt apud Eſquirrum pag.* 416 *& apud Bonfantum pag.*446.

111 *Quod igitur ad tres lineas, in Luciferiano Epitaphio tranſverſim ductas, attinet; ea, ſi quid myſterii continent, ad Calaritani Primatus prærogativam pertinentis, videntur principium ſuum, non Calari, ſed Piſis accepiſſe, ex Conſtitutionibus Pontificiis, extenſe relatis à Barboſa & Viviano, atque apud Machinum in defenſione Primatus pag.*141 *& ſeqq. diſtincte legendis, quibus Archiepiſcopus Piſanus Balduinus, anno* MCXXXVIII, *ab Innocentio II decoratur* Primatus honore ſuper Provinciam Turritanam; *& anno* MCXC *Hubaldus, item Piſanus Archiepiſcopus ejuſque ſucceſſores*, ampliori munere *decorandi, confirmantur in Turritano Primatu, & donantur* Primatu ſuper Calaritanam & Arborenſem Provincias, ita quidem ut Epiſcopos ad Concilia vocandi, exceſſus eorum corrigendi, & cetera omnia quæ ad jus Primatus attinent in eos exercendi habeant liberam facultatem. *Quod jus licet neget Machinus ad effectum unquam fuiſſe adductum, ego quidem non facile credam, cum ſciam Piſanos, recepta à Saracenis inſula, totum illius politicum regimen traxiſſe ad ſe; eccleſiaſticum autem regimen, ſi non ſtatim, ſaltem ſucceſſu temporis, ſoleat politico regimini conformari; & in hunc finem jam dicta Privilegia impetrata eſſe, credi convenienter debeat. Vnum tamen hinc deduco ad præſens argumentum: nempe, quod Primatus Sardiniæ, ſic expreſſe nominatus (quidquid ſit de alio quocumque antiquiori jure, quavis olim appellatione expreſſo) tranſlatus ſit ſub Arragoniis ab Archiepiſcopo Piſano in Calaritanum: & quia hic Primatus tunc conſiſtebat in unione quadam trium jam dictorum Primatuum; ideo fortaſſe Archiepiſcopales miniſtri Calari triplicem quodammodo Crucem exprimere voluerint, in ſigillis ſubſcriptarum à ſe chartarum: quod imitati ſint etiam auctores Luciferiani Epitaphii noviſſimi, de quo hactenus quæſtio fuit nobis, ſentientibus factum eſſe poſt confirmatum Arragonenſibus Regnum, cum Turritanus & Arborenſis titulum Primatiæ reſumpſiſſent, ſeque pari quo Calaritanus jure Primates habendos contendere cœpiſſent.*

triplex autem in Luciferiano

B *manaſſe potuit à triplici in Sardinia Primatu, Piſanis Archiep. conceſſo,*

& ab Arragoniis Calarim tradu&to.

C

APPENDIX

De aliis hoc ſeculo refoſſis in agro Calaritano Epitaphiis.

Solum Calaritanum crebros Martyres habuiſſe ſcientes,

112 NOn eſt miranda, *inquit Archiepiſcopus Machin, Defenſionis Luciferianæ cap.* 54, ingens multitudo ſacrorum pignorum, quæ reperta ſunt Calari & in prædictis locis: quia cum hæc urbs ſemper, & præcipue tempore Romanorum, fuerit regia, caput, & metropolis totius Regni, & in ea fuerint commorati Proconſules ac Præſides Romani, primi Flamines, & prima Judiciaria Poteſtas, cum magno foro cauſarum; ad illam confluebant plurimi, non ſolum ex toto Regno, ſed ex Italia, Africa Græcia, & ex aliis mundi partibus, qui ſimul cum Calaritanis zelo fidei flagrantes martyrium ſubibant; imo & ex aliis Regni (*dico & Imperii*) partibus vincti Chriſtiani, tamquam malefici ad eam afferebantur, ibique diræ mortis ſupplicio affiebantur, & à Chriſtianis clam ſublata corpora Martyrum, ex patibulis & plateis, in eâ ſepelicbantur.

AUCTORE D. P.

113 *Archiepiſcopi iſtius aſſertum haud levibus argumentis confirmavit Bollandus noſter, in præfatione ad tomum* I *Februarii cap.* 5; *nec tamen hoc ſatis eſſe credidit, ut in ſuum opus referret eos, quos in Triumpho Sanctorum Sardiniæ Dionyſius Bonfant dicit Calari coli; non alio pleroſque argumento, quam quia inventus fuerit cum oſſibus titulus præferens litteras* B M. *quod ille ſemper intelligi vult* Beatus Martyr, *alii ſatis habent* Bonæ memoriæ *vertere; ego nec ſemper Chriſtianitatis ſignum eſſe puto, cum etiam Gentiles,* Bonis Manibus *ac* Diis Manibus *per litteras* B. M. *&* D. M. *Epitaphia prænotaſſe haud infrequenter ſciam. Movit præterea Bollandum Eminentiſſimi Card. Franciſci Barberini monitio,* ne eos, quorum Sardi recens exuvias reperiſſent venditarentque ut Sanctos, temere in opus noſtrum inferamus, donec conſtet, quæ Eccleſiæ Romanæ de his ſententia ſit, aut niſi eorum martyrium & publica ab antiquo veneratio ſatis ſit aliunde explorata.

ab iis tamen nominandis abſtinuimus.

114 *Ita Bollandus anno* MDCLVIII *in lucem emittens Februarium, à ſe & ab Henſchenio elaboratum. Interim anni fluxere viginti, quibus nec nobis diligentia defuit ſcribendi ſubinde in Sardiniam, neque Sardis deeſſe potuit ejuſdem Februarii copia, quin ſaltem ab aliquibus legeretur: nec tamen quidquam allatum hactenus, quo perſuaderemur mutare conſilium circa eorumdem præteritionem, quorum cultum ita recenter tum Calaritani, tum Turritani, aliique per Sardiniam populi dicuntur aſſumpſiſſe. Nihil eſſe allatum non miror, in tanta geniorum ingeniorumque humanorum diverſitate, operis præſentis immenſitate, regionum ipſarum diſtantia, & difficiliori quam credere poſſit aliquis litterarum commercio: ſed vellem eadem moderatione uterentur Sardi. Nam in deſcriptione Sardiniæ, a quodam Saſſaritano compoſita & Atlanti Blaviano inſerta, acerrime perſtringitur Miræus, urbis noſtræ Antverpienſis inſigne lumen, propterea quod in ſua Geographia eccleſiaſtica nonnihil tribuerit relationi, ad ſe ex urbe miſſæ ab Ioanne Cao Canonico Calaritano; quaſi debuerit majori ſolertia veritatem indagare, ne cogeretur retractare ea quæ ſcripſerat; nec adverterit animum ad lucem clariorem malitiam & mendacium informantis.*

E *defectu cereo titudinis ſufficientis:*

quam citra jurgia Sardorum ipſorum inter ſe

115 *Hæc ego conſiderans primũ Auctori iſti & aliis (ſi in Sardinia inveniantur alii tam aſperi quã ipſe ſit ingenii) proteſtor, nolle me præjudicium ullum creatum Turritanæ Eccleſiæ, per ea quæ ex Archiepiſcopi Calaritani relatione huic tractatui inſerui; ratus fidem adhibendam iis, quæ tantæ dignitatis & vulgo laudatæ ſanctitatis auctor, non ſolum Romanæ Rotæ ipſique Papæ Vrbano obtulit, ſed etiam affirmavit publica ſub mortem proteſtatione, coram Notario & teſtibus, anno* MDCXL *die* XXI *Octobris; prout videre eſt ad calcem Luciferianæ Defenſionis, necdum à prælo abſolutæ cum ille moreretur. Deinde profiteor minime nobis grave futurum, vel in Sequentium menſium aliquo, vel in faciendo poſtmodum operis Supplemento, reparare defectum, errore aut nimia cautela commiſſum; quando de eo fuerimus debita cum caritate & claritate admoniti. Denique obſervationes quaſdam, ultra olim dicta in Februario, exponendas hic cenſeo; in quas operæ pretium ſit inſpicere illos, qui nobis ſuadere volent, ut jam prætermiſſos, aut deinceps prætermittendos donec melius inſtructi fuerimus, in opus hoc noſtrum recipiamus.*

vellemus accipere.

F

Monemus interim.

116 *Ex Romanis cryptis ſeu cœmeteriis ſubterraneis multa & jam olim eruta fuiſſe Sanctorum Martyrum corpora, & etiam nunc annis educi ſingulis toto orbe diſtribuenda, in comperto eſt. Conſtat etiam in cryptis illis non ſolos Martyres eſſe ſepultos, ſed quoſvis promiſcue Chriſtianos, præſertim perſecutionum tempore, cum necdum licebat illis ſuas eccleſias, ſua publice habere cœmeteria. Qua*

quod ſicuti veneramur corpora miſſa ex Romanis cœmeteriis.

AUCTORE D. P.

porro ratione ſepulcra Martyrum ab aliis non Martyrum ſepulcris ſecernantur, nemo hactenus litteris prodidit, nec unquam cum iis corporibus quæ adferuntur publicæ veneration exponenda, adfertur ſimul ipſa inventionis eorum hiſtoria; quæ ſi adferretur, ſapientibus æque ac inſipientibus poſſet pateſcere, quo & quanto cum fundamento ſingula judicata ſint digna honore iſto ſacro. Interim, cum ea quam S.R. Eccleſiæ omnes debent reverentiâ, ſuſcipimus tranſmiſſa nobis Sanctorum ab ipſâ agnitorum pignora, eodem animi præparati affectu ſuſcepturi etiam ea, quæ miſit mittetque Sardinia, ſi ea approbaverit Roma.

ſic etiam parati ſimus recipere illa,

117 *Dicit pag. 177 Machinus & pluribus locis confirmant Eſquirrus atq; Bonfantus, omninoq; verum eſſe credimus de multis,* ad ea dignoſcenda obtuliſſe ſe complura Martyrii argumenta, v.g. enſium, clavorũ, vinculorũ, & aliorum inſtrumentorum Martyrialium, terræ aſperſæ ſanguine, ampullarum vitrearum ſanguine & reliquiis retertarũ. Quod *porro* hujuſmodi corpora nõ fuerint ibidem ſepulta, ſed aliunde tranſlata, ex ipſa *inquit* oſſium diſpoſitione clarefcit, & ex ipſorum ſepulcrorum pretioſa conſtructione, cum Epitaphiis ex variis lapillis moſaico opere concinnatis. Item perennis odor & ſuaviſſimus ex hujuſmodi ſepulcris & Reliquiis efflatus; valetudo ab infirmis præter naturæ ordinem repente recuperata, admotis ejuſmodi Reliquiis; titulus SANCTORUM INNUMERABILIUM repertus in eminentiori parte altaris Baſilicæ S. Saturnini, qui non ſolum ad repertos intra baſilicam, ſed ad circum circa in ſubterraneis ſacellis ſarcophagiſque miro ordine diſpoſitis repertos ſpectabat; permoverunt Don-Franciſcum de Eſquivel, Archiepiſcopum Calaritanum, virum religioſiſſimum, ut ſervato præſcripto Concilii Tridentini adhibitaque matura cum Theologis deliberatione, ea inferret in celebre Sanctuarium, quod in eccleſia Cathedrali extruxerat, publicæque veneration exponeret. *Hæc Machinus, Eſquivelii ſucceſſor: ex quo & ex dictis etiam conſtat, variis ejuſmodi corporibus requirendis inveniendiſque occaſionem datam per Fr. Franciſcum Hortola, divinitus de eiſdem edoctum. De talibus ſic quæſitis & ſigillatim inventis probatiſque eo modo, quo probata eſt veritas reliquiarum* S. Luciferi, *acceptas fideles relationes (maxime cum Sanctorum fuerint aliunde quam ex Epitaphiis notorum) libenter inſeremus huic operi noſtro: de aliis peto ut habeamur excuſati, donec ſenſum ſuum clarius expreſſerit Apoſtolica Sedes.*

quæ apud Sardos ſatis probata eſſe conſtabit.

C

ſed hæc non facit Breve Pauli V.

118 *Ab hac profertur & oſtentatur paſſim apud ſcriptores Sardos Pauli V Breve, ſub anno Pontificatus* XIII, *qui fuit Chriſti* MDCXVII, *ad Archiepiſcopum Calaritanum in hæc verba:* Cum litteris Fraternitatis tuæ accepimus etiam relationem inventionis ſanctarum Reliquiarum, quas inventas eſſe ſcribis; quæ videbitur libenter, quemadmodum & operis argumentum & auctoris merita poſtulant: interim ſcito rem gratam te nobis feciſſe, quod illam ad nos miſeris. *Legendam Relationem promittit Pontifex: reipſa lectam vix poſſumus dubitare: quin ergo ejus jam lecta, ſi probata fuit, ſaltem à Dionyſio Bonfant, poſt annos* XVIII *vulgante lib[…]brum de hac materia ſummo ſtudio ſcriptum, adfertur indicium reſponſi Romani? Nimirum, eruditis Romæ viris (inter quos Eminentiſſimus Franciſcus Barberinus, ſacræ antiquitatis ſi quis alius ſtudioſus & peritus; Lucas Holſtenius, Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtos; Ferdinandus Vghellus, Auctor Italiæ ſacræ in litteris ad nos miſſis) viris, inquam, eruditis Romæ difficultates tantæ occurrerunt, eadem forſitan quæ & nobis; ut ſatis tutum viſum non ſit, approbationis Apoſtolicæ pondus addere præjudiciis è Sardinia allatis, licet ea noluerint ſua refragatione infirmare aut etiam abolere; maxime cum res amplius integra non eſſet, omniaque ad tranſlationem quam feſtiviſſimam apparata, & res iſta moroſius examen requireret.*

119 *Neque hic objiciendam putet aliquis ipſorummet Romanorum in hoc negotio praxim; plurimum enim utrimque intereſt: Romanorum enim Martyrum corpora educuntur è loculis, ab eo quo illa condita primum ſunt tempore nec reſeratis unquam, nec alio tranſlatis; creduntur autem eſſe Martyrum, propter certa quædam & paſſim indubitata (ut par eſt opinari) Martyrii ſigna, ipſis ſepelien dis raptim adjuncta, ſive nomen adſit calci, lateri, aut lapidi inſcriptum olim, ſive non. Iſta vero quæ nuper retegi cœperunt oſſa, olim (ut ipſimet Sardi fatentur, & res per ſe loquitur) ex variis locis collecta ſunt, invectaque ſanctuariis ad id præparatis in pace Eccleſiæ. Itaque præter fidem, quæ inventioni modernæ danda erit; requiritur etiam fides, danda veteris tranſlationis auctoribus. Quæ autem illis & quatenus debeatur examinandum venit: eaque de cauſa tam diſtincte volui cap. 7 explicare ordinem & ſucceſſum operæ, in retegendis expurgandiſque Luciferianæ eccleſiæ cryptis poſitæ, ut ex his conjectura fiat de ceteris, infra vel circa ædem S. Saturnini aut alibi repertis. Multa ſiquidem in his mihi ſe offerunt digna notatu, ad quæ ſi animum advertiſſent ii, quorum pio ſtudio nuper curata refoſſio & tranſlatio eſt; cautius fortaſſe procedendum ſibi exiſtimaſſent, nec promiſcue omnia in illis vetuſtis ſanctuariis reperta corpora, pro certis & indubitabilibus Martyrum corporibus habuiſſent.*

D

nec comparatio cum Romanis, jure non æquo inſtituta.

E

120 *Primum igitur quæramus, quo ſeculo credi debeat facta illa Sanctuariorum Calaritanorum conſtructio vel reſtauratio, qua ſub uno ac ſimili muſivi operis contextu ſic ordinata ſunt omnia, uti ordinata fuiſſe ex nunc inventis ruinarum veſtigiis & ſepulcrorum diſpoſitione præſenti apparet. Videntur exiſtimare Sardi, ruinas à Saracenis factas, & in hunc uſque diem intactas manſiſſe: quo poſito credendum foret, ſaltem ante octavum ſeculum & Sarracenorum irruptionem conſtructa & ſic exornata fuiſſe ſubterranea hæc Sanctuaria. Sed qui ſic ſentiunt, vehementer errant: jam enim oſtendimus cap. ult. eum qui primo apparuit ſepulturæ Luciferianæ titulum eſſe ſeculi* XIV, *quando regnare in Sardinia cœperunt Arragonii. Igitur eo tempore nondum illa prorſus erant occulta; ſed adhuc patentia, quadamtenus repurgata ac reſtaurata fuere. Quis autem neſcit, ætatem illam ſacræ ac profanæ antiquitatis prorſus ignaram fuiſſe, & ad veri falſique diſcrimen faciendum valde ineptam; proinde non magnam certitudinem eruditis nunc facere, quæ tunc acta ſunt, bonâ fide haud dubie, ſed nimia ſæpe ſimplicitate. Hujus autem fortaſſe temporis ſunt ea, in quibus barbaries major occurrit & Hiſpanæ dialecti notabiliora indicia. Sed hæc fortaſis non multa erunt; niſi accenſere eis velis omnia, in quibus* QVIEBIT *pro* QVIEVIT, *aut alias* B *pro* V *ſcribitur, qui nunc Hiſpanus idiotiſmus eſt, ſed potuit etiam Sardorum antiquiorum fuiſſe, forte à Saracenis acceptus, aut etiam antiquior; quapropter nolo ex hac cauſa cuiquam ſcrupulum movere.*

ſed olim reperta ſint delata ad Sanctuaria,

quædam poſt ſeculum XIII,

F

121 *Secundus Luciferianæ ſepulturæ titulus, & ſub primo retectus, muſivo opere erat contextus, ſicuti & reliqui pavimenti ſtructura. Hoc vero opus poteſtne cenſeri vetuſtius quam inſcriptiones titulorum ſepulcrorumque, eidem operi intextorum vel ſub ipſo conditorum? Nemo dixerit, opinor. Atqui in his unum eſſe jam diximus num.* 107 *notatum* ANNO CCX, *ne autem dubites Ærane Chriſtianæ, an Iulianæ fortaſis aut Hiſpanæ annus hic notetur, vide quomodo apud Bonfant, pag.* 127 B.M. STEFANVS *quieviſſe legitur* AD D.V. IVLI AN. D.NRI. ☧ Ç, *id eſt* ad diem quintum Julii, anno Domini noſtri Chriſti centeſimo. *Pag.* 228 B.M. IVLIANVS .... VIRGINIS PARTV ... *extrita erant cetera: patet nihilominus annum aliquem* à Virginis partu *numerandum: quod ipſum clare exprimitur pag.* 315 *in hoc epitaphio* B.M. BENEDICTA D P. (*id eſt*, depoſita *non, ut quidam ridicule*, Domino paſſa) AN. A PARTV VIRGINIS ECCLIII. *Neque Latinis tantum litteris, ſed etiam barbaricis zyfris ſcriptum pag.* 128 HIC IACET BEATVS MARTIR ARHELAVS PRESBYTER, OBIT TERZIO KALENDAS MARZI AN. 100. *Ejuſdemque generis videri poſſent aliquam.*

omnes poſt II. *uti probant anni incarnationis additi,*

& barbaricæ cyfræ

A *aliquammulta, habentia pro numero Latino* VI *litteram* G, *propter convenientiam quam character is habet cum cyfra uſitata 6. Bonfant à Græcis putavit ſumptum pro 5, quod iis æque ſupponitur pro ſenario numero. Sed nec Græci nec Arabes docuerunt ſuo 6 vel 5 ſic utendum, uti invenitur pag.* 124 *quidam* P ..... (Petrum *libuit Sardis interpretari*) *qui dicitur quieviſſe in pace* D. GII KL. IVNI ; *ubi bene quidem legi* die VIII kal. *exiſtimo, non tamen puto eſſe Græcam aut Arabicam notam, ſed* V *&* I *uno tractu conjunctum, tum hic tum alibi ſæpius, in iiſdem Epitaphiis.*

barbaricæ quædam (ut de aliis notis taceam)

122 *Clariorem Arabicæ ſcriptionis ſpeciem præferunt ſigna, viſenda pag.* 221 *&* 224, *ubi ſcribitur quod* BONE MEMORIE SISINI CICNEBIT IN PACE SUB XG K. MAIAS IND. XIII. *&* B. M. RESTITVTA ... *Quid pluribus? Fatiget & queat in his explicandis qui volet, &* in voce CICNEBIT *obtundat ſibi caput cum Bonfanto, qui vocem à* Cienus *formatam imaginatur, quaſi ſignificetur prætenſus Martyr, inſtar poëtici Cygni, ipſo in obitu ſuaviter ceciniſſe. Nos in Propylæo ad tomum* 2 *Aprilis parte* 2 *num.* 20 *diximus ex Kirchero noſtro rurſumque ante. Tom* 3 *Maji in Hiſtoria Chronologica Hieroſolymitanorum Parergo* XII *plenius, ex eodem Kirchero & aliis, demonſtravimus, quod anno dum taxat* DCCCC *allata ex India zyfræ Arabibus innotuerint, ut hæ per Saracenos invehi in Sardiniam non potuerint niſi ultimo eorum dominatus ſeculo, poſt annum Hegyræ Arabicæ* CCC. *Æra autem Chriſtianæ annus, nec in Italia nec alibi, cœpit publicarum ſcripturarum tabulis aut ſepulcralium monumentorum ſaxis indi, ante ſeculum* VIII *&* IX; *cum jam ſub jugo barbarorum gemeret Sardinia, variis antea variarum gentium incurſionibus vaſtata & ſpoliata. In qua publica rei calamitate, eaque per infideles illata, non eſt credibile tantam rei ſacræ fuiſſe quietem, ut vacaverit ornandis iſtum in modum ſanctuariis attendere vulgo Chriſtianorum, ſine Epiſcoporum cura, ſine ſacrorum cultu ferme viventium, præcipuis quibuſque baſilicis in fana ſpurciſſimi Mahometi converſis. Quod ad alias magis peregrinas notas attinet, in utroque expreſſas Epitaphio, conſultus de iis prædictus Kircherus, in talibus enodandis feliciſſimus interpres, anno* MDCLXXVI *die* XX *Aprilis reſpondit*, iſtiuſmodi characteres nihil aliud ſignificare, quam duo nomina IESUS *&* MARIA, modo Latinis Græciſque contrario, Orientalibus, Hebræis, Syris, Arabibus proprio: quæ Saraceni, cum Latinis litteris efformare neſcirent, ut melius poterant ſuis iſtis characteribus deſcripſerunt. *Quod utrum ſciverit is qui eoſdem lapidibus iſtis inſculpſit, neſcio; vix autem dubito, quin eiſdem alicubi ſic repertis ſit uſus, ad majoris antiquitatis ſpeciem ſuis illis figmentis conciliandam.*

non niſi ſec. 10 *in Sardiniam invectæ.*

B

Victore Papa III admonente,

123 *Reſtat igitur ut muſivum iſtud opus, reflorescente ſub Piſanis in Sardiniâ Chriſtianiſmo, ſtrui cœperit ab hominibus, piis magis quam eruditis: quod ſane oſtenderunt, quando pro Romanis Conſulatibus vel Imperatorum annis, quos ætas Martyrũ ſignaviſſet notaverunt annos* Domini noſtri, *aut* à Virginis partu: *quoſque eodem tempore vel etiam paulo ante inſulſus aliquis Chronicarũ figulus, ſciolus videri cupiens, aptaſſe potuit antiquis Martyribus aut Confeſſoribus, vel ſaltem fidelibus in Chriſti pace quieſcentibus. De reparandis Sardiniæ eccleſiis curam fuiſſe Victori Papæ III, oſtendit Breve ad Iacobum Calaritanum alioſque, num.* 104 *ſupra allegatum; cujus priorem partem non inutile erit hic totam legere.* Victor, ſervus ſervorum Dei, Jacobo Calaritano Archiepiſcopo ceteriſque Archiepiſcopis & Epiſcopis Sardiniæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quidam ex veſtra inſula ad nos venientes, eccleſiarum veſtrarum, pene collabentium, ſtatum nobis expoſuerunt: quæ merito ita indigno animo tulimus, ut quaſi ad procedendum contra illarum Epiſcopos compulſi fuerimus, præcipue contra Fraternitatem tuam, qui Primas es dictæ inſulæ, cui majora Eccleſiarum negotia deferenda ſunt. Ideo enim Sedes Apoſtolica, cui licet indigne præſidemus, per diverſas mundi Provincias, Epiſcopos, Archiepiſcopos & Primates inſtituit, ut recte ſingularum eccleſiarum gereretur adminiſtratio. Quare nos Fraternitatem tuam ceteroſque Archiepiſcopos & Epiſcopos commonemus, ut Dilectionem tuam unanimiter adjuvantes, illarum reſtaurationem quanto citius procuretis. Vos ergo in hac re propenſos ita oſtendite, tantamque in hoc adhibete diligentiam, ut cognito ſtudio ac diligentia veſtra, ſi quid hactenus negligenter aut inobedienter deliqueritis, merito propter hoc tolerare debeamus.

AUCTORE D. P.

Primas & Epiſcopi reſtaurare ſent,

124 *Ita ille, Benevento ſcribens* IV *kal. Septembris* MLXXXVII, *ſatiſque inſinuans totam Hierarchici Ordinis formam, qualis tunc erat in Sardinia, eſſe à recenti poſt ingreſſum Piſanorum inſtitutione Apoſtolicæ Sedis; ſicut à Piſanæ civitatis magiſtratu facta erat inſtitutio quatuor Iudicum, à quibus* oppreſſionem *patientes novi Præſules, quia Pontifici quæſti erant, Victor in altera Brevis ſui parte* E *cupientes ſecedere, & ad ſe venire malentes caritate debita ſuſcipiendos promittit. Ex quo rurſum intelligimus, magnificam & ſplendidam illam ſanctuariorum inſtructionem ſub terra, de qua agimus, ipſa eccleſiarum reſtauratione (ut par eſt credere) poſteriorem, adhuc ſerius eſſe factam; cum ſcilicet crebris piorum largitionibus adeo ditatæ hæ eſſent, & ex attributis ſibi fundis tam opulenti facti Epiſcopi, ut non ſolum ad neceſſaria ſufficerent ſibi, ſed etiam ad ſplendorem & magnificentiam abundarent. Dicamus itaque ſeculo* XII *cœpta, ſequentibus porro aucta & ornata fuiſſe Sanctuaria, tam Calaritana quam alia per inſulam.*

ſuſcepta demum cryptarum reſtauratio,

ſub Archiepiſcopis Calaritanis

125 *Primus hoc in genere nominetur* Petrus, *cui anno* MCXXXII *Honorius II Pallium & Spolia decedentium Clericorum conceßiſſe invenitur, litteris in archivio adhuc legendis, cujus hoc repertum in Sulcitana S. Antiochi eccleſia monumentum crediderim, quod nonnihil turbato verborum ordine apud Bonfant pag.* 154 *tale extat.*

Petro,

Ubi corpus beati Sancti Antiochi quiebit in gloria,
Aula micat, virtutis opus reparante miniſtro,
Pontificis Chriſti ſic decet eſſe domum,
Quam Petrus antiſtes cultus ſplendore nobabit,
Marmoribus, titulis, nobilitate, fide;
dedicaturus XII K Febru.

Rico,

Gallo,

Annis poſt Petrum LXX *floruit* Ricus, *cujus memoriam in ornando* S. Eliæ M. *tumulo attigimus ſupra. Poſt utrumque & intermedios duos, ſedit quidam* Gallus *nomine, omiſſus in Catalogo apud Machinum, ſed cognoſcendus ex illuſtri ſui Præſulatus monumento, quod apud Bonfant fol.* 437 *hujuſmodi legitur, in montis Calaritani eremitorio inventum:* F

AD HONOREM. DEI. ET BEATE BARBARE
MARTIRIS. P̄SENS. ECCIA. EST CONSTRVCTA.
SVB. ANNO DN̄ICE INCARNATIONIS. MCCLXXXI.
INDICCIONE VIII. DN̄O GALLO KL̄LAR. ECCLIE
P̄SVLI RESIDENTE. FG. FREGVANTINO. HMIGA.
P̄FATVM LOCVM. COHEREMITAS. SVOS. EODEM
TEMPORE GVBERNATORE. *Opinantur autem Bonfant aliique, hanc* Barbaram *illam eſſe, cujus ſepulcro inſcriptus hic titulus poſtea repertus eſt* ✠ S. BARBARA V. ET M. Q. VIXIT ANNIS XXX.

Iacobo & aliis,

126 *Invenitur apud eoſdem Auctores deſcriptio arcæ, quam circa annum* MCCC *(forte ſub Archiepiſcopo* Jacobo, *qui anno* MCCXCVI *ſediſſe invenitur) confectam eſſe, videtur poſſe hac ratione ſuaderi. In arcæ jam dictæ latere uno,*

AUCTORE D. P.

conſpiciuntur tria corda, coronam & palmam portantia, quorum duo gladiis, tertium ſagitta transfigitur cum ſubjectis ſigillatim litteris .D. .T. .V. nec dubito quin hæc ſint indicia fidei adhibitæ tunc martyrio, quo intus humatæ mulieres fuerint coronatæ. Ex altera parte ſic legitur ✠ *HIC IACENT SANCTISSIMAS (barbariſmus eſt, pluralem femininum in as terminans, uti Hiſpani faciunt loco æ) DOROTHEA, THEODOSIA, ET EVGENIA, MARTYRES ET VIRGINES. Q. DEPOSITAS SVNT, VBI REQVIEBIT CORPVS S. RESTITVTA M. ANTE D. CCCCX. Bonfant hæc ultima verba ſic explicat* ætate Domini 410. *Nemo ſic locutus eſt aut ſcripſit unquam. Quid ſi ita legam?* ante DCCCCX, *id eſt* nongentos decem *ſub intelligendo* annos. *Senſus ut puto clarus erit totus, ſignificabitque, quod hic lapis cælatus & prædicta corpora huc allata ſint circa annum Chriſti* MCCC, *quando ſcilicet anni* DCCCCX *fluxiſſe credebantur ab eo tempore, quo ex eo loco ablata fuerant oſſa* S. Reſtitutæ *Martyris, puta à tempore Conſtantini, qui honeſtius collocari Martyrum corpora præcepit.*

127 *Hinc vero haud immerito videor formare conjecturam, quod, uti iſtarum corpora ſint tranſlata ſeculo* XIII *aut* XIV; *ſic & aliorum plerorumque, quibus expreſſior additur Martyrii aut Sanctitatis nota, tunc quoque fuerint tranſlata & elevata, iiſdemque ſculpta Epitaphia, cujuſmodi varia extant apud Bonfant. Pauca exempli cauſa producam. Pag* 392 *ſic leges: HIC IACET S. IVSTVS, VIX. ANNIS XXX. ET B. NICOLAVS. infra quæ verba, totam lapidis longitudinem duabus lineis implentia, notatur grande* ☧, *inter duas inſignes palmas, ut Martyres deſigna*[ri] *ſcias. Similiter pag.* 447 *Crux grandior in*[ter] *duas ſimiles palmas occurrit, cum hoc titulo: HIC IACENT. HIC B. M. BARTOLOMEVS CIVES ET SS. M. VINCENTI, FABRICI, BLASIVS RVFFI ET SOCIORVM. Et hi quidem ſub nota Martyrii. Sub ſola autem commendatione ſanctitatis, quam ſolam etiam indicat annus Chriſti, ex auctoris conjectura expreſſus, uti ſupra exprimuntur anni ætatis, habes pag.* 444. ✠ *HIC IACENT PVELLE SS. TECLA. ERASMA. ELIA. AQVILA. ET AGNES. QVE IN DOMINO MORIVNTVR IN ANNO DOMINI CCCXXXV. DIE III IVLII.*

B *adeo ut Epitaphia pleruque ſculpta ſint ſec. 13 aut 14*

128 *Ceterum quod ſecula iſta, quibus hæc facta affirmamus, majorem, ut dixi, pietatem quam eruditionem diſcretionemque operi attulerint, quoſcumque titulos, quaſcumque arcas, quacumque marmorum fragmina conquirendo convehendoque, manifeſtum mihi ſit ex ipſis earum inſcriptionibus, apud Eſquirrum & Bonfant legendis. Nam primo in illis multæ ſunt, quibus additur expreſſe annus Indictionis Conſtantinianæ. Exemplum* XIII Indictionis *jam dedimus: alia minimum viginti congerere hic poſſem: quæ ſi non ſunt ſculpta poſt diſceſſum Saracenorum (quando extremæ ſtultitiæ fuiſſet deſignare annum Indictionis nullum certum tempus per ſe ſolam apte exprimere) ſed fide bona tunc quidem illata Sanctuariis olim autem facta, quando communis uſus ferebat ita ſimpliciter Indictionis, annos notari; credi debent eſſe facta poſt Indictiones à Conſtantino magno ordinatas. Hinc vero ſequeretur eos, quorum corpora ſub tali nota fuerunt condita, non fuiſſe Martyres, ſed in pace Chriſti ſimpliciter quieviſſe. Vt autem credamus eoſdem, ſaltem virtutis eximiæ titulo, pro Sanctis habitos antiquitus fuiſſe; meliori deberet auctoritate conſtare, quam hominum ita cæce credulorum.*

129 *Sicut autem nihil miror, in monumentis tituliſque fidelium, quietis tempore ſeculo* IV *& deinceps uſque ad* IX *ſepultorum, tam accurate expreſſos annos ætatis uniuſcujuſque, cum id Gentilibus etiam ipſis fuiſſe in uſu ſciam, & ad noſtra uſque tempora ſervatum continuari oculis ipſis videamus quotidie: ita difficulter crediderim, quod (cum Romæ & alibi vix licuerit nuda nomina ſepulcris Martyrum inſcribere) vacaverit Sardis tam diligenter quærere, & notitiæ poſterorum tradere eorumdem ætates, quam factum præſumi volunt, qui Epitaphiis de quibus agimus, & in quibus plerumque notatur ætas per* VIXIT *vel* BIXIT ANNIS PLUS MINUS .... *ſummam tribuunt auctoritatem, quaſi ipſorum martyriorum tempore vel ſub Conſtantini Magni filiorumve ejus Imperio ſculptis, aut deſumptis ex aliqua paris antiquitatis Martyrographia. Mihi vero, dum conſidero, quæ ſuperiori ſeculo homines aliquot phantaſtici ſunt commenti Brixiæ, Italiæ Ciſalpinæ urbe, tam copioſo Martyrum ſanguine ſacratæ, quam parum diſtinctas de ſingulis notitias retinenti, ſicut demonſtravi parte* 3 *Propylei præcitati: dum, inquam, Brixienſia figmenta conſidero, aliquando incidit formidare, ne ſimilis aliquis ſomniator, ætates omnium in Sardinia Martyrum, quorum nomina vel corpora reperit, pro libitu ſuo deſcripſerit in aliquo Commentariolo; eoque vulgato facem prætulerit Epitaphiorum auctoribus.*

D

quod rem valde ſuſpectam facit.

130 *Præterea non ſatis prudenter in Martyrum claſſem recepta ſunt perſonæ plures; quas vel ex ipſis Epitaphiis ſcire poterant Sardi, alio quam Martyrii titulo fuiſſe in arcis ſingularibus conditas; quæ etiam arcæ melius fuiſſent numquam illatæ in Sanctuaria. Talis eſt quæ apud Bonfant pag.* 419 *laudatur, ut elegantior ceteris venuſteque cælata, cum hac epigraphe,* Memoriam Caſſiæ fecit Tocchius, conjugi & matri filiorum ſuorum digniſſ. *Talis quæ pag.* 256 *occurrit, ſed verſibus ab imperito ſculptore perturbatis, quos hoc modo ſculpendos fuiſſe puto:*

Quiſquis honor tumuli, quidquid ſolamen humandi eſt,
Continet iſte locus; conjux quem cara ſuperſtes
Marcello Rufina dedit Leontio, in pace ☧ P

Talis eſt, qua conjugem EMERITAM, *à ſuo uti videtur choro ſeparatam & Sanctimonialibus adjunctam, condidit* LAVRENTIVS CONTRA VOTVM, *ipſam arcam his verſibus conſcribens, in quibus ſculpendis nonnihil etiam peccatum eſt, quod ſic legere & corrigere poſſis pag.* 273.

nec bene creditæ ſunt eæ arcæ Martyrum eſſe, quas ſine ulla Martyrii nota.

E

conjuges conjugibus fecere ante irruptiones Saracenorum.

Hic mihi cara pio tegitur conjuxque ſepulcro,
Emerita, ſanctifico ſemper ſociata pudore,
Bis duodenos fida Deo quæ pertulit annos,
Sanctimoniq; gerit Domino tribuente coronam.

etiamſi aliquam indicent virtutis excellentiam.

Sunt & alia plura apud Bonfant verſibus concepta Epitaphia, quæ ſeculo VII *aut* VIII *compoſita poſſis credere: non item ex iis accipere argumentum Sanctitatis publico eccleſiæ cultu colendæ, licet defunctis tribuant aliquam commendationem virtutis, uti cum Pag.* 302 *legitur,* Hic jacet Maximiana nob & Re. *id eſt* nobilis & religioſa *aut* Reverenda. Hic poſita eſt Maximiana ea. *quod Bonfanto eſt* Caſta *& pag.* 303 Hic jacet B.M. Bonifacia R.F. *quod ab eodem explicatur* religioſa femina. *Sic pag.* 285 Bonæ memoriæ innocenti ac pudicæ Fauſtinæ, quæ vixit annis XVI, Sanctus ſponſus quieſcenti in pace *Epitaphium ponit, ubi* Sanctus *ſeu* Sancius *nomen viri exiſtima, ſatis uſitatum Hiſpanis medii ævi; nec diſſimile pag.* 283 Bonæ memoriæ innocenti Amantio, qui vixit annis VIII dies ſex, quieſcenti in ſinu SS. Abrahæ Iſac & Jacob, in pace Xti Dmñi. ꝑs (*poſitum*) VIIII Kal. Jan.

F

etiam quos Martyrum non eſſe probat nota Indictionis:

131 *Adde prædictis ex pag.* 106, *eo dignius relatu, quo minus commode explicatur à Sardis, omnia trahentibus ad ſua de Martyribus præjudicia; ego lacunas video aliter poſſe & debere ſupplere.*

quales titulos Mauruſio peregre mortuo uxor locavit,

TOTIVS BONITATIS ADQVE INNOCEntiæ
MAVRVSI CORPVS HOC IN LOCO MANet
QVIETVM QVI DEBITVM NATVRÆ PEREgre
IN LOCO EXOLVERE IVSSVS EST DIVINO, PETilia
DIE VIII KAL. * NOB. EIVSDEM FVNVS A Dilecta
EIVS BENERIA CONIVGE PVDica curatum
est XI KAL. DEC. VIXIT AN . . . . , ...
quIESCIT hic etiam gemina ejuſdem proles
. . . . RIA MAVRVSii et . . . . . Mauruſii
depoſ. . . . . IANNVarii

aut novis confectis cum expreſſione ætatis,

** id eſt* NOVEMBRIS.

majori pietate quam certitudine collectis undecumque titulis,

C

Nempe, *uti teſtatur Bonfant, præter grandiorem loculum unum,*

A *unum, minuſculos duos continebat hæc arca; ut proinde reliqua Epitaphii pars intelligenda ſit egiſſe de gemella prole, quæ ut patri contumularetur ex priori ſepulcro, in quo ante ejus mortem jacuerat, tranſlata forſitan eſt. Imaginationi ſuæ pluſculum indulgentes Sardi, ubi puto legendum eſſe* Peregre *in* 3 *linea, legunt* per martyrium; *& ubi exiſtimo poſſe intelligi nomen urbis, ubi* Mauruſius *iſte in templo obiit, exprimendo (exempli cauſa)* Petiliæ, *quæ eſt urbs Brutiorum in Apulia; Bonfantus, ut tertium jungat* Mauruſio *&* Veneriæ *(tamquam uterque hic conderentur) legit* Petro, *nulla habita ſenſus integrandi cura: quin imo Mauruſium ipſum putat annue cultum fuiſſe in Sardinia, ſed cultum ejus per ignorantiam vulgi, in cultum S. Mauri Abbatis commutatum eſſe.*

ipſi & geminæ proli,

ac forſitan alteri filio Lelio:

132 *Qui tam facilis ad conjecturas fuit, potuiſſet majori cum ſpecie veri præcedens Epitaphium, quod æque puelli Martyris eſſe credidit, ſic explicare, tamquam is fuiſſet filius ejuſdem Beneriæ ex ſecundo thoro. Siquidem Mauruſii arca inventa eſt infra aliam, inſcriptam ut ſequitur:* ✠ Hic jacet in pace Lellus Beneme. *Quidni enim* Beneriæ *corrigas, potius quam ſuppleas* benemerens *aut* benemeritus? *quod elogium puero non convenit,* qui, *ut ſequitur,* vixit ann. v menſ. xi dps (*id eſt* depoſitus) xv Kal. Aprilis Ind. vii. Habeat partem cum Geſi,

B qui iſtũ locũ boluerit biolare. *Non eſt quod te moneam per* B *intelligere* v: *ſatis eſt ſi jubeam advertere animum, an in tali Epitaphio aliqua Martyrii ſpecies vel umbra appareat; quam etiam nullam invenies in eo quod pag.* 368 *habet Bonfant, verſu ſatis eleganti conceptum: cujus, injuria temporum mutilati, unum alterumve defectum facile hoc modo ſupplebis,*

Simplicię magnum retinebunt ſecula nomen,
Quæ feſtinatis fatorum ſtamine metis
Bis denis ſextum conjungere cœperat annum, *ut*
Redderet Octobres animam moritura kalendas.

multo minus probandi tituli recentiores

133 *Atque hæc dicta de vetuſtioribus ante Saracenorum invaſionem ſepulcris, hominum quidem piorum, ſed Sanctis minime adſcribendorum; magis valere debent in multo poſt mortuorum nobilium monumentis, ſi qua forte occurrant. Tale autem eſſe videtur, quod in Eccleſienſis urbis ædicula quadam ſacra inventum eſt ſub gradu altaris, & olim fortaſſe altari ipſi pro tabula ſervivit (hoc enim ſuſpicari facit tum magnitudo, quæ eſt palmorum in longitudine quinque, trium in latitudine, tum inſculptæ cruces, grandior una in medio, minor ad ſingulos angulos) ubi circum extimam oram per tria latera (nam quartum in fronte vacat) deſcriptæ leguntur hæ littere* ✠ A.D.MCCCXXXVIII

C HIC. IACENT. BA. CC. IAVMEVS SAT. IACORIVS. *Annum ſepulturæ notatum hic crederet alius: Sardi perſuaſi, litteris* BA. CC. beata corpora *indicari, annum intelligunt tranſlationis & litteras* SAT. *interpretantur* Sanctus: *ſolum dubitant Confeſſoreſne an Martyres cenſendi ſunt, quorum ſub eo lapide reperta ſunt oſſa: & Martyres eſſe definit Eſquirrus, quia inquit in ſepulcro jacebant clavi aliqui; & ſi forent Confeſſores, extaret Canonizationis memoria. Itaque ſine hæſitatione tranſlata in novam arcam oſſa, deportata fuerunt ad S. Claræ ædem, eo loci cathedralem, ſplendido cum apparatu, ubi nunc coluntur. Quam id prudenter, viderint Sardi. Ego conſiderans nomen* Jaumeus, *quod non abludit ab Arragonico* Jaymes, *id eſt* Jacobus, *ſi pari utar conjectandi libertate, dicam clavos eſſe eos, quibus commiſſi fuere ſarcophagi lignei, una cum carnibus conſumpti; in quibus ſarcophagis jacuerint vel* Baccalaurei *duo (vereor enim ne puncta ab Eſquirro addita pro arbitrio ſint, præter ſeculi* xiv *morem, puncta ſæpe nulla notantis) aut* Barones Clariſſimi, *quorum unus fuerit* Jaumeus *cognomento* Satia; *alter* Corius *notum Mediolani in Italia nomen, cujus cognomentum attriverint ſacrificantium pedes, prius quam ſuppedali tabula lapis iſte obtegeretur: ambo vero mortui ac ſepulti ſint ad pedem ejus quod erexerant & dotarant altaris, anno Domini* MCCCXXXVIII. *Conjecturæ ſunt hæ, nec probo hiſtorias in conjecturis fundatas; ſolum oſtendo, quanto juſtius exigam ne in iis fundetur Sanctorum antea ignotorum cultus.*

per conjecturas explicati.

AUCTORE D. P.

Arcæ aliquæ veteres quidem ſunt, ſed forte ethnicorum

134 *Quod ſi in hujuſmodi Epitaphiis non ſunt idonea ſanctitatis probandæ argumenta, nec propterea debuerint cum iis reperta corpora inferri Sanctuariis; multo minus id fieri debuiſſet nonnullis, de quibus dubitare poſſis, an vere ſint corpora Chriſtianorum. Sic intra eam arcam, in qua (ſicuti ex titulo apparuit) inventum eſt corpus* B.M. Luciani, qui vixit annis pl.m. Lxx, qui fuit in pace poſitus v Kal. Junii, *uti habetur pag.* 63; *inventum eſt aliud corpus longe minus, quod (ſicut dicitur pag.* 77) *ſuppoſitum capiti habebat titulum, cui primum inſculpta erat anchora, deinde hæc verba* M. Antonius appelles *(lego* appellens) exitum, *id eſt exſcenſionem in terram,* fecit Venuſtæ conlibertæ ſuæ, quæ vixit annis xi. *Bonfant omnino credit undennem hic notari Martyrem, cui nomen* Antonius Appelles *fuerit; mors autem in mari pro Chriſto obtigerit, ligata ad collum anchora: cetera Epitaphii verba ne examinat quidem. Ego vero nudum anchoræ jactũ in appulſu navis factã intelligo, quando exſcendens aliquis* Marcus Antonius, *potentis cujuſdam viri libertus, collibertam ſuam* Venuſtam, *in ipſo navigationis curſu mortuã, tumulavit cum ejuſmodi Epitaphio, in quo nec Chriſtianitatis apparet veſtigium. Nec ſi centena ejuſmodi Epitaphia inveniam, abſque* ✠ *anchoram in fronte habentia, aliud credam, quam ſignum in ſimili caſu ethnicis uſitatum id eſſe.*

E

qualem etiam Ravennæ invenimus,

135 *Cum anno* MDCLX *veniſſemus Ravennam; &,* xx *die Novembris ingreſſi ornatiſſimum templum novi Claſſenſis intra urbem monaſterii, adoraviſſemus ſub majori ara quoddam corpus ſacrum, illic depoſitum & decentiſſime conditum à quodam Cardinali Legato; admoniti, eſſe* S. Argyridis Matronæ & Martyris Græcæ, *cujus ibi feſtum quotannis ageretur die* xxiv *Aprilis, ducti ſumus poſt altare, ut ſpectaremus marmor, tres aut quatuor pedes longum, altum vero unum, quod cum corpore illo pariter allatum fuerat, his inſcriptum notis:*

ΓΑΥΚΙΤΑΤΗ ✠ ΓΥΝΑΙΚΙ
ΑΡΓΥΡΙΔΙ ✠ ΤΡΟΦΙΜΟC
ΑΝΗΡ ✠ ΕΤ. ΕΣΗ ✠ Λϛ.

Rogabant adſtantes ut ipſum ſibi Latine redderemus; hanc ergo interpretationem eis ſcriptam reliquimus. Duleiſſimæ mulieri Argyridi, Trophimus maritus. an. vixit xxxvi, *monuimuſque removendum à templo videri ſaltem lapidem, qui natus eſſet ſcandalum parere intelligentibus; & mulieri forſan ethnicæ poſitus, ac deinde à Chriſtianis fuiſſet allatus in cryptam, ut alicujus Martyris loculo claudendo ſerviret pro latere. Nam illa Corda (iſtic enim ubi nos litteram* ✠ *poſuimus, notula quædam erat, aliquam ſpeciem præbens tranſfixi cordis) ſi vere ſunt corda, ſolum eſſe indicia doloris, quem maritus hauſerit ex jactura tam caræ conjugis: quod in aliis pluribus ethnicorum epitaphiis videre erat, & nunc ſæpe invenimus apud Bonfant, potiſſimum pag.* 299, *ubi poſt ſingula pene verba, velut totidem ſuſpiria, cor notatur modo ſimplex, modo lineola trajectum ut telo: quod qui putarent eſſe Martyrii ſignum, vehementer fallerentur.*

& ab eccleſia removendam ſuaſimus.

F

136 *Extat apud nos dono Ioannis Iacobi* Chriſſleti *enchiridion quoddam, exiguæ molis, manu ſtudioſiſſimi juvenis Philippi Winghii Lovanienſis conſcriptum totum, ante annum* MDXCII, *ubi is infinita propemodum Romanarum antiquitatum monumenta ſacra profanaque, Græca ac Latina, collegit: inter quæ videre eſt titulos ſepulcrales non paucos, ejuſmodi notis inſignitos, abſque ullo Chriſtianitatis indicio: & talem quidem exhibebat tabella, Romæ apud Carpos ab eodem inventa, atque hoc modo ſculpta.*

✠ D

AUCTORE D. P.

D M.

AVR. ZOTICO. VENE. MERENTI. COIVGI.

FECIT. AELIA. RESTVTA. COM. QVEM. BIXIT.

ANNOS. X.

Vbi ante litteras D & M, *quas* DIIS MANIBVS *ſcriptas vides, poſita cordis transfixi nota, aliud omnino deſignare non poteſt, quam gemitum vel ſuſpirium: licet alibi ſubinde prorſus otioſa illa ſit, aut loco interpunctionis dumtaxat uſurpata. Neque mirum alicui videatur, quod ſignum iſtud transfixi cordis negem Martyrii indictum eſſe, quando nec eâ quidem virgulâ, quas vulgus* Palmas *interpretatur,*

hæc etiam palmæ Martyrium notant



quaſque in ejuſmodi lapidibus frequentes videre eſt, & in Ravennati iſto fortaſſe vidimus, ad id ſufficiat: quippe quæ non ſint palmæ triumphalis, ſed funebris cupreſſi notæ. Imo, quamvis veræ eſſent Palmæ, martyrium tamen nequaquam notarent, uti exemplo luculentiſſimo probari poteſt ex Baronio, *ad annum* CCCLXVII *exhibente Epitaphium* Flaviæ Jovinæ filiæ Fl. Jovini *iſto anno conſulis, ſupra quod ampliſſima in forma deſcribitur Chriſti monogramma, corona veluti laurea eleganter circum ornatum, erectis utrimque, duobus grandibus è palma ſeu lauro ramis: dicitur autem quod* vixit annis tribus, diebus XXXII, depoſita Neofita in pace XI kal. Octob. *Quæ omnia auferunt ſuſpicionem martyrii, ex illis ramis & corona forſan apprehendendi, qui proinde nec alibi (ſi aliud nihil adſit) fundare eam poſſunt. Sapienter proinde Congregatio, ſuper Indulgentiis ſacriſque Reliquiis Romæ conſtituta, decretum ſuum anni* MDCLXVIII *die* X *Aprilis ſic concepit; ut* Palmæ *eiſque junctum* vas ſanguine tinctum, *haberentur ſimul pro* ſignis certiſſimis *verarum Reliquiarum*; aliorum vero ſignorum examen in aliud tempus rejecit: *in eoque res hactenus ſtetit, ſicut comperio ex Epiſtola Cardinalis Riccii ad Epiſcopum Cardinalem Lucenſem, qui ſimul ambo dictæ conſultationi ante ſuam promotionem interfuerant. Porro cum Ravennati Archiepiſcopo innotuiſſet noſtrum de lapide iſto judicium, prædictam Congregationem conſuluit, & (ut idem Cardinalis Riccius ſcribit in præcitata epiſtola, data ultimo Ianuarii* MDCLXXXII) *reſponſum accepit, non ſolum amovendum lapidem, ſed ipſum quoque illud* corpus, *quod Martyris eſſe nullo jam certo argumento patebat,* reſtituendum Domino Cardinali qui ipſum donaverat. *Quod executioni mandatum eſſe cum non dubitem; crediderim quoque Claſſenſes Monachos curaviſſe, ut certius aliud corpus acciperent, quod mutatis mutandis ſubſtituerent in locum prioris corporis, ne tantus apparatus ac ſumptus in altari exſtruendo factus ſuo fine fruſtraretur.*

B

Abſtinendum ergo à conjecturis,

137 *Viderint Sardi, hoc an alio modo conſultum velint puritati religioſi atque eccleſiaſtici cultus, quam haud modice inquinarunt majores eorum, prædictis & aliis ſimilibus Epitaphiis tam facile honorem dando, quaſi eſſent Sanctorum Martyrum teſtimonia certa; ipſi vero ea nunc etiam interpolarunt indecentius, tot nova feſta Sanctorum nequaquam certorum aſſumendo. Locum habeat apud antiquitatum Romanarum eruditores licentia conjectandi, & mutilos lapidum mutorum apices interpretando noſtræ ſe jactent ætatis Oedipi, oracula & tripode à ſe fundi arbitrantes, quoties haud inepte videntur hariolati. In his ſi erratur, aut in diverſas abitur ſententias, erratur ſine piaculo, diſceptatur ſine ſcandalo ſimpliciorum: in rebus ſacris utrumque aliter evenit. Abſtineant igitur à conjecturis in re ſacra, qui procul manere à ſuperſtitione in religionem invehenda volunt. Nam cur ego titulis, quos efferunt Calaritanæ cryptæ, ſemper credam de nota Martyrii, non autem aliis, initio libri* 12 *apud Bonfant, acceptis è Commentariis Ioannis Bapt. Fonteii de Priſca Caſiorum gente, qui ſpectantur inſcripti baſibus columnarum in eccleſia S. Nicolai in Vidriano, neſcio an in eadem Sardiniæ aut alibi in Italia? In una legitur D. M. EGNATIAE: in altera* D. M. IVLIAE TICINI MATIVS RESVS SORORI BENEMERENTI TVMVLV FECIT. VIX. AN. XXXXV FRER PIVS POSVIT. *Has, prius quam admoverentur ſuſtentandis columnis, fuiſſe non* Deo Maximo, *ſed* Diis Manibus *poſitas aras, nemo talium rerum peritus dubitaverit,* Divæ Martyri *dicatas nec ipſe quidem Bonfant cogitare audet. Sin autem reprehenſionem mereretur qui ſic interpretans,* Egnatiam *ac* Juliam *prædictas pro ſanctis Martyribus honorandas contenderet; an poterunt reprehenſionem effugere, qui in eo, cujus ad Februarium facta mentio, lapidis fragmento legentes non amplius quam has paucas litteras, ... ORIE CECILIA ... NOS SVINV A GINI A (quæ modica correctione adhibita, ad aliorum ſimilium Epitaphiorum exemplum, legi & ſuppleri potuiſſent,* BONE MEMORIE CECILIA VIXIT ANNOS QVINQVAGINTA) *maluerunt* Ceciliæ, *tamquam Martyri jam ſatis demonſtratæ, addere ſocias* Suinuam & Giniam, *atque earum memoriam annuam feſtive agendam à* Clero *decreverunt?*

D

138 *Quid? quod ex indiciis etiam imperfectioribus, quandoque præſumpſerint definire nomina, & quidem minime congrua prætenſæ antiquitati. Inventus erat in prima prædictarum cryptarum loculus profundus ac plenus oſſibus, adeo ut ſola capita (quæ partim integra, partim comminuta apparuerunt) viderentur eſſe triginta quinque: nec dubium eſſe debebat, quin iſthic compoſita omnia fuerint, tamquam Reliquiæ certæ Sanctorum Martyrum: aderat enim titulus marmoreus, palmum dimidium in quadro habens, & utrimque ſic notatus prout exprimitur ab Eſquino pag.* 273,

E

quam eorumdem fragmentis explicandis:



Legunt Sardi Beatorum Sanctorum Martyrum numero triginta quinque Federicus, Fabianus Leonardus, & aliorum Sanctorum. *Si antiquos Martyres eſſe credebant ſub Romanis Imperatoribus,* Flaccum *aut* Floſculum, Atricanum *vel* Afranium, Lepidum *aut* Lucidum *oportuerat cogitare, aut quidvis potius quam Teutonica nomina, uſque ad ſeculum* XI *Sardis ignota: quibus ſi locus detur, plurima ſuggeret eadem ipſa Teutonica lingua, ad characteres iſtos æque facile aptanda.*

ad quod vel non ſerviunt Teutonica nomina.

F

139 *Ob eamdem nominum Teutonicorum formam, recipere non poſſum, tamquam antiquos Martyres & Sulcitanos Epiſcopos, duos illos, quorum corpora in villa Tartalienſi ſepulta, inventa aſſerit Bonfant pag.* 410 *ſub hoc Epitaphio* Hic jacent hujus aulæ Præſides duo bonæ Memoriæ, Aymus videlicet & Albertus, ſancti, ſanctiſſimi. *Vbi ego Martyrii notam nullam video, & nomen* Præſidis *exiſtimo gratis pro titulo Epiſcopi accipi. Tartalienſem certe eccleſiam nemo dicet fuiſſe* Cathedralem. *Quin ergo nativo ſenſu accipimus omnia, credimuſque illius ipſius eccleſiæ, intra quam ſepulti quieſcebant* Præſides, *id eſt Præpoſitos vel Curatores fuiſſe? non ex antiquis ante Saracenos Chriſtianis, ſed ex poſterioribus ſub Piſano Dominatu, qui religioſa vitæ meritis inſignes aut etiam miraculis, poſt mortem, meruerint cum tali elogio tumulari; & aliquem ibidem cultum habuerint, non quidem plenum ut Sancti canonizati, ſed minutum & notæ inferioris, qui citra Apoſtolicæ Sedis decretum tunc obtinebatur, tamquam* Beati. *Hoc autem vel id eo libentius monemus, quia forſitan adhuc res integra eſt, nulla dum factâ corporum iſtorum elevatione aut tranſlatione, neque die aut titulo deſi-*

vel indicant multo poſteriorem ætatem:

tam in aſſerenda nominum ſic repertorum ſanctitate,

nito

A nito ſub quo coli deinceps poſſint: judicarem enim, ſi colendi ſunt, colendos eſſe ſolum ritu Confeſſorum, necdum plene canonizatorum.

uti etiam indicat titulus Archiepiſcopi.

140 De Calaritanis Archiepiſcopis, quorum hi reperti cum corporibus tituli apud Bonfant pag. 158, B. M. Florius Archpus, qui decoravit fide domum Dei altiſſimi. pag. 161 B ... Eſtutus Arch .... ſanctæ Cara ..... etiæ, qui vixit annis plus min. LX .... ſedit Cathedra an ..... quiebit in pace ſub d ..... pag. 278 ..... B. M. Bonus Arc ..... al. qui vixit annis ..... K. Martias ind. tertia dec. pag. 245 Hic jacet B. M. Vivianus Archiep. pag. 316 .... M. Felux A ..... Karabit ..... pl. M. XC. De his inquam omnibus ſimiliter dixerim, Confeſſores habendos, ſucceſſores S. Luciferi; & quidem ex poſtremis ante Saracenos, quando jam uſitatior erat titulus Archiepiſcopi; iiſdemque tempore præferendos, ſi qui alii in ſimilis notæ Epitaphiis inveniantur, cum indicio Caralitanæ eccleſiæ, dicti ſimpliciter Epiſcopi. Vbi nullum eccleſiæ certæ invenitur argumentum, ſed nudum Epiſcopi nomen; in medio relinquam, ſitne talis Epiſcopus Sardis annumerandus an vero Afris, de quibus Primus Archiepiſcopus Cabillonenſis, in ſua Topographia Sanctorum ad verbum Caralis: Hic

Epiſcopi partim Sardi partim Afri fuerunt,

B 200 Epiſcopi Africæ per Hunnericum Regem Wandalorum exulant.

& in Epitaphiis quandoque diſtinguuntur.

141 Ex Calaritanis antiquioribus, forſitan ante Luciferum, videntur fuiſſe Gregorius & Paulus, quorum in ſacello S. Stephani Baſilicæ S. Saturnini inventus titulus prænotata cruce Primatiali; quo intelligitur non eſſe antiquus titulus, ſed qui præſumi poſſit ex antiquis fideliter tranſcriptus ſub Piſanis, quando in unum collocata ſunt tria corpora, ut ſequitur: HIC IACENT B. M. GREGORIVS EP. V. A. P. M. (id eſt, vixit annis plus minus) LX, ET SOCIORVM (barbare pro & Socii) PAVLVS EP. V. A. LII ET B. M. CHRISTINA Q. V. A. LII quorum corpora Bonfant pag. 549 dicit impetrata aſportataque à Iuliano Iancardo Presbytero Genuenſi ex Alaßio, ripæ occiduæ vico amœno: qui ea illuc tranſtulit, & intra eccleſiam S. Ambroſii in capella Deiparæ, Iancardæ familiæ propriæ, collocavit cum maxima celebritate die VII Februarii: quo die ſi annue recolantur, præſtaret omitti titulum incertum Martyrii.

142 Ex Africanis aliqui nominatim, & quidem cum titulo Martyrii, fortaßis propter mortem in exilio obitam, exprimuntur pag. 520 hoc modo:

C *Afrorum uni perperam datum nomen Ludovici.*

✠ S. IANVARIVS EPP. ET M.
S. LVDOVICVS EPP. ET M.
ET S. EGIDIANVS EPP. ET M.
SVNT AFRICANVS.

Vbi Epitaphiorum poſterus collector ſub Piſanis (nec enim antiquiores credi poſſunt ejuſmodi pluribus communes tituli) minus peccaſſe videtur ponendo Africanus in ſingulari, quam ſcribendo nomen Ludovici; quod, æque ac ſupra nomen Leonardi, dicendum eſt irrepſiſſe per ineptam conjecturam nominis, olim forte non integre ſculpti, ſed per initiales dumtaxat litteras, aut alias compendiarias notas. Inventionis & tranſlationis hiſtoriam invenies apud Eſquirrum lib. 3 cap. 12 ſub nota anni MDCXX, diei XVII Iulii, quando Calari feſtum eorum agi ſcribit Bonfantus: quod propter expreſſius additum titulum S. magis probari poſſet, quam de aliis multis, pro quibus ſolum B. M. nihil tale infert.

AUCTORE D. P.

143 Nos tamen etiam ab his, in opus noſtrum inferendis, cum bona Sardorum venia, abſtinebimus; quando non niſi rarius mentionem deinceps faciendam cenſuimus, eorum etiam Martyrum, quorum corpora aut corporum partes notabiles ad hujus noſtræ Domus Antverpienſis templum, & aliorum ubiq; ordinum oppidorumq; eccleſias, advecta habemus, aut ſcimus ex Romanis cœmeteriis allata eſſe hoc aut ſuperiori ſeculo, & ſuis quæque diebus cum eccleſiaſtici officii & Miſſæ cultu exponi in altari. Non quia dubitamus de veritate tituli (nec enim neceſſe hic habemus Romanis judiciis, quibus ea probata, inferere noſtrum) ſed quia nobis, hiſtoriæ eccleſiaſticæ & antiquitatis illuſtrationem profeſſis, parum convenit augere molem operis, jam nunc nimium excreſcentis, conquiſitione eorum, quorum nuda nomina nunc primum de ſub terrâ eruta, aut etiam ab inventoribus corporum recenter impoſita, nihil admodum faciunt ad noſtrum inſtitutum. Hiſtorias enim donationum tranſlationumque, ejuſdem fere formæ ac ſtyli inſtrumentis comprehenſas, identidem iterare, faſtidioſum plane atque inutile foret.

Sicut autem in hoc opere omittimus noviter acceptos à Romanis erypti-

E

ita recens annuntiatos à Sardinia præterimus ſine præjudicio eorumdem.

144 Liceat ergo circa Martyres & Cõfeſſores Sardos ſic verſari, ut tunc ſolũ de iis agendũ nobis judicemus, quãdo revelationis, inventionis, tranſlationis hiſtoria ſingulares aliquas continebit circumſtantias, propter quas additas, notitiæ ex vetuſtibus ſcriptoribus habitæ, eximi mereantur à turba Sanctorum innominatorum, vel nomine tenus dumtaxat cognitorum; quorum nihilominus juvari meritis, & conſortiis optamus aggregari; triumphos ipſorum de mundo ac dæmone iſtic cognituri, ubi abſque formidine errandi eos liccbit legere, in libro viventium ipſius Dei manu deſcriptos, una cum cujuſque morte, ætate, ordine, patriaque. Non deſunt in ipſa Sardinia, atque etiam Calari, viri eruditi ac moderati, quibus Eſquirri atque Bonfanti ſtudium, pleroſque omnes de quibus agunt fuiſſe Calaritanos contendentium, minime probandum videtur; nihil dubitantibus, quin ex aliis quoque locis Sardiniæ, imo & ex Provinciis Imperii aliis, multi pro Chriſto Martyrium ſuſtinuerint, non tantum ſub ethnicis Imperatoribus (ad quorum annos à Bonfanto omnes revocantur) ſed etiam ſub Saracenis aliiſque barbaris. Iidem, cum hæc viderint, futurum ſpero ut nobis facile aſſentiantur, multis tribui Martyrii lauream, quibus Confeßionis aut Virginitatis titulus ſolus ſufficeret. Quin etiam judicaturos confido, inter eas quæ nunc monſtrantur inſcriptiones, eſſe haud paucas ambigui intellectus fideique incertæ, quas propter memoriam vetuſtatis in doctorum hominum muſæis præſtaret, quam in eccleſiarum ſacrariis cuſtodiri.

F

ACTA SANCTORUM

DE SS. THALASSIO ET MARCO

EREMITIS APVD GRÆCOS.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

G. H.

Eorum notitia ex Ms. Synaxario, an & quomodo eos distinguat ab aliis ejusdem nominis?

XX MAII. *Elatus à nobis ad* XXII *Februarii est* S. Thalassius *Anachoreta juxta Cyrum in Syria, quem ibidem in colle degentem cum S. Limnæo discipulo, sæpius invisit Theodoretus Episcopus Cyri, ex cujus Philotheo cap.* 22 *breve ejus elogium dedimus. Nunc dubii hæremus, sitne ab eo distinguendus, qui hodie celebratur* Thalassius, *in Mss. Menæis Divione apud Patres Societatis Iesu servatis, & dicitur* in pace quievisse. *Quia tamen additur distichon, quo videtur indicari, habitasse in sepulcro, quod de altero non legitur; eum, ut diversum, sub tali cautela hic ponimus. Ipsum Distichon hujusmodi est, alludens ad nomen* Thalassii, *ἀπὸ τῆς θαλάσσης, id est* Mari, *sumpti.*

B

Ὁ Θαλάσσιος καὶ καλοικήσας τάφον,
Βλύζει θαλάσσας χαρίτων ἐκ δὲ τάφου.
Etiam in sepulcro commorans Thalassius,
Mare gratiarum fundit ipso è sepulcro.

Ambigua, ut vides Aoristi καλοικήσας significatio, dubium relinquit dicaturne Thalassius *olim habitasse vivus, an vero mortuus habitare sepulcrum. unde profluit gratia curationum: ideo per me licet, ut hic dicta posteri referant ad* XXII *Februarii. In Ms. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quod Parisiis ex Collegio nostro Ludoviciano utendum accepimus, etiam hoc die, & XXII Maji in Mss. Mediolanensibus Bibliothecæ Ambrosianæ, indicatur* memoria sancti Patris nostri Thalassii, *quod de uno eodemque, cujus jam meminimus, libenter accipimus plura qui repererit, gratiam posteris faciet, majus lumen subministrando.*

2 *Eadem Divionensia Menæa hoc* XX *Maji, Mediolanensia vero ad* XXII, *referunt* S. Marcum Eremitam, *asseruntque in* pace quievisse: *in prioribus autem adduntur hi versus:*

C

Δίδωσι Μάρκῳ τῆς Ἐδὲμ κῆπον μέγαν,
Ὁ κῆπον εὑρὼν εἰς ταφὴν Χριστὸς πάλαι.
Sibi qui sepulcrum reperit intra hortum Deus,
Hortos Edemi maximos Marco dedit.

3 *Hactenus illa Mss. De alio monacho* Marco, *viro sancto & docto, qui traditur è manibus Angelicis sacram Eucharistiam solitus accipere, & multos libros conscripsit atque hyænæ cæcæ oculũ restituit, egimus ad* V *diem Martii, dedimusq; quæ referuntur de eo in Menæis excusis & Ms. Synaxariis: in quibus etsi ad hunc diem de* S. Marco *non agitur, tamen hic relatus videtur ab illo distinguendus. Occasione dicti* S. Marci *egimus etiã* V *Martii de altero* Marco, *Silvani discipulo & Scriptore antiquario, qui etiam litteram imperfectam reliquit. Sed is ab aliis* VII *&* XVIII *Octobris commemoratur.* *Alius S. Marcus relatus 5 Martii,* E *alius 7 & 18 Octob.*

4 *In Prato spirituali Ioannis Moschi libro* 10 *de Vitis Sanctorũ Patrum c.* 13 *profertur* Vita Marci Anachoretæ *his verbis:* Dicebant de Abbate Marco Anachoreta, qui morabatur prope monasterium Penthucula per annos sexaginta tres, quod hanc habuerit virtutem hebdomadas integras jejunandi, ita ut putarent quidam eum sine carne esse. Operabatur autem die ac nocte, & distribuebat pauperibus omnia, neque ab aliquo quidquam accipiebat. De hoc audientes fideles viri, venerunt ut darent ei agapen, & ait ad eos: Non accipio, quia manus meæ nutriunt me, & eos qui propter Deum ad me veniunt. *Hæc ibi. Non tamen continuo affirmamus de eo agi ad hunc diem, sed ostendimus solum istius nominis viros plures illustres fuisse. Suspicari interim quis posset, quod ille Ioanni Moscho laudatus cultura horti sui se aliosque aluerit, & huc respiciens distichi illius Auctor, ipsum hoc die voluerit Fastis sacris adscriptum; licet fortassis diem ignoraverit, quo is obiit.* *alterius Acta sunt ista.* F

DE SANCTO ANASTASIO,

EPISCOPO BRIXIENSI IN ITALIA.

G. H.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

De ejus cultu, translatione, ætate, profectione in Africam, an & in Hispaniam?

CIRCA AN. DCIX. *Festum sancti Episcopi sui* Anastasii *celebrat hoc* XX *Maji Ecclesia Brixiensis, estque ei ædes campestris dicata in pago* Horella *ad Navilium fluvium, ubi ejus die festo frequentes populi conveniunt. Sacra ejusdem memoria eodem* XX *Maji inscribitur sacris tabulis hodierni Martyrologii Romani, relata etiam à Petro Galesinio in suo Martyrologio, & Philippo Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ. Rampertus Episcopus Brixiensis anno* DCCCXIV *creatus in tractatu de Translatione S. Philastrii ad* XVIII *Iulii illustranda, recenset ordinem decessorum post S. Philastrium Episcoporum, ubi nominantur successive* SS. Dominator, Paulus II, Paterius, Anastasius, Dominicus: *Ex quibus (uti habet Ioannis Francisci de Florentinis Presbyteri Brixiensis Catalogus Ms. Episcoporum, à Bernardino Fayno, Martyrologii Brixiensis auctore, nobis communicatus)* SS. Dominatoris, Pauli, Anastasii, & Dominici corpora, quæ primum in S. Andreæ ecclesia jacuerant, ab æde S. Stephani in arce, quod ibi sine congruis honoribus cultuque haberentur, neque piis hominibus ob arctam loci custodiam aditus esset ad venerationem, ubi in arca marmorea, in navi à parte Aquilonari quæ ibidem adhuc extat, à Bernardo Episcopo olim instaurata, S. Carolus Borromæus Apostolicus Visitator anno MDLXXXI, Kal. Novembris de consensu Serenissimi Dominii Rectoribus Civitatis dato, solenni cum supplicatione transferri curavit, in templi maximi eam partem, quæ S. Petro dedicata erat, Domino reservante Antistiti Sanctissimo eximiæ pietatis opus, quod ut fieri posset, ante centum amplius duos & viginti annos, Civitas Jacobo Tertio Oratori suo

Cultus sacer

Huius & SS. Dominatoris, Pauli, Dominici Epp. corpora

A suo Venetias mandavit, ut eum Republica ageret.

2 Jusserat ille antea anno MDLXXX, XVI Martii aream aperiri, assistente ibidem Joanne Delphino Episcopo, & Joanne Antonio Seneca, & Ludovico Monata familiaribus suis, præter Archipresbyterum & Prępositũ Ecclesię majoris, ac maxima multitudine Populi. Sequente vero anno, amplissimo apparatu & religiosissimo cultu, ac totius Cleri ac Populi exultatione, facta Translatio est; non rheda aliqua triumphali, sed (quod omnem excedit pompæ amplitudinem) sacris Pastorum humeris. Sanctus siquidem Carolus & Joannes Delphinus Episcopus noster sacræ sese subdiderunt sarcinæ, ovantesque in præscriptum locum deportarunt, cantata ibidem Missa, & concione habita per S. Carolum, præsente Episcopo. Evenit autem, non sine magna piorum lætitia atque adeo admiratione, ut eum nebulosum cælum multos jam dies, neque sine magnis imbribus esset, sacro feretro extra portam arcis elato, serenum illico redderetur, claraque luce refulgeret. Id quod non semel in hujusmodi supplicationibus, Mediolani à S. Carolo habitis, accidisse constat, in ejusdem Vita ab Episcopo Novariæ scripta l. 3 & 4. Erant tria capita integra tantum: nullus titulus in arca; tantum fama, & Annales. Visitur in arca adhuc tabella ænea, hujusmodi characteribus sculpta. Sacræ Reliquiæ SS. Dominatoris, Pauli, Anastasii, & Dominici, Episcoporum & Confessorum, à Carolo Cardinali S. Praxedis, Borromæo nuncupato, Archiepiscopo Mediolanensi, Visitatore Apostolico, & Joanne Delphino Episcopo Brixiæ huc ex arce translatæ: Gregorio XIII Pont. Max. anno à Christo nato MDLXXXI. Quæ eadem Corpora ex eodem templo, quod destruendum erat, in Altare S. Justinæ Cathedralis Rotundæ translata sunt, anno MDCIV: super qua ara S. Eucharistia servatur, & eminet imago Christi flagellati.

a S. Carolo Borromæo translata an. 1581

iterumque an. 1604.

B

3 Dignum porro fuit, ut Cycnæus hic collis quatuor Sanctorum corpora præstaret, in quo Bargimi Numen prisca celebravit impietas, & ex quo in Urbem fluxerunt errores: quemadmodum testatur sequens Inscriptio, ex areis fossa extracta MDCLXI, Aquilonari parieti ecclesiæ Atrium claudenti inserta, Clariss. D. Francisco Contareno mihi annuente

L. VIBIVS VISGIL NIMPIODOTVS
BERGIMO VOTVM
C. ASINIO GALLO, C. MARTIO CENSOR.
COSS.
L. SALVIO APRO, C. POSTVMATIO COSTA
II. VIRIS QVINQVENNALIBVS.

Anno vero MDCXXXIII Joannes Maria Fenarolus Archipresbyter prædicta capita ex arca extraxit, & ad usum ecclesiæ nobilibus loculis argenteis condidit. *Similia, sed multo contractius, in Notis ad suum Martyrologium* 1 *Novembris habet prælaudatus Faynus; aitque, prioris translationis publicum documentum extare apud Societatem Corporis Domini: ad cujus scilicet altare à meridie chori Cathedralis S. Mariæ Rotundæ posterior translatio facta erat*, præsentibus Domino Marino Georgio Episcopo, Dominis Rectoribus civitatis & deputatis Decurionibus, Dominis Canonicis & frequentissimo populo, die XVI Februarii: *quod alibi nos Faynus docet, & ait patere* ex Instrumento D. Ludovici Calini Cancellarii civitatis. *Porro ut primæ Translationis anniversaria memoria extra Octavam Sanctorum omnium, die* X *mensis Novembris, ab universa Ecclesia Brixiensis celebraretur; idem Divus Visitator statuit, teste in Notis prædicto Fayno.*

Prior translatio recolitur 4 Nov.

AUCTORE G. H.

4 *Omnia prædicta horum Episcoporum Sacram venerationem confirmant. De* SS. Paulo II & Paterio *egimus* VII & XXI *Februarii, de* SS. Dominatore & Dominico *agendum erit* V *Novembris &* XX *Decembris. Quia autem probabile esse censuimus ad Vitam* S. Paterii, *hunc expositionem Scripturæ ex libris S. Gregorii Magni excerpsisse, ipso probante & ad hoc eum animante Gregorio, necessario consequeretur Paterii successorem* S. Anastasium, *circa obitum S. Gregorii, aut paulo serius, promotum fuisse ad Brixiensis Ecclesiæ Sedem; cui dein* S. Dominicus *successerit, Reginæ Theodelindæ unice carus. Certe hunc præfuisse ab anno* DCVII, *usque ad annum* DCXII *tradit Vghellus in Episcopis Brixiensibus: quod suo tempore accuratius erit discutiendum.*

Sedit S. Anastasius circa annũ 604.

5 *Pauca de rebus à* S. Anastasio *gestis supersunt, è quibus in Ms. Martyrologio Brixiensi (quod dono Ferdinandi Vghelli habemus) ista ad hunc* XX *Maji referuntur:* Brixiæ S. Anastasii Episcopi & Confessoris. Hic summa vir religione, incensus studio propagandi Euangelii, cum cives suos Christi disciplinam erudivit, tum peragrata Africa verba salutis & sermonibus & rebus divine gestis ubique disseminavit. *Hæc ibi. Similia habent, & præcipue de ejus in Africa prædicatione Elias Capreolus, lib.* 4 *Historiæ Brixianæ pag.* 65. *Ascanius Martinengus de Sanctis Brixianis, Ioannes Franciscus Florentinus Presbyter Brixianus de Antistitibus Brixiensibus, item ante memorati Galesinius, Ferrarius, Vghellus, Faynus, qui etiam aliqua ex Ms. Historia Ioannis Baptistæ Nasarii transmisit, ubi dicitur disseminasse verbum Dei in regno Neapolitano, & inde profectus in Africam fuisse. Cæterum hi omnes volunt, eum peragrata Africa ad Ecclesiam suam rediisse, & multis cumulatum meritis ex hac vita migrasse.*

aliquando in Africam profectus,

E

6 *Qui nuper Chronicõ sub Marci Maximi Episcopi Cæsaraugustani nomine protruserunt, arrepta occasione profectionis in Africam, transtulerunt etiam* S. Anastasium *ad suam Hispaniam, insuper additis ad finem Canonibus, ubi ista leguntur:* Mirifice florebat memoria S. Anastasii Pontificis Brixiani, qui contra Arianos prædicavit in Italia, & in Africa, & in Hispania, præcipue in urbibus Celtiberiæ. Valeriæ prædicat S. Anastasius, Libanæ, Villæ-excussæ, Cæsaraugustæ, Valentiæ, Salmanticæ, & in aliis urbibus Hispaniæ. *Hæc ibi, quæ Francisci Bivarii Commentario innodantur, & à Tamajo Salazar in Martyrologium Hispanicum ad hunc* XX *Maji fuerunt translata. Nos vero in silentio aliorum judicamus, talia cum reliquo Maximi Chronico non esse digna quæ legantur. Notari interim potest error Tamaji,* Brixiam, *Cenomanorum Cisalpinorum urbem, in Notis collocantis* ad Alpium Rheticarum radices; *ubi fallens memoria* Brixiam *eum fecit confundere cum* Brixina, *Subalpina civitate.*

an etiam in Hispaniam?

F

DE SANCTO AUSTREGISILO

ARCHIEPISCOPO BITVRICENSI IN GALLIA.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De ejus cultu, geſtis à coævo ſcriptis, chronologia vitæ.

ANNO DCXXIV.

INter illuſtriores Eccleſiæ Bituricenſis Antiſtites eminuit, *ex vitæ ſanctitate & miraculorum virtute*, S. Auſtregiſilus, *trigeſimus hujus Sedis Epiſcopus: cujus ſacram memoriam commendant plurimæ Eccleſiæ Collegiatæ & Parochiales, ad ejus honorem olim erectæ. Harum prima cenſeri poteſt in ipſa Urbe* Eccleſia Collegiata S. Auſtregiſili de Caſtro, *in qua ſacrum ejus corpus cum debita veneratione olim adſervatum fuit, nunc ubi lateat & an ab hæreticis combuſtum, non liquet: in Collegiata autem S. Viſini ibidem, adhuc oſtenditur illius Sancti os inſigne. Altera eſt* Eccleſia Collegiata S. Auſtregiſili de Caſtellione, *ſuper Angerem ſive Indriam fluvium, in confinio territorii Turonenſis. Tertia* Eccleſia, B Collegiata ſimul & Parochialis, S. Auſtregiſili, *in Archipresbyteratu Graciacenſi, prope ipſum Graciacum ad Poſonem fluviolum; Parochialis vero* S. Auſtregileti ſive minoris Auſtregiſili, *ipſa etiam in urbe: à qua ne procul evagemur, tantum ſuggerimus eſſe* in diœceſi Lemovicenſi parochiam S. Auſtregiſili, *cujus præſentationem & collationem habet Abbas Dolenſis Burgi, ſuper prædictum Angerem.*

Sub ejus nomine erectæ Eccleſiæ Collegiatæ

& Parochiales.

2 *Res geſtas & miracula, tribus libris comprehenſa, edidit Philippus Labbe, in Collectione Rerum Aquitanicarum tomo* 2 *Novæ bibliothecæ. Sed ſunt hi libri à diverſis auctoribus, & diverſis etiam ſeculis conſcripti. Primus & præcipuus res geſtas* S. Auſtregiſili *in vitâ, ejuſque obitum & ſepulturam complectitur: quem aſſerit dictus Labbe ſe edere ex pluribus codicibus Mſs. probatiſſimæ notæ. Eumdem librum ex codice Ms. Monaſterii B. Mariæ de Regniaco, diœceſis Autiſiodorenſis Ordinis Ciſtercienſis, ſubmiſit nobis R. P. Ioannes de S. Martino Ordinis Fulienſis, dein anno* MDCLXII *vitâ functus. Eumdem habuit Laurentius Surius, qui in gratiam Lectoris ſtylum mutavit. Auctor hujus libri fuit plane coætaneus: ita num.* 14 *referens de piſtore, per panem à S. Auſtregiſilo benedictum ſanato, addit eum* hodie ſuum officium facere. *Dein num.* 16 energumenam *tradit* liberatam, C quæ hodieque in monaſterio B. Bertoaræ recluſa degit. *At liber ſecundus continet potiſſimum miracula adverſus raptores bonorum Eccleſiaſticorum, tempore Eudonis ducis Aquitaniæ; quem librum edidit idem Philippus Labbe, ex veteri & membranaceo codice Eccleſiæ collegiatæ S. Auſtregiſili de Caſtro, nobiſque ſubmiſit prædictus Ioannes de S. Martino, ex indicato Ms. S. Mariæ de Regniaco. Auctor hujus libri non ſatis ſolide in omnibus procedit, uti obſervamus in Annotat. 5. Surius nonnulla hinc excerpſit, & libro priori annexuit. Liber tertius continet* miracula ac virtutes recentioris memoriæ, *uti ſub iſto titulo edidit laudatus Labbe, ex eodem libro Ms. Eccleſiæ S. Auſtregiſili de Caſtro. Auctor Patriarchii Bituricenſis capite* 30 *omnia ex libro primo, varia ex ſecundo, pauca ex tertio edidit, ita ſub finem ſe excuſans.* Reliqua miracula, quæ poſt feliciſſimum obitum ſuum ſanctus Pontifex Auſtregiſilus feciſſe legitur, ne nos iſtud opuſculum juſto longius dilatemus, reticenda eſſe duximus. Verumtamen lectorem ſtudioſum ſedulo commonemus, ea ob virtutis exemplum quærere & legere in Eccleſia de Caſtro, ubi Sacratiſſimum corpus ipſius ab omni populo magnæ venerationis colitur honore. *Eſt autem dictum Patriarchium ſeculo proxime elapſo conſcriptum.*

Res geſtæ 3 libris contentæ

Liber 1 ex Mſs.

auctore coævo,

Lib. 2 ex Mſs.

auctore minus ſolido

Lib. 3 de miraculis recentioribus.

3 *Quarto loco apud Philippum Labbe adjungitur* elogium, olim tumulo illius marmoreo inſculptum, ex eodem libro Eccleſiæ de Caſtro: *quod nos omittimus, quia nihil ſingulare continet præter tempus editi in lucem Sancti. Hic autem ibi aſſeritur natus* tertia Kalendarum Decembrium, feriâ quarta & quartâ decima luna, bis vicenis & primo Childeberto regnantis in anno. *Vbi videtur aſſignari annus Chriſti* DLI, *quando cyclo Lunæ* I *Solis* XXVIII *litterâ dominicali* A, *dies* XXIX *Novembris incidit in Feriam quartam, ac reliqua eidem anno videntur poſſe aptari: cœpit enim Childebertus regnare anno Chriſti* DXI. *Huic autem fundamento ſi liceat aliquid ſuperſtruere, dici poſſet, quod* S. Auſtregiſilus, *cum Sacris litteris fuiſſet inſtitutus (id vero elogium dicit factum* in urbe Turonis *) fuerit à patre deputatus in obſequium Regis Gunthramni, cum annos haberet* XXIIII, *circa annum* DLXXV; *nec potuit ob falſum ſcriptum Betheleni coactus fuiſſe à Rege in duello certare, niſi poſt annum* DLXXXIV, *quo Eccleſia S. Marcelli, in qua tunc oraverat, à dicto Rege Gunthramno fuit conſtructa. Dein poſt alios ſacros Ordines videtur Sacerdos conſecratus circa annum* DLXXXX, *ab Ætherio jam tum Archiepiſcopo Lugdunenſi; à quo Abbas conſtitutus baſilicæ S. Nicetii, ibidem vixit uſque ad annum* DCXI, *quo S. Apollinaris deceſſor ejus vivere deſiit menſe Octobri; cui tunc ſucceſſit, ordinatus* XV *Februarii anni ſequentis. Porro ad eum jam Epiſcopum venit S. Amandus, poſtea Epiſcopus Trajectenſis, cellulæque incluſus tribus fere luſtris pane & aqua corpus ſuum ſuſtentavit. Occaſione cujus* VI *Februarii, ante illius Vitam num.* 75, *accurate ſtabilivimus tempus,* S. Auſtregiſili *& trium deceſſorum ejus; oſtendimuſque ex Gregorio Turonenſi & aliis, S. Sulpitium Severum obiiſſe anno* DXCI, *S. Euſtaſium anno* DCII, *S. Apollinarem anno* DCXI. *Et quia* S. Auſtregiſilus *annos duodecim præfuit Eccleſiæ Bituricenſi, obitum ejus neceſſario referimus ad annum* DCXXIV, *quo mortuus eſt* XIII *Kalendas Iunii ſive* XX *die Maji. Auctor Patriarchii Bituricenſis, in nova Bibliotheca Labbei Cap.* 77, *ſcribit, quod* Septuageſimus ſeptimus Biturigum Archiepiſcopus Guillermus de Broccia *(qui ſedifſe dicitur ab anno* MCCCXX *ad* MCCCXXIX) exhumavit corpus B. Auſtregiſili, & in eadem eccleſia, in qua jacebat, honorifice collocavit, die Lunæ poſt Paſcha, anno Domini MCCCXXIIII.

Natus an. 551.

E *venerit in aulam S. Gunthramni circa an. 575.*

Sacerdos conſecratus an. 590.

Epiſcopus 612,

mortuus 624 F

4 *Solennißima veneratione feſtum ejus dicto* XX *Maji peragitur, non ſolum in variis ipſi dicatis Eccleſiis, ſed etiam in urbe & tota diœceſi Bituricenſi: inſertaque eſt Sacris ejuſdem memoriæ Martyrologiis Vſuardi, Notkeri, Bellini, & variis Mſs. etiam ſub Adonis nomine, & Lucenſi Martyrologii Hieronymiani apographo: ſequuntur autem paſſim recentiores cum hodierno Martyrologio Romano his verbis.* Apud Biturigas in Gallia S. Auſtregiſili Epiſcopi & Confeſſoris. *Longo ex Actis deſumpto elogio exornatur à Sauſſajo.* Ordinatio S. Auſtregiſili in Epiſcopum *celebratur inter propria feſta diœceſis Bituricenſis ad diem* XV *Februarii, & memoratur ſub iſto titulo etiam à Sauſſajo: interim in variis, Mſs. ad dictum diem indicatis, appellatur* depoſitio, *forſan quæ poſt aliquam corporis tranſlationem facta fuerit. Præterea ad diem* XVIII *Februarii inſcriptus eſt cuidam Kalendario Sanctorum Ordinis Benedictini, non antiquo: & ad hunc diem* XX *Maji Martyrologiis monaſticis Wionis, Dorganii, Menardi, Bucelini: imo & liber primus & ſecundus de ejus Vita & mira-*

memoria depoſitionis 20 Maji

& Ordinationis 15 Februarii.

A *etiam apud Benedictinos.*

miraculis ponitur inter Acta ſeculi 2 Sanctorũ Ordinis S. Benedicti apud Dacherium & Mabillonem. Fundamentum inde deſumitur, quod lib. 1 Vitæ n. 7 dicatur ab Ætherio Epiſcopo Lugdunenſi ordinatus Presbyter & Abbas baſilicæ S. Nicetii Epiſcopi & Confeſſoris. *Inde infert Wion* primo fuiſſe monachum, dein Abbatem. *Sed num Baſilicæ illi adjunctum fuerit monaſterium, & quidem Ordinis S. Benedicti, an ſolum iſtic præfuerit Abbas Clero ibidem viventi, non liquet. Conſtantinus Ghinius eumdem cum longo elogio celebrat in Natalibus Sanctorum Canonicorum. Extant aliqua vulgaria Acta SS. Lazari, Marthæ, Mariæ & aliorum, qui dicuntur Maſſiliam appuliſſe, & in his Actis dicitur* S. Auſtregiſilus à S. Petro Bituricas deſtinatus, *uti obſervat Franciſcus Boſquetus lib. 1 Hiſtoriarum Eccleſiæ Gallicanæ cap. 2: quæ tam enormia menda ſatis declarant, quam parum fidendum ſit eorum ſcriptis, qui plerarumque Gallicanarum eccleſiarum exordia conantur quam antiquiſſima facere.*

VITÆ LIBER I

Auctore coætaneo.

B

Ex variis Mss. & editionibus.

CAPUT I.

Adoleſcentia. Vita in aula S. Gunthramni Regis. Sacerdotium.

a b *In aula S. Gunthrami pie vivens*

BEatus *a* Auſtregiſilus, natus *b* Augino patre, Biturigæ civitatis indigena fuit: parentum quidem clarâ progenie, tamen opulentiâ rerum nec multum dives nec indigens, ſed ſufficiens erat ex omni rerum ſubſtantiâ. Cumque à pueritia ſacris litteris fuiſſet inſtitutus, & à minore uſque ad robuſtiorem tranſiſſet ætatem, in obſequium glorioſi Regis *c* Gunthramni deputatur à patre. Ubi non modico temporis ſpatio ſub ſeculari diſciplinâ prudenter militavit: erat enim Regi gratiſſimus, & univerſis commilitonibus amantiſſimus; in tantum ut linteum, quo Rex lotis manibus tergere ſolitus erat, ipſe proferret, & ob hoc Mapparius vocabatur. Tunc vero jam in ſeculari habitu poſitus, eleemoſynis & vigiliis orationibuſque die noctuque vigilantiſſime inſiſtebat, & ad cæleſtem patriam ineffabili deſiderio

c

C anhelabat. Jam in hoc ſeculo fideliter videbatur illi ſervire, cui inhianter in cæleſtibus inſeparabiliter inhærere cupiebat.

invitatur ad nuptias:

2 Aliquando cœpit à parentibus cogi, ut uxorem duceret. Ille vero amore pudicitiæ raptus, & moleſtias nuptiarum devitans, differebat nuptias, dicebatque: *d* In hac causâ experienda eſt voluntas Domini & poteſtas, quia dubium eſt, utrum bonam, an malam ducam. Si bonam, timeo perdere. Si malam; timeo ne poſſim carere. Quid me in dubium vultis venire, & ſuper vacuâ ſolicitudine iis, quæ uſibus mulierum ſunt, implicari? cum poſſim liber vivere, cur me alterius mancipabo ſervitio? Hæc audientes parentes ejus contriſtari cœperunt, & vehementius eum urgere, ut faceret eorum in hac parte voluntatem. Ille autem, ne contriſtare eos videretur, quos propitios & potius ovantes habere cupiebat, ita facturum ſe promiſit; ut ſi eſſet Domini voluntas, faceret quod hortabantur.

d

circa quas deliberans,

3 Cum autem eſſet in miniſterio antedicti Regis, cœpit ſecum voluere de hac causâ, & quærere, quiſnam eſſet ei condignus. Occurrunt ei in mente tres vicini viri, æquales natione & rerum familiarium pari ſubſtantiâ: quorum nomina ſcribens in tribus pittaciis, miſit ea ſuper altare ſub *e* pallâ in Baſilicâ S. Joannis, cominus ab urbe Cabilloni ſitâ, votum faciens, ut tres noctes ſine ſomni perceptione in oratione perſiſteret. Et expletis trium noctium ſpatiis mittens manum, quale Dominus ei admovere pittacium dignaretur, ut cujus in ipſo ſcriptum nomen inveniret, ejus filiam petere deberet; tranſactâ una nocte abſque deguſtatione ſomni, adveniente alterâ cœpit ſomno gravari: & circa medium noctis tempus, cum jam ferre non poſſet ſomni torporem, flexo genu incubuit *g* formulæ, & obdormivit. Et

AUCTORE G. H.

e

g

ecce in viſu aſtiterunt ei duo viri ante altare, ſenes & decori vultu, & ait unus ad alterum; Cujus filiam hic Auſtregiſilus ſponſabit? At ille interroganti dixit: Ignoras, quia jam deſponſavit ſibi uxorem? Ait: Cujus filiam? Reſpondit: Juſti Judicis. In hac viſione expergefactus, cœpit deliberabundus inquirere, quiſnam hic eſſet Juſtus, & quis Judex fuerit, cujus filiam haberet in nuptam.

in viſione diſcit ſibi deſponſandam Juſti Judicis filiam,

4 *h* Cumque non inveniret, dubius de petitione, ibat ſolito ad aulam Regis: pervenitque in burgum, ubi diverſorium habebat, & ibi erat hoſpes ſuus, pauper veteranus cum muliercula. Quo viſo cœpit illa feminula dicere: Hoſpes, ſubſta pauliſper, & referam tibi ſomnium, quod nunc diluculo de te vidi. Videbam me audire magnos ſonitus fragoris, quaſi pſallentium voces, & ajo hoſpiti tuo: Homo, quid eſt iſtud quod audio? num aliqua feſtivitas hodie à Sacerdotibus celebratur, ubi proceſſio fiat? Et dixit mihi: Hoſpes noſter Auſtregiſilus uxorem ducit. Et ego gaviſa, cum ſummâ alacritate progreſſa exivi in plateam, videre puellam, & conſiderare vultum & ſpeciem ejus. Cumque præterirent per hanc plateam Clerici in albis veſtibus, deferentes Cruces & Pſalmos ex more procedentium canentes, ultimus eorum veniebas tu, & reliquum vulgus ſequebatur poſt tergum tuum. Et ego curioſius conſiderabam, & nullam videbam noſtri ſexus adeſſe perſonam, nec puellam quam duceres: & dixi hoſpiti tuo; Ubi eſt illa puella, quam hoſpes noſter accepit? At ille: Nonne vides illam in manibus ſuis? Et ego aſpexi; & aliud non vidi niſi librum Euangelii in manibus tuis. Tunc ille Beatus intellexit, juxta ſuam viſionem & ſomnium mulierculæ, Domini vocatione ad Sacerdotale officium ſe provocari. Cum deinde in palatium perveniſſet, pulſanti ſibi oſtium oſtiarius aperuit: & cum introiret in domum Regis ſolito, ipſe Rex reſponſum impoſuit Pſal. 30.
his verbis, & eo ordine magnâ voce: Poſuiſti Domine in capite ejus coronam de lapide pretioſo. Vitam petiit à te, & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum & in ſeculum ſeculi. Jam ex tunc confirmata eſt in ipſo ſpes fidei de Domini vocatione: cœpitque obnixius in bonis operibus proficere, & de nuptiis ultra ceſſavit cogitare quid ageret.

h

E

F

quam ex alterius viſu intelligit eſſe Eccleſiam.

5 Tunc totius malitiæ artifex & invidus, callidulque hoſtis humani generis, cum videret eum ingenti ardore beatam ſitire vitam, ei cœpit ſuis deceptionibus ſcandala parare, quæ ab iſto ſancto propoſito Dei famulum inhibere poſſent. Erat tunc in palatio Regis quidam poteſtate præditus, homo ferus & ſuperbiæ nimiæ deditus, *i* Bethelenus nomine, qui temerario ordine quiddam de fiſcalibus rebus fraudulenter occupaverat: unde dum argueretur à Rege, oſtendit illi falſam auctoritatem. Quis, inquit, tibi hanc præceptionem dedit? Qui dixit, Auſtregiſilus Mapparius. Accerſitus Auſtregiſilus & interrogatus, quod non fecerat, denegavit. Illis ita diſceptantibus Rex in furorem verſus, juſſit eos ex hoc in campo certare, ut, quis eorum falleret, Domini judicio monſtraretur. Jam advenerat dies inſtitutus

Calumniam juſſus duello purgare,

EX MSS. certandi. Mane ſurgens Auſtregiſilus, clypeum cum jaculo per pueros ſuos direxit in campum, ubi Rex agoniſtas expectare ſolitus erat. Et dum ipſe ad *k* Baſilicam S. Marcelli ſolito more orandi gratiâ pergeret, habuit quemdam pauperem obvium, & quid ei largiretur amplius non habebat, niſi unum trientem: nam & ſi quid ei fuerat, in ſimile opus abierat. Venit illi in mentem Propheticum illud: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus, & non tradet eum in manus inimici ejus. Dato triente ingreditur Baſilicam: præmiſſa oratione vexillo Crucis ſe munivit, quod eſt armatura Dei; fidenſque de ſua juſtitia, & de Domini juſto judicio, imperterritus feſtinanſque ad certamen pergebat.

k

Pſal. 40, 1 *poſt orationem & eleemoſynam in campum venit,*

6 Cum vero ibidem præſtolaretur adverſarii adventum, ecce veniens quidam ex miniſtris Betheleni anhelabundus, & lugubri vultu, nuntiavit Regi mortuum eſſe memoratum Bethelenum. Rex igitur indagare cœpit, tam celer ejus interitus qualiter contigiſſet. Ille his verbis & eo ordine exponebat Regi. Cum veniret ſervus tuus Bethelenus heſterno ad palatium, manſit (*l* ſub Auriaco) & hodie mane cum illuceſceret dies, juſſit ſibi parari equum manſuetiſſimum: quo aſcenſo, tamquam fixus, manebat immobilis. Cujus cum calcaribus latera perforaret, exiliens ſummâ velocitate, cœpit ingenti impetu in diverſa flectere membra, caput jungere pedibus, pedes poſteriores in ſublime excutere: & tamdiu memoratum Bethelenum ventilavit atque concuſſit, donec, velut præciſa arbor, aut ab impetu turbinis evulſa, ab alto præceps in terrâ rueret. Et nec hoc ſatis fuit: ſed vertens ſe equus ille, junctis pedibus percuſſit eũ in cerebro, ita ut cruor per aures & nares perrumperet: uſque adeo [impletũ fuit] in eo, quod ſcriptum eſt, Perdes eos quiloquuntur mendacium: &, Teſtis falſus non erit impunitus. Hoc audito Rex accerſivit ad ſe Auſtregiſilum, & ait ei: Pugnavit pro te Dominus, cujus auxilium fideliter popoſciſti. Mortuus eſt, inquit, Bethelenus, divinâ ultione punitus. Ille vero, non gaudens de interitu inimici, gratias egit Deo, quod ab ejus ſanguine impolluras Dominus ſuas ſervaſſet manus, memorans illum verſiculum pſalmi, Domine reſpexiſti humilitatem meam, & ſalvam feciſti de neceſſitatibus animam meam: nec concluſiſti me in manus inimici, & fidelem famulum tuum ſervaſti illæſum. Jam tunc ſuperna pietas & divina potentia famulum [ſuum], quem dignum Sacerdotem fore prædeſtinaverat, adhuc in ſeculari habitu ab ingruentibus tentationibus diaboli ſalvabat.

B

l *intelligitque adverſarium ab equo dejectum & conculcatum:*

Pſal. 5, 7 Prov. 19, 5

Pſal. 30

C

7 Poſt hæc cœpit ipſe Auſtregiſilus in amore & dilectione Dei attentius in bonis operibus proficere, & Clericatus onus inhianter deſiderare, at pro hoc Regem petere dubitabat. Erat tunc in domo Regis, inter ceteros Senatores præſtantiſſimus, Ætherius nomine, vir prudentiſſimus, & ſingulari cautela prædituſ, cui Rex omnia tractatus ſui arcana præcipue pandebat: qui tunc dignus Epiſcopatu, poſtea Lugduno Galliæ nobiliſſimæ civitati Epiſcopus *m* ordinatus eſt, quique memoratum famulum Dei ſingulariter diligebat: quem Auſtregiſilus rogavit, ut Regis permiſſu peteret ſe ad Clericatus onus venire debere: qui ſuggeſſit, & impetravit. Acceptis Epiſtolis perrexit Autiſiodorum civitatem, ibique à B. *n* Aunacharío Epiſcopo, deciſa cæſarie Clericus effectus, & Subdiaconus ordinatus eſt. Regreſſus inde venit ad memoratum Ætherium: ille, jam Epiſcopatu accepto, benigniſſime eum cum ineffabili gaudio recepit, Presbyterumque & Abbatem Baſilicæ *o* B. Nicetii Epiſcopi & Confeſſoris ordinavit: & ob dilectionem perfectionis, dedit ei de rebus Eccleſiæ coloniam Albiacum, uſibus ſuis profuturam.

m

Sacris Ordinibus ſucceſſive initiatus,

n

o

D

8 Cum autem tempus venit vindemiæ, & jam uvæ erant præcoquæ, exivit B. Auſtregiſilus vindemiam colligere, juſſitque prius parari vaſa, in quibus muſtum reconderet. Quod ut factum eſt, repletis vaſis aliis muſto: una, quam vulgus vocat cubam, ferme viginti metretas capiens, reſedit vacua. Eâdem nocte ex torculari machinâ adhuc extorta eſt muſti fere amphora una: cumque non eſſet alibi ubi reconderetur, juſſit illud vir Dei in illo majori dolio, quod vacuum erat, recondi. Ille in idem cellarium ingreſſus, factâ oratione ſignum Crucis figuravit: & eo mane regreſſo ad Baſilicam, cuſtos *p* Cananæ illius, cum introiſſet in cellarium conſiderare, ſi ſalva eſſent vaſa cum muſto: aſpexit & illud, quod vacuum remanſerat; [& tunc] ſicut reliqua vaſa ſuperexundabat & ebulliebat, tantâ repletione ut deſuper plurimũ muſtum laberetur in terram. Ille tanto myſterio ſtupefactus, è veſtigio ad Baſilicam ad ſanctum Dei hominem excurrit, nuntians hoc ei quod factum fuerat. Ille ſilentium imponens ajebat: Vide, nemini dixeris. Nulli dubium, quod hoc Dominus, pro merito & oratione præfati famuli ſui, operari dignatus eſt.

& factus Abbas S. Nicetii,

p

Signo Crucis vinum multiplicat.

E

9 Poſt hæc cum Dominus vellet eum ad altiora, juxta ſanctum propoſitum ſuum, promovere; eo tempore cum eſſet memoratus Dei homo cum S. Ætherio Epiſcopo in quadam villa, in *q* Janavenſe territorio ſuper lacum, erat haud procul ab ipſa villa caſtellum deſertum, & ab univerſis habitatoribus derelictum: inerant autem ibi Eccleſiæ, & ipſæ fere ſemieruæ. Cumque orandi gratia in ipſum locum præfatus B. Auſtregiſilus perrexiſſet, & nullum cuſtodem nec aliquem Clericum ibidem reperiſſet, niſi tantum patentia oſtia, & ſacrariolum clauſum, & ſeris obfirmatum, voluit Miſſas in illa baſilica celebrare: & quia deerat aqua, quâ & manus lavaret, & in Sacrificium miſceret, dicit adminiculo ſuo Marculfo, eo tempore Lectori, poſtea etiam Abbati in *r* baſilica ubi corpus ipſius Beati conditum eſt; Require pauxillum aquæ, ut hic celebremus Miſſas. Qui cum quæſiſſet, non invenit. Regreſſuſque ad eum in ipſam Eccleſiam; invenit oſtium de ſacrariolo apertum, quod ante ſeratum viderat: & cum introiſſet, invenit ipſum virum Dei ſtantem, & ante ſe habentem duas crateras plenas, unam aqua, alteram vino. Ille ſtupefactus, hoc miraculum intuens, in pavorem non modicum converſus eſt.

q

Miſſam dicere volenti

r

ultro aperitur ſacrarium & vinum cum aqua offertur.

F

ANNOTATA.

a *Ms. Regniacenſe.* Auſtregiſilus igitur, *ut videatur deeſſe Prologus.*

b *Idem Ms.* Agundivo, *Surius* Gundino.

c S. Gunthramnus *regnavit ab anno* 561, *uſque ad an.* 593, *mortuus* 28 *Martii, quo die Vitam illuſtravimus.*

d *Surius*, Si malam, melius poſſem carere.

e *Labbe*, ſub pallio.

f *Idem*, Cavillono. *In Patriarchio Bituric.* Cabilonenſi. *Eſt* Cabilo *urbs ad Ararim fluvium & Sedes S. Gunthramni. Ei jam incluſa eſt dicta Eccleſia* S. Joannis Bapt. de Maiſel *appellata.*

g *Surius*, ad aſſerem incubuit. Formulæ *nomine intelliguntur Sedilia templi, quæ pro libitu deprimuntur & eriguntur, Gallice* une forme.

h *Surius*, cum vetula conjuge: *Labbe*, cum anula, *& addit*, forte anicula: *in Patriarchio Bituricenſi* uxor *dicitur.*

i *Ms. Regniac.* Bethellenus, *Sur.* Betellinus.

k *Eccleſiam S. Marcelli cum monaſterio in ſuburbio Cabilonenſi extruxerat S. Gunthramnus anno* 24 *regni, Chriſti* 584. *Monaſterium autem illud jam ſubjacet cœnobio Cluniacenſi.*

Labbe,

A 1 *Labbe*, Sabbariaco. *In Patriarchio* ſub Bariaco. *Surius, in* quodam loco.

m Ætherius, *factus Archiepiſcopus inter annum* 585, *quo Priſcus deceſſor adhuc vivebat, & annum* 589, *quo ſubſcripſit reſcripto Epiſcoporum apud S. Gregorium Turonenſem lib.*9 *Hiſt. cap* 41.

n Aunacharius, *Surio & aliis* Aunarius, *vivebat adhuc anno* 585, *quando Concilio Matiſconenſi interfuit.*

o S. Nicetius *Epiſcopus Lugdunenſis mortuus eſt anno* 573, 2 *Aprilis, ad quem diem Vitam illuſtramus juſſu Ætherii ſcriptam. Hic Priſco ſucceſſori S. Nicetii ſubrogatus eſt.* Baſilica S. Nicetii *eſt Collegiata & Parochialis.*

p Cananæ, *forſan* Cantinæ, *Mss. quædam* Cuppæ, *Surius*, Vaſis. *Patriarch.* Cuſtos cellæ vinariæ.

q *Ms. Regniac.* in Genuenſi. *Sur.* Gebenuenſi, *id eſt* Genevenſi.

r *In Caſtro Biturienſi.*

CAPUT II.

Epiſcopatus Bituricenſis. Miracula. Obitus.

B 10 CUmque Dominus eum ad ſublimiorem gradus honorem provehere vellet, decedente
a Biturigis *a* Apollinare Epiſcopo, S. Auſtregiſilus in loco ejus electus, ab omnibus conſenſu Regis Epiſcopus ſubrogatur: in quo gradu dignitatis *b* duodecim annis rexit Eccleſiam, ſicut ipſe Angelo revelante cognoverat. Nam cum primum terminum memoratæ urbis eſſet ingreſſus, manſit in villâ Germaniaco; nocteque compellans *c* Sulpitium Diaconem, qui ejus poſtea ſucceſſor fuit, & Deſiderium item Diaconem, dixit eis; Hac nocte mihi Dominus dignatus eſt revelare, me duodecim annos in iſto gradu dignitatis regere Eccleſiam Bituricenſem.

Fit Epiſcopus Biturigenſis.

b

c

ſanat paralyticam;

11 Eo tempore erat mulier aliqua in ſuburbano ipſius civitatis, longo jam tempore aridis membris, nervis contractis, morbo paralyſis affecta, ita ut nullum fere membrorum ad officium ſuum movere poſſet, niſi, cum neceſſe fuiſſet, ceterorum manibus, ubi neceſſitas exigebat, deferebatur; petiitque ſe à vicinis ad virum ſanctum deportari. Cumque ad altare delata fuiſſet, & vir ſanctus ſolito more officium divinum exſolvere in eccleſiam adveniſſet; vidit miſellam incurvatam, ad ipſum altare jacentem,
C & dicentem ſibi; S. Auſtregiſile, adjuva me. At ille: Domini pietas & poteſtas te ſalvare poteſt. Ille manus oculoſque tollens ad cælum, dixit: Extende mihi manum tuam. At illa ait: Nequeo. Ille apprehensâ illius dexterâ, & digitos ſuos inferens in palmam ſuam, digitos ejus, qui olim per ipſum morbum manui ejus adhæſerant, direxit: ſimiliter & omnia membra fecit, donec erexit eam ſuper pedes ſuos, & reſtituta eſt priſtinæ ſanitati; & membra ſua, ut ſana ſolita erant, officium ſuum receperunt, & ait ad eam: Cave ne ad priſtina vitia devolvaris, ne forte tibi deterius contingat; quia ferebatur eam, antequam in iſtam infirmitatem laberetur, voluptati deditam luxurioſe vixiſſe.

& pauperem contractum,

d

12 Per idem tempus in urbe Biturica erat nobiliſſima mente & natalibus illuſtribus *d* Bertoara, ſacrata Dei famula. Cum ſolito more ipſa nocturno tempore vigilare properabat, invenit in platea ſub ſtillicidio cujuſdam domus jacentem pauperem, nomine Meroaldum, pannis obſitum, omnibus membris contractum; cœpitque inquirere ejus caſus miſeriarum, & cur ibi jaceret. At ille dixit: Jamdiu iſto morbo cruciatus jaceo, & non eſt qui mihi auxilietur: volens ad eccleſiam ire, nequeo, ut S. Auſtregiſili ad conſpectum deducar. At illa hæc audiens, ingemuit: & compaſſione ipſius pauperis compuncta, præcepit pueris ſuis eum levari à terra, & ſuppoſitis manibus quaſi exanimem ad eccleſiam deferri, & coram altari rogavit deponi, ubi jam advenerat ſæpe fatus vir Dei. Qui intuens debilem contractum, ſenſit in ſpiritu, ob cauſam peccati, nequiſſimum ſpiritum, poteſtate acceptâ, iſtam contractionem pauperi inflixiſſe: præcepitque eum in remotiorem locum deferri. Et ille, in oratione proſtratus aliquamdiu, poſtea ad pauperem illum acceſſit: & (niſi fallor) eum in balneum mitti juſſit. Contrectans autem manibus omnia membra ſua & extendens, deprecatus Domini auxilium, impetravit quod petiit. Affluit ſuperna gratia, & pauper ille priſtinæ reſtitutus ſoſpitati, poſtea ab omnibus viſus; &, nullo claudicante membrorum, pluribus vixit annis. EX MSS.

illuminat cæcam,

13 Eodem tempore erat quædam matrona, nobili genere orta, religioſa, nomine Paterna, ad miniſterium habens familiare puellam creditam & dilectam, nomine Auguſtam; acciditque ei ut ab interpellatore totius immunditiæ percuſſa fuiſſet, ac luminum claritate amiſsâ, torporem *e* cæcitatis incurriſſet. Cum autem memorata Domina ipſius puellæ ſcripſiſſet epiſtolam, miſit eam ad ſæpe fatum Dei hominem, petens ut ſuis orationibus ab ipſa cæcitate curaretur. Quam ille intuens, ſuſpexit ad cælum, Domini auxilium poſtulans; & accipiens oleum, benedixit, & linivit oculos ejus: & oratione factâ, cæca quæ dudum fuerat puella, protinus apertis oculis copiam videndi recepit.

e

E

pane per eum benedicto curatur infirmus:

14 Poſt idem tempus, illuſtris matrona & Deo dicata Auſtroberta, relicta illuſtriſſimi viri Chramnoaldi, refert, quod ipsâ præſente actum fuit. Unus de piſtoribus ſuis, nomine *f* Leodomarus, morbo atrociſſimo vexabatur; & illa habebat repoſitum panem, quem memoratus Auſtregiſilus benedixerat, & ei eulogias tranſmiſerat: quem illa ad hoc reſervabat, ut ſi quis videretur aliquo tædio affici, cum integra fide ſalutis ſumendum ei dare deberet. Rogavitque memoratum piſtorem apprehendi, & de illo pane in os ejus mitti præcepit: quem ille penitus accipere recuſabat: ſed tamen invite & coacte aperto ore injecerunt de ipſo pane in ejus faucibus. Poſt hæc, nec mora, evomuit omnem amaritudinem, quâ vexabatur: & ſanus factus, hodie officium ſuum facere videtur.

f

manus manubrio adhærens diſſolvitur

g

F

15 Quidam molendinarius, nomine *g* Monulfus, die Dominico, temerario ſpiritu volens, juxta ſui induſtriam, molam emendare, accepto ancipiti ferro, quod vulgus ſcortam vocat, cœpit *h* terere molam. Ex quo peccato adhæſit manus ejus manubrio ferri illius, quod nullus poterat de manu ejus auferre: & tantâ diſtrictione arctatus eſt, ut inter digitos illius jam ſanguis prorumperet, & aſpicientibus ob fœtorem faſtidium faceret: venitque ad præfatum Dei hominem. At ille poſtulans Dei auxilium, accepit manum ubi adhæſerat malleus, digitoſque primum manum extendens, tulit illud ferrum, & manum illius attrectavit, & omnem doloris atrocitatem expulit: & ſanus factus homo ille receſſit.

h

liberat energumenam præbita ei Euchariſtia.

16 Erat tunc procul ab urbe Bituriga, juxta vicum Brioderum, puella adoleſcentula, parentibus amatiſſima, nomine Friovala; quæ nequiſſimi ſpiritus oppreſſione crudeli cruciatu vexabatur, &, ac ſi phreneticum morbum haberet, die noctuq; nulla ei erat requies vociferandi; intantum ut in amentiam delapſa, nec ſe, nec parentes cognoſceret: & diverſarum ferarum mugitus, & avium querulas voces, ingenti vociferatione geminabat. Lugebant parentes, vicini condolebant, & mirabantur in tam tenera ætate tantæ crudelitatis contritionem infelicem poſſe ſuſtinere. Adducitur ipſa ad ſæpe fatum virum Dei:

EX MSS. Dei: ille intuens eam, cognovit callidi hostis contritione affl ctam, præcepitque eam propius ad altare admoveri; & accepto pane & calice, more soliMoritur. to spiritales hostias Domino offerens, mysticum prece conficit Corpus Domini. Ille prius percepit deditque puellæ: at ubi illa accepit, protinus à vociferatione conticuit. Benedixit vestimenta ejus, & velari eam parentibus religiosâ veste præcepit, & à carnibus & vino abstinere debere dixit: quod & factum est. Ex illa hora, fugato dæmonio, puella illa pristinæ sanitati restituta, hodieque in monasterio B. Bertoaræ recluſa, inter reliquas Dei famulas laudabili conversatione degere videtur.

i 17 *i* Jam tempus aderat, post labores, quiete sem*Ad sepulcrum sanatur contractus:* piterna perfruendi. Itaque servum suum Christus jussit è corpore exire. Cumque sacrum ejus corpus ad ecclesiam humandum deportaretur; erat tunc in ipsa civitate Biturigas quidam pauperrimus juvenis, nomine Leonastus, ex longo jam tempore debilitate contractus, ita ut plantæ ejus ad poplites adhærerent; & deportabatur humeris alterius per singulorum ostia, & eleemosynam quærebat. Cum vero vir Dei B. Austregisilus dormivit in Domino, gestatorium, ubi sanctum corpus illius ferebatur, pauper ille sequebatur: ad Basilicamque, ubi sepultum est,
B pervenit, jacens ante sepulcrum ejus. Eâdem nocte Dominus eum laxatis membris, quæ erant arida, officium pedum consequi fecit; postea vilus est per semetipsum in eadem civitate rectus ambulare.

18 Nec illud præterire debemus, quod venera*k* bilis *k* Januarius Presbyter refert, qui &, quando
l sepultus est à B. *l* Rauraco Episcopo memoratus vir *apparet candidis indutus* Dei, inibi erat: & cum corpus ipsius Sancti appositum in sepulchro fuisset, & eum præfatus Pontifex sepelisset; cum ex more tumulus ille componeretur, stans præfatus Episcopus Rauracus ad pedes ejus, & memoratus Presbyter Januarius aspexit, quod quasi sæpe fatus S. Austregisilus, ad dexteram ipsius Rauraci, candidis vestibus & decoro vultu assistere videretur. Quem cum ille miraretur, subito hæc visio ab oculis suis ablata est; nullique dubium quin Angelus Domini, custos ipsius Austregisili, qui eum illo usque ad sepulchrum semper fuit, ipsi memorato Presbytero apparuit.

19 Longum est ut universa singillatim evolvam *aliis miraculis claret.* signorum & sanitatum, quas Dominus per ipsum servum suum fecit; quanti ejus oratione & tactu de universis infirmitatibus sanati sunt; quanti mortali
C sententiâ damnati, in carceribus retrusi, suâ oratione
m laxatis vinculis nullius custodis *m* observaculo, ad Ecclesiam confugerunt; quanti pauperes, viduæ, orphani suâ eleemosynâ sustentati sunt; testis est Dominus, & sancti Angeli ejus, & illi qui viderunt. Sed jam propter prolixitatem terminus sit hujus operis schedulæ: nam plenus dierum in bona confessione obiit XIII Kalendas Junii. Anima ejus migravit ad Dominum; terra terræ reddita est: cujus meritis, quoniam æquari non possumus, saltem imitatores esse mereamur, præstante illo, qui in Trinitate perfecta vivit & regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a Apollinaris *vitâ functus est anno* 611, *mense Octobri, Theoderico tunc Rege Burgundionum.*

b *A fine anni* 611 *aut initio sequentis usque ad hunc* 20 *Maji anni* 624. *In Patriarchio Bituric. dicuntur hæc ab Angelo dicta:* Sacer Austregisile, Dei cultor sedule felix reges Bituros annos ecce bis senos.

c *Hic est* S. Sulpitius Pius, *cujus Vitam dedimus ad diem* 17 *Ianuarii in quâ num.* 9 *dicitur à* S. Austregisilo *diaconus ordinatus.*

d S. Bertoaræ *seu* Bertradæ *natalis celebratur in ecD clesia de Salis* 4 *Dec. teste Claudio Roberto & Saussajo: in Vita S. Eustasii Abbatis Luxovienſis* 29 *Martii dicitur* Bertuaria monasterium puellarum construxisse, secundum B. Columbani regulam, in Biturienſi urbe. *Spectat id jam ad Canonicos seculares.*

e Paterna *cum titulo* Beatæ *inscripta est Gynæceo sacro Arturi du Monstier.*

f *Aliis* Leudomaris. *In Patriarchio* Lodomarus.

g *Surius* Monulphus, *aliis* Maonufus. *In Patriarchio* Menulphus.

h *Labbe explicationis causa addit*, percutiens.

i *Hæc priora de obitu defunt apud Labbe. In Patriarchio* Gravi febrium dolore attenuatus, feliciter moriens, migravit ad Dominum XIII Kalendas Junii.

k *Aliis apud Labbe*, Genuarius.

l Rauracus, Episcopus Nivernensis *in Patriarchio Bituric. at diu postea vixit, & circa annum* 650 *interfuit: Concilio Cabilonensi.*

m *Labbe*, observaculo; reseraculo; *Surius*, nullo resistente.

LIBER II.

Miracula adversus raptores bonorum ecclesiasticorum.

Ex duplici Ms. codice.

1 DE virtutibus beatissimi Austregisili Episcopi & Confessoris, quas Dominus post obitum ejus operari dignatus est, vel copiâ miraculorum ejus, rusticante sermone dicamus pauca de plurimis quæ restant. Dum adhuc ipse Beatus adviveret, ut pius Pastor semper curam Ecclesiæ plebisque commissæ quotidie gerebat, & de dente lupi sævientis liberare optabat; advenit ex Palatio *a* Theo- a
dorici Regis homo sævissimus, *b* Warnarius nomi- b
ne, avaritiæ turpis lucri cupidus, superbiæ nimis *Ut suos exactione insolita liberet* deditus, ut urbem & pagum Biturigum sub tributo ejus temporibus censeret: & aurum atque argentum, quod unusquisque secundum suam personam dessolveret, ipse Regi deferret, & eos tributarios faceret. Illi ad B. Austregisilum concurrunt, ut eos de nefanda consuetudine liberaret, & suis sanctis orationibus adjuvaret. Tunc ipse Beatus pro tanti criminis reatu se die noctuque in oratione prostravit, ut Dominica pietas ab inimico sæviente plebem sibi commissam liberare dignaretur: quod & factum F
est. Jam appropinquante ipso Warnario ad portas Biturigæ civitatis, Austregisilus ei intrepidus exivit *fingitur exactorem ingressu urbis prohibuisse:* obviam, & murum se opposuit, ut pro justitia staret in prœlio in die Domini; &, si Domino placuisset, pro defensione plebis & hujus pravæ consuetudinis, usque ad mortem cupiebat certare. Et dixit ei B. Austregisilus: Unde venis, inique? quo pergis? quid facere optas? Resistet Dominus iniquam tuam voluntatem, nec intra muros civitatis te intrare permittet, nec descriptionem facere: nec ullo ab eo fuit honore receptus, sed implevit illud quod scriptum est in Psalmis, Viriliter agite, confortetur cor vestrum omnes qui speratis in Domino. Tunc ipse Warnarius, iracundiâ vehementer accensus, videns quod malitiam, quæ cordi ejus adhæserat, implere non *qui ad successorem ejus eadem ex causa regressus,* posset; cum grandi furore regressus est ad Palatium, ut Regi nuntiaret, quod propter Austregisilum adimplere non poterat. Tunc ipso tempore B. Austregisilus glorioso excessu migravit ad Dominum, & plebs sibi commissa remansit incolumis. Tunc B. Sulpitius ejus Diaconus, ab omnibus electus, opere & merito dignus, in eadem urbe successor ejus effectus,

A ctus, Pontificale ſumpſit officium. Nec mora fuit, cum rurſus ille crudeliſſimus Warnarius, cujus ſuperius mentionem fecimus, Palatio reverſus, opus nequam, quod teterrimus hoſtis antiquus cordi ejus plantaverat, exercere in opere feſtinabat, ut pagum & urbem Biturigam, omneſque ibidem commanentes, ſecundum eorum perſonas, tributarios faceret. Tunc B. Sulpitius, anxius apud ſemet ipſum, quid de hac re facere deberet, à Domino poſtulabat auxilium; cum enim eſſet ipſe Beatus totus mitis ac ſimplex, & corde humilis, ejus reſiſtere malitiam non modico timore formidabat: ſed cum lacrymis ipſum Warnarium cœpit precari, ut quos tempore B. Auſtregiſili Bituriges tributarios non fecerat, nec ſuo faceret. At ille, crudelis, quod Sacerdos Dei orabat, minime præſtare volebat. *c* Tunc vir Beatus de ſacrato miniſterio ei conteſtatus eſt, ut tam nefandam conſuetudinem ſuis temporibus non impleret in opere.

qui ad ſucceſſorem ejus eâdem ex cauſa regreſſus,

c

2 At ille verſutus, poſtquam jam munere accepto prælatus gaudebat, ad Baſilicam ſancti Auſtregiſili, non corde, ſed corpore inflatus, quaſi orationis ſtudio perrexit. Pervenit ad locum, ubi ipſe Beatus à fidelibus Chriſtianis miro decore jacebat humatus; aſpiciens in cryptam, vidit eam auro argentoque miro modo adornatam; invidiaque corde ejus repleto, tali eſt ſermone affatus: Auſtregiſilus debuerat aurum & argentum ſuum pauperibus erogare, & ſuper tumulum ſuum poni juſſit pro ſeculi dignitate. Nec propter hoc dicebat, ut ei cura eſſet de pauperibus, ſed ad ſimilitudinẽ Judæ Iſcariothę, avaritiâ repletus anhelabat. De ipſo ſepulchro regreſſus, orandi causâ circuibat altaria. Dum ambularet per ipſam Baſilicam, vectis unus, in quo vela pendebant, de alto ruens, cecidit ſuper cerebrum ejus; & tali eſt plagâ percuſſus, ut cruor per oculos & barbam defluueret, & ad terram laberetur. Tunc ipſe Warnarius clamavit voce quâ poterat, dicens: Auſtregiſilus, dum adviveret, ſemper mihi odioſus & contrarius fuit; & adhuc jam mortuus, morti vicinæ me tradidit. Sic ipſe infelix, à virtute Dominica percuſſus, nec facinus ſuum recognovit, nec veniam à Sancto Dei poſtulavit: ſed adhuc ſuâ malitiâ exarſus, ad Auguſtodunenſem urbem voluit feſtinanter properare, ut Epiſcopum loci illius deſtrueret & condemnaret. Et pergens, manſit non longe ab urbe villa Aulatiaco. Cum omnes recubuiſſent, tunc ipſe ferociſſimus pro ſeceſſu ventris intravit neceſſariam: eumque ibidem in loco conſuetudinis ſederet, ſtatim obdormivit. Et cum *d* evigilaſſet, miniſtris ſuis, qui ante ipſum ſtabant, dixit: Auſtregiſilus & Sulpitius aqua-manile cum urceo aureo in iſta hora mihi tranſmiſerunt: quis hoc ex vobis recepit? Negantibus illis quod non viderant, & eo ipſum ſermonem loquente, omnia inteſtina ejus de corpore evulſa ſunt. Continuo ipſa hora in ipſo ſterquilinio turpiter exhalavit ſpiritum. Poſtea in ipſis temporibus nullus fuit *e* auſus tantæ perfidiæ ſcelus repetere. Impletum eſt in illo quod ſcriptum eſt in Pſalmis; Theſaurizat, & ignorat cui congregat ea; & Iniquitas ejus in verticem ejus deſcendit.

in eccleſia Sancti graviter læſus,

B

d *ac miſere mortuus ſit.*

e

Pſalm. 18
Pſalm. 7

3 Poſt dies, quos glorioſus Auſtregiſilus migravit ad Dominum, & in loco, quo ipſe requieverat corpore, & in aliis locis ubi ipſe Beatus habitaverat, vel in ſtrato in quo jacuerat, multa fiebant miracula. Cum in pago Biturico juxta vicum *f* Carobrias, villâ quæ dicitur Stivalis, viri ſancti proprietas fuerat; ibidem habebat domum, ubi ipſe habitaverat, & torum in quo jacuerat: & multi infirmi, cum de ſtratu ipſo tollerent, vel portarent, aut tangerent, de diverſis languoribus ſanabantur. Unus autem infirmus veniens, candelam, quam ibidem voverat, ante lectum compoſuit, ut totâ nocte lucreret. Ille inde regreſſus, invenit favillam de ipſa candela in lecto, & nullam combuſtionem invenit in pallio.

Plurima fiunt miracula;

sx mss.

4 Poſt idem tempus, cum Francorum *g* Princeps Pipinus, adverſus *h* Eudonem Aquitaniæ Provinciæ Principem volens dimicare, in pago Biturico advenisſet; barbari de ipſo exercitu ad præfatam domum venerunt, ut eam igni ſuccenderent. Veneruntque ex vicinis, qui ibidem commanebant, & dixerunt eis: Nolite ignem in domum iſtam mittere: ecce locus & lectus, in quo ſanctus Dei Auſtregiſilus jacuit, ubi quotidie omnipotens Deus virtutes multas facit. At illi deſpicientes quod dixerant, totam domum illam vaſtaverunt igne, ut arderet; ſtatimque horâ quâ ipſum ignem accenderunt, arrepti ſunt & traditi dæmonio. Unus ex ipſis, qui ignem impoſuerat, abſtracto oſtio de ipſa domo, quæ vehementer ardebat, in ipſam flammam ſe projecit, ibique vitam finivit. Alii ſe dentibus laniabant, nonnulli vero ſibi invicem membra truncabant. Pervenerunt ad caſtra, ubi Pipinus cum Francorum exercitu morabatur: at ipſi, ut cognoverunt quod eis acceſſerat, pavore magno ſunt perterriti; mandavitque Princeps, ut nullus auderet caſas vel res S. Auſtregiſili contingere.

g
h

domum ejus incendentes, pereunt arrepti à diabolo.

E

5 Nec multum poſt tempus, cum Eudo Princeps Biturigas civitatem obſidione circumvallatam haberet, unum de Optimatibus ſuis, Agnum nomine, in monaſterio S. Auſtregiſili juſſit ſtallum tenere, & ibidem manendi tribuit facultatem. At ille quidquid in ipſo cœnobio invenire potuit, ſuis Comitibus tradidit expenſandum, ita ut nulla Fratrum remaneret ſubſtantia. Cum autem tradita ipſa civitas præfato Principi fuiſſet, & pax denuntiata in omnibus; Abbas ex ipſo monaſterio, Bertoradus nomine, exiens de urbe cum eulogiis & munere, venit ad Agnum, & dixit ei: Accipe parvum munuſculum argenteum, quod Fratrum ſervientium S. Auſtregiſilo de præda remanſit indiceptum, & miſerere ſuper famulos deprædatos, ut vivere poſſint & pro te orare. At ille verſutus præfatus Agnus noluit ei præſtare quod poſcebat, ſed deridens eum dixit: Princeps mihi mandavit, ut te ipſum in cuſtodiam tradam, vel in captivitatem deducam, & mihi Fratrum inediam conſtringis parabolâ? At ipſe Abbas nuntiat Fratribus, quia obtinere non valuerat, quod à ſævo homine popoſcerat, & ut Domini precarentur clementiam. Tunc ipſi Monachi, fide non dubii, venerunt ante ſepulcrum B. Auſtregiſili, & cum dolore & lacrymis cœperunt orare, & dicere: Eripe nos, Domine, ſervos tuos de inimico noſtro, ad te confugium facimus; doce nos facere voluntatem tuam, quia tu es Deus noſter, & ſubſtantia noſtra. En quod tu plenus pietate nobis dediſti, homo ſævisſimus nobis abſtraxit. Nec diu mora fuit, ipſe infelix Agnus, quantum potuit per villas S. Auſtregiſili reperire, ſecum ducebat in via, pecora, jumenta, & multa alia armenta, ut deduceret omnia in patriam, quâ venerat. Dum iter perageret, apparuit ei Auſtregiſilus per ſomnium, dixitque ei: Cur me tam graviter prædatus es? & meos ſervientes triſtes reliquiſti? Et hæc dicens, percuſſit eum in cerebro; & ipſe evigilans, clamavit voce quâ poterat, dicens: Succurrite mihi velociter, Auſtregiſilus me percuſſit in capite, & nulla eſt mihi vivendi ſuſpectio: ad Eudonem Principem pergite feſtinanter, qui me permiſit res S. Auſtregiſili contingere, & precamini ut de propriis facultatibus ſuis me redimat, quia ego pro ſua utilitate feci malum iſtud, unde modo ſpero vitam amittere. Hæc audiens Princeps, non modico eſt pavore percuſſus; juſſitque omnia reddere, quæ infelix Agnus abſtraxerat, præcipiens cunctis Optimatibus, ut nul-

depradatus bona monaſterii

F

à Sancto apparente percuſſus in cerebro,

ex mss. lus auderet de rebus Sancti contingere. Dum præfatus Princeps ſederet ad menſam, recordatus prædicti Agni injuriam, unum parvum vas argenteum ei per legatum direxit. At ipſe, ut vidit tam parvum

perit: donum, dixit: Tam parva præbenda, ad tam longum iter vel cruciatum, quem valde timeo accipere? Et hoc dicens, vitam finivit. Impletum eſt in illo, quod Propheticus ſermo teſtatur: Qui inique agunt, exterminabuntur: qui vero expectant Dominum, ipſi hereditate poſſidebunt terram.

jumenta abigens febri vexatur:

6 Nec mora, poſt tempus illud, unus ex Optimabus Eudonis Principis, nomine Fredegiſilus, prædatus eſt jumenta ex ipſo monaſterio S. Auſtregiſili. Cumque ea deduxiſſet ad propria, & aliam prædam plurimam, & elatus eam gauderet dividendam; ſtatim illâ horâ accinxit eum febris, ut nullâ ſuſpectione vivendi haberet facultatem, recordans illum ſermonem, quem ante Principem Eudonem vel plures perſonas audierat, Salomone Abbate narrante, qui dicebat; Nullus ex vobis locella S. Auſtregiſili præſumat contingere, quia ipſe perſonas nobiles ſibi adverſantes occidit; ignobiles vero ſævis cruciatibus torquens affligit; pavore perterritus, ad Abbatem vel monachos ibidem ſervientes feſtinanter miſſos

B *facta reſtitutione convaleſcit.* direxit, qui ipſam prædam ad propria remearent, & ſervientibus B. Auſtregiſili eam redderent, ut eum ſuis orationibus adjuvarent. Nec mora, Pater monaſterii cum eulogiis legatos direxit, qui ipſum ægrum viſitarent, & benedictionem Sancti præfati ei præſentarent. At ipſi cum veniſſent ubi Fredegiſilus de vita diffidens jacebat, benedictionem, quam de ipſo ſepulcro à ſervientibus ipſius Sancti acceperant, præſentaverunt. Ipſe gratias agens invocat nomen B. Auſtregiſili, & cum ſumma reverentia communicans ex ipſis eulogiis, ſtatim vigore recepto, à miniſtris ſuis reportari ſe juſſit, ubi erant ipſa jumenta, ut ipſe manibus redderet quod male abſtraxerat. Cumque ea reddidiſſet, ſtatim ſanus effectus, gaudens & exiliens remeavit domum, unde ante æger exierat, & manibus fuerat deportatus alienis. Impletum eſt in illo, quod Dominus per Prophetam dixit: Nolo mortem peccatoris, ſed ut magis convertatur, & vivat; & rurſum; Cum converſus ingemueris, tunc ſalvus eris.

Extorquens Abbati captо vaſa ſacra cruciatur:

7 Ipſo quoque tempore unus ex Comitibus Eudonis Principis, Adroaldus nomine, cum caſtellum editum in ipſo pago Biturigo violenter acquiſiſſet, ibique comprehendens Abbatem ex ipſo monaſterio S. Auſtregiſili, Bertheradum nomine, cum miniſterio de ipſo ſancto loco, pro redemptione teneret captivum; ipſe Abbas quidquid habere potuit in auro &

C argento, dedit pro ſe in redemptione. Et adhuc coactus & invitus calicem unum aureum, & alia vaſa ſacrata ex ipſo cœnobio præfato Comiti tradidit, & cum dolore non modico remeavit ad Fratres, ac cum gemitu vel ſuſpirio in orationibus ſuis die noctuque à S. Auſtregiſilo poſtulabat ſolatium, ut quod cupiditas humana exinde abſtraxerat, Dominica pietas recuperaret. Nec mora diu fuit, cum ipſum Adroaldum timor magnus invaſit, ut nec cibum ſumeret, nec biberet, nec valeret dormire; neque ſtare vel ſedere in uno loco poterat; & de ſe quid agere deberet,

k ignorabat. Aderat ibidem Dei ſervus, *k* Wlicramnus nomine, conſiliumque ab eo quæſivit, quid facere deberet, revelans cauſam quæ ei nuper acciderat. At ille doctiſſimus & ſapientiâ plenus, requiſivit ab eo, ut ſi aliquid ex miniſterio aut de rebus præfati Confeſſoris Auſtregiſili poſt ſe haberet, ipſi loco ſancto reddere non tardaret. At ipſe confeſſus eſt juxta id quod fuerat excitatus, & dixit, quod calicem aureum & alia vaſa exinde habebat, quæ Bertheradus Abbas ei pro ſua redemptione donaverat. Ipſe Dei ſervus hæc audiens: Non audiſti famam B. Auſtregiſili? quid adverſantibus ſibi fecerit, aut quot occiderit, vel quot flagellaverit? Si vis vivere vel uſque mane, præſentialiter redde quod inde habes. Et ipſe hæc audiens, pavore magno repletus, omnia quæ exinde acceperat, reddenda promiſit, & per legatos ſuos ad S. Auſtregiſilum tranſmiſit: moxque priſtinam recepit ſoſpitatem, & quamdiu vixit, in ipſo Cœnobio, vota perſolvens, in benefactis ſuis non modicus ſed largus apparuit; & completum eſt in illo quod Dominus dicit: Qui confeſſus fuerit coram me, confitebor & ego coram Patre meo, qui eſt in cælis. D

ſed iis redditis ſoſpes evadit.

8 Erat ipſis temporibus homo in Biturica civitate, Lupus nomine, bonis moribus deditus, humilis atque ſapiens, ſobriam & caſtam ducens vitam; qui ardenti deſiderio orandi gratiâ perrexit ad urbem Turonicam. Cumque diutiſſime in Baſilica S. Martini Confeſſoris oraſſet, & pro peccatis ſuis veniam poſtulaſſet, ſurrexit ab oratione. Tunc unus ex Dei ſervis, cum vidiſſet eum diu orantem, mitem atque honeſtum, accerſivit eum ad ſe, & dixit ei: Quod eſt tibi nomen? vel unde es? aut pro qua cauſa huc adveniſti? Ipſe reſpondit? Lupus vocor, Biturigas maneo, & hic pro peccatis meis orandi gratiâ adveni. E Reſpondit: Habeo aliquid ſervientibus S. Auſtregiſili dicere. Ego iſtis diebus in ſpiritu ad Biturigas fui, ſed corpore nunquam fui: & ut certius credas, ut errorem tollam de corde tuo, narro tibi notitiam. Eſt illic eccleſia *l* S. Sulpitii inter duas aquas, ſuper

l *Videtur Sanctus à S. Petro coram aliis Sanctis petere vindictam de raptoribus.* ripam Utrionis & Averæ. Reſpondit: Sic eſt verum. Eſt illic alia eccleſia S. Auſtregiſili contra Orientalem plagam, ut luminaria de ipſa eccleſia poſſint videri. Dixit: Ita eſt. Iterum dixit ei ipſe Dei ſervus: Crede mihi, quia ego iſtis diebus ad eccleſiam B. Auſtregiſili in ſpiritu fui, & quid ibidem viderim narro tibi. Vidi ante ipſam matriculam, quæ eſt ante oſtia de præfata eccleſia, B. Petrum Apoſtolum, ad invitationem B. Auſtregiſili adſtantem, & cum eo

m *m* S. Laurianum, S. Sulpitium, & multos alios ſanctos viros, qui in ipſo pago requieſcunt corpore; & ante

n o eos à longe ſtabant Adroaldus, *n* Bladegiſilus, *o* Suffronius, Guntaldus, aliique plures, qui pagum Biturigum deprædati fuerant, & caſas Dei deſtruxerant. Dum ibidem ſtarem, vidi Auſtregiſilum ad pedes B. Petri ſe proſternere, juſtitiam rogare, & dicere: Fac nobis juſtitiam de iſtis, qui caſas noſtras tenent oppreſſas, & pauperibus, & ſervientibus noſtris abſtraxerunt ſubſtantiam eorum. Hæc Auſtregiſilo precante, mandavit Apoſtolus Petrus, ut aliquos traherent F cædendos fuſtibus, alios gladio truncarent, nonnullos vero ad ſupplicium vel ignem ſulphureum deducerent: noviſſime autem Adroaldum virgâ, quam Petrus in manu tenebat, percuſſit in capite, ut eum morti traderet. Tunc S. Sulpitius precatus eſt dicens, ut ipſi Adroaldo vitam concederet: Auſtregiſilus è contra tali eſt ſermone locutus; Semper mollis fuiſti, & in mollitione tua perſeveras, & non vindicas famulos tuos, ad te die ac nocte clamantes. Et hæc eo dicente, viſio, quam in ſpiritu videbam, ablata eſt ab oculis meis. Ipſe Lupus auditis his omnibus, petivit benedictionem à Dei ſervo. Ad urbem regreſſus eſt, indicans Fratribus quod à Dei ſervo audierat. Poſtea nec diu mora fuit, & ipſe Adroaldus febre correptus vitam finivit. Deinde nulli dubiū, quod hi, quos Dei ſervus Auſtregiſilum viderat accuſare, poſtea non diu vixerunt, ut reciperet unuſquiſque ſententiam proprii corporis, prout geſſerat, ſive bona ſive mala.

9 Eo tempore, cum Eudo Princeps Biturigas reſideret, unus ex Optimatibus ejus in domo Auſtregiſili in ipſa civitate accepit diverſorium hoſpitandi: qui & ipſe temerario ordine juniori-

ribus

A ribus ſuis juſſit, ut de tectis domorum ejus focos facerent, & ubi neceſſitas exigebat igne ſuccenderent. Abbas ex ipſo monaſterio B. Auſtregiſili eulogias ad præfatum hominem per monachum direxit, rogans & dicens, ut alia ligna, quantum ſufficere poterat, donarent, & ſancti Dei domus non arderet. Qui quod petivit, impetrare non valuit. Mane facto, cum jam tertius dies adveniſſet, dum ante focos, quos de ipſis domibus faciebant, miniſtri ſe calefacerent; & præfatus eorum Dux in lecto jaceret, & ſomno deprimeretur; ſanctus Dei Auſtregiſilus ei in ſomnis apparuit dicens: Cur caſas meas tam ſtulte igne ſuccendis? Et hæc dicens, alapâ percuſſit eum in facie, ita ut cruor per aures erumperet. Et evigilans, miniſtris ſuis, qui circumſtabant, dixit: In hac hora me Auſtregiſilus in facie percuſſit; & continuo infelix ſe moriturum prædixit: quod & factum eſt. Pervenit in aulam Principis quod Gaſindus ille mortuus eſſet, qui domos S. Auſtregiſili ſuccenderat, & propter hoc S. Auſtregiſilus eum in facie percuſſerat; invaſitque omnes non modicus pavor. Mandat Princeps, ut nullus de rebus S. Auſtregiſili auderet contingere; & ſi exinde aliquid contingeret, continuo B redderetur, & veniam poſtularet. Et ſic uſque hodie exivit fama glorioſi Confeſſoris, ut quicumque præſumptivo modo de rebus monaſterii ſui contingeret, ſtatim ſe crederet eſſe moriturum.

Ad focum utens tignis ædium Sancti

eo apparente percuſſus, obit:

10 Cum Eudo Princeps orandi gratiâ ad monaſterium S. Auſtregiſili veniſſet, facta oratione cœpit Fratribus dicere; Quis ex vobis de S. Auſtregiſilo mihi faciet juſtitiam? Ipſi credidi, fidejuſſor mihi acceſſit, quando Chucianus in iſto loco mihi dedit ſacramentum. Et repetens ipſum ſermonem, dicebat; Sancte Auſtregiſile, fac mihi de temetipſo juſtitiam. Si tibi non credidiſſem, Chucianus me non fugiſſet; precor te ut de teipſo mihi facias juſtitiam, & ego his ſervientibus multa bona retribuam. Ipſe Chucianus, poſtquam ad ſepulcrum B. Auſtregiſili Eudoni fidelitatem juraverat, in Franciam ad Carolum Principem fugit. Ipſo tempore, quo præfatus Princeps Auſtregiſilo de ipſo juſtitiam popoſcit, prædictus Chucianus vehementi plagâ fuit percuſſus, ita ut uſque ad mortem veniens clamaret, & diceret: Auſtregiſilus me flagellat pro ſacramento, quod ad ſepulcrum ejus dedi; & propter hoc quod Eudoni mentitus ſum, Auſtregiſilus me diverſis cruciatibus conſtringit. Et, niſi fallor, ſi eum catenatum non tenuiſſent, dentibus ſe laniare vellet, uſquequo vitam finivit *p*: quia ſcriptum eſt, Qui multum jurat, C non effugit peccatum. p

non ſervans juramentum.

furibundus perit:

11 In ipſo tempore Vicedominus ex ipſo cœnobio Auſtregiſili, Vaddomarus nomine, pro cauſa utilitatis monaſterii diſpoſuit ad urbem Pictavorum ambulare. Acceptâ benedictione Fratrum S. Auſtregiſili perrexit in itinere: cum autem veniſſet ad fluvium, cui nomen *q* Vincenna, ubi dicitur Portus Sanomus, volens ibidem flumen tranſmeare, nullum hominem invenit nec navigium. Veſperaſcente die diverſorium manendi non habebant, deerant cibaria caballorum: ſolitum hoſpitium, ubi manere conſueverant, longe ultra flumē erat. Dum talia cor eorum ſatageret, aſpicientes ultra flumen, in littore viderunt parata navigia: at ipſe Vaddomarus, fide non dubius, cœpit invocare nomen Domini & S. Auſtregiſili, & eos qui cum eo erant admonuit, dicens; Invocate nomen S. Auſtregiſili, ut noſter Dominus, pro meritis & ſuffragiis ejus, nobis hominem tranſmittere dignetur, qui nobis navigia quæ videmus adducat, ut hâc nocte ad locum deſtinatum perveniamus. Adhuc ipſis orantibus, moverunt per ſeipſa navigia cum contis & remis, ſine humano gubernaculo, & pervenerunt ad locum ubi ipſi ſtabant. Procul dubio Angelus Domini fuit, qui pro meritis S. Auſtregiſili navigia adduxit. At ipſi videntes tantum miraculum, gaudio magno repleti glorificabant Deum, qui non derelinquit ſervos ſuos ſperantes in eum, & cum timore & oratione aſcenderunt navigia; & ipſi navigantes per gurgites, incolumes atque illæſi pervenerunt ad littora: & ipſâ die ad locum, in quo manere conſueverant, cum gaudio pervenerunt. Impletum eſt in eis, quod Veritas dicit in Euangelio: Si habueritis fidem ut granum ſinapis, dicetis huic monti, Tranſi hinc, & tranſibit. Et iterum: Quidquid credentes in oratione petieritis, accipietis, & fiet vobis. Et illud; Apud Deum omnia poſſibilia ſunt. EX MSS. Matt. 17, 19 Matt. 21, 22 Matt. 19, 26

invocato eodem naves ultro ad aliam ripam ferunt:

q

12 In ipſo tempore, ad monaſterium Sancti Dei, ex Britanniæ partibus homo mutus advenit: ibidem à fidelibus Dei ſervientibus in hoſpitio receptus eſt, & ex eleemoſynis illorum victu & veſtitu alebatur: & ipſe mutus cum ipſis Domini ſervis quotidie orandi gratiâ veniebat in eccleſiam; ſed quid orare volebat, ipſe neſciebat, quia ipſe diſcernere non valebat. Advenit feſta dies B. Auſtregiſili, & dum ante ſepulcrum ejus ſtaret, cœpit conſpuere ſanguinem per os. Tunc clavicularius vel cuſtos eccleſiæ hujus cœpit eum increpare, & dicere: Egredere foras, ne amplius in pavimento tantum faſtidium producas. At ipſo loquente, cœpit ipſe mutus clamare, & dicere ſecundum Britannicam ſuam & ruſticam linguam: Libertinus ſum, liber nunc ſum: volebat enim dicere, Liberatus ſum. Statim ſolutum eſt vinculum linguæ ejus, ita ut plane loqueretur: & cunctis, qui ibidem aderant aut ad feſta convenerant, narravit nomen ſuum: & dixit quod in ſacro baptiſmate Emmo nomen habuerit. Poſteà ibi deſerviens pluribus vixit annis. 7 E r

ad ſepulcrum mutus loquelam recipit:

13 Eo tempore quædam femina, nomine Selitrudis, de loco vicino ab urbe Bituligenſium Novavillâ, ſecus amnem Utrionis, cum eſſet longo jam tempore clauda, devotiſſime ſepulcrum beati Confeſſoris expetiit. Ut autem in atrium ipſius introiit, illico adepta eſt ſanitatem. Quid motor? ut ſe ſanam ſenſit, revertitur ad propria [mox ut gravi quodam reatu ſe commaculavit, eodem] ipſo morbo eſt repente attrita. At illa ſciens ſuorum facinorum merito hanc evenire calamitatem, cum ingenti gemitu ſuſtentans ſe baculo & tremens, in præfati atrii locum pervenit, & per ſuffragia beati viri priſtinam conſecuta eſt ſanitatem. Quædam puella, ex Baniaco villâ, olim jam ademptis luminibus cæca, cum ad F ſepulcrum beati viri fideliter exoraſſet, receptis viſibus clarum eſt potita aſpectum. Quodam tempore vir quidam, nomine Amalricus, inſidiâ obviante diaboli, contractis ulnis & humeris, cum jam diu ſuſtinere nequiſſet laborem, ad ſepulcrum Beati devotus advenit: mox abſolutis membris, priſtinæ ſanitati ac uſui quotidiano reſtitutus probatur. Sed & illud mirabile credidi adjungendum, juvenem quemdam de ipſo pago, in ſeipſam incurvatâ manu, ſimili fuiſſe ſanatum exemplo. Per idem tempus quædam femina, pluribus annis debilis pedibus, baculoque ſe ſuſtentans, ante tumulum B. Antiſtitis priſtinas vires eſt adepta.

clauda greſſum,

cæca viſum,

& contracta.

ANNOTATA.

a *Theodericus Rex Burgundionum vixit ab anno 596 uſque ad annum 613.*

b *Annotarat Bollandus olim ad Ms.* hæc non convenire, quia ſecundo anno Epiſcopatus Auſtregiſili mortuus eſt Theodericus Rex: *& narrationes fabulaſas eſſe colligimus, ex alto ſilentio prioris & coætanei auctoris, uti etiam ex variis Actis S. Sulpitii ſucceſſoris, ubi ſimiles exactiones dicuntur* ſub Dagoberto primo petitę

EX MSS. per Lollionem quemdam: & à S. Sulpitio impeditæ. *Conſule 17 Ianua, Acta ejus priora cap. 6, & poſteriora num. 7, quæ perperam huc tranſlata ſunt.*

c *Ms. hæc ita habet.* Tunc B. Sulpitius conteſtatus eſt eum, quia, ſi contra jus divinum quæ cupiebat impleret, longo tempore ex hoc non gauderet. At ille poſtquam urbem ingreſſus, ea quæ à Rege juſſa fuerant adimpleſſet, ac momentaneo fortunæ dato gauderet, ad baſilicam *&c.*

d *Idem Ms.* Urceum aureum cum manili miſerunt mihi.

e *Idem Ms.* auſus virorum Regalium urbem Biturícam hujuſcemodi tributis ſubmittere: quia miſer, qui cœperat, pro tali culpa vita privatus erit.

f Carobris *in Ms.* Carobrian, *Surio* Carobeias, *vulgo* Chabris *in Archipresbyteratu Virzionenſi.*

g *Quis hic* Pipinus *fuerit, non ſatis liquet. Quid ſi* Carolus Princeps, *ſcilicet* Martellus, *filius Pipini Herſtalli, & pater Pipini Regis, ſubſtituatur? res tunc clara erit.*

h Eudonis *bella, tempore Caroli Martelli, indicantur in Hiſtoria juſſu Childebrandi ſcripta, & Chronico Fredegarii annexa, ubi & mors indicatur: quæ videtur contigiſſe circa an. 735. At nulla alibi mentio rerū ad Biturigas*
B *geſtarum, quæ hic narrantur. In Patriarchio Bituricenſi hæc omnia de Eudone omiſſa ſunt, quæ uſque ad num. 8 referuntur.*

i *Ms.* Beroralis, *Sur.* Bertradus, *infra num. 7* Bertheradus, *ubi in Ms. & Sur.* Bertrandus. *Eſt jam eccleſia Collegiata, monaſterio ad Canonicos ſeculares tranſlato.*

k *Ms.* Vilichannus, *Sur.* Juliachannus.

l *In Regiſtro beneficiorum diœceſis Bituricenſis collocatur Abbatia S. Sulpitii in ſuburbio, ad confluentiam trium fluviorum, Gallice dictorum,* Enſe, Aurette, *&* Auron, *pro quibus hic* Utrio *&* Avera *leguntur. Hæc vero de ſitu hujus Abbatiæ & S. Auſtregiſili omittuntur in Ms. & apud Surium.*

m *Hic eſt* S. Laurentius, Epiſcopus Hiſpalenſis, *in vico Vaſtino agri Bituricenſis martyrio coronatus 4 Iulii, cujus Acta tunc elucidabuntur, & infra num. 9 indicatur ejus feſtivitas in monaſterio ipſius agenda.*

n Bladegiſilus, *forſan ſupra num. 6* Fredegiſilus.

o Suffronius, *in Ms.* Symphronius, *Surio* Sophronius.

p *Hîc deſinunt Acta apud Surium his verbis*: Alia beatiſſimi viri miracula, ne ſimus longiores, commemorare nolumus.
C

q Vincenna, *aliis* Vigenna, *apud Candatenſem vicum, ubi S. Martinus mortuus eſt in Ligerim labitur: & inde Turonenſes per Vigennam corpus S. Martini, noctu fugientes, verſus Turonenſem urbem detulerunt.*

r *Hic finit Ms. codex, addens*: Multas præterea operatur Dominus virtutes, per merita Auſtregiſili & operabitur in ſeculum.

LIBER III,

Miracula ac virtutes recentioris memoriæ continens.

Ex Ms. Eccleſiæ de Caſtro, ad muros urbis.

Sanatur coram ipſo ſcriptore

1 MIrabilem Deum in ſanctis ſuis Sanctus Propheta annuntiat dicens, Mirabilis Deus in Sanctis ſuis. Aliáſque ſacra Scriptura dicit. Qui me glorificat, glorificabo eum. Hanc igitur glorificationem mirabilis Deus noſter B. Auſtregiſilo, in virtutum ſignis potentiſſimo, donavit; dum per eum noſtris diebus quemdam contractum ad ſanitatem redire fecit. Super cujus miraculi certitudinem non requiritur aliquis quilibet ſub introductus Teſtis; ſed eſt ipſe hujus inſcriptionis pauperculus exarator ſitibunduſque ſanitatis animæ, qui ejuſdem ſancti ac glorioſi vereque fidelis Dei Auſtregiſili Pontificis expetit miſericordiam; & ut eidem Sancto ſervitus ipſius exaratoris placeat, largitorem bonorum omnium Deum invitat. Adeſt & teſtis, ipſius ſancti loci Canonicalis non parva congregatio, cum innumerabili Bituricenſis civitatis populo: qui ſimul omnes pro viſo miraculo Deum laudaverunt, multaſque gratias Sancto reddiderunt Auſtregiſilo. D

2 Quidam erat homo, nomine Anſterius, qui occulto Dei judicio à renibus omnium membrorum perdiderat ad adjutorium ambulationis officia, moreque quadrupedum manibus & genibus repebat per viarum ſtrata. Conſuetudinaria erat ei cancellorum deportatio, pro quibus jam in manibus obdurati callis obvenerat ſpiſſitudo. In hujus infirmitatis deploratione per trium annorum ſpatia demorans miſerrime, ut parvus parvum tuguriolum juxta eccleſiæ ſancti ac glorioſi Antiſtitis Auſtregiſili fecerat atrium. Ibi uteumque poterat ſuſtentatus, vel commanentium in eadem villa, vel advenientium adjutorio manebat. Unâ nocte in eccleſia B. Auſtregiſili ivit jacere, & ad incrementum ſuæ devotionis per totam noctem tenuit ardentem candelam in manibus ſuis. Circa autem mediæ noctis ſilentium, viſum eſt ei in eadem Eccleſia adeſſe quaſi magnum fremitum. Hinc capſas ſanctarum Reliquiarum concuti; hinc *a* fredam ſuper ſancto corpore impoſitam commoveri: ſuper altare vero, quod erat ad pedes S. Auſtregiſili, quod eſt in honore Dei & in memoria ſancti Protomartyris Stephani, viſum eſt ei, quaſi multitudo malleorum deberet ferire. His tantis concuſſionibus perterritus pauper & contractus, aliquotiens replebatur nimiis ſudoribus, aliquotiens (ut in talibus rebus accidit) nimiis cruciabatur frigoribus. Permutabat interdum loca ſtationis, ſed non decreſcebat vel inſitus timor, vel inchoatus commotionis ſacrarum Reliquiarum tremor. Tandem viſum eſt ei ſedenti ad altare, in honore Dei & in memoria S. Petri omniumque Apoſtolorum conſecratum, quaſi ungeretur quodam ſuaviſſimæ delectationis emplaſtro, quod pertranſiret ad vitalia ſuavi linimento. Hinc cœpit paulatim ſe extendere, admirans ſi verum poſſet eſſe quod vellet facere: ſed hoc & ille vere præſtitit, meritis & interceſſionibus ſancti ac Deo dilecti Auſtregiſili, de quo dicitur; Qui aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit. Erigitur ex hinc recto & ſano corpore, & relictis ſcamellulis vadit quo jacebat ædituus eccleſiæ; perquiritque candelam, quam properat illuminare ad lucernam ante ſanctum corpus ardentem. Hunc que videns ædituus ambulare ad Matutinorum Hymnos, campanam levat ſonare; taleque inſperatum gaudium cognoſcens Canonicalis inibi manens congregatio, Te Deum laudamus devote canit, Sanctoque Auſtregiſilo gratias reddit, pulſatis diu campanis & profuſis præ gaudio maximo lacrymis. *manibus genibuſque repens:* E F Apoc. 3, 7

3 Inter ceteras virtutum multiplicitates, quemdam nomine Andream loqui fecit B. Auſtregiſili meritum & fides, qui notus erat multis hominibus manentibus vel advenientibus in curte *b* Daeberti illius Archiepiſcopi, zelum Domini vero & firmo amore zelantis. Nam ex poteſtate *c* S. Palladii quidam juvenis venit manere inter ceteros ſervientes Daeberti Archiepiſcopi, qui omnium neceſſitatum ſuarum diverſitates potius perquirebat demonſtratione manuum, quam inſinuatione verborum. Hoc damnatus oris alloquio, per ſeptem vel amplius annorum ſpatia vivebat mutus, nec attendebat ſe poſſe ſanari b *loquelam recipit mutus unus,* c

A ſanari ab ea infirmitate amplius: deſperaverat enim jam ſe poſſe loqui, pro inveteratæ infirmitatis nodoſitate gravi. Mirabatur quale illud eſſet locutionis genus, quo honorari videbat omnes utriuſque conditionis. Videntes autem fideles, in eadem villa commanentes, varias & multiplices per beatum Deique fidelem Auſtregiſilum virtutes fieri, exteræque gentis & nationis homines recuperatione ſanitatis honorari; notum illum mutum, ſuoque ſervitutis obſequio inhærentem, cogunt ire ad eccleſiam B. Auſtregiſili honorabilem: ubi ante principale altare, in honore Dei & in memoria S. Petri Apoſtolorum Principis conſecratum, aliquantulum reſidens, tundens pectus pugnis, pavimentum perfundens lacrymis, ſolo fidei argumento, ſine oris alloquio aperuit aures [voci] Conditoris, non prolongato ſpatio. Nam inibi ante altare reſidens, ſubito & inſperato, non ſe habere candelas, quas portaret ad ſepulcrum Sancti, cœpit clamare. Hoc turbati, qui circumſtabant, pro inſolita & inſperata locutione muti gaudent, & admirantur pro glorioſa operatione Domini, quam frequentabat fides & meritum beati verique fidelis Dei Auſtregiſili. Arripit interim unuſquiſque, prout poteſt, gaudens & hilaris candelas,
B quas donant novello locutori, ad deportandum ante Sancti ſepulcrum illuminatas. Et ibi perfecte aſſumens modulos promptæ loquelæ, inſinuat in ſuâ ſanatione, quantam apud Deum gratiam habeat B. Auſtregiſilus, qui in cælis reſidens tantis locum ſuum in terris illuſtrat virtutibus: hocque frequentius ingeminabat dicens, Non habeo candelas. Hæc prima fuerunt illius antiqui muti verba.

alius, 4 Jucundum & hoc miraculum ſuper quemdam alterum mutum, qui per plurimos annorum recurſus, inter ceteros ſervientes Clerici nomine Archenaldi, nobilitate & poteſtate præcelſi, & amatoris ut locus ſuppetit Canonicalis religionis, permanens ſerviebat ut poterat, ex omni membrorum officio carens funditus ſolo locutionis beneficio, cui erat nomen Geraldus, patriaque ſuæ originis Burgundia, de eccleſia nomine Meſſa. Hic vel pro admonitu aliorum, vel pro neceſſitatis ſuæ coarctatione plurimâ, ad Sancti venit Auſtregiſili ſepulchrum, videre virtutum incrementa: ubi non prolongato ſpatio promeruit ſanari tali modo, ad laudem Dei & ſummi patratoris virtutum Auſtregiſili. Hic in eccleſiâ prædicti Confeſſoris Chriſti nocte quadam vigilans,
C volebat ut ſuper ſe illa divinæ dignationis viſitatio veniret, quæ tam frequens interceſſionibus B. Auſtregiſili ſuper varios infirmitatum dolores deſcendebat: mirabaturque ſi ſuper tantæ paupertatis hominem Dominus Deus vel S. Auſtregiſilus dignaretur extendere ſuæ benedictionis largitatem. Sed ille
Mat. 19,14 qui non ſpernit preces pauperum, & qui de pauperibus dicit, Talium eſt enim regnum cælorum; ſine prolongatione, non procraſtinata hæc ei edicere prima verborum & locutionis fecit elementa: Ego jam loquor. Hoc clamans diſcurrebat per totam eccleſiam. Tunc inibi inter vigilantem populum aderant duo monachi è Carroffenſi monaſterio, qui, pro amore Dei & in veneratione ſummi Præſulis Auſtregiſili, accenſos tenentes in manibus cereos vigilabant, ſtabant, admirabantur tam frequentes fieri ſanitatum virtutes. Dum autem quique fideles eidem pauperculo perquiſiſſent, quid ei viſum fuerit in initio ſanitatis ſuæ; diſcunt ab eo, quod ei viſum fuerit per oculos, aures & nares, quaſi cum dolore magno, ardorem ſenſiſſe. Sanatus autem rediit ad nationis ſuæ locum, benedicens per omnia Deum.

d 5 De *d* Exandonenſi patriâ quidam mutus & *ac tertius.* mendicans advenerat in Bituricenſi terrâ. Hic antiquum perditæ locutionis nodum deportabat, ut-

eumque poterat, ſedatis jam ſuper inveteratum dolorem rivulis lacrymarum. Huic nomen erat Conex mss. ſtantius: qui miſericordiâ præventus Dei in villam intrat S. Auſtregiſili; ubi per aliquot dies remanens, mendicabat quærendo panem ad manducandum, indice manu: quo beneficio bene interdum ſuſtentabatur, adjutus Clericorum bonorumque hominum in eadem villa manentium adjutorio; nec attendebat ſanationis ſuæ horam, intentus ſolum ut vivere poſſet per aliorum oblatam eleemoſynam. Tandem Dominus Deus, dum locum Beati ac glorioſi Antiſtitis Auſtregiſili viſitat, occulta ſuâ diſpenſatione, vel propter revelandam fidelis ſui Auſtregiſili dignam memoriam; vel propter Dacbertum Archiepiſcopum, igne tribulationis mirabiliter excoctum, qui in eadem eccleſiâ, quam ipſe ſummo ſtudio conſtruxerat, tumulatus erat; vel propter fidei meritum eorum hominum, qui in eadem villa manebant; & hic inter reliquum populum ante ſanctum altare adſiſtit, ruſticanas ut ruſticus ex corde, quia lingua non poterat, preces ingeminans. Sed has ille æternus auditor miſericorditer captat, qui tacenti Moiſi dicit, Ad Ex. 14,1
me quid clamas? Aperuit ipſe huic muto Exandonenſi Conſtantio os & linguam, eumque hoc pri- E
mum verbum edocuit clamare: Adjuva, S. Auſtregiſile. Hoc verbum amicabile toties repetit, donec ei perfectio totius locutionis venit. Qui poſtea multis innotuit, quod in initio curationis ſuæ, exterâ parte maxillæ quidam ignotus homo alapam daret, & pro eâ vi ſanguis ex aure defluëret: quod verum fuiſſe quique fideles viderunt, & admirati ſunt.

6 Ex *e* Calnenſi pago quidam pauperculus exti- *e*
tit homo, qui ab eadem patriâ fugiens pro ingraveſ- *Sanatur*
cente fame valida, de patriâ in patriam, de villa in *contractus,*
villam commutabat ſtationis ſuæ ſedem pauperculam. Hic tandem Bituriges venit ad civitatem, quæ primatum retinebat inter reliquas civitates ad pauperum ſuſtentationem. Hic per plurimos dierum recurſus, nunc intrabat civitatem, nunc deforis quærebat ſibi neceſſaria victus. Huic filius erat quaſi annorum quinque, cui inhæſerant pedum tali natibus, curvatis nimium genibus: cubiti quoque inhæſerant coſtulis, ungues infixi erant palmis. Hanc rotundam effigiem hominis deportabat pater interdum manibus, interdum collo, miſer & miſerabilis. Dabatur tamen ei pro tali deportato & demonſtrato monſtro amplior adjutorii ſuſtentatio: quis enim ita inſanus, qui potuiſſet aliquando huic monſtro geſtatorique ejus non ſuccurrere. Hunc per multa F
Sanctorum loca deportaverat, ſi quomodo cuilibet Sanctorum complacuiſſet miſero reddere membrorum naturalia officia: ſed ſuper id honoris beneficium voluit omnipotens Deus honorari B. Auſtregiſilum. Audiens itaque pater hujus contracti crebras & multiplices virtutes in eccleſia S. Auſtregiſili fieri; accepit filium, ponit illam teretem effigiem ſuper paternum collum; vadit celer quo audit & videt remeare cæcos videntes, ſurdos audientes, contractos ambulantes, claudos currentes; jactat ante altare, in honore Dei & in memoria S. Petri Apoſtolorum primi & Principis, contractum filium; in quodam autem angulo ipſius præfatæ eccleſiæ ipſe pater ſe collocat, attendit, & dubitat ſi ſuper tantillulam perſonam infantis ſic deſpecti dignetur illa cæleſtis majeſtas extendere manum ſuæ benedictionis. Sed ille Deus omnipotens, qui in præſepio fuit involutus pannis, & hunc non deſpexit pauperem precibus S. Auſtregiſili Præſulis: nam inſperato & ſubito prius abradicantur ungues à palmis, poſtea cubiti à coſtulis. Tunc incipit filius clamare nomen patris, in angulo eccleſiæ abſconſi. Ad vociferationem filii accurrit pater curſu veloci: accedunt & multi fideles,

EX MSS. qui lætantur nimium ſuper S. Auſtregiſili benignas virtutes, & ut ad perfectionem ſanitatis infantilem & pauperem perſonam adducat omnipotens Deus, precantur. Pro fide autem inibi precantium, & ad clarandum S. Auſtregiſili meritum, evelluntur à natibus infixi pedum tali. Tunc incipit infantulus per eccleſiam currere, ignorans per infantilem ætatem gratias Deo reddere. Jam non portat hunc pater ſuper collum, ſed caſtigat aliquoties propter nimium curſum. Super id negotium nullum Bituricenſis populus apponit ſcrupulum, nec in aliis virtutum ſignis, laudans per omnia Deum.

f *mutus & ſurdus à nativitate,*

7 In *f* Muratenſi oppido, quidam mutus erat & ſurdus à matris utero: quem Dominus Deus, pro meritis Beati Auſtregiſili, reddito oris alloquio & aurium officio, voluit honorari. Hic in hoc inveterati doloris permanens diſpendio, diverſos neceſſitatis ſuæ ſumptus potius perquirebat manuum ſigno, quam verborum inſinuatu aperto. Jam bene didicerat pro ſingulis ſuis neceſſitatibus circumflectere indices manus vel digitos: & hoc indicium jam bene eos docuerat cum quibus die noctuque manebat. Hic ſuſtentabatur eleemoſynâ cujuſdam

B honorabilis & potentiſſimi Clerici, nomine Aimardi: qui & in hoc, ſicut & in pluribus pauperibus, diſpergebat plurimos bonorum ſuorum ſumptus. Huic laudabili artificioſæ ſalutis inſudabat officio, quoniam quidem illud videbat bene frequentatum ab avunculo ſuo Dacberto Archiepiſcopo, qui, inter ceteras ſénioris animi virtutes, fide diligebat, calcatâ hypocriſi, pauperes Chriſti. His officiis igitur auditus & locutionis Muratenſis pauper privatus, vel parentum vel aliorum hominum ſubmonitu, ad ſancti adducitur Auſtregiſili monaſterium. Inibi itaque inter reſidentem manens populum, ſuper ſe attendebat Divinæ ſanctitatis adjutorium. Qualiter autem internus ejus animi precatus ſummæ placuerit potentiæ, demonſtravit ſanitas ei donata in fine: nam prius meruit recuperato auditu intelligere hominum verba. Quantumque hunc lætificabat reddita ſonoritas aurium, tantum mœſtum reddebat denegatum locutionis officium: ſed illa manus Domini, quæ non eſt invalida, interceſſione B. Auſtregiſili piiſſimâ, & huic reddidit perfectum oris alloquium, & benedicentem fecit per omnia Deum.

C *contractus ab infantia,*

8 Erat quidam homo, nomine Odoricus, ex Provinciâ Carnotenſium, de villâ quæ vocatur Temblevicus, qui ab infantiâ ſic erat contractus, ut nullo modo poſſet ambulare, niſi palmis & genibus ſuſtentaretur: ſicque more beſtiali gradiebatur, ferens in ſuis manibus ſcamellulos causâ requirendi neceſſaria. Verum etiam ipſe, audiens ſacri Pontificis Auſtregiſili famam inſignium miraculorum, quæ Dominus dignabatur exercere per ſuum fidelem, lento itinere, prout potuit, Biturigenſium fines ingreſſus eſt, æſtimans ſe poſſe ſanari pro S. Auſtregiſili merito & fide. Cum ergo tandem ad eccleſiam almi Præſulis perveniſſet, foris in porticu juxta introitum portæ facto tuguriolo diutiſſime manſit. Cumque multi infirmi propter glorioſum ſepulchrum B. Auſtregiſili, gratiâ recuperandi ſuorum corporum ſoſpitatem, noctu vigilarent; iſte ſupradictus ægrotus hoc, quod diu optaverat, miſericorditer conſecutus eſt: & omni ægritudine depulſa, cœpit extendere ambos pedes. Illo quoque ſurgente illico à terrâ, atque ſeſe afferente ab omni morbo veraciter ſanum eſſe, omnes qui inibi aderant ſimul laudaverunt Deum, & S. Auſtregiſilo gratias reddiderunt.

g 9 Erat quidam in oppido *g* Saluigniaco ſatis alacer juvenis, quem forte quadam die, cum poſt prandium ſopori membra dediſſet, tanta infirmitatis arripuerunt incommoda, ut per trium ſpatia dierum nec ſumere cibum, nec bibere, nec amicorum quempiam cognoſcere prævaleret. Poſt triduum vero miſerante Dei miſericordiâ, integrum membrorum recepit vigorem, linguæ tantum ligatus vinculo. Adveniente itaque B. Lauriani Martyris Hiſpalenſis Epiſcopi ſolennitate, quæ colitur quarto Nonas Julii, tale juveni dederunt amici conſilium, ut ante hujus Martyris altare, quod eſt in eccleſiâ, in quâ congregatio monachorum Deo militat non modica, vigilaret: ſi forte B. Lauriani interceſſione ejus infirmitati propitiaretur Dominus. Accepto igitur conſilio, ſequenti nocte celebraturus excubias ante præfati Martyris memoriam, ingreditur eccleſiam. Cumque jam tranſacto noctis ſpatio, ſomni torpore victus juvenis obdormiſſet; audivit vocem, ſe ut aſſurgeret admonentem. Expergefactus illico ſurrexit à ſomno, neminem quidem videns, vocem tamen audiens, ſuadentem ſibi, quatenus ad S. Auſtregiſilum gratia recuperandi ſanitatem properaret. Mane autem facto, poſt celebrata ſacri myſterii ſolennia, Dominicæ crucis vexillo munitus, ad hoſpitium de ſuâ ſecurus ſoſpitate perrexit. Venientes autem qui ſuper illius mutâ juventute dolebant, potionem ad bibendum illi offerebant, per quam futurum ſoſpitem illum affirmabant: ſed quia, B. Auſtregiſili Antiſtitis meritis apud Deum impetrantibus, ſe percepturum loquelæ modulos non dubitabat, potionem accipere recuſabat, ac Biturigas tendere cupiebat: quia vero non poterat voce, ſignis manus oſtendebat extenſæ. Illi tandem quibus cura erat de juvene, meminerunt, quod ejus pater Biturigæ erat civitatis incola, & ob hoc illum velle illuc ire putaverunt. Quid moror? Sociato ſibi ſocio ad urbem perrexit Biturigam, & paternam feſtinus ingreſſus eſt manſionem: congregatiſque parentibus & amicis, cognoverunt infortunium amiſſæ locutionis. Ipſe vero juvenis nudis greſſibus ad beati Pontificis memoriam, cum magna parentum amicorumque devotione, feſtinavit; & ad ejus tumulum oblationem ſuam, ut mos eſt infirmorum, obtulit. Poplitibus denique flexis & precibus pro muto fuſis, ſubito aperuit os ejus, qui aperuit os Zachariæ Prophetæ Domini. Surgens autem juvenis, à linguæ ſolutus vinculo, laudavit Dominum, ejuſque venerandiſſimum Confeſſorem Auſtregiſilum liberâ confeſſus eſt voce, omnibuſque qualiter hoc illi acciditſſet præſcripto narravit ordine.

D

mutus voce cæleſti juſſus S. Auſtregiſilum adire.

E

F

ANNOTATA.

a Freda & Fredum *pro pacis compoſitione, aut mulctâ ob pacem violatam paſſim ſumitur. Conſule* 13 *Januarii* §. 3 *ante Acta B. Godefridi Cappenbergenſis. Hic vero uſurpatur ea vox pro tabella Reliquiaria, quæ peregrinis deoſculanda præbebatur, ſimilis ei cujus uſus ſub Miſſæ ſacrificio eſt, quam vocant* Pacem, *quia ad oſculum pacis communicandum facta eſt* Pax *autem* Freda *eſt in antiquo Francico.*

b Dagbertus Archiepiſcopus Bituricenſis *fuit anno* 987, *& mortuus traditur anno* 1012.

c S. Palladius Epiſcopus Bituricenſis *colitur* 10 *Maji, ad cujus Vitam oſtendimus Pagum ſeu Poteſtatē ejus nomine appellari. Dicitur autem* Pagus *etiam* Poteſtas, *quatenus habet proprium ac privatum Dominum, Italis* Podére, *id eſt,* Poſſe.

d Exandonum *ſive* Exelodunum, *vulgo* Iſſoudun, *inferioris agri Bituricenſis urbs.*

e Calna, *an* la Carne, *oppidum Occitaniæ, inquirendum incolis proponimus.*

f Muratum *oppidum Alverniæ ſuperioris, & Vicecomitatu nobile.*

g Salvigniacum *vulgo* Salignii, *dominium in agro Borbonienſi,*

D E.

DE SANCTO THEODORO

EPISCOPO PAPIENSI IN ITALIA.

PRÆFATIO NOSTRA. G. H.

De cultu & vita recentius collecta.

CIRCA AN. DCCLXXVIII. S*Acram memoriam* S. Theodori, Epiſcopi & Confeſſoris Papiæ, *celebrant ad hunc* XX *Maji, Bellinus, in Martyrologio ſecundum morem Romanæ curiæ Venetiis ſub annum* MCCCCXCVIII *excuſo*; *Grevenus & Molanus, in ſuis ad Vſuardum additionibus; Maurolycus, Felicius, Caniſius, cum Martyrologio hodierno Romano, & Baſileenſi anni* MDLXXXIV. *Item Eccleſia Mediolanenſis in Miſſali anni* MDXXII *&* MDLX, *& Breviario anni* MDXXXIX, *ſed ad* XIX *&* XX *Martii. Verum propria Eccleſia Papienſis, Officio Eccleſiaſtico ſub ritu duplici, eum colit hoc* XX *Maji. Adſtipulantur Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, Vghellus Tomo* I *Italiæ ſacræ in Epiſcopis Papienſibus, rerumque Papienſium ſcriptores, Stephanus Breventanus, Antonius Maria Spelta*; *Ioannes Baptiſta de Gaſparis, in* Breviario Vitæ Sanctorum Ticinenſis *ſeu* Papienſis Eccleſiæ Epiſcoporum, *diuturna inquiſitione ex pluribus Scriptoribus collecto, & ſub annum* MDCLI *vulgato Papiæ, tacito auctoris nomine, ex quo Acta damus. Sunt hæc veluti epitome eorum omnium, quæ Carolus Pozzi, Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ ac Parochialis S. Theodori Papienſis, eodem anno & communicatis verosimiliter ſtudiis, vulgavit Italica lingua*; *prolixiori phraſi & deductione rhetorica extendens ſingula, ſic ut tota quindecim Capita libellus impleat. Vix tamen in eo reperimus quidquam, quod vel in Annotatis referendum eſſet, nobis aliunde non notum, niſi pauca de cultu poſt Epitaphium danda. In Supplemento Bergomenſis ad annum* DCCLI *dicitur*, nonnulla memoratu digna ſcripta mandaſſe Theodorus. *Sed ea latent omnia, præterquam brevia quædam fragmenta Sermonum ejus ad Plebem, qui ab Eccleſia Papienſi ſolebant antiquitus recitari in Proceſſionibus, Litaniarum minorum nomine vulgo notis, quæ Fragmenta Carolus Fozzi exhibet cap.* 5 *Vitæ à ſe ſcriptæ. Præterea quæ Bernardus Saccus, lib.* 10 *cap.* 17 C *Hiſtoriarum Ticinenſium*; *Iacobus Gualla, lib.* 3 *Sanctuarii Papienſis cap.* 4; *& Antonius Maria Spelta, in Vitis Epiſcoporum illius Eccleſiæ num.* XXIV, *ediderunt: quoniam ab illis ſua acceperunt de Gaſparis & Pozzius, correctis dumtaxat erroribus chronologicis.*

Cultus ſacer.

Acta.

B

VITÆ BREVIARIUM

Auctore Ioanne Baptiſtæ de Gaſparis.

a *Miraculis clarus* 1 THeodorus Ticinenſis, *a* S. Petri Papienſis Epiſcopi alumnus, inde ejuſdem Levita, donis gratiæ & naturæ ditatus, ob morum probitatem, vitæ ſanctitatem, & doctrinæ præſtantiam, ex Præpoſito Eccleſiæ *b* S. Agnetis, quæ poſt de Sancti hujus nomine dicta eſt, divino monitu, *c* Luitprando Longobardorum Regi per Angelum præcedente, Epiſcopus ab Eccleſia Ticinenſi eligitur. Inde Romam pergens conſecrationis gratia, in itinere obſeſſos à dæmone liberavit, aliiſque quamplurimis ſanctitatis ſignis refulſit. Epiſcopus à *d* Zaccharia ſummo Pontifice, ejus cognita ſanctitate, conſecratus, ad ſuam Sedem cum populi Clerique lætitia & veneratione excipitur. Qui cubiculo incluſus, Deo gratias agebat: & ea pietate, qua ſolet mens devota incendi, Summum Patrem obortis lacrymis enixe deprecabatur, ut optimus eſſet animarum Paſtor & Rector. Tranſactis aliquot in oratione diebus in publicum prodiit, ſuas oves diligenter invifit, tanta ſolicitudine & vitæ ſanctimonia, ut Papienſem diœceſim à teterrima Arianorum lue, quæ in Italia repullularat, illæſam ſervaverit. Vitiorum peſtem depulit, virtutes revocavit, animos ad Chriſtianam religionem, ad mundi contemptum, & ad amorem inflammavit.

b *conſecratur Romæ Epiſcopus:*

2 Claruit miraculis. Cum Francorum Rex Pippinus Longobardorum Regi Aiſtulpho, ditionis Romanæ direptori, bellum inferret, *e* Papiamque magnis copiis obſideret; huic occurrit Theodorus, malorum civitati impendentium miſericordia permotus. Nam civibus arma deponentibus, bello feſſis, ipſe mœnia perambulans, oratione & ſalutari Crucis ſigno propugnabat urbem. Ideirco quidam Regis *f* nepos in Sanctum contorſit ſagittam, quæ illico in ſagittarium divinitus reverſa, ipſius guttur trajecit. Hac manifeſta Dei ultione perterriti belli Duces, à ſancto Antiſtite ſupplices defuncti nepotis implorant vitam, tali fœdere percuſſo, ut Præſule ipſo vivente civitatem non depopularentur. Eorum precibus annuit Paſtor piiſſimus, & in Chriſti nomine nepotem vivum reſtituit. At cum juxta promiſſa Rex obſidionem ſolvere nollet, ac civitatem diripere conaretur; protinus tanta vis imbrium è cælo ruere cœpit, & flumen Ticini adeo intumuit, ut Papiâ à direptione atque incendiis defensâ, cum exercitu diſcedere & trans Alpes abire, acceptis quibuſdam pacis *g* conditionibus, idem obſidens Rex ſtatuerit.

e

urbem Papiam ab obſidione liberat:

f

g

3 Mulieri *h* cum paralytico filio, ejus opem imploranti, noctu Ticini flumen tranſituræ, mire apparens oſtendit vadum, cujus & filium Crucis ſigno ſanum effecit. Judæi tumidum brachium ſacro baptiſmate incolumitati reſtituit. A Deſiderio ultimo Longobardorum Rege, B. Petri jurium direptore, monitiſque Romani Pontificis ac Theodori contumace, in exilium pulſus, multa mala perpeſſus eſt; donec Carolus Magnus *i*, debellato Deſiderio, ſumma totius civitatis gratulatione, ab exilio eum revocaverit. Auguſtino ejus Archidiacono, Epiſcopatus ambitioſo, futurum Epiſcopum prophetico ſpiritu prædixit, & mox *k* moriturum: cui id Roma Papiam redeunti contigit: nam in itinere mortuus eſt. Tandem cum circiter annos quadraginta ſeptem ſingulari vitæ ſanctimonia præfuiſſet Epiſcopus, appropinquantibus diebus ipſius, ex hac vita diſceſſus, à SS. Syro *l* & Juventio, quos dum vixit Patronos ſemper coluit, ſuæ reſolutionis tempus inſtare admonitus fuit. Mane conſurgens, quod per quietem viderat, convocato Clero & populo narravit: eoſq; hortatus fuit, ut promiſſam in baptiſmate fidem ſervarent, inimicis ignoſcerent, & Deum ſimulque proximum diligerent. Hæc & alia ſalutis monita pius Paſtor reliquit *m*: Invaleſcente morbo, in cælum tollens oculos, inquit: Venit Chriſtus, ut carne ſolutus ad ſuum properem judicium. Et hæc dicens, ad Deum glorioſe emiſit ſpiritum, decimo tertio Kalendas Junii anno ſeptingenteſimo ſeptua-

h

paralyticum ſanat:

F

revocatus ab exilio:

i

k

l

præmonetur de obitu,

m

morituque an. 778.

A septuagesimo octavo: cujus tumulus frequenti energumenorum aliorumque languentium liberatione & tunc & deinceps claruit.

ANNOTATA.

a *Acta* S. Petri *decessoris dedimus* 7 *Maji, ex Breviario ejusdem Auctoris, a quo traditur* morte præreptus anno 743 : *judicavimus tamen agre eam mortem differri posse ultra annum* 738.

b *Parochialem eam fuisse indicat Pozzius, subjectamque ei plebem* Portæ-Pertusiæ *nominat.*

c Luitprandus *Rex mortuus est anno* 744, *successitque Rachis, qui postea linquens fratri Aistulfo regnum, monachus Casinensis factus est. Pozzius multis exaggerat, auctoritatem, qua apud eosdem* Theodorus *valuit, ad utrumque vel adducendum vel retinendum in pace cum Romano Pontifice.*

d S. Zachariæ *Papæ Acta dedimus* 15 *Maji. Præfuit Ecclesiæ à mense Decembri anni* 741 *usque ad an.* 752. *Extatque ejus epistola* XVIII ad Theodorum Episcopum Ticinensem *hoc principio.* Pittacium quod nobis tua veneranda Fraternitas obtulit, per quod nos scisciB tari studuisti, scilicet filium, cujus pater alterius filiam ex sacri baptismatis fonte habet susceptam, id est, an spiritualem ejusdem patris filiam, quod dici crudele est, in matrimonium suscipere liceat, quod apud te enormiter asseruisti contigisse.

e *Papia à* Pippino *Rege obsessa fuit anno* 755 *& iterum* 756, *quo postmodum Aistulfus ex equi lapsu finem vivendi fecit; eique successit Desiderius.*

f *Hæc referunt Breventanus & Gualla ad tempora Desiderii Regis & Caroli Magni, qui obsedit Papiam anno* 773 *&* 774. *Verum Spelta & Saccus referunt ad tempora Pippini & Aistulfi, quos hic auctor secutus est. Et videtur res tota viti traditione vulgi Papiensis. Ferrarius abstrahit à tempore, quo contigisset.*

g *Pippinus* redditam *sibi ab Aistulpho* Ravennam & Pentapolim & omnem Exarchatum ad S. Petrum tradidit. *Ita Eginhardus ad an.* 756.

h *Pozzius ait, eam mulierem fuisse* ex oppido Castelli novi de Scrivia, diœcesis Dertulanæ in Statu Mediolanensi, ipsamque à Sancto sibi per somnum apparente jussam fuisse filium suum curandum adducere Papiam.

C i *Aliqui ante hæc tempora scribunt* S. Theodorum *vita functum, & solum* 14 *annos Episcopum fuisse: sed ex Epitaphio subjuncto refelluntur, ubi mortuus dicitur, dum Papiam tenuit & rexit* Carolus, *utique Magnus, dictus* Rex Longobardorum. *Pozzius cap.* 11, *prolixe describit operam à* Theodoro *impensam convertendis Saracenorum Regibus, quos Desiderius Rex bello ceperat: & hujus filiam, Carolo desponsam, appellat* Theodoram, *nescio quo auctore,* Bertham *aliqui Franci vocant. Ego ad* 30 *Aprilis agens de S. Hildegarde* §. 2, *censui* Desideratam *dictam fuisse.*

k *Spelta ait esse qui dicant,* 20 *solum diebus præsedisse Augustinum; ipse Romam ivisse ait Confirmationis seu Consecrationis causa; eaque impetrata per iter in reditu obiisse.*

D l *Coluntur* S. Syrus 1 *Episcopus* 9 *Decembris, &* S. Juventius 3 *Episcopus* 12 *Septembris.*

m *Galesinius & Gualla præsentem morienti adfuisse ajunt Leonem Papam III, & funus curasse: quod hic Auctor noster & Carolus Pozzi merito omittunt: cum* Leo Papa III *primum electus fuerit anno* 795, *atque adeo annis* 17 *post mortem Sancti.*

EPITAPHIUM

à Iano Grutero editum.

4 ME tibi præclarus Doctor nutrivit alumnum
Antistes Petrus, Ticinensis gloria plebis,
Et Pater & Pastor, patriæ decus, inclitus auctor.
Ecclesiæ semper fueram vernaculus almæ,
Litterulas ex quo primævo tempore sumpsi.
Primus eram Cleri primo Levita; deinde,
Jam licet indignus, magno tamen Ordine fungens.
Sed post ira Dei populum stillabat in istum:
Exul eram, ductus longe de cespite patrum. E
Sed me magna Dei servavit gratia semper,
Eruit à multo venienti hinc inde pericIo:
Cui laus magna fuit, virtus, & gloria semper,
Qui me tam miserum dira de morte reduxit,
Et patrias iterum me fecit cernere terras,
Tempore quo Carolus Rex, magnus & optimus, istas
Tenuit & rexit grandi pietate benignus.
Hæc mea viventis in seclo fata fiebant.
At nunc ista tenet requies miserabile corpus:
Spiritus altithroni timi sus petit, omnia secum,
Judicium Regis, portans quæcumque gerebat.
Corpore conjunctus Petro. Mitissime Christe,
Tu quicumque legis, die, die, peccata remitte:
Atque valete mei memores per secula, Fratres.

Ecclesia restaurata an. 1497.

5 Crevit postea, *inquit Vitam concludens Carolus Pozzi*, Papiensis populi religio erga S. Theodorum usque adeo, ut antiqua ac nobilis Albericiorum familia, specialius illi devota, sub nomine SS. Theodori & Blasii ædificandam curaverit ecclesiam in arce Papiensi: quæ cum diuturnitate temporum & bellorum injuriis fuisset destructa, novam à fundamentis excitarunt anno MCCCCLXXXXVII Ludovicus Albericii Presbyter & Joannes Petrus F Tacconi: eamque tradiderunt Fratribus Regularis observantiæ S. Francisci, à B. Amadeo cognominaris: sed eadem postea Sanctæ Crucis dicta fuit, ad instantiam Cardinalis eum titulum ferentis. Anno deinde MDLXXVI Hippolytus Rubeus, S. R. E. Cardinalis, Papiensis Episcopus, S. Theodori corpus ad princeps altare ecclesiæ Cathedralis transtulit; ubi à civibus exterisque honoratur, non sine fructu miraculosarum gratiarum, quarum testimonium olim dabant anathemata ad imaginem illius magno numero appensa; neque eædem temporibus nostris omnino cessant.

corpus translatum 1576.

DE SANCTO ETHELBERTO,

REGE ORIENTALIVM ANGLORVM.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. H. De ejus cultu, eccleſia, tranſlatione, Vita à Bromptono & Giraldo ſtylo vario tranſcripta.

ANNO DCCXCIII

IN Heptarchia Anglo-Saxonica fuerat regnum Orientalium Anglorum, quod in S. Ethelberto Rege, de quo hic agimus, ab Offa Rege Merciorum occiſo an. DCCXCIII, finem habuit; poſtea tamen ibidem regnavit S. Edmundus, martyrio affectus XX Novembris anno DCCCLXX. Sacra illius memoria inſcripta eſt Martyrologio Coloniæ & Lubecæ ſub annum MCCCCXC excuſo his verbis: In Anglia S. Ethelberti Regis & Martyris. At Grevenus in Auctario Vſuardi, ſub annum MDXV & MDXXI impreſſo, primo loco addit: Athelberti Regis Angliæ & Martyris. Ejuſdem feſtum inſcriptum eſt Kalendario prafixo ante Enchiridion Eccleſiæ Sarisburienſis, prceationibus & imaginibus refertum, & anno MDXXXIII excuſum. Ioannes Molanus, in Additionibus ad Vſuardum anno MDLXXIII recuſis, iſta habet: Herefordiæ S. Athelberti, Regis Angliæ Orientalis & Martyris. Secuti dein recentiores. Cambdenus inter Silures collocat Comitatum Herefordienſem, & de ejus urbi Herefordiæ originé atque incremento ſic ſcribit: Adultâ Saxonum Heptarchiâ primum emicuiſſe creditur: ab Eduardo Seniore, ut ſcribunt aliqui, conſtructa: nec ſane antiquior de ea facta eſt mentio. Britanni enim, priuſquam Herefordiæ nomen innotuit, locum Trefawith à fagis, & Henford à via antiqua, ipſique Saxones Fernleg à Silicibus dixerunt. Incrementa, ni fallor, maxima religioni, & Ethelberti Orientalium Anglorum Regis martyrio, accepta ferat. Qui cum nuptias filiæ Offæ Regis Merciorum ambiret; à Quendreda, Offæ uxore, quæ potius Orientalium Anglorum imperium, quam honeſtam filiæ conditionem captavit, ex inſidiis nefarie ſublatus, Martyrumque catalogo inſertus, templum hic ſibi habuit à Milfrido Regulo extructum: quod Epiſcopali ſtatim condecoratum dignitate, in ſummam crevit opulentiam, munificentia primum Merciorum, dein Weſt-Saxonum Regum. *Hæc ibi.*

Cultus ſacer

Herefordiæ eccleſia illi dicata.

B

C

2 *In Ms. Florario Sanctorum indicatur hoc* XX *Maij*, In Anglia tranſlatio Athalberti Regis & Martyris: *ſcilicet ad dictam Herefordiam. Permanſit erecta ibidem eccleſia cum ſacris illis exuviis uſque ad annum* MLV, *quando (ut ſcribit Florentius Wigornienſis in Chronico)* Griffinus Walienſium, & Algarus Comes, contra S. Eduardum Regem, copioſum exercitum congregarunt, fineſque Anglorum depopulaturi, Herefordenſem provinciam intraverunt; & Anglos fugam capeſcentes iniecuti, quadringentos vel quingentos ex eis peremerunt, multoſque vulneraverunt. Deinde victoria potitus Rex Griffinus & Comes Algarus Herefordam intraverunt, & ſeptem Canonicis, qui valuas principalis baſilicæ defenderunt, occiſis; ac monaſterio, quod verus Chriſticola Antiſtes Æthelſtanus conſtruxerat, cum omnibus ornamentis & Reliquiis S. Æthelbrechti Regis & Martyris, aliorumque Sanctorum combuſtis, & nonnullis è civibus necatis multiſque captivatis, civitate etiam ſpoliata & cremata, prædæ ubertate ditati redierunt. *Hæc Wigornienſis quæ plane eadem habent Simeon Dunelmenſis in hiſtoria de Geſtis Regum Anglorum, & Rogerus Hovedenus parte priore Annalium, qui* S. Agelbertum Regem & Martyrem *appellant.*

Corpus tranſlatum,

& anno 1055 combuſtum.

3 *Acta ejus duplicia extant, & ex aliis antiquioribus excepta: horum alia ſunt edita in Legenda Ioannis Capgravii, alia inſerta Chronico ſub nomine Ioannis Bromtoni excuſo inter X Scriptores Hiſtoriæ Anglicanæ: quæ ultima hic damus, nonnullis inter Annotata ex prioribus obſervatis. Eſt Chronicon Bromtoni ad annum uſque* MCC *deductum, ergo quatuor poſt cædem* S. Ethelberti *ſeculis, ex variis auctoribus & encomiaſtico ſtylo ſcriptum. Ex hoc Willelmus Dugdale volumine* 3 *Monaſtici Anglicani pag.* 150 *deducit originem Eccleſiæ Cathedralis Herefordienſis, adductis verbis quæ infra numero* 15 *habentur. Dein pag.* 181 *edit chartam Edwardi Regis, qua* Presbyteris Herefordienſibus apud S. Ethelberti monaſterium *immunitas conceditur, & pag.* 187 *proferuntur privilegia, ad honorem ejuſdem* S. Ethelberti *facta. Præter iſtæc quæ dixi excuſa haberi Acta,* Vitam Regis & Martyris Æthelberti à Giraldo digeſtam, *ex vetuſto Codice Bibliothecæ Cottonianæ Lugduni, ſub effigie Vitellii* E 7 *reperiendo, deſcribendam nobis curavit prælaudatus Guilielmus Dugdal, cum proœmio, quod incipit,* Siquis vero deliciarum horto. *Eam eſſe pro uſu Chori, ſtylo verboſiori deductam intelligimus, dum legimus laudatam in eodem proœmio* gratiam Martyris noſtri & Regis Æthelberti, cujus hodie ſolennia feſtive celebramus. *Ceterum cum* Giraldum *auctorem legis, ne* Cambrenſem *cogites, ſcriptis de Hibernia libris, quos anno circiter* MCLXXXX *edidit notum & anno* MDCLXI. *à Gratiano Lucio Hiberno operoſe refutatum (hujus enim ſtylus multo caſtigatior & ſuccinctior eſt) ſed poſteriorem ejus nominis aliquem Herefordienſem Canonicum, qui licet in fine profiteatur, quod* Vitam S. Æthelberti cum miraculis, longis ambagibus ante rudique ſermone congeſtam, Concanonicorum inſtantia brevius admodum & dilucidius explanavit, *eſt tamen multo prolixior Bromptono, cujus alias ipſa fere verba habet, ut appareat ex eodem ambos fonte ſumpſiſſe. Quare Bromptoni contextui acquieſcentes, ex Giraldo Annotationes paucas & miracula ab illo prætermiſſa ſumemus.*

Acta apud Capgravium & Bromtonum

alia Ms. auctore Giraldo.

E

F

VITA

Ex Chronico edito ſub nomine Ioannis Bromtoni.

CAPUT I.

S. Ethelberti virtutes, iter ad Offam Regem Merciorum.

1 POſt Regem Annam, Adelherus frater ſuus in regno Eſtangliæ ſucceſſit: qui in bello, cujus auctor ipſe fuit contra Oſwinum Regem Northumbriæ, cum perfido Penda fratris ſui Annæ peremptore exiſtens, cum ſuis militibus eſt occiſus. Cui Athelwoldus, Athelwlfus, Altwoldus, Beorna, & Adelredus Reges in regno Eſtangliæ ſucceſſive

Poſt alios Reges

EX MSS. regnaverunt. Adelredo autem, ultimo dictorum Regum Eſtangliæ, defuncto; Ethelbertus filius ejus unicus & heres, *a* à ſtudio litterarum ſubito ad curas terrarum raptus, cum omnium voto unanimique deſiderio in regni ſolium ſublimatur. Iſte Rex Ethelbertus, hæc & hujuſmodi Scripturæ teſtimonia ſecum recolligens, Quanto major es, humilia te, in omnibus; Humiliamini ſub potenti manu Dei; Qui ſe humiliat exaltabitur; & illud ex beatæ Virginis cantico, Depoſuit potentes de ſede, & exaltavit humiles; humilitatem in corde ſuo ſpecialiter & præcipue radicavit, & eam quaſi ceterarum virtutum fundamentum in ſe locavit. Præterea recolens, & ratione nominis attendens, quod à regendo Rex dicitur; eo quod ſe primum, deinde populum ſibi ſubditum regere debeat; pius Rex, clemens & miſericors, pupillo & orphano calumniam fieri, & ſanguinem innocentem effundi non permittens, in dubiis abſolvere quam condemnare pronior longe fuit. In certis autem & ſententia damnatis ſemper pœnam mitigare paratus, dolens plurimum, quoties dolorem vel pœnam cuiquam inferre vigore juſtitiæ tenebatur; gaudens è contra nec mediocriter exultans, quoties præmia conferre & beneficia ſpargere potuiſſet.

a patri ſuo ſuccedit S. Ethelbertus, Eccli. 3, 20. 1 Pet. 5, 6. Luc. 14, 11. Luc. 1, 52. *vir humilis,* *clemens & miſericors,*

B

2 Accedentes autem ad eum, ad regiam dignitatem jam elevatum, tam Proceres regni ſui quam Prælati, ſuper uxore ducenda regiaque prole ſuſcitanda, ipſum primum in privato, deinde palam & publice convenerunt. Ipſe vero, qui à pueritia fixum in animo radicatumque habuerat, virginitatem corporis ſui Deo dedicare, fructumque centeſimum expectare, quantum & quamdiu potuit, renuit omnino, diſtulit & recuſavit. Legerat etiam, & tam ex Ethicis quam Theologiæ paginis notum habuerat, matrimoniorum quanta ſunt onera. Legerat inſuper fatuarum mulierum inertias, deformium faſtidia, formoſarum & generoſarum faſtus & ſuperbias, adulteria, plerumque prolem incertam vel evidenter alienam, & inter ſecreta thori & thalami domeſticas amaritudines, moleſtias & anxietates, iras, rixas, zelotopias graves & ſuſpiciones. Legerat hæc, inquam, & ex his collegerat, pectora quidem, in quibus hæc regnant, parum habere pacis, plurimum autem perturbationis. Porro invaleſcentibus tandem eorum inſultibus, quoniam opportune inſtabant & importune, ſciens quia contra omnes ſapere quaſi deſipere eſt, ſciens etiam illud, Omnia fac cum conſilio, & poſt factum non pœnitebis; quamquam vix & invitus, eorum denique voluntatibus ſibi obtemperandum duxit & decrevit, timens tamen. Hæc ratio eum præcipue induxerat ad conſenſum, quod ſi regnum ob ejus defectum aliquando forte herede careret, hoſtiles ea occaſione incurſus, excidium pariter & exterminium pati poſſet *b*.

amans virginitatem, *& horrens moleſtias matrimonii:* *ſuadentibus proceribus*

C

Eccli. 32, 24.

b

3 Accedens ad eum denique Comes Oſwaldus, qui inter Conſiliarios ipſius ei fide & familiaritate fuit præcipuus: eumque ſuper *c* Offæ Merciorum Regis, viri in Occidentalibus inſulæ finibus magnifici, filia unica atque legitima ducenda, cum inſtantia magna ſecreto convenit. Ipſe vero, quamquam invitus ad hujuſcemodi conſilia declinans, reſpondit, ſe cum matre ſua adhuc ſuperſtite regnique Proceribus inde in brevi conſilium habiturum. Quibus ad diem certum convocatis, omnium fere aſſenſus Oſwaldi conſilio concordavit. Mater ſola, vel quia filiarum attentius, quam filiorum, matres conjugia maturare ſolent; vel potius mente præſaga malorum, illud penitus diſſuadebat. Ethelbertus autem, vir bonus & juſtus, ne muliebri conſilio terræ ſuæ Primaribus pertinaciter reſiſtere videretur; obtemperaturum eorum voluntatibus ſe conceſſit.

consentit in filiam Offæ Regis c *obnitente matre.*

D

4 Miſſa autem mane devote, ut aſſolet, & diligenter audita, gratiaque ſancti Spiritus invocata; cum magno comitatu, regioque ſicut decuit apparatu, iter arripuit indilate. Sed cum equum ſuum aſcendere debuiſſet, terra ſub pedibus ejus, cum aſtantium omnium plurima admiratione & terrore, quaſi terræ motu facto, tremuit aliquamdiu, & concuſſa quievit. Ipſe vero jactans in Domino curam ſuam, eique revelans viam ſuam, qui non derelinquit ſperantes in ſe, immotus omnino & interritus, iter aggredi minime formidavit. Et cum aliquantulum proceſſiſſet, ſole obſcurato, tantæ & tam atræ tenebræ itinerantes ſubito operuerunt, ut neque ſeipſos ad invicem, neque viam ullam jam videre valuiſſent: donec piis ſancti Regis Ethelberti precibus & devotis orationibus radii ſolares ſunt reſtituti. Clamabat enim ad Dominum, & ad terram proſtratus, humiliter dicebat: Notam fac mihi, Domine, viam, in qua ambulem: quia ad te levavi animam meam. Nec mirum ſi ſigna, quæ in morte Chriſti apparuerunt, ante mortem hujus membri Chriſti ejuſdemque dilecti, eamdem præſagientia, contigerunt. Terra quippe, quaſi ſeclus abhorrens quod jam imminebat, mora eſt: ſol autem obſcuratus, tamquam ne videret, faciem avertit. Vel, terræ motus ille, terræ regnique commotionem & deſolationem (quæ ab ortu Ethelberti, multis annorum curriculis ſub Regulis & tyrannis, uſque ad Regis Edmundi tempora duravit) aperte potuit ſignificare; ſol vero lucem ſubtrahens, ipſum ab hac luce in proximo ſubtrahendum, manifeſto indicio declaravit.

In Merciam abiturus, *terretur motu terræ,* *& ſole obſcurato* Pſal. 14, 8.

E

5 Cum itaque longius iter agendo, ad vicum in Merciorum regno, qui Villa auſtralis ab incolis vocabatur, jam perveniſſet; die ad veſperam vergente, ibidem pernoctare ſtatuens, in loco campeſtri tentoria figi juſſit. Præmiſerat autem viros diſcretos atque diſertos, cum regiis donariis & exeniis, quæ & Regem dare Regemque recipere cum honore deceret, adventum ejus cauſamque ſui adventus Offæ Regi nuntiantes. Eadem vero nocte, cum membra fatigata labore ſopori dediſſet; viſiones terribiles valde vidit. Videbatur enim eum videre totum aulæ ſuæ regiæ faſtigium à ſummo deorſum culmine corruere; cornuaque thalami ſui, in quo quieſcere ſolebat, tam tecto quam parietibus, ſubito lapſu in terram cadendo comminui: & alia quædam non minus *d* horrenda vidit, quæ Comes Oſwaldus ſibi à Rege relata, conſolandi & obſequendi gratia, interpretari benignius ſatagebat. Ipſe vero tacite cuncta conſiderans & intrepide, ſe & ſuam cauſam ex toto Deo commiſit.

ac viſione nocturna:

F

d

6 In craſtino vero reverſis ad eum nuntiis, tam propriis quam ab Offa Rege tranſmiſſis, qui ei veniendi ſecuritatem cum gratia Regis & benevolentia reportabant; præmiſſis etiam primo rhedis, deinde clitellariis & ſarcinis & ſagmariis multis, cum ſervientium tam peditum ſcilicet quam equitum turbis, ipſe Militum agmine pulcherrime ſeptus; competenti eſt ordine ſubſecutus. Poſt longos itaque viæ labores, cum ad curiam Offæ Rex Ethelbertus perveniret; fama tanti adventus divulgata, virgo Althrida, Offæ Regis filia, ab alto per feneſtram ſolatio, Regem Ethelbertum juvenem januas intrantem, & Milites ſuos cœpit diligenter more muliebri, eo quo intrabant ordine, intueri. Quo facto, ad matrem puella reverſa, juvenis formam, juventutis elegantiam, Proceres illuſtres, Milites inſignes, comi-

ſed reditu nuntiorum recreatus, *ad curiam Offæ progreditur,*

A comitatum & apparatum incomparabilem, & visa omnia, & forsan visis majora, sibi referre inchoabat.

ANNOTATA.

a *Giraldus Sancti matrem appellat* Leoverniam: *meminitque* Etheldridæ Virginis, *Rege Anna prognatæ. Capgravius ita habet:* Cum in disciplina litterarum profeciſſet, non voluptatum illecebris animum implicare curavit, ſed orationibus & eleemoſynis ceteriſque operibus bonis tota ſolicitudine inſudavit. Coætaneis ejus ad ludos exercitatis, ipſe in eccleſia converſari gaudebat. Demum adoleſcens factus, & patre orbatus, ad regni ſolium ſublimatur. *Aſſordus annum aſſignat* 749, *ac cœlibem ait vixiſſe in regno* 44 *annos.*

b *Giraldus hæc interponit:* Acceſſit igitur ad eum aliquando inter proceres regni ſui vir magnus & potens, Comes Guerro, monens & conſulens, quatenus Auſtralis Britanniæ Regis Egeonis filiam, cui nomen Seledrida, unicam ſcilicet nuper defuncti patris filiam & heredem, ſibi matrimonio copularet;
B ut ea videlicet occaſione quaſi duo regna in unam convenire poſſent monarchiam. Cui Rex ſtatim hujuſcemodi reſponſum dedit: Nonne Egeonis hæc filia, qui patri meo ſemper infidelis exiſtens, tot eum fraudibus, tot perjuriis fallere conſuevit? utpote vir ſubdolus, perfidus, & verſutus: qui & animum ſic inſtituerat, ut nihil ei menti minus eſſet quam non mentiri, nihil fas niſi nefas, nihil æquum præter iniquum videbatur. Noſti, Guerro, quod ſicut in arboribus vitium radicis, ſic in hominibus ceteriſque animalibus naturaliter in prolem deſcendere ſolent vitia parentum vel virtutes. De vitiis itaque mulierum & virtutibus, non de divitiis & poſſeſſionibus eſt inquirendum; de parentum quoque moribus, potius quam honoribus, inveſtigandum. Fortunæ nimirum munera mutari crebro videmus & transferri; natura vero radicitus hæret, quæ ſuos inventâ fortunâ relinquere novit heredes.

c Offa *poſt annum regni* 39, *mortuus eſt anno* 796, *relicto filio Egfrido regni herede, cujus infra mentio habetur: unde* filia *hic* unica *dicitur, ut quæ non habuerit alias ſorores. Interim Edburga, uxor Brithrici Occidentalium Saxonum Regis, illius veneno ſublati, filia Offæ habetur: ſed hic additur,* unica & legitima, *ut iſta excludatur.*

d *Vix plura Giraldus; ſed Capgravius multo prolixius & diſtinctius ea ſic narrat:* Veniens Rex in regnum Merciorum cum membra ſopori dediſſet, viſionem vidit, quam ſuis retulit dicens: Videbatur, inquit, mihi, Conſules ac Tribunos regni mei in regno meo prope me aſſiſtere, ubi multis ſermonibus cum eis habitis, ruit à ſummo culmine totum faſtigium regiæ domus meæ, cornuaque thalami mei evulſa ceciderunt. Mater mea hæc præſens contemplabatur, & ejulans lacrymabatur, lacrymæ vero ejus cadentes erant quaſi guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Deinde aſpiciebam arborem pulcherrimam in domicilio meo exereſcere, proceram valde, frondibus & foliis mirabiliter expanſam & decoram, nullius arboris ſimilitudini in pulchritudine comparandam: ad cujus radices quidam ultro inſiſtebant, qui hanc toto conamine ſuæ feritatis incidebant: ex qua ſuccuſſione quidam torrens ſanguinis effluxit, qui contra Orientem magno impetu curſum ſuum extendere feſtinavit. In contemplatione vero ejuſdem viſionis eximiæ, columnam lucis ab Auſtro ſole ſplendidiorem vi-

Viſio Etheldberti Regis,

debam exurgere: & mirantibus qui aderant & ſtupentibus univerſis, ad cælum uſque, flammivomis radiis ſequentibus, aſcendere. Ego autem eram ſingularis avis in terra, toraque extremitas alarum mearum erat aurea: æſtimabamque me arborem illam leviter poſſe circumplecti, ſi fortitudini meæ vel potentiæ aliqua occaſio pateret circumplectendi. Demum pennarum remigio temperato, celeri volatu ſuperiora columnæ lucis aſcendo. Cum autem in ſupremo culmine illius conſediſſem, & clara luminaria, quæ ſummus ille omnium princeps Deus in firmamento collocavit, toto oculorum aſpectu ſedulus contemplarer; audivi voces in ſublime cæleſtis harmoniæ miſcere concentus: cujus nectarea delectatus ſuavitate, ſive ad dulcedinem melodiæ magis magiſque intentus, ſomno ſolutus ſum. Cum autem aliqui interpretarentur, eum in potentia & gloria Regibus præteritis potentiorem & excellentiorem futurum; Rex ait: Fides utique revelationis aliud habebit experimentum, & majoris interpretationis longe altiorem pertingit ad actum. Facilis fortaſſe nobis hodie ad tyrannum patebit ingreſſus: verum ignoratur libertas revertendi. Sententiam
E quæ ſuper me præfinita eſt à Deo, animo hilari & ſpontaneo patienter expecto. Nobis autem videtur, caſus ille domus, à ſummo faſtigio corruentis, deſolationem regni ſignificare, poſt necem ejus: cornua vero thalami cadendo ad terram confracta, fortitudo eſt principatus eorum, per mortem Principis ſui conculcata ab inimicis & in nihilum redacta. Sanguinolentæ lacrymæ matris, dolores cordis ſunt, & paſſiones quas pro amiſſione filii ſui ſine intermiſſione perferebat. Arbor procera & longa, Regis perſonam deſignat; cujus ſummitas, frondibus & foliis condenſa & in latum expanſa, latitudinem ſanctarum portendit virtutum, per quam Sanctorum vita adornatur. Qui arborem ſuccidebant, occiſores beati Martyris erant. Torrens ſanguinis de ſucciſa arbore, ſanguis Martyris innocenter effuſus creditur eſſe: qui ad Orientem curſum ſuum direxit, quando innocentia mortis ejus ad Deum in cælo, ut vindictam acciperet, clamavit. Columnâ lucis, quæ uſque in cælum tendebatur, claritas bonorum operum ipſius exprimitur. Quod ſe eſſe avem videbat pulchritudine ſingularem, cujus alæ in extremitate erant aureæ; ſignificat ſpiritum ejus geminis alis virtutum, dilectione videlicet Dei & proximi circumdatum, ſplendentem fulgore & luce bonorum operum, quibus in ſummo culmine lucidæ columnæ ſublevari, & pertingere poſſet ad glorioſam viſionem æternæ majeſtatis Dei. Audivit etiam voces in cælo cæleſtis gloriæ, ad gaudia eum felicitatis æternæ invitantes.

quam ipſe de ſua morte interpretatur,

enucleatius explicata.

F

CAPUT II.

Inſidiæ à Regina ſtructæ. Cædes. Sepultura.

6 QUibus auditis, animoque diutius anxie revolutis, Regina muliebri plena tam aſtutia quam malitia, Regem Offam virum ſuum eadem nocte per hujuſcemodi verba convenit. Maturo tibi, Rex, in hoc articulo & valde maturando opus eſt conſilio. Noſti quod Orientalium Anglorum tyranni Merciorum populis ab antiquo imperare deſiderant: noſti antiquas gentium inimicitias, & mutuas plerumque regnorum ſubjectiones. Fallor ſi non juvenem iſtum plus ambitus, quam amor huc adduxit:

Regem à conſenſu abductura Regina

EX MSS. sub uxoris namque ducendæ prætextu, & palliatæ amicitiæ colore, captata tuæ ſenectutis occaſione, callidus in hos fines explorator & expugnator advenit. Non itaque ducendi, ſed ſeducendi cauſa, hoſpes acceſſit; nec hoſpitis, cum tanta militum & armatorum copia, ſed verius hoſtis imaginem ille gerit. Sed eſto, quod filiam noſtram duxerit, & hac præcipue cauſa in partes iſtas advenerit; tunc jure quodam ſucceſſionis & hereditatis, quæ jam ipſum quaſi cum herede contingeret, in mortem tuam quotidie anhelaret; totumque ſibi, quod in pace nunc poſſides, jugiter appetere, & modis omnibus acquirere non ceſſaret. Flagellum itaque tibi, Rex, fabricas, & flagitium paras, ſi talem tibi conſtituas ſucceſſorem: nihil aliud namque reſtat, ſi hunc tibi generum ordinaveris, niſi ut regni tui vitæque pericula non evites, vel ſaltem ſub tanto inſidiatore & ſucceſſore timide & trepide de cetero regnabis: & orientalis illa ſervitus per te, quod abſit, in hos fines liberos inducetur. Porro ſi repullam paſſus & offenſus abſcedat, non minus periculum procul dubio, Rex, incurres: terrarum namque veſtrarum aditus & exitus jam novit, exploratore non indigens alieno. Ætatis tuæ defectum & infirma noſtra conſideravit: occaſionem confuſionis & repulſæ prætendet, bellumque vobis ſtatim indicet, & ad exterminium veſtrum ſive mortem accelerabit. In has itaque perplexitates adventus hujus hoſpitis nos induxit: unde neceſſe eſt, ut vel tua per ipſum in brevi deſtructio accedat, vel per te ejus matura peremptio ordinetur. Finitoque Reginę ſermone, poſt longa ſuſpiria, Rex tandem in hæc verba prorupit: Anguſtias undique graves tua nobis oratio, Regina, depingit: ex qua video quidem & evidenter intelligo, quod hinc nobis periculum, inde turpitudo ſimiliter verſatur. Cumque demum de morte Regis Ethelberti ad ſuggeſtionem Reginæ tractaretur, advocatis ad conſilium Proceribus paucis & privatis, ac muliebri induſtria ad favorem prius allectis, omnes in ſententiam mortis conſenſerunt: dum tamen illud procul à militaribus ejuſdem turbis, ſecretoque & ſine tumultu fieri poſſet.

ſuſpectam ei facit Ethelbertum

Idem ſuadentibus proceribus

a 7 Proſiluit ergo in medium vir ſanguinis, ad ſcelus omne paratus, cui nomen *a* Guymbertus; qui ob familiaritatem olim in domo patris ſui, cui miniſtrabat, cum ipſo juvene contractam, ſe melius alio facinus illud poſſe promiſit effectui mancipare. Qui mercede ſtatim conſtituta, pecuniaque ſuſcepta, hoſpitium Regis Ethelberti fraudulenter adivit, monens & conſulens ei, ac ex parte Regis denuntians, quatenus ad ipſum illico privatus & abſque militari ſtrepitu, negotium pro quo venerat ad votum expediturus, adveniat. Regis enim infirmitas ac debilitas, ſicut in dolo aſſerebat, tumultus ac turbas hominum recuſabat. Juvenis autem Ethelbertus Rex, quia nihil pravitatis unquam excogitaverat vel expleverat, nihil hinc penitus pravi ſuſpicando, fidem dictis adhibuit: gladioque ſuo ſolum accinctus, proditorem prævium innocens omnino & immaculatus, hoſtia lictorem, victima carnificem, agnus lupum, ad Regis uſque palatium mortiſque ſuæ locum ſub nocturno ſilentio eſt ſecutus. Venientibus igitur illis ad divortium, tanto ſceleri magis idoneum, & ad hoc proviſum, exilientibus Guymberti complicibus, Ethelbertus Rex capitur & ligatur: eique nomen Domini jugiter invocanti, ſpiritumque ſuum in manus Dei commendanti, ſui ipſius extracto gladio caput Guymbertus crudeliter amputavit, & illud cruore perfuſum Regi & Reginæ illico præſentavit. A vita itaque iſtius ſeculi raptus eſt Ethelbertus, ne malignitas intellectum ejus bonum mutaret, & fictio animam ejus deciperet. Raptus eſt, inquam, ne centeſimi fructus gloria & virginitatis honore, quem ſemper appetiit, ullo mundi contagio fraudaretur. Et ſicut quædam aliæ referunt hiſtoriæ, in juvenem Regem Ethelbertum, forma inſignem, petulantes oculos inceſta Regina uxor Offæ conjecit: quem quia nullatenus ad conſenſum inclinare valuit, tamquam uxor Putiphar ſecunda, Joſephum alterum in Ethelberto reperiens, quaſi vipera aculeis exagitata, totum virus evomuit in vindictam: ſicque mater filiæ invidens, & propter repulſam tanti viri quaſi confuſa plurimum erubeſcens, vitam viri ſancti morte crudeli, muliebri malitia, ſtatuit terminare. Quoniam ſicut in Eccleſiaſtico legitur, Non eſt caput nequius ſuper caput colubri, & non eſt ira ſuper iram mulieris. Et in eodem, Brevis eſt malitia hominis ſuper malitiam mulieris. Paſſus eſt igitur ſanctus Rex Ethelbertus, Virgo ſimul & Martyr, palmam victorioſus utramque reportans, XIII Kalendas Junii, cujus meritis & precibus Deus in diverſis Angliæ partibus miracula multa & varia operatur.

D

Eccli. 25, 22, & 26.

20 *Maji.*

B

& occidendi fundet:

& occidit

8 Audito igitur Principis caſu tam inopinato, Altride Virgine revelante, militibus Ethelberti Regis ad propria reverſis, eadem Virgo prophetico ſpiritu repleta, matri quaſi divina comminatione futura prædixit. Et primo de filio ſuo Egfrido per triennium non victuro, regnoque ipſius non ſtabiliendo. De ipſa etiam Regina turpi morte in brevi moritura, & ultra tres menſes non victura, & ante mortem ſuam dæmonibus arripienda, & linguam ſuam propriis dentibus corrodenda. Quæ omnia, ſicut prædicta fuerant, poſtea evenerunt. Virgo igitur Althrida, quæ & ſecundum quoſdam dicitur Alfrida, caſtitatem corporis ſui Deo devovens, ad paluſtria Croylandiæ, tamquam ad eremum, curavit finaliter ſe transferre; ubi contemplationi penitus & devotioni dedita, talari tunica induta, in omni ſanctitate vitæ permanſit: eligens magis abjecta eſſe in domo Domini, quam habitare in tabernaculis peccatorum *b*.

Althrida ſponſa vindictam prædicit,

E

& ad Croylandiæ eremum ſecedit,

b

9 Amputato igitur ſancti Regis Ethelredi capite, corpus efferri cum capite Rex Offa præcepit, & in ripa fluminis in Comitatu Herefordiæ, quod Luggo *c* dicitur, occulte ſine ſcitu hominis ſepeliri. Cum igitur miniſtri corpus feretro impoſuiſſent, tantæ levitatis inventum eſt, ut levitatem ipſam magno pro miraculo ferendique facilitatem impii quoque ſatellites habuiſſent *d*. Et cum ad locum deſtinarum perveniſſent, corpus cum capite, juxta Regis Offæ edictum, ignobili ſepulturæ & tanto viro indebitæ tradiderunt. Sed quia non fuit Dei voluntas, ut tam ſanctum corpus ibi occultaretur; columna lucis ſole ſplendidior eadem nocte ab ejus ſepulcro in cælum uſque protendebatur, quam ſcintillæ & radii coruſcantes, velut omnia in gyrum devorantes, ſequebantur.

c

Sepultus Ethelbertus

F

d

columna lucis honoratur.

ANNOTATA.

a *Ita etiam Giraldo vocatur* Guymbertus; *Capgravio* Winebertus, qui in domo patris ejus 12 annis educatus & nutritus fuerat, & poſt mortem ejus in Ethelberti obſequio aliquamdiu inſudaverat.

b *Addit Giraldus:* Pater pœnitentia ductus occubuit &c. *ut infra Bromtonus num.* 13: *deinde ex Aſſer deſcribit nequitias & infelicem exitum filiæ alterius Edburgæ, quas apud ipſum legere licebit.*

c *Ita etiam Giraldus & Capgravius* Luggum *vocant; cujus nominis nihil ibi reperio, ſed bene fluvium* Loden, *mutata forſitan in hanc formam pronuntiatione.*

d *Interſerit Capgravius.* Quidam vero ſanctum caput ſeorſim geſtantes, ut majori foret ludibrio, ante

alios

A alios præcurrentes, in terra volutabant: *idem fere habet Giraldus.*

CAPUT III.

Tranſlatio corporis Hereſordiam. Miracula. Eccleſia conſtructa.

Brithfridus à S. Ethelberto monitus,

10 TErtia vero nocte, beatus Rex Ethelbertus nobili cuidam & prædiviti viro, Brithfrido nomine, in lecto quieſcenti, apparuit; præcipiens ei, ut corpus effoſſum ad locum, qui Stratuſway dicebatur, efferret, & juxta monaſterium eodem loco ſitum, illud reconderet cum honore, & traderet ſepulturæ; nomenque ſuum & mortis cauſam eidem expoſuit. Experrectus autem à ſomno, ut oculos vir ille aperuit, totam cæleſti lumine domum conſpexit illuſtratam; virumque ſanctum, qui ei apparuerat, cum toto jubaris ſplendore diſparuiſſe. His autem viſis & auditis, ſurgens Brithfridus à cubiculo, non mediocri gaviſus lætitia, multiplices Divinæ majeſtati, quod ipſum tanta viſione luſtraſſet, gratias intimo corde fudit: adjunctoque ſibi ſocio, participe laboris & præmii, viroque probo, cui nomen Egmundus, ad locum pariter ipſi acceſſerunt: effoſſumque corpus, propriis decenter manibus ablutum, & ſindone regali poſt indutum, in quodam curriculo extulerunt. Quo facto, cum de corpore regio læti plurimum & exhilarati fuiſſent, pro capite tamen nondum invento mœſtitiam non minimam habuerunt. Sed fuſis ad Dominum communiter orationibus, caput non procul à corpore, ubi non ſperabatur, Deo revelante inventum eſt, & ſtatim ad corpus in feretro collocatum. Cumque feretrum verſus locum deſtinatum proſequerentur; contigit ut ad caput, à rheda in terram forte delapſum, quidam per undecim annos oculorum orbatus officio, obiter offenderet, & ſtatim deſiderati luminis gaudiũ recuperaret. Qui confeſtim caput erigens, Deoque & S. Ethelberto elata, voce gratias agens, currum è veſtigio ſecutus eſt: & cum aliquantulum proceſſiſſet, ad Brithfridum & Egmundum, qui fatigati itinere parumper repauſabant, gratulanter acceſſit; caputque ab ipſis perditum, & ab eo miraculoſe repertum, eiſdem reſtituens, rem geſtam & luminis gratiam, per egregii Martyris merita recuperatam, ipſis expoſuit lætabundus. Quibus auditis, Brithfridus & Edmundus maximo repleti gaudio, Deum, qui tam mirabilis eſt in Sanctis ſuis, & magnus in omnibus operibus ſuis, glorificare non ceſſarunt. Et ſic procedentes uſque ad locum præſignatum, ibidem corpus ſanctiſſimum honorifice ſepelierunt, in loco videlicet, qui tunc Anglice Fernleg, Latine interpretatum Saltus-felicis, dicebatur, noſtris vero temporibus à comprovincialibus Herefordia nuncupatur.

& ſocius Egmundus,

B

corpus avehunt,

C

Herefordiæ ſepeliunt

a 11 Et *a* Aſſer hiſtoricus veraxque relator geſtorum Regis Alfredi, dicit, quod creſcentibus, circa Martyris ſepulcri loca, virtutum & prodigiorum ſignis; Rex Offa duos Epiſcopos, quibus præcipuam fidem habebat, ad inveſtigandum iſtorum eventuum certitudinem, Fernlegam, quæ nunc Herefordia dicitur, deſtinavit. Contigit autem tunc, quemdam potentem virum & magnificum, qui finibus Lidburiæ borealis & Montis-Gumeri & aliis partium illarum terris ampliſſimis dominabatur, ad locum eumdem eadem hora, cauſa recuperandæ ſanitatis de quadam paſſione, qua vexabatur, per merita Martyris adveniſſe. Patiebatur enim continuam capitis concuſſionem, unde & ab eventu ejuſdem paſſionis ſuper eum, ſortitus agnomen, Eywinus Quatiens-caput vocabatur. Qui cum noctu eadem ad ſepulcrum ſancti Regis Ethelberti vigiliis & obſecrationibus devote & humiliter deſerviret; demum divina diſpoſitione, demiſſo capite parumper obdormivit. Sed à ſomno poſt puſillum experrectus, & undique circumſpiciens, quæſivit à ſuis, ubi eſſet ille bonus vir, qui caput ei tam liberaliter in gremio ſuſtinuerat dormienti. Cum autem reſponſum accepiſſet quod neminem vidiſſent; ſanitatem ſe recepiſſe ſentiebat, quia poſt dormitionem illam caput ſuum quiete & abſque motu quolibet enormi jam regebat; & ſtatim exurgens, Deo & Martyri Ethelberto Lidburiam borealem cum omnibus integre pertinentiis ſuis laudabili munificentia largitus eſt, dicens: Quia rem ſub cælo, quam magis deſiderabam, ſanitatem ſcilicet, contulit mihi Martyr inſignis, ideo à me ea re quam in terris plus dilexi, Lidburia videlicet, dignus eſt in perpetuum remunerari. Hæc autem prima terrarum omnium, ut aſſerunt, fuit, quæ Beato Ethelberto collatæ fuerunt.

EX MSS.

& caco illuminato in via

Lidburiam eidem offert:

12 Rex autem Offa de his & aliis virtutibus & prodigiis multis jam certus, ſuperbiam ſuam ad tantam humilitatem & pœnitentiam reduxit, quod decimam partem omnium rerum ſuarum Eccleſiæ ſanctæ dedit; & ut fertur, aliorum fidelium exemplo provocatus, terras plurimas circa Herefordiam Martyri contulit, quas & Eccleſia Herefordenſis uſque in hodiernum diem tenet. Monaſterium quoque S. Albani, & alia quædam egregia fertur per Angliam fundaſſe cœnobia & ditaſſe: & ſic demum *b* Romam profectus, & Apoſtolorum limina devote veneratus, multiſque ibidem, Eccleſiæ conſilio, cauſa pœnitentiæ egregie geſtis, ad vitæ correctionem condignamque conpunctionem gratia cooperante ſignis & miraculis extitit provocatus. Nam, ut dicitur communiter, illum cenſum, qui Romepeny ſive Peterſpeny vocatur, Deo & B. Petro & Domino Papæ, qui tunc fuerat, & ſucceſſoribus ſuis primo contulit pro perpetuo atque dedit.

Offa Rex varias terras addit.

E

Ь *& Romam profectus ſancte obit:*

c 13 *c* Quo defuncto Egfridus filius ſuus vix per annum & centum quadraginta dies pro patre regnavit, & ſic completum eſt, quod prophetice Althrida ſive Alfrida prædixerat, quod poſt necem Martyris Ethelberti tribus nequaquam annis Merciorum populis imperaret. His & hujuſmodi ſignis B. Ethelbertus de die in diem magis innotuit, quo uſque Merciorum Rex *d* Milefridus ſanctitatem viri Dei fama vulgante cognovit. Qui & quemdem Epiſcopum ſuum, virum ſimplicem & ſanctum, de cujus diligentia plurimum confidebat, ad locum deſtinavit; jubens de morte Martyris & cauſa, ac de miraculis & ſignis, ibidem meritis ejuſdem à Deo declaratis, diligens ei ſcrutinium facere, rerumque geſtarum prudenti indagine certitudinem reportare. Quo facto Regis innocentis interitum, quem didicit, magnaliaque Dei multa, nec ſolum ea quæ audivit, verum & illa, quæ ibidem oculis conſpexit, ſuo Principi nuntiavit. Milefridus igitur Rex his auditis, quamquam in remoris regni ſui partibus tunc temporis ageret, tranſmiſſa ad locum eumdem pecunia multa, eccleſiam egregiam lapidea ſtructura ad laudem & honorem Beati Martyris à fundamentis incepit, & pro devotione Domino auxiliante perfecit: & in eodem loco primus Regum omnium Epiſcopum *e* conſtituens, eamdem eccleſiam Cathedrali dignitate ſublimavit, quam terris plurimis & prædiis amplis, palliis holoſericis & ornamentis egregiis, regia, quoad vixit, munificentia ditare quidem non ceſſavit.

d *Milefridus de nece & miraculis inſtructus.*

F

eccleſiam conſtruit:

e *Epiſcopum conſtituit.*

14 Poſt S. Ethelbertum, martyrii laurea in flore juventutis ſuæ, ut dictum eſt, coronatum, regnum Eſtangliæ per aliquot annos cum commotione & deſolatione ſub Regulis & tyrannis, uſque ad adventum S. Edmundi Regis, turbatum duravit. Quia illud

Regnum Oſt ſaxonum perturbatur.

EX MSS. regnum nunc Reges Weſtſaxiæ, nunc Reges Cantiæ in dominio tenebant, nunc alicui vel aliquibus illud dabant: unde aliquando unus Rex ibi erat, aliquando multi Reguli. Ultimus tamen Anglorum *f* S. Edmundus ſub Rege Weſtſaxiæ ibidem regnavit, qui de Saxonia veniens, apud Bury in Regem Eſtangliæ coronatur ... Quo interfecto Godricus Dacus ibidem regnavit. Poſtea Daci regnum minutum partiti ſunt, fuitque ſub eis uſque dum Regi Edwardo pro maxima parte ſubiectum erat: & ſic demum illud regnum Eſtangliæ, dominio Weſtſaxiæ contingebat.

ANNOTATA.

a *Aſſer Menevenſis, Schireburnenſis Epiſcopus, ſcripſit res geſtas Aelfredi, Regis ab ejus nativitate an.* 849 *uſque ad mortem, quæ contigit anno* 900; *mortuus ipſe, ut ſcribit quidam ejus Continuator, an.* 909. *Sed quæ hic de miraculis Regis Sancti narrantur deſunt omnia apud Cambdenum, qui Aſſero illi primum locum dedit inter veteres Scriptores Angliæ in editione Francofurtenſi anni* 1602.

b *Weſtmonaſterienſis hæc late deſcribit ad ann.*794.

B c *Hæc tomo* 3 *Monaſtici Anglicani pag.*180, *ad confirmandam antiquitatem Eccleſiæ, Hereforden ſis referuntur.*

d Milefridus Rex *ſupra, Cambdeno* Milfridus Regulus: *ita etiam in ſepulchrali carmine apud Godwinum de Epiſcopis Hereforden ſibus,* Regulus Miltrith cum conjuge Quenburga *dicitur. Videtur loco Witlaſii, anno* 826 *regno pulſi, imperitaſſe; & ideo in Regum Merciorum Catalogo omiſſus. Conſule quæ infra in Chronico Bromtoni columna* 778 *leguntur.*

e *Imo ab anno* 680 *fuiſſe Sedem Epiſcopalem Herefordæ, & Puttam primum Epiſcopum, ſtatuunt alii. Verum de aliquo ejus Succeſſore nihil ſcitur: ut ab hoc tempore videatur Epiſcopatus ſtabilitus.*

f *Anno* 970, *die* 20 *Novembris Martyrem obiiſſe ſupra indicavimus.*

MIRACULA

Ex Vita per Giraldum in Ms. Cottonianæ Bibliothecæ.

Clareſcit miraculis eccleſia,

C 15 Sicut Dominus & Salvator noſter, cariſſimi, B. Martyrem Æthelbertum ad ſepulcrum miraculis & prodigiis glorificavit: ita quoque in diverſis atque remotis regni partibus eum diu ſignis coruſcantibus evidenter extollere non ceſſavit. Eſt etenim vicus in Orientalium Saxonum provincia, cui nomen Bellus-campus interpretatio dedit. In cujus prædio antiquitus lignea quædam eſt baſilica conſtructa, & in honorem ac laudem beati Martyris Æthelberti Domino diſpenſante feliciter erecta. In hac tanta operatus eſt Chriſtus & uſque in hodiernum operari non ceſſat, quod tota Orientalis regio ſignis & virtutibus ibidem geſtis olim fuerit illuſtrata, firmumque fidei gratia cooperante robur acceperit. Traditur enim, & antiquorum comprovincialium & authenticorum teſtimonio certum habetur, Beatum Æthelbertum, cum ad Offam Merciorum Regem iter arripuiſſet, in eadem pulchra planitie pernoctaſſe ibique noctis unius ſpatio tentoria ſua fixa fuiſſe. Erat autem eodem in loco virga quædam gracilis & delicata, creſcens è terra, tenerrimis adhuc telluri radicibus innixa: in ſummitate vero ramis & frondibus paucis operta, cui forte quædam papilionis cornua funibus ſunt alligata. In craſtino vero, ſole recens orto, tanta & talis eſt arbor inventa ac ſi pleno robore centum annorum curriculis fixis ibidem radicibus excreviſſet. Nec mirandum quidem, & ſi forte mirandum, non vehementer tamen obſtupendum, ſi Dominus de ſurculo tam modico, pro Militis ſui gloria, ſub noctis unius ſpatio tantam arborem erexit, qui totam mundanam hanc machinam ex nihilo creavit; quique virgam electi ſui Moyſi, pro oſtendenda potentia ſua, in colubrum commutavit; rurſumq; ſerpente in virgam converſo, rubrum eâdem mare diviſit; quique ſub noctis unius tempore virgam Aaron frondere & florere & amygdala parere imperavit. Multa nimirum in Scripturis, ut ait Hieronymus, incredibilia reperies, nec veriſimilia, quæ nihilominus tamen vera ſunt. Nihil enim contra naturæ Dominum prævalet natura: nec deteſtari debet, ſed admirari & venerari Creatoris opera quævis creatura. D

cui tentorium Sancti fuerat adſtrictum:

ubi nocte una in arborem creverat virga illa,

Ex eadem arbore crux formatur,

16 Cum autem audiſſent religioſi regni illius viri, beatum Æthelbertum apud impias nationes jam Martyrio coronatum, de arbore eadem in modum Dominicæ Crucis lignum conſtituêre venerandum. Ubi quamplures, per fidei devotionem & Martyris merita, ſalutare remedium ſunt conſecuti. Fixum eſt igitur illud eodem in loco, quo glorioſi Regis & Chriſti militis invicti fixum antea noverant fuiſſe tentorium, & baſilica ibidem erecta eſt; ad quam quotidie plebs devota concurrens una cum Clero, Deum ac beatum Martyrem ſuum ſedulis orationibus, hymnis & canticis glorificarent. Sepulta ſunt ibi ſuccedente tempore multa Sanctorum Corpora, qui ea tempeſtate, qua Sanctus Edmundus *a* paſſus eſt & paulo poſt, mortem pro Chriſto pertulerunt; ingruente nimirum per inſulam barbarorum feritate, Paganorumque ſpurcitia ſævitiaque, cuncta quæ Chriſti fuerant devaſtantium tempore multo. Ceterum reſpiciente demum Domino populum ſuum, pace per Britanniam Eccleſiæ *b* reddita, vir quidam dives, quem prædicti ruris prædia jure hereditario contingebant, lignum ſalutiferum à loco removens, in viridi planitie quadam ante januam ſuam ſtatui fecit: decreverat etiam beati Martyris baſilicam ad locum eumdem transferre. Sed Crucem illam loco ſuo, nocte eâdem, virtus divina reſtauravit. Quo mane comperto, vir ille lignum fecit iterum reportari: ſed & eodem miraculo die ſequente conſternatus obſtupuit, & tamen animo pertinaciter obſtinato, cum ad idem jam tertio removendum accederet, priuſquam avelleret, oculorum cæcitate divina ultione percuſſus eſt. Cujus infortunii caſu pœnitentia ductus, Confeſſione Presbytero facta, contritione pariter & compunctione adeo incontinenti correctus eſt, ut ſe nunquam tanto facinori de cetero conſenſurum, ſeque beati Martyris eccleſiam & Crucem illam ſummopere veneraturum, firma ſponſione promitteret: proſtratoque in terram ante Crucem corpore, nonante ſurrexit, quam per Dei gratiam lumen oculorum indulta ſanitate recepit. Hoc autem miraculo per provinciam audito, & tanta ultione divinitus data, cœpit in tanta veneratione locus haberi; ut magnus à vicis circumjacentibus, nec non & locis remotioribus, cum oblationibus & eleemoſynis, ad Crucem prædictam, concurſus fieret populorum; & coram eadem devote vigilantes & orantes, ſalutis plerumque dona ſuſciperent. Infantes quoque & pueri, in cunis allati, per beati Martyris ſuffragia in fide parentum & devotione, paſſim à periculo liberantur: febricitantes vero, quaſi ſpeciali miraculo, tantam tamque efficacem nuſquam locorum gratiam conſequuntur. E

a

quæ loco bis mota, bis divinitus reſtituta,

b

tertio auferentem cæcitate plectit,

F

& propter miracula frequentatur.

Aulæum inde furatus intra parietem retinetur

17 Contigit in eadem Eccleſia miraculum inſigne, quod inter cetera ſua novitate non reticendum. Erat enim aulæum quoddam, olim eccleſiæ fideliter oblatum: quod cum latro quidam nocte extrahere & exper-

A exportare niteretur, perque foramen ſub oſtio factũ ubi intravit: eumq; cum furto pariter exire pararet, capite cum humeris jam expoſito, parte reſidua intra jacente, ſe tanto paries ad corpus pondere preſſit, ut nec extra ullatenus progredi, nec interius regredi valuiſſet. Uxor autem, ſuſpectam habens viri moram, filium ad quærendum patrem emiſit: cui tandem ibidem invento nullum penitus liberationis præſidium præſtare prævaluit. Parochiani vero cum ad eccleſiam in craſtino mane ſolita devotione conveniſſent, latronem tam miraculoſe compreſſum & comprehenſum vehementer admirantes, eumque extrahere volentes, abſque difficultate qualibet ipſum per ſe libere egredi, ut ingreſſus antea fuerat, obſtupuerunt. Sicque factum eſt ut B. Æthelberti merita provincia tota laudaret, & à ſacrilegis auſibus tam evidentis ultionis exemplo ſe pravorum temeritas refrænaret.

donec illucesceſcat.

18 In pago Orientalium Anglorum cui Statesella *c* vocabulum antiquitas dederat, cum dies paſſionis beati Æthelberti per ſingulos annos valde celebrius habeatur, pauper quidam arte ſutoria vitam agens (quoniam attritæ frontis eſt egeſtas, nec quidquam pudet dummodo vivat) ſolennitatem minime cuſtodiens, pro explenda neceſſitate miſer operi ſolito ſolicitus intendebat. Quem cum uxor ſua ſuper B hoc exceſſu ſæpius argueret, ipſe tandem erga illam iracundiæ furore permotus, dum minus ob hoc operi, magiſq; intenderet objurgationi, dextrum infeliciter oculum acu ſutoria perforavit. Qui continuo Sancti implorans auxilium, ad eccleſiam ejuſdem quanta potuit feſtinatione properavit; ibique confeſſione correctus & compunctione, fuſis aliquamdiu coram altari devotis orationibus, in ipſoque demum altari oblationibus expoſitis, optatam cum multorum admiratione ſanitatem recuperavit.

c

Sutor feſtum violans oculo læſo punitur.

19 Manebat in confinio loci ejuſdem, in quo Martyris Eccleſia conſtructa fuerat, vir quidam Vitalis nomine, qui ex Normannica gente oriundus extiterat. Hic Martyrem noſtrum, innato inter Anglos *d* & Normannos odio, quaſi tanto indignum honore ac veneratione reputans, uxorem ſuam, die quodam purificationis ſuæ ad aliam eccleſiam ire fecit, ibique ſolennes ritus ad victimam ſuæ expiationis offerre. Quo completo remeando Vitalis, cum domum Militis cujuſdam probitatis eximiæ, cui nomen Godiſcalcus, forte intraſſet; domina domus ejuſdem, Leceima vocata, quod Eccleſiam S. Æthelberti tam temerario contemptu declinare præſumpſerat, inſtanter arguebat. Ille vero, veſano ſpiritu torvus & quaſi in amentiam verſus, Prius, inquit, uxorem meam præſepia boum meorum adorare compellerem, quam illum quem tu prædicas Æthelbertum. Eoque dicto ſtatim miſerrimus ille repentino caſu in terram corruit, & coram omnibus miſerabiliter expiravit. Ex quo patet, quia Sanctos ſuos Dominus venerari vult in terris, quos ipſe quoque veneratione dignos judicat & in cæliis. Paret etiam, quia non eſt perſonarum acceptor Deus. Sed omnis nationis, omnis conditionis, qui credit in illum, non confundetur: nam idem Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum: apud quem non eſt diſtinctio Judæi & Græci, ſed ex omni gente quicumque invocaverit nomen domini ſalvus erit. Vitam igitur Sancti Æthelberti, cum miraculis antiquis, longis autem ambagibus rudique ſermone congeſtam, Concanonicorum noſtrorum inſtantia, brevius admodum & dilucidius explanavimus; nova miracula noſtriſque diebus propinquiora *e* Sancti *e* ejuſdem merita, in Herefordenſi Eccleſia Deo auctore patrata, cum à teſtibus fide dignis nobis oblata E fuerint, Domino propitiante tractaturi.

Miles blaſphemus in Sanctum d

ex mss.

ſubito extinguitur.

ANNOTATA.

a S. Edmundus *Rex, martyrio coronatus à Danis anno* 870.

b *Anno* 887 *fœdus inter Alfridum Anglorum Regem, & Gurmundum Danum coaluit: quo iterum rupto, firmior quies ſub eodem Alfredo an.* 898 *eſſe cœpit.*

c *In Vita cap.* 11 Stratus-way. *Videtur autem idem eſſe qui hic* States ella, *ſi tamen non eſt vitioſa ſcriptura.*

d Normanni, *ſub Guilielmo Conqueſtore, regno Angliæ potiti ſunt anno* 1066: *poſt quæ tempora apparet hoc contigiſſe.*

e *Seculum fortaſſis* 14 *hæc poſſunt ſignificare: utinam vero etiam poſteriora iſtac aut ſcripta eſſent, aut ad nos perveniſſent.*

DE SANCTO IVONE

EPISCOPO CARNOTENSI IN GALLIA.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De Vita recentius collecta ante opera: cultu, & epitaphiis ejus.

ANNO MCXV.

Vita à Ioanne Frontone ſcripta.

Pera Ivonis, *ſæpius typis cuſa, noviſſime recognita, & in duos tomos diſtributa, obtulit Iacobo Leſcot Carnutum Epiſcopo Ioannes Fronto, Canonicus Regularis, ſacræ Theologiæ Profeſſor in monaſterio S. Genovefæ, & in Academia Pariſienſi Cancellarius, uti ipſe indicat in pervetuſto Kalendario Romano à ſe illuſtrato. Hic, poſt præfatam Dedicationem, ſubjungit Vitam* S. Ivonis, *ex ejus ſcriptis & aliis antiquis monumentis concinnatam: quam inde damus, noſtro more in capita & numeros diſtinctam, atque additionibus marginalibus & Annotatis exornatam. In hac dicitur, diem ultimam obiiſſe anno* MCXV, XXIII *Decembris. Verum quia iſti dies impediantur propriis Officiis, ad præparationem Natalis Chriſti recitandis: Pius V Pontifex in Bulla anni* MDLXX, *nominatim pro* S. Ivone Epiſcopo *Canonicis Regularibus Congregationis Lateranenſis conceſſit, ut dies ejus feſtus celebraretur hoc* XX *Maji: quando ſub ritu duplici omnia de eo peraguntur etiam in Congregatione Gallicana, & propria ad ſecundum Nocturnum recitantur Lectiones, ſed quæ in ipſa fere Vita continentur. Illud tamen inde obſervo, à Frontone præteritum quod ibi dicatur* ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium offerenti globus igneus è capite micare, *aut* caput palam circumtegere viſus. *Pro tertio Nocturno Lateranenſes ſumunt Euangelium de Communi*, Vigilate quia neſcitis. *In Congregatione vero Gallicana legitur Euangelium de Doctoribus*, Vos eſtis ſal terræ; *& iſta præſcribitur Oratio*, Deus, qui Eccleſiam tuam Beati Ivonis Confeſſoris atque Pontificis illuſtrare dignatus es meritis & doctrinis; concede, ut ejus intereeſſione ſpiritualibus ſemper muniatur auxiliis, & gaudiis perfruatur æternis. *Aliæ ab aliis indicantur Orationes recitandæ. Meminerunt ipſius ad eumdem* XX *Maji*, Molanus, Ferrarius, Sauſſajus,

Cultus Eccleſiaſticus 20 Maji

AUCTORE G. H.

Sauſſajus,& pridie Ghinius: quod eo die celebratur feſtum in Congregatione S.Salvatoris.

Memoria ob beneficia in Eccleſia S.Ioannis in Valle.

2 *In antiquo Kalendario Eccleſiæ S.Ioannes Carnotenſis in Valle, his verbis ejus memoria celebratur*: Decimo Kalendas Januarias, anno ab Incarnatione milleſimo centeſimo decimo quinto, obiit bonæ memoriæ Ivo Carnotenſis Epiſcopus, qui Canonicorum Regularium Ordinem in hac Eccleſia conſtituit,& eamdem rebus ſuis ampliavit, dans Fratrum uſibus Eccleſiam S.Fidis, Eccleſiam S.Stephani cum rebus ad eam pertinentibus, Eccleſiam de Luciaco, Eccleſiam de Pontegodano,& terram ultra ſtagnum, triginta quoque volumina librorum ſuorum,& multa alia.*In Kalendario S.Quintini Bellovacenſis, iſta in particulari referuntur*: Primus Abbas hujus Eccleſiæ,poſtea Carnotenſis Epiſcopus, dedit nobis triginta volumina, calices quatuor, textum aureum, Crucem auream, phylacteria quatuor, Cruces argenteas & auratas quatuor,dexteram B.Calliſti Papę, thuribula duo argentea. *De hujus autem Eccleſiæ fundatione & dedicatione late agitur in Vita S.Romanæ Virginis & Martyris Bellovacenſis*, VIII *Octobris danda. Ex Martyrologio Eccleſiæ Carnotenſis hæc ſeligimus.* Ivo hujus Sacratiſſimæ Sedis Antiſtes, vir magnæ religionis, Eccleſiaſticorum & ſecularium negotiorum prudentiſſimus,mitis affatu,patientia inſignis, caſtitate pollens, & tam in divinis quam in philoſophia eruditiſſimus. Qui ſex pallia bona, & ſeptem cappas,& infulas tres, & tapetia tria decori hujus Eccleſiæ contulit. Librum Miſſarum & Epiſtolarum & textum Euangeliorum, & unum Lectionarium matutinalem dedit, & omnes argento paravit. Pulpitum miri decoris conſtruxit: ſcholas fecit: domum Epiſcopalem ſpecioſam & lapideam à fundamento refecit: & cum omnibus ad eam pertinentibus,ſive mobilibus ſive immobilibus,ex ancilla liberam reddidit, libertatemque ipſam adſtipulatione privilegiorum & Romanæ Sedis & Regis & Comitis, quæ in archivis hujus Eccleſiæ habentur, confirmavit. Terram etiam quamdam contiguam eidem domui, ad amplitudinem ipſius domus, à Vicedomino acquiſivit & muro clauſit. Apud Pontem-Gaudinum alias domos ad uſus Epiſcopales ædificavit, eamdemque villis in multis melioravit.... Minoratas omnes hujus Eccleſiæ & precarias, in communes redigit uſus, & eas in poſterum perſonis diſtribui tam ſuo quam Apoſtolico privilegio vetuit. Angarias & injuſtas exactiones, & pravas ſervientium diſtentiones, fieri per Præpoſituras iiſdem privilegiis prohibuit. Ad augmentandam tabulam altaris idem moriens centum modios vini reliquit, & in aliis pluribus ſuæ Eccleſiæ & Clericis ſuis multa bona fecit. *Hæc ibi.*

& S.Quintini Bellovacenſis.

B *atque Eccleſia Cathedrali.*

C

Epitaphium unum,

3 *Epitaphium ejus in vetere membrana Briſſonii & ex Tavelli manuſcripto apud Severtium, eſt hujuſmodi.*

Mente,manu,lingua,doctrina, corporis uſu,
Prudens,munificus,affabilis,utilis,inſons,
Firma columna domus Domini,quam jure ſalubri
Fovit,munivit,inſtruxit,jugiter auxit,
Conſilio,ſcriptis,quo viveret ordine,rebus.
Cujus opem gratis æger, rem ſenſit egenus.
Iſtius urbis apex memorandus Epiſcopus Ivo,
Hac ſuus expectat adventum Judicis urna.

aliud,

4 *Philippus ab Eleemoſyna Abbas Bonæ-Spei, aliud ei Epitaphium ſcripſit.*

Reddidit aſſ. ctus Patrem doctrina Magiſtrum,
Regula Canonicum, Pontificemque Gradus.
Famoſum probitas,humilem natura,verendum
Vita ſerena,ſenem longa, pudica ſacrum.
Præſule defuncto ſua tollere mos erat olim
Principis,hunc morem Principis emit Ivo.
Hujus opem læſus, plebs dogmata,fræna tyrannus,
Senſit egenus opes, pro grege vota Deus.

5 Aliud proferunt Sanmarthani,quod eſt ejuſmodi. D

Præſulis Ivonis corpus jacet hic tumulatum,
Cujus honos pulſat limen utrumque poli.
Juris hic Antiſtes, Canonum Decreta ſacrorum,
Perlegit, legum dogmata dans brevius.
Myſtica Sacra alibi dantur, Rex, quam tibi Remis:
Conſultorque tuus, Rex, vocitatus abit.
Hunc capit Hugo Comes, Carnutũ mœnia tentans;
Quem pia plebs redimit ſumptibus innumeris.
Ære ſuo atque opera renovavit Præſulis ædes,
Firmat Joannis,quæ jacet, Abbatiam.
Atque Decanatum Andreæ formavit & auxit:
Te duce fit Mariæ pulpitus Eccleſię.
Fundamenta loci jecit Belli-Prioratus,
Hic Magdalenæ præparat Eccleſiam.
Viceſnos annoſque duos ſine crimine Sedem
Rexit, ab integris moribus atque fide.

tertium.

VITA

Auctore Joanne Frontone,

Academiæ Pariſienſis Cancellario, Canonico Regulari S.Genovefæ.

CAPUT I.

Ortus, ſtudia, electio in Abbatem & Epiſcopum.

Nobili ſtirpe prognatus

1 INter eos, qui Ivonis nomine in Gallia appellati ſunt, longe omnibus excelluit Ivo Carnotenſis. Hic in agro Bellovacenſi natus, nobili à ſanguine nobilem animum traxit.*a* Patrem habuit Hugonem de Altoylo,& matrem Hilemburgim dictam. Adoleſcens litteris humanioribus imbutus, atque in philoſophia verſatus, Lanfranco Doctore, *b* Abbate Beccenſi, Theologiæ ſacræ operam dedit in monaſterio Beccenſi: quam & ipſe docuit ætate factus provectior.

a *ſub B. Lanfranco ſtudet*

b

præficitur monaſterio Bellovacenſi S.Quintini

2 Cum autem ſerio Patrum Conciliorumque lectioni incumberet,& è diverſis Decreta Eccleſiaſtica congereret; indignanti quod tantis intervallis ab eſſent à canone ſuo Canonici, commodum affuit Guido Bellovacenſis. Hic quondam Auguſtæ Veromanduorum in Eccleſiæ S.Quintini Decanus, Cæſaromagi Bellovacorum factus Epiſcopus, in memoriam S. Quintini monaſterium conſtruxit; conceſſiſque prædiis Canonicos illic conſtituit anno milleſimo ſeptuageſimo octavo. His præfectus Ivo, monaſterium paternis poſſeſſionibus auxit, & quo illud omni ope juvaret,ſecum,legibus ad id conditis, vitam regularem intulit, vir Canonum peritiſſimus, & eorum obſervationis ſtudio flagrantiſſimus. Erant quidem jam olim Canonici regulares paſſim in Gallia,atque in aliis provinciis. Diu eſt cum *c* Chrodegangus peculiarem Metenſibus ſuis Canonicis *d* regulam ſcripſit. In Concilio autem Aquiſgranenſi omnibus Regulam Ludovicus Pius edendam curavit, opera Amalarii Diaconi, miſitque in ſingulas provincias obſervandam: in qua, *e* maximam partem, Chrodegangi regula continetur. Verum lapſu temporis cum relaxata eſſet diſciplina, ei denuo inſtaurandæ multi laborarunt: in quibus Ivonis opera præ cunctis excelluit. In monaſterio prædicto præfuit annos plus minus quatuordecim, modo Prælatus ejus, ut in privilegio Philippi Regis; modo Præpoſitus,ut in Bulla Gregorii VII, modo Abbas, ut ſæpius dictus. Hic procul dubio dum ſancto otio fruitur,Collectionem Canonum fecit, quam poſtea in Compendium Hugo Catalaunenſis contulit, & Pannomiam ſive *g* Pannomicam vocavit. Præterea

F

c

d

e

Theo-

logiam docuit: moris enim fuit tunc, ut sacræ Theologiæ studia in monasteriis maximis vigerent: neque id oneris Abbates ipsi monasteriorum defugerunt, ut ante vidimus in Lanfranco, hic in Ivone nostro. Hoc autem muneris, quo defunctus est Ivo, in causa fuit, cur in antiquissimis monumentis Magister ac Doctor appelletur. Tanto autem fuit monasterii illius & Ivonis ipsius pietatis ac canonicæ
h observationis fama, ut *h* multa monasteria accitis inde Canonicis aut ædificata aut instaurata fuerint, & ex iis celebres aliqui ad Episcopatum pervenerint.

i 3 Interea rerum sedebat id temporis *i* Aictrici Carnutum Gaufridus, quem cum pridem Gregorius VII Romam simoniâ accersivisset, quod deesset testes ad tantam rem comprobandam, remissum Sedem obtinere permisit. Verum Urbanus II hunc iterum sibi delatum, tandem multis criminibus convictum, Sede sua movit, & apud Clerum populumque Carnutum, ut sibi Ivonem nostrum, doctrina & pietate insignem, deligerent, suis (ut ait *k* ipsemet) monitis effecit. Votis ipsorum non illico cessit Ivo, quietis amans, nec inhians dignitatibus: sed jubente Philippo Rege, parere coactus est. Verum Richerius Senonensis Archiepiscopus, assentientibus ei è Suffraganeis nonnullis, nec electioni subscribere, nec electo manus imponere voluit: ob id quod in depositione Gaufridi contra jus suum actum diceret, quo ad se pertinuit, tamquam ad proximum judicem, causam ejus dignoscere & judicare. Egit diu precibus & solicitationibus apud ipsum Clerus populusque Carnutum: sed frustra se esse videns, facit, ut Ivo Urbanum conveniat: & ille in Italiam profectus animo se ab illis difficultatibus liberandi, volens nolens ab eo χειροθεσίαν Capuæ, finiente anno millesimo nonagesimo secundo, recepit. Inde graves discordiæ ipsum inter & prædictos Episcopos: qui factam Majestati Regis injuriam, & jura Galliæ ab Ivone violata contendentes, Stampis collecti, Ivonem rejicere, & Gaufridum Sedi restituere aggrediuntur; zelo procul dubio in insontem Ivonem exerto, minime tamen novo, & multis tum ante tum post exemplis confirmato. Contra autem Ivo Sedem Apostolicam appellare, spretam temeratamque ejus auctoritatem alte conqueri, vir ceteroqui minime servilis, nec potestatum adulator etiam summarum. Verum cum ei quod summum est, & ipsum nomen Religionis accedit, cedant omnia necesse est. Quare Richerius ipse, usu Pallii interdictus, Gaufridus iterum pulsus, & Sedi suæ Ivo constitutus est. Hic quidnam egerit, narrant ejus Epistolæ ad Summos Pontifices, ad Reges, ad Cardinales, Legatos, Primates, Episcopos, viroſque primarios: narrant quotquot ab illo usque exaratæ fuerunt historiæ. Dum vero inde auctoritatem tuetur, inde virtutem colit, sese non modo Galliæ, sed Ecclesiæ toti conspicuum reddidit. Et sane utraque hac opus habuit cum primis, tum ad obsistendum vitiis nusquam non grassantibus; tum ad perferendum mala, quæ ipsemet zelo suo vehementi, & publicorum erratorum (si gravia sunt) minime toleranti, in caput suum accersivit.

eligitur Episcopus Carnotensis:

consecratus ab Vrbano II Capuæ anno 1092,

post longas oppositiones admittitur.

k epist. 40

ep. 2 & 8

ANNOTATA.

a *Fronto, ex* instrumento antiquo S. Quintini Bellovacensis.

b *Robertus de Monte in Appendice ad Chronicon Sigeberti ad an.* 1117, Hic dum esset juvenis, *inquit de S. Ivone*, audivit Magistrum Lanfrancum Priorem Becci. *In Chronico autem Beccensi dicitur Lanfrancus Monachus Beccensis scholas tenuisse, quod Prior continuavit: cui anno* 1062 *successit Prior S. Anselmus.*

c S. Chrodegangus, *seu* Crodegandus, *Episcopus Metensis, mortuus est anno* 766 *die* 6 *Martii, quo etiam Acta illustravimus.*

d *Hæc* regula Canonicorum, *cum necdum cognominabantur* Regulares, *est edita tomo* 1 *Spicilegii Lucæ d'Achery.* A. IOANNE FRONTO.

e *Fronto addit*, hæc scribi ab Ademaro Monacho.

f *Idem Fronto*, Auctoris hujus compendii, *inquit*, nomen inveni in historia monasterii Herivallensis, ad annum 1091. *Est hoc etiam Canonicorum Regularium in diœcesi Parisiensi.*

g Panormiam, *nomine à librariis corrupto, scribi docet Labbæus, &* ab Hugone nonnullis additis ex sanctionibus Innocentii II, post obitum Ivonis in Papam electi.

h *Ita Philippum Ep. Trecensem circiter an.* 1085 *evocasse ad Ecclesiam S. Gregorii legitur apud Acherium in Spicilegio.*

i Aitricum *cum Scaligero scribit, alii* Autricum.

k *Prima inter Epistolas Ivonis est Vrbani II, ubi ait illum* secundum nostra monita elegistis, *& ep.* 2: Nostra fulti licentia Carnotenses, venerabilem Presbyterum Ivonem, Canonico ordine, in Episcopum elegerunt.

CAPUT II.

Peracta circa Philippum I Regem.

4 PHilippus tunc Galliæ Rex, Bertradæ amore captus, eam Fulconi Andium Comiti ejus marito abstulit; vel sane illam, à Fulcone tacite se subducentem, sibi matrimonio conjunxit: aliis ex Episcopis Galliæ conniventibus, silentibus aliis (Adeo proclive est Majestati obsequi, quocumque inclinet) aliis denique Episcopatu cedentibus, quod nollent vel amicum vel iratum habere Regem, contra fas agentem. *a* Mandatur Ivoni, ut Parisios se recipiat, celebritati nuptiarum adfuturus. Sed ire detrectat: & qua voce, qua litteris Regi ipsi, Summo Pontifici, ac Præsulibus Galliæ scriptis, illicitum hoc coniugium constanter occlamat: quæ sibi Philippi & Bertradæ infensissimum odium pepererunt. Sed hujus odium insuper habuit, à qua nec amari vellet: adversus illum autem ita fervorem animi temperavit, ut licet illius libidinem acriter coërcuerit, Majestati tamen Regiæ cetera obsequibilem se præstiterit, & rerum illius atque adeo totius regni amantissimum. Fugit diu Regis conspectum, & in aulam adventare, etiam vocatus, renuit: ne si adsit & taceat, favere; sin vero obloquatur, Regem offendere videretur. Haud quidem impune tulit magna illa ejus παῤῥησία. Non defuere etiam inter Præsules, qui abruptæ contumaciæ eum accusarent, dum ipsi sese deformi obsequio dedunt. Ministri vero Regis, per fas & nefas ei addicti, bona Ivonis diripere, Ecclesiæ reditus intercipere, eum modis omnibus & omnibus exemplis affligere, ut ne panis quidem ei esset quo vesceretur. Sed inter alios hac in re primas tulit Hugo Puteacensis Dominus, Carnutum Vicecomes: qui dum Regi morigeratur, & adulteris vel etiam incestis abblanditur, Ivonem nostrum carceri impingit: ac in quodam castello diu detinet; quo frangat animum, ni saxo fortior esset. Perstat enim ubique invictus. Cumque ad aures ejus pervenisset, Primates urbis Carnutum ac cives armis eum liberare velle, *b* prohibuit; noluitque libertate potiri, sanguine & detrimento suorum redempta: patientia prorsus omni laude digna, & antiquorum defensorum Ecclesiæ ac sanctissimorum virorum nulla in re absimili. Et quidni illis parem fecerim, cum eum *c* Guiliemus Fiscanensis Abbas, ὁμίλιξ Joanni & Eliæ comparaverit?

Philippi I Regis nuptiis cum Bertradæ assistere detrectat.

a

E

F

ideo affligitur & carceri includitur:

b

c

5 Non omni prorsus caruisset ope, si alter in Gallia fuisset Ivo, qui erga se ageret adversus Hugonem Vicecomitem, quod ipsemet aliquanto post egit Ivo

pro Hildeberto Ep. captivo agit:

A. IOANNE FRONTO.

pro *d* Hildeberto Cenomanenſi contra Retrocum Comitẽ, qui hunc etiam carceri incluſerat. Poſt enim quam fruſtra preces adhibuit, dicto anathemate diris eum devovit. Hæc agens vir magnus μεγαλῶν ψυχῶν, inimicam & perpetuo illas infectantem τῷ διαβολῷ vitare non potuit. Atque in primis non deſit forte aliquis, qui eum iræ & ſuſpicioni nimio plus indulgentem fuiſſe exiſtimet, qui contra Regem indignationem Summi Pontificis & fulmen provocaverit. Verum, licet mihi de Regibus bene mereri videantur, qui maculas eorum nomini temere impreſſas vel minuere vel eluere conantur; tamen nec Philippum undequaque innoxium quiſquam affirmare audeat, nec ſatis rationum habere poſſit, ut oſtendat Ivonem parum illi aut regno ejus fuiſſe faventem.

d

in reprehenſione Regis,

6 Quod ad Philippum attinet, factum ejus præceſſere exempla ſecutaque ſunt. Multa quidem, non tamen ſimilia omnino, & quæ peccatum ejus magis obruunt quam excuſant. Nam uti concedatur, quod à Berta divortium nulli reprehenſioni ſit obnoxium (quod tamen conſtare debuit & Ivoni & aliis, ut illud in dubium non revocarent) at certe initum cum Bertrada matrimonium; quæ nullo Eccleſiæ judicio ſe à Fulcone ſubtraxerat; quæque eodem conſanguinitatis nexu, quem cum Fulcone prætexere potuiſſet, à Philippo abſterreri debuit; nullo modo excuſari poteſt. Et ut omittam *e* auctores συγχρόνους viros magnos, rerum teſtes oculatos, qui Ivonem mirum in modum celebrant ac laudant, ut nemo quiſquam ſit contra illum hac de re oblocutus, licet inimicis non caruerit & criminatoribus; ipſi Philippus & Bertrada, quando abſolutionem excommunicationis à Lamberto Atrebatenſi Epiſcopo, Romani Pontificis vices agente, receperunt, reos ſe eſſe *f* faſſi ſunt, & numquam deinceps conventuros coram præſentibus Epiſcopis promiſerunt, ſicut legi ego ipſe in epiſtola *g* manuſcripta ejuſdem Lamberti ad Paſchalem II Summum Pontificem. Non defuere inter Principes & Præſules, qui Regi aſſentarentur, nempe de genere eorum, quibus omnia Principum honeſta atque inhoneſta laudare mos eſt. Nam ſi quid rationis in eis, quidni reclamant, dum iſta & tot alia fiunt in teſtificationem nuptiarum illicitarum? Cur non aut manu aut voce Regis innocentiam tutantur? Invitant omnia, Rex, vexata innocentia, exempla, Ivonis fervor immodicus, ejus criminandi licentia: & tamen ſilent, neque quidquam contra Ivonem pronuntiant. Tot vero & toties collecti Epiſcopi, Cardinales, Legati, Princeps, nihilne vident, qui una voce Regis peccatum condemnant: excuſant autem numquam, aut minuunt aut tegunt? Cum autem Ivo dicat Philippum Richardo Albanenſi, Summi Pontificis Legato, promiſiſſe à Bertrada ſe diſceſſurum, uſque ad diſpenſationem Romani Pontificis, quod contigit anno milleſimo centeſimo ſecundo; & ipſe roget Summum Pontificem, ut cum Rege temperet & diſpenſet; & aliunde certum ſit, nullam diſpenſationem interceſſiſſe ex laudata Lamberti epiſtola; ſignum eſt in nuptias illas inquiſitum fuiſſe iterum, neque diſpenſationi locum ullum inventum eſſe.

tacentibus aliis,

B

e

ab auctoribus coævis laudatur,

Epiſt. 144

7 Addo, neque Ivonem habuiſſe unde Regi Philippo minus bene vellet, cum multis beneficiis ſeſe ei obſtrictum ſciret. Nec vero diffiteretur. Epiſcopi dignitatem ei fert acceptam non ſemel, propter quam, ſi quid humani pateretur & vulgo ſimilem gereret animum, Regi præ ceteris ejuſque libidini aſſentiri debuit. Sed & antequam ad Epiſcopatum perveniret, Regi maxima debebat. Conſtructo S. Quintini monaſterio, atque inibi collocatis religioſis Canonicis, Rex privilegio conceſſo & inſtitutionem & largitiones ei factas regia auctoritate communivit. Deinde rogatus ab Ivone, Canonicis S. Quintini apud Veromanduos miſit epiſtolam, qua petit ut cognomini Eccleſiæ Bellovacenſi præbendam concedant *h* ..... Ex his nemo non videt, Ivonem debuiſſe, præ cunctis Philippum obſervare niſi ab eo, quod humano ſenſu & Regia dignitate altius eſt, revocaretur.

D

h

ANNOTATA.

a *Allegat Fronto* Paulum Æmilium in Philippo I. *Rem explicat ipſe Ivo epiſtola* 15 *Philippo Regi miſſa, quæ apud Franciſcum du Cheſne tomo* 4 *eſt epiſtola* 4.

b *Prohibuit id per epiſtolam* 20, *Clericis & laicis Carnotenſibus ſcriptam, valde illuſtrem, in qua ſe ad quælibet patienda reſignat voluntati divinæ.*

c *Hujus* Guilielmi 3 Abbatis Fiſcanenſis *acta laudantur ab Orderico Vitale, & ex eo à Sammarthanis. De illa Abbatia egimus* 9 *Ianuarii ad Vitam S. Waningi.*

d *Res tota deſcribitur ab ipſo Hildeberto epiſtola* 19, *quæ eſt tertia tomo* 4 *Franciſci du Cheſne pag.* 247.

e *Allegantur à Frontone*, Hildebertus, Goffridus Abbas, Anſelmus, Liſiardus, Gauffridus Malaterra, Gaufridus Groſſius, Segerius, Auctor Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ monaſterii Hervallenſis, qui vocat Ivonem Sanctum.

f *Ipſa utriuſque confeſſio cum juramento extat apud Acherium tomo* 3 *Spicilegii pag.* 129.

E

g *Addit Fronto* eam eſſe in manibus R. P. Sirmondi.

h *Appoſuit Fronto utrumque monumentum, ſed quia primum, & præcipuum & valde longum, modo etiam extat apud Sammarthanos, ubi de dicto monaſterio agunt, & quia eo tenor Vitæ valde interrumpitur, ipſum putavimus omittendum, cum altero non magni momenti.*

CAPUT III.

In rebus publicis agendis prudentia & circumſpectio.

8 MUltos exinde ſibi fecit inimicos, qui nomini ſuo, tum apud Reges, tum apud Summos Pontifices detractum ivere. *a* Apud Urbanum πνευματικὸν αὐτοῦ πάλεγε calumniis appetitus, non aliis argumentis iis obviam ire voluit, quam abdicato Epiſcopatu. Sed prohibuit Summus Pontifex, quippe Ivone ἡ Ἐπισκοπὴ, non Ivo τῆς Ἐπισκοπῆς indiguit. At cum Urbanus diem ſuum ultimum *b* obiiſſet, reſque ſemper in pejus ruerent; Romam Ivo ſe conferre ſtatuit, animo ſe omni onere exuendi: ſed inſidias inter Alpes ſibi ſtructas intelligens, pedem retraxit. Paſchalis autem Summus Pontifex, ſciens quid illi eſſet animi, in præſidio manere juſſit. Haud tamen evitare potuit, quin etiam ejus indignationem incurreret: quia cum probe ſciret, quid diſcrepent obſervantia & adulatio; dum illam exhibet, iſtam amandat, non ſemper placet.

a

Ob columnias paratus deponere Epiſcopatum.

b

F

9 Delatos *c* Richardo Albanenſi Epiſcopo S.R.E. Legato ſimoniæ nomine Canonicos ſuos ita defendit, ita crimen illud repulit, ut oſtenderit ſimul taxandos eodem crimine Summi Pontificis miniſtros; qui ab Epiſcopis, Abbatibus & aliis pretia exigunt ſane immenſa, ſpecie chartulas & alias id genus minutias repenſandi. Fatendum ſane, tunc temporis & paulo ante, adeo crimen ſimoniæ in Clericis inoleviſſe, tantumque ei extirpando Summos Pontifices inſudaſſe, ut quidquid vel umbram illius præ ſe ferebat, in ſuſpicionem veniret. Verum nemo telum contorquet, qui contra ſe idem retorqueri libenter patiatur: atque infirmum ſemper excuſationis genus viſum eſt, crimen regerere. Neque Ivo id fecit, ſed quid Canonici reſponderent, ingenue retulit.

c

ſuos de ſimonia excuſat:

obſtrictus ipſe Regi.

10 Agnoſcunt plerique omnes, ſolum prope Ivonem ea tempeſtate contra exundantium vitiorum torrentem ſe obtuliſſe. Ipſe eſt qui, ne malæ famæ homo,

A homo, Joannes Archidiaconus, Aurelianorum fieret Epiſcopus, apud Hugonem Lugdunenſem, Pontificis Romani Legatum pro virili laborat. Ipſe eſt, qui Stephano Galardenſi, ne in Sedem Bellovacenſem evehatur, obſtitit. Et ne Gallia virtuti ejus ſatis ampla ſit, ipſe eſt qui apud Paſchalem II & Robertum Comitem Mellentium conqueritur, quod Ranulfus Dunelmenſis Epiſcopus Lexovienſem Eccleſiam novo genere invaſionis occupat, ei filios præponens adhuc pueros, more Judaico alterum alteri ſucceſſurum. Ipſe eſt, qui Henrico Regi Angliæ ſemel ac iterum ſcripſit, tum ob multa alia, tum etiam ne inceſtis nuptiis filiam ſuam alligaret. Ipſe eſt, qui cum Pontificibus Summis, modeſte tamen, Legatorum, qui dicuntur à Latere, avaritiam; importunaſque ad Sedem Apoſtolicam appellationes eorum, qui propriorum Paſtorum ſententia conſtringuntur, expoſtulavit. Nempe Sedis illius obſervantiſſimus, ægre ferebat, paſſim ipſi detrahi: unde abſciſſas voluit detractionum anſas quo ad fieri poſſet.

Epiſt. 66 ep. 87

epp. 154 & 157

& inceſtæ nuptiæ celebrentur: epp. 55, 60, 87, 109 & 120

carpit Legatorum avaritiam: epp. 46, 250, & 259

11 Florebat tunc temporis Gauffridus Abbas Vindocinenſis, vir ſane ſimplex & bonus, quem inter & Ivonem amicitia nexa eſt. Scribit tamen hic Paſchali II ſe multa pati ab Epiſcopo Carnutum, Ivone nempe noſtro: & ex utriuſque *d* epiſtolis ſimultatem quamdam inter illos natam videre eſt, ob exemptum Vindocinenſe monaſterium ab Epiſcoporum poteſtate. Hæc enim eſt radix, ſimilium diſcordiarum ab antiquo feraciſſima, etiam inter quoſcumque ſanctitate & doctrina claros. Et ſicut illi nulla virorum etiam piiſſimorum auctoritas hactenus finem facere potuit; ita nec illa integritati ac ſanctitati utriuſque partis diſceptantis quidquam officere viſa eſt. Dum autem undequaque Ivo in vitia omnium invehitur, quid mirum, ſi aliis oneri, aliis odio ſit? Quis obſtrepentem perpetuo tubam iram æquo animo audire poſſit? Et ſi quoſdam fecit gradus atque ἡ ἐξουσία ſuperiores, quis non iraſcatur, aut toties lancinatam non vindicet dignitatem? Profecto qui ad mores hominum illius ævi animum adverterit, mirabitur, non quod clamaverit Ivo, ſed quod ſolus exclamaverit, & tot alii ſilere potuerint; cum opus fuiſſet clamore valido, ad veternum hominum excitandum.

B d

ſimultatem habet cum Gaufrido Vindocinenſi

epp. 12, 25, 60

12 Nec mihi tamen fingas Ivonem, virum auauſterum ac ferreum, qui contumacia ac inani jactatione libertatis famam fatumque provocaret. Qui legerit ejus epiſtolas, moderatum agnoſcet: ſæpe namque Canonum rigorem temperavit, aut alios temperare monuit: ſæpe Pontifices aut Legatos eorum alioſque Præſules à pronuntiando anathemate dehortatus eſt. Denique multo plura toleravit, quam increpavit; ut de ipſo dicere poſſimus, quod olim de Pontifice, ſed profano dictum; Nullius ſervilis ſententiæ ſponte auctor, & quoties neceſſitas ingrueret ſapienter moderans. Dictum ab Urbano II anathema contra Philippum, diu celatum detineri voluit, benevolentia ac propenſione quadam erga Principem, ne quid in regno tumultus fieret. Bellovacenſi Clero ſciſcitanti, utrum reum quemdam Canonicum tribunali Eccleſiaſtico, ut fert Canonica lex, an civili vel regio, ut Rex ipſe imperabat, ſiſteret; illud quidem melius & ex jure, iſtud tamen faciendum cenſuit, ob ea quæ imminebant mala, niſi patientiam ad omnia duratam paratamque haberent. Similia fere ſcribit Turgedo, Ingenæ Abrincantorum Epiſcopo, dubio ſententiæ, num Legato Summi Pontificis aut Regi obtemperaret. Illi quidem morem geſtum oportere dicit: at ſi non ſatis ei ſit animi, neque iratum Regem habere velit, mittat ad Summum Pontificem, qui factum contra ejus voluntatem excuſent. Apud Co-

C

moderatus in rebus agendis: ep. 23

& erga Philippum

ep. 137 *in reſponſis ad Bellovacenſes,*

ep. 270 *Turgedum Epiſcop.*

ep. 273 *& Cononem Legatum.*

nonem autem Prænestinum Epiſcopum, ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatum, orat, ut Epiſcopus Bajocenſis cenſura Eccleſiaſtica non inuratur: quippe qui ſub alieno jure, cui ſerviat neceſſe eſt, diſtinetur. A. IOANNE FRONTO.

13 Sed inter moderationis & erga ſuos Superiores propenſionis argumenta non omittendum, quod ait Ordericus de illo (Verba ejus offeram) Anno MCIII. Paſchalis Papa in Gallias venit ... Tunc venerabilis Ivo, Carnotenæ urbis Epiſcopus, inter præcipuos Franciæ Doctores eruditione litterarum tam divinarum quam ſecularium floruit: à quo invitatus Papa ſolennitatem Paſchæ apud Carnotum celebravit.] Porro autem dum iis ſedulus vacat, inde diſciplinæ Eccleſiaſticæ aſſertor, inde ejuſdem cum id exigit locus temperator maximus; non prætermittit ea, quæ & Regi & patriæ debet. Et licet ſacrorum Sedis Apoſtolicæ jurium defenſor fuerit acerrimus, nihil tamen contra Gallicanę Eccleſia jura commiſit unquam aut committi paſſus eſt, in utriſque ſervandis ac propugnandis mirum quantum prudens & circumſpectus. Id ſenſit Ludovicus VI, ſtatim ab eo quo regnare cœpit. Poſt enim aliquot dies quam fato Philippus functus eſt, ſuboluit Ivoni, multos ſacræ Regis unctioni moram nectere velle novandarum rerum ſtudio. Quamobrem inſtitit, ut quam primum ea Genabi Aurelianorum perageretur, reclamantibus nequidquam Remorum Clericis: qua in re haud dubium & Regi & Regno conſultum ivit. Quid referam curam ejus, qua egit ne Rex Ludovicus parum honeſtis ſe nuptiis commacularet, quas illi Hugo Trecenſis Comes ſuadebat; & deſtinatam ſponſam ſine mora ſibi copularet, ut ſucceſſoris ſpes impendentes regni ſciſſuras retineret? Certe magni à Rege æſtimatus eſt, ita ut præ cunctis illi eſſet à conſiliis. Hominem anathemate percuſſum, & menſæ Regis participem effectum, ab Epiſcopo recipiendum cenſuit, & recepit ipſe: tanti fecit Regi acceptum eſſe.

Lib. 2.

Excipit Paſchalem Papam:

prudens & circumſpectus,

ep. 189

E

procurat coronationem Ludovici 6,

& honeſtas ejus nuptias, epp. 209 & 239

14 Cum mandaſſet Paſchalis II Radulfo, Sedi Remenſium deſignato, ne ſe Regi ullo ſacramento obligaret; ſcripſit minime obtemperatum fuiſſe, quod hoc mandatum, & contra conſuetudinem Epiſcoporum Galliæ, & contra jus Regis eſſet; neque aliunde profectum, quam ab eo quod in hominibus σαρκικὸν, & quod quærit τὰ σαρκὸς, non quæ Dei ſunt. Eidem Summo Pontifici ſcribens rogat, ut numquam ab amicitia Regis Galliæ temere diſcedat; ne Galliæ, alioqui religioſiſſimæ & Romani Pontificis amantiſſimæ, diſſidii ac ſchiſmatis, quo tunc Germania miſere lacerabatur, cauſam det. Quare ſenſit res humanas incolumes & tutas eſſe non poſſe, niſi conſenſerint inter ſe Regnum & Sacerdotium: cui rei alterum alteri de ſuo nonnumquam cedat neceſſe eſt.

ep. 190

F

Summos Pontifices & Reges quæ poteſt conciliat:

15 Sed nulla res eſt, in qua ingenium ac ſapientia Ivonis magis emicuerit, quam in quæſtione de Inveſtituris, ut appellant. Ea hoc temporis agitata eſt cum tanto calore inter Imperatores, Reges, Pontifices, ut qua parte ſteterit victoria neque nunc neque tunc dicere poſſis. Ivo de his pronuntians, licet modo Baronio placeat, modo diſpliceat, ita tamen diſſeruit, ut nec Pontifici Romano, nec Regibus ac Imperatoribus, notam ullam hæreſeos aut erroris, aut ſchiſmatis aut ignaviæ inuri paſſus ſit: cum nec hæreſeon errorumque ea ſit materia; & cetera, ſi nulla ſit diviſio, pro loco, tempore ac aliis circumſtantiis minui, augeri, tolli, apponi poſſint, quæ varias deinde acceptiones & appellationes ſubire queant. Itaq; cenſuit, inveſtituras factas à Principibus non continuo damnandas; eiſdem à Pontificibus Summis permiſſas, minime rejiciendas; ex natura rei, ſi id fert bonũ pacis, ab ſolo Summo Pontifice accipiendas; ante hac autẽ ſępe

circa Inveſtituram quomodo egerit.

A. IOANNE FRONTO.

non ſine Regibus datus acceptuſque. Hoc, inquam, cenſuit & magno conatu affirmavit, atque ſi tempora noſtra conſulis non pœnitendo. Noluit libertatem Eccleſiaſticam ſecularibus poteſtatibus ſubjici; uti nec ſe ita attollere, ut has deſpiceret aut offenderet. Diceres ex his alium eſſe Ivonem, ab eo quem ante deſcripſi increpantem ac detonantem: tamen is ipſe eſt, æqualis erga omnes, ſi æquales erga ſe habuiſſet; moderatus ſane, ſi eo tempore luxuriæ, ambitioni, avaritiæ modus ullus fuiſſet. Ludovicum Regem ejuſque Aulicos à direptione bonorum Eccleſiæ, ſeu minis ſeu cenſuris, audacter deterruit: ab his tamen abſtinuit, quando illas ſatis eſſe exiſtimavit. Manſuetudinem ergo ſeveritate temperavit, niſi forte cum Ludovicum ipſum vile neſcio quid à ſe petentem, ita ſevere coërcuit, quod futilia ab Epiſcopo requireret, ut diceres regium induiſſe animum, quia Regem alloqueretur.

direptiones Eccleſiæ impedit.

ANNOTATA.

a *Allegat Fronto epiſtolarum Gaufridi lib.* 2, *cujus novemdecim primæ ſunt inſcriptæ Ivoni.*

B b *Mortuus eſt* Urbanus 29 *Iulii anno* 1099.

c *Late ipſe* Ivo epiſtola 133 ad Richardum Legatum *totam rem explicat.*

d *Citat Fronto epiſtolas Gaufridi lib.* 1 *&* 2 *& epiſtolam Ivonis* 195.

e Philippo *anno* 1108, 29 *Iulii extincto, ſucceſſit* Ludovicus VI Groſſus *dictus: cujus Acta Sugerius Abbas S. Dionyſii & alii late deducunt apud Franciſcum du Cheſne.*

f *De* Inveſtituta *ſæpius actum, ac potiſſimum* 21 *Aprilis ad Vitam S. Anſelmi.*

CAPUT IV.

Bona Eccleſiarum procurata. Obitus: cultus ſacer.

Inſtituit Canonicos Regulares in cœnobio S. Ioannis,

16 MAximis his diſtentus minora non neglexit: atque in primis ut Fratres ſuos ſecum ſemper haberet, eorumque frueretur conſortio, eccleſiam S. Vincentii prope urbem Carnutum, à Realdo quodam Presbytero, anno Domini milleſimo triceſimo octavo circiter ædificatam, in qua Canonicorum cœtus degebat, eis tribuit; addito S. Stephani collegio: & his anno milleſimo nonageſimo nono, cum conſenſu C Canonicorum ſuorum, elauſtrũ templumq; extruxit, S. Joanni Præcurſori ſacrum: ex quo monaſterium nomen *a* S. Joannis Varliacenſis traxit. Stetit id ad a annum uſque milleſimum quingenteſimum ſexageſimum octavum, quo ſortem multis aliis parem, ſegregum & hæreticorum furorem, expertum eſt. Quamobrem religioſi Canonici ſeſe in urbem recipientes, in prædicti S. Stephani ædibus habitarunt: ni malis dicere in ruderibus: adeo omnia vetuſtate & ſqualore confracta ruinæ appetebant: donec anno Domini milleſimo ſexcenteſimo viceſimo quarto, Illuſtriſſimi Domini *b* Deſtampes, tum Carnutum Præſulis, opera illuc acciti Canonici Regulares (qui recens Silva-necti, conſilio & auctoritate Eminentiſſimi *c* Cardinalis de la Rochefoucauld, ejuſdem urbis Epiſcopi, ſe meliori vitæ ac ſanctiori reformaverant) domum eamdem à fundamentis ædificarunt. Præterea Eccleſiæ S. Andreæ ejuſdem urbis Decanum, de Capituli ſui conſenſu, Collegio præpoſuit: Dominum nempe Odonem, virum venerabilem, in Eccleſiaſticis & ſecularibus bene eruditum, qui ſuas ipſius vices obiret; Abbatem antiqua acta vocant: quod nomen quia olim Canonicis & monachis commune fuit, etiam poſt diviſionem ſecularium Canonicorum à Regularibus, his utriſque aliquando attribuitur.

b

c

Decanum in eccleſia S. Andreæ:

17 Amicos habuit dum vixit *d* Robertum de Abriſſello, B. Mariæ de Rota Ordinis ſanctimonialium Fontis Ebrardi auctorem; & Bernardum, S. Cypriani Quinciaſenſis ad Auguſtoritum Pictonum monachorum etiam quorumdam Inſtitutorem & Abbatem. His ſua in diœceſi monaſteria ædificaſſe dicitur; Monachis quidem *e* Bernardi Tironum monaſterium; mulieribus autem Roberti hoc quod vocatur *f* Alta-brugeria; leproſis domum magni Belliloci extruxit; Cluniacenſibus Magdalenæ Parvi-Belli-loci Prioratum dedit, Caritatemque (Autiſſiodorenſis diœceſis oppidum) monaſterio eorum addixit. Ambonem Eccleſiæ Carnutum, veteris novique Teſtamenti hiſtoriis, eleganter pro tempore illo exornari fecit. D d *benefacit locis ſacris* e f

18 Tandem de Eccleſia optime meritus, ſupremo fato fungitur x Kalendas Januarii, anno Domini MCXV, contra quam ſenſit Matthæus Paris aut Papirius Maſſonius. Sed hujus fidem faciunt Necrologia, tum Eccleſiæ Carnutum, tum monaſterii S. Joannis, quorum elogia *g* infra deſcripta habes. Non me fugit aliquos Ivonem noſtrum Purpuratorum numero accenſuiſſe: ſed decepti ſunt ex eo, quod eodem fere tempore vigeret Ivo Cardinalis, qui & in Galliâ Legatus fuit Innocentii II Summi Pontificis, anno Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo ſecundo. *moritur* 23 *Decembris an.* 1115 g E

19 Hæc de Ivone dicenda habui. Qui epiſtolas ejus legerit, plura deprehendet. Ampliores ejus laudes nemo hic requirat. Viam inſtitit, qua itur ad cælos. Vir illis quibuſcum vixit magnus; poſteris tamen major, quia his nihil oblocutus eſt. Stirpe & dignitate æqualis multis, inferior nonnullis, ut virtute & doctrina omnium maximus. Conditione quidem & obedientia Principibus & Pontificibus Summis ſubjectus: at animi celſitudine & conſtantia ne ſuppar quidem, ſed ſi quid ultra. Ad ſumma natus, & qui ſummis eſſet dignus, niſi cum ſummis tractatu difficilius aliquid eſſet. Regum favorem nec ſprevit, nec quæſivit: benevolentiam illorum æſtimavit, propter hoc quod ipſis bene veller. Nobilis, Theologus, Canonicus, Abbas, Epiſcopus, ut quodam modo omnium ſit qui tantus eſt, nec ullus ulli propter ipſum quidquam invideat. Nativitati ejus locum dedit Belgica, dignitati Celtica, virtuti tota Gallia, Italia, Anglia. Regibus ac Principibus fidus & utilis non tamen ſemper placens, quia utrumque difficile. Pontificum Summorum filius addictiſſimus: ſed aliquando eorum, ut hominum, quaſi pater: adeo, cum res exigeret, altos inducebat ſpiritus. Denique ſic in terris verſatus eſt, ut cælum proxime attigerit: & corpore ſolutus, dubio procul conſecutus ſit. *vir in omnibus magnus* F

20 Memoriam ejus ſemper quidem venerati ſunt Chriſtiani, haud vero ullo die feſto celebrarunt per multos annos. Poſt mortem tamen ejus in ipſum oſ- ſaque illius graſſati ſunt hæretici, quod non ſolent niſi in Sanctos. Et Pius V, feliciſſimæ memoriæ Pontifex, Canonicis Regularibus Lateranenſis Congregationis diem ejus feſtum celebrare permiſit XX Maji, Bulla data XVIII Decembris anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, Pontificatus quinto. *ex indulto Pii V colitur* 20 *Maji.*

ANNOTATA.

a *Sammarthani*, S. Joannis in Vallea ab Ivone Epiſcopo Carnotenſi inſtitutum, accitis è Bellovacenſi S. Quintini Canonicis Regularibus, quos in Collegiatam induxit circiter annum 1099.

b Leonorius Deſtampes *præfuit ab anno* 1621 *ad* 1641, *quo creatus Archiepiſcopus Remenſis.*

c *Hic eſt Eminentiſſimus* Franciſcus de Rochefaucauld, *qui factus an.* 1613 *Epiſcopus Silvanectenſis, primo ejus no-*

A *cœnobium S. Vincentii Silvanectenſis reformavit, cujus reformatio propagata eſt ad cœnobium S. Genovefæ Pariſienſe, uti etiam ad aliorum Ordinum cœnobia: qui etiam Patres noſtræ Societatis impenſe dilexit, mortuus anno* 1645 *ætatis* 88.

d *Acta varia hujus* B. Roberti *dedimus* 25 *Februarii.*

e *In antiquis actis* B. Bernardi, *à nobis ad* 14 *Aprilis illuſtratis, cap.* 9 *hoc beneficium recolitur.* D

f *De* Alta-Brugeria *agitur in Vita dicti B. Roberti cap.* 3, *ubi multa adduntur de controverſia inter* Robertum & Ivonem *ſopita.*

g *Nos ſupra in Commentario prævio ea attulimus.*

DE BEATO ORLANDO

CONVERSO VALLVMBROSÆ IN HETRVRIA.

SYLLOGE HISTORICA.

Ex monumentis & ſcriptoribus Vallumbroſanis, ab Orlando de Medices recte eum diſtinguentibus. D. P.

ANNO MCCXLII. EXtremam anni MDCLXI *partem & ſequentis anni initium ſic egimus Florentiæ, ut, quamvis intra urbem multum operis nobis eſſet, inter Bibliothecarum Manuſcripta verſantibus, non tamen neglexerimus viſere circumpoſita loca, Sanctorum corporibus monumentiſque illuſtrata, invitante ad id hiemis, minime aſperæ, commoditate. Et ubique magna quidem caritate ac benevolentia accepti ſumus à variorum Ordinum religioſiſſimis viris, gaudentibus adveniſſe tempus, quo memorias ſuorũ Patronorum, eatenus intra vicinorum notitiam conſiſtentes, videbant ei operi inſerendas, per quod univerſo orbi Chriſtiano innoteſcerent. Nuſquam tamen major elaxit animi proptitudo, quam in Vallumbroſanæ Congregationis Archimonaſterio, ſito inter excelſos Apennini colles,* XVIII P. M. *ab urbe Florentia. Cum enim* XV *Ianuarii* MDCLXII, *iter illud pedites emenſi, illuc oppido laſſi perveniſſemus; explicari non poteſt, quantum ſe effuderit omnium alacritas ad nos excipiendos fovendoſque; ita certatim Superiores ſubditique, ſeniores æque ac juniores, ad noſtra convolabant obſequia, ubi viæ cauſam propoſitumque intellexerunt. Ibi noctem egimus eodem in cubiculo, & P. Godefridus etiam in eodem in lecto, qui S. Carolum Borromæum olim exceperat hoſpitem: mane autem revertentes à Sacrificio Miſſæ, quod feceramus in inſigni pulchreque ornato Sanctarum Reliquiarum ſacello, excepit Reverendiſſimus Abbas cum Monachorum præcipuis; eodemque reduxerunt, ipſas ſacras Reliquias conſpecturos, ſupra altare; ſub quo, inter geminas ipſum ſuſtentantes columnas, hujuſmodi titulus legebatur.*

Vallumbroſæ excepti an. 1662

vidimus Beatorum Ordinis corpora,

C Hic latuere diu multorum corpora Fratrum,
Qui in Vallumbroſa vitam duxere beatam.
Hæc defoſſa pie Valeriani tempore Patris,
Hic eadem Alfonſus Porraqua recondidit apte.

anno 1604 *ſuper altari collocata:*

AN. MDCIV. DIE. I. AUGUSTI.

2 *Scilicet anno* MDC, *tempore Valeriani Abbatis, ab Alexandro Martio Medices Epiſcopo Feſulano retecta fuerant, & poſt Proceſſum deſuper formatum approbata, ut vere Beatorum ac pro talibus antiquitus veneratorum & honorifice conditorum oſſa; corpora ſcilicet decem, capita novem: nam unius (credo B. Ioannis Eremitæ) caput in oratorio Cellarum manet. Eadem vero quarto poſt anno Alphonſus Abbas, in elevato ſupra altare pegmate, per loculos plures diviſo ſic diſtribuerat, ut capſæ quindecim, poſt totidem cryſtallos, apparerent pulcherrimo ordine; quemadmodum videre licuit, remota, quæ alias obducta ſacris Reliquiis manent, inſigni tabula, S. Ioannis Gualberti Fundatoris imaginem præferente. Proceßum illum, & ſingulorum qualemcumque notitiam, dabimus prædicto die* 1 *Auguſti, tamquam omnium communi feſto, propter communis tranſlationis memoriam; eo quod pleriſque nullus proprius, quo ſingulariter colantur, dies nunc ſit. Interim hic proponimus, quæ de uno eorum, gradu quidem profeßionis laicalis ultimo, ſed meritis haud quaquam poſtremo, inve-*

inter hos B. Orlandus,

nimus: propterea quod hunc ei diem aßignet Arnoldus Wion libro 3 *Ligni Vitæ, ex eoque Hugo Menardus in Martyrologio, & Gabriel Bucelinus in Menologio Benedictino, his omnes verbis:* XIII Kalendas Junii S. Orlandi, Converſi Vallis-Umbroſæ, magnæ circa energumenos virtutis: *& in Notis additur:* Tabulæ Vallisumbroſæ de eodem agunt hoc die, quæ migraſſe eum referunt anno Domini MCCXXXXII. Vocatur à Nonnullis Ordandus. *Librum ſuum Arnoldus impreßit Venetiis anno* MDLXXXXV, *duodecim annis poſtquam Eudoxius Locatelli de S. Sophia impreſſerat Typis Florentinis Vitam ſancti Fundatoris, cum Hiſtoriâ omnium Generalium, Beatorumque ac Beatarum Ordinis. Hic lib.* 2 *cap.* 27, *agit* de Beato Fratre Orlando, *velut qui floruerit tempore Benigni Generalis* XV, *intra annum* MCCV *&* MCCXXXV; *ſed nullã facit diei aut anni obitualis mentionẽ. Quæ autẽ in Proceſſu adducta deſcriptaq; fuit Tabula continens nomina ſeptem Beatorum Ordinis, hoc ſolum habet.* B. Orlandus: ea die qua obiit, quidam captus à dæmone mirabiliter ante corpus ejus liberatus eſt. *Unde intelligitur quod Tabula, quam Arnoldus allegat, circa annum* MDLXXXX *compoſita ſit, ad eumque miſſa apud eum remanſerit; ſupereſtque optandum, ſed vix ſperandum, ut tam pro hoc Beato quam pro aliis innoteſcat fundamentum, quo nixus auctor Arnoldo potuit præſcribere tam definite diem & annum mortis cujuſque.*

obiiſſe dictus 20 *Maji* 1242

E

3 *Inter alios eruditos viros, quos doctorum hominum Parens & Mæcenas Laurentius Medices, ſeculo* XV *ultra mediocritatem provecto, fovit ornavitque, etiam Hieronymus Vallumbroſanus fuit. Hic ſingulari opuſculo ad eumdem Laurentium (quod una cum miraculis S. Ioannis Gualberti, & libello de Vita ſolitaria ad Eremitas Cellarum, reperimus Florentiæ in Laurentiana Bibliotheca)* paucis aperuit vitas & illuſtria facta Beatorum Vallumbroſanæ Religionis, *S. Hieronymum, de viris illuſtribus ſcribentem, imitatus; ubi de* B. Orlando *ſic habet.* B. Orlandus, hujus S. Mariæ Monaſterii Converſus, id eſt de illorum numero, qui etſi ſacrum locum incolunt, à Monachis tamen paululum differunt: laxiori enim vita habentur, utuntur etiam habitu breviori: quos quidem bonis artibus aſſuetos, ad forum rerum venalium ire beatiſſimus Pater Joannes jubebat, unde res neceſſarias ad uſum monachorum in monaſterium importarent, ne Monachi rerum penuria vagari vel extra exire etiam inviti cogerentur. Hic, inquam, ut ad inceptum redeam, quam Jeſu Chriſto gratus caruſque extiterit, facile oſtenditur; cum eo die, quo ex hac ad ſupernam vitam migravit, quidam captus à dæmone, ante ejus corpus priſtinæ ſanitati illico redditus eſt. Inde factum eſt, ut qui devotionis gratia aut bonæ valetudinis recuperandæ, ad monaſterium iſtud S. Mariæ conceſſerint, adeant ſepulcrum ejus devote, quod penes turrim campanarium hujus monaſterii oſtenditur: quo in loco & quorumdam

F

ejus elogium ab Hieronymo Vallumbr. ſcriptum.

velut potentis contra dæmones.

AUCTORE D. P. aliorum Beatorum corpora in Christi pace requiescunt. Et nos viventes vere propriis oculis conspeximus, eorum precibus incredibilia signa è cælo mortalibus esse impetrata, adeo ut passim ab omnibus finitimis Sancti & nominentur & prædicentur; etsi de more (ut Canones sacri volunt) haud sint confirmati Sancti.

ab Eudoxio Locatelli amplificatum.

4 *Eudoxius vero Locatelli, loco præcitato, sic scribit:* Tempore Generalis Benigni inter alios floruit in Religione quidam Conversus Claustralis, nomine Fr. Orlandus, qui totus divino addictus servitio, quantum nanciscì poterat vacui ab operibus temporis, impendebat exercitiis orationis; cetera ab obedientiâ sibi imposita munia exequens, magna cum promptitudine, humilitate & patientia. Benignus & facilis erga omnes, numquam turbari videbatur; sed eodem semper vultu hilaris apparebat. Frequens erat in contemplanda cælesti post hanc vitam gloria, eoque sic capiebatur, ut biduum aliquando triduumve impastus transigeret. Quam autem Deo acceptus esset, in ejus felici morte apparuit. Dum enim sanctum illius corpus efferebatur ad sepulturam, dæmones per os energumeni, illuc attracti à consanguineis, ut coram Reliquiis S. Joannis Gualberti liberari posset, magno cum ejulatu clamare cœperunt; Non ergo sufficiebat compescendis nobis cruciandisque virtus Magistri, quod contra nos etiam insurgat discipulus? Hominemque ad terram allidentes, Miserere, inquiebant, nostri, Serve Dei: atque in his vocibus abierunt, insessum à se virum mortuo similem relinquentes. Exhinc vero

B

Ipsa capella ejus nomine dicta.

consuetudo obtinuit, ut exorcismis sacris curandi homines, eos primum experiantur ad illius sepulcrum, magna cum efficacia crebris experimentis probata; capellàque ipsa sub campanili appellatur Capella B. Orlandi; in quam etiam dicitur solitus quotidie se recipere, ad pœnitentiam orationemque nudis genibus faciendam.

D

Ab eo diversissimus B Orlandus de Medices,

5 *Silvanus Razzius, in Vitis Sanctorum Tuscorum, Italice edidit* Viram Orlandi de Medicis, cum bona venia Serenissimi Magni Ducis Ferdinandi acceptam ex Latina Bibliothecæ Laurentianæ, *in qua præter nomen omnino reperias nihil, quod posit occasionem dare vel minimæ cogitationis de Vallumbrosano* Orlando. *Intelligo tamen esse aliquos qui unum eumdemque haberi pro certo velint, qui solitariam vitâ prius in territorio Placentino duxerit, deinde Vallumbrosæ inter Oblatos vixerit. Sed si Razzio fidem habere recusant, adeant ipsam Laurentianam Bibliothecam: ibi Pluteo secundo invenient parvum Codicem Ms. sub numero* 35, *in eoque aliud nihil quam ipsam Latinam Vitam sub hoc titulo* De vita, pœnitentia, morte & miraculis B. Rolandi de Medicis, qui suum diem clausit extremum in Castro-Bargoni Episcopatus Parmæ, MLXXXVI die XV mensis Septembris. *Invenient etiam in fine vitæ, ante miracula Cremonæ descripta manu Notarii publici, expresse dici, quod in dicto Castro mortui* corpus, cum maxima & decenti comitiva Clericorum & laicorum, ad ecclesiam Busseti solenniter & devote fuit portatum & sepultum: *est autem* Busserum *Cremonensis diœcesis oppidum insigne, octo circiter P.M. remotum ab urbe, ubi adhuc servatur ipsum corpus.*

E

Busseti prope Cremonam sepultus.

DE B. ALBERTO ABBATE,

ORDINIS VALLVMBROSANI BONONIÆ IN ITALIA.

D. P. COMMENTARIUS HISTORICUS.

De ejus cultu, Actis & distinctione à S. Alberto Carmelita.

ANNO MCCXLV. *Bononiensis in Romandiola diœcesis, superiori sæculo ad finem vergente, quando Eudoxius Locatelli de S. Sophia suũ de Vallumbrosana historia opus absolvit, Ordinis illius Abbatias solummodo duas, Prioratus quatuor numerabat. Horũ Prioratuum unus* extra portam S. Vitalis, *teste Antonio Pauli Masini ad* VII *Augusti*, S. Alberti de Savena *dictus, Eudoxio simpliciter* S. Alberti, Parochialis ecclesiæ titulũ aliquando habuit, nomẽ vero S. Alberti (*cum forte antea simpliciter* de Savena *diceretur, addito titulo Sancti cui erat dicata*) accepisse creditur circa annum MCCXLIIII à B. Alberto Parisio, Abbate Bononiensi, Ordinis Vallumbrosani, ibidem sepulto & miraculis claro. *De hoc in jam citato Hieronymi Vallumbrosani libello ad Laurentium Medicem hæc leguntur.*

C

Nomen reliquit suæ in qua sepultus ecclesiæ,

2 Est Bononiæ, urbem juxta, monasterium quoddam hujus nostræ Religionis, quod ex B. Alberti nomine templum S. Alberti dicitur, in eo enim ejus corpus sepultum esse constat. Hic itaque ut in vita, etiam & post mortem, miraculis multis claruit: ex quibus unum in præsentiarum enarrare non abs re visum est, quod à multis cum nostræ tum Camaldulensis Congregationis Religiosis fide dignis accepimus. Aiebant enim fuisse Bononiæ de Beccariis cives quosdam, grandes natu, & in civitate tum florentes, opibus & viribus potentes, quibus (ut hodie jura ecclesiastica sunt) monasterium illud in Commendationem evenit; si Commendatio dici fas est, quod destructio esse multis rationibus probaretur,

hujus pavimentum diripere tentans Commendatarius Abbas,

nisi alio tempus nos properare moneret: verum hoc dicere ausim, Religionem Christianam fere omnium rerum vera vocabula amisisse. Hi itaque cives, ut ad inceptum redeam, ex tunc paulatim & dignitatibus & honoribus privari, ultionem divinam adhuc minime persensere: verum, ut Sapiens ait, exosam habuere disciplinam, & præceptum Domini neglexerunt. Et præsertim unus injustior ceteris, qui etsi assiduis podagris & intermissa febre laboraret, tamen ab injusto opere, cum multis ex amicis sibi consulerent, non declinavit; imo maluit, ob rerum fallacium & labentium possessionem, & hac in vita miserabili torqueri variis flagris & angustiis, & in futuro æterno ævo cruciari, quam hic, contentus suo & parvo ut dicitur, sancte & juste vivere. Hic itaque cum palatium suum exornare lapidibus perpolitis sine suo sumptu optaret, lapides marmoreos ex præfato templo jussit auferri. Verum Jesu volente, ipsius B. Alberti precibus factum est, ut nec unum quidem lapidem opifices & ruricolæ inde amovere potuerint: ubi enim tantum nefas aggredi tentabant, mox miserabiliter torquebantur. Eo in stuporem & admirationem versi opifices, rigentes ac trepidi Bononiam revertuntur; & quid eis præter solitum acciderit narrantes, ejus sanctitatem vehementer extollebant. Quid quod prope longeque manentes, non semel in anno, verum singulis mensibus undique ad eum locum turmatim cum oblationibus, gratia devotionis & votorum persolvendorum, confluunt. Est & aliud non minus referendum, quod omnes ejusdem

F

miraculosè prohibetur.

Semina sub ejus invocatione benedicuntur.

A ejuſdem patriæ agricolæ, nec frumentum ſerere, nec aliud granum terræ mandare auderent, niſi prius per religioſum virum, illud monaſterium habitantem, frumentum vel pars terræ trita, in calatho ſeu caniſtro allata, benediceretur.

Beatis adnumeratus

3 *In tabula, continente nomina & breve elogium ſeptem Beatorum Vallumbroſani Ordinis, appenſa in Sacrario ipſius Vallumbroſani monaſterii, de qua ſupra, ultimus eſt* B. Albertus Bononienſis, cujus precibus ager ille & conſervatur & annuatim fertilior redditur, adeo ut ruſtici turmatim, calathis terra repletis, à Presbytero loci illius ubi ſepultus eſt, benedictionem petant. *Eudoxius lib. 2 cap. 31 eadem fere quæ Hieronymus Latine, ipſe Italice narrans; addit,* ruſticos ſemen vel terram ſic benedictam miſcere ſeminibus per agros ſpargendis, idque utiliſſimum experiri: *Civem vero illum, cujus ſacrilega avaritia occaſionem dedit prædemorato Miraculo, vocat* Joannem de Beccariis, qui anno MCCCCIV filio ſuo obtinuerit iſtam tunc adhuc Abbatiam. *Supponit autẽ ipſum* B. Albertum *in ea* Abbatẽ, floruiſſe tempore Valentini I, Generalis XVI, *id eſt, intra annum* MCCXXXV *&* MCCLIIII. *Arnoldus Wion, allegata fide miſſarum ad ſe tabularum, ita ſcribit:* Bononiæ in monaſterio S. Alberti, Abbatis Ordinis Valliſumbroſæ, qui nomen monaſterio ex ſuo nomine reliquit: *& in Notis aſſerit* obiiſſe anno Chriſti MCCXLV. *Arnoldum tranſcribit Philippus Ferrarius, in Catalogo Sanctorum qui in Romano Martyrologio non ſunt, ſed pro anno* 1245 *habet* 1243, *typothetarum forſitan vitio. Correxit hunc errorem Gabriel Bucelinus, qui in Menologio Benedictino, ſicut antea Hugo Menardus in Martyrologio,* Albertum *adſcripſit ad hunc* XX *diem Maji, utique ex auctoritate & fide Arnoldi.*

dicitur obiiſſe an. 1245

B

4 *Antonius Pauli Maſini mire intricavit omnia. Cum enim ad* XX *diem Maji, quo hic Vallumbroſanus* Albertus *apud prædictos auctores collocatur, mentionem feciſſet* S. Alberti Martyris, *cultum ſuum habentis* in eccleſia omnium Sanctorum in Brainia plateæ S. Stephani, ubi ſervantur ejus Reliquiæ; *de ipſo Vallumbroſano, ut vidimus, ejuſque eccleſia agit ad* VII *Auguſti, quando* S. Albertus Confeſſor Ordinis Carmelitarum *in univerſo illo Ordine, ac ſpecialiter Bononiæ, colitur: additque in prædicta eccleſia* S. Alberti, propter æquivocationem, videri in ſummo altari depictum S. Albertum Carmelitanum, *loco Vallumbroſani. Qui fuerint hujus confuſionis auctores, non eſt difficile divinare: ipſaque pictura ætas facile indicabit, quandonam primum inducta ſit. Fortuna eccleſiæ, à Religioſis ad ſeculares traductæ, obſcuraverat memoriam prioris* Alberti, *eumque Bononienſi vulgo fere ignotum eſſe fecerat. Hinc facile fuit, inclareſcente poſterioris cultu, poſt Canonizationem ſeculo* XV *celebratam, & Bononienſium Carmelitarum, Mantuanæ Congregationi adjunctorum, auctoritate una cum diſciplinâ reflореſcente, perſuadere populo, eum quem pridem iſtic colebant Sanctum ſui Ordinis eſſe: quod equidem non malæ alicui fidei, ſed nimiæ ſimplicitati verumque ſcrutandi negligentiæ tribuendum dixerim.* Albertum Martyrem, *cujus in alia illa Brainenſi eccleſia Reliquiæ ſint, nullum novimus; proinde de iis plenius doceri poſtulamus. unde & quando iſtuc allatæ fuerint. Nam quod ad* S. Albertum Patriarcham Hieroſolymitanum *attinet, is quidem Martyr obiit: ſed Reliquias ejus, ex Terra ſancta aliquando tranſlatas eſſe, nuſquam legimus; & Ordo qui eum ratione acceptæ Regulæ colit, colit ut Confeſſorem.*

E

AUCTORE D. P.

Confunditur cum S. Alberto Carmel.

DE S. GVIDO COMITE DONORATICI

IN HETRVRIA SOLITARIO.

SYLLOGE HISTORICA. D.P

De ejus cultu, actis, tranſlatione, & familia.

SEC. XIII

Memoria in Faſtis,

C *Errarius in Catalogo generali Sanctorum, qui non ſunt in Martyrologio Romano,* In territorio Piſano, *inquit,* S. Guidi Confeſſoris, *& annotat,* Ex tabulis Eccleſiæ Piſanæ, illum hac die celebrantis. Is Comes Donoratici caſtri in Piſana diœceſi fuit: cujus Vitam Silvanus Razzius, monachus Camaldulenſis, libris de Sanctis Hetruriæ ex Mss. monumentis contexuit. *Hæc ibi Ferrarius, Piſanam diœceſim latius ſumens pro tota Provincia: nam* Donoraticum *ad Maſſanum Epiſcopatum ſpectat. Idem in Catalogo Sanctorum Italiæ annotat,* Acta propria S. Guidonis injuria temporum deſiderari. Quæ autem dicta ſunt, potius ex traditione, quam ex veteri aliquo ſcripto, paucis exceptis, haberi. *Ergo ex Razzio hoc elogium texuit.*

Elogium vitæ.

2 Guidus ſive Guido, ex nobiliſſima Gheradeſca familia, Comes Donoratici (quod caſtrum Piſanæ diœceſis eſt) ibi abjecta rerum humanarum cura, vitam ſolitariam circa annum ſalutis milleſimum nonageſimum in orationibus, jejuniis, vigiliis, piiſque meditationibus elegit. Imprimis autem pauperum ſublevationibus operam dedit, antequam ſe recluderet. Cum diu uſque ad extremam ſenectam in hujuſmodi exercitationibus verſatus eſſet, XIII Kalendas Junii, anno Domini milleſimo nonageſimo nono, vitam hanc mortalem cum perenni commutavit. Quo migrante, campanas caſtri, nullo pulſante, ſonaſſe ferunt. Illum Calliſtus III Pontifex Maximus Sanctum appellavit, ac Archiepiſcopo Piſano corpus ex Caſtaneto caſtro ad civitatem transferendi poteſtatem fecit: ubi in Cathedrali Eccleſia conditum aſſervatur. *Hæc ibi. Brautius Epiſcopus Sarſinæ tali eum verſu celebrat:*

miracula

Vaſta virum clarum vivum celavit eremus,
Defunctum Sanctum cymbala ſacra ſonant.

F

3 *Neſcio unde mortis annum tam definitum acceperit Ferrarius, Razzius (quem ille ſolum præ oculis habuit) circa initium ſeculi* XII, *quo SS. Galganus & Gerardus de Villa-Magna, item Beatæ Verdiana & Ioanna Sigmenſis ſolitariam vitam coluerunt,* Guidum *quoque ad eamdem acceſiſſe ſuſpicatur, & in ipſa uſque ad extremam ætatem vixiſſe, teſtibus illius ævi picturis, quales Piſis & alibi conſpiciuntur, repræſentantes ſenectionem, macie atque ætate exhauſtum. Miraculorum frequentiam, ſed quibus oblivionem tempus obduxerit, ſupponit ille ſetis probari: uti revera probatur, ex publico qui eam ſecutus eſt cultu; uſque adeo magno, ut etiam nunc inter Piſas & Liburnum cernantur veſtigia eccleſiæ & monaſterii, ſuo ejus nomine erecti. Hoc monaſterium, dum Piſanorum Reſpublica floruit, primum a Monachis, deinde à Sanctimonialibus habitatum fuit, ſervato hactenus titulo* Abbatiæ S. Guidi. *Calixti Papæ III Breve, directum Archiepiſcopo Piſano (erat is Iulianus de Ricciis, Epiſcopatus ſui anno* XLII, *Chriſti* MCCCCLXI, *vita functus) hujuſmodi eſt, datum* Romæ apud S. Petrum XV Maji MCCCCLVII anno *ejus* III, *pro quo nimium incurioſo Ferrario obrepſit notare annum* 1403, *cum Calixtus hic ſolam creatus ſit Papa anno* MCCCCLV. VIII *Aprilis.*

cultus.

4 Di-

AUCTORE D. P.

Tranſlatio à Calixto III permiſſa an. 1457.

4 Dilecti Filii Priores civitatis Piſanæ, zelo devotionis accenſi, ſicut eorum nomine expoſitum fuit, ſummopere affectant, ut corpus S. Guidi, in eccleſia Donoratici Maſſanæ diœceſis poſitum, inde eximatur: cum propter loci deſolationem, minus digne collocatum eſſe dignoſcatur. Aſſerunt quoque dicti Priores, quod ſi dictum corpus ad ſuam Eccleſiam Piſanam trans-feratur, decentiori modo poſſit conſervari, & populi devotio major exurgeret, ob quod fidelium animarum ſalus proveniret. Nos igitur ejuſmodi pium & catholicum eorum deſiderium in Domino commendantes, Fraternitati tuæ, ſi ad id venerabilis Fratris Epiſcopi Maſſani, loci Ordinarii, & Patronorum præfatæ eccleſiæ accedat aſſenſus, transferendi corpus prædictum, & in tua Eccleſia decenter collocandi, ſervatis ſolennitatibus in ſimilibus ſervari conſuetis, liberam licentiam & omnimodam facultatem per præſentem concedimus & elargimur, quibuſcumque in contrarium facientibus non obſtantibus.

ante id tentata anno 1450,

B

5 *Cœperat porro negotium iſtud à Piſanis tractari jam inde ab anno* MCCCCL, *ſive (ut Piſani numerant, novem menſibus communis anni initium prævertentes)* MCCCCLI, *ut patet ex eorum epiſtola, data* X *Novembris,* Spectabilibus & egregiis viris, Gherardo & Simoni Comitibus de Caſtaneto (*quem illi titulum videntur uſurpaſſe, poſt Donoratici, Caſtaneto ad duo milliaria vicini, deſtructionem*) *qua Mag. Laurentio Ioannis, Canonico Piſano, oratori ſuo fidem faciunt, ſupra iis quæ propoſitum erant de corpore S. Guidi, tamquam de ipſorum intentione optime informato. Sed neque tunc quod petebant impetrarunt, neque Pontificia interceſſio ſatis efficax fuit; ſive eorum votis obſtaret Petrus de Vrſo, Maſſanus eo tempore Epiſcopus, ſine cujus licentia nihil fieri patiebatur Callixtus; ſive ipſi Comites Donoratici & Caſtaneti noluerint domeſtico iſtoc præſidio privari, quia vel jam pridem vel tunc ſacrum ipſum depoſitum apud ſe Caſtaneti receperant. Etenim* (*ut ait Razzius*) in libro quodam Matthæi Joannis, qu. Matthæi Setarioli, ſcriptum reperitur hujuſmodi. Memoriam facio ego Matthæus ſupraſcriptus, qualiter hoc die XVI Junii MCCCCLIX ſtylo Piſano, conductum fuit in civitatem Piſanam corpus S. Guidi, id eſt, ejus ſanctæ Reliquiæ. Erat autem dies Veneris (*unde confirmatur, quod de ſtylo Piſano diximus: ſiquidem concurſus diei* XVI *Iunii & Feria* VI *contigit anno apud nos* MCCCCLVIII, *habente litteram Dominicalem* A) & ipſæ Reliquiæ erant in Caſtaneto, magnoque in comitatu deductæ ſunt uſque ad eccleſiam majorem ſeu Cathedralem, à cunctis Prioribus Piſanis & Clero univerſo, cum multis facibus, & copioſa utriuſque ſexus multitudine, tam civium quam accolarum, ad Dei laudem. Amen. Et nota, quod dictus S. Guidus fuit de Comitibus Donoratici, ac noſter civis Piſanus.

peracta an. 1458.

C

Reliquiæ Caſtaneti.

6 *Recte autem Matthæus iſte* Corpus *interpretatur* Reliquias, *ſeu majorem partem corporis: ut enim idem Razzius obſervat,* manſerunt Caſtaneti (*ad tutelam ſcilicet loci domeſticamque venerationem ipſius familiæ*) in eccleſia loci parochiali eius unum, unaque maxilla, & quædam particulæ aliæ. Præterea, *inquit idem,* antiquiſſima & indubitata traditione narratur, quod in uno humerorum Sancti increverit arbuſtum (*ſcopam Itali vocant*) quod reſciſſum ſervatur inter Reliquias jam dictæ parochiæ Caſtanetenſis, monſtraturque populo, & circumfertur proceſſionaliter in feſto Epiphaniæ. *Atque hoc forte primum fuit initium miraculorum Sancti poſt mortem, & cauſa elevandi è terra communique ſepultura corporis: quemadmodum in aliis pluribus Sanctis uſu veniſſe comperimus: nec dubitamus, quin foliis virguliſque exinde acceptis devoteque uſurpatis, plures quoque ſanitatum miraculoſarum gratia fuerint impetrata.* Piſis *autem* monſtrantur Reliquiæ in die Octava Paſchatis, & feſtum in Cathedrali totaque diœceſi agitur ſub ritu Officii Duplicis de Communi Confeſſoris, die XX Maji.

D

Ex eadem qua ille Familia etiam natus

7 *Hactenus Razzius, qui denique ad Donoraticenſis familiæ, unde* S. Guidus *prodiit, commendationem minime vulgarem, addit ſequentem memoriam, antiquitus ſervatam Piſis apud Patres Ordinis Prædicatorum conventus S. Catharinæ Senenſis, de quodam illius conventus, anno* MCCXXII *fundati,* Beato (*ut illi vocant*) Gaddo; *qui una cum fratre ſuo Bonifacio, poſtea Epiſcopo Chironenſi, inter primos illius numeratus eſt inquilinos.* Frater Gaddus, ex Comitibus à Donoratico, familia nobiliſſima & inter Piſanas primaria & tota Italia celeberrima, in divitiis & deliciis educatus, magiſtratibus & honoribus proximus, omnibus ſpretis noſtram elegit paupertatem, eam regnis & ſedibus præponens. Manum autem, quam ad aratrum miſerat, numquam retraxit, nec poſt tergum reſpexit. Priſtinæ dignitatis oblitus, nullum prætendebat faſtum; nihil propriæ libertatis, quam pro Chriſto vendiderat, in ſuis actibus oſtendebat. Humilis, abjectus, humilem ſecutus eſt magiſtrum: & ſicut moribus componendis, totis vacabat viribus: ita litteris ediſcendis impigre incumbebat. Vigiliis & laboribus, quibus ſine nulla paratur virtus, non parcens, à Pariſiis rediens, factus generalis Prædicator & Lector Piſanus, diem obiit, non abſque Ordinis detrimento: in magnum enim virum evaſurus ſperabatur.

B. Gaddus Ord. Prædicator.

E

An Tertiarius Franciſcanis accenſendus Guidus.

8 *R. P. Antonius Tagnocchi de Terrinca, Ordinis S. Franciſci Empurii in Hetruria, paratum habet prælo Theatrum Sanctorum ac Beatorum Hetruſco-Minoritarum, ubi Tertiariis ſui Ordinis* S. Guidum *accenſet; & B. Lucheſii, cujus Acta illuſtravimus* XXVIII *Aprilis, primi ea in Provincia Tertiarii, ab ipſomet S. Franciſco ad habitum regulamque admiſſi, diſcipulum fuiſſe opinatur, adductus auctoritate Illuſtriſſ. D. Hippolyti Comitis de Gherardeſca, I. V. D. & Metropolitanæ Florentinæ Canonici, qui id ſibi affirmarit die* IV *Ianuarii anno* MDCLXXVIII: *quodque in eccleſia ipſius B Lucheſii apud Podium-Bonitii inveniatur imago* B. Guidi, *picta in habitu tertii Ordinis. Quæ ſi habeant aliquod in veritate fundamentum, ruit Razzii conjectura, qua floruiſſe eum ait circa annum* 1100. *Sed ſi attendas allata à Razzio exempla exemitica vita, quam* Guidus *inſtituerit pro ſuæ ætatis uſu; merito ſuſpicaberis errore typothetico* 1 *pro* 3 *obrepſiſſe, & notare illum voluiſſe annum* 1300. *Certe B. Lucheſius primum anno* MCCXXI *habitum ſuſcepit, & obiit* MCCLX. *Ego in medio relictum volo, utrum alicujus Ordinis Regulam* Guidus *aſſumpſerit: & donec antiquior aliqua notitia producatur, inter ſimplices Solitarios eum relinquo, citra cujuſquam præjudicium. Maxime cum de ejus ætate nihil dici poſſit, niſi per meram conjecturam; & potuerit ipſam Minoriciti Ordinis, nedum Tertiariorum ejus inſtitutionem multis annis præceſſiſſe.*

F

& ſec. 13 vixerit.

DE

DE S. BERNARDINO SENENSI

ORDINIS MINORVM, AQVILÆ IN APRVTIO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. H.

§. 1. Acta triplicia dantur ex Mss. Res geſtæ circa Canonizationem & Tranſlationem.

ANNO MCCCCXLIV

S*Eculo Chriſti decimo quinto* S. Bernardinus, ut novum ſidus in opaco ſeculo, cæleſtium chariſmatum illuſtratione præfulgens, mirabiliter claruit; & in denſiſſimas humanæ inſipientiæ tenebras, celebris vitæ & doctrinæ micantes radios propagavit; ut cæcutientem populum, qui à cæleſtis patriæ recto tramite declinabat, prævia vitæ ſanctitate, in Dei timore dirigeret, & verbo doceret pariter & exemplo. *Ita ad Vitam* S. Bernardini *præfatur S. Antoninus titulo 24 Hiſtoriarum cap. 5. Fuit is, necdum ab obitu illius elapſis duobus annis, ordinatus Archiepiſcopus Florentinus, ut latius ad hujus Vitam diximus die ſecunda Maji. At* S. Bernardinus *cum ætatis annos ageret duos & viginti, habitum monaſticum Senis in Ordine Minorum S. Franciſci aſſumpſit anno* MCCCCII *: & poſt exantlatos ſanctiſſimos labores, annis fere duobus ſupra quadraginta, Aquilæ in Aprutio vita functus eſt, die* XX *Maji anno* MCCCCXLIV, *mox ab obitu miraculis clarus. Porro intra dies abinde duos & quinquaginta patrata triginta miracula fuerunt: quæ intra ſexaginta proximos dies, publico urbis Aquilanæ teſtimonio comprobata, fuerunt Senas tranſlata per civem probatiſſimum, ideo Aquilam concilio Senarum publico deſtinatum. Sunt ea Senis adſervata in Ms. codice pergameno apud Illuſtrem Dominum Hippolytum de Auguſtinis, Senatorem Senenſem, Dominumque Caldanæ & Equitum S. Stephani Senis commorantium (ut vulgo dicunt) Balivum. Hujus viri benevolentia habuit ea Lucas Wadingus, ac paucis pro ſuo inſtituto indicat ad annum* MCCCCXLIV, *numero* XVII. *Illa, ex ipſo Waddinghi ecgrapho, tranſcribenda nobis curavit ſucceſſor ejus Franciſcus Haroldus, qualia hic integra damus, ſingula appoſitis teſtibus comprobata, prout ea fuerunt coram Eugenio IV Summo Pontifice producta, adjunctis litteris Alphonſi Regis Aragonum, datis Neapoli* XIII *Kalendas Septembris, elapſis ab obitu* S. Bernardini *tribus menſibus. Hanc Regis epiſtolam edidit in Vita ipſius ſancti Barnabæus Senenſis Ioannis filius, in multis oculatus teſtis, ipſique Regi Alphonſo inſcripſit anno* MCCCCXLV, *Kalendis Aprilis, tranſactis à morte Sancti menſibus decem & diebus undecim. Hanc vitam, hactenus ineditam, imo quantum ſcimus necdum ab ullo citatam, reperimus in illuſtri bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Barberini, codice membranaceo, numero* 944 *ſignato, eamque primo loco damus, prædicta miracula ſubjungentes, quorum bajulus Aquila Senas fuit fortaſſis ipſe ille Barnabæus, tali occaſione in aliquam Regis Alphonſi notitiam deductus. In hac Vita exactiſſime indicantur loca ſingula, in quibus* S. Bernardinus *Verbum Dei prædicavit, & in fine nominantur Legati, à Senenſibus ad Curiam Romanam decreti pro obtinenda Canonizatione.*

B

Dantur ex Manuſcr. Miracula intra primos 52 ab obitu dies patrata,

2 *Ad horum & Aquilanorum, Regiſque Alphonſi & nonnullorum aliorum Principum ac Comitatuum atque municipiorum inſtantiſſimam ſupplicationem, Eugenius Papa IV tribus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, videlicet Capuano, Andegavenſi, & de Albertis, eoque decedente Cardinali S. Mariæ Novæ, commiſit examinandam vitam, obitum, & miracula. Hi ſuos Commiſſarios deputarunt Epiſcopos, Amicum Agnifilum Aquilanum, & Ioannem de Palena Pennenſem: qui omni cum diligentia ſuum officium exequentes, ſolennem Proceſſum ediderunt, præſentaveruntque antedictis Cardinalibus & Summo Pontifici: coram quibus pluries in Conſiſtorio res acta eſt, & in eorum*

variis Proceſſibus

uno ultra centum miracula enarrata ſunt, & atteſtantium fide roborata. Verum rem infectam reliquit Eugenius, morte præventus XXIII *Februarii anno* MCCCCXLVII. *Huic ſuccedens Nicolaus V, loco Capuani itidem mortui, ſubſtituit Cardinalem Tarentinum, & deſtinavit ſubdelegatos, Epiſcopos Vrbinatem & Pennenſem: qui etiam copioſiorem compoſuerunt Proceſſum, & ultra miracula primi Proceſſus multo excellentiora repererunt, atque præfatis Cardinalibus & Summo Pontifici retulerunt. Sublato dein Tarentino Cardinali, ſubrogatus eſt Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus. Præterea Angelus Capranicus, Epiſcopus Reatinus, miſſus eſt ad civitates, Aquilanam, Senenſem & alias: qui poſt aliquot menſes reverſus, prioribus miraculis conformia reportavit, & inſuper magna & ſtupenda, qua poſtmodum contigerant, retulit, publice & in conſpectu multitudinis patrata. Fuerunt ea per Conſiſtorium examinata, & à ſingulis Cardinalibus in domo propria diſcuſſa, & in ſecundo Conſiſtorio comprobata: uti etiam in Congregatione omnium Prælatorum, qui in Curia aderant. Quibus omnibus in publico Conſiſtorio relectis & approbatis, ſtatuto die feſto Pentecoſtes, nono Kalendas Iunii anno* MCCCCL, *Nicolaus V, anno Pontificatus quarto, auctoritate omnipotentis Dei ac Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli,* B. Bernardinum Catalogo Sanctorum Confeſſorum adſcripſit, & ad excitandum fidelium mentes ad majorem devotionem, ſeptem annos & totidem quadragenas Indulgentiarum conceſſit omnibus fere pœnitentibus & confeſſis, qui in die feſti ſui eccleſiam, in qua ſanctum corpus requieſcit, viſitaverint, & ad ornatum ſive fabricam dictæ eccleſiæ manus porrexerint adjutrices, uti fuſius legitur partim in Bulla & hiſtoria Canonizationis, cum operibus* S. Bernardini *excuſa, partim infra in aliis Actis.*

E

& Canonizatione anno 1450 *celebrata.*

3 *Altera Vita, quam damus hactenus etiam ineditam, eſt deducta uſque ad jam relatam Canonizationem, & ſcripta à Maphæo Vegio Laudenſi. Natus is eſt anno* MCCCCVI, *teſtatur enim infra num.* 43 *ſe puerum duodecim circiter annorum, à præceptore ſuo in Grammaticis diſciplinis ductum ſæpius fuiſſe Mediolani ad conciones* S. Bernardini, *actis tum in diſſeminando verbo Dei annis quatuordecim, adeoque ex ipſius Vegii computo num.* 55 *relato, annus erat* MCCCCXVIII, *qui, moriente Martino V Summo Pontifice* XX *Februarii anni* MCCCCXXXI, *agebat aut certe vix expleverat annum quintum & viceſimum; & tamen ejus Datarius fuiſſe dicitur, tum à Luca Waddingo ad an.* 1380 *num.* 1 *& alibi ſæpius, tum in elogio, una cum Tranſlatione Reliquiarum S. Monicæ excuſo. Plurima ab hoc Auctore conſcripta fuerunt, quæ nos Romæ reperimus, potiſſimum in præclara bibliotheca Ducis Altempſii, in pergameno, charactere Italico fere exarata, videlicet:* De rebus antiquis memorabilibus Baſilicæ S. Petri Romæ, Dialogus Veritatis & Philalethæ; *alter de* felicitate & miſeria Palinuri & Charonis: *tum* diſceptatio inter terram, ſolem & aurum. *Præterea* Vita & Officium B. Auguſtini. Officium converſionis S. Auguſtini. Vita & Officium B. Monicæ. Vita & obitus ejuſdem ex verbis S. Auguſtini. Officium tranſlationis ejuſdem. Vita & Officium B. Nicolai Tolentinatis. Vita B. Petri Cæleſtini. Vita B. Bernardini Senenſis. *In omnibus ſub finem addebatur,* Romæ apud S. Petrum. *Vltimorum duorum Sanctorũ Acta tranſcripſimus Romæ in bibliotheca Vallicellana Patrũ Congregationis Oratorii: de prioribus S. Petri Cæleſtini ſcriptis* Romę apud S. Petrum, *& abſolutis* IV Nonas Majas anno MCCCCXLIV,

Scribitur à Maphæo Vegio,

F

teſte in pluribus oculato, Vita 2 num.

edituraque ex Ms.

C

cum Vita 1 poſt aliquot menſes ſcripta,

AUCTORE G. H.

MCCCCXLIV, *egimus ad diem præcedentem* XIX *Maji: quam autem hoc die proferimus* S. Bernardini *Vitam, teſtatur etiam ſe ſcripſiſſe* Romæ apud S. Petrum, *& abſolviſſe* Kalendis Junii anno MCCCCLIII, *tribus poſt Canonizationem annis peractis, in qua tamen ſuam ſcriptionem finit. At quæ præmiſerat miracula circiter centum, aſſerit electa eſſe ex iis,* quæ diligenti Judicum cura teſtiumque fide & examinatione comperta, probata atque conſcripta fuerant, *& pauca admodum in priore ſcripto habentur. Ceterum dum num.* 23 *extollit excellentiam in concionando, ait quod eum ipſe ſæpius audiverit cum* admiratione; quodque in pronuntiationis gratia, adeo larga naturæ manu donatus fuerit, ut nihil dignius, nihil præſtantius dici poſſit. *Alibi ſe ipſi Sancto familiarem fuiſſe oſtendit: & ſic num.* 36 *refert, quæ ſibi ab eo dicta fuerant; alia vero exponit à ſocio quodam ejus ſibi relata, ut ſinceram ejus fidem in ſcribendo poſſimus agnoſcere. Nonnulla ex his inſeruit Annalibus ordinis Minorum Lucas Waddingus.*

abſoluta an. 1453.

Corpore in novam eccleſiam tranſlato poſt 1472

4 *Beatus Ioannes de Capiſtrano, in epiſtola ad cives Aquilanos, ex Germania* X *Octobris anno* MCCCCLII *miſſa, deplorat* lacrum corpus S. Bernardini claudi in parva capella, & à pluribus tangi, quod auro indui debuiſſet, & pulcherrima nova eccleſia adornari & cooperiri: *hortaturque, ut dictam Eccleſiam velint ædificare, tum quod* in iſtum diem ſeptuaginta miracula ſocii adnotaverint, præter infinita alia, quæ ſcribi non potuerunt ob nimium hominum frequentiam, vel ignorata fuerunt nulla facta examinatione; *tum quod* narrare non queat capellas & eccleſias, quæ ad ipſius Sancti honorificentiam conſtructæ ſunt. *Epiſtola integra extat etiam ante Opera* S. Bernardini, *excuſa cum Bulla Nicolai IV pro conſtruendo templo & cœnobio ſub ejus nomine in urbe Aquilana, data apud S. Petrum* X *Kalendas Octobris anno* MCCCCLI. *Eſt illud tandem multis impenſis factum, in quod auctoritate Sixti IV Pontificis, data bulla Kalendis Maji anno* MCCCCLXXII, *ſacrum corpus tranſlatum fuit die* XVII *Maji: quem ideo totus Ordo Minorum ſub ritu Duplicis feſtivum habet.*

componitur 3 *Vita & primo loco datur.*

Extat tertia Vita S. Bernardini, hactenus inedita & poſt hanc dicti Corporis tranſlationem conſcripta, auctore (quantum per conjecturam ex ipſa ductam colligere poſſumus) quodam Minorita Aquilæ degente: in qua plura miracula illuſtria adduntur. Ac primo novem numerantur mortui reſuſcitati, & quinque moribundi à mortis periculo liberati, ex quibus ſimul non niſi duo alibi relati fuerant; tum referuntur quinque cæci illuminati, quorum etiam alibi non erat facta mentio, & ſic de aliis miraculis ibidem recenſitis. Ea Acta, nobis Romæ communicata à Reverendo Patre Franciſco Haroldo, Lucæ Waddinghi in ſcribendis Annalibus Ordinis Minorum ſucceſſore, olim anno MDLXX *ex originali Aquilano, in charta membrana adhuc extante deſcripta, tertio loco danda forent, ſi quidē (ut hactenus ferme fecimus) hic quoque obſervatum vellemus ordinem antiquitatis. Sed quia vetuſtiores duæ, à Barnabæo Senenſi & Maphæo Vegio ſcriptæ, eo ſtylo procedunt, qui faſtidioſo lectori poſſit minus placere; & quia de tam illuſtri Sancto primum præſtat occurrere in oculos, quod perfectius eſt; ideo ultimam tempore, decrevimus ponere in fronte duarum aliarum, quæ illi ſubjunctæ pro ſuæ ætatis merito habeant probationum vim ac locum, auctoritatemque ipſi conferant, non pauca etiam ſuppleant, requirenda iſtic à Lectore minus properante, & antiquitatis amantiore. Præter tria iſta, habemus alia duplicia Acta ejuſdem* S. Bernardini, *aq; hactenus inedita, una ex codice membraneo Ms. cœnobii Rubeæ-vallis Ordinis Canonicorum Regularium prope Bruxellas, quæ itidem reperimus in monaſterio Corſenduncano eorumdem Canonicorum Regularium prope Turnhoutum, alia ex Ms. Vltrajectino eccleſiæ S. Salvatoris: utraque omittenda judicamus, in tantâ multitudine Actorum vetuſtiorum. Omiſſionis cauſam infra indicabimus opportunius.*

Alia bina Acta Mss. omittuntur.

§. II. Alia Acta S. Bernardini à variis conſcripta: ex iis Analecta dantur. Cultus celebris.

5 *Inter Acta* S. Bernardini, *hactenus typis edita, deberent cenſeri priori loco illa, quæ B. Ioanni à Capiſtrano tribuuntur, illius comiti cariſſimo, fideliſſimoque diſcipulo: qui ut idem in Sanctorum numerum adſcriberetur, per quinquennium plures peragravit provincias. Hoc ut clarius manifeſtiuſque appareat, lubet ex ipſiuſmet Actis Mss hactenus ineditis & integre ad diem ejus natalem* XXIII *Octobris elucidandis, delibare pauca*: Vivens S. Bernardinus in hac mortali carne, etſi innocens & ſine macula, calumniatus & accuſatus, ſæpe tamen divite Joannis lingua, ſummo cum honore, fuit ab omni ſorde falſæ criminationis liberatus & purgatus. Notatus quidem & accuſatus de hæreſi, pro his maxime prædicationibus, quas de excellentia & potentia nominis Jeſu ejuſque ſculptura ad Chriſtianos populos habuerat, à nullo fortius adjutus & defenſatus, quam à Joanne fuit. Sæpe enim pro Bernardini tutela diſputavit: ſæpe pro eo ad ignem ſe obligavit, ſæpeque maximis periculis pro illo ſe objectavit. Hi ſiquidem fuerunt duæ florentiſſimæ olivæ: & duo luminaria magna, lucentia ante Dominum: qui maxima morum & doctrinæ documenta ubique diffundentes, orbem terrarum illuminaverunt: qui perfectionis viam, jam oblitteratam, renovaverunt: qui Franciſci everſam fere domum erexerunt: qui tamdem lucis exempla omnibus exhibentes, innumerabiles perituras animas ad cælorum felicia regna pervexerunt. Hi profecto inciti extitere Principes & Duces Franciſci novelli exercitus: quorum ſonus in omnem terram exivit, & in fines orbis terræ verba eorum egreſſa ſunt. Bernardinus autem aliquando Joannis Prælatus, Joannes Bernardini diſcipulus & comes. Nam ut prædicandi modum diſceret Joannes, Bernardinum uno anno ſecutus eſt: iſte pacem prædicabat, iſte pacem inter diſcordes conficiebat. Amabant enim mutuo ſe vehementer, & revoluto triennio ut plurimum alter alteri imperabat. Ubi autem Joannes intellexit, B. Bernardinum ſibi ſubjectum obiiſſe coruſcareque miraculis; mox Aquilam profectus eſt, & ſacrum pignus honorifice collocari fecit, capſaque ferrea ferreis catenis munita recludi, atque miracula diligentiſſimâ examinatione conſcribi. Quorum magnitudine & efficacia canonizationē, apud Eugenium Romanum Pontificem, primum promovit; & ut alii Principes & populi eam promoverent, grandi ſolertique ſtudio incitavit. Verum ne in vacuum laboraret, cum per Confratrum ſuorum orationes Domini beneplacitum expoſtulaſſet, ipſeque vehementiſſime omnipotentem Deum obſecraviſſet; apparuit ei Senis in quadam cella oranti Bernardinus Sanctus, & ad proſequendum ſanctum Bernardinus inchoatum opus multum animavit, replens eum incredibili conſolatione. Eo quidem tempore, quo hæc agebantur, ingreſſus eſt quidam ex ſociis cellam viri Dei, cui & dixit: Dominus tibi parcat Frater: nunc ego cum S. Bernardino ſermonem habebam. Quamobrem exceſſiva quadam in eum devotione accenſus, ita poſtea ſolicite, ita ferventer, ita demum inſtanter & Eugenium & Nicolaum Papam propulſavit, ut deſignari quoſdam Epiſcopos fecerint ad examinandum miracula, quæ multis in locis de S. Bernardino referebantur. Qui quidem Epiſcopi, circumeuntes una cum viro Dei multas civitates, oppida & caſtella, duos Proceſſus ſolennes primo confecerunt. Poſtremo Dominus Angelus de Capranica, tunc Epiſcopus Reatinus, nunc autem tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalem digniſſimus Cardinalis, virtute inſignis, fama celebris, ſanctitateq; præcipuus, peracto

B. Io. Capiſtranus pro innocentia S. Bernardini decertat,

ejus diſcipulus & comes.

curat miracula conſcribi.

ab eo apparente animatus.

procurat proceſſus informativos.

A acto tertio Proceſſu, cum varia loca comite viro Dei perluſtraſſet, ſingularemque de Bernardini examinatis jam miraculis relationem Pontifici Nicolao feciſſet; tandem poſt indicibiles Joannis labores, ſexto anno ab ejus ſancta dormitione, viri Dei opera, S. Bernardinus Beatorum Catalogo adſcriptus eſt Romæ anno Jubilæi, celebrantibus Fratribus generale Capitulum totius Ordinis utriuſque familiæ, in ſacro conventu Aræ-Cæli. In ipſa autem miraculorum examinatione, viſis quibuſdam miraculis manu Joannis patratis, quæ vir Dei adſcribebat, S. Bernardino; ea memoratus Dominus Cardinalis nequaquam B. Bernardini miraculis annumerari permiſit. Sed cum Bernardinum Maximo Pontifici canonizatione dignum aſſeruiſſet; Domini famulum Joannem Capiſtranenſem, adhuc in terris converſantem, hujuſmodi ſingulari præſtantique titulo bene meritum, conſtantiſſime profeſſus eſt,

An etiam Vitam S. Bernardini ſcripſerit

6 *Hæc Nicolaus Fara in Vita B. Ioannis Capiſtrani, cujus in peregrinatione fuerat ſex annis perpetuus comes, & ſolum meminit curæ ab eo impenſæ ut miracula* B. Bernardini *conſcriberentur : non meminit autem vel ibi vel alibi, ubi Ioannis lucubrationes & ſcripta enumerat, Vitæ ab illo compoſitæ. Contexuerunt poſtea Catalogum operum*

B *ejus Henricus Willot in Athenis Franciſcanis, & accuratiſſime Lucas Waddingus de Scriptoribus Ordinis Minorum, ſed ubique abſque ulla talis Vitæ ab eo ſcriptæ mentione : imo quæ de Vitiis Sanctorum & rebus Eccleſiaſticis ſub ejus nomine circumferebantur, rejicit Waddingus ut ſpuria & conficta. Verum Antonius Amicius, in Præfatione ad Vitam S. Bernardini ante hujus opera editam, aſſerit,* hanc Vitam in quodam Sanctuario mancam imperfectamque legi, & quod pejus eſt ſub alieno nomine, *quam ipſe* B. Joanni Capiſtrano *adſcribit, quamque ſe* ex libro ejus manuſcripto integram accepiſſe *teſtatur. Secutus eſt Waddingus ad annum* 1380 *num.* 1, *aſſerendo* Capiſtranum in ſuam Legendam corrivaſſe potiora, quæ Capiſtrano rogante ſcripſerat, biennio poſt S. Bernardini obitum, Leonardus Senenſis, ab ineunte

ex ſcripto Leonardi Senenſis acceptam.

ætate Bernardino familiaris. *Eſt hic Leonardus Benivolentus, cum Bartholomæo Decio ad Eugenium Papam à Senenſibus miſſus ad procurandam Canonizationem, uti legitur ſub finem Vitæ primæ infra dandæ. Et forte hujus Leonardi poſſent cenſeri illa verba, dum* de facie ejus ſolari irradiante fulgore *ait,* prout ego ipſe, qui hæc dicto, propriis oculis aſpexi. *At poſtea in prima perſona Capiſtranus loquitur, his verbis.* Cum in Sicilia exiſtens

C felicem S. Bernardini obitum ſenſiſſem, ad Aquilanam civitatem pergens, ut Canonizationem procurarem *&c. quæ infra in Analectis num.* 15 *legi poterunt, & apud Surium de B. Capiſtrano in tertia perſona referuntur.*

Selecta ex illa Vita aliiſque

7 *Dubitavimus aliquando an oporteret hæc Acta aliis ſubjungere : ſed conſiderantes multa eadem legi in Ms. Vita ex Rubea-Valle accepta, ac præterea varia alia ab aliis neglecta in eâdem contineri; quorum nonnulla à Surio, ſed mutato ſtylo ſunt, edita; paravimus prælo, quæ in dicto Ms. continebantur. Poſtea vero formidantes, nauſeam lectori creandam, cum plura eadem maxime circa initium repeti videremus, ſatis habuimus triplicibus Actis ſupra*

ac Surio infra dantur.

memoratis aliqua Analecta ſubjicere, magno cum labore excerpta ex dicto Ms. Rubeæ-vallis, & alio Ms. Vltrajectino, nec non ex iis quæ apud Surium & Capiſtranum reperiuntur, omiſſa tamen longa excurſione in laudem Aquilæ urbis & Aquilæ avis, cujus novem proprietates à Capiſtrano proferuntur & S. Bernardino *applicantur. Hiſce Scriptoribus poteſt accenſeri S. Antoninus Archiepiſcopus Flo-*

Alii antiqui ſcriptores indicantur.

rentinus, vita functus anno MCCCCLIX. *Cujus verba initialia ſupra dedimus, totus autem contextus habetur in in Ms. Rubeæ vallis, in quo deinde additur.* Hujus ergo Vitam inter alios Sanctos noſtri temporis complacuit enarrare, tanto inſtantius & fiducialius, quanto propinquius res geſta eſt. Nam plures novimus, qui eum in carne viderunt, & cum ipſo familiariter locuti ſunt. *Inter alia teſtimonia Scriptorum illuſtrium, cum operibus S. Bernardini excuſa ſunt quædam Æneæ Silvii, qui anno* MCCCCLXIV *creatus Summus Pontifex & Pius II appellatus fuit, Auguſtini Dathi auctoris coævi & aliorum, ex quibus nonnulla in Analectis & Annotationibus indicantur.*

AUCTORE G. H.

Capſa argentea à Ludovico XI R. Fr. donata,

8 *Sereniſſimus Ludovicus XI Francorum Rex, ad decus glorioſi Confeſſoris* Bernardini, *& ut Reliquiæ atque oſſa ſancti corporis recondantur; miſit argenteam capſam magni valoris ut ipſe teſtatur in epiſtola adjuncta, data* XXII *menſis Maji anno* MCCCCLXXXI : *ut autem in illam tranſponeretur ſacrum corpus, eodem anno permiſit Sixtus IV Papa* XXVIII *Iulii. Extant hæ epiſtolæ cum operibus excuſæ, & apud Waddingum dicto anno num.* 4 *&* 5: *dein num.* 6 *iſta adjunguntur :* Poſt multos annos thecam hanc militibus ſolvendis ſuſtulit Philibertus Chalonius Aurantii Princeps, Neapolitani regni ſub Ca-

pro qua ſublata aliam ſubſtituunt Aquilani.

rolo V Prorex, & adverſus Lautrechum exercitus Imperator : quamobrem nec ita multo poſt gemina trajectus glande, ab equis protritus ſpoliatuſque, vix ut agnoſceretur, inventus eſt. Aquilani ſuo tutelari Divo repoſuerunt aliam argenteam, quæ facile conſtitit aureorum millibus quatuordecim : in qua ſanctum corpus aſſervatur, habitum referens viventis. *Hæc ibi Waddingus. Ea autem arca quibuſdam rotis artificioſe conſtructis extollitur, ut ſtatis quibuſdam temporibus, nullo obſtaculo impediente, corpus populis commonſtretur.* Verum, *ut tradit Haroldus anno* 1472 *num.* 8, cum ni-

E

Corpus bis quotannis oſtenditur

mis frequenter ſacrum depoſitum adventantibus oſtenderetur, Clemens VIII, ex aſſenſu Cardinalium ſacræ Congregationis Rituum, ſpeciali diplomate decrevit, ut bis tantum in anno, die ſcilicet XX Maji, quo vir ſanctus deceſſit, & XXVIII Auguſti quo ingens populorum multitudo Aquilam confluit, populo conſpiciendum præberetur; neque extra hos dies quam Regibus aut S. R. E. Cardinalibus vel Neapolitano Proregi monſtraretur. *Hæc ibi. Notat autem Capiſtranus, quod ubi* Fratres laverunt corpus & permutarunt habitum & tunicam & veſti-

ob veſtes ſervatas Capriolæ miraculis claret, uti in hoſpitali de Scala.

menta, cum libris & aliis rebus detulerunt ad locum de Capriola extra civitatem Senarum : ubi divina clementia diſponente, beneficia plurima impenduntur multis infirmis & tribulatis, qui præfatum locum viſitant, cum devotione & confidentia meritorum S. Bernardini, & præfato tanguntur habitu vel ſignantur. In eccleſia etiam S. Mariæ de Scala hoſpitalis Senenſis, S. Bernardinus tot & tantis coruſcat miraculis, quod ſi omnia ſcripta forent, magna librorum volumina complerentur. Teſtantur etiam imagines argenteæ & cereæ quaſi innumerabiles, pendentes ibidem. *De Capriola & Hoſpitali legetur infra in Actis.* De Cuculla *ejus ſervari aliquid Auguſtæ Vindelicorum in Baſilica SS. Vdalrici & Afræ Scribit Hartfelder par.* 2 *cap.* 48.

F

Nomen faſtis ſacris inſcriptum,

9 *Inſcriptum eſt nomen hoc* XX *Maji Faſtis ſacris, poſt Canonizationem & corporis Tranſlationem collectis, quales ſunt cum Florario Ms. Martyrologium Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *editum, Martyrologium Bellini ſecundum morem Romanæ Curiæ Venetiis anno* 1498 *excuſum, & ſecuti ſunt Grevenus atque Molanus in additionibus ad Vſuardum, Maurolycus, Felicius, Caniſius, Galeſinius, aliique cum hodierno Martyrologio Romano. Item Antonius de Balinghem in Kalendario Virginis Mariæ, ob ſingularem Sancti erga illam affectum & venerationem; ubi ex Stellario Pelbarti ſcribit,* huic, Coronam magno animi ſenſu recitanti, Deiparam apparuiſſe, eumque ſic compellaſſe : Bernardine, devote mi famule, multum mihi in tua devotione complacui : pro qua impetravi tibi à filio meo gratiam verbi & miraculorum. Ac ſcito tanden te in cælo

AUCTORE G. H.

gaudii mei participem futurum. Quod utrumque consecutus est. *Eumdem pluribus celebrat Masinus in Bononia perlustrata, quod ejus festum cum suis Indulgentiis, in omnibus sub nomine S. Francisci erectis ecclesiis, cum magnifica veneratione celebretur, ac nominatim in Ecclesia Annuntiatæ S. Francisci in Monte S. Pauli: ubi creditur fuisse Guardianus; plantasse cypressos, quæ hactenus videntur; esse aliquid ex ejus vestibus, & calicem argenteum à Sancto procuratum; sacellum quoque ad ejus honorem ibi erectum fuisse anno* MCCCCLIII, *cui accessisset Confraternitas* S. Bernardini *anno* MCCCCLXXXVIII. *Est ibidem Ecclesia ejusdem Sancti, à Cardinale Laurentio Compeggio Episcopo Bononiensi anno* MDXXVI *constructa primum pro sanctimonialibus S. Claræ de Observantia, ac dein ad Conventuales monachos translata. Est etiam ibidem in ecclesia S. Petronii sacellum & altare Sancti, eo quod illic anno* MCCCCXXIII *per totam Quadragesimam fuerit concionatus, & nomen Iesu in tabula depictum populo venerandum exhibuerit. Nec dubitamus quin in plerisque urbibus Italiæ similem obtineat cultum. Certe habuisse in Ecclesia & diœcesi Mediolanensi indicatur in ejus Ecclesiæ Missali anno* MDXXII *edito, & in Breviariis anni* MDXXXIX *&* MDLX. *Idem servari in Ecclesia Patriarchali Venetiarum ejusque diœcesi didicimus ex Ordine recitandi divinũ Officium, pro anno* MDCLVII *excuso. Sed præ reliquis æstimandũ est, quod ejus officium etiam ab Ecclesia Romana fuisse antiquitus receptũ, appareat ex Breviariis anno* MCCCCXC *apud Venetos excusis, & à Cardinale Quignonio sub Paulo III Pontifice ordinatis: quod Officium deinde usurpari desitum, postliminio restituit Alexander VII Pontifex Maximus, ex urbe Senensi oriundus; idemque Officium cum Lectionibus & propria Collecta ab omnibus sub ritu Semiduplicis recitandum approbavit sacra Rituum Congregatio & sua Sanctitate annuente promulgavit anno* MDCLVII. *At* festum Translationis, *die* XVII *Maji anno* MCCCCLXII *sub Sixto IV facta, indicatur in dicto Breviario Romano anni* MCCCCXC, *item in Ms. Florario, & apud Bellinum, Grevenum, Maurolycum, Molanum, Canisium, Galesinium, supra indicatos. Festum istud permissum fuit celebrari anno* MDVIII *in Capitulo Barcinone habito. Iterum in Ms. Florario ad diem* XIX *Maji celebratur* Canonizatio S. Bernardini, *sed ea peracta est anno* MCCCCL, *ipso die Pentecostes,* XXIV *Maji.*

celebris cultus Bononiæ,

& alibi per Italiam:

festum Translationis.

B

§. III. Vitæ à S. Bernardino actæ Chronotaxis.

C

10 *Cum temporum ratio lux ac veluti oculus historiæ sit; & tribus illis Auctoribus, à quibus scriptas Vitas daturi simus, cura non fuerit ad æræ Christianæ calculos reducere, quæ narrant singula; visum fuit, ex Vita per B. Ioannem Capistranum scripta, aliisque documentis, præcipuas aliquas temporis, à Sancto inter mortales acti, partes suis quasque annis adstringere. Ille igitur sic orditur:* In civitate Senarum, quæ civitas est Virginis nuncupata, ex nobili & vetusta familia de Albicescis, ortus est nobilis vir nomine Tollus Dini Domini Bandi Militis, vir prudens, bonæ opinionis, humanus & simplex, qui in annis circa MCCCLXXVII à Senensi Dominio deputatus Præsul civitatis Massanensis, in Senensi agro ab urbe ipsa distantis milliaribus XXX, Magistratum suum laudabiliter rexit & gubernavit, cum bona gratia civium Massanorum. Quo tempore quidam spectabilis Miles, nomine D. Bindus D. Rainerii Militis de Adventis, rediens à quodam alio Magistratu cujusdam civitatis Italiæ & admodum senex, audiens bona gesta prænominati Tolli . . . deposito Magistratu illius, procuravit eumdem in generum, & sibi Neram filiam suam in matrimonio copulare, & Tollum tamquam filium adoptare . . . . . Tollus & Nera . . . . filium genuerunt, qui in lucem prodiit, & natus est octava die Septembris, die Nativitatis Virginis gloriosæ Mariæ, currentibus annis à nativitate D. N. Jesu Christi MCCCLXXX, cui impositum est nomen Bernardini. Nera, Bernardini mater felix, viam universæ carnis exolvendo, cum esset annorum XXII, Deo animam reddidit anno MCCCLXXXIII . . . Animam quoque Tollus suo creatori restituit in anno MCCCLXXXVI, superstite filio Bernardino annorum sexequem Diana, Neræ soror, tamquam filium gubernavit & aluit annis quinque . . . . Cum autem esset annorum undecim, & in Grammaticalibus provectus, à necessariis suis, Christophoro & Angelo confratribus de Albicescis, advocatus est Senas. Cum autem esset annorum XXII vel circa ab utero matris, *id est anno circiter* MCCCLXXXVIII, Fr. Joannem Ristorii in suum consultorem & confessorem assumpsit.

Ex patre facto, Præfecto Massæ an. 1377

natus an. 1380.

D

11 Anno MCCCC, *inquit Maphæus,* gravis atroxque pestis Senas invasit, *in qua caritatis suæ fervorem Bernardinus monstravit.* Perseveravit autem in dicto obsequio sanus & incolumis menses quatuor, *teste Capistrano, & postea ipsemet* infirmus jacuit mensibus quatuor & ultra: *deinde Bartholomææ amitæ suæ nonagenariæ servivit; atque hac mortua, cum suas privatim vires experturus, elegisset sibi* domum in hortis juxta portam de Tufis, & in secreto loco capellulam & oratorium ordinasset cum altari & Crucifixo; *denique consilio prædicti Ioannis Restorii, distributis in pauperes facultatibus,* per manus ejusdem Fr. Joannis, in die Nativitatis benedictæ Virginis sexto Idus Septembris, in civitate Senarum, in ecclesia Fratrum Minorum, apud altare majus S. Francisci, habitum Ordinis Fratrum Minorum suscepit, sub anno Domini MCCCCII, ætatis vero suæ XXV *expleto, juxta Capistranum, apud quem typothetæ errore positus ætatis annus* XXII *facile corrigitur ex prædictis.* Paucis admodum decutsis diebus post Habitus sumptionem, cum benedictione Fr. Joannis, civitati valedicens, ad devotissimos Fratres de Observantia in loco S. Francisci de Columbaria convolavit. . . . Inter hos decurso anno probationis, in die Nativitatis Virginis, in sui Prælati manibus Professionem emisit, *utique anno* MCCCCIII: emissaque jam Professione, infra annum Clericales Ordines usque ad Sacerdotium suscepit humiliter & devote; & in die Nativitatis prædictæ *anno* MCCCCIIII primam Missam, devotus Virginis Capellanus in eodem loco decantavit, solennemque prædicationem ac omnibus gratam fecit de Nativitate Virginis gloriosæ.

Hospitali servit 1400.

E

12 Non statim ac primum populos publice docere aggressus est Bernardinus, cœpit celebris habere, *inquit Maphæus,* multis enim annis latuit; donec tandem Mediolanum pervenit, actis jam quatuordecim annis, quibus disseminando verbo Dei semper intenderat: *itaque initium claritudinis Waddinghus refert ad annum Christi* MCCCCXVIII. *Sequenti* MCCCCXVIIII *prædicasse eum in* Æmilia *scribit Barnabæus: sed vereor ne hoc præproperum sit. Certe anno* MCCCCXX *Senis fuit, viditque incorruptum* B. Petri Petronii Cartusiani *corpus: quo etiam anno* Placentiæ *concionatum, habent illius urbis monumenta apud Waddingum num.* 4. *Placentia porro* Bergomum *Bergomo* Brixiam, *Brixia* Veronam, *Verona* Venetias *transierit Sanctus juxta Barnabæum: qui prædicationis ordo, facile biennium integrum requirens, confirmatur ex Veronensi Episcopo Augustino Valerio, dum hic anno* MCCCCXXII *Veronam adducit Sanctum* I *Novembris: itemque ex Vita prædicti B. Petri Petroni danda* XXX *Maji, ubi eidem anno (quem exeuntem sumere possumus) assignatur fundatio Cartusianorum ad Bernardini exhortationem. Venetiis* Verunum *ad ultimos Reipublicæ istius fines idem Sanctus excurrit, civium pacificandorum causa; ac tum primum* Veronam *accesserit, Verona autem* Vicentiam, *uti ex Ms. Chronica Vicen-*

clarescit Mediolani 1418.

F

& deinceps in Gallia Cisalpina,

A *Vicentina habet Franciſcus Barbaranus lib.* I *cap.* 86, *Ibi autem* XVI *Aprilis anni* MCCCCXXIII *prædicare exorſus, maximo cum fructu dixit, modo ad viginti quinque, aliquando etiam ad triginta millia hominum; prout ex illa Chronica de die in diem notat idem Barbaranus, uſque ad ultimum Iulii. Hinc autem ſequitur, quod Sanctus in Æmiliam ſeu Romandiolam ut ſummum venerit in Auguſto anni* MCCCCXXIII, *quando* Ferrariæ, Regii, Mutinæ, Bononiæ *prædicaſſe potuit juxta Barnabæum. Non tamen tunc etiam potuit poſtulatus fuiſſe Ferrarienſis Epiſcopus: ſiquidem eam Sedem ab anno* MCCCCI *ad* MCCCCXXXI *tenuit Petrus Bojardus. Hippolytus Doneſmundus ſuadet prædictis Romandiolæ urbibus addendam eſſe* Mantuam, *ſiquidem hoc tempore accidiſſe ait miraculum tranſiti ſuper pallium fluminis.*

13 *Prædicavit deinde Bernardinus* Florentiæ, Senis, *an.* 1427 *recuſat Epiſcopatum Senenſem.* Perugii, Aſſiſii, *atque alibi per Vmbriam, ac denique* Viterbii *&* Romæ: *ubi anno* MCCCCXXVII *diſſipata eſt coram Martino Papa V, quæ contra illum fuerat ſuſcitata, perſecutio: & mox oblatus eſt ei Epiſcopatus Senenſis, uti apparet ex epiſtola Antonii Cardinalis Caſini, poſtquam à Senenſi ad Groſſetanam eccleſiam tranſiſſet, ſcripta eo anno* Romæ, die IV Junii, Magnificis & Excellentibus Dominis Prioribus, Conſilio, Communi ac Capitaneo populi civitatis Senarum, *in hæc verba:* Magnifici & Excellentes Domini. Hoc mane ſanctiſſimus Dominus noſter de Eccleſia Senenſi providit Reverendo in Chriſto Patri, Domino Fr. Bernardino de Senis: de qua re ſuæ Beatitudini inſtantiſſime ſupplicavimus. Et ſicut in hoc operati fuimus, ita & in omnibus vobis gratis & juxta vota veſtra faciemus. *Iſtis ſic geſtis videtur in Liguriam navigaſſe Sanctus, &* Genuæ, Savonæ, *atque* Albengæ *prædicaſſe, loca per anticipationem quamdam à Barnabæo nominata poſt primas Mediolani prædicationes: ſiquidem immediate ex Liguria Inſubriam adiit, &* Mediolanum ſecundo venit, *ut habet conſequenter Barnabæus. Maphæus enim, Mediolani tunc præſens, num.* 40 *ſcribit, quod* actis *prædicando* undecim annis, iterum Mediolanum petiit, jam ſenex factus, immutataque omnium hominum & rerum facie. *Agebatur igitur tunc annus ut minimum* MCCCCXXVIIII. *Anno* MCCCCXXXI *oblatus ei fuiſſe debuit Epiſcopatus Ferrarienſis: electo enim ſub finem Octobris B. Ioanne de Toſiniano, ex Congregatione Ieſuatorum ad* XXIV *Iulii, nobis commemorando, non contigit amplius vacare Sedem illam, uſque ad annum quo Ioannes obiit* MCCCCXLVI, *biennio poſt Bernardinum. Denique Vrbinatenſis Epiſcopatus ſimili ſucceſſu oblatus refutatuſque fuit anno* MCCCCXXXV *vel ſequenti, vacans per mortem Fr. Iacobi de Balardis Dominicani, factam à Clero electionem in favorem Ioannis de Præpoſitis irritante Papa Eugenio IV.*

14 *Sed prius quam id fieret, videlicet anno* MCCCCXXXII *Senas ex Piceno redierat Bernardinus, pacificandæ patriæ cauſa, ut recte Bernabæus num.* 18, *indeque cum Sigiſmundo Electo Imperatore, novem menſibus Senis morato, Romam abierat: & Sigiſmundo Imperatore ibidem ultima Maji ſequentis anni in feſto Pentecoſtes coronato, Senas reverſus, abſolvendis libris ſuis cœpit incumbere, eoſque in lucem dare, teſte Barnabæo;* complures annos *huic rei impendens & ſubinde in* Galliam Ciſalpinam *excurrens, uti ſcribit idem Barnabæus. Poſtea, videlicet anno* MCCCCXXXVIII, Fr. Guilielmus de Caſali, generalis Miniſter Ordinis, ex certis rationabilibus cauſis animum ejus moventibus, ipſum Fr. Bernardinum de Senis omnium & ſingularum domorum & conventuum Italiæ, ſub ſacro Obſervantiæ nomine conſtitutarum, Vicarium fecit, *per litteras Senis datas* XXII *Iulii, quod ratum habuit Eugenius Papa, per Bullam eodem anno Ferrariæ ſignatam, uti videre eſt apud Waddingum. In hoc munere contigit eum excurrere uſque in regnum Neapolitanum, & Aquilæ concionantem coram Rainato Rege* (quod narrat Barnabæus *num.* 11) *inſigniri ſtella ſuper ejus caput apparente. Aquila eodem anno reverſus in Tuſciam ad Concilium Florentinum, vidit fructus operariorum Euangelicorum, à ſe ad Indos Æthiopaſque miſſorum, & unionem Græcorum cum Latinis* VII *Iulii concluſam. Sequenti anno* MCCCCXL *Florentinis, à Picinnino Medrolanenſium Duce fortiter preſſis, adhortationibus & orationibus præſto fuit, creditus auctor inſignis victoriæ, per ipſos ad Angrianum* XXIX *Iunii relatæ, ſicut Barnabæus deſcribit: deinde addit, quod* paucos poſt dies Senam reverſus eſt, ubi in componendis ſermonibus tres quaſi annos præterivit: *quæ ergo de prædicationibus ejus in Piceno, Romandiola atque Inſubria ſubnectit Barnabæus, ea, ſicut ipſemet innuit,* per aliquot annos antea *facta erant.* AUCTORE G. H. *Florentinis victoriam parit* 1440

15 *Anno* MCCCCXLI Bernardinus, *fruſtra conatus officium ponere, ex indulto ſibi facto à Papa,* B. Joannem Capiſtranum in partem laborum accivit, & Viſitatorem ac Commiſſarium inſtituit in Provinciis Genuenſi, Mediolanenſi, ac Bononienſi, datis litteris in cœnobio Capriolæ prope Senas die XIV Februarii; *ut ſcribit Waddingus, alios aliis in regnis conſtitutos à Bernardino Vicarios aut Viſitatores enumerans conſequenter num.* 39. *Deinde ſequenti anno num.* 2, *narrat idem Waddingus, quomodo Bernardinus Vicarii generalis munus, annis quinque geſtum, conſentiente tandem Eugenio Papa, omnino depoſuit,* cauſas exponens gravis ſenectutis, liberæ prædicationis, & mortis propinquę. *Anno* MCCCCXLIII *Ferrariæ fuiſſe Bernardinum, ex Bibliotheca Vaticana Ms. Codice* 5356 *pag.* 13 *ſcribit prædictus Waddingus, & multa de imminentibus Italiæ cladibus pro annis* MDX *&* XI *prophetaſſe, quæ poſſunt apud eum verbotenus tranſcripta legi. Valerius Auguſtinus ſcribit eodem anno die* V *Septembris, Veronam altera vice veniſſe Sanctum, ad idem munus prædicationis cum Fr. Alberto. Eodem anno & menſe Septembri Vicentiam iterum veniſſe docet Barbaranus, & ibi quindecim diebus manſiſſe. Denique anno* MCCCCXLIIII *pacificatis Maſſanis, apud quos natus erat, & vale dicto Senenſibus, ex quibus ortus inter eos adoleverat ac diutius vixerat; in regnum Neapolitanum alterum iter inſtituit,* die Aprilis penultimo, aſſumptis quatuor ſociis, Bartholomæo Mariani, Petro Caturnino, Dominico Guidoccii Presbyteris, & Felice Mediolanenſi laico. E *ſocium aſciſcit Capiſtranum* 1441, *ſeque omnino abdicat* 1442,

16 Die Dominico *eodemque inventæ Crucis feſto, prædicavit in Inſula Lacus-Peruſini, ubi B. Iacobum Picenum ad Ordinem recepit: altero Dominico* X *Maji concionatus Spoleti; & Feria* V *ſequenti ante feſtum Dominicæ Aſcenſionis in Civitate-Ducali; ſequenti die* XV *Iunii, diſceſſit Aquilam verſus: quo die licet infirmus adhuc jejunium tenuit, Sabbato autem Antrodoccio, ubi pernoctaverat, egreſſus, ſæpe coactus eſt vi morbi ſubſiſtere, & humi quieſcere.* Hic paululum aquæ petenti, ut febris ardorem aliquantiſper temperaret, reſpondit Bartholomæus, in terra deſerta, arida & inaquoſa neque ſpem quidem eſſe aquæ reperiendæ. Juſſit ergo ut paulum procederet, & obvium interrogaret, ubi ſcaturiret. Occurrit ſtatim vir campeſtris, qui gelidum fontem monſtravit: prope quem dum vir ſanctus ſederet, apparuit ei S. Petrus Cæleſtinus, amplexu ſalutavit, dixitque, Deum piam Aquilæ urbem utriuſque fidei & tutelæ commiſiſſe, ſeque tanto Socio & Compatrono valde lętari. *Sane non niſi divinitus factum videtur, quod cum* S. Petrus *defunctus die* XIX *Maji colatur,* Bernardino *contigerit die* XX *mori, atq; ita continuato veluti feſto coli: velim tamen ſcire unde apparitionem illam Wadingus acceperit: nam in ea quam toto illo anno ſolum initio allegat Vita apud Surium, tale nihil invenio. Porro anno* MCCCCL, *propter miraculorum frequentiam adſcriptus Catalogo Sanctorum Bernardinus, magnifico deinde templo in ejus honorem à fundamentis extructo honoratus fuit, tranſlatumque eo corpus anno* F 1444 *profectus in Regnum Neapol.* *moritur Aquilæ 20 Maji.*

B 1429 *iterum in Lombardia prædicat,* *optatus Ferrariæ Epiſcopus* 1431, *Vrbini* 1435, C *factus Vicarius Gen. Obſervantium* 1438.

MCCCCLXXII, *atque ibi uſque hodie magna in veneratione habetur.*

AUCTORE G. H.

17 *Recentiores Auctores, qui hoc vel ſuperiori ſeculo Vitam* S. Bernardini, *tum Italice tum aliis linguis, ediderunt, nihil attinet commemorare. Horum ſyllabum aliorumque plurium, etiam qui vel obiter ſolum ejuſdem Sancti cum laude meminerunt, operoſe collectum ab Arturo, vide in Annotatis ad ejus Martyrologium Franciſcanum. Fallor tamen, ſi non & alii multi addi ad numerum poſſent, ex omni natione & lingua intra extraque Ordinem. Italice certe, etiam à noſtro Vincentio Maſtareo editam Vitam Neapolitanis typis anno* MDCXXVIII, *jam indicavi, agens de S. Petro Celeſtino. Hic addo, ad calcem ipſius inveniri Hymnum, à Venerabilis memoria urbiſque Lupienſis Patrono,* P. Bernardino Realino, *compoſitum. Hic enim (ſicut in ejus Vita lib. 2 cap. 11 legitur)* ad reliquos Cælites Patronos, cognominem ſuum Divum Bernardinum Senenſem addidit, cum aliis nominibus multis, tum quod illi olim cum familia Belintania (*unde genus is per matrem ducebat*) vetera hoſpitii jura intercеſſerant: conſueverat enim ſanctiſſimus ille vir, cum per Galliam Ciſalpinam iter ageret, aliquando Carpos, *patriam Realini*, deflectere, atque apud Bellintanios diverſari: quare Bernardinus, & popularium ſuorum & propriæ maternæ domus veterem hoſpitem, mirifice coluit. *Hujus cauſa, quæ in Romana verſatur Rota, utinam prius expediatur, quam ad* 11 *Iulii, quo ille anno* MDXVI *diem clauſit extremum, opus hoc perveniat; ut ei poſſit inſeri Vita præcitata, à* P. *Leonardo de Anna Lupienſi ſub annum* MDCLVI *Stabiis edita, ex Proceſſibus in ordine ad Canonizationem formatis.*

Neotericis plurimis laudatiſſimus.

inter quos etiã Vener. P. Bernardinus Realinus S. I.

B

18 *Interim ex noſtro Vincentio Maſtareo, qui & ipſe cum Vitis aliorum duorum Aquilæ Patronorum, Vitam* S. Bernardini *Italice edidit, accipe Latinum Realini Hymnum.*

hymno in ejus laudem compoſito.

O præco ſummi Numinis,
Franciſci inhærens greſſibus;
Geſtator almi Nominis,
Quod omne cælum ſuſpicit.

Mire juventa in florida
Affectus in caſtiſſimam
Dei Parentem, ſæpius
Inviſis, & das oſcula.

Senæ dedere cœnulam,
Aquila ſepulchrum nobile,
Aquila urbium clariſſima,
Sedeſque Divi amabilis.

C

In laude flagrans Virginis,
Numquam ſatis laudabilis;
Micantis inſtar ſideris
Fulgere vultu cerneris.

Ah! qualis alto in æthere
Illuminatus gloria
Fulgebis; in fœdiſſima
Tellure qui ſic fulguras?

Ergo, Pater ſanctiſſime,
Tibi parem me nomine,
Hoc navigantem ſeculo
Aura favoris protege.

VITA

Poſt corporis tranſlationem compoſita.

Ex Ms authentico Aquilano.

CAPUT I.

Caſta Bernardini adoleſcentia: opera infirmis & noſocomio impenſa.

1 MAgnum nobis diebus iſtis noviſſimis divinæ pietatis munus allatum eſt, cum ſidus illud perfulgidum, Bernardinus mundo apparuit. Hic ſiquidem ex Tuſciæ provincia, nobili utriuſque parentis genere ortus eſt. Cujus pater inter Senarum cives & ipſe Patritius; Mater vero ex civitate Maſſana, in agro Senenſi ſita, ſanguine clari, ſed moribus clariores extiterunt. Hi quidem hunc ſolum filium in Maſſa civitate genuerunt; & tertio infantis anno, mater ex hoc ſeculo migrans, ablactatum filium dereliquit; quam non multo poſt tempore morte ſubſecutus eſt pater: ita ut egregius infans Bernardinus, ſexto ætatis ſuæ anno utroque parente orbatus, ſub cura venerabilis cujuſdam matronæ, ſororis olim matris Bernardini, educandus remaneret. Quæ cum devotiſſima eſſet Virginis gloriоſæ Mariæ, Bernardinum puerum optimis moribus ac devotis inſtruebat, & ad matris Dei Mariæ devotionem verbis & exemplo quantum poterat excitabat.

Piis parentibus mortuis

E

ſub tutela amitæ educatur:

2 Puer autem non ſolum ingenioſus auditor, ſed factor operis, nutricis diſciplinæ obſequens, eccleſias devotus viſitabat, Miſſas attentus audiebat, euangelizantibus regnum Dei aſſiſtebat; & quæ audiens memoriæ armariolo manducaverat, domum Revertens advocatis pueris devoto corporis geſtu, & verborum gravitate, quantum illa ætas patiebatur, fervens annuntiabat. Hæc nempe futuræ in eo gratiæ præſagia plures arbitrabantur, affirmantes ſi ſupervixerit infans iſte, præconem mirificum evaſurum. Jejunabat puerulus, corpuſculum affligebat, ut tenera caro ſpiritui ſubjiceretur, & tanquam ancilla famularetur dominæ ſuæ. Nec illicitas vires corpori præbebat, ne bellum committeret adverſus ſpiritum; & ab omnibus puerorum illecebris atque laſciviis ſemotus, tantum in ſcholis proficiebat Grammaticis inſtitutionibus, ut alios coætaneos ſuperaret.

auditas conciones ſociis repetitis:

proficit in ſtudiis,

F

3 Tanta erga pauperes Chriſti afficiebatur pietate adhuc puerulus, ut nihil ſibi gratius videretur, quam petentibus pro amore Dei & ejus Genitricis manu propria eleemoſynas porrigere; & ſi quando accidiſſet nutricem, cum parum panis in domo eſſet, eleemoſynam pauperi denegare, triſtis effectus gratioſus puer, Demus, ajebat, pauperi quod mihi in cœna præſtaretur; optans ſibi potius ſubtrahi quam Chriſto in paupere denegari. Gaudebat devota nutrix, ſtupens in puero talia præludia futuræ ſanctitatis: nam ſæpius puerulum ante Virginis imaginem lacrymantem, & ſalutationem genuflexo amoroſa cujuſdam ſuſpirii & vocis emiſſione exprimentem obſervabat. Omnia enim vota & preces Bernardini diu noctuque in Virginem ferebantur: hujus devotione & gratia inflammatus tenera ætate, ſabbato jejunans, laudabili curſu quoad vixit perſeveravit *a*.

addictus pauperibus,

& pietati erga Deiparam:

a

4 Omnia nempe opera ejus intuentium oculos alliciebant, ut non ſolum pueris amabilis, ſed etiam Maſſanis civibus mirabilis, & omni laude dignus videretur. Nec mirum, cum eſſet natura ſpectabilis,

A bilis, decorus forma, ornatus moribus. inceſſu gravis, pudico ac demiſſo vultu, & ab ineunte ætate nihil niſi virtuoſum cogitaret ac loqueretur. Anno igitur ætatis ſuæ undecimo Bernardinus, moribus & grammatica ſupra quam ætas poſtulabat præditus, è Civitate Maſſana per patruos ejus Senas patriam ſuam advocatus eſt, ut liberalibus diſciplinis ſub doctioribus præceptoribus perfectius vacare valeret. Eo tempore Senis clarebat ſpeculum illud honeſtatis Joannes Spoletanus, non ſolum Moralis philoſophiæ præceptor, ſed & morum ſchola virtutumque: ad quem ſe contulit adoleſcens, omnis pudicitiæ zelator integerrimus, doctrina & moribus ab eo pariter inſtruendus. Cum tamen vere idem eſſet Bernardinus vas ſolidum & omni virtute refertum: qui tanta gratiæ plenitudine præventus eſt, ut magiſterium eſſet & exemplar totius pudicitiæ ceteris adoleſcentibus: & nemo eorum quidquam temere loqui vel impudice agere coram Bernardino audebat impune. Et ſi forte ad eos, aliqua otioſa & minus honeſta invicem conferentes, quandoque Bernardinum accedere contigiſſet, à ſermone divertentes ajebant. En Bernardinus adeſt. Virtutis illius & gratiæ teſtimonium perhibebat Joannes Spoletanus, ejuſdem præ-

B ceptor; affirmans ſe nunquam diſcipulum, pudicitia, moribus & virtute præſtantiorem habuiſſe, qui nihil nutu, verbo, aut opere turpe perpetravit. Magna quidem præceptoris teſtantis fides, ſed major operantis diſcipuli virtus. Creſcebat ætate, & uberiori gratia perfundebatur: ac liberalibus diſciplinis imbutus, ad ſacra canonum Jura ſe convertens, tribus annis ſtudio vacavit: & ſacræ Scripturæ Codices perlegens, omniaque priſtina ſtudia parvi pendens, & ad medullam uſque introſpiciens, in ejus moralibus ac myſticis ſenſibus diebus ac noctibus laborabat.

præclaris moribus ornatus,

ſtudet Ethicæ,

factus ſociis ſpeculum pudicitiæ:

dat operam Canonibus & Scripturæ ſacræ:

5 At vero pro confirmandis tuendiſque vitæ moribus, ac pretioſa pudicitiæ corona ſervanda, priſtinæ abſtinentiæ fræna non relaxabat; ſed vigiliis, orationibus, diſciplinisque inſiſtens, nihil aliud mente concipere videbatur, niſi Creatorem ſuum agnoſcere; captaque hora diei ac noctis lacrymoſis gemitibus orationes fundebat; uberiorique ſpiritus virtute animatus, humilis & abiectus, doctoratus inſignia, faſtus ac populares auras parvipendens, probus juvenis, quorumdam Fraternitati Diſciplinatorum, in magno Hoſpitali S. Mariæ de Scala in civitate Senarum, adſcribi procuravit; quo facilius in do-

C mo Virginis diu noctuque deſerviens, activam vitam ita excoleret, ut tamen contemplativam non deſereret. Erat nempe domus hæc magnâ ſanctimoniâ vulgata, nec ad eam admittebantur niſi probati atque digniſſimi viri; Locus, inquam, fons, exemplar, ac ſchola à multis temporibus devotionis; ex qua Diſciplinatorum familia quamplures nominatiſſimi viri ac ſpirituales prodierunt; in primis ferventiſſimus ille Jeſuatorum primus, *b* Joannes Columbinus: hinc digniſſimę Congregationis Montis-Oliveti *c* Fundatores: hinc *d* Petronus de Petronibus, qui Carthuſienſis poſtmodum effectus, Religionem eamdem illuſtravit: *e* hinc & innumeri Religioſi, varias Regulas excolentes, ſpiritualem originem contraxerunt: ſed noviſſimus omnium Bernardinus omnes ſupergreſſus, in domo Virginis ut novum ſidus & ſol lucens emicuit, qui præter avita Diſciplinatorum inſtituta, jejuniis, cilicio, flagellis delicatum corpus affligens, veſtituſque dormiens, illud ſuper tabulas aut rudes paleas ſternebat; operaque corporalis miſericordiæ erga languidos, eadem in domo Virginis, ardentiſſimo pietatis officio exercebat. Is ſolus titulus Virginis ſanctæ domus adeo cor ejus extraxerat, ut affectus mentis intrinſecos celare nequiens, per exteriores ſenſus quaſi amore languens aperiret. Et [quia ſpeciem] glorioſæ Matris Dei Mariæ, quam toto mentis conatu complectens, carneis oculis videre non poterat; quamdam elegantiſſimam Virginis imaginem, *f* ſupra portam Cameliæ Senarum depictam, quotidie adoleſcens adultuſque amoroſis aſpectibus contemplabatur, ut per viſibilem picturam ad inviſibilem ejus pulchritudinem ſurſum ageretur. Erat autem Bernardinus in domo Virginis, ut Angelus, inſerviens: cujus vitam integritatemque Senenſes admirantes, vere bonum, vere ſanctum publica quaſi voce prædicabant: in quo non minus prudentiæ & gravitatis, quam ſanctimoniæ relucebat; in quo nihil ſuperſtitioſæ affectatæque bonitatis, nihil oſtentationis, nihil niſi moderatum & conſtans, nihil niſi ſale conditum apparebat; qui recte affectiones ſuas regere, recteque animo ſuo imperare poſſe videretur: cujus tam eximium caritatis fervorem manifeſtioribus etiam voluit Deus indiciis comprobatum.

inſcriptus fraternitati Diſciplinatorum,

auſteram vitam duxit:

ob ſingularem affectum erga Deiparam

EX MS. AQUIL. f

6 Cum anno milleſimo quadringenteſimo, tempore jubilęi, peſtis quædam univerſalis, quam epidemiæ morbum appellant, toti pene Italiæ ſuperveniſſet, tantumque Senis ſæviret, ut innumerus peregrinorum numerus, Romam petentium indeque redeuntium, ad Hoſpitale illud nominatiſſimum S. E Mariæ de Scala Senas applicaret; quamplurimi morbidi, epidemicoq; morbo infecti ex hac luce migrabant: adeo ut continuis tribus menſibus & ultra, quotidie duodecim vel ſexdecim, & multo quandoque plures, decederent. Tunc temporis tali ſæviente morbo, defuncti ſunt *g* miniſtri domus fere omnes, infirmis ſervientes; mulieres quoque devotiſſimæ, utrique infirmorum ſexui cibaria condientes, Sacerdotes & Clerici Sacramenta miniſtrantes, aromatarii ungenta & antidota præparantes. Horrendus itaque erat locus ille ex morientium numero, & ulceratorum fœtore horribilis, ut nullus ex ea intuentibus reperiri poſſet, qui gratis aut pretio quocumque dato vellet infirmis patrocinari. Lacrymabantur languentes, & ſibi miſereri acclamabant: anxius quoque Hoſpitalis Prior *g* atque Rector, vir optimus atque timens Deum, in pauperum ſubventione pro viribus laborabat. Sed tam acerbe hunc ſævientem epidemiæ morbum animadvertens, conſternatus animo, & exiſtimans quacumque data pecunia inpoſterum pro infirmis miniſtros reperiri non poſſe, ad beatam Virginem, in cujus honore inſigne illud Hoſpitale erectum fuerat, non ſine lacrymis devotiſque precibus ſe convertit; eamdemque ſummis exoravit precibus, ne ſacram ſibi dedicatam ædem ſervientium miniſterio orbaram deſereret.

peſte graſſante,

g *& pleriſque miniſtris ea extinctis,*

ac Priori hoſpitalis ſolicito,

F

7 Pie equidem credendum eſt, Matrem miſericordiæ miſeris opem opportunis mediis contuliſſe. Nam ſubito Bernardinus, qui jam vigeſimum attigerat annum, ſpiritu fervoris inſtigatus, & Virginis amore ſuccenſus, cujus domus tam horrenda clade periclitabatur; meritorum occaſione accepta, illud Salvatoris dictum mente revolvens; Majorem caritatem neminem habere, quam pro amicis animam ponere, & Chriſtum pro ſalute mundi in ligno crucis eam expoſuiſſe; intrepidus, non quo pacto poſſet horrendam hanc peſtem evadere meditari cœpit, ſed quam gratus Virgini, & Chriſto in proximis obſequioſus, mortem cum vita commutare valeret. Et ardentiſſima caritate devictus, nullo perterritus labore, nullo mortis pavore percuſſus, Magiſtrum ac Priorem Hoſpitalis adiens, in miniſtrando peſtilenti morbo languentibus paratiſſimum ſe obtulit. Quem Prior non ſine lacrymis intuens, dolore fuit ſimul & gaudio perfuſus. Lætabatur mirum in modum pro infirmorum emolumento: & triſtis ac gemens pro elegantiſſimi juvenis periculo, his verbis Bernardinum

Ioan. 15. 13.

ſuam operam offert.

EX MS. AQUIL.

nardinus alloquitur: Compatior, fili, ægrotantibus & hoc ſævo morbi genere laborantibus; ſed tuæ florentiſſimæ juventuti non minus miſereor. Noſti quod infeſta ſit omni ſexui, & juvenibus præſertim hæc contagioſa lues: ſatis enim timeo, ne periclitantibus opem inferre volens, & ipſe morientium numero adſcribaris. Cui mature è converſo ardenti animo Bernardinus, pro Chriſto mori nequaquam timens, ait: Potens eſt Deus, ſi voluerit, & vitam incolumem mihi ſervare, & infirmis auxilium præſtare: quod ſi aliud ſtatuerit, eademque cæde ac morbo me moriturum, proximi gratia libens mortem ſuſcipiam, quam Dei filius pro ſalute humani generis ſponte ſuſcepit. Tunc Hoſpitalis Rector, talibus dictis percipiens ſpiritum Dei menti juvenis ineſſe, claves totius fere domus eidem conſignavit.

Paratus pro Chriſto mori.

8 Suſcepto vero jam onere & cura languentium & peregrinorum adventantium, nec valens ſolus calamitati ſatisfacere, quamplures Diſciplinatorum prædictæ Fraternitatis conſocios juvenes, quos noverat in pietatis operibus ferventiores, convenit; & ſanctis monitis illorum corda, ad opus conſimile peragendum, inflamavit; affirmans quam pluribus rationibus, quod tali epidimiæ morbo laborantibus in præſtanda ope vitam exponentes, cujuſdam generis martyrii palmam conſequantur. Nec nobis deeſſe poterit, quod voce Salvatoris proponitur; Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Ecce operum merces in medium poſita eſt: ſed quo excellenti modo ad eam conſequendam perveniamus, Euangelicis præconibus teſtantibus admonemur; Regnum Cælorum vim patitur & violenti rapiunt illud. Inferamus ergo violentiam nobiſmet ipſis, nec pro proximo mori pertimeſcamus. Quid tam magnum atque pulcrum quam pacis tempore ad martyrii coronam pervenire? Si morimur, pro Chriſto certe morimur: qua morte & merces augetur, & omne crimen excluditur, & omnis conſummatio & ſtatus vitæ martyrio decoratur. Hoc fundamentum vitæ & fidei, hoc præſidium ſalutis, hoc vinculum libertatis & honoris. Mors quippe integriorem facit vitam, mors magis ducit ad gloriam. Quid enim nobis cum hac luce, quibus lux æterna promittitur? quid cum hujus vitæ naturæque commercio, quos cæli altitudo depoſcit? Intra omnium gloriam pulchrior eſt pro Chriſto mori titulus, & integrior corona ſignatur. Porro contemnenda nobis mors eſt, quibus Chriſtus occiſus eſt. Ante oculos quæſo nobis concurrant Dominicæ Paſſionis exempla, concurrant oblata præmia, quoniam miſericordiam præſtantes miſericordiam conſequentur.

ſua exhortatione ſocios acquirit:

B

Matth 25, 40.

C

h

9 Talibus verbis commoti *h* juvenes non ignobiles, fervoris ac pietatis ardore ſuccenſi, parentibus amiciſque omnibus ab hujuſmodi contagioſo miniſterio retrahentibus valefacientes, Bernardino paratiſſimos ſe offerunt, una ſecum ſi evenerint talia pollicita, in acerbiſſimo epidemiæ morbo pias operas exhibentes, meritorum ſtipendia ſuſcepturos: & præmiſſa Confeſſione ſumptaque ſacratiſſima Communione, omnes unanimes Bernardino duce, non ſine admiratione gaudioque infirmantium, ad mœſtiſſimam illam domum Hoſpitalis ſe conferunt. At Bernardinus fœtentem domum ſubfumigationibus continuiſque ignibus purgans, excubiarumque viciſſitudines diſponens, debito ordine omnia prudentiſſime concludebat; diu noctuque infirmis aſſiſtens, & fœtentes ſpurcitias putredinemque abſtergens, quæcumq; neceſſaria miniſtrabat. Nec à ſententia atteſtantis Pauli diſcedebat, Quis infirmatur & ego non infirmor? Lætabatur in convaleſcentibus, compatiebatur patientibus, gemebat cum gementibus, & cum morientibus affligebatur, quaſi & ipſe compaſ-

cum iis ſtrenue aſſiſtit infirmis:

2 Cor. 29, 11.

ſivę mentis affectu eſſet moriturus; ignitiſq; eloquiis quamplures in extremis agonizantes, de Divina miſericordia diffidentes, ad ſalutis tramitem revocabat: nulloque labore fractus aut vigiliis, diebus ac noctibus cuncta Eccleſiæ Sacramenta infirmantibus miniſtrari procurabat, propriiſque manibus cauterizatis apponens medicamenta, ſaniem educebat: quandoque, inhumata corpora ſepeliebat. Qua de re quamplurimi illius ſtudio cura ac diligentia evaſerunt incolumes; immenſas Deo, & ejus ſervo Bernardino gratias agentes. Talia fuerunt, in ſacra æde Virginis, à Bernardino ſanctimoniæ poſita fundamenta. Tandem divina pietate omni penitus morbi contagione à civitate & Hoſpitali eliminata, aëre ſalubri reddito, Bernardinus ejuſque conſocii, etſi illorum quamplures morbo deceſſerint, in proprias domos remearunt, bonorum operum fructum reportantes. Omnis vero populus Senenſis eum, tamquam lucernam poſitam ſuper candelabrum, mirabantur; & tam præclari facinoris magnitudo ubique divulgabatur.

morbo ceſſante domum ſuam redit.

D

ANNOTATA.

E

a *Ms. Rubeæ-vallis cum Capiſtrano & Surio addunt:* Satis ætate tener ad honorem Virginis Sabbati jejunium cœpit, & illud ex toto tempore laicatus continuavit.

b S. Joannes Columbinus *colitur* 31 *Iulii, mortuus Senis anno* 1367: *additur apud Surium* ejus cariſſimus ſocius, *Franciſcus Vincentinas.*

c *Congregationis Olivetanæ præcipuus fundator eſt* B. Bernardus Ptolomæus, *mortuus anno* 1348 *die* 22 *Auguſti.*

d Petronius *ſeu* Petrus de Petronibus, *mortuus anno* 1361 *die* 29 *Maji, quando de eo agemus.*

e *Subjungitur apud Surium* B. Andreas de Galleranis, *hujus Acta illuſtravimus ad diem* 19 *Martii, quo mortuus eſt anno* 1251.

f *Surius* extra portam Camolliæ, *in Ms.* Camilliæ: *Capiſtranus* ſupra portam quæ ducit Florentiam.

g *Capiſtranus appellat* Dominum Joannem Militem de Tantravonibus: qui licet jam ſenex, pro viribus non ceſſabat omne bonum opus exequi, largas manus aperiens ad magna & ampla ſalaria eroganda quibuſcumque, volentibus Domino famulari in præfato obſequio miſerabilium infirmorum. *In Ms. autem dicuntur tali in obſequio* ex familia extincti 22 Fratres, 9 Sacerdotes, 5 Clerici, 36 pueri in Hoſpitali nutriti, & 60 famuli.

F

h *Capiſtranus & Surius dicunt eos fuiſſe* duodecim.

CAPUT II.

Profectus in vita monaſtica. Fructus concionum.

Vitam ſanctiorem exoptans,

10 CUm autem Bernardinus tam pio perfecto opere domum rediſſet, cœpit ardenti febre collidi, quam ſibi à Domino magis ad meritorum cumulum quam alia quacumque ex cauſa inflictam poſſumus excogitare: nam clementiſſimus Dominus ſic cuncta moderatur, ut hoc omne quod geſtum, virtutis exploratio potius quam pœnæ inflictio videatur. Infirmitas nempe, peccandi fomitem amovet, delicta comprimit, ſimulque promovet ad ſalutem. Didicerat nempe teſtante Apoſtolo, Virtutem in infirmitate perfici: & id Salvatoris mente revolvens, Quos diligo hos caſtigo, cœpit ad altiora pro Chriſti nomine perferenda attentius cor apponere: atque firmiſſime propoſito decrevit, Chriſto militaturus, nullum ſe deinceps commercium cum mundo habiturum. Non multo poſtmodum elapſo tempore, priſtinæ ſaluti reſtitutus, ſolitaria loca ſolus quæritans

2 Cor. 12, 9. Apoc. 30, 9.

A ritans incedebat; & uberiori ſpiritus concepto fervore, fugiens continuo in agellũ inculcum ac nemoroſum *a* extra civitatem: & à tumultibus popularibus ſecretior ſolitariuſque ſedens, orare ſtudebat impenſius & rogare, diem luctu tranſigere, vigiliis ac fletibus noctes ducere, tempus omne lacrymoſis lamentationibus occupare, ſtrato ſolo adhærere, herbarum ac radicum cibo frigidoque aquæ potu veſcens, de ſe experimenta ſumens. More in ſtadio certare volentium, incumbebat gemitibus aſſiduis, ne inexpertus in tam præclarum & ſingulare certamen fruſtra ac cum periculo deſcenderet: & crebris deprecationibus Deum exorabat, ut ad Religionis illius habitum ſumendum animum accenderet, ubi liberius Deo militaret.

a *fœris in agello pœnitentiæ vacat:*

11 Et cum proſtratus oraret ferventius ſolito ante Crucifixi effigiem, ineffabilem illius qua nos dilexit caritatem mente revolvens, qui in anguſto præſepio natus, in paupertate educatus, in humilitate converſatus, perſecutione fatigatus, paſſione conſummatus, tandem pro ſalute omnium nudum cruci affixum, in holocauſtum obtulit ſemetipſum; intellexit inde ſumpto vigore, quod relinquenda eſſet patria, & patrimonii facienda jactura; & B quia nemo ad recedendũ è ſeculo paratus aut expeditus eſſe potuit, quem facultates ſuæ velut compedes tenuerunt; quod aperta lectione Chriſtus edocuit, præſentes edocens & cunctos prænonens in futurum. Si vis, inquit, eſſe perfectus, vende omnia tua, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælis & ſequere me; quod & Apoſtoli, & ſub Apoſtolis multi, & Seraphicus Franciſcus illiuſque paupercula proles ac nonnulli ſæpe fecerunt, qui & rebus ſuis & parentibus derelictis, individuis Chriſto nexibus adhæſerunt. Sentienſque neminem Chriſtum ſequi poſſe, qui patrimonii vinculo detinetur; nec cælum petere nec alta conſcendere, qui terrenis cupiditatibus prægravatur; cunctas & largas patrimonii opes pauperibus *b* diſperſit, ne vinci à ſeculo poſſet, qui unde vinceretur à ſeculo non haberet; conſtanti propoſito Franciſci veſtigia imitari, & nudum Chriſtum in cruce poſitum ſequi firmavit. Erat tunc temporis in ci- c vitate Senarum vir quidam venerabilis *c* Ordinis Minorum, vita ac ſanctimonia clarus, qui cum in provincia Boſniæ contra Manichæos triginta annis, ut illorum errores confutaret, zelo fidei plu- C rimum laboraſſet, jam ſenio confectus, cum Senenſis eſſet, in patriam devenerat. Hic ab omnibus vir optimus ac ſanctimonia ſingularis habebatur: ad quem Bernardinus ut ebrius ſpiritu accedens, ac omnia cordis ſui abdita pandens, ſummis hunc precibus exorabat, ut eum ad Ordinem reciperet, & Seraphici Franciſci militiæ adſcriberet. Tunc ſenex lætus & exultans, quoniam de Bernardino tam præclara audierat; aſpiciens tironem hunc ætate juvenem, corpore validum, aſpectu gratum, ſcientia clarum, quodque ſuper omnia pretioſum eſt, integra fide & ardenti fervore præſtantem, in die Nativitatis glorioſæ Virginis Mariæ, magna omnium cum expectatione & gaudio, ad Ordinem recepit. Et cum eum vili tunica indueret, & rudi chorda præcingeret ſenex ille, à Spiritu ſancto edoctus, magna voce quaſi futura prævidens exclamavit: Hodie miles ſtrenuus datus eſt nobis, fructus uberrimos in horrea Domini congregaturus: quod quia verum evenerit, declaravit exitus. Et conſilio hujus venerabilis Patris, Frater Bernardinus ad locum devotiſſimum Columbarii deductus eſt. Hic enim locus in agro Senenſi umbroſis nemoribus ſeptus, à tumultu ſeculari ſemotus, contemplationi vacare volentibus & de novo Religionem intrantibus erat potiſſime dedicatus.

Matt. 19. 21.

ſua in pauperes diſtribuit:

habitum S. Franciſci accipit Senis:

migrat Columbarium,

Hic verus imitator Euangelicæ perfectionis, pro Chriſto factus obediens, nihilque præter habitum chordam & femoralia poſſidens, toto novitiatus ſui tempore tantum profecit; ut qui novus advenerat, prioribus fieret lucerna fulgens & præclara ſanctitatis. EX MS. AQUIL.

12 Mirabantur Fratres in eo vitæ auſteritatem, & illius erga ceteros benignitatem. Nihil nempe tam laborioſum aut contemptibile pertractandum erat, quod non ſuis manibus promptiſſime pertractaret. Infirmis opem miniſtrabat, & nudis incedens pedibus per multa milliaria, panis & vini procuratam eleemoſynam propriis humeris aſportabat: & ſicut Angelus in templo deſerviens, pſallens & orans diu noctuque tamquam præſenti Deo, ut ſacrificium matutinum ac veſpertinum, cor & mentem offerebat: & non ſolum jejunia, quæ ex Regula præcipiebantur, adimplebat, ſed quam plures quadrageſimas & abſtinentias, ſolo quoque pane & aqua contentus, rigidus perſolvebat. Diſciplinis cilicio ac vigiliis cor- *mortificationi* pus edomabat: & humilis ſervus Dei, ſubditus omnibus propter Deum, cum ſe viliſſimum peccatorem præ omnibus & inutilem reputaret, ante Crucifixi effigiem gemitibus innumerabilibus miſericordiam à Domino ſupplex expoſcebat. Et plus in E Deum gratus majori lætitia in agendis gratiis ferventius excitabatur, quia indulgenti cæleſtis Numinis allapſu ſanctiſſimam intraverat Religionem, in qua viget placida & fida tranquillitas, ſolida & firma ſecuritas, ſtabilis & inconcuſſa tutela. Paſſionem Chriſti adeo amariſſime deflebat, ut præ dolore cor illius *meditationi* ſcindi videretur; & compaſſionis gladio transfixus *Chriſti patientis* admirabatur Filii Dei peregrinationem, fugam, ſitim, famem, calorem, frigus, tentationes, perſecutiones, vincula, flagella, illuſiones, aſperrimos dolores, & bajulantem ſibi crucem ad Calvariæ montem, exutum veſtibus, ligno crucis affixum, clavorum aculeis in manibus pedibuſque duriſſime ſauciatum, clamore valido ſpiritum emiſiſſe. Non minus transfigebatur cum dolentem matrem, & mortuum filium amplexantem meditaretur. Hæc autem continua Paſſionis meditatio, ejus mentem elevans, ad ardua tandem inflammabat.

deditus pietati,

13 Completo vero novitiatus ſui tempore, & poſtmodum ſacris ſuſceptis Ordinibus, tandem Sacerdos ordinatur, virtute obedientiæ compulſus; totuſque amore in Deum inflammatus, Miſſarum ſolennia quotidie celebrabat; & cæleſtium deſide- F riorum ardentiori flamma accenſus, cœpit profundiora caritatis fluenta ſentire; & amoroſis cogitationibus inſiſtens, quid poſſet Deo hic vivens gratius offerre mentis oculo concernebat. Quod multifarie multiſque modis olim loquens Deus Patribus, in Prophetis locutus eſt; deinde nobis in Filio, in Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus, & Virginibus; ut eorum exemplis ac divinis prædicationibus, verbiſque cæleſtibus Deo conformes effecti, & jam prolapſi, ad pœnitentiam provocaremur. Hæc cogitans Bernardinus, ſalutem animarum ſitiens, cru- *ſalutem animarum ſitit* cem magni ponderis propriis humeris bajulans, nudus ex loco Columbarii in Caſtrum uſque Saggiani, ut ebrius ſpiritu primum prædicaturus acceſſit; non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in ſpiritus veritate, ſanctiſſimi Patris Franciſci veſtigia imitatus. Non tamen audebat humilis Bernardinus, nec dum officium prædicationis aſſumere, ſed nec prædicandi licentiam poſtulare. Sed quoniam civitas ſupra montẽ poſita haud quaquã abſcondi poteſt, contigit, ut Prælati Ordinis, illius ſanctimoniam incredibilem, devotionis fervorem, divinarumq; in eo Scripturarũ peritiã accipientes, officiũ prædicationis ſibi injungerent atq; mandarẽt. Quibus humiliter aſſenſit vir Deĩ;

Sacerdos effectus

EX MS. AQUIL. *officium prædicationis suscipiens,* 1 Cor. 9, 27.

animadvertens sagaci ingenio, hoc divino munere ei eveniſſe, ut animas, quas diabolus Deo adverſas effecerat, verbo ſalutis converſas revocaret. Sed quia antiqui hoſtis artes atque inſidias dejiciendi didicerat, quibus imparatum Chriſti militem, ſi non ſolicito ac toto corde vigilantem invenerit, incautum decipiat; non immemor clamantis Apoſtoli, Caſtigo corpus meum & in ſervitutem redigo, ne cum aliis prædicaverim ipſe reprobus efficiar; priores vivendi auſteritates, Chriſto fortius adhærendo, obſervabat. Sciebat profecto, non idoneum eſſe militem poſſe ad bellum, qui non exercitatus prius in campo fuerit; nec coronam in ſtadio adipiſci, niſi uſum ac peritiam ante meditaretur.

à raucitate vocis liberatur:

14 Non defuerunt qui ab hoc tam Deo grato prædicationis officio retraherent, corporis debilitatem ac vocis raucitatem adducentes. Aſſentiebat vir Dei, & quaſi ab incepto deſiſtere volens, conſcientiæ aculeo perurgebatur: non enim jus æquumque videbatur pereunti ſeculo verba vitæ ſubtrahere. Et cum perplexus animo, quid agendum, meditaretur; id ſibi conſilii fuit, ut ad Dominum oculos elevans eum deprecaretur, ut à gutturis inveterata infirmitate qua vocis pronuntiatio impediebatur, gloriolæ

B Virginis intercеſſione liberari mereretur, ſi inceptum prædicandi opus perficere deberet. Et cum facile obtineri poſſint, quæ prædeſtinata ſunt; & prædeſtinatio ipſa ita ſit ab omnipotente Deo poſita, ut ad hoc electi, poſtulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante ſecula diſpoſuit donare; Chriſto duce & Beatæ Virginis precibus magnifice convaluit, & inviſibilis globus igneus è cælo ejus gutturi affuit, qui inveteratam linguæ rubiginem raucitatemque decoxit. Quod admirabile conſpiciens ſervus Dei Bernardinus, ac divinæ lucis radio

ferventer verbum Dei prædicat

ſuperfuſus, intellexit hanc eſſe Dei voluntatem, ut prædicando perſeveraret: & tanto [majori] animi fervore, ac ſancti Spiritus impulſu proſequi cœpit opus incœptum ferventius, quanto remiſſius perplexus exercuerat: ductuſque in montem novi luminis, & meſſem multam operarioſque paucos conſpiciens, ignitoque calculo mundatus, quaſi torrens inundans; nomen illud Jeſu ſanctiſſimum (quod Paulus vas electionis Iſraeliticis filiis prædicarat & gentibus) Italiæ urbes, oppida & caſtra villaſq; quaſcumque perluſtrans, languentibus Chriſtianis & tepide vitam agentibus annuntiabat; & à fidei tramite

C devios, hujus ſancti nominis præſidio miſericordiam conſecuturos, ad pœnitentiam revocabat.

contra vitia ejus temporis;

15 Eo enim tempore Italia, plena flagitiis, proſtrata jacebat, & à prioribus Sanctis traditam diſciplinam corruptela longa corruperat. Studebant ſinguli in augendo patrimonio: & obliti quid majores ſui, ſub Apoſtolis ceteriſque ſequentibus, Dominico & Franciſco & aliis quam pluribus, viam ſalutis annuntiantibus, ante feciſſent, inſatiabili cupiditatis ardore ampliandis facultatibus incumbebant. Omnis quippe caro corruperat viam ſuam: nulla erat in Chriſto militare debentibus religio devota; non in ceteris fides integra; non in operibus miſericordia, non in moribus diſciplina. Erant homines nō jurantes tantum temere, ſed pejerantes; & venenato ſibi ore maledicentes, odiis pertinacibus invicem diffidebant. Conſentiebant jura peccatis, & uſuris multiplicantibus fœnus augebatur. Erant itinera latronibus clauſa, maria obſeſſa prædonibus, & tanta rabies Guelforum & Gibellinorum ubique incaluerat, ut cruento horrore mutuo ac fraterno ſanguine maderet Italia. Impunitatem ſceleribus acquirebat, non innocentiæ tenor, ſed ſævitiæ magnitudo. Quid poteſt inhumanis acerbius dici? Parentum erat diſciplina in filios, ut adverſæ partis quoſque pertimerent, & gloria cum jugulaſſent. Superſtitionum tanta inoleverat obſervantia atque fides, ut tempora in agendis & inchoandis ædificiis Ægyptiaciſque cuſtodiendis diebus obſervantiori religione venerarentur, quam divina inſtituta ſerventur. Fervebat mundus magicis artibus & ſacrilegiis, incantationibus in curandis infirmitatibus utebantur: & divinationibus futura inveſtigantes illius ætatis homines, & magicis præſtigiis abutentes, hominibus illudebant. Raro feſtivis diebus Miſſas audituri ad eccleſiam tunc temporis conveniebant: ſacratiſſimum Chriſti Corpus non ſumebatur prævia Confeſſione niſi ſingulis annis; imo quam plures vix in morte confeſſi Communionem recipiebant. Nullus de legibus metus erat, fortunæ ludos prohibentibus: ſed alearum taxillorumque luſores ad gymnaſia quædam publice conveniebant, ubi impune talia facinora frequentabantur. Feſti etiam dies ac ſolennes à ferialibus non diſcernebantur, niſi forte indicante populorum frequentia, ad diverſa ſpectaculorum genera gradientium.

D

æſtimatus famoſiſſimus prædicator,

16 Quod vir Dei conſpiciens, & pereunti ſeculo compatiens, aſſumpta in Deo fiducia cœpit & remotas urbes, & loca inſignia, ac provincias peragrando, vitia & virtutes, pœnam ac gloriam fidelibus annuntiare. Adeoque in ipſis prædicationibus ſuperna ſibi gratiæ favor affluxit, ut famoſiſſimus in tota Italia Prædicator evaderet; & ita gratus omnibus, ut ab ejus ore auditores pendere viderentur; & tamquam alterum Apoſtolum à Deo miſſum, ſtupore perculſi, quaſi immobiles mirarentur. Erant enim verba illius, cordis intima penetrantia; eloquia caſta pariter & ignita, ad animæ & ſpiritus diviſionem pertingentia. Tantus erat utriuſque ſexus concurſus populorum, ut ante lucem in plateis ut plurimum conveniret unuſquiſque, & ad audiendum verbum Dei locum ſibi aptiorem eligeret. Quotidie antequam pulpitum prædicaturus aſcenderet, totus in Deum elevatus, Miſſarum ſolennia celebrabat. Convicinarum urbium oppidorumque undique innumerabilis, tam religioſorum quam ſecularium multitudo, ad eum confluebat audiendum. Infantes patrum humeris aſportabantur; parvuli ex matrum collo pendebant; nec itineris labore devicti aut fame afflicti, tanto attentionis ardore, ex viri Dei gratioſo ore procedentia verba ſuſcipiebant, ut ſancti Spiritus gratia eiſdem cælitus illapſa videretur. Nec mirum. Stabat quippe præco mirificus, Spiritus ſancti unctione præventus; & ut unuſquiſque pœnitentiam ageret, iramque & offenſam Dei jejuniis & fletibus placaret, valido clamore ingemiſcentem populum admonebat. Dabat enim illi Deus ſpiritum compunctionis, & contriti confitentes ſinguli delictum ſuum maxima cum devotione ſacratiſſimam Communionem frequentabant, qui numquam aut per plures annos Dominicum corpus non receperant. Quis autem fructus illius prædicationibus Chriſtianæ religioni acceſſerit, non humanarum eſt virium in medium proferre. Quis enim facile enarrare poterit, quot civitates ac diſſidentes populos, civilibus & inteſtinis diſcordiis laborantes, ad quietam tranquillamque pacem reduxerit? Quot ſingulares civium inimicitias, & diverſarum provinciarum hominum & locorum, in

affluentem populum ad pœnitentiam movet:

F

publica ac privata vitia corrigit,

quibus cruenta vulnera cædeſque venerant, ad pacem reformaverit; quot capitalia, acerbiſſima, & inveterata jam odia ſuſtulerit, ac radicitus extirpaverit? quot juvenes laſcivientes fucataſque mulieres, hujus mundi illecebris ac laſciviis irretitos, ad meliorem vitæ frugem converterit, difficillimum eſſet profecto verbis exprimere.

17 Dies Feſtos, in quibus ut aliqua ſervitia præſertim ruſtica fierent abuſus induxerat, ut ſacri mandant

A mandant Canônes, obſervandos curavit, prædictaque ſervitia & omnes operas amovit. Templis Dei ac Sacerdotibus in eis miniſtrantibus ſummam venerationem exhibendam dogmatizans prædicabat. Quam plurimæ honeſtæ inopes adoleſcentulæ matrimonio collocabantur, & cæleſtibus illius monitis converſi divites eaſdem dotabant. Miſeræ vero mulieres quam plures, lupanari ſtipendio vitam ducentes, illius ſermonibus ad pœnitentiæ lamenta redeuntes, ære publico matrimonio jungebantur. Indumenta peregrina & lineamenta pulcritudinem vultus conferentia, adulterinæque capillaturæ ac pretioſi ornatus, larvales præterea facies, aleæ, d taxilli, triumphales *d* carticellę in forum deferebantur, omnia igni tradenda atque comburenda. Tunc princeps mundi hujus ejiciebatur foras, & Chriſtianæ religionis fervor incalebat. Erigebantur hoſpitalia, ceſſabant uſurarum voragines, raptores ac fœneratores ablata reſtituebant; Pupillorum viduarumque reintegrata patrimonia reddebantur; conſtituebantur per orbem religioſa virorum ac mulierum monaſteria, collapſaque reformabantur, in quibus magna puellarum virginum B Collegia, Deo conſecrata, ſponſo Chriſto diu noctuque ſerviebant. Non facile quis enarrare poſſet quot florentiſſimi adoleſcentes, juvenes, atq; Senes, relictis omnibus, diverſas ad Religiones ſe contulerint, Deo perpetuo militaturi.

Honeſtatem morum reformat.

ANNOTATA.

a *Surius* juxta portam de Triſis, in loco occulto, ſacellum exiguum conſtituit, poſuitque in eo altare cum imagine Chriſti à cruce pendentis. *Apud Capiſtranum* porta de Tuſis *appellatur.*

b *Capiſtranus.* Cuncta ſua bona, tam paternæ quam maternæ hereditatis, quæ ſatis opulenta fuerat, Chriſti pauperibus hilariter diſpenſavit, partim in Hoſpitali jam dicto, partim in maritandis puellis, partimque ceteris pauperibus & egenis.

c *Bernabæo Senenſi* Reſtorius, *Maphæo* Neſtorius, *quibuſdam* Joannes Reſtorii, Roſteri, Piſtorii, *& Triſtorii, cum titulo Beati adſcriptus 15 Februarii Martyrologio Franciſcano & Faſtis Senenſibus.*

d Triumphales charticelle, *ita hic dictæ, ex ſuppoſito quod vox* truffa, *quæ luſum ſignificat, ſit derivata à Latina voce* triumphus: *ex quatuor autem chartarũ ſpeciebus, ea, ex qua ſortito acceptâ præcipue pendet ludi victoria,* truffa *nuncupatur: alias dicuntur* chartæ pictæ, & chartæ luſoriæ.

C

CAPUT III.

Miracula in vita patrata. Epiſcopatus recuſati, æmuli ſuperati, pius obitus.

18 NEc mirum ſi tam præclara opera tunc temporis mundo coruſcabant, cum ſermones illius vitæ ſanctimonia & ſequentia ſigna confirmarent. a Dum enim in Civitate Reatina prædicaret Frater Bernardinus, & univerſus populus confluerat ad eum audiendum; quidam Joannes Antonii Petrutii, habens filiam unius anni duabus plagis ulceratam, judicio medicorum incurabilibus, ita ut ex unâ pectoris flatus exiret, & ex alterâ viſcera apparerent; poſt prædicationem ſuam, una cum uxore ſua, prædictam filiam ad locum S. Franciſci dictæ civitatis Reatinæ in clauſtrum detulit: & ambo genuflexi ægrotantem filiam ad illius pedes depoſuerunt, ulcera oſtendentes, & pro illius liberatione ab eo auxilium pariter implorantes. Quam vir ſanctus piis oculis conſpiciens, ſigno Crucis facto ſuper

a *Sanat puellam ulcerоſam:*

puellam, parentibus ait: Confidite, Dominus Jeſus ſibi gratiam præſtabit. Quod & factum eſt: nam ſequenti nocte ſurgentes parentes, invenerunt filiam integrę ſanitati reſtitutam, & ſola cicatricum veſtigia in carne apparentia cernebantur. EX MS. AQUIL.

19 Non minus in Prato, oppido Tuſciæ, miraculum evenit. Nam cum Vir Dei Bernardinus quadraginta continuis diebus magna cum acceptatione prædicaſſet in prædicto oppido, omnis Pratenſis populus tanta eum veneratione colebat, ut recedere volentem virum Dei, & circumvicinis civi- *Pratenſem* tatibus verbum Dei euangelizare, unuſquiſque pro *juvenem à* nimio amore ac devotione ad eum confluеret, be- *bove obtri-* nedictionem ſuſcepturus: tantaque erat ſtipatus *tum,* populi multitudine, ut portam Prati exire minime valeret. Et cum inter primam & ſecundam januam portæ ſanctæ Trinitatis, ab univerſo populo circumdatus eſſet; bos quidam indomitus, è ſtabulo cujuſdam portæ vicinæ exiliens, ob populi multitudinem cœpit expaveſcere; effectuſque pavidus, verſus dictam portam dirigens iter, quam plures cervice, cornibus, pedibuſque invadens, ad terram proſtravit. Inter quos adoleſcens quidam, *b* filius Nicolai Laurentii, ita fuit à dicto bove percuſſus atque confractus, ut tamquam mortuus è terra elevaretur: & continuo clamor magnus factus eſt in populo adoleſcentem expiraſſe. Hæc audiens Pa- *ſanum redditer ſanctus, ingemiſcens ait: Hac hora quidquid* *dit parenti-* boni operatus eſt Deus in terra Prati, conatus eſt *bus.* antiquus hoſtis auferre. Et compaſſione motus, devenit ad locum, ubi proſtratus adoleſcens ut mortuus jacebat exanimis: & oculos ad cælum extollens pro eo Deum deprecans, ſignoque crucis illum benedicens, adſtantibus ait: Gratia Dei hic ſanus erit, tollite eum hinc. Quod factum eſt. Nam vir ſanctus iter ſuum proſecutus eſt, & adoleſcens parentibus vivus & incolumis reſtitutus. b E

c Romæ quoque ac Spoleti alia per ipſum miranda operatus eſt Deus, ſermonem illius confirmantia. Nam, Romæ, cum quidam puerulus quinquennis *Romæ ſanat* morbo regio acriter vexaretur, Andrea ejus avia *morbum* audiens celebre nomen Fratris Bernardini, tunc *regium,* ibidem prima vice prædicantis, in virtute & meritis illius plurimum confiſa, dictum puerum ad virum Dei adduxit, ut pro illius ſalute ad Deum preces effunderet pariter ac ſanaret. Cui ſubridens vir ſanctus ait: Hoc operantur ſancti & amici Dei: ſed vade, confitere peccata tua tu, & qui illi ſunt proximiores, & poſtea ducens eum revertere ad me, & pro eo Deum deprecabimur. Et cum ſic actum eſſet, ſequenti die mulier magnæ fidei puerum obtulit viro Dei, in loco S. Mariæ Aræ-cæli ibidem hoſpitanti: qui præmiſſa oratione puerum ſigno Crucis benedixit: puer vero ſtatim, virtute Dei & Sancti meritis liber evaſit, nec de cetero talis morbi moleſtiæ quidquam perſentit. c F

20 In Civitate Spoletana mulier quædam, Martha nomine *d*; per ſex annos maxima infirmitate gravata, nec valens niſi alienis ulnis adjuta è lecto deſcendere, neque alimenta ſuſcipere, ita ut quampluribus inſana quandoque exiſtimaretur; benedictione viri Dei percepta, ſana atque incolumis redditur, atque in agendis Deo gratiis tota civitas excitatur. In Aretio quoque Civitate Tuſciæ, cum vir ſanctus una Quadrageſima frequenter prædicaſſet, & à vitiis ſuis malos revocaſſet; dum quadam die univerſus populus ad quamdam devotiſſimam *e* Eccleſiam exiſſet, ac prope dictam urbẽ Aretinam convenиſſet, *Aretii plu-* ibidemq; verbum Dei annuntiaret vir ſanctus; pluvia *viam con-* permaxima ſupraveniens adeo inundare cœpit, ut *cioni im-* omnis fere populus aſſurgens diſcedere præpararet. *portunam* Ipſe vero in Domino confidens, adhortabatur populũ, *fiſſit.* d *Spoleti clinicam.* e

ut omnes secum Deum deprecarentur, ut inceptum sermonem perficere valeret: & signo Crucis
EX MS. AQUIL. aërem signavit, & subito inundans pluvia cessavit. Completo vero sermone, & vix populo portas urbis ingresso, tam impetuosa ac procellosa pluvia descendit, ut omnes acclamarent, pluviam illam tempore prædicationis, sancti viri meritis & oratione, in aëre detentam extitisse.

Mediolani sub concione videt animam Tobiæ Senis iunc mortuæ in cælum recipi:

21 Non solum vir sanctus virtute Dei, languentibus quam plurimis sanitatem conferebat, sed absentes quoque ut præsentes illuminatę mentis oculo clarius intuebatur. Nam cum in civitate inclita Mediolani vir Dei pluribus diebus prædicasset, actum est, ut prima die quadragesimę dum frequentissime sermonem ad populum haberet, quasi extasim patiens sustinuerit; & aliquanto temporis spatio ad se reversus, non sine cunctorum astantium admiratione incompletum sermonem relinquens, quasi mente alienus è pulpito descendit. Interrogatus autem à sociis, quare sic in sermone deficiens incompletam prædicationem contra morem reliquisset; cum primo causam patefacere recusasset, majoribus precibus adjuratus, humilis servus Dei in hæc verba prorumpit: Vidi Thobiam sororem meam,
B quam semper ut matrem veneratus sum, eadem hora humanę carnis debitum persolvisse Senis, & illius animam immortalitatis stola amictam ad cælos adf scendisse. Hæc enim *f* Thobia filia fuerat Dianę, sororis matris Bernardini; vidua, jejuniis, vigiliis ac disciplinis Deo deserviens in habitu tertii Ordinis B. Francisci, ex ipsius gestis ac moribus ab omnibus approbata. Quod cum accepissent socii, non quasi increduli, sed id certa fide tenentes, secularibus quam pluribus visionis præfatæ seriem retulerunt. Cujus mirandæ visionis Mediolanenses certitudinem habere volentes, caute
g exploratorem Senas miserunt, qui de Thobia perquireret. Inveneruntque fidelissima relatione, eadem die & hora, qua prædixerat vir sanctus, Thobiam ridentem, spiritum emisisse.

Lucæ commodata sibi vasa miraculose restituta novit.

In civitate quoque Lucana provinciæ Tusciæ, cum vir sanctus ibidem ferventissime prædicaret, vir quidam devotus cibaria quædam & duos flasculos vini per filium suum sancto viro Dei pro eleemosyna transmisit: & secunda die reversus puer, missus à matre, ut vacuos flasculos, platellum ac tobaleam reportaret; unum ex sociis S. Bernardini adinvenit, sibique utensilia prædicta reddi postulavit. Qui respondit:
C Omnia, fili, rehabuisti. Cui ait puer; Nequaquam, Domine. Ingressus Frater, post aliquantulam moram rediit, & dixit puero: Vade, & die matri tuæ, ut in camera superiori super scrinio perquirat: & omnia adinveniet. Quibus verbis per filium matri nuntiatis, supra modum admirans ipsa, quod cameram & scrinium sciret, cum nec ipse vir sanctus neque sociorum ejus quisquam unquam in domo illa fuisset, omnia juxta verba nuntii reperit: illudque per orationem Sancti factum existimans, absentia quoque eidem præsentia pariter intellexit.

Ibidem & Aretii concionans videtur faculas

22 Quanto vero caritatis ardore populos erudiverit, testes sunt infinitę illius prædicationes, quas populo utiliter magis quam subtiliter proponebat: in quibus tanta cum veneratione, ac tanta novi luminis ex illius ore procedentis admiratione audiebatur, ut lapidea & arentia corda, mollia & carnea redderentur. Nam cum in Lucana civitate vir sanctus mellifua in sermonibus ad populum eructaret, quidam civis Deo devotus propriis pluries conspexit oculis, quasi flammam ignis ex ore sancti viri procedentem, & solaris radii effigiem prætendentem, & de ore ejus quasi rutilantes favillæ exibant ac revertebantur; & sic radius ille ex ore sancti viri in longitudinem brachii unius, solum dum prędicabat, exire videbatur.

In civitate quoque Aretii matrona quædam probatissima, Soror tertii Ordinis B. Francisci, multoties
D vidit, dum vir sanctus prædicaret, ex illius ore quasi globum rotundum, nunc nivei, nunc viridis coloris, nunc sanguinei, cum viri sancti flatu exeuntem. Alio quoque tempore, cum
h *h* juvenis quidam bonæ voluntatis, sed fervore tepidus, B. Bernardinum consuleret, si Religionem intrare deberet; tale ab eo accepit responsum: De hoc, fili, exorandus est Deus, ut quod saluti tuæ magis expedit, tibi insinuare dignetur. Et cum vir sanctus juvenis manus tetigisset, tam intensus factus est calor in brachio juvenis illius, (etsi tunc magnum esset frigus) ut ignitum brachium illi videretur, sicut post modum ipse retulit; qui hoc signo religionem ferventer ingressus, post annos plurimos in Religione sancto fine vitam concluśit. Quæ omnia signa nihil aliud nobis innuere videntur, nisi frigida corda spiritu oris ejus & tactu incalescere. Instaurata sunt principe Bernardino, & fructuosus prædicandi modus, & utilium editio sermonum: ut in libris quos composuit de religione Christiana, & de Euangelio æterno, ac posteris legendos reliquit, plenius continetur. Hos enim edidit libros, ne tam cito doctrinæ suæ transiret utilitas,
E sed ad posteritatem usque perduraret, ut innumerabiles vel defunctus edoceret: cujus doctrina admonentur omnes, ut vitia exstirpent, & gloriam [æternam] concupiscant. Ex hujusmodi doctrinæ fonte omnes præclari Euangelii prædicatores hauserunt, qui fructus uberrimos in horrea Domini congregavere; & fructuosa semper ab eis in populo salutis opera pullularunt, qui à Bernardini prædicandi vestigiis minime deviarunt.

Manus attactu calefacit spiritu tepentem,

utiles libros scribit:

devotus Deiparæ,

23 Profecto non est prætereundum, quam devotus Virginis de ea præclare prædicaverit, ac de cælo quam manifesta signa, illius dicta confirmantia, cuncto spectante qui aderat populo, apparuerint. Solitus erat vir sanctus sæpenumero in populo gloriosam Virginem summis laudibus, in illius præsertim festivitatibus, adeo extollere, ut verba quasi de cælo haurire viderentur: &, si dici liceat, in exprobrandis vitiis & commendandis virtutibus ceteros sui temporis euangelizantes excedebat, in laudibus autem Virginis se ipsum vincebat. Tam præclara enim de beata Virgine mystice & anagogice in medium deducebat, ut fere omnium audientium corda igniti eloquii gladio transfigens, in illius devotionem merito
F cunctos excitaret; & divino, virgineoque amore languens, continuans in prosequendis Virginis laudibus, dum prædicaret acclamabat: In die Nativitatis Beatæ Virginis natus, eadem die revolutis tamen temporibus renatus, religionem ingressus sum Seraphici Patris Francisci; eadem die professus in Ordine, eadem die primam Missam cantavi; & eadem die primum ad populum sermonem feci de Beata Virgine; cujus amore & gratia opto & tali die ex hac vita migrare. Et hac devotione motus, plures ecclesias in honorem Virginis fabricari procuravit, & ædes idolis dedicatas Reginæ cælorum templa consecravit. Nam in civitate Aretii, cum vir sanctus ferventissime verbum salutis annuntiaret, & idolatriæ crimen exprobraret; accepit fontem quemdam prope civitatem Aretii, qui vulgariter Fons-rectus denominabatur, ab universo fere populo, & convicinæ regionis viris ac mulieribus plurimum venerari: ibi enim diabolo cultus latriæ exhibebatur; ibi pueri, quasi novo baptismi genere purificandi, observantiis quibusdam & oblationibus observabantur; ibi præstigiæ & idolatrantium ritus in contemptum orthodoxæ fidei exercebantur. Quod scelestissimum idolatrandi genus vir sanctus publica in concione detestans, ipsemet universo comitante populo, Cru-

& ejusdem honori ecclesias construit.

etiam in loco abolitæ à se superstitionis.

cibusque

A cibuſque manu acceptis, ad profanum locum devenit; & ipſius manibus, concurrentiſque populi tumultuantis opera funditus everſus eſt ille locus, & ſolo adæquatus: ibique illius monitis eccleſia quædam eſt erecta, ſub titulo Sanctę Mariæ Gratiarum. In qua, ad invocationem glorioſæ Virginis, quampluribus beneficia conferuntur, & in hodiernum uſque diem fiunt miracula, & languentibus ſanitas præſtatur, ut meritis Matris Dei illud Apoſtoli impleatur, Ubi abundavit iniquitas, ſuperabundet gratia. Et quæ de beata Virgine vir ſanctus teſtimonia, rationes, veritateſque Virginis gloriam elucidantes in prædicatione adducebat, cæleſtia ſigna cuncto audienti populo fidem atteſtantia comprobabant.

de illa prædicans ut ſtellis 12 coronata,

Tempore namque Renati Regis Siciliæ citra Pharum, dum vir ſanctus ſuperioribus temporibus in civitate inclita Aquilana, magna in campi planitie euangelizaret gloriam Virginis glorioſæ; & amoris, gratiæque fervore accenſus, ſtellarum duodecim corona eamdem myſtice laureatam prædicaret; repente & acclamante turba, viſa eſt ſtella perlucida, magno lucis radio illius caput circum-luſtrans. Tantus quippe lucis illius ſplendor emicuit, ut ab ipſo Rege & multis hominum millibus *i* qui aſtabant poſſet clarius intueri. Quod mirabile portentum, & cuncta quæ vir ſanctus docuerat veriſſima comprobabat, & futuro præſagio cæleſtem virum, ut fulgentem ſtellam, Aquilanam civitatem in poſterum poſt mortem illuſtraturum indicabat.

& ipſe ſtella coronatur:

i

B 24 Hic vir Dei cæleſti rore perfuſus, talem ſe in omni ſua vita exhibuit, ut rectitudine & integritate vitæ, ac caritatis, humilitatis, benignitatis exuberantia, omnium Religioſorum ſpeculum haberetur. Nam cum proprer ejus prædicationem & ſanctiſſima opera, maximus fidelium concurſus ad eum fieret, & apud omnes ſumma veneratione dignus cenſeretur, illiuſque laudes tota Italia merito decantaret; non defuerunt invidiæ telo confoſſi, qui canino dente eum corroderent, illiuſque famam, doctrinam & dogma pariter depravarent. Sed vir Dei, conſcientiæ rectitudine ac veritate confiſus, Chriſtum & B. Franciſcum pro armatura adverſus ſibi detrahentes aſſumens, ad almam Urbem & Sedem Apoſtolicam advolavit; atque primum à felicis recordationis Martino quinto auditus, non ſolum ab illatis ſibi calumniis purgatus eſt, ſed etiam permiſſus, ut Romæ publice prædicaret: ibique per plures menſes, in ſactoſancta Baſilica Principis Apoſtolorum primum, ac per diverſas poſtmodum almæ Urbis eccleſias ſingulis fere diebus verbum Dei mirifice euangelizavit. Finito vero in Urbe verbi miniſterio ad convicinas civitates ſe conferens, eas quas partialitatibus & civilibus diſcordiis deſolatas invenerat, ad unitatem, quietem, & concordiam revocavit.

& contra detrahentes famæ ſuæ prævalet:

recuſat oblatos Epiſcopatus, Senenſem.

25 Procedente deinde tempore, & vacante Eccleſia Senenſi, vir ſanctus ad eamdem Eccleſiam, communi conſenſu parique voto totius cleri populique Senenſis, eligitur Epiſcopus: atque miſſi ſunt propterea trina vice nobiles Oratores, Clerici & laici, ad felicis recordationis memoratum Martinum quintum, ad electionis negotium perſequendum. Nec votis Cleri & Senenſis populi aſſenſus ſummi Pontificis, & Fratrum ſuorum tunc Romanæ Eccleſiæ Cardinalium deerat: ſed ipſe vir ſanctus, contra mentis ſuæ propoſitum talia agitari ſentiens, ne deſiderium patriæ ſuæ tantæque caritatis in ſe ſtudium & affectum parvi facere videretur, & Epiſcopalem dignitatem & præeminentiam in aliis Epiſcopis non probare; ad Romanam Curiam rurſus rediit, & ante ipſius Domini Martini pedes conſtitutus, Epiſcopalem pridem dignitatem, & eos omnes qui ipſam digne & cum animarum ſibi commiſſarum ſalute adminiſtrant, plurimum commendavit; ſed poſtea juſtas cauſas & probabiles peroravit: quibus nec ſibi, nec proximis, vel Senenſi Eccleſiæ expedire comprobabat; in medium adducens ſententiam Pauli, qui cum de aliis dixiſſet, Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat; de ſe ait. Non enim me miſit Deus baptizare, ſed euangelizare: nec perſuaſionibus Summi Pontificis & Romanorum Cardinalium, aut precibus & lacrymis prædictorum Oratorum, adduci potuit, ut electioni conſenſum adhiberet. Excuſatus tandem à Summo Pontifice, à ſua Sanctitate & Reverendiſſimis Cardinalibus bona cum gratia licentiaque diſcedens, ad mirificas prædicationes & alia ſanctiſſima opera, majori cum omnium laude ac veneratione, ferventius ſe convertit. Non enim, ut prioribus temporibus, conſimili binæ electioni de ſe factæ in Eccleſia Ferrarienſi & Urbinatenſi, aſſentire voluit; tutius arbitrans talem venerari, quam aſſequi dignitatem *k*.

EX MS. AQUIL.

1 Tim. 3, 1

Ferrarienſem & Urbinatenſem:

k

26 Cum alio quoque tempore ab æmulis vexaretur, ſub Eugenio quarto Pontifice maximo; & Sanctitas ſua doctrinam, ſcientiam, prædicationes, vitam, mores & dogmata ſua diligentiſſime examinari feciſſet; tandem per ſuas patentes & Apoſtolicas litteras, ſcientiam, doctrinam & vitam illius merito digniſſimeque comprobavit *l*. Non tamen vir ſanctus, talibus laceſſitus injuriis, à tam præclari miniſterii ſuſcepto munere deſtitit; ſed Euangelii ſemitam, fere obliteratam & corruentem, & vitæ exemplo & doctrinæ verbis, ferventius ſtuduit innovare. Non enim illi ignominia erat pati à Fratribus, quod paſſus eſt Chriſtus: neque enim qui audit, ſed qui facit convitium & injuriam, miſer eſt; non qui à fratre laceratur, ſed qui fratrem lacerat in lege peccator; & cum nocentes innocentibus injuriam faciunt, illi patiuntur injuriam qui facere ſe credunt. Nullus quippe viro Dei inerat dolor de incurſione præſentium malorum, cui fiducia erat futurorum bonorum. Denique non ipſe, ſicut domus ſupra firmam petram poſita, conſternebatur adverſis; non contumeliis atque maledicis vocibus frangebatur, apud quem ſpei robur ac firmitas fidei vigebat; per ipſa quæ nos cruciant & fatigant magis ſciens corroborari. Non eum terrebat vitæ auſteritas; non infirmitatum gravitas, quas in corpore diutiſſime toleravit; & ſpiritu magis quam carne vivax, animi firmitate corporis infirmitatem ſuperabat: ut de eo vulgatiſſimum problema illud verificetur, Semel vincit qui ſtatim patitur: at qui manens ſemper in pœnis congreditur cum dolore, non vincitur, quotidie coronatur: quo enim longior perſecutio vel pugna, eo eſt corona ſublimior.

E

l

iterum contra æmulos confirmatur ejus doctrina:

ipſe vero non conſternatur adverſis,

aut morbis.

F

27 Fuit igitur vir iſte ſanctiſſimus Bernardinus ab ipſis cunabulis perfectioni Euangelicæ conſecratus; qui in vinea Dei cultor & operarius deſignatus, injunctum ſibi opus quadraginta duobus annis exercuit; & nullis confractus laboribus, nulliſque parcens vigiliis, viginti annis ſingulis diebus, niſi forte itinere aut infirmitate præpeditus, operi tam ſaluberrimo inſudavit. Et ſe immaculatum ab hujus ſeculi contaminatione cuſtodiens, primum in ſemet ipſo jugum Chriſti ſuave complexus eſt: & adeo vitæ exemplo atque ſacra prædicatione profecit, ut fere per omnem Italiam Euangelium renovaverit. Hujus nempe uberrimi fructus teſtis eſt tota illa provincia Lombardiæ, teſtis eſt Hetruria, ac denique univerſa Italia. Habebat vir ſanctus theſaurum abſconditum in vaſe fictili. Virgo nempe fuit, & uſque in finem virgo permanſit, ſicuti quam plures ex Fratribus, qui ſancti viri Dei vitam, mores & geſta curioſe explorantes

totam Italiam concionibus illuſtrat:

ideo & ob ſervatam virginitatem

EX MS. AQUIL.

obſervarunt poſtea ſunt firmiſſime conteſtati. Nec huic veritati defuit teſtimonium viri magnæ ſanctitatis, Fratris Joannis de Capiſtrano, qui ſuper hoc magnificis Aquilanis civibus litteras ſuas direxit, quas tunc Eugenius quartus ſummus Pontifex perlegit. His profecto conteſtabatur, ſanctum Dei virum Bernardinum, toto vitæ ſuæ tempore, carnem ſuam immaculatam ab omni corruptione præſervaſſe, & virginitatem ſuam illibatam mortis ſuæ tempore Altiſſimo detuliſſe. Hic enim venerabilis & probatiſſimus Frater Joannes de Capiſtrano, cum pluries totius Familiæ Ciſmontanæ Ordinis Minorum de Obſervantia generalis Vicarius extitiſſet, hanc fortaſſe veritatem à viro Dei Bernardino ex obedientia acceperat, quoniam vir ſanctus ex humilitate celare ſtuduerat. Illud quoque jam pridem ipſe Bernardinus, quadam ægritudine anno octavo poſt Religionis ingreſſum afflictus, & credens ſe pro certo non evaſurum, nonnullis importune inſtantibus revelavit. Cujus cæleſtis muneris gratia duplici erat laureola donandus, unâ profecto quæ verbum Dei Euangelizantibus exhibetur, alterâ vero quæ virginibus & carnis ſuæ petulantiam coërcentibus. Et ſi militibus ſecularibus glorioſum eſt, ut hoſte devicto redeant in patriam triumphantes; quanto potius & majus eſt, victo diabolo ad paradiſum triumphantem redire.

duplici corona dignus.

B

28 Volens igitur omnium bonorum operum remunerator Deus Bernardino, ſuo ſervo, ſuo in vinea Domini operario fideliſſimo, condignam mercedem reddere; ac poſt ſubactos labores, victo & calcato ſeculo, illum ad Dominum glorioſo itinere pervenire; hoc ordine ſtrenuum militem ad cælos evocavit. Nam cum è Senis proficiſcens, in Aprutii provinciam prædicaturus devenire ſtatuiſſet; & poſtremum ſermonem, non longe ab Aquilana civitate, laborioſiſſime compleviſſet; febre quadam ac fluxus exuberantia laxatis inteſtinis afflictus, in Aquilanam civitatem aſello ſubvectus, in Conventu S. Franciſci pluribus diebus languens reſedit. Sentienſque ſe ad palmam evocari, omnibus Eccleſiæ munitus vitalibus Sacramentis, cum ſui corporis diſſolutio immineret, non valens amplius voce vel nutu quod optabat annuere, ſe ipſum paulatim è lecto (in quo indutus jacebat) abduxit: & cum nuda humo decubare conaretur, oculis in cælum defixis læto vultu quaſi ridens, glorioſum emiſit ſpiritum: confectoque itinere virtutis & fidei, ad complexum & oſculum Domini, Domino ipſo vocante, immortalitatis amictus ſtola, pervenit. Obiit autem diem ſuum vir ſanctus anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto, ſuæ autem ætatis anno ſexageſimo quarto, vigeſima die Maji, in Vigilia Aſcenſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, qua hora ſolemniter in primis Veſperis Antiphonam illam decantabat chorus, Pater manifeſtavi nomen tuum hominibus; nunc autem ad te venio. Hoc autem divino conſilio pie credimus, tali die & hora, virum ſanctum ultimum clauſiſſe diem; ut ſicut Jeſus Chriſtus, conſummata ſalutis humanæ redemptione, ad Patrem propria virtute venturum ſe profitebatur; ita de ſervo ſuo, glorioſiſſimi nominis ſui præcone, qui eum coram Regibus, Principibus, gentibus & populis indefeſſis acclamationibus prædicarat, Antiphonæ illius veritas, aſſertioque ipſius Jeſu Chriſti meritis & gratia, perpetuæ felicitatis fructu ſubſequente, æternæ prædeſtinationis ſigno verificaretur, cui laus eſt per infinita ſecula. Amen.

Aquilæ ſumptis Sacramentis moritur.

C

anno 1444 20 Maji pridie Aſcenſionis.

ANNOTATA.

D

a *Surius idem narrat cap. 42, mutata ſolum dictionis phraſi.*

b *Surius cap. 43 idem refert, & Nicolai Laurentii nomen tribuit filio, non hujus patri.*

c *Surius iſta habet cap. 44 & 45.*

d *In Ms. Rubeæ vallis dicitur* uxor Martini Petri de Spoleto, & octo annos infirmitate gravata.

e *Surius cap. 46 appellat* ædem ſanctiſſimæ matris Dei; *addens quod* ob nimium populi concurſum cogebatur in cœmeterio ſub dio concionari.

f *Retulimus* Thobiam *inter Prætermiſſos ad 1 Martii, quo die eſt inſcripta Martyrologio Franciſcano Arturi, & inde in Faſtis Senenſibus: & Beata appellatur. Capiſtranus addit, quod Bernardinum* ætate ſuperabat per annos triginta.

g *Hæc exploratio in Ms. cap. 22 tribuitur* Duci Mediolanenſi: *at cum hac Vita,* civibus, *apud Surium.*

h *Capiſtrano* miles Ducis Mediolanenſis, *in Religione dictus* Fr. Chriſtophorus de Modoëtia: à quo, *inquit,* propriis auribus ex ore proprio cum admiratione accepi.

E

i *Apud eumdem Capiſtranum additur:* Prout ego ipſe, qui hæc dicto, propriis oculis aſpexi.

k *Ms. Vltraject.* Dominus Apoſtolicus Eugenius Papa eidem, pro una iſtorum civitatum, mitram propriis manibus impoſuit reverenter: ſed ei regratians Bernardinus ſic reſpondit, mitram deponens humiliter: Sanctiſſime Pater, noſcatis me honorem mundanum ideo reſpuere, ut liberius in ſanguine & ſalute redemptorum valeam fructificare. Quod audiens Papa devotus, multum adificatus ſuper iſto, contentatus eſt.

l *Bullam ipſam datam* 1432 *Romæ* VII *Idus Ianuarii habet Waddingus, ad eum ipſum annum num.* 5, *unde partem tranſcribit Raynuldus, num.* 24 *ubi laudatur Sanctus, ut* acerrimus & rigoroſus hæreſum extirpator; & ob ejus integritatem vitæ, laudabiles verbi Dei prædicationes, & ſalutares bonorum operum fructus, præclariſſimus fidei Catholicæ Prædicator & inſtructor rectiſſimus, in omni fere Italia & extra, inter ceteros famoſos evangelizatores verbi Dei probatus & notus.

CAPUT IV.

Canonizatio illius & Corporis Tranſlatio.

F

29 CUm autem vir ſanctus, mole carnis exutus, ad ea quæ præparavit Deus diligentibus ſe, ineffabilia bona perveniſſet; conſocii Fratres capſam præparabant, ut ſacrum illud corpus & cæleſte pignus Senas aſportarent. Quod conſpicientes quam plurimi, piis clamoribus totam civitatem replerunt, acclamantes, Mortuus eſt vir ſanctus Bernardinus. Subito accurrit innumerabilis virorum ac mulierum multitudo, ad ſacrum corpus illud deoſculandum. Majores vero & cives, qui præerant gubernationi civitatis Aquilæ, corpus illud ſanctiſſimum quam primum rapiunt de manibus ſociorum Fratrum, qui illud jam in capſa aſportandum collocaverant: & illud extrahentes & honorifice exornantes, quam plurimis fideliſſimis deputatis civibus cuſtodiendum tradiderunt, ut ſequenti luce omni populo videndum in eccleſia deponeretur. Poſt eam vero diem, qua celebritas Dominicæ Aſcenſionis ſolenniter agebatur, cum de more in publicum corpus eſſet delatum, paſſimque conflueret populus videndi oſculandique illius cauſa; qualis ejus vita fuerit, & in conſpectu Altiſſimi quam ejus grata opera acceptaque extiterint,

Ne corpus Senas deferatur, impediunt Aquilani:

quo in publicum delato,

A rint, ipſe Deus mirabiliter impenſiuſque ſuis fidelibus declaravit. Tot enim & tam præclara, evidentiſſima ac magnifica prodigia, poſt ejus ad paradiſum tranſitum, illius meritis & interceſſione, quam plurimis ejus auxilium implorantibus, divina clementia patenter exhibuit, ut nullo quidem modo in tot portentis poſſit veritas ipſa denegari.

30 Eâdem enim horâ diei Aſcenſionis, qua funus in Eccleſiam prolatum fuerat, ante omnes unus Paſqualis puer quidam procubuit ad pedes feretri ſancti Patris, atque ibi, præter ſpem & expectationem omnium, rectus ille animo ac fide, recto & altero laterum, quo graviſſime ante claudicabat incedere, divina Dei virtute præſtante, promeruit: quod majori etiam fide ac devotione inflammare cœpit advenientis populi fluentem undique turbam. Quod propriis conſpiciens oculis Antonius de Bagno civis Aquilanus, qui altero laterum adeo breviore natus fuerat, ut non niſi admodum declivi ad terram corpore gradi valeret; divina implorata ope, ſuper beati viri corpus plenus fide ſe projecit; & ſubito æquatis ambabus tibiis, quaſi diſtortam protrahi eam quæ brevior erat ſibi viſum fuiſſe jactavit; & incolumis redditus, ad

B ſancti viri extollenda præconia populum magis incitavit. Cumque uberiora illius dona & prodigia apparerent, univerſus populus, qui magna cum reverentia ad funerales corporis exequias convenerat, illius potius videbatur natalitia celebrare ſolennia, quam quidquam funebre pertractare. Quod perſentientes convicinarum civitatum populi, mares ac feminæ, adulti atque impuberes, turmatim ad Aquilanam civitatem confluebant, lacrymis ac jubilis acclamantes, S. Bernardine, adjuva nos. Et qui variis languoribus detinebantur, à convicinis, & remotis oppidis jumentis ſubvecti, aut alias aſportati, ante feretrum deponebantur, ut ſacrum illud pignus tangentes, à ſuis mererentur infirmitatibus ſancti viri interceſſione liberari: ad cujus ſancti corporis contactum multi ac plurimi ſanabantur. Et ſic pluribus diebus corpus illud ſanctiſſimum inhumatum cuncto populo viſibile perſiſtens, cellæ potius aromatum, quam cadaveris odorem exhalare videbatur.

Sanantur claudi duo

ac plurimi ægri,

31 Tota in civitate ac ejus comitatu ceſſabant artes mechanicæ, & ruſtica ſilebant opera: feriati dies ſolennes agebantur: magnus tympanorum ſtrepitus immenſuſque totius populi applauſus, diu ac noctu ardentia luminaria, in ſacra æde B. Franciſci, ubi cæ-

C leſte pignus reſidebat, quoddam inſolitum Aquilanæ civitatis gaudii ac jubili genus inferebant, ut cæleſtes potius quam terreni incolæ cenſerentur. Nam partialium corda & diſſidentes civium animi in tam unitam fœderatamque concordiam & pacem deveneranr, ut nihil aliud ſedatis livoribus acclamarent, niſi Deum benedicentes, qui virum ſanctum Bernardinum, tot mirabilibus ſignis coruſcantem, deſolatæ urbi Aquilanæ Patronum ac Interceſſorem noviſſimum aggregarat. Non poſt multos vero dies univerſæ Regni totiuſque Italiæ provinciæ, accipientes virum Dei Bernardinum ſuum diem obiiſſe, & mirabilia quæ per ipſum operabatur Deus, eum vere ſanctum communi & publica voce prædicabant: & in cunctis fere civitatibus & oppidis, quæ ſalutaribus ejus monitis ferventiſſimiſque prædicationibus recte fuerant inſtitutę, dum vitam ageret in humanis, ab univerſo populo ſolennes parabantur exequiæ, quæ magis ipſius natalitiæ diei, quam funeralis honoris cultum prætendebant. Excitabatur plebs cuncta in viri ſancti devotionem; & diverſis in regionibus languentes infirmitatibus, ipſius implorantes auxilium, vota ad ſanctum corpus emittebant, & Euan-

exequiæ per Italiam celebrantur.

Matt. 11, 5 gelicum illud implebatur; Cæci vident, claudi ambulant, ſurdi audiunt, leproſi mundantur, mortui reſurgunt, ut inferius ſuo ordine exponetur.

32 Ea propter excelſa Senarum civitas, tam memorandæ rei rumore perlato, & tantorum miraculorum fama indies creſcente; ne tanti muneris ſibi à Divina majeſtate collati immemor aut ingrata inveniretur, ſed laudes potius Altiſſimo & gratias cum exultatione referret; volenſque inſuper magna cum gravitate tam miranda prodigia, ſi vera eſſent, ut aſſerebatur, vera fide comprobare; publico ſuper hoc conſilio celebrato, civem quemdam ex ſuis probatiſſimum ad Aquilanam civitatem deſtinavit, ut, ſi tot ac tanta eſſent quæ de eo ferebantur miracula, diligentius exploraret. Qui probatiſſimus civis, tam piæ & ſanctæ rei negotium, à ſua civitate ſibi impoſitum, læto animo devotaque mente ſuſcipiens; ad Aquilanam civitatem quam potuit celeriter ſe contulit: & quæ fama vulgaverat veriſſima comperiens, & veritatis exiſtentiam ipſam famam ſuperare; quæcumque adinvenit ante ſuum adventum miracula facta, alia quoque præterea quæ ipſo ſpectante per ſanctum Dei virum Deus mirabiliter edidit, ſingula deſcribens annotavit: & ipſa deinde in publicam formam redacta, & atteſtationibus quam plurimis ſubſcripta, ad eamdem civitatem Senenſem tranſmiſit. Quibus ab ipſa Senenſi civitate maximo cum mentis jubilo & devotione acceptis, ut tanti fulgoris in eorum civitate noviter exorti ſplendor & claritas cunctis Chriſti fidelibus lucidius refulgeret, eorum nobiles Oratores ad Apoſtolicam Sedem illico deſtinavit, ut de tam præclaris ſignis & miraculis Pontificem Maximum Eugenium quartum certiorem redderent; pariterque eidem ſupplicarent, ut aliquibus ex Reverendiſſimis Sacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus committere dignaretur & mandare, ut de auſteritate & ſanctimonia vitæ ac continentia prædicti viri Fratris Bernardini, deque ejus prædicationibus, ſcientia, doctrina, miraculorum veritate, aliiſque in tanto negotio neceſſariis & opportunis ſe pleniſſime ac diligentiſſime informarent; & quidquid per hujuſcemodi exactiſſimam informationem compertum fuiſſet, ſanctitati ſuæ in conſiſtorio referrent: ut prædictis veris exiſtentibus, ad ſancti viri Canonizationem cum omni celebritate debita ſolennitate procedere dignaretur, ut quem Deus tot mirificis portentis ornavit in cælis, deberent & Chriſti fideles in terris etiam venerari. Non minus apud Sanctitatem Pontificis fecit Aquilana civitas, quæ tam pretioſam margaritam meruit poſſidere: ſed elucentia majora indies quæ viri ſancti meritis fiebant miracula, ſummi Pontificis aures magis perpulſabant; propter quæ etiam motus illuſtriſſimus Princeps & Dominus, Dominus Alphonſus Rex Aragonum, prius de præmiſſis diligentiſſime certior factus, apud Pontificem Maximum plurimum laborabat, ingenti devotionis fervore inſtans ac ſupplicans, ſanctiſſimum dictæ Canonizationis opus quanto citius expedire.

EX MS. AQUII.

Urbs Senenſis mittit Aquilam qui de miraculis quærant:

eorumque relatione accepta

E

pro Canonizatione impetranda inſtat e

idem faciunt Aquilani

F

& Rex Alphonſus,

33 Tandem commotus Pontifex, ſignorum viri Dei ſanctitatem atteſtantium comperta veritate, potius quam hoc expoſcentium Comitatuum, Regis & multorum Chriſti fidelium interceſſione; omnibus quæ ad tam arduum Canonizationis opus attinere videntur diligentiſſime completis, quam plura Conſiſtoria pro hac ſolum cauſa pertractanda advocavit: & ibidem enarratis atteſtantiumque fide roboratis quam pluribus, ſed in uno præſertim Conſiſtorio centum & uno miraculis; ipſe Pontifex, univerſa Cardinalium concione aſſentiente, rem hanc in finem uſque deducere peroptabat. Sed morte prævenrus Eugenius ipſe quartus infectam Canonizationem Sancti dereliquit: cui ſuccedens Nicolaus quintus, & pluries per eoſdem quos retulimus requiſitus, ut

qui evidentiâ miraculorum probatâ

quod

EX MS. AQUIL.

quod prædeceſſor illius impediente morte non fecerat, ipſe adimplere dignaretur ; mature & graviſſime tam arduam cauſam perſecutus, cum multo plura clariſſima miracula coruſcarent, beatum virum Bernardinum Catalogo Sanctorum adſcripſit, in Eccleſia Principis Apoſtolorum Romæ, in die Penteco-

eandem obtinent an 1450. ſtes, anno dominicæ Incarnationis milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo, Pontificatus vero ſui anno quarto, ingenti totius orbis lætitia & applauſu,

a *a* quoniam magni jubilæi ſolennitas tunc temporis agebatur ; anno vero ſexto poſtquam ſublatus vir ſanctus ad cæleſtia regna pervenit. Tam grata fuit univerſis populis hujus ſancti Canonizatio, ut nullus pene tam parvulus fuerit Italiæ viculus, qui per ſolennes proceſſiones præclarum hunc diem non veneraretur: & per orbem magnis in civitatibus oppidiſque quam plurimis eccleſias, ſancto illius nomini dicatas, erexerint.

Ædificata Aquile eccleſia ſpecioſa.

34 Inclita vero civitas Aquilana, quæ talem ac tantum meruit theſaurum poſſidere, nobile templum ac locum Fratrum, ſancto Bernardini nomini dedicandum, quam primum poſt illius Sanctorum Colle-

b gio inſcriptionem conſtruendum decreverunt *b*: quod

B tandem multis impenſis perficientes, novo illud lapi-

c dis pretioſi ornamento exornare procurarunt *c*.

d Dederunt enim operam Aquilani cives, cum *d* Sixto

in eam tranſfertur corpus. Pontifice Maximo, ut corporis illius ſanctiſſimi ab Eccleſia S. Franciſci, in qua pluribus jacuerat annis, tranſlatio fieret ad memorandum nunc & in futurum templum ac locum S. Bernardini. Quæ quidem tranſlatio facta eſt totius provinciæ Aprutii maxima cum gratulatione, & exterorum qui aderant ſumma exultatione, & totius Cleri ac Fratrum magno conventu anno Domini milleſimo quadringenteſimo

an. 1472. ſeptuageſimo ſecundo, ſedente Sixto quarto Pontifice maximo, Pontificatus ſui anno primo, ad laudem Jeſu Chriſti, qui per omnia ſecula eſt benedictus.

e Amen *e*.

ANNOTATA.

a *Quæ tunc magnifice acta fuerunt Romæ & Senis, pluribus deſcribit Dathus, oculatus ſpectaculorum teſtis.*

b *Nicolaus Papa bullam dedit anno* 1451, *pro conſtruendo templo & cœnobio intra urbem Aquilanam, S. Bernardino dedicandis præſertim in domo ſeu eccleſia S. Thomæ, hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani, ſi concedatur cum licentia transferendi poſtea ad illud ſacras ipſius Reliquias. Et B. Ioannes Capiſtranus ſcripſit eodem anno ex*

C *Germania epiſtolam ad Aquilanos, qua eos ad illud templum & cœnobium extruendum adhortatur : quæ ante opera ſancti ſunt excuſa.*

c *Templum illud & ſacellum, in quo jacet corpus, præclare deſcribit Waddingus an.* 1472 *num.* 15 *& ſequentibus. Sacelli anno* 1505 *conditi deſcriptionem infra dabimus, uti & duplicis arcæ cryſtallinæ atque argenteæ.*

d *Extat Bulla Sixti IV, data anno* 1472 *Kalendis Maji, qua conceditur facultas transferendi corpus S. Bernardini ad novam Eccleſiam, in qua Bulla extollit* ſingularis vitæ ejus excellentiam, ſignis & prodigiis à Deo probatam, ac coruſcantibus crebriſque miraculis manifeſtatam. *Ipſam infra in Analectis leges.*

e *Extat exemplum litterarum* 12 *Cardinalium, donantium indulgentiam in eccleſia hac S. Bernardini, in* 4 *feſtis anni,* 20 *Octobris anni* 1477.

CAPUT V.

Miracula poſt obitum. Suſcitati mortui. Sanati moribundi cæci, muti & ſurdi.

35 EXimii Prophetæ Davidis clariſſima ſententia edocemur : quod in memoria æterna erunt juſti. Quæ quidem res ut veritatem in S. Bernardino conſequatur, neceſſarium hoc potiſſimum decernimus, ut ventura poſteritas id ſcripturis addiſcat, quod viventes homines ipſius Sancti temporibus propriis oculis conſpexerunt. Ne igitur tam clara mirandorum teſtimonia pereant, ut quique poſt hanc noſtram ætatem paſſim advenerint homines, præterita veluti ſibi præſentia ſcripturis agnoſcant, ad omnipotentis Dei honorem & beati Patris Bernardini gloriam, poſt ejus felicem tranſitum aliqua ex approbatis portenta ſuccinctâ narratione conſcribam, & à ſuſcitatis mortuis primum exordiar. *a* In Civita-

D *A mortuis ſuſcitantur*

a te Aquilana, Amicus, puer decem & octo menſium, matrem ſubſecutus ad convicinæ domum pergentem, dum mater oſtium convicinæ ſubintrans ad interiora domus perveniſſet, puerulus debili ingreſſu, ad quam pervenerat mater portam, devenit ; & ipſe intrans, & à tramite devians quem mater tenuerat, in quadam ſubterranea tina aquis plena prolap-

puer ſubmerſus. ſus, ſubmerſus obiit. Cum vero mater completis negotiis, propter quæ ad vicinam ſe contulerat domum, exire vellet; puerum, quem cum aliis infantibus colludentem arbitrabatur, totam domum ut illum inveniret anxia perluſtrabat. Patrona vero domus, cum ad oſtia cum pueri matre deveniſſet, pannos in tina ſu-

E pernatantes conſpiciens accurrit, & ſuffocatum extrahens infantem cum lacrymis acclamavit ; Hic eſt filius tuus. Tunc præ dolore confoſſa mater cum ſparſo crine magnis ejulatibus acclamaret ; tunc vicini concurrunt undique, & vere mortuum conſpicientes, cum puer per mediam horam ſubmerſus jaciſſet, nihil aliud quam de ſepultura conferebant. Superveniens quidam vir devotus & magna fide, plorantibus ait : Omnes genu flexi Dominicam orationem perſolvamus, ut meritis S. Bernardini puer iſte à morte excitetur. Omnibus quam primum aſſentientibus, hac oratione completa, puer mortuus ad vitam excitatus, magno totius poſtmodum accurrentis populi gaudio, vivus & incolumis afflictæ matri redditur.

36 *b* Benedictus quidam, filius Corradini de Fa-

b briano, morte præventus à parentibus plangebatur ;

alius jam ſepeliendus, cuius mater, magnæ fidei mulier, virum ſuum allocuta, Faciamus, inquit, votum Deo omnipotenti deferendi filium noſtrum ad ſacrum illud Corpus Bernardini, ſi ex ejus meritis illum nobis vivum reſtituere dignabitur Deus, quem mortuum deploramus. Cui maritus ait: Fac quod tibi viſum fuerit, jam mortuus eſt. Et domo egreſſus, inventurus qui fo-

F veam effoderet in qua ſepeliretur filius, domum reverſus ut ſepulturæ traderetur, vivum filium in ulnis matris, ubera ſugentem invenit. Voverat nempe ipſa mater, quod ſi B. Bernardinus mortuum filium ad vitam revocaret, per annum indutum habitu Religionis ſancti viri ad ſacrum illius ſepulcrum deferret. Quod quidem miraculum omnes oppidi illius viros ac mulieres ad laudem Dei & Sancti gloriam prædicandam excitavit. *c* Mulier quædam, Margarita no-

c *tertius mortuus natus* mine, de Baſilea, cum Aquilanam civitatem cum viro ſuo deveniſſet : & in hoſpitali in puerperio adeo laboraſſet, ut per obſtetricem & reliquas mulieres aſtantes mortua Judicaretur, pes infantis ex utero matris progrediens apparuit, per quem obſtetrix, ut matrem à morte præſervaret, magno ſtudio mortuum filium extraxit. Quem intuens mortuum una de aſtantibus mulier devota, & obſtetrix, Rogemus, inquiunt, ut per merita S. Bernardini ſuſcitetur puer iſte, ut ſaltem ſacro baptiſmatis fonte renatus non pereat ; & ego, ſi S. Bernardini interceſſione id nobis collatum fuerit, voveo ac promitto imaginem ceream ad illius ſepulcrum quam primum deferre. Puer vero illico oſcitare cœpit, & lotus fonte perenni lac ſugere : & indies incolumis ac ſanus excrevit.

A 37 In Civitate Regali Gentilesca, puella trium annorum, cum extra portam terræ exisset, & homines oppidi illius fossas mundarent; arrepta puella ab impetu aquarum, quæ ex aperto laculo fossarum defluebant, per altas rupes agitata, & in planam foveam prolapsa, mortua & ab aquis suffocata inventa est, lutoque cooperta. Quam ut mater aspexit, accersita ab iis qui eam mortuam viderant, ut eam sepulturæ traderet; aspersa lacrymis & genuflexa, B. Bernardinum magna fide invocabat; nec à loco discedens, exaudiri promeruit; & à morte excitatam filiam amplectens, ad domum læta pervenit. Quidam Antonius Mei de Sublaco, puer tredecim annorum, cum ad balneandum in flumine decurrente juxta ecclesiam Sublaci perveniisset, à proclivi aquarum fluxu comprehensus, per magnum spatium deportatus, in saxosa loca collidebatur: qui tandem ereptus ab hominibus illius oppidi Sublaci, aquam non bibisse est inventus: sed sanguis ab ore illius defluebat, nullum tamen in eo vitæ vestigium apparebat. Et accurrentes Fratres S. Francisci, quemdam panniculum intinctum sanguine, qui de naribus S. Bernardini post ejus transitum effluxerat, super jacentem & mortuum puerum posuerunt; voventes, quod si meritis S. Bernardini ad vitam revocaretur, quam primum puerum ad sacri corporis tumulum visitandum perducerent. Et statim puer, tamquam à somno excitatus, clamare cœpit. Ha! ha! & sequenti die incolumis ad ecclesiam devotus accessit.

puella aquis suffocata,

item adolescens

B

& extinctus in partu,

38 In Castigliono, oppido Aquilani Comitatus, mulier quædam filium mortuum peperit: qui de utero exiens, ab obstetrice per pedes violenter abstractus, in terram ut mortuus extensus est. Tunc quædam de astantibus devota mulier acclamavit: O S. Bernardine, qui mortuos ad vitam revocas, hunc suscitare digneris: & astantes quosdam excitabat, ut sancti viri auxilium implorarent. Quod & ipse pater infantis ferventius agens, vovit omnipotenti Deo, ut si meritis & intercessione S. Bernardini puer ad vitam revocaretur, nomen Bernardini ei imponeret, & habitum Religionis per annum deferendum ei procuraret. Emisso voto, qui mortuus fuerat ad vitam rediens fuit solenniter baptizatus, & sospitem vitam agens in humanis permansit. Augustinus de Interamno, cum filium habuisset, & ille septima die à sua nativitate expirasset; intravit cameram, & ad Deum preces effudit, ut si filius meritis S. Bernardini ad vitam revocaretur, quamdam imaginem ad tumulum illius deferret. Tunc arreptus levi somno, tali fuit visione admonitus. Sibi nempe videbatur, quod genuflexus ante sepulcrum S. Bernardini in capella resideret; & B. Bernardinus, filium ejus tenens in manibus, sonora voce eumdem Patri porrexit dicens: Tolle filium tuum incolumem. Expergescens pater, summo affectus gaudio, ad uxorem perveniens, filium mortuum deplorantem, visionem exposuit: & filium apprehendens, oscitantem illum & vivum adinvenit.

alius paulo post mortuus,

C

item puella submersa,

39 Matthia, filia Jacobi de Castro ripæ Theatinæ, in Alenti flumine suffocata, cum à patre diligentissime perquireretur, tandem submersam in gurgite fluminis miraculose adinvenit. Erat nempe aqua nigra, fœtens & turbida, quia multum lini exponebatur ibi ad macerandum: sed Dei virtute, aqua, ea parte qua mortua jacebat puella, clara & liquida solum apparebat. Tunc prospiciens pater eam mortuam extraxit, & accurrentes quam plurimi mares ac feminæ defunctam illam magnis ac dolorosis clamoribus in Castrum supra deferebant. Occurrentes illis quam plures ex castro, & S. Bernardinum invocantes, exaudiri meruerunt.

Nam subito color roseus in facie puellæ apparuit, & virtute Dei ac B. Bernardini meritis puella ad vitam rediit. Antonius Martini de Leporanica, puer quatuor annorum, cum per decem horas mortuus jacuisset, mater infantis plurimùm maritum suum adhortabatur, ut meritis B. Bernardini mortuum puerum commendaret; & voveret omnipotenti Deo & B. Bernardino, quod si meritis ejusdem, infantulus ad vitam respiraret, ipsum ad sancti Corpus deferret. Continuò emisso voto exaudita est eorum deprecatio. Et puer, quasi à gravi somno evigilans, vivus resedit, & panem ad manducandum & vinum ad bibendum petiit: cunctis qui aderant mirantibus, Deoque omnipotenti ac B. Bernardino gratias pariter agentibus *d*.

EX MS. AQUIL.

puer mortuus,

d

40 *e* Joannes Colæ de Marerio, cum filium haberet infirmum, & ita in extremis positum, ut funeralia præpararentur; ab aliis seorsum sequestratus mente & corpore, pia devotione prostratus oravit ad Dominum, quod si meritis B. Bernardini dignaretur Altissimus suum filium pristinæ sanitati restituere, nudus corpore vovens ipse & discalceatis pedibus, sacrum corpus B. Bernardini visitaret. Et ab oratione consurgens, accessit ad filium quasi mortuum, magna fide vocans eum ex nomine: qui continuo respondens patri, se à faucibus mortis ereptum meritis B. Bernardini libera voce proclamavit: & cibum sibi præparari popposcit, & quam primum sanus Domino cooperante surrexit. Ivo de Britannia, in Romana Curia Procurator causarum, cum gravissime infirmaretur, illius infirmitatis incremento loquelam amisit, per octo dies nihil penitus locutus. Dum astantibus sociis post longam extasim mortuus appareret, & de funeralibus & sepultura pertractarent, recordati mirabilium quæ de S. Bernardino à quam pluribus ferebantur, unanimes prædictum Ivonem devoverunt, quod si illius meritis ad vitam evaderet, eum statim ad ejus sepulcrum cum oblatione quadam & Missarum decantatione, in Ecclesia ubi sacrum corpus requiescit, profecturus esset. Continuo, emisso voto, cœpit loqui; & sumptis viribus convaluit, & votum devotus complevit.

e

Moribundi sanantur

filius voto à patre facto.

E

Procurator causarum,

41 Filius Illustris Ducis Soræ, gravi morbo laborans, biduo phreneticus effectus, peritissimis tribus medicis advocatis, ad illius curam omnibus medicinarum remediis adhibitis, aggravatus tandem infirmitatis incremento, loquelam perdidit. Parentes itaque, de filii vita desperantes, cum à medicis moriturus pronuntiaretur, & longa jam extasi ut mortuus crederetur; viduales pannos & funeralia quæque condigna præparabant. Mater vero teneriori affectu acriorique percussa dolore, suum intrans cubiculum, & nudo poplite sed ferventiori fide ad terram prostrata, lacrymosa voce talia protulit. Tibi voveo, Pater sancte Bernardine, si filius meus, tuis meritis ac precibus ad vitam revocatus, pristinam fuerit sanitatem consecutus; eumdem ad sacrum tuum tumulum accessurum, atque duobus mensibus in capella ad illius tui sacri corporis custodiam permansurum. Quo emisso voto, illico levis sopor eam invasit; & in hac visione quemdam Fratrem, magnam sibi lætitiam pollicentem, contemplabatur. Paulo vero post ingressus ad eam quidam familiaris ex parte Ducis: Salve, inquit, Domina, filius tuus vivit ac loquitur. Tunc mater, plena gaudio ad filium rediens, astantibus omnibus emissum votum ac visionis seriem enarravit; & convalescens filius votum devotissime implevit.

filius Ducis Soræ,

42 In Spoleto Civitate Ducatus, Solomea puella quatuordecim annorum, plagâ pestiferâ adeo ulcerata ut judicio medicorum nulla spes penitus

puella pestè confecta

tus erat recuperandæ ſalutis, anxia ad mortem properabat. Cui ait mœſta ac dolens mater: Commenda te, filia mea, meritis S. Bernardini, qui tam mirandis coruſcat prodigiis. Tunc filia, debili voce, quaſi ſecum alloquens, ait: O S. Bernardine, concede, ut tuis meritis à tam gravi morbo liberari merear. Statim autem poſt mediam noctem apparuit B. Bernardinus dictæ puellæ, protulenti verba hæc in noctis crepuſculo; & (ut ei viſum fuit) vulnus mortiferum manu contingens, illam benedixit. Tunc puella matrem alloquens, ait: Mater, nonne hunc ſuaviſſimum ſentis odorem? nonne hunc conſpicis Fratrem, qui meo inhæret humero? Cui mater, potius eam ex gravi morbo delirare exiſtimans, ait: Dormi, filia. At illa eadem replicans dicta, altius proclamavit: Salva facta ſum. Quod mater accipiens, dixit filiæ: Ubinam eſt Frater iſte, filia? Cui reſpondit: Ecce nunc per feneſtram exit. Et ſubito ſanam eam conſpicientes, B. Bernardini meritis & intercеſſione, Deum pariter laudaverunt. Nicolaus Teutonicus, Peruſii inhabitator, prolapſus ex civitatis Peruſinæ mœniis in terram, totus confractus cecidit: & involutus ſanguine & non minima cerebri parte, per octo quaſi horas inſenſibilis permanſit. Tunc ejus devota uxor, S. Bernardini ſuffragium implorans, vovit Deo, ſi meritis ſancti viri liberaretur, ad ſanctum ejus tumulum eum quamprimum acceſſurum: quod præſtante Deo & ſuffragantibus meritis Beati, actum eſt ut liber evaderet & incolumis.

EX MS. AQUIL.

ex lapſu confractus,

vovente uxore.

43 Quidam Cola nomine, puer ſex annorum, de Rocca Marſicanæ diœceſis, cæcus à nativitate natus, dum mirabilia quæ Deus operabatur per ſanctum ſuum Bernardinum in partibus Aprutii ubique prædicarentur, per homines illius oppidi adductus eſt ad ſancti viri tumulum, ut illius meritis viſum recuperaret. Mirum! quippe puer magnæ fidei, lumen recepit, & omnis plebs laudem dedit Deo, & B. Bernardino, qui talem contulit cæco nato gratiam ſingularem. Rodolphus Venantii de Camerino, qui amborum oculorum cæcitatem incurrerat, ductus eſt à patre ad B. Bernardini ſacrum corpus: ubi cum per aliquot dies, maxima deprecatione deprecans, pro liberatione filii, perſeveraſſet; in uno oculorum meruit gratiam luminis obtinere: ad propria poſtmodum rediens, gratiam alterius oculi conſecutus. Petrus Paulus Civitatis Theatinæ, cum ex quadam infirmitate, quam Phyſici guttam ſerenam appellant, cæcus omnino eſſet effectus; à quampluribus exhortatus, vovit omnipotenti Deo, quod ſi meritis B. Bernardini lumen recipere mereretur, per annum habitum Religionis ſancti viri deferret, & ſacrum ejus tumulum viſitaret. Emiſſo voto, ſequenti mane lumen recepit; & votum perſolvens, ad ſacrum ejus corpus acceſſit. Filius Juvenalis de Monte-Leone, quadam infirmitate cæcus effectus eſt omnino. Cui Pater compatiens, magna devotione illum B. Bernardino commendavit: & ſi illuminaretur filius, caput cereum ſe oblaturum devovit. Emiſſo voto filius lumen recepit, gratias agens Deo & viro ſancto Bernardino. Nicolaus Jacobi de Peruſio, ſpiculo percuſſus in oculo, lumen amiſit, cum pupilla oculi omni viſivâ ſubſtantiâ eſſet vacuata penitus. Quod concernentes & pater juvenis vulnerati, & Rentius qui eum ſpiculo invitus percuſſerat; magna pietate moti acceſſerunt civitatem Aquilanam, ubi Sancti corpus requieſcit: & ante illius tumulum proſtrati, pro obcæcato juvene ad Sanctum preces effudere: qui Peruſium redeuntes, juvenem ſanum & reſtitutum oculum ad priſtinam ſanitatem repererunt.

Illuminantur caci quinque

& oculus ſpiculo evulſus.

44 Petrus Antonii, de oppido Barberini in agro Romano, ſurdus & mutus à nativitate, annorum undecim, ductus à patruo ad ſepulcrum S. Bernardini; ſtatim ut patrui nutu pronus adhæſit capſæ, in qua corpus ſanctiſſimum jacebat, cunctis admirantibus ac acclamantibus Deumque pariter laudantibus, utriuſque infirmitatis ſalutem conſecutus eſt. Filius Angeli de Nania provinciæ Campaniæ, à nativitate mutus natus eſt: cujus pater magnalia quæ operabatur Deus meritis S. Bernardini conſpiciens, vovit B. Bernardino, ut ſi filium liberaret, illius imaginem depingere faceret in ſuę ſanctitatis memoriam. Nec moram paſſus, pictorem convenit qui figuram depingeret. Completâ vero figurâ, apud eamdem filium præſentavit, & genibus flexis auxilium Dei & S. Bernardini merita implorabat; ſuppliei eos prece compulſans, ut loquelæ facultatem filio ſuo muto præſtare dignarentur. Statim autem locutus eſt mutus, ſoluto vinculo linguæ illius, magnificans Deum, & S. Bernardini merita præclariſſima digne commendans. In agro Senenſi Simo Joannis, de plano Caſtagnani, à nativitate mutus & ſurdus, ex multorum, meritis S. Bernardini confidentium, nutibus & piis pollicitationibus attractus, in Aquilam Civitatem devenit; & ab eis qui eum adduxerant in capella, ubi Sancti corpus requieſcit, ut Sancto ſe commendaret, nutu admonitus eſt. Ille autem jacebat ſedulus pluribus diebus ante tumulum, oſtendens ſigna magnę devotionis. Tandem pauperculo, fideliter pulſanti, aperta eſt janua divinæ pietatis; & ſoluto vinculo utriuſque infirmitatis, ſanus redditus ad propria remeavit.

Curantur muti & ſurdi tres.

ANNOTATA.

a *Idem refertur à Surio cap.* 62, *& appellantur mater,* Baturella; *vicina,* Maria Burgenſis; *vir incitans ad invocationem S. Bernardini,* Dominicus Vaſantis, tertiam S. Franciſci Regulam profeſſus.

b *Paucis refertur in priori Vita num.* 69 *inter moribundos, & dicitur poſtea* Bernardinus *appellatus.*

c *Extat apud Surium cap.* 63, *& maritus vocatur* Joannes *&* hoſpitale S. Ludovici.

d Inter miracula, ipſum, adhuc viventem quatuor mortuos ſuſcitaſſe legi *indicatur, in Ms. Rubeæ-vallis ſub finem cap.* 25, *& apud Surium cap.* 64.

e *In citata Vita num.* 69 *dicitur* Joannes, juvenis 24 annorum, filius Colæ ex Marerio oppido Aretii, *reliquis circumſtantiis omiſſis.*

f *In Ms. Rubeæ-vallis dicitur* Cola Antonii Silvicolio Benedicti de Rathamor Ficonenſis diœceſis, *niſi alius cæcus ſit. Apud Surium cap.* 69 Jacobus, ſurdus & mutus à primis vitæ initiis, peregre veniens ſanatur, quod multis aliis præſtitum eſt.

CAPUT VI.

Alii morbi varii curati. Vinum multiplicatum.

35 MArutia, uxor Mathutii de Aquila, à nativitate hinc inde claudicans, adeo deformiter ſe jactans, ut vix ambulare valeret, magna fide acceſſit ad tumulum B. Bernardini; & ſuper capſam ligneam, in qua jacebat ſacrum Beati corpus, extenſa, ſurrexit libera, recte ac libere ambulans, quæ viginti tribus annis clauda permanſerat. Jacoba Joannis Petrellæ de Nurſia, clauda à ſiniſtro latere, brachiumque habens paralyticum, patienſque oris deformem torturam, ita ut horrenda viſu appareret; ad urbem Aquilæ profecta, & Sancti patrocinium ferventi devotione invocans, quam primum ab omnibus prędictis langoribus meruit ſanari, & ad propria incolumis remeare. Nella Rutii Antonii de Oſeno, à nativitate

Sanantur clauda ſex

A nativitate clauda à ſiniſtro latere, ita deformiter cum ambularet ad terram tendens, ut monſtrum cernentibus videretur; ad ſacri corporis tumulum perveniens, & beati viri meritis & interceſſione libera, gratias Deo agens abſceſſit.

46 Joanna Mathæi de Podio Poponiſco, à nativitate ab utroque claudicans latere, per ejus matrem ducta ad beati viri tumulum, illius invocato patrocinio libera penitus effecta, & recte ambulans B. Bernardini meritis, ad propria remeavit. Marius Joannis de Comitatu Aquilæ, habens à nativitate tibiam ſiniſtri lateris altera breviorem per dimidium pedem, & inde deformiter claudicans; profectus ad ſacrum corpus B. Bernardini, humilique reverentia eidem inhærens, liber effectus, recte gradiens, Dei potentiam & Sancti merita collaudavit. Antonella, filia Angelutii de Tieno, Aquilani Comitatus, clauda nata & per ſeptem circiter annos claudicans, ut ne ulla quidem illi gradiendi facultas eſſet attracto corpore, ad Sancti tumulum deducta, ſuperque illum extenſa, integram ſtatim optatamque ſalutem recepit.

47 Perna, uxor Mathæi Petrucii de Aquila, quæ ſex annis adeo languida in grabato ſuo languerat, ut
B *paralytica quatuor,* oſſa ex juncturis exire viderentur, & adeo conſumpta ut nullatenus corpore pedibus ſeu manibus poſſet ſe movere; profundaque jam ulcera in carne ſua & renibus præſertim cernebantur, ex oris quoque gravi corroſione lingua illius loquendi officium perdiderat, nullo valens medicorum patrocinio ſublevari; delata ad corpus S. Bernardini, ſupplex ac devota, ex omnibus antedictis infirmitatibus ſanitatem conſecuta, læta & incolumis ad propria remeavit. Fuit Ritta Antonii Sabelli, de populo Valvenſis diœceſis, quæ per annos circiter triginta quatuor adeo languida jacuit, ut toto illius temporis decurſu nunquam ambulare aut ſeſe erigere valuerit; & ſi per alium erigi aut volvi contigiſſet, præ dolore flebiles emittebat voces: & quando de loco ad locum ſe movere conabatur, manibus pedibuſque ac toto etiam corpore reptans, ut ſerpens gradiebatur. Hæc impoſita jumento, in civitatem Aquilæ delata, & ſuper capſam in qua poſitum erat corpus S. Bernardini extenſa, omnipotentis Dei virtute & ſancti viri interceſſione, ſana facta, & omnem conſecuta proſperam valetudinem, immenſas Deo gratias agens, ad propria ſe contulit; magnificans opera Dei, qui talem viro ſancto dedit ſanandi poteſtatem. Domini-
C ca, puella quatuor annorum de Comitatu Albæ, à nativitate greſſu & loquelâ privata, emiſſo voto per matrem, quod ſi puella à tam acerbiſſimis morbis liberaretur, eamdem ad ſacrum tumulum deferret; cum hoc ſero mater voviſſet, ſequenti mane puella ſe erexit, ambulans ac loquens, perfectæ valetudini greſſus ac loquelæ reſtituta. Catharina, filia Franciſci Cancellarii, puella ſex annorum, cum à nativitate arida à cingulo infra, & adeo diſſoluta fuiſſet, ut nullo pacto à ſe ipſa ſurgere, aut recta ſtare valeret; manibus reptans, nates per terram trahebat. Pia vero ejus mater pluries infantulam ad ſacrum corpus Beati Bernardini deferre curavit, Deoque vovit quod ſi meritis Bernardini filia ſua ſanaretur habitum religionis ſancti viri eamdem per annum deferre curaret. Placuit Altiſſimo ſupplicantem pro filia matrem exaudire, & B. Bernardini interceſſione liberam filiam ita reddere, ac ſi nulla umquam fuiſſet infirmitate detenta.

48 Catharina uxor Maneti de Aretio, hydropiſis infirmitate detenta, corpus habens adeo tume-
hydropica tres, factum, ut ambulare aut dormire vix valeret; & à medicis admonita, quod illius brevis eſſet vita; cum devotiſſima eſſet S. Bernardini, ad illum ſe ſupplex contulit, devotaque illius ſuffragium pro ſalute corporis imploravit. Mulier vero, ipsâ ſequenti nocte levi arrepta ſomno, in viſione conſpexit ante ipſius lectum aſtantem B. Bernardinum, quem ſic allocuta ait: Quare, Pater ſancte, nobiſcum moriturus non acceſſiſti? Cui reſpondit ſanctus, quia hoc Dei conſilio actum eſt. Et ſequenti mane tumor ille evanuit, & incolume corpus reliquit. Margarita, uxor Petrucii Annati de Peruſio, hydropica, ad finem ultimum uſque deducta; cum accepiſſet quod quædam devota mulier haberet partem bireti ſancti viri, quam copulam appellant, magna devotione conſervatam; prædictam advocat mulierem, ſummis exorans precibus, ut eam dictæ copulæ parte conſignare dignaretur. Aſſentit mulier devota, illam ut optabat dictâ copulâ conſignans: quæ continuo, ſuperno adjuta præſidio, meritis glorioſi Bernardini copioſam aquam emiſit, & ſalva facta cum aſtantibus pariter Deum collaudavit. Antonella *a* Matutii de Aquila hydropica, pro cujus liberatione quamplurima fuere adhibita remedia, cum ab omnibus hac infirmitate moritura judicaretur, ad S. Bernardini præſidium ſe conferens, ad tumulum ſancti viri deferri poſcit, & ſuper cratem tumuli proſtrata, optatam
E conſecuta eſt incolumitatem.

49 Ganutia, uxor magiſtri Joannis Theutonici, in Aquila civitate habitantis, per multos annos *totidem patientes fluxum ſanguinis.* paſſa eſt ex anteriori parte continuum fluxum ſanguinis, adeo viribus exhauſtis conſumpta, ut nihil quaſi oculis conſpicere valeret: ac nulla medicorum ope convaleſcens, quadam die B. Bernardini ſuffragia imploravit: nocte vero ſequenti tali fuit viſione præventa. Videbatur enim ſibi quod apud ſepulcrum S. Bernardini reſideret, & ipſe Sanctus ſuper ipſius caput manum imponeret: quæ evigilans omnino ſe liberam ac mundatam invenit. In Civitate Aquilana Petrucius Patrochii, per annos fere triginta tres fluxum ſanguinis paſſus, multis ac variis remediis pro ſanatione adhibitis, nec humana valens ope liberari, emiſſo voto ad S. Bernardinum integram eſt valetudinē conſecutus. Petrucia, uxor Pauli de Aquila, quindecim annis paſſa fluxum ſanguinis, medicorum remediis nullatenus valens liberari; ad ſepulcrū S. Bernardini ſupplex ac devota perveniens, illiuſque ſe meritis & interceſſionibus commendans, optimâ functa valetudine exaudiri promeruit.

50 Jacoba, uxor Butii de Nurſia, quæ per triginta annos immundi ſpiritus invaſione moleſtiſſi-
F me aggravata, varia temporum viciſſitudine horrendos impetus agebat, ſtridens dentibuſque fremens, & ſe totam mirum in modum exagitans, ad- *Liberantur energumenæ quatuor.* eo ut vix octo homines eam tenere valerent; delata ad ſacrum S. Bernardini tumulum, in ſignum ſuæ liberationis, in gremio cujuſdam aſtantis Religioſi evomuit carbonem quemdam extinctum, ita vehementer calidum, ut manum recolligentis eum non aliter quam ſi ignitus foret ſupercalefaciebat: exinde libera permanſit, Deum glorificans priſtina vexatione ſublata. Monialis quædam monaſterii S. Agnetis, Ordinis S. Auguſtini de Monte-Leone, obſeſſa ab immundis ſpiritibus per decem & novem annos, quæ vitam ſuam ducebat in clamoribus & variis feralibuſque actibus; ad ſacrum corpus delata, beati viri meritis & interceſſione patrocinantibus, meruit à tam ſæva vexatione protinus liberari. Quædam alia mulier, Paciutia de Monte-Leone, ab immundis obſeſſa ſpiritibus, & ab altero laterum ab ineunte ætate deformiter claudicans; in civitatem Aquilanam deducta, & ſancti viri proſtrata tumulo, ab immundis ſpiritibus relinqui, & à claudicandi infirmitate, B. Bernardini interceſſione, tibiis mirabi-

liter æquatis, meruit liberari. Mulier quædam, Flora
EX MS. AQUIL. nomine, de Caſſia, à ſpiritibus immundis vexata & quaſi amens, in obliquum collum & os hinc inde jactabat: quæ etiam dexterum brachium habens incompoſitū, ad beatum Corpus delata, illiuſq; meritis liberata à ſpiritibus, tres carbones evomens, & in intellectu ſana, magnificans Deum ad propria remeavit. Genutia, uxor Mari de Aquila, quæ mira immundi ſpiritus preſſura aggravata, & per ſex annos obſeſſa, caput ad terram quandoque collidebat, & acerrima ſæpe vexatione illius membra exanguia præmortuaque cernebantur; ad S. Bernardini tumulum deducta, rejectis brevibus reliquiſque ſcripturis è collo pendentibus, magnificans Deum & ſancti merita, rediit liberata.

ſanantur paralytici quinque:

51 Angelella Joannis de Caſtro Franco, Reatinæ diœceſis, pluribus annis languida, nec valens ſe de lecto movere, aut quidquam manibus operari, membris diſſoluta, continua vexata paralyſi jacebat. Hæc in civitatem Aquilæ in capſa lignea delata, & ſuper capſam in qua corpus S. Bernardini quieſcebat extenſa, continuo conſecuta valetudinem liberata
b permanſit. Mulier quædam, *b* Sancta nomine, Aquilanæ diœceſis, quæ novem fere annis adeo paralytica
B exiſtens, ut tremulum caput neque vigilans aut dormiens ſtabile tenere valeret; ad tumulum S. Bernardini deveniens, eratemque ſepulcri contingens, ab ea illico qua detinebatur infirmitate libera, omnipotenti Deo & ſervo ſuo Bernardino gratias egit. Antonius Janutii, annis triginta magna trementis ac paralytici capitis vexatione gravatus, mirabilia quæ operabatur Deus per virum ſanctum Bernardinum accipiens, in nocte magna fide ad ſepulcrum illius perveniens, ipſius ſancti meritis optatam conſecutus valetudinem, Deum collaudavit, extollens pariter Sancti merita evidentiſſima. Chriſtophorus de Montepolo de Farfa, per annos tredecim jacens paralyticus, & adeo conſumptus ut potius ſemimortuus quam vivus videretur; ſumma devotione accenſus, ad ſancti viri tumulum perveniens, ſanus effectus eſt, & incolumis ad propria remeavit. Sebaſtianus de Sabina, à pueritia paralyticus & aridus, ac à ſiniſtro claudicans latere, meritis Sancti confiſus, ad illius deveniens monumentum, ſupplex ac proſtratus, ſancti viri meritis utriuſque morbi valetudinem conſecutus, omnipotentis Dei magnalia collaudabat.

mundantur leproſi duo

52 Antonius Camerino, Bitonti habitator, ſævæ
C lepræ morbo percuſſus, & adeo acriter maculatus, ut non ſolum à vicinis, ſed à domeſticis quibuſcumque vitaretur, & in remotis leproſis ceteris vitam agentibus aggregaretur; exhortatus à quodam ſuo amiciſſimo ut ſe B. Bernardino commendaret, ad ſacrum B. Bernardini tumulum votum emiſit; & Aquilam deveniens, confeſſus ſacraque ſumpta Communione, corpus Sancti devote viſitavit; & aliquibus diebus ſupplex ac proſtratus perſeverans, ſancti viri meritis ac interceſſione, à lepra penitus mundari meruit; & dans gloriam Deo, ad propria rediens, ſanus & mundatus omnino perſeveravit. Dominicus de Caſtro-Franco, apud Conſentiam civitatem Calabriæ, evidentiſſimo lepræ morbo infectus, & in quadam corporis parte acriter ulceratus; ſentiens mirabilia, quæ meritis S. Bernardini operabatur Altiſſimus, maxima cum devotione Aquilanam civitatem deveniens, ſancti viri tumulum proſtratus viſitavit; eidemque ſe magna fide commendavit; & aliquibus diebus devotus perſeverans, ab ulceribus cœpit ſanari, & quaſi ſquammæ à carne & cute illius defluebant: ac paucis inde diebus ita perfecte mundatus eſt, ut neque cicatricis alicujus veſtigium appareret; effectuſque ſanus gratias Deo egit, & Sancti merita quibus potuit præconiis extollebat.

53 Quidam Ricardus Micutii de Aquila, per annos tredecim adeo horribiliter morbum caducum paſſus eſt, ut frequentiſſime cadens acriter torqueretur; qui magna devotione ad Sancti tumulum de- *curantur* veniens, unaque nocte in capella orans ac perſiſtens, *epileptici* in qua ſacrum corpus jacebat, ab epileptico morbo *quatuor:* Sancti meritis & interceſſione meruit penitus liberari. Blaſius Petri de Rocca Cucere, qui adeo epileptico morbo laborabat, ut omni pene die in terram miſerabiliter cadens ſterneretur; ad viri ſancti corpus deveniens, & ante tumulum magna fide proſtratus, illico eſt curatus illius meritis & interceſſione. Frater Ambroſius de Ungaria, Ordinis Minorum, epileptico morbo aggravatus, adeo ut in menſe ter aut quater ad minus cadens torqueretur, audiens mirabilia Dei ex meritis S. Bernardini à quam pluribus prædicari, vovit omnipotenti Deo, ſe, cum ſuorum tamen licentia Prælatorum, beati viri corpus viſitaturum, ſi illius interceſſione liberari mereretur. Mirum! quippe de cetero nunquam poſt voti emiſſionem quidquam morbi illius moleſtiæ perſenſit, & perfecte ſanus effectus, gratias agens Deo, votum devotiſſime perſolvit. Lucia, Franciſci de Reate filia, epileptico morbo graviter oppreſſa, cujus mater E votum emiſit, ut ſi meritis S. Bernardini filia ſanaretur, ad ſacrum ejus tumulum eam deferret; numquam in poſterum talis morbi vexationem perſenſit: ſed perfecte curata, & ad ipſius tumulum deducta, Deum magnificans & extollens Sancti merita, ad propria remeavit.

Vino in terram effuſo vas repletur ſemel

54 Cum Paulus Lucæ, civitatis Reatinæ pauperculus, tempore vindemiæ octo tantum barilia vini cum dimidio vel circa collegiſſet, & in parvula vegete collocaſſet; ipſeque Paulus in cuſtodiendis gregibus animalium extra civitatem vagaretur; porcus, quem domi nutrierat, ad vegetem deveniens, turachium ſeu ſpinam vegetis dentibus abſtraxit, & maxima pars vini defluxit. Quod comperiens Vanutia dicti Pauli uxor, perterrita nimis, furorem mariti timens, votum emiſit, quod ſi Dei virtute & meritis B. Bernardini provideretur, ut furentis mariti convitia & verba fortaſſe evitaret, ad corpus ſancti viri viſitandum ſe conferret. Factum eſt autem ut ad vegetem rediens anxia mulier, eam ad ſummum uſque plenam inveniret: quod mirandum conſpiciens convicinis propalavit. Ex tunc accurrentes quam plurimi de dicto vino infirmantibus bibendum offerebant, & ſanabantur: de quorum numero Antonius F Calamandi, ab unius oculi cæcitate curari meruit, poſtquam cæleſti dicto vino oculum linivit. Mirum! quippe nulli petenti denegabatur vinum iſtud. *& iterum.* Cum autem viginti duo barilia ex vegete verâ æſtimatione extracta fuiſſent, & vinum amplius non exiret: accurrentes quidam & magna devotione expoſcentes ſaltem guttam unam illius cæleſtis vini; invenerunt ita abundanter iterum ex vegete illa vinum defluere, ut vero omnium judicio poſtea ſex barilia concurrentibus & petentibus diſtribuerentur. Amen *c.* c

ANNOTATA.

a *In Ms. Rubea-vallis*, filia Mathuſii per duos annos hydropica.

b Sancia uxor Buccarelli de S. Eraſmo. *Idem Ms.*

c *Sequebatur atteſtatio* Cæſaris de Giptiis Notarii, *fidem facientis*, *quod* extracta eſt præſens copia à quodam libro, in charta membrana ſcripto, in quo inter alia reperitur deſcripta Vita D. Bernardini: & quod penes Reverendiſſ. Guardianum monaſterii Aquilani modo liber prædictus aſſervatur: *atteſtantibus eidem Cæſari, ut* Regia auctoritate Notario, viro probo ac legali, *per ſuum* Cancellarium Vincentium Ceſura, Ca-

A Camerario & Magiſtratu Magnificæ civitatis Aquilæ, die penultimo Aprilis, MDLXX Dominicæ Incarnationis anno.

VITA I ANTIQUIOR

Auctore Bernabæo Senenſi coævo.

Ex Ms. Franciſci S. R. E. Card. Barberini.

PROLOGUS

AD ALPHONSVM REGEM.

1 SAnctiſſimæ Regiæ majeſtati Alphonſo, Dei gratia Regi Aragonum, Siciliæ cis & ultra Pharum, Barnabæus Senenſis, ſervulus ſuus, felicitatem dicit. Vetuſta ſane ac laudabilis antiquorum omnium, Sereniſſime Princeps, adhuc conſuetudo viget, ut hi qui litterarum ſtudiis diu inſudaverint, laborum tandem vigiliarumque ſuarum opuſcula ad Principes ſcribere conſueverint: non ut ſua doctrina eos ſapientiores aut prudentiores effici velint; ſed ut potius benevolentiam eorumdem nanciſcantur, atque ex ea eorum oratio aliquid majoris auctoritatis conſecutura ſit. Ego igitur hunc priſtinum morem ſecutus, hoc opuſculum, lucubrationum mearum teſtimonium, in quo Beatiſſimi Fratris Bernardini totius bene actæ vitæ geſta ſcribuntur, ad Sereniſſimam Majeſtatem tuam dare ſeu offerre decrevi; à qua ſummam gratiam me conſequi mire confido, ſperoque hunc meum libellum, tua potiſſimum cauſa, majorem auctoritatem poſteris relaturum. Quod profecto munus, contemplatione ejus ſanctæ & integerrimæ vitæ, tum etiam tua ampliſſima erga omnes manſuetudine, tibi (ut ſpero & opto) gratum jucundumque fore [confido]. Reliquum eſt, Deus ipſe immortalis, quidquid vitæ tuæ ſuperſit, fauſtum, felix, fortunatum perficiat. Vale. Ex Sena Kal. Aprilis MCCCCXLV.

Regi Alphonſo inſcripta Acta

ut major eis accedat auctoritas.

B

CAPUT I.

Ortus, vita monaſtica, virtutes Cardinales & Theologicæ.

C

2 BErnardinus, qui ob res ejus ſanctiſſime geſtas, in omni vita ſua Beatus habitus eſt, civis a Senenſis (quod antiquiſſimum eſt Hetruriæ oppidum, & per univerſum orbem fama vulgatum) ex nobiliſſima familia Albizeſcorum oriundus fuit; cujus b pater ſummæ probitatis Tullus vocabatur. Ejus vero mater, ex b Maſta Senenſium municipio orta, ut primum matura fuit à parentibus Tullo civi ingenuo nupta traditaque eſt; ex eoque gravida facta, filium enixa eſt, cui ab iis Bernardini nomen impoſitum fuit: qui ubi pueritiam caſtiſſimis & optimis moribus educaverat, avidiſſime ſeſe ad litterarum ſtudia contulit, optimoſque habuit ſuæ tempeſtatis præceptores. Ceterum brevi temporis ſpatio, reliquos ætatis ſuæ condiſcipulos latinis litteris ſuperat. Sed ubi jam ſua ætas vigeſimum c primum annum attigerat, ad Religionem S. Franciſci, relicto ſeculo hoc mortali, ſe contulit; & à Sancto quodam viro, cui Joanni Riſtorio nomen erat, Fratre ejuſdem Ordinis, Religioſis veſtimentis indutus eſt. Ibi vero anno revoluto in ſolennitate d Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ matris Domini, profeſſionem ſpontaneam efficiens, obedientiam, paupertatem, caſtitatemque vovit. Sed in primis omnia ſua bona pauperibus, amore & caritate Dei motus, elargitus eſt; integram inviolatamque animam ſervans, ex ſententia graviſſimorum virorum, qui ſecum familiariter domeſticeque vixerunt. Illum quippe affirmare auſi ſunt, pudiciſſimum fuiſſe, atque virginitate ornatiſſimum per omnem vitam permanſiſſe.

Nobiliter natus

& litteris eruditus,

Ordinem S. Franciſci profitetur

A. BARNABÆO. EX MS.

3 Quem quidem virum omnes virtutes comitatæ ſunt. Nam ſi de juſtitia (quæ eſt virtus, per quam ad alterum quemquam ſe recte habere ajunt) loqui aliquid volumus, nemo vir melior neque juſtior reperietur. Principio enim Dei cultum reliquorumque Sanctorum ita pie religioſeque ſervavit, ut non injuria juſtiſſimum audeam dicere. Præterea erga patriam ſumma fuit cum pietate tum etiam caritate devinctus: illuc ſpem omnem ac deſiderium contulerat: ibi in monaſterio magnam fere ejus vitæ partem agens, complures de moribus libros conſcripſit; nec minus civitati profuit otioſus, quam quotidianis ſuis admonitionibus, quibus præter ceteros omnes valebat. Itaque & ſeditioſas in Republica partes ſuis admonitionibus compreſſit; & cives varie de republica ſentientes, unanimes concordeſque fecit; inimicitias & odia, in animis civium inveterata, in pacem benevolentiamque convertit; & uſque adeo familiari ejus ſermone animos hominum, quos quotidie conveniret perſuaſit, ut una omnium civium mens atque idem animus videretur. Itaque ſemel cum in frequentem Senatum veniſſet, cives quos antea ſolos conveniſſet, eo die univerſos peracri quadam oratione allocutus eſt; idemque omnibus faciendum dixit, quod jam unicuique privatim perſuaſerat. Itaque ejus civitatis ſtatus in perpetuum confirmatus ſolidatuſque eſt, ſi cives in futurum (quod Deus omen avertat) non inter ſe pugnare, ſed ab hoſtibus rempublicam pari ſtudio ac laboribus vendicare velint. Si etiam de fortitudine dicere volumus (quam Peripatetici pericula ſubire dicunt) qualis & quanta periculorum ejus pro fide & religione ſervanda voluntas fuiſſet, adverſitates quas modeſtiſſime tulit [declarant]. Verum hoc ſcilicet teſtimonium dare in hac præclariſſima virtute videtur, quod conſtantia maxima perſeverantiaque fretus, nulla pericula pro religione augenda adire umquam recuſavit.

juſtitiæ tenax erga Deum & Sanctos,

patriæ imprimis conſulit.

fortis in adverſis,

4 De temperantia (quæ quidem virtus circa guſtus & tactus omnemque rem veneream verſatur) in eo ſancto & modeſto viro, quid præſumere aut vaticinari mente animoque noſtro debemus? Primum enim cum mulieribus nullum commercium, nullum colloquium, niſi publice, habere unquam auſus fuit, ne aliquo modo contagio earum ipſum tanta virtute perfectum commacularet. Cibum vero & potum ad ſobrietatem, quoad naturæ ſatisfactum putaret, accipiebat. Jejunia etiam numquam ipſum præteriſſe, ſua in ſancta & immaculata vita reperitur, quamquam ipſe natura non nimis robuſta fuiſſet. Quarum quidem rerum innumeri teſtes exiſtunt, præcipue qui ſecum quotidianum uſum continuarunt; quorum teſtis fideliſſimus fuit optimus vir per totam vitam ſuam Frater e Vincentius Senenſis, ejuſdem Religionis Frater, qui ſecum vigeſimum ſeptimum annum in honeſtate & ſanctitate morum vixit, & numquam à latere ſanctiſſimi veri diſceſſit: qui certe ſi poſt mortem illius ſupereſſet, multa miracula, quæ ſibi ſoli nota erant, cum ſumma laude illius viri manifeſtaſſet.

abſtinens à converſatione cum fœminis,

F

ſobrius in cibo & potu,

e

5 Prudentem vero eum, præter ceteros noſtræ tempeſtatis homines, facile ab omnibus judicare eſt. Siquidem hoc ſane liquidum appareat, quod cum ſæpiſſime plerique homines eum virum ſummis laudibus celebrandum callide ambirent, ut aliquid aliquando ex eo auditent, in quo eum perverſe capere

prudens;

A. BARNABÆO. EX MS.

possent, ut ita primum eos cognoverat, ut facile ab eorum insidiis cavere potuerit. Erant enim in eo viro consilia prudentissima; nam præsentia, cum præteritis comparans, quidquid futuri accidere poterat præmeditabatur; & exinde omnes casus, sive adversos sive prosperos, æquo animo & generoso perferre dedicerat. In qua quidem virtute tantum floruit, ut ferme omnes amici & benevoli sui, de omnibus fere rebus, prudenter consilium caperent. Belli autem inimicissimus, pacis vero amantissimus omnium fuit. Tanta quippe de eo viro apud Italos Principes opinio fuit, ut eum crebris legationibus exposcerent; ut omnia sua oppida, quæ in ditione haberent, in pace confirmarent: ipse vero eos libentissime, ut eorum justæ petitioni satisfaceret, adibat: unde seditiones omnes atque discordiæ, opera sua sanctissima, sopiebantur. Quare cum aliquo iter haberet, coloni atque oppidani, eum in eorum oppidis, ut ab eo sanctam doctrinam audirent, retinere conabantur. Credo equidem, similis ac talis fuit olim Apostolorum concursus, tanta Dei virtute & gratia repletus erat. Docebat enim rusticos, grosso modo & per figuram quamdam, bene beateque vivere: sic enim demonstrabat, prædicabatque. Itáque sibi
B difficile erat gressum per oppida & villas coloniasque habere. Si de amicitia (quæ bene vivendi electio vocata est) aliquid dicere volumus, omnes Italici Principes eum summopere dilexere. Sed inter ceteros Serenissimus Rex Aragonum Alphonsus in eum Sanctum virum benevolentiam maximam habuit; qui statim post mortem suam ad Romanum Pontificem Eugenium Papam Quartum epistolam, tum de miraculis suis, tum de sanctissima vita narrantem, misit: quæ quidem his verbis notata est.

ac providus

auctor pacis,

quoscumque pro suo captu docens,

amatur à Principibus, & Alphonso Rege,

6 Sanctissimo Domino nostro Papæ Alphonsus Rex Aragonum, Siciliæ eis & ultra Pharum, recommendationem dicit. Commendavimus sæpe numero nostras per litteras Sanctitati vestræ quam plurimos, quos vel eorum dignitas aliqua vel spectata virtus ac merita commendandos esse postulabant; sed his tamen, quales pene innumerabiles habet quotidiana hæc mortalium vita & usus, nec ultra eam conditionem aut nobis commendare, aut Sanctitati vestræ commendatos eos accipere licuit; in præsentiarum vero, cum Aquilæ, Fratrem Bernardinum tot miracula, totque generum edere, omnium inde advenientium fama constet, quæ sunt testimonia vitæ sanctæ,
C quam in terris agebat; Sanctitatem vestram supplicite oramus, ut illum canonizare, & inter Ecclesiæ Sanctos consecrare dignetur. Adsunt Italiæ populi, adsunt Principes, adsunt Respublicæ, adsunt denique cujusque sexus, ætatis, gradus, & conditionis homines; qui ante ipsius Sanctitatis vestræ pedes prostrati, ut id facere dignetur, precibus, supplicationibus, votis, una voce unoque consensu petunt & orant. Adest hæc ætas, hominis Divini meritis illuminata, & glorians quod illum temporibus suis videre contingat, qualem antea multis jam seculis non licuit. Adest quoque æterna & cælestis gloria, quæ ipsam Sanctitatem vestram ad id faciendum quasi jure suo compelliit atque invitat; ut sicuti, per tot ac tanta evidentissima per eum edita miracula, illum Beatum Dei Sanctum in cælis glorioßissime canonizatum esse ostendit; ita Sanctitas Vestra in terris exequatur, & sicut Domino placuit, ita factum est. Almam personam vestram & conservare & extollere dignetur omnipotens Deus noster in regimine Ecclesiæ sanctæ suæ. Ex Neapoli XIII Kalend. Septembris
f MCCCCXLIV *f.* Item ipse Serenissimus Rex Colegio Cardinalium epistolas de hac re scripsit, & quinque aliis Cardinalibus, orando & precando eos, ut sanctum hunc virum in Catalogo Sanctorum, eorum operâ haberi faciant.

qui ejus Canonizationem postulavit à Papa

& Cardinalibus.

7 Qui quidem vir beatus, cum in sermonem inter
D loquendum Regia de victoria urbis Neapolitanę jucunde incidisset, hæc verba habuisse dicitur, dum pro solatio & consolatione sua, in hortulo quodam Monasterii sui prope Senam, ad primum lapidem erat, cum discipulis suis. Hæc nova meliora sunt, quam reliqua futura, nostra pro patria, & libertate tuenda. Cur hæc tam alacri vultu loqui ausus fuit? Credo equidem, in Deo atque in spiritu Domini, vidisse eum futuram nostræ patriæ ab hostibus liberationem non dubiam. Cum g Philippo Maria Principum Principe tanta familiaritate & amicitia conjunctus fuit, quanta maxima dici potest cum exteris nationibus, etiam in his locis, ubi Sancti viri religiose existunt atque inhabitant. Romanus etiam Pontifex eum virum, in ejus vita & post mortem, Sanctum appellare solitus est. Inter barbaras vero nationes sua optima fama crescebat indies. Si quidem de liberalitate aggredi volumus; aut aliquid in hac laudabili virtute de eo sancto viro dicere cupimus; primum omnia bona sua, quæ ampla satis erant, pauperibus, juxta Euangelicum dictum, dedit. Cujus rei experientia manifestissima jam dudum apud Insubres Mediolani extitit; quoniam cum
E illic primum orationem, de amanda ac conservanda paupertate, ad populum illum innumerum habuisset; magnam vim auri Philippus Maria Mediolani Princeps Illustrissimus dono offerri sibi liberalissime fecit, quam vim pecuniæ sibi erogatam cum ipse alacri vultu acceptasset, statim loca captivorum petivit: captivosque omnes, pro quantitate sibi erogata, qui alieno ære tenebantur, ex vinculis relaxari fecit. Illud cum totam per urbem innotescere cœpit, [populus] paupertatem, quam ipse tantopere prædicando laudavit, ad cælum miris prædicationibus extulit. Magnificus, ultra consuetum morem mortalium, & ipse maxima cum gloria suæ dignissimæ laudis repertus est: quoniam ut Peripatetici Philosophi rectissime ajunt, cum plura officia magnificorum virorum supersunt, præcipue tamen in ædificandis reparandisque templis ad honorem Sanctorum; quarum rerum testis Papia civitas, ubi templum ornatissimum, prope
F mœnia, quod Monachi S. Francisci piæ incolunt, ædificari curavit; testis est Mediolanum, ubi denuo templum sancti Angeli juxta civitatem pulcherrimum ab eo conditum apparet; testis est universa provincia Galliæ Cisalpinæ, ubi regionem incolunt Ligures, Insubres, Boi, Cenomani, Euganei, Veneti, quibus quidem in locis plusquam trecenta Monasteria condita, auctore Beato fratre Bernardino Senensi, sunt.

sic etiam aliis Principibus carus,

g

pecuniam oblatam captivis redimendis expendit:

extruit 300 monasteria:

8 Magnanimus inter omnes mortales fuit; nam in prosperis mitissimus erat, in adversis autem se recte ferens, omnium mortalium constantissimus habebatur. Magna & honorabilia pro religione servanda appetens, omnia humana caduca, & mortalia infra se posita existimabat. Summum enim bonum in actione virtutum cælestia contemplando locans, vitam contemplativam optimam esse veris rationibus comprobavit, juxta Euangelistam, Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima, porro unum est necessarium, Maria autem optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. In vita vero ac communi conversatione mortalium, cum necessarium sit jocus & ludus, [opus est ut] eorum actiones mediocritate metiantur; quoniam joeus in verbis cum jocunditate, honeste ad tempus, gratia fugiendi laborem, versatur; ludus vero in actibus, in eodem modo secundum personarum decentiam reperitur; quibus in rebus qui recte se & bene habet, jocundus, comis & urbanus nuncupatur: & circa hæc omnia qui cum moderatione se gerit, rectissimus atque hone-

contemplationem amans,

nihilominus comitate excellit.

Rissimus

A ſtiſſimus ab omnibus putatur. Quarum quidem rerum uſum hic vir Sanctus ad utilitatem hominum, domeſtice & jocunde ſuſcipiebat: quoniam rurſus earum rerum una circa veritatem, altera vero circa communem uſum vivendi virtuoſe magna cum moderatione verſatur. Quamobrem, & ipſe his rebus ornatus familiariter, ut res & tempus poſtulabat, cum omnibus hominibus laudabilem vitam tenebat.

in fide prædicanda conſtans, nomen Jeſu inculcat.

9 In fide quis melior eo aut ardentior? quam quidem per univerſam Italiam, ipſe tuba ſuæ reſonantiſſimæ vocis prædicavit, nomenque Domini noſtri Jeſu Chriſti coram Principibus & Regibus manifeſtare audebat, ut tanta in veneratione illud Sanctum nomen ipſo prædicante Chriſtiani habuerint, ut nullo modo vel litteris vel oratione exprimere quis poſſit. Credo equidem, nec mihi vana fides in hac re tam mirabili extat, ſuo ſinceriſſimo cordi, puriſſimoque aureis litteris nomen hoc Jeſu ſculptum fuiſſe; ita frequentius, ita firmius ex ore ſuaviſſimo ſuo, cum dulcedine ac ſuavitate quadam reſonabat. Spes autem, qualis & quanta in eo viro extitiſſet, quis unquam exprimendo dixerit? Virtutes enim ſuæ de hac re verum teſtimonium dare viden-

B *ſpe plenus,* tur. Nam in Deo omnis ſpes ac deſiderium ſuum ipſum poſuiſſe, omnes una mente, una voce fatentur; à quo ſane adjumentum ad utilitatem hominum ſuſcepit, & quibusvis in rebus fortiſſimum militem in bello vitiorum ſeſe conſtantiſſime præbuit. Erat enim virtutum amator, malorum & vitiorum exſtirpator, bene autem faciendi hortator maximus; ut exinde mortales, quamquam proclives ad malum, ad bonum expetendum totis viribus ſui cauſa ſe ipſos direxerint. Arbitror equidem, quod in caritate

& caritate perfectus, Dei nullus tam ardens unquam extitit: neque in hac virtute quempiam [eo perfectiorem] ullo pacto reperire eſt. Enimvero ſi quis aliquam moleſtiam patiebatur, tali quoque incommoditate etiam ipſe affectus erat. Nam in Chriſto proximum diligebat. In omni vero ſapientia & doctrina, mira quadam diligentia florens, divinarum humanarumque rerum ſibi cognitionem adeptus eſt. Hunc virum, omni virtute præditum fuiſſe, & omnia cæleſtia ac divina

atque omni virtute præditus. cognoviſſe, cuncti mortales fatentur: quoniam quæ ſurſum ſunt contemplabatur, quæ autem deorſum ſpernebat. In qua quidem re ipſe Deo fretus, ad ea quæ immortalia ſunt totâ mente animum ſuum di-

C rigens, divinus in hac miſerrima vita mortali apparebat. In omnibus vero ſcientiis acutiſſimus fuit, ut cauſæ rerum omnium ſibi notiores exiſterent, juxta Maronis carmen,

Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas.

Intelligentiis perſpicaciſſimus, & quidquid intus intellectus ſapienter apprehendebat, in dulciſſima oratione ſua, facilius omnibus enodabat. In arte vero, quæ recta ratio factibilium habita eſt, doctiſſimus præter opinionem hominum evaſit: ſuæ enim res, ab eo diligentiſſime manufactæ, teſtimonium oſtendere, & demonſtrare dilucide videntur. Inſtrumenta quædam organea [ab eo fabricata] extant. Majuſculæ & delicatiſſimæ litteræ ſuæ ſuperſunt; & quædam alia, quæ honeſte delectabilia ſunt, [oſtendunt] ut in otio cum dignitate maxima vitam degerit.

ANNOTATA.

a Hic quamquam in civitate Maſſa ortus ſit, urbis tamen Senarum civis extitit, unde ex paterno ſanguine generoſam procerum propaginem duxerat. *Ita S. Antoninus & alii.*

b Maſſa in Senenſi agro & ab urbe ipſa diſtans miliaribus 30, *apud Capiſtranum. Eſt autem verſus Populonium ſeu Plumbinum, cui in Epiſcopali Sede ſucceſſit.*

A. BARNABÆO. EX MS.

c *Imo anno ætatis 22 abſoluto, in feſto Nativitatis B. Mariæ quo natus, habitum aſſumpſit.*

d *Imo Nativitatis, ut alii habent.*

e Vincentius *hic obiit anno 1442, fere biennio ante S. Bernardinum, inſcriptus Martyrologio Franciſcano Arturi ad diem 20 Auguſti.*

f *Elapſis tunc ab obitu tribus ſolum menſibus. Ipſa autem miracula infra huic Vitæ ſubjunguntur.*

g *Philippus Maria Dux Mediolanenſis præfuit ab anno, 410. Quem ad huc viventem Auctor mirifice laudat. Mortem ejus infelicem, quæ contigit anno 1147 deſcribit S. Antoninus, tunc Archiepiſcopus Florentinus, par. 3 tit. 22 cap. 11 §. 17.*

CAPUT II.

Conſtitutio naturalis. Amor erga Deiparam. Loca plurima concionibus illuſtrata.

10 FUit autem inter reliquos mortales mediocri ſtatura, recta tamen; vultus rubicundus, alacritatem præ ſe ferens atque animum gravem, pulcra facie atque aſpectu quidem veneranda: ſermo purus ac dilucidus, vox ſonora, grandia latera, potens cum reſonantiſſima voce oratio, cum dulcis & ſuavis, tum etiam triſtis & gravis, & ita flexibilis, ut eam quocumque vellet facile contorqueret. Vitâ quippe integerrimâ, moribus honeſtus, continentia temperatus, innocentia vero puriſſimus, miſericordia ſumma cum pietate imbutus, potius divinus quam humanus putabatur. In ſuggeſto vero terribilis vitiorum deteſtator, in quotidiana converſatione ita affabilis & gratiæ plenus, ut quaſi Angelus Dei putaretur. Maxi-

E *Habitu corporis venerandus,*

& ſcientia inſtructus, ma etiam humilitate repletus, benignus audiendo, in dicendo graviſſimus & facetus; humanarum, divinarumque rerum ſibi cognitio vigebat. Quin etiam Poëtas & Oratores diſcens, cum jam hujus humanæ vitæ pertæduiſſet, ad ſacras litteras ſeſe tota mente contulit; ex quibus tantum fructum accepit, ut in præclariſſimum quamprimum Dei prædicatorem evaſerit: poſtremo omnem Italiam quotidianis prædicationibus, quaſi quadam ſanctiſſima ac divina eſca, educavit cibavitque. Sua vero in patria primum

in prædicatorem eximium evaſit. prædicans, cives benigne, populumque rectas actiones docere cœpit; in qua quidem potius integerrimam vitam ſuam, quam accuratam orationem prædicando demonſtrabat. Quod cum plurimos perfeciſſet annos, in ſacris litteris hiſtoriiſque ultra opinionem omnium doctiſſimus floruit; familiares enim ſibi ſacri Canones erant, ex quibus Chriſtiana religio ordinata eſt. Quibus rebus ipſe armatus, hoſtem accerrimum adverſus deſideria carnalia, & illecebras atque voluptates ſeſe præbens, protinus de hoſtibus victorioſe triumphavit.

F

11 Per omne reliquum vitæ ſuæ tempus devotiſſimum ſanctiſſimæ ac beatiſſimæ Virginis Mariæ *devotus erga Deiparam Virginem,* extitiſſe, facile omnes mortales una mente atque uno ore firmiter conſentire videntur: de cujus laudibus cumplures libros deſcribens, eam tanta virtute & gloria ornavit, ut audientes prædicationes ſuas in hac re tam pulcherrima miro quodam modo obſtupeſcerent. Quoniam nemo (pace omnium dixerim) ante noſtram ætatem ita eleganter, ita eloquenter, ita ornate, ita graviter hanc rem, carmine vel oratione ſoluta tractaverit, libri quidē ſunt in manibus. Eſt & quidem in pariete ulterioris januæ Camilliæ in urbe Senenſi, imago quædam ſanctiſſimæ Matris Domini Jeſu Chriſti, quæ ita pulcherrime & ornatiſſime picta eſt, ut non ſine magna admiratione reſpicientes diſcedere poſſent: quam ipſe ſemel in die

imaginem ejus Senis quotidie inviſit,

videre

videre seſe non satiabat. Sed ubi socii ejus per viam Camilliæ ambulantem videbant; Quo tenes iter? interrogabant. Respondebat autem. Ad amicã meam videndum vado, quæ mihi omnium pulcherrima cordi est; quæ quidem potius idea quædam summi boni exemplarque extat: in quam quidem picturam tantum animus suavissima contemplatione affectus erat, ut se in Beatorum cœtu contemplando esse arbitraretur.

A. BARNABÆO. EX MS.

a 12 *a* Quinque præterea jam sunt elapsi anni, quod hujus rei miraculum in urbe Aquilana ipso prædicante, matremque Domini nostri Jesu Christi laudante, cum eo loci inclitus Rex Rainatus, omnisque plebs ac primates Principes regni adessent, evidentissimo ac manifestissimo signo apparuit. Stella enim in ascensu solis die illustri refulsit: quam omnes simul cum Rege videntes, attoniti stupidique mansere. Erat autem contra faciem suam opposita, quæ sane per purissimum aërem descendens, prope se, mirantibus cunctis, evanuit. Signum hoc evidentissimum fuit, quod Mater Domini nostri, tanta claritate radiorum refulgens, hunc virum, religione insignem, pietateque præcipuum, omnibus præsentibus demonstrare voluit, sibi filioque unigenito suo gratuitum esse; & in ea urbe illius mortem futuram, talibus signis fore postea celebrandam, ut exinde lumen progrederetur, ex quo quidem universus orbis terrarum tanto splendore, & lampade illuminaretur. Sed cur magis vel potius in Aquilana urbe, si quis forte dicere vellet, mortem obire voluit, quam in quavis alia? Credo equidem, omnes simul respondebunt; Aquila nihil aliud significare vult aut intendit, quam altitudinem seu mentis elevationem. Nam Aquila, plusquam cetera animalia volatilia alte volans, in radiis solaribus, magis & efficacius oculis penetrare videtur: hoc enim demonstrare intelligitur, hunc virum, longe ante alios spiritu Dei ductum, ad altissima supernaque contemplanda natum esse, juxta Philosophi sententiam, Non, cum simus mortales, mortalia curare debemus; sed quantum fieri potest ad immortalitatem anniti, & omnia facere ut vivamus, secundum optimum eorum quæ in nobis sunt.

& stella ad ipsum descendente honoratur Aquila.

Invitatus à variis Principibus & urbibus Italicis,

Quem quidem quasi universi Principes Italici, ut ante dictum nobis est, crebris legationibus adhuc eo vivente, ut ipse eos adiret, solicitabant; quoniam facile arbitrabantur, ipso prædicante atque verbum Dei nuntiante, in benevolentiam suam reliquam populi multitudinem redigere. Quod cum urbes, quæ Rempublicam gerunt, perficerent; non solum pacatæ atque tranquillæ erant, verum etiam religiose Christianeque vivere & honeste didicerant. Nam & mores ejus castissimi, & sua in omnes pietas singularis tantæ auctoritatis erat, quod omnes eum tamquam summi boni exemplar intuebantur. Quamobrem & vitia deponere virtutesque amplecti libere jam cupiebant.

C

prædicat in Tuscia,

13 Civitates etiam, quæ ipsum summopere dilexere, his nominibus nuncupantur: Veneti, Genuenses, Bononienses, Florentini, Lucenses, Perusini, Anconitani, & hi qui Senenses de genere suo in Tuscia nuncupantur. Tuscia enim idem est quod religio superiorum. Nam Tusci à thure originem duxere, quo antiquitus Deus vetusta religione honorabatur; & tanta veneratione provincia Tuscorum olim apud exteras nationes erat, quod volentes docere natos suos religionem, in Tusciam eos mittebant; quibus temporibus duodecim populi eam incolebant, videlicet *b* Fesulani, Pisani, Populanienses, Volaterani, Massani, Saturnii, Clusini, Perusini, Aretini, Cortonenses, Lunii, Cæretini. Nec mirum igitur si in hac vetustissima omnium matre provinciarum hic vir religiosus, & sanctus habitus est: quibus in locis mirabiliter maxima cum utilitate prædicans, tranquillæ pacificeque permansit. Primum vero mirabilis gloria suæ sanctæ prædicationis in Gallia Cisalpina apud insubres Mediolani celeberrime crevit, ubi Philippus Maria Principum Princeps eum summopere, non solum dilexit, sed unice amavit; in quo quidem loco uti vir sanctus putabatur: illic enim multiplices discordiæ illius magni populi sopitæ Divina virtute propitia fuere. Exinde descendens, ad Ligures profectus est; ibi vero ab intestinis bellis, sanctis suis prædicationibus, cessarunt. Savonam deinde, Albengam, totumque littus Genuensium visitans, religiose ac honeste vivere, concordique voluntate in Deo, illos instruxit: quoniam præsentia tanti viri miro quodam modo convaluit. Inde ad plures urbes & oppida proficiscens, nomen Domini prædicans, mirabilius ad bene beateque vivendum illic omnes accolas direxit. Tandem Papiam, urbem prope Ticinum fluvium sitam, venit: ubi cum Catone Sacho, Juris-consulto præstantissimo, amicitiam maximam contraxit: ubi eum cives benigne & grate, ut sanctitas sua merebatur, receperunt, ac solennirer templum ad primum lapidem fabricaverunt; moresque, ab eo illic devotissime instituti, iis in locis ab omnibus frequentantur.

D

Insubria,

E

14 Sed ubi Mediolanum secundo tam optatus desideratusque ipse Dei nuntius venisset, tota civitas illa, quæ innumero populo completa est, quasi evulsa sedibus suis, ut hunc virum sanctum amplecterentur, videbatur. Maxima insuper concordia civium, templum prope mœnia ad mille fere passus conditur, cui nomen sancti Angeli religiose celebratum est. Exinde Bergomum petens, superstitiones illius loci tollens, in pristinam ac laudabilem consuetudinem Christianam Bergomenses redegit, ubi millia hominum ad bonos mores reducere conatus est. Erant autem apud Alpes loca quædam populosa, ubi Christi doctrinam aperiens, ut Dei Apostolus ab incolis ejus loci habebatur. Discordias inter Guelphos & Ghibellinos pariter his quidem in locis sedavit, quoniam regionibus illis discordia talis multum vigebat. Deinde Brescíam veniens, perfidissima ac induratissima eorum consuetudo corruptarum partium, omnino suo divino & resonanti verbo funditus deleta est. Petiit deinde Veronam, cum universa provincia Venetorum: ubi nomen Domini nostri Jesu Christi tantum honoravit, quod omnes populi Venetorum, tum Sanctorum templis, tum privatis domibus, aureis quidam litteris rutilantibus radiis nomen sanctum Salvatoris nostri parietibus honoratissime pinxere; animo vero atque mente, sane nomen illud Christiane ac devote retinuere. Quid sit honestum locando, vendendo, ut religio Christianorum permittit, in ea Venetorum urbe docens, mercaturam (quæ in ipsa magna & omnium præclarissima civitate maximo quidem in pretio habetur, quoniam ex diversis orbis terrarum partibus merces navibus illuc advehuntur) sanctissime laudavit: & eo sane modo quo ipsam invicem tractare debemus, mira quadam prædicatione religiose digito demonstravit; quæ quidem oratio suis in libris ab eo tam diligenter confectis habetur: ad justitiam vero servandam severos quoque Venetos confirmavit.

Lombardia,

statu Venetio,

F

15 Exinde Ferrariam petens, effrænatam licentiam mulierum coërcens, pompas earum in vestitu & gestu moderavit. Dominus vero Ferrariæ tanta benignitate tantaque gratia eum in urbe recepit, quanta maxima dici potest. Pro suis ergo in religione meritis Episcopus Ferrariensis designatus fuit: quam tamen dignitatem nullo modo neque ullis precibus acceptavit. Regium postea & Mutinam ad cultum Dei honorandum dirigens, ad benignitatem

& Romandiola.

b

justi

A justi Domini confirmavit ; nomen vero Jesu eorum mentibus renovavit, quoniam justissime in ea vetustissima pace Dominus Ferrariæ omnem vitam suam consummavit, quamquam hoc sibi propter vicinitatem Insubrium ac Venetorum difficile fuit. Non multum post temporis Bononiam pergit, ubi maxima diligentia, atque prudentia opus fuit. Nam Bononienses intestina discordia laborabant: ipsi autem præsentiâ hujus tanti viri ferocia corda ponunt. Infectiones igitur partium suo sancto & divino verbo sedavit: paceque & concordia inter cives facta, magna tranquillitas aliquamdiu in urbe integrata est. Florentini vero, cum certiores ex pluribus litteris de his rebus redderentur, oratores ad eum Bononiam destinarunt; qui ipsi sancto viro suaderent ut ille Florentiam adire vellet, quoniam avidissime eum omnes Florentini expectabant. Qui statim ut Florentiam venit, prædicare Euangelium Dei solenniter cœpit ; ubi innumera vitia malorum, ab eis superbe perpetrata, sanctis suis prædicationibus aperiens, ad bonos & laudabiles mores religiose faciliterque Florentinos reduxit. In facie vero templi sanctæ Crucis, loco quidem altissimo qui ad plateam spectat, au-
B reis litteris in circulo magno aureo nomen Domini nostri Jesu Christi, tamquam solem radiantem, Florentini ornatissime pinxerunt: ut testimonium ubique prospectum quam evidentissime daret, quod prædicationes suæ huic devotissimo populo & gratæ & jucundæ fuissent.

Inde in Tusciam revocatus prædicat Florentiæ,

Senis, 15 Senenses vero, cum intellexerunt Fratrem Bernardinum, civem suum, jam prædicationes suas Florentiæ consummasse; legatum ad eum ii, qui amplum Magistratum urbis gerunt, mittunt. Qui jam consummatis ac terminatis illic prædicationibus, suam in patriam, voluntate Senensis oratoris accepta, quam raptim venit. Ibi Senenses viri cunctusque populus lætissima fronte eum receperunt: ubi per quinquaginta dies in foro magno urbis prædicans, animosque Senensium omnium ad omnem voluntatem suam reducens, ad pristinam & vetustam consuetudinem bene & Christiane vivendi eos firmavit: templum etiam suo intuitu jam dudum inceptum, pensionibus publicis magnifice est completum. Ludi vero taxillorum non solum suo jussu deleti fuere, sed coram Gubernatore
c hujus Reipublicæ naibes *c*, taxillos, tesseras, & in-
C strumenta insuper lignea, super quæ avare irreligiosi ludi fiebant, combustos esse præcepit: pacemque inter diffidentes componens, cunctum populum pacatum ac tranquillum suavissima oratione sua reddidit. Instituta etiam complura bene beateque vivendi, sua contemplatione Senenses moti condidere. In circulo quidem aureo, neque mediocri ambitu, nomen Domini nostri Jesu Christi in facie magnæ ædis publicæ, quæ ad forum spectat, sumptibus publicis magnifice pingitur, ne posteris seculis memoria viri aboleatur. Sed ubi urbem reliquit, innumera multitudo populi eum usque ad
d quintum lapidem juxta Arbiam *d* fluvium devotissime sociarunt. Inde per aliquos menses in agro Senensi verbum Dei prædicans, ad timorem & reve-

Perusii, rentiam Domini colonos & agricolas, grosso modo & per figuram docens, Perusium, vetustissimum oppidum Etruscorum, tandem pervenit. Illic vero fructus suæ sanctæ prædicationis, plusquam opinio ante fuerat, dilucide apparuit: quoniam Perusinos, qui feri propter bellum intestinum ac civile habentur, ad optimos mores Christianorum redegit: illic enim ludum mortalem, qui inter cives vetusta consuetudine [vigebat] cum scutis & clava, radicitus evertit. Quin etiam eos ad cultum divinum honorandum pietate solita amplissime instruxit, pacem inter cives qui Rempublicam tenebant benignitate quadam firmavit, odium vero mortale ab eis penitus separavit, ut amor & caritas inter ipsos clementer exerceretur. Post paucos dies Assisium venit, ubi solennitas Augusti sancti *Assisii,* Francisci vetusta consuetudine annali fiebat: quibus in locis, plusquam ducenta millia hominum fuisse, qui jure rerum talium experti sunt, existimarunt; moti partim præsentiam hujus sancti viri videre, partim ut culpæ ac pœnæ Indulgentiam consequi valerent. Quam quidem multitudinem tam innumeram, cum ego vidissem, reliquam gentem quæ Italiam incolunt tantam numero fuisse dubitabam. Inde ad Umbros peragravit, ubi verbum Dei & Euangelium Christi devotissime prædicavit: ex quo certe non parum utilitatis & religionis illic ipso prædicante illi incolæ consecuti fuere, præcipue cum præterita bella eam regionem quasi totam vastassent: quare in rebus de Deo, de religione, de justitia, de fide tales homines nihil seu parum sentiebant. His quidem rebus religiose peractis, transjecto Tiberi Viterbium profectus est: ad quam *Viterbii.*
E quidem urbem vicini populi, maxima cum devotione & fide, ut eum sanctum virum audirent, devenere. Ibi vero grato animo receptus, ad rectam viam bonorum morum populum illum vertens, pacem non dubiam inter majores populi & reliquam plebem reliquit.

A. BARNABÆO. EX MS.

16 Cum postea Romanam urbem petere cum *Romæ.*
é discipulis suis parasset, nobiles viri complures ac plebeji magno in numero, secum, ipso recusante, Romam intrarunt. Statim vero æmuli sui eum coram Romano Pontifice, Papa *e* Martino Quinto, religionis & hæresis perverse & injuste accusarunt: invidia potius quam caritate religionis moti, libellosque complures adversus eum maligne dedere. Dies tandem, de consensu Romani Pontificis, in hac re terminandâ, constituta est: ubi ad- *ubi de æmu-*
versarii & æmuli sui, maxima cum pompa & im- *lis triumphat.*
plicatis syllogismis, in eum sanctum virum impetum effrænatum fecere. O Deus immortalis, qualis fuit morsus eorum! Quoniam perdifficile erat ex intricabili rete eorum evadere posse, Dominus (quippe omnipotens) id fecit ut simplici puræque prædicationis suæ sententiæ resistere minus potuerint. Tandem calumniarum victor & triumphator
F evasit, privilegiumque [accepit] à summo Pontifice omnique Romana Curia maxima cum auctoritate sibi concessum, ut per universum orbem terrarum testimonium ipse dare posset, prædicationem suam ac doctrinam auctoritate Apostolica comprobatam esse. Nec multo addito temporis intervallo, Senensis Episcopus designatus pronuntiatusque est: cui tamen dignitati renuntians, prædicationes complures Romana in urbe perfecit.

ANNOTATA.

a *Quinque anni elapsi indicant annum* 1439 *sub finem & sequentem, quando & Renatum Regem & S. Bernardinum simul Aquilæ fuisse confirmat* Bernardinus Cyrillus *in Annalibus Aquilanis lib.* 7. *Nam mox de anno* 1441 *sequenti agit: quo Alphonsus illo expulso regnum Neapolitanum occupavit. Et sic ex hoc loco optime colligitur & confirmatur tempus hujus Vitæ scriptæ.*

b *Numeravit Auctor hoc loco* XII *Hetruriæ populos, suo tempore magis celebres: alii ab antiquis censebantur: nam Populonienses dicebantur Vetulonii, Saturnii vero Russellani, apud quos fuerunt urbes Populoniæ*

A. BARNABÆO. EX MS.

& Saturnia. Item Maſſa fuit ſub Vetuloniis, & Feſulæ ſub Aretinis. Apud Cluverium, Brietium & alios Geographos accuratius deductas invenies nomenclaturas locorum veteres.

c Naibum *credo hic dici* fritillum, *ſeu alveolum aleatorium.*

d Arbia *Senenſi urbi ad Orientem fluit, donec Vmbroni immergatur.*

e *Id factum anno* 1427, *Martini Papæ* 10.

CAPUT III.

Extrema ſancti viri opera, etiam in Oriente per diſcipulos: mors, ſepultura.

Diſcipulos mittit ad Indos Æthiopes:

17 CRevit deinde ſuæ bonitatis ſanctitatiſque fama clariſſima quaſi totum per orbem. Ipſe enim cum jam dudum vidiſſet, ac etiam à nonnullis didiciſſet, quaſi totam Orientalem plagam in manibus barbarorum perituram, ubi Chriſtiani multi Deum Dominum noſtrum colunt; plures diſcipulos ſuos ad tam remotas gentes, de conſenſu Romani Pontificis *a* Eugenii Papæ IV, miſit. Qui ubi per Ægyptum ambulaſſent, legatoſque Indos Æthiopeſque conveniſſent, eos tandem hortati ſunt, ut eorum Regi mandata Pontificis ſignificarent. Ii enim partim ad opulentiſſima regna Indiæ, partim ad *b* Conſtantinum Æthiopiæ Regem, maximo cum periculo itinerum peragrarunt. Tandem eorum Regem alloquuntur, qui ad Romanum Pontificem legatos miſit. Erat enim antea per ſeptingentos ſuperiores fere annos, quod nunquam Eccleſia noſtra Occidentalis cum Orientali & regionibus illis aliquod commercium defectu Romanorum Pontificum habuerat. Venerunt igitur legati Orientales Florentiam, urbem opulentiſſimam, ubi ſecundo Summus Pontifex moram agebat; deinde Senam, ubi maximo cum honore recepti, poſtea Romam profecti, ex Italia Ægyptum delati, concordiam cum Romano Pontifice actam Conſtantino Regi Æthiopum portarunt, ſtatimque ipſe Rex potentiſſimus ad Soldanum apud Ægyptum legatum decernit. Qui maxima comitiva equitum, longo itinere emenſo, nulla ſibi reverentia facta, ut ad ſubditum, legationem, libero Rege Chriſtianiſſimo dignam, diligenter expoſuit. Statimque Soldanus omnia templa ſanctorum Chriſtianorum, quæ diruta jacebant, regionibus illis reparare ſumptibus ſuis juſſit; Chriſtianoſque omnes bene tractare, decretis multis ſolenniter inſtituit. Chriſticolæ vero qui Aſſyriam, Perſiam, Libyamque inhabitant, audita voluntate Indorum Æthiopumque Regis, Romam Oratores decrevere, quo ſi qui errores in fide habuiſſent, publicis ſcripturis ſecum deportarent; qui Romam navibus delati, concordiam cum Romano Pontifice, adunata univerſa Curia Romana, maxima cum ſolennitate fecerunt: errores, quos longis ac protractis temporibus tenuere, tandem purgarunt: exinde in regionem ſuam reverſi, populis illis quidquid Romæ cum Pontifice maximo ſancitum erat retulere. Illud etiam antea Armeni fecerunt. Quarum rerum diſcipuli hujus ſancti viri auctores fuere: qua quidem de causâ Chriſtiana fides totum per orbem terrarum in veritate ſanguinis Jeſu Chriſti firmata eſt.

quorum legati Florentiam advecti

cum unionem receperint,

ſequuntur exemplum Orientales alii.

18 Unum quoque nequaquam prætermittendum eſſe putavi, ut cuncti mortales intelligere facile queant, hunc virum ſanctum belli fuiſſe diſſipatorem, pacis vero ſemper auctorem extitiſſe. Igitur Florentini confecta in Gallia Ciſalpina pace cum Philippo Maria, Principum Principe, bellum contra Lucenſes in Etruria, traductis undique copiis, movere. Senenſes vero animadverſo hoc, ne poſtea ſubactis Lucenſibus in ſe bellum reciperent, crebris legationibus ad omnes ferme Principes Italicos nuntiarunt, ut ipſi in hoc diſcrimine belli medii eſſe vellent, ut pax, non bellum, orta pace ſequatur. Veneti ac Romanus Pontifex imprimis legatos complures de hac re Florentiam deſtinarunt: tandem viſa voluntate Florentinorum, quoniam ajebant ſe tyrannidem ex Tuſcia funditus evertere velle, ab inceptis eorum ceſſarunt. Senenſes tunc ad Philippum Mariam Longobardorum Principem ac Genuenſes legatum decernunt, ut ambo ſimul Lucenſem urbem juſtiſſimo bello liberarent: ipſi vero legationibus Senenſium moti, Nicolaum Piccininum ductorem exercitus, contra Florentinos Lucam obſidentes, in Etruriam mittunt, eamque tandem ab obſidione liberarunt. Deinde ſequenti vere in agrum Florentinum, ſubacta Liguria ac *c* Lunegiana, aggreſſionem fecit; agrum Piſanum Volaterranumque occupavit, nec non victor prope Senam in Elſæa valle caſtrametatus eſt: ubi concorditer parique voluntate, ex ſententia bellum gerere Senenſes decrevere. Satimque cum hoc beatus Frater Bernardinus accepiſſet (qui temporibus illis erat in agro Piceno, qui hodie vulgo Marchia Anconitana vocitatur, ubi multum fructus in Chriſti fide augenda perfecit) Senam patriam quam primum venit: ſed antea Epiſcopus *d* Urbini, de conſenſu Principis, deſignatus electuſque fuit. Cœpit in civitate ſua, in templo Matris Domini maximo prædicare: ibique religioſe & Chriſtiane Dei verbum annuntians, ad integrandam pacem bellumque ponendum, cives ſuos, cum maxima benignitate & pietate ampliſſima, docebat atque exorabat.

Senenſibus contra Florentinos armatis,

ex Piceno in patriam redit.

cum Sigiſmundo Imp. Romam abit:

19 In quo quidem tempore Sigiſmundus, inclitus Romanorum Imperator, relicta Luca, per agrum Piſanum Volaterranumque, Senam profectus eſt, ubi magno cum honore à Senenſi populo eſt receptus. Illic autem *e* novem conſumptis menſibus, cum Romano Pontifice Papa Eugenio Quarto, Senenſibus legatis R.P. *f* Karolo Epiſcopo Senenſi & Bartholomæo Agazar viro prudentiſſimo mediis, concordiam fecit: cum quo Frater Bernardinus familiaritatem contraxit, Romamque cum eo deambulavit, ſibique Civitatem ſuam omni diligentia commendavit: quem quidem Regem & Imperatorem pluſquam centum viginti millia aureorum à Senenſibus dono recepiſſe, ajunt. Qui cum poſtea coronatione *g* accepta in urbe Romana ex Italia deceſſiſſet, Frater Bernardinus Senam rediens, complures ſuos libros de vita & moribus Chriſtianorum perfecit, eoſque in lucem, ut reliquis ipſi prodeſſent, edidit *h*: quos inde ſacri Doctores Apoſtolica auctoritate freti approbarunt. Prædicationes etiam quaſdam Senenſes mirabiliter docuit, ubi de concordia, de pace, de unione civium verba ornatiſſima & ſanctiſſima fecit: quin etiam ad religionem ſervandam, viam regulamque demonſtravit: ex quibus rebus maximo in honore & dignitate, ut ſumma integritas ejus merebatur, apud Senenſes habitus eſt.

Senas reverſus libros ſcribit, & concionatur

Sanctus ipſe auctor pacis futurus

rurſumque in Gallia Ciſalpina

20 Interim dum hæc Senæ gerebantur, litteræ ex pluribus locis Italiæ ei ſancto viro delatæ ſunt, quæ quidem continere videbantur, eum iterum Galliam Ciſalpinam petere [debere], ut religioſis prædicationibus ſuis, in ſancta Catholica fide ac etiam unione & pace, Lombardi firmarentur. Eos quippe populos tandem adivit: præcipue iis in locis & ipſe fuit, ubi mortale bellum, tam longis tempo-

A temporibus prōtractum erat : ubi excellentiſſimo cum honore ſinceriſſimaque devotione receptus fuit. Quibus rebus diligenter peractis, deinde iterum Florentiam petivit. Quo quidem tempore Nicolaus Piccininus, Philippi Mariæ exercitus ductor, agrum Florentinum bello premebat, propeque mœnia caſtramentatus fuit : quamobrem pavore Florentini perculſi fuerunt, quoniam nullæ copię, nullum præſidium ſibi ad reſiſtendum erat. Ibi vir Sanctus ſuis prædicationibus eis animum & vires confirmavit, ut ab ipſo Deo immortali auxilium peterent ; ipſi vero tum orationibus ad Deum, tum ſupplicationibus factis, & nonnullis conductis pro anguſtia temporis militibus [III Kal. Julii] *i* conflictum hoſtibus, in radicibus Apennini jugi, ad Angliarium dedere. Poſt paucos inſuper dies Senam reverſus eſt, ubi in componendis Sermonibus, ſecundum Chriſti doctrinam, quaſi annos tres præterivit; ibique quandoq; prædicans, ſanctos mores confirmare Senenſibus civibus operam dedit. Cum hic vir religioſus antea per aliquot annos Romandiolam petivit, eam regionem fame peſtilentia & bello depreſſam invenit : quibus de rebus, parum ſeu nihil de religione, de Deo, de honeſtate, ut Chriſtiana fides poſtulat, ſentiebant. Itaque multum laboris illic ſuſcepit, nam ut lapides duri in religione & devotione exiſtebant. Tandem paulatim ita eos tractare & docere cœpit, quod brevi tempore addito, avidiſſime omnes ſeſe ad audiendum hunc virum Dei præbebant, quæ quidem regio antiquitus Flaminea dicebatur.

Florentiæ,

i *& Senis,*

in Romandiola,

B

& agro Piceno,

21 Inde in agrum Picenum, ut ante dictum eſt, deveniens, mirifice illic verbum Dei operatum per hunc ſanctum virum fuiſſe clarius apparuit. Nam quia parum de doctrina Chriſtiana inſtituti incolæ illi erant (ſolummodo enim ad mercaturam & utilitatem, quoniam fertilis eſt provincia illa, tendebant) caſtella, urbes, villaſque, quaſi omnes, amore & caritate Dei motus, circuivit : protinus autem, moribus illic optimis ordinatis, Senam ſuam dulciſſimam patriam, quam tantum in vita dilexit, revertitur. Ibi aliquos menſes manens, ultimam prædicationem de ſervanda juſtitia, inter Hoſpitale maximum & ædem Virginis Mariæ, ſeveriſſime fecit. Altera vero die Mediolanum petivit, ubi Philippus Maria Principum Princeps eum allocutus fuit. Nam ille Illuſtriſſimus Princeps ſemper eum ſummopere, tum pro ſanctitate morum, tum pro ſumma integritate ſuæ actæ vitæ, dilexit. Prædicavit in civitate illa populoſa etiam multos per dies, in qua ita grate illum Mediolanenſis populus audiebat, ut nullum alium majori aviditate unquam audiverint. Deinde per *k* Lodigianum agrum Cremonenſemque prædicando, poſtea Mantuam Paduamque ivit : ubi prædicationes quaſdam fecit. Inde Venetos viſitavit, qui ut virum ſanctum ipſum colebant. Paucis poſt diebus Senam redivit; ibique aliquot dies quieſcens, in Maſſanam urbem, ex qua mater ſua optima femina nata erat, ambulavit. Illic equidem quinquaginta dies continuo prædicans, odium & inimicitias multas, quæ inter cives vigebant, funditus eradicavit ; concordiamque ac benignitatem inter Maſſanos cives, maximo cum amore in Chriſto, roboravit. Quo quidem completo, in civitatem ſuam ultimo rediit : ubi omnes amicos & domeſticos conveniens, licentiam ab eis poſtulabat, quoniam ajebat in Regnum me cupio conferre. Itaque relicta ac benedicta patria, Peruſiam profectus eſt ; deinde Spoletum ac Reatinum oppidum adivit, ubi verbum Dei prædicans ad cultum divinum honorandum, populum illum tam ſibi devotum hortatus eſt.

C

k

Mediolani,

aliiſque in urbibus.

In Regnum Neapolitan. profectus

22 Altera vero die in agro Aquilano fluxu corporis affectus, viribus quaſi omnibus debilitatus, Aquilam urbem intravit : ſtatimque cum omnibus neceſſariis hanc ægritudinem medici curare pergunt. Sed prævalente infirmitate, in Vigilia Aſcenſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti ad Veſperas, in lectulo lignum diſcipulis dedit, ſeſe in terra mori velle. Itaque in terra ipſo depoſito, in Domino Deo noſtro quievit : *l* ſed antequam ſpiritum ipſe dimiſiſſet, prope obitum, civitatem ſuam Deo devotiſſime commendavit. Deinde diſcipuli ſui more vetuſto corpus ſanctum ſuum lavantes, tunicam atque cappam, qua indutus erat, ab eo extraxere ; alteram vero, quam unus eorum pro ſe ferebat, illud ſanctum corpus induerunt : & ſic Reliquiæ ſuorum veſtimentorum Senas, per diſcipulos ſuos, quos ipſe in vita tam mirabili caritate Dei amavit, delatæ fuere. Nec mirum igitur cuipiam eſſe debet, ſi tanta miracula poſt mortem ſuam in oculis multorum Deo juvante à ſanctiſſimo corpore facta ſunt ; quoniam (pace omnium dixerim) nemo vir ſanctus, ante noſtram ætatem, talia & tanta inaudita miracula poſt obitum ſuum feciſſe reperitur. Nam & languentes ſanavit, ſurdos autem audire fecit, mutis etiam eloquium dedit, omnique contagione & morbo affectos ad priſtinam valetudinem redegit ; cæcos quoque illuminavit, & in cunctis infirmitatibus tabeſcentes liberati viſi ſunt. Quod cum per omnem Italiam jam innoteſcere cœpiſſet, qui variis languoribus patiebantur, Aquilam urbem ſeſe portare faciebant ; quorum magna pars libera ex omni infirmitate in patriam ſuam revertebatur. Unum ne prætereire quidem intelligo, quoniam eodem puncto, in quo animam ipſe Deo reddidit, Antiphona *m* cantabatur : Manifeſtavi Pater nomen tuum omnibus hominibus, quos mihi dediſti ; pro his oro, & non pro mundo, quia ad te venio. Voluit enim clementiſſimus Deus noſter hanc gratiam immortalem ei in morte condonare; & quia ſemper nomen Domini prædicavit, nomen Domini ſpiritum, id eſt animam ſanctam ſuam, ſuſcepit extremo.

EX MS. AQUIL.

Aquilæ ægrotat.

l *pie moritur.*

m

23 Mortuo igitur beatiſſimo Fratre Bernardino Senenſi, monachi ſui ſeu diſcipuli reliquias ejus veſtimenti Senas deportarunt ; ſed imprimis ei corpori ſancto funus, pro conſuetudine beatorum virorum, ſatis amplum Aquilani efficere curarunt. Igitur honores & officia ei facta ſunt, pro religione & ſanctitate, & vivo & mortuo omnia ei præſtiterunt ; Senenſes vero, hoc animaverſo, funebria maximo cum honore fecerunt : deinde ſupplicationes devotiſſimę per diem actæ maxima cum ſolennitate fuere. Senenſes inſuper ad Romanum Pontificem legatos decernunt, ſcilicet Leonardum *n* Benivolentum & Bartholomæum Pecium viros ſapientiſſimos, ut Romano Pontifici omnique Romanæ Curiæ, tum miracula tum vita ejus ſanctiſſima nota forent, ut poſtea ipſum beatum virum, per ſanctam Romanam Eccleſiam canonizatum, Sanctumque approbatum cunctis mortalibus eſſet. Hæc omnia ad honorem Dei, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & reliquorum Sanctorum mihi ſcripta ſunt ; ut & vitam ſanctam hujus viri ætati noſtræ notiſſimam, etiam poſtera ſecula, & qui venturi ſunt intelligant.

Exequiæ factæ Aquilæ & Senis.

E

F

n *inſtatur pro ejus Canonizatione.*

ANNOTATA.

a *Martino Papa* 20 *Februarii anni* 1431 *mortuo ſucceſſit Eugenius IV.*

A. BARNABÆO. EX MS.

b *A* Conſtantino Rege Æthiopiæ *legatos miſſos & Florentiæ 2 Septembris anno* 1441 *ejus nomine orationem dictam, refert Horatius Iuſtinianus in collectione Actorum Concilii Florentini par.* 3 *num.* 11. *Conſule ad dictum annum, quæ Odoricus Raynaldus in Annalibus Eccleſiaſticis habet num.* 3 *&* 4. *Reliqua alibi non ſatis obſervata hinc lucem poſſunt haurire.*

c Lunegiana *ditio circa Sarzanum, ubi olim Luna urbs celebris fuit.*

d *Imo poſtea: non enim niſi anno* 1435 *Sedes vacavit, & ex Piceno Senas rediit Bernardinus triennio ante, ut mox apparebit.*

e *Potiſſimum anno* 1432 *& initio ſequentis.*

f Carolo *Bartolo Epiſcopo, qui S. Bernardino renuente hunc Epiſcopatum ſuſceperat.*

g *Die Pentecoſtes* 31 *Maji anno* 1433.

h *Capiſtranus* Sermones ſuos in tribus Quadrageſimalibus & in quampluribus tractatibus, tum de Spiritu ſancto, tum de laudibus Virginis glorioſæ, tum de triumphaliſſimo nomine Jeſu, tumque de feſtivitatibus Sanctorũ & de extravagantibus Sermonibus ad Clerum, ad Religioſos & ad Sanctimoniales Deo dicatas ſententialiter deſignavit, & pro majori parte ſua manu deſcripſit; ut nedum per Italiam ſe felices reputent prædicatores, ſuorum opuſculorum copiam obtinentes, ſed & per Hiſpaniam, Franciam, Angliam, Hiberniam, Flandriam, Alemanniam, Ungariam, Græciam, uſque ad Orientalem plagam in locis noſtris, in Terra-ſancta & per Cyprum & Aſiam inter Latinos, aliaſque etiam barbaras nationes.

B

i *Vacabat in Ms. locus: ſed facile fuit defectum ſupplere: conſtat enim quod hæc victoria obtenta ſit feſto Sanctorum Petri & Pauli anno* 1440. *Late eam deſcribit Petrus Andreas de Caſtaneis in Vita S. Andreæ Epiſcopi Fæſulani cap.* 7, *eademque pluribus à nobis explicatur ad* 30 *Ianuarii.*

k Lodigianus ager *eſt ſub urbe* Lauda Pompeja, *Italis jam* Lodi *dicta.*

l *Anno* 1444 *hoc* 10 *Maji.*

m *Eſt hæc Antiphona ad* Magnificat *in primis Veſperis.*

n *Leonardum anno* 1446 *petente B. Ioanne Capiſtrano Vitam S. Bernardini conſcripſiſſe, ſupra diximus.*

MIRACULA XXX

C

Intra LII dies ab obitu patrata, & coram Eugenio IV producta.

Ex inſtrumento publico Aquilano.

1 Mirabilis Deus in Sanctis ſuis, ſecundum miſerationum ſuarum magnitudinem, filiis confidentiæ rivulos largitatis ex ſui roris abundantia benignus effundit, multo plus diligens hominem, quam ipſe ſe diligat homo. Tanta enim ejus fuit caritatis dilectio, quod ut ſervum, ſua culpa exigente perditum, redimeret, Unigenitum tradidit, cujus pretioſo redempti ſanguine in ſuæ militantis Eccleſiæ membris, ſi quando à devotionis debitæ cultu devii, actiſque meritoriis alieni [fuerimus] inventi myſterialiter ſacri dogmatis frugifero eulogio reformemur. Qui ejus ineffabili providentia intuens Aquilam urbem, diſcriminibus non exiguis agitatam, in ambiguo ſuæ quietis verſari; directorem ſibi cælitus detulit, ut ſuis mirandis prodigiis ad [cælum] uſque coruſcus, pio interventu inſolentias recideret animorum, & incomparabilia pacis munera donaret. Beatum namque Bernardinum, Seraphicæ Religionis ſigniferum, natali patria Senarum inclitæ urbis alumnum, pœnitentia hiſpidum, religioſorum normam, labium & ſilentium prædicantium, extremo ſuæ vitæ tempore ad eamdem Aquilam urbem dimiſit; ut acceptiſſimum ſibi populum, quem ſpiritualibus rudimentis vivens ſalubriter fœcundarat, moriens denuo, ſanctis Martyribus Maximo & Georgio ac Petro Cæleſtino, antiquis civitatis ante fatæ Patronis, teſe novellum collegam adjiciens, perpetuo patrocinio coram Deo aſſiſtens, mitiſſime protegeret. In anno nempe nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti milleno quadringenteſimo quadrageſimo quarto, beatus hic vir Bernardinus ad ipſam Aquilam urbem applicuit: decimo ſexto Kalendas Junii, languidus adeo, ut Dei præconium ſuo more minime poſſet aliquatenus eructare: ſed in ſacro Conventu S. Franciſci, ejuſdem lectulo degens, poſt ſuorum Confratrum blandas exhortationes in Domino, & ſedulas exorandi ſuaſiones, videns jam ſupremi temporis horam, ſumptis vitalibus Sacramentis, in ipſo mortis agone ſeſe è lectulo ejicere viſus eſt, humi moriturus, ab aſtantibus ſubridere viſus, æterna ſibi gaudia parata intuens, felicem animam Deo reddidit decimo tertio Kalendas ipſius Junii, veſperarum circiter horam, occurrente vigilia Dominicæ Aſcenſionis. Multitudine igitur copioſa ad odorem unguentorum ſuæ beatitudinis concurrente, quamplurimi, diverſis infirmitatibus languentes, Chriſti gratia ſuiſque meritis ſani penitus partim facti ſunt, partim in meliorem ſanitatem evaſerunt. Nonnullorum autem nomina, pro ipſius ſancti luculentiori præconio, infirmitatumque ſpecies & liberationes obtentæ inferius Deo auſpice diſtribuentur.

D

S. Bernardinus Aquilam languidus venit 17 Maji

E

die 20 moritur miraculis mox clarus.

Mira Dei benignitate erga Aquilanos,

2 Paſqualis puer, filius Pauli de Ciculo, accedens primus ad beatum corpus Bernardini, cum devotione maxima, claudus ab uno latere; magnum in modum ſe declinans ad terram, rectificatus & liberatus evaſit, recte ambulans ab illo latere prius impedito; teſtantibus infirmitatem priſtinam & ſanitatem reſtitutam, licet per annos plures publice viſam, egregio legum Doctore, Domino Mariano de Milatinis, dicto Paulo ejus patre, & Paulo Victorii ejus magiſtro, civibus Aquilanis, & pluribus aliis, die vigeſima prima Maji. Frater Benedictus Ordinis Minorum, ſtuporem ſeu paralyſim patiens, ab aure dextra nihil audiens, ſed tamquam ſonum permaximum fluminis decurrentis ſedulo malleantis in aure ſentiebat, adeo quod à dicto latere omnis ſenſus hebetatus quaſi dormiebat exanguis; abſtergens ſe primum cum quodam lineo panno, quo lotum & terſum fuerat corpus prædictum jam de proximo mortuum, deinde proſternens ſe confeſtim ad pedes ipſius Beati; auditum miraculoſe & ſenſus amiſſos recuperavit; teſtante Fratre Petro Paulo de Seneſſo, Guardiano ejuſdem Conventus, & Fratre Cola de Margine, & quam pluribus aliis, eodem die.

Sanantur varii claudi & paralytici utriuſque ſexus,

F

die 21 Maji

3 Domina Perna, filia Chriſtophori de Sinitio, uxorque Mathæi Petrucii de Forſona de Aquila, per annos circa quinque, amiſſa virtute naturali à medio infra, nullatenus ambulare valebat; ſed duorum auxilio de mane exurgebat, & ubi ponebatur, inde duorum ope elevari oportebat; innumerabilibus remediis medicinalibus olim adhibitis incaſſum, ad beatum corpus multis cum lacrymis ferventi devotione deportata, ac ſuper eo recumbens, ſua propria recuperata olim amiſſa virtute, abſque adminiculo alterius ſeſe elevavit, & libere ambulans laudabat Deum; teſtantibus Magnifico Domino Loyſio de Camponeſthis Comite Montorii, Tuſcio de Caſcina, Chriſtophoro ejus patre, & Matthæo ejus viro prædictis, die vigeſima ſecunda Maji.

22 Maji,

4 Anto-

A 4 Antonella, puella circa ſeptem annorum, filia Angelini Berardi civis Aquilæ, clauda, adeo quod
25 Maji, nullatenus ambulare valebat, incolumis evaſit recte gradiens; teſtantibus dicto Angelucio ejus patre, & Nanne ejus patruo, & pluribus aliis, die vigeſima quinta Maji.

26 Maji, 5 Aſcentius, filius Rutii Ciccarelli Ægidii, Civis Aquilani, claudus ab altero laterum natus & creatus jam per annos quatuordecim, & cum pede deformiter obliquo; confugiens ad tantorum mirabilium celebritatem, devote & ſuppliciter exorans ſacrum corpus, vetitam à natura valetudinem protinus recuperavit, ita quod rectificatus æqualitatem greſſuum gaudet ſe impetraſſe. Teſtantibus Joanne Honofori, Matutio Battario, & Nanne Berardi, Civibus Aquilanis, & pluribus aliis, die vigeſima ſexta Maji.

31 Maji, 6 Angelella Antonelli Barthalinutii de Caſtro-Franco de Reate, quæ à tribus annis cum dimidio jacuerat paralytica, infirmitate obſeſſa adeo, quod modo aliquo ſurgere non valens, delata fuit in quadam capſa ſeu bara equo; confeſſa prius, recumbens ſupra corpus beatum, libera facta eſt, per ſe ambulans ac ſi
B numquam morbum aliquem paſſa foret, magnificans Deum; teſtantibus magnifico Milite Domino Antonio de Galiottis, Cola Manfreduti, Civibus Aquilanis, Mariano Venetorii, Pontardo de dicto Caſtro-Franco, & pluribus aliis, die ultimo Maji. Cola Laurentii de Foſſa, patiens moleſtiſſimam diſuriam cum lapide in veſica, precibus ad ſacrum corpus cum devotione fuſis, mirabiliter ſe liberatum alta voce prædicabat, eodem die. Marutia, uxor Mathutii Colæ Nannis Gregorii de Baviſciano de Aquila, patiens dolorem junƈturarum quam maximum à medio infra, quod ſemimortua apparebat, nunquam ſurgere auſa ſua virtute quam totaliter amiſerat; excellenti miraculo patentiſſimo ſeſe erexit, delata ad dictum ſacrum corpus, ſupra id recumbens, laudem dans Deo, & magnificans corpus beatum; teſtantibus Mariano del Baugio, & dicto Mathutio ejus viro, & pluribus aliis, eodem die.

7 Chriſtophorus Antonii de Montopulo de Farfa, infirmus jam per annos tredecim continuos,
4 Iunii paralyticus, videlicet à tempore electionis ad Papatum Domini noſtri Eugenii Quarti, recumbens continue in lecto, unde modo aliquo ſurgere non valebat abſque duorum auxilio, & hoc malefica arte facturæ ſeu
C nicromantiæ, debilitatus & paralyticus, adeo quod per tota membra ſemi mortuus apparebat, in officioſus ad agibilia quæque; audita fama beatitudinis prænominati Bernardini, ſumma devotione accenſus, vovenſque ſe feſtinantes acceſſurum, ex eo tunc cœpit in melius convalere. Ductus deinde equo, licet cum magna difficultate, ad urbem Aquilæ; ſuperpoſitus beato corpori (ut de more agebatur) ſanus in totum factus, ſeſe in pedes erexit, laudem Deo tribuens & reverentiam beato corpori, hoc ſua voce publice profitens coram turba populi Aquilani, die quarta Junii.

8 Cola, Dominici Colæ de Rocca de Vocte,
5 Iunii cæcus natus. puer cæcus natus, qui nunquam lucem perſpexerat tempore ſuæ ætatis, delatus ad ſacrum corpus, cum ea devotione cujus erat capax ſecundum qualitatem ſuæ ætatis, mirabiliter cunƈtis videntibus & in oratione pro eo ſiſtentibus, mirando myſterio illuminatus rediit; uti multiplici experientia patuit, pluribus ſibi ad viſum oppoſitis, utrum videret & cognoſceret, unum quodque ſuo vocabulo nominans, cunƈtis videre viſus eſt, benedicens Deum. Teſtante Magnifico viro Domino Matthæo Maleferith de Majorica, in prædicta civitate Aquilæ pro ſereniſſimo Rege Aragonum Commiſſario, & pluribus aliis, die quinto Julii.

9 Carutia, uxor Franciſci Colettæ de Caſtro de Lacu de ſpoleto, in ætate ſua trium annorum, ne- EX INSTR. MS. AQV.
quam imminentibus umbris de nocte brachium ſiniſtrum, & totum cum eo latus perdidit debilitatum *Rurſum paralytici & claudi*
& naturali prorſus virtute carens, nec caput tangere *9 Iunii,*
valens, viſa prius infirma à multis Aquilanis; quæ noƈtu moram traxerat in domo Colæ Cappæ de Cornu, civis Aquilæ ejus affinis; delata ad corpus ſacrum & ſuper eo recumbens, obdormivit: excitata demum, libera facta eſt, tangens prædicto brachio ſibi caput, valide ambulans, & ut libera alios gerens actus evidentes. Teſtante prædicto Cola-Cappæ, & pluribus aliis, die Nona. Junii.

10 Caſſandra Antonii Joannis de Monte-Aſulu de Sabina, ætatis circa annorum quinque, nunquam auſa nec valens ambulare debilitate & infirmitate tibiarum; ad ſacrum corpus portata convaluit adeo, *& 10 Iunii.*
quod ambulare viſa eſt probabiliter libera, videntibus univerſis, die decima Junii. Berardus Jacobi de Tuſcia, ætatis circa annorum ſeptem, obliquum geſtans pedem, ipſius punƈtam non plane in terra ponens, duƈtus ad ſacrum corpus, pedem ſibi rectificatum, ut alterum, ſe impetraſſe gaudens, dedit laudem Deo; teſtante Magnifico Domino Loyſio de Camponeſthis Comite Montorii, & magnifico viro Domino Matthæo Maleferith de Majorica, in prædicta civitate Regio Commiſſario, eodem die. Apparentia, filia Mag. Jotti de Interamne, ex impedimento & infirmitate tibiarum & pedum ambulare nequiens, jam à tribus annis elapſis, habens genua tumida & groſſa; mirum in modum ex omnibus infirmitatibus & defeƈtibus ipſis ſanitati extitit reſtituta, Teſtante Vangeliſta ejus fratre carnali, & Luca Paſcli de Interamne ejus cognato, & pluribus aliis, eodem die.

11 Rainaldus Colæ de Verchiano de Fulgineo,
12 Iunii curantur mutus annis 6, per annos ſex perdidit loquelam, nil loqui valens ex accidenti; veniens cum devotione ad tumulum ſacri corporis, genuflexus cum capite ſuper beato corpore, reformata ſunt ſibi amiſſa organa vocis; publice intelligibiliter loquens magnificavit Deum, dicendo Pater noſter & Ave-Maria, ac ſuum nomen ſuique patris exprimens & patriæ de Verchiano, & alia plura verba; teſtantibus infirmitatem priſtinam & ſalutem redditam Dominico ejus fratre carnali, & Conforto Vannis, & Angelo Stephani de Vorchiano, & pluribus aliis civibus Aquilanis, die duodecimo Junii. Andreas Andreæ, de Torrita, prope Naianum de Sabellis, juxta terras Domini Baptiſtæ de Sa-
F bellis, patiens torturam oris, ita quod oculũ dextrum *ore diſtortus*
claudere non poterat, dormiendo nec vigilando; & *cum dolore*
cum eo oculo nebuloſe videbat, ſedulo lacrymante; *capitis,*
& cum inſufflabat, ab uno tantum latere oris aërem emittebat, doloremque totius dextræ partis capitis patiebatur continue, quod hemigranea à medicis nuncupatur; accedens ad beatum corpus, ab omnibus prædictis infirmitatibus obtinuit validitatem; teſtante Antonio ejus patruo, Menito Antonii de Torrita, & pluribus aliis civibus Aquilanis, eodem die. Lucia Jacobi de Jeppa, de Ducatu Spoletano, *clauda una.*
clauda ab uno latere, declinans ad terram ſatis deformiter; cum devotione accedens ad tumulum beati corporis, gratiam valetudinis integram reportavit; teſtante infirmitatem etiam & valetudinem Laurentio Mariani de la Jeppa, & pluribus aliis, eodem die.

12 Narda Dominici Paſqualis de Robiano, ab
& 13 Iunii ineunte ætate ambulandi uſque modo, ætatis ſuæ *clauda duæ;*
tempore annorum quatuordecim, clauda hinc & hinc, valde declinans ad terram; confugiens ad mirabilia celeberrima prædicti beati corporis, ſuperque poſita, illo eodem libera evaſit, recte gradiens glori-

ficavit Deum; teſtante Dominico Paſqualis ejus patre prædicto, Genteleſia ejus avuncula, & pluribus aliis Aquilanis, die tertia decima Junii. Rica Antonii Sabelli de Populo, quæ tempore ſuæ ætatis (ut ipſa aſſeruit) annorum duodecim, teſtantibus infra ſcriptis, ex quodam exceſſivo verbere calcium ſibi illato per virum ſuum, prona effecta ad terram, ſicut reptilia ſeſe trahebat manibus & pedibus numquam ambulare aut recta ſedere valens, per annos jam triginta quinque; delata equo, vel recumbens ſupra aſinum extenſa & ligata; ad beatum corpus portata & ſuper eo poſita, gratiam validitatis ambulandi mirabiliter obtinuit, & viſa eſt publice recte ambulare, laudans Deum; teſtantibus Fratre Petrucio ejus fratre carnali, & Galatto ejus nepote, dicente ſe recordari de annis decem & octo, quibus taliter infirma ivit. Et ad hoc miraculum fuerunt præſentes inter ceteros Magnifici Milites oratores Ducis Suellæ, Dominus Corradus & Dominus Jacobus de Iſola, & plures cives Aquilani, eodem die.

EX INSTR. AQU. MS.

13 Vanna filia Benedicti Venitti de Celle, die undecimo præſentis menſis, dum rediret à quadam Indulgentia cujuſdam Eccleſiæ, ſibi in via accidit, quod cadens ambulare vel ſe movere nullo modo poterat, & indies in deterius procedebat, ita ut in lecto ipſam moveri aliorum auxilio oportebat; licet cum maximo dolore & ſtridore delata equo, & ad tumulum ſacri corporis adhærens, ad valetudinem ſolitam & priſtinam ambulandi [potentiam] reſtituta eſt; teſtante dicto Benedicto ejus patre, & Antonella ejus matre, & Sancto Antonii ejus viro, & pluribus civibus Aquilanis, die decima octava Junii. Paula Gabrielis Juliani de Tuſcanella, ætatis annorum undecim vel circa, clauda à latere ſiniſtro nata, magnum in modum ad terram ſe inclinans gradiendo, punctam tantum pedis ſiniſtri ponens ipſius lateris, brevioris altero per quatuor digitorum menſuram; accedens ad ſacrum corpus, ſuperque eodem poſita, dicebat ſenſiſſe totum latus ſopitum: deinde deſcendens mirabiliter liberata eſt, ponens plantam pedis in terra planam, fere in totum libera, parum claudicans, Deum glorificans; teſtante Gabriele ejus patre prædicto, & Antonio Pedonelli de dicto loco, & pluribus civibus Aquilanis, die decimo octavo Junii.

18 *Junii contractæ dite.*

B

14 Ciechus Blaſii Jacobi, alias Impalliati, de S. Gregorio de Aquila, ætatis annorum quinque, à quatuor menſibus citra, obſeſſus quodam indefinito morbo, primo valde dolebat humerum ſiniſtrum, deinde ex ipſius doloris deſcenſu genu ſiniſtrum dolebat; poſtque pedem, & conſequenter os ſtomachi: in tantum autem invaluerat talis infirmitas in eo, quod apparebat ſemimortuus, nullatenus ambulare nec ſe movere valens: & eo modo quaſi in mortis agone exiſtens, per ejus patrem prædictum delatus equo ligatus, impoſituſque ſacro corpori, validus totaliter & ſanus factus eſt; teſtante dicto Blaſio ejus patre, & Stephano alias Rubeo de Valle, & pluribus aliis civibus Aquilanis, die vigeſimo primo Junii.

C

Curati varii paralytici die 21 Junii.

15 Butia Thomaſii de Coppa de Pavi, de Adria, habens brachium ſiniſtrum paralyticum, exangue, & ſemimortuum, cum quo nil agere, & cum manu nil tangere & exercere poterat, ſed prorſus ab omni ſervitio & officio naturæ perditum, per unum annum cum dimidio; veniens cum devotione ad ſacrum corpus, tangenſque ipſius tumulum, validitatem ipſius brachii & manus obtinuit, mirabiliter erigens brachium, tangens caput, manumque ſtringens, & habilem ad exercitium ducens, agens Deo gratias & magnificans corpus beatum; teſtantibus infirmitatem priſtinam atque ſanitatem reſtitutam Ser-Jacobo, Ser-Leonardi de Adria, Cola Manfredotti de Adria, una cum pluribus Aquilanis civibus, die vigeſimo quarto Junii.

24 *Junii,*

D

16 Aloyſia Antonii Mag. Angeli de Petra-Sicca, prope caſtrum de le Celle ad diſtantiam duorum milliarium, clauda nata ex latere dextro cum pede & tibia obliqua, valde deformiter ambulans & ſtans; cum devotione proficiſcens ad ſacrum corpus, libera evaſit, teſtante Domino Joanne de Petra-Sicca, & Antonio Mag. Angeli ejus patre prædicto, & Maria ejus matre, & pluribus aliis civibus Aquilanis die vigeſimo nono Junii.

item contracti die 29 Junii

17 Dominus Antonius Colato Benedicti, de Tiono Comitatus Aquilæ, à viginti diebus citra, ex quodam accidenti ſibi occurſo dum ſtetiſſet in aquis domum rediens, ex tunc omnia ejus membra attracta erant ab humeris ad renes, in tantum quod ſedere moleſte patiebatur, erigere ſe nullo modo poterat, niſi auxilio & ſublevatione duorum, calcare ſe non valens; profectus ad corpus beatum, affuſuſque ſuper eo magna cum devotione, mirabiliter in totum liberatus, ambulando, ſedendo & alios actus ut ſanus exercendo fuit, glorificans Deum. Teſtante Domino Butio Maſii de Tiono, fratre felice de Neapoli, & pluribus aliis, die quarto Julii. Paulus Ciardi de Nepe, à duobus annis citra attractus tibias & crura, ambulare licet tarde, tamen multum moleſte poterat, & parum ambulare ſibi ob intolerabilem laborem cedebat; proficiſcens ad corpus beatum, interventum ab eo petens & miſericordiam à Deo, libere ambulandi valetudinem impetravit, viſus publice recte ac confeſtim ambulare, & quod vehementius eſt ſaltare, & multos ſaltus celeriter facere, laudans Deum; teſtante magnifico Domino Loyſio de Camponeſthis Comite Montorii, & Egregio viro Serlazaro Benedicti Oratore Senenſi, & pluribus aliis.

4 *Julii:*

E

18 Bartholomæus Jacobi de Mediolano, de contrata verſus portam Vercellinam, claudus à latere ſiniſtro jam per annos circiter duos, declinans ad terram deformiter, impos aliter quam cum fuſte ambulare; veniens ad corpus beatum, & ad id cum devotione affixus, miraculoſam obtinuit ſoſpitatem, viſus recte & confeſtim ambulare evidenter; teſtantibus Colella Donna del Clareno, Jacobo Clarutii, venerabili viro Domino Thoma Butii Venturæ de Vigilano, civibus Aquilanis, infirmitatem priſtinam & valetudinem reſtitutam, die octavo Julii.

8 *Julii.*

F

19 Andreas Antonii de plebe Farmi de Camerano, qui à duobus annis citra invalidus ab inguine infra nullo modo ambulare nitebatur; cum ſtampis ligneis cum difficultate maxima ſeſe trahebat; profectus autem equo ad urbem Aquilæ ad tumulum ſacri corporis, mirabiliter rejectis ſtampis, ad valetudinem libere ambulandi redditus eſt, de invaletudine priſtina fere nil ſentiens laudavit Deum; teſtantibus Jutio Blaſutii de Podio, Antonio Pauli de Caſcina, civibus Aquilæ, & venerabili religioſo Fratre Franciſco de Viterbio, die undecimo Julii. Dominicus Lucæ Baſterii de Podio ſancti Jacobi in Trefoli de Florentia, ætatis annorum circiter quinque, qui vulnere acuti gladii, ſibi in oculum ejus dexterum caſualiter per ſe ipſum transfixi, perdidit totaliter potentiam viſivam ipſius oculi, per duos annos nil videns; pluribus fruſtra remediis medicinæ adhibitis, ductus ſpe meritorum ſacri corporis parentum fide ad urbem Aquilæ, inhærens beato corpori, viſum deperditum miraculoſe ſibi reſtitutum publice vidimus; plurimis ad ipſum oculum dextrum oppoſitis, clauſo tamen altero, ex ſuis propriis vocabulis nominavit; teſtantibus dicto Luca ejus patre, Chriſtophoro

Sanantur 11 Julii deorſum luxatus.

& cæcus dextro oculo 2 annis:

A stophoro de Sinitio, & Frarre Silvestro de Paganica, civibus Aquilanis, & pluribus aliis, eodem die.

20 Jacobus ex nova nominis impositione nuncupatus, natus Venetiis (sicut post habitam gratiam suis nutibus didicimus) juvenis ætatis circa viginti annorum, mutus & surdus à nativitate, veniens cum devotione maxima, quam non aliter nisi per ploratum & lacrymas exprimere poterat, ad sacrum corpus, seeus tumulum sedulo assistens, mirando mysterio singulariſſimo audire incipiens, paulatim ea tantum verba, quæ astantes eum edocebant, mediocriter exprimebat: dehinc que ex hora in horam in melius procedens, tandem divina infusione meritisque beati corporis, singula verba quæ sibi dicebantur audiens, mirabiliter loquebatur; ita ut de surdo & muto audiens & loquens factus, eas Deo gratias agebat, quas ab aliis exhiberi debere informabatur. Testantibus defectum pristinum & incolumitatem restitutam Christophoro de Sinitio, Jacobo de la Vothis de Turre, & Joanne Colæ de Tisina, & pluribus aliis civibus Aquilæ: quod miraculum etiam vidit Lazarus Benedicti, Orator Senensis, die duo-
B decimo.

21 Universis & singulis Christi fidelibus, Camerarius quinque artium & Universitas civitatis Aquilæ, fidem facimus, & in verbo veritatis attestamur, omnia supra scripta miracula, per omnipotentis Dei clementiam facta meritis religiosissimi quondam Patris B. Bernardini, inclitæ civitatis Senarum oriundi, Ordinis Observantiæ Minorum, cujus corpus hac in urbe merito colendissimum requiescit; esse clarissima, verissima, & manifesta, nullamque dubietatem habere: hujusmodi profecto scimus, tum quia partim nostris oculis subjacuerunt, & usque adeo ut nullatenus decipi potuerimus: tum quia tanta cura tantaque diligentia ex his attestationes accepimus, ut ea exploratissima & certissima censeamus. Plura etiam signa fecit, indiesque facit, quæ scribere longum esset. Hæc autem scripta sunt, ut omnes qui sub vexillo sanctæ Crucis militant, plene credant dentque gloriam Deo, qui tanta clementia ductus, nos ceteroſque orthodoxæ fidei imitatores dignatus fuerit tam immenso veritatis lumine illustrare. In cujus rei testimonium has litteras fieri fecimus, nostrique soliti sigilli impressione muniri. Datum in Camera Aquilana, die decima nona mensis Julii, Indictione septima, millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto. Antonius de Baccano Cancellarius, de supra dictorum Dominorum mandato, subscripsi.

die 12 mutus & surdus annis 20.

Hæc miracula urbis testimonio approbantur

19 Julii an. 1444.

C

VITA II ANTIQUIOR

Auctore Maphæo Veghio Laudensi, in pluribus oculato teste.

Ex Ms. Vallicellano Patrum Congregationis Oratorii Romæ.

CAPUT I.

Ortus. Educatio sub tutela variorum. Studia varia. Amor singularis erga Deiparam, & castitatem.

LIBER I. *Nobili genere Senensi*

1 BErnardinus ex Sepis clarissima Hetruriæ civitate, atque ex antiqua nobilique Albiceſcorum familia originem habuit, natus anno millesimo trecentesimo octogesimo, a sexo Idus Septembris, quo die intemeratæ utique Virginis Nativitas celebratur. Pater illi Tollus, mater vero Nera fuerunt; non minus quidem vita & moribus, quam generis claritudine præstantes. Sed & avus Dinus, proavus Bandus, Equestris ordinis fuisse memorantur b. Porro pater ejus, cum gubernationi Massæ propinquæ civitatis Præfectus, egregie cuncta administravisset, placuissentque gesta ab eo omnibus, ac præsertim Bindo cuidam Adveduto, primario urbis ac Equestris ordinis; captus hic probitate morum ejus, filiam Neram, quam habebat nubilem, matrimonio ei junxit: cum masculus nullus illi esset, filia vero alia tantum Diana, jam diu ante alteri nupta. Nec post multum temporis defunctus est Bindus. Ita gener ejus & heres Tollus cum Nera uxore Massæ semper habitaverunt, genuerunt; ibi Bernardinum filium unicum, cum beatam Virginem, in qua omnis eorum spes, multis magnisque id votis expopoſciſſent. De quo, quod in Euangelio Luc. 66 traditur, dici poterat, Quis putas puer iste erit? Nam & manus Domini erat cum illo. Quibus postea citius morte præventis, matre c primum, dehinc post c tres annos patre d, pene infans adhuc ipse sex circiter d annorum, tam dulci præsidio statim destitutus ac E orbatus est. Suscepit autem curam gubernationemque ipsius Diana, illa quam diximus, matertera ejus; aluitque eum tanta diligentia ac sedulitate, ut ne filium magis: cujus cum essent summæ præclaræque virtutes, religione tamen ac vitæ singulari quadam sanctimonia excellere videbatur. Itaque cum erudiendi ejus litterisque egregie imbuendi maximam curam gereret, ut ne librorum præceptorumque, quibus ad percipiendas eas magis adjuvaretur, deesse ei numquam aliquid pateretur; ante omnia tamen, quibus polleret moribus, quibus pro sua quemque dignitate officiis prosequeretur, religiosa eum & prudens femina instruebat. Nam minoribus mansuetudinem, æqualibus humanitatem, majoribus reverentiam, inopibus & calamitosis miserationem, potentioribus subjectionem, Deo præcipue veneratio- & timorem exhibere, cum omni denique & sexu & ætate & statu summo semper cum pudore ac modestia uti, sedulo admonebat; non aliter ac Thobias filium suum, quem ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato.

A. MAFEO VEGIO EX MS.

natus Massæ: b

parentibus defunctis à matertera educatur,

& instruitur ad virtutem,

2 Quam maxime autem ad reverentiam & amorem gloriosissimæ Matris Dei Virginis Mariæ, quam plurimum & ipsa venerabatur, assiduis eum exhortationibus invitabat; docens quanto semper illa præsidio omnibus, qui eam sincero animo coluerint, quantæque saluti fuerit; ita ut puerulus adhuc tam salubria monita toto corde complectens, ob ejus honorem sabbati diem jejunare inciperet, quod postmodo per totam semper adolescentiam conservavit. Ceterum sciens illa etiam, quantum vel ad confirmandam vel ad corrumpendam tenellam illam ætatem possent extraneorum commercia, inhibebat ei magnopere eorum conversationem, quorum suspecta, ut pessimi alicujus criminis labe infecta, vita haberetur. Sinebat autem eum versari cum iis, quos manifesta vitæ integritas commendaret, quorum vel exemplo vel adhortatione & consilio magis proficeret. Repetebat enim sæpius secum illud Prophetæ: Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum perverso perverteris: nec permittebat illum nisi ea tantum loca frequentare, ubi de religione, de honestate, de innocentia, de modestia verba fierent; ubi nihil oculi videre, nihil aures audire possent, quod non pium sanctumque esset ac immaculatum. Ita quid sequi ipse, quid contra evitare & fugere deberet, sagax eum & sancta mulier numquam docere cessabat.

pietatem erga Deiparam, F

& fugam pravæ societatis.

Ps. 17, 27

M. MAFEO VEGIO EX MS.

3 Quo factum eſt, ut qui innata quadam bonitate naturæ ad litteras, ad omnes ingenioſas res etiam manu conficiendas, ad omnes ingenuos mores per ſe ipſe ferretur; tam ſanctæ quoque inſtitutionis adminiculo longe major longeque ſupra omnes coætaneos ſuos evaderet, doctrina, ingenio, virtuteque præſtantior; reniteretque in tantillo eo generoſa quædam indoles, generoſus quaſi floſculus quidam eximiæ probitatis, qui non tenuem & non contemnendum pariturus aliquando fructum videretur, qui futurum eum aliquando magnum aliquid & ſingulare aperte oſtenderet. Præcipue autem vigebat in eo erga egentes & miſellos commiſeratio, adeo ut nulla re magis delectaretur, quam eos ubi opportunitas fuiſſet, ſuſtentare; Propheticæ jam illi voci præludens, Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam; cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Non eſt vero illud prætereundum, quod dum forte aliquando contigiſſet, ut vix tantum panis in domo haberetur, quantum familiæ eo die alendæ ſatis eſſet; atque ob id roganti cuidam pauperculo panem Diana denegaſſet; Quin, da ei, inquit puer, quod petit: Da ei obſecro, & ego me vice ejus non cœnaturum polliceor. Ita quinque annis vixit cum Diana; qua defuncta cum undecim jam eſſet annorum, receptus eſt à Chriſtophoro & Angelo fratribus, ex Albiceſcorum utique familia patruis ejus; traductuſque Senas vicinam primariamque civitatem, quaſi Deo ita volente illico reveheretur ad antiquam patrum ſuorum patriam.

Excellit ingenio,

& commiſeratione erga pauperes.

Iſa. 58, 7

B *Diana mortua Senas ductus,*

4 Habebat Chriſtophorus uxore Piam, ita appellatam, mulierem pudiciſſimam & prudentiſſimam; quæ prole carens, hunc uti filium ſtrictius amavit, curamque ejus non aliter ac Diana geſſit; erudiens eum moribus & diſciplinis, ducens quoque ſecum ad eccleſias, ut audiret ſermones, qui de colendo Deo & de inſtruenda vita habebantur. Ipſe autem attente eos audiebat, nec ſegnius quam audiebat opere exequebatur. Nam creſcebat, in dies magis moribus & virtute proficiens, ut de Salvatore ſcriptum eſt, ſapientia, ætate & gratia apud Deum & homines. Altaria etiam domi conſtruebat, & Officium Virginis jam quotidie exſolvere incipiebat. Sermones quoque, quos audierat, convocatis ceteris pueris, memoriter tenens ex ordine recitabat: præſagium non modicum ejus, quod aliquando facturus erat. Gaudebat Pia pro tanta pueri indole virtutiſque incremento *e*: unde majore ſtudio ad majora etiam ſtudia eum provehere cupiens, magiſtrum ei dedit Joannem quemdam Spoletinum, cujus egregia doctrinæ & virtutis laus ab omnibus prædicabatur: ſub quo dedit operam Trivio & Ethicæ. Nec deſunt, qui legente illo pleroſque poëtas pariter cum eo audiviſſe atteſtentur. Placuerunt autem adeo illi mores & ingenium adoleſcentis, ut dicere *f* ſæpe de eo ſoleret, nunquam ſub diſciplina ſua, aut honeſtate morum aut profectu litterarum, præſtantiorem ipſo aliquem habuiſſe.

à patrui uxore Pia dirigitur:

Luc. 2, 52

e

C *ſtudet Ethicæ ſub Joanne Spoletino,*

f

5 Ab æquævis quoque ejus ſociis tanti æſtimabatur, ut cum inter ſe forte aliquid obſcœnum fabularentur, ſi quo caſu ille ſuperveniſſet, ſtatim omnes obmuteſcerent, non audentes coram eo, tamquam quodam ſpeculo honeſtatis, quidquam licentius loqui. Amabant vero eum plurimum, propter ſuaviſſimos ejus mores gratiſſimamque converſationem: Nam erat omnibus jocundus, lætus, comis, longeque ſemper humanus, dulcis, minime elatus, minime indignabundus, ſemper ſerena mente, ſemper tranquillo animo, & (quod Apoſtolus præcipit, gaudens cum gaudentibus, flens cum flentibus; non alta ſapiens ſed humilibus conſentiens; naturæ denique ita ſimplicis, ut non deeſſet tamen prudentia; ita facilis, ut gravitate tamen non careret; ita mitis, ut à juſtitia tamen non diſcederet; ita verecundæ, ut promptitudo tamen non deficeret; ita quietæ, ut ignavia tamen in eo non argueretur, ita benignæ, ut prodigalitati tamen non accederet; ita frugi, ut contumaciam tamen non ſaperet. Jam vero adoleſcentior factus, cum Trivii & Ethicæ ſtudia reliquiſſet, ad Jus Canonicum perdiſcendum ſe tranſtulit, tribuſque annis in ea ſe facultate exercuit. Theologiæ etiam poſtmodum non parum vacavit: cujus ſtudiis adeo delectabatur, ut reliquæ ei doctrinæ, præ hujus dignitate & excellentia, nihil ſapere viderentur.

Rom. 12, 15

æſtimatur à condiſcipulis.

D

addiſcit Jus Canonicum & Theologiam:

6 Erat huic Tobia conſobrina, filia ſcilicet Dianæ, quam ſupra diximus Neræ matris ejus ſororem, eratque natu major eo annis triginta, mortuoque marito *g* tertium ordinem B. Franciſci profeſſa; mulier, propter ſummam ejus integritatem & ſanctos mores, maximæ apud omnes exiſtimationis. Hanc ferunt, cum aliquando Senis graviſſima peſtis invaluiſſet, in Hoſpitali majore mulierum peregrinarum ægrotantium curam forti ſemper & interrito animo habuiſſe. Huic etiam Bernardinum [dicunt] manifeſtaſſe latentem incorrupti corporis & cuſtoditæ virginitatis theſaurum, cum triginta & unum annos natus peſtilenti aliquando morbo uſque ad mortem laboraſſet; atque illa, ſi quid laſcivius unquam deliquiſſet, moneret eum, ut animo pœnitens repeteret. Hujus quoque animam, qua hora è corpore ſoluta eſt, dum Mediolani ageret, vidiſſe illum [ajunt] cælos petentem. Hanc igitur ipſe non aliter ac matrem venerabatur, viſitabatque ſæpius, fruebaturque frequenti ejus colloquio. Nam cum eſſet illa ſanctiſſimæ vitæ, crebris ſe macerans jejuniis, vigiliis atque diſciplinis, neque niſi veſtita unquam ac duriſſimo ſemper lectulo decumbens; ita ab ea gaudebat audire ſalutiferas admonitiones, quo pacto in tantis mundi periculis recte illi vivendum eſſet; ſentiebatque ſe verbis ejus plurimum ad eam, quam cupiebat incedere, virtutis viam animari; æmulator jam magnus illius ſacræ ſententiæ, quæ dicit, Ne deſpicias narrationem ſapientium; & in proverbiis eorum converſare: ab ipſis enim diſces ſapientiam & doctrinam intellectus.

g *Proficit colloquio Tobiæ conſanguineæ,*

Eccli. 7, 9

7 Erat huic item amita, ſoror ſcilicet patris, Tolla Bartolomæa, quæ poſt mortem *h* viri religioni *i* B. Auguſtini ſe dicarat, quæ Thobiam & numero annorum, & ſanctioris vitæ etiam perfectione longe ſuperabat. Nam nonagenaria fere erat, & continuis ſe orationibus, corporiſque macerationibus exercebat; cum lecto autem ægrotans jaceret, divinas ſemper laudes læto ore decantabat; ad tantamque ſanctitatis excellentiam pervenerat, ut audito nomine Jeſu, inenarrabili exultans lætitia, neque ulla vi vocem valens comprimere, identidem illum crebro ſingultu vocans proſiliret; & cum prudentiſſima omnium judicio eſſet, tanto tamen ſæpe rapiebatur fervore ſpiritus, ut cui ignota fuiſſet ejus ſapientia & ſanctitas, inſanire procul dubio, dum illum nominari audiret, crederetur. Ad hanc ergo ipſe ſæpe, quemadmodum & Thobiam, viſitandam ibat, audiebatque ab ea libenter monita ſalutis; unde indies magis creſcebat ejus in Deum amor & devotio: cujus & aſſiduo magnoque hortatu ſacram amplecti Religionem aliquando cogitabat. Fuerunt qui hanc aliam Auguſtini matrem *k* Monicam, magnum illud inter mulieres ac præſtans ſanctumque nomen, appellarint; & ſicut illum matris, ita hunc amitæ, quæ inſtar matris ei ſemper fuit, precibus & lacrymis ſummiſque vitæ meritis ad tantam animi integritatem perveniſſe exiſtimarint. Nec immerito alia Anna filia Phanuel

h i *& amita Bartholomæa,*

F

ſanctiſſimarum viduarum:

k

A Phanuel dici potuit, de qua ſcriptum eſt, quod vidua erat, uſque ad annos octoginta quatuor, nec diſcedebat de templo, jejuniis & orationibus ſerviens Deo die ac nocte. Felix enimvero Bernardinus, tot feminarum neceſſitudine & obſequiis, tamque egregie inſtituta earum vita tantaque virtute; quem Diana matertera & Pia affinis, eximiæ probitatis mulieres, aluerunt; quem Tobia conſobrina & Bartholomæa amita, ſummæ ſanctitatis feminæ, inſtruxerunt! Felix profecto, qui, quod eſt in vita maximum omnium momentum, tanta cura & diligentia, tam egregiis moribus, tam ſanctis exemplis fuerit à primis annis ſuis educatus! Habet enim hoc præcipuum primæ ætatis inſtitutio, ut quales tunc vel recti vel pravi mores imbibantur, tales etiam perpetuo firmi, fixi, abolendique numquam, quaſi natura eos jaciente retineantur: quare non fruſtra divinæ ſæpe voces admonent, filios à teneris annis erudiendos eſſe: cujuſmodi inter alias illa eſt, Non des filio poteſtatem in juventute, & ne deſpicias cogitatus illius: curva cervicem ejus in juventute, & tunde latera ejus dum infans eſt; ne forte induret & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. Doce filium tuum, & B operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas. Felix merito igitur Bernardinus, qui tales habere educatrices monitriceſque promeruit, quarum admonitiones & exempla, aſſiduæ quoque preces & merita, ad tantum eum ſanctitatis culmen provexerunt, ad ſuſcipiendamque tantam, quantam aſſecutus eſt, gratiam adjuverunt!

Luc. 2, 37

Felix 4 feminarum inſtructione,

Eccli. 30, 11

8 Jam vero earum exemplo & exhortatione, majora quam ſolitus erat aggrediebatur: nam viliores jam & pauciores ſumere cibos, augere jejunia, vigilias, viſitationem eccleſiarum, ſtudia ſacræ lectionis, orare frequentius incipiebat. Jam duris in ſtratis, ac in iis quidem veſtem ſemper indutus, ſomnos capiebat: jam cilicio ſæpe utebatur, jam diſciplinis etiam multoties corpus caſtigabat, operiens cum Propheta in jejunio animam ſuam, & ponens veſtimentum ſuum cilicium. Atque hæc in privato quodam domi loco ſecreta habere, cognoverunt aliquando quidam ſocii ejus, cum parvo etiam altari ac ſuperpoſita figura Salvatoris crucifixi, ardentique ante eum lampade. Quin & urticis ſe verberaſſe aliquando deprehenſus eſt, experiri ita prius per aliquot annos turius putans vitam, quam religioſam agere proponebat. Quod ut majore commoditate ardentioreque animo efficeret, curavit etiam ſe admitti in eorum numerum, qui Diſciplinati confraternitatis B. Mariæ appellantur, in majori Hoſpitali Senarum, quod à Scala nomen accepit. Nec vero quamvis hujuſcemodi confraternitates magnorum ſæpe malorum cauſam attuliſſe, ac proinde minime probari debere videantur, præteriri hæc debuit; propterea quod inde multi ſumma ſanctitate præſtantes viri, ut puta Jeſuati, Ordiniſque Montis-Oliveti fundatores, aliiq; ejuſcemodi non pauci prodierunt, quorum conſortio nõ indignum videtur, ut ipſe (licet illis longe ſuperior) aliquando annumeratus fuerit.

variis ſemet pœnitentiis exercet:

Pſ. 68, 11

adſcribitur Confraternitati diſciplinatorũ:

9 Tantum ergo illi profuit talium mulierum tam frequens ab eo facta viſitatio, tam frequens ipſarum admonitio. Quo loco ut intelligamus, non tam ſanctam ejus mentem, quam ſanctæ etiam ejus mentis nullam omnino oſtentationem; non videtur omittendum, quod cum Tobia, more cautæ mulieris, ſuſpectam merito habens pubeſcentem facilemque labi ejus ætatem, moneret ante omnia adoleſcentem, ut à blandis ſe mulierecularum ſpectaculis colloquiiſque, non ſecus ac peſtifero quodam ab angue longe arceret; ille, quamvis quæ monebat certo obſervaret, per jocum tamen ei aliquando, Scito, inquit, me nobiliſſimę cujuſdam ac formoſiſſimæ *l* puellæ amore correptum, ad quam viſendam ſalutandamque adveſperaſcente die ſemper ire ſoleo: nec niſi prius illa viſa, dulcis mihi ullius noctis quies eſſe videretur. Erat porro dilecta adoleſcenti ea, cujus, ut dicit David, concupivit Rex decorem; quam præ ſumma ipſius animi pulchritudine adamavit etiam, glorioſamque ſupra omnes effecit maximus cæli atque mundi Factor; Maria ſcilicet Virgo, cujus cum nomen miro affectu veneraretur, jugiterque animo fixum teneret; ita imaginem ejus, publico quodam urbis loco egregie depictam, antequam lecto ſe componeret, ſalutatum pro more ac ſe illi commendatum ibat. Verum etſi omnia vitæ ejus ſigna plena integritatis plenaque auſteritatis videret, ita ut nulla poſſet talis de eo ſuſpicio in mentem venire; cum contra tamen cogitaret ætatis lubricitatem, carnis noſtræ fragilitatem, dæmonum inſidias; locum etiam ubi habitare ſolerent feminæ quædam parum pudicæ, quem & ab eo ſolicitius quæſierat; atque id quod de ſe dicit Apoſtolus, Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivum me ducentẽ in lege peccati quæ eſt in membris meis; cogebatur ob hoc quoque peſſime omnia ſuſpicari; maxime autem propter delicatam adoleſcentis naturam, adjunctam quoq; præclaris ejus virtutibus elegantiam formę & pulchritudinẽ; ita ut de ipſo recte illud Virgilianum dici poſſet:

A. MAFEC VEGIO EX MS. I

Pl. 44, 12 *Tobiæ fatetur ſe aliquam formoſam alli gere:*

Rom. 7, 23 *cui detertus quid ſuſpicanti innoteſcit veritas.*

E

Gratior eſt pulchro veniens in corpore virtus.

Propter quod nec caruit inſidiis impudicorum aliquorum hominum, quos ipſe cum putenti ſentina ſemper magis exhorruerit, quemdam etiam aliquando pugno, atque alium lapidibus, adjuvante eum optimorum quorumdam adoleſcentulorum manu, lætit. Hæc igitur cogitans, non modicoque proinde dolore perculſa, ſtatuit, quid id eſſet omnino diligenter inquirere: atque ubi multis ſecretis modis vias adoleſcentis ſedula mulier inveſtigaſſet, neque aliquid præter id quod diximus de eo comperiſſet, ex magno quo detinebatur mœrore in majorem ſubito lætitiam converſa eſt.

Deiparam ſingulariter amans,

ANNOTATA.

a *In Ms. Rubeæ-vallis additur*: In quo anno Catharina de Senis evolavit ad Superos; *Hujus Acta dedimus* 30 *Aprilis.*

b *Surius iſta addit*: Patruus ejus Tollus ter ejus civitatis Præſes fuerat, cum bona civium gratia. F

c Cum eſſet annorum 22, Deo animam reddidit anno 1383. remanente Bernardino, annorum trium. *Ita cum Capiſtrano dictum Ms. & Surius.*

d Anno 1386. *Ita Capiſtranus, aſt* 1387 *Surius & Ms.*

e Primum ſcholas trivialis doctrinæ ſub Honofrio præceptore cominuavit, *inquit Capiſtranus.*

f *Scilicet, cum poſt obitum etiam S. Bernardini* antiquus *ſeu* grandævus adhuc vivebat in humanis, *uti apud Capiſtranum & Surium legitur.*

g Guido Benollia de Ptolomæis *Capiſtrano & Surio dictus.*

h Trogliardum de Tolomæis *Capiſtranus appellat, cujus vidua* Bartholomæa ſuadebat ſemper Bernardino viam Dei in ſacra Religione capeſcendam, idq; ſub Regula Canonicorum Regularium S. Auguſtini, cui ipſa religata erat in conventu & loco devotiſſimo de Liceto, ubi ſpirituales viri & Deo ſervientes morabantur. Bernardinus ergo cum illis in habitu ſeculari libenter converſabatur, approbans ſatis in corde mores & laudabilem vitam Patrum illorum: cepiſſetque eamdem Religionem, niſi quia præfatam Dominam relinquere nolebat dum viveret.

k *Acta* S. Monicæ *dedimus 4 Maji.*

A. MAFEO VEGIO EX MS.

1 Amafia *ab eo vocatur apud Capiſtranum*, amica *apud Surium*, juvencula *in Ms.*

CAPUT II.

Servitium peſte contactis exhibitum. Morbus gravis. Ingreſſus in Ordinem Minorum. Primæ conciones.

11 CUm ita ergo ageret optimus adoleſcens, cum tot in eo tantæque relucerent virtutes, non minor utique inerat ei, quæ ceteras tamquam eminens regina quædam magis etiam illuſtraret, tolerantiſſima animi fortitudo atque patientia; qua, tamquam validiſſimo ſcuto, etiam quantumcumque gravia & triſtia furentis humanæ nequitiæ tela fortiter animoſeque retunderet, callens probe illud Apoſtoli; Omnes, qui pie vivere volunt in Chriſto Jeſu, perſecutionem patiuntur. Id autem maxime demonſtravit tempore cujuſdam *a* peſtis, quę anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo tam gravis atroxque Senas invaſit, ut innumerabilem ejus populum furibunda, qua paſſim cuncta rapiens ſæviebat, contagione populaverit. Nondum vigeſimum annum attigerat, cum graviſſimam eorum temporum conditionem ſumme commiſeratus, petiit Hoſpitale, quod ob B. Mariæ honorem ac peregrinorum cauſa in medio urbis extructum eſt. Illud autem eſt, quod à Scala nomen acceperiſſe ſupra diximus, magnum quidem, amplum ac celebre, & ad ſuſcipiendos curandoſque quoſvis ægrotos ſemper promptum, ſemper patens. Petiit ergo illud ſervaturus per id temporis, quo peſte gravius agente longa eo languentium turba deferebatur. Id vero egit, cum familia ferme omnis ac miniſtri Hoſpitalis, plures quam centum quinquaginta, peſte conſumpti eſſent; nec quiſquam inveniretur qui tanti periculi ſervitium, oblato etiam quovis magno pretio, ſubire vellet. Sed cum nihil ille præter Deum cogitaret, omniaque propter eum contemneret; ſtatuit ob amorem ejus ac Mariæ Virginis, cui præcipue afficiebatur, tantum miniſterium (licet mille ei ſe mortes offerrent) ſuſcipere: ſequens veſtigia Tobiæ conſobrinæ, quam mulierum ipſius Hoſpitalis ægrotantium curam ultro etiam geſſiſſe ſupra diximus; aſciſcens quoque, qui eum libenter adjuverunt, quam plures optimos ſocios ſuos adoleſcentes, cum minime tanto oneri ſolus ſufficeret.

2 Tim. 3, 11 *Graſſante peſtilentia,* a

B

C

12 Mirum erat videre, quantum extrema quæque & non niſi viliſſimis mancipiis convenientia officia ſubibat: quanta ſolicitudine quantaque animi alacritate neminem aſpernans, nunc ignes, nunc ſtrata, nunc medicinalia vel pocula vel fomenta vel odoramenta præparabat. Nunc his potum & cibaria miniſtrabat: nunc illorum vel ſtomachi vel alvi minime faſtidiens purgamenta excipiebat: nunc aliorum ulcera attrectans ſaniem extergebat, conſolans omnes dulcibus verbis, ac bono animo ſemper eſſe adhortans; qui vero vita excedebant, curans maxime ut ſanctis primum Sacramentis munirentur, tum ſepelirentur etiam pie decenterque, non vigiliis, non incommodis, non laboribus ullis unquam parcens; numquam tanto debacchantis peſtis furore, numquam ipſa quam ante oculos quotidie ſibi adſtantem videbat morte deterritus. Cum Apoſtolo autem ſolicitudine non piger, ſpiritu fervens, Domino ſerviens, ſpe gaudens, in tribulatione patiens, orationi inſtans, neceſſitatibus Sanctorum communicans, hoſpitalitatem ſectans. Quæ res ipſos proximiores conſanguineos infenſos admodum ei fecit, objurgantes eum & execrantes, ac amara & turpia quotidie in eum maledicta jacientes, neque aliter quam delirum, & penitus excordem appellantes, quod vitam ſuam (quam nemo non ſanæ mentis tueri omni ſtudio niteretur) ipſe negligeret, quod tam vile abjectum dedecorumque miniſterium elegiſſet, ad opprobrium clariſſimi generis eorum perpetuamque omnium ipſius neceſſariorum infamiam. Quibus minime proſtratus animo adoleſcens, cum habitaculum quod in eo ſanctitatis ædificare Deus cœperat, tempus jam conſummandi perficiendique adveniret; majore quam ſolebat etiam patientiæ robore confirmatus, majore adauctus fortitudine, ſurdis cuncta auribus excipiebat; nihilo minus curans, quidquid in eo vilipenderetur, quidquid ei exprobraretur, quidquid ignominiæ veſaniæque attribueretur; dum Deo tantum, cujus cauſa cuncta faciebat, gratus eſſet atque acceptus; dum Deo tantum, ad quem omnia referebat, minime vile & pudendum, minime opprobrioſum & contemptibile eſſet quod ſuſceperat ſervitium: non ignarus Euangelici illius verbi; Beati eritis cum vos oderint homines, & exprobraverint vos, & ejecerint nomen veſtrum tamquam malum propter filium hominis. Volvebat nimirum animo continuoque meditabatur, magnum illum mundi contemptorem Franciſcum: qui ut multa hujuſcemodi, à patre præſertim crudeliſſime in eum ſæviente, æquo animo ſuſtinuerat; ita eum imitari quam maxime ſtudebat; ita ejus humilitatem & patientiam, qua nemo poſthac eum unquam mortalium æquavit, proponens aſſidue ſibi ante oculos, efficacius etiam ſequi contendebat.

D *& offenſionem conſanguineorum*

fortiter ſpernens.

Luc. 6, 22

E *atque in hoc imitatus S. Franciſcum.*

13 Jam tranſactis in eo officio quatuor menſibus in graviſſimum demum incidit languorem: quo totidem, quot ante ægrotis ſervierat menſes, diu & ad obeundam uſque mortem vexatus, lectulo ſemper decubuit, apud amiciſſimum quemdam ſuum Ildibrandinum Manettam, curante eum ſemper Tobia conſobrina ſua, ac *b* Juſtina quadam alia nobili matrona, quæ numquam ab eo donec ſanatus eſt diſceſſerunt. In quo ſi humana (quæ ſtolida & cæca ſunt) judicia attendere velimus, magnum certe arguendæ Divinæ juſtitiæ propoſitum argumentum videtur; quæ tantam quatuor menſium ſuſceptam pro ejus honore ſervitutem, tam impari ſtatim longeque indigna per quatuor utique menſes meritorum menſura compenſaverit. Sin divinis (quorum inſcrutabilis eſt ratio atque effectus) inniti malimus judiciis, nihil erit quod non ſemper æquo penſatum examine videatur. Sunt quippe humanæ mentes, uti craſſa hac infirmaque corporis mole demerſæ, ignorantiaque ubique & erroribus circum quaſi obſeſſæ, ita à veri cognitione longe alienæ, diſcernendique cujuſvis vel boni vel mali minime capaces. Dei vero, qui æternitatis ſuæ oculo cuncta proſpicit, numquam errat, numquam fallitur judicium: ſolus ipſe quid cuique vel utile, vel nocens futurum ſit, etſi prima rerum facies contra oſtendere videatur, probe noſcit; probeque noſcens, ſingulis, uti meliora quæque ſibi videntur, diſtribuit. Ideo recte Propheta dicit: Judicia tua abyſſus multa. Quam magnificata quoque, inquit, ſunt opera tua Domine; nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. Vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc. Atque alio loco ait: Reprobat Dominus cogitationes populorũ, conſilium autem Domini in æternum: cogitationes cordis ejus in generatione & generationẽ. Job etiam, Numquid oculi, inquit, carnei tibi ſunt? aut ſicut videt homo & tu vides? Et alius Propheta dicit: O altitudo divitiarum ſapientię & ſcientię Dei! quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ

In gravem morbum incidit,

b

miro ſed juſto Dei judicio,

F

Pſal. 30, 7

Pſal. 91, 6

Pſal. 32, 10

Job 10, 4

Rom. 11, 33

ea contactis ſervit in Hoſpitali,

viliſſima quæque miniſteria obiens

Rom. 12, 11

A viæ illius! Quod ſi quiſque advertere voluerit, cognoſcet non ſine magno atque ſancto Dei judicio permiſſum, ut gravem illam quatuor menſium in ægrotos ſervitutem gravior etiam per totidem alios menſes ipſius ægrotatio, quaſi digna tantorum meritorum ejus retributio, ſequeretur. Nam cum ſtatuiſſet Deus tantam quam exercuerat ſervitii pietatem, non jam corporis ullis commodis, quæ minima quidem illi viderentur, ſed majoribus animæ bonis munerare; ideo ut altius ad cæleſtia, quæ illi parata erant, dona mentem erigeret, calamitoſique hujuſce mundi ſpes illi omnis magis ac cura vileſceret; percuti eum peſſima illa valetudine conſulte permiſit: unde fiebat, ut quo magis languor eum gravaret, eo magis augeretur in eo Dei amor mundique contemptus; ut quo majorem pateretur corpus ejus anxietudinem, eo fortior conſurgeret mens atque Deo propinquior.

altius cæleſtia appetit:

14 Jam valido ergo ille corpore factus, ſpiritu etiam magis convaleſcebat; jam gravi à corporis ægrotatione liber, graviorem etiam omnem animi ægritudinem evaſerat. Nam verſans ſecum profunda cogitatione turbulentas inſanientis hujuſce mundi, infinitaſque quibus quotidie, tamquam obruente nos undique fluctuantis ſali tempeſtate, jactamur curas & anxietates; nec minus inanem delinimentorum ejus falſamque lætitiam; mentitum quoque felicitatis aſpectum, quo non aliter ac impudentiſſima meretrix incautum quemque deceptura blanditur: conſideranſque altius quod dicit Propheta, Quoniam pulvis ſumus; homo, ſicut fœnum dies ejus, tamquam flos agri ſic efflorebit; quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet, & non cognoſcet amplius locum ſuum. Hæc, inquam, ac dulciſſimam contra, quæ cum Deo eſt, quietem & tranquillitatem attentius meditans; propoſuit, abjecta proculcataque omni penitus terrenarum rerum cura, religioſam (quam unicam vere felicem & beatam eſſe judicabat) vitam colere: atque ita propoſuit, ut quotquot à via Dei aberrare peccatiſque habenas laxare conſpiceret, dentibus omnes libenter diſcerpſiſſet; quod immoderatioris tamen animi vitio, ſi fortaſſe id narraret, attribuebat. Cum vero cunctas, quæ à ſanctis viris inſtituræ ſunt, diſtrictas obſervationes gravi maturoque examine ante oculos ſibi poneret; duæ tamen (ut ipſe aliquando referebat) Franciſci ſcilicet & Dominici, quas merito ſequi poſſet, digniores ei apparuerunt. Utram vero earum eligeret diu fluctuans diuque cogitans, tandem inſtituta ipſarum intelligere atque diſcutere ſtatuit. Ac primum quæ Franciſcus obſervanda tradiderat legens, cum iis admodum delectatus & recreatus eſſet; non amplius curans quid Dominicus inſtituiſſet videre, ſtatim firmato certo propoſito Franciſcum amplexus eſt, propter majorem mundi contemptum, humiliorem etiam pauperioremque ſtatum longe animo ſuo gratiorem, eligens cum Propheta abjectus eſſe in domo Dei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.

præ Ordine S. Dominici

B C

eligit S. Franciſci humilitatem,

Pſ. 83, 11

15 Porro hunc ejus animum confirmavit etiam magis inſignis, quæ ipſo eodem tempore in ſomnis apparuit ei, hujuſmodi viſio. Vidit ſe in quodam eſſe magno agro inculto *c*, in quo excelſa turris, atque in turri feneſtra, per quam flamma ingens exibat, in medioque flammæ femina quædam, reſolutis crinibus panſiſque manibus, ſublata alte & ter repetita voce Franciſcum inclamabat. Quorum ſignificationem, dum ea aliquando narraret, talem etiam afferebat; ut ager, mundus; turris, Deus; ignis, Spiritus ſanctus; femina, Religio ſeu Eccleſia intelligeretur. Dicebat quoque eam tam recenti memoria tenere, ac ſi tunc contigiſſet. Ita igitur ad eam, quam jam animo verſabat, Franciſci viam magis accenſus eſt. Jam illam in omnibus magis admirabatur atque æmulabatur: jam ad illam anhelabat vehementiſſime atque ſuſpirabat: jam vitæ illius amore & imitatione, inſtitutorum quoque quæ præclara ſanctaque reliquerat obſervatione, mirum in modum trahebatur: ſed retardavit eum aliquando Bartholomæa illa, cujus eximiæ ſanctitatis ſupra mentionem fecimus. Nam cum lecto moveri non poſſet, propter cæcitatem ſimul & ſurditatem, ſpaſmationem item nervorum, ac decrepitam ætatem (nonaginta enim ſeptem annorum erat) defunctaque nuper eſſet domeſtica quædam ejus, religioſa femina, cujus tantum ſervitio utebatur; noluit tamen optimus adoleſcens amitam, quam non aliter ac matrem diligebat, deſerere. Servivit ergo ei, nullo labore, nullo faſtidio retractus; ac cuncta propriis manibus, quæcumque tanta neceſſitate affectæ mulieri expediebant, faciebat, donec ſupervixit: ſupervixit autem annum integrum & pluſculum.

A. MAFEO VEGIO EX MS.

inſervit Bartholomeæ amitæ ægræ uſque ad mortem.

16 Qua mortua, ſecreto domi religioſam quam ſequi propoſuerat vitam prius experiri magis credidit, majoribus quam conſueverat caſtigationibus corpus affligens. Tandemque, ubi per tantum temporis, quantum ſatis videbatur, quod volebat expertus eſt; primum diſtribuit omnem ſubſtantiam ſuam in pauperes, uti majorem cujuſque indigentiam adeſſe animadvertit; non immemor mandati Euangelici, Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me, & habebis theſaurum in cælis. Deinde adiit Joannem Neſtorii, virum cum propter ſenectutem, tum propter non mediocrem prudentiam & ſanctitatem magnæ apud omnes auctoritatis, cui & ante quidquid ſe facturum cogitaſſet aperuerat: ſuſcepitque ab eo Ordinem habitumque Minorum, à Franciſco inſtitutum, vigeſimo ſecundo ætatis ſuæ anno, ſexto idus Septembris (quo die etiam eum natum eſſe ſupradictum eſt) in Eccleſia S. Franciſci Senis. In quo haud eſt prætereundum, quod dixiſſe tunc optimo adoleſcenti ſanctum Senem memoratur? ex nemine ſcilicet jam diu tantum incrementi tantumque exaltationis, quantum ex ipſo futurum videbat, Ordini Minorum proveniſſe; quo nullus Senis eſſet adoleſcentium melior, nemo integrior, nemo moribus virtuteque præſtantior. Non diu autem poſt contulit ſe Columbariam, locum in Senenſi agro, ubi Franciſcum morari aliquando ſolitum, Bonaventuram etiam, cum & ibi ipſe aſſidue ageret, Cardinalatus Galerum delatum xeſpuiſſe tradunt. Quo autem modo ſe illo contulerit, dicendum eſt.

E

bona ſua in pauperes diſtribuit:

Matth. 19 25

habitum ſuſcipit Senis:

F

Columbariam migrat,

17 Venerat forte optimus quidam & religioſiſſimus vir ejuſdem Ordinis, cupiens locum illum ad antiquum ſtrictioremque vivendi modum reducere: in quo opus erat ei aliquibus, qui ſecum habitarent paris profeſſionis pariſque propoſiti, quos ab eo qui tum miniſtrandi curam habebat impetravit. Contemplatus vero Bernardinum adoleſcentem novitium, allectuſque plurimum indole morum & probitatis ejus, ſperans non modico eum ad id quod proponebat adjumento futurum, rogavit ut is ſibi ante omnes daretur. Placuit ea res ipſi qui miniſtrabat, placuit & Bernardino: volentibuſque & afferentibus omnibus perrexit Columbariam. Ibi cum ſumma manſuetudine, innocentia, patientia, caritate, obedientia (quibus ſe omnibus gratum faciebat) vitam agens, in omnibus juxta Apoſtolum exhibuit ſemetipſum ut miniſtrum Dei: factuſque tunc eſt locus ipſe magnæ auſte-

2 Cor. 6, 4

austeritatis, magnæque apud omnes devotionis: quo tempore pauci admodum hujuscemodi phœnicesque rariores habebantur. Exacto deinde anno Regulam Franciſci, cui ſe deſtinaverat, profeſſus eſt. Tum alio etiam revoluto anno primam Miſſam cantavit; ac eo quidem omnia die, quo & mundo & ſanctæ pariter Religioni natum eum modo diximus, ſexto idus Septembris; die profecto magno illi ſemper & memorabili, cum propter hæc, tum propter ejus, cui ſummo & ardenti amore affectus erat, excellæ ſcilicet Matris Dei Virginis Mariæ reverentiam: ut quo mundum naſcens illa introiit, eo tot & ipſe die magna glorioſaque bona, mundo utique naſcens, conſecutus extiterit.

A. MAFEO VEGIO EX MS.

ibique profeſſus & Sacerdos factus.

18 Poſt paucos autem dies, cum litteris etiam aſſidue acriterque inſiſtens, mirum ſtudiorum ſuorum profectum attuliſſet; demandatum eſt ei à majoribus ſuis prædicandi verbi Dei munus: quod ipſe, quamquam tanto ſibi oneri minime æquas vires affirmaret, juſſis tamen eorum humiliter parens, ſuſcepit. Primum autem (ut aliquando ipſe narrabat) illud cœpit in Segiano oppido Senarum, quod vicinum erat Columbariæ, ubi ipſe habitabat. Quem tunc, tantum illum futurum legis Dei annuntiatorem tantumque præconem, ferunt tam magno vocis, & tibiarum, & totius denique corporis tremore correptum fuiſſe, ut vix quod inſtituerat proloqui poſſet: quod & eximiis oratoribus contigiſſe certum eſt: ſignum verecundi & à natura bene informati animi. Tum vero, cum Senas profectus eſſet, verba ad populum fecit, prope arborem B. Franciſci, quæ eſt apud mœnia civitatis. Deinde tertio apud S. Honofrium, ubi tunc erat tenue tantum quoddam eremitorium, Capriola appellatum, quod pertinebat ad Hoſpitale majus B. Mariæ. Cujus loci commoditate captus, rogavit Rectorem ipſius Joannem *d* Glandaronum, ut locellum ipſum ei aliquibuſque ſociis ejus, habitationis ipſorum cauſa, concederet. Nec recuſavit vir optimus, memor quanta alias pietate, tempore tam diræ peſtis, hoſpitali ille ſervierat. Qua tam inſigni piaque liberalitate, non tam petenti ſervo Dei, quam loco ipſi bene conſultum eſt: nam cum ante puſillus admodum & anguſtus viliſque eſſet, tantum poſtea ejus cura & opera, quantum videre licet, auctus, amplificatus, nobilitatuſque eſt *e*. Nactus ergo ille tam commodam propoſito ſuo habitationem, proſequi alacriter quod cœperat, & quidquid eloquio doctrinaque poterat, totum id populo libenter eum audienti, impendere pergebat; & (quemadmodum *f* Salomon dicit) tamquam imbres mittebat eloquia ſapientiæ ſuæ. Cum tandem cupiens uberiorem fore fructum laborum ſuorum, volentibus mandantibuſque Majoribus ſuis, ad inſtruendas utique alias civitates, uti ſpiritus eum ducebat, ſe accinxit.

concionatur Segiani,

Scpis

& Capriolæ, ubi habitationem erigit.

Eccli. 39, 9

B

C

d

e

f

ANNOTATA.

a *Peſtem per reliquam Hetruriam hoc anno adeo graſſatam ſcribit ex Boninſegnio Ordericus Raynaldus in Annalibus, ut Florentiæ* 600 *aut etiam* 800 *ſingulis diebus abſumpſerit. De eadem tunc Senis graſſata agit Malevolta* 2 *par. hiſtoriæ Senenſis lib.* 10 *pag.* 190.

b *Surio* Juſtina de Manetis.

c *Ms. Rubeæ vallis iſta addit:* prope fontem Follonicum, extra mœnia à Conventu Fratrum Minorum parum diſtantem, vidit palatium plenum feneſtris, & & ignem intus omnia comburentem. Videbat inſuper per feneſtram unam, ab igne præſervatam, virum habitu S. Franciſci indutum ... ter Franciſcum clamantem.

d *Capiſtrano* Joannes de Tantavonibus, *niſi forte huic mortuo; alter ſucceſſit cognomento* Glandaronus.

e Primum ibi Guardianatum exercuit diligenter, pondus diei portans & æſtum ... delicatum corpuſculum lapidum, lignorum, aliorumque cæmentorum oneribus ſubmittens, ac propriis humeris deferens pro conſtructione loci *&c. Ita Capiſtranus.*

f *Imo* Jeſus Sidrach.

D

CAPUT III.

Excellens donum concionandi cum virtute conjunctum. Fructus ejus multiplices, & converſio populorum.

19 AT nunc majora longe atque illuſtriora ejus monumenta attingimus. Nam omni ſtudio & diligentia ſancto ſibi injuncto operi inſiſtens, tanta illud implevit gratia & felicitate, quantam qui eum verba facientem audierunt, non ſatis admirari atque ſummis ſupra omnes laudibus efferre potuerunt. Si enim pronuntiationem recte antiqui & ſapientiſſimi dicendi præceptores primam eſſe & ſummam eloquentiæ laudem crediderunt; ſi interrogatus Demoſthenes, quid in Oratore primum eſſe judicaret, pronuntiationem reſpondit; quid vero ſecundum, itidem pronuntiationem; quid denique tertium, pari modo pronuntiationem ſemper eſſe dixit, quaſi in ea omnis vis omniſque orationis excellentia contineri potiſſimum videretur; quibus nos Bernardinum præconiis extollemus? qua admiratione proſequemur? qui toties illum audivimus ea pronuntiationis gratia, naturæ prælarga manu adeo donatum fuiſſe, ut nihil dignius, nihil certe præſtantius dici poſſet: quippe cui ita vox lenis, clara, ſonora, diſtincta, explicata, ſolida, penetrans, plena, redundans, elevata, atque efficax erat; ut ad id, quod juſſus ſuſceperat proferendi in vulgus ſermonis officium, recte illi ad nutum formata credi poſſet; quæ ita ſuavis erat, ut cum ſuavitate mixtam haberet dignam quamdam gravitatem; ita robuſta, ut non ſolidior, condita magnâ eſſet lenitate; ita aperta, ut non ſolutior tamen illa diffluëret: quæ præterea aptis quibuſdam & decentibus modis ita inſtruebatur, ut major inde nimirum ejus dignitas gratiorque exſpectatio naſceretur.

LIBER II

In concionibus excellit pronuntiatione,

omnibus modis perfecta,

E

20 Nec dico quam ad unguem omnia, quæ magni dicendi artifices tradiderunt, ſola eum natura adjuvante, obſervabat; quam vocem ille ſibi ad quæcumque aptaret ſervientem haberet; quam callebat eam, ut res quæque de qua dicendum eſſet poſtulabat, vel demittere vel moderari, vel attollere, vel concitatius etiam nonnumquam acriuſque profundere; quam recte id, quod apud alios ſummæ eſt artis, ipſe ſuo ingenio norat, quo loco præcipuum haberi, ubi ſuſpendi ſpiritus, ubi claudi ſenſus deberet; quis in omnibus ordo ſervandus eſſet, qui cum ornatu conjunctus tantum apud animos hominum valet, ut nihil eo plus valere maximi Oratores atteſtentur. Per dies autem feſtos & ſolemnes, quibus ex omni genere & colluvie hominum major fit concurſus, apud quos præter ordinem ſermo, qui tantæ diverſitati ſatis-faciat, habendus ſit, quam ex induſtria ille, nunc minime ordini ſerviens, multa nunc hinc nunc illinc ſaliens magis cumulabat quam diſponebat; & cum jocundus ſua ipſe natura eſſet, quam multa ſtudio etiam graviſſimis ſententiis ſuis jucunditatis & facetiarum plena ſæpius intermiſcebat, ut faſtidiosos alias audientium animos talibus quaſi dulcibus pabulis recrearet, recreatoſque proinde ita etiam attentiores efficeret. Accedebat his venuſtas oris, lætitia vultus, totiuſque decor corporis, aptiſſimi etiam

F

& rebus ipſis adaptata

ſimul delectans & movens,

ejus

A ejus & rei cuilibet quæcumque exponenda eſſet congruentiſſimi geſtus: quibus adeo miro naturæ munere valebat, ut ne quiquam illum, quamvis doctus atque omni arte inſtructus, minus anteiret; unde fiebat ut tot tantiſque ad dicendum adminiculis adjutus, tria quæ in Oratore ex ſententia ſummorum eloquentiæ auctorum exiguntur, mira ille divinaque gratia ſupra omnes aſſequeretur: nam & cuncta quæ dicturus erat melius docebat, & animos audientium magis delectabat, & vehementius eos movebat, atque ad quæcumque placuiſſet ardentius incitabat.

ſingulari doctrina,

21 His adjungamus, quæ majorem etiam eum merito ac admirabiliorem reddidit, magnam euangelicarum inſtitutionum rectamque doctrinam. Neque enim tam ei lingua corporiſque geſtus, quam multa etiam eorum quæ traditurus erat eruditio ac præſtans ingenium ſerviebat. Adjiciamus inſuper multarum rerum notitiam, ſummamque in diſcernendis variis populorum moribus prudentiam: nam ut omnes adivit Italiæ civitates, ſanctis eas inſtruens diſciplinis; ita diverſa ipſarum ſtudia, diverſaque quibus corrupta quæque magis eſſent peccata intelligebat; intelligensque diverſis etiam ac quibuſque

prudens in carpendis vitiis,

B ſuo convenientibus morbo remediis emendabat, morem ſequens medicorum, medicus ipſe exercitatus animarum admodum atque inſtructus. Ita vero emendabat, ut carperet magis vitia, quam homines; magis ſcelera, quam ſcelerum auctores, ad odium provocaret; ut non eamdem omnium vel temporum, vel conditionum, vel perſonarum, vel ſtatuum, in reprehendendis criminibus rationem haberet; ut de magnis ac poteſtate dignitateve aliqua prædictis viris modeſte ſemper loqueretur; ne leves vani popelli ac præcipites motus, quos reprimere ſemper ſtudebat, magis incitaret; ut multa conſulto præteriret, quæ vel nihil proficere, vel occulti alicujus ſceleris notitiam experientiamque proinde afferre cognoſceret; obſervans diligentiſſime quod Paulus

2 Tim. 4, 2 Timotheum docet, Prædica verbũ, intra opportune, argue, increpa, obſecra, in omni patientia & doctrina; atque ita obſervans, ut cum infiniti ille profectus auctor extiterit, numquam tamen ipſum aliquid, quod ſcandali cauſa eſſet, protuliſſe compertum ſit. Quod eo majore dignum laude putandum eſt, quo perpaucis id ejus muneris profeſſoribus datum eſſe videamus: tam difficile & arduum eſt, multis audientibus multa loquentem, modum ſemper ſervare.

C

Exemplum omnibus vita ſua factus,

22 Sed præter hæc (quod omnia quæ diximus ſuperat) tanta erat vitæ ejus integritas & ſanctitudo, ut nihil in eo unquam deprehenſum fuerit, quod reprehendi poſſet, nihil in eo notatum quod ſinceritatem ejus maculare videretur: ut non diverſa eſſent à ſermonibus ejus opera, haberetque ſemper ſocias res verbis, & verba rebus; ut non aliter ac alios docebat, ipſe faceret; non ſegnis imitator Salvatoris noſtri, quem pari cura populos publice erudientem,

Act. 1, 1 legimus facere prius quam docere cœpiſſe; neque minus obſervator Apoſtoli, qui Titum inſtruens quo docere modo debeat, ſenes, juvenes, anus, adoleſcentulas, pro ſua quemque ætate & conditione,

Tit. 2, 7 poſt omnem doctrinam ſubdit; In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate. Quibus tantum ille ſibi auctoritatis vindicavit, tam celebre ſibi ac magnum nomen adeptus eſt, ut paſſim eum omnes populi, omnis ætas, omnis ſexus, puſilli ſimul & magni ſequerentur, amarent, colerent, obſervarent; omnes eum revererentur, magnificarent, extollerent, ac tamquam divina oracula ejus verba ſuſciperent *a*; ſummum eſſet cuique ſtudium dulcibus ejus & ſanctis verbis

omnium in ſe amorem trahit:

a recreari, monitis imbui, documentis inſtrui, increpationibus ſalubriter curari, ponere ante oculos turpitudines anteactæ vitæ, diluere ſordes delictorum, pœnitere antiquorum malorum, ſcelera horreſcere, vitiis bellum indicere, mundi illecebras contemnere, converti ad meliorem ſententiam, recta gradi via, virtutem amplecti, ſpem in Deo ponere, divinis delectari mandatis, cæleſtia jam gaudia ſuſpirare. Quis verbis æquare poterit, quantum ejus doctrinis adiuti adoleſcentiores, innocentiæ & pudoris profectum attulerunt? ad quantam probitatem, ad quantam reducti ſunt frugem vitæ? quam graviores induerunt mores, præſertim feminæ? quarum molliores jocos, cantus, & ſaltationes, ad frequentandas melius ſanctas eccleſias celebrandaque ejus Sacramenta, divinaque avidius audienda mandata, convertit: laſciviores vero ornatus & capillorum ludibrioſas quaſdam præſtigias, medicamenta quoque ad fucandam faciem adinventa, ac inutilem omnem mundum, mundioris elegantioriſque corporis cauſa paratum, irritamenta cuncta ac fomenta libidinis, ita deſpici, abjici & exterminari curavit, ut publice etiam ignibus ea ſæpius traderentur. Nec minus ſuperſtitioſa quædam ſcripta, portentuoſis neſcio quibus ac iiſdem nihil aliud quam dæmonum nomina ſignificantibus notis & characteribus compoſita, medicata E etiam & magicis carminibus præcantata pharmaca (quæ ad inſaniam magis quam ad amorem aut pacem ullam eos quibus miniſtrantur redigere ſolent), ita ſanctis ſuis admonitionibus illuſtrique ſua auctoritate deſtruxit atque evertit, ut infinita eorum congeries in ignem, utique exurenda penituſque delenda tamquam tali digna ſupplicio, mitteretur.

A. MAFEO VEGIO EX MS.

inducit adoleſcentes

& feminas,

ad abjiciendum vanitates,

& ſortilegia;

23 Quis vero cumulate, ita ut res ipſa exigit, explicaverit, quantum robuſti etiam ac ſeniores ſan *viros ad rectis* ejuſmodi admonitionibus antiquam licentiam *jiciendа injuſta lucra,* & vitæ conſuetudinem reliquerunt? quantum depoſita gravi veterum malorum ſarcina, agiliores expeditioreſque, dum juſte recteque vivunt, adepti ſunt? quanta ab eis rejecta ſunt damnata exercitia? quantæ exploſæ falſæ corruptæque negotiationes & lucra? quantæ ementium & vendentium inter ſe deceptiones & involucra? à quantis ceſſatum eſt dolis & fraudibus, à quantis fucis & impoſitionibus, à quantis mendaciis & dejerationibus? Quam multi præterea liberati à perniciosiſſima alearum peſte, à turpiſſima monſtruoſiſſimaque criminandi Dei inferendique in eum contumelias conſuetudine? Quam multi rapere, quam multi concutere, quam F multi vim aliis inferre, quam multi ſtupra, adulteria, *libidines,* cædes, proditiones, committere deſtiterunt? Quam multæ feminæ proſtitutæ, ac publicæ obſcænarum libidinum victimæ, ad cœlibem vitam redierunt? Quanta parentibus in filios diligentia, filiiſque in parentes crevit reverentia? quantus maritorum & uxorum in invicem amor & fides? quam domini ſervos mitius, quam ſervi Dominos fidelius proſecuti ſunt? quam ad amorem omnes vel fratres, vel conſanguinei, vel affines, vel amici, vel contubernales, aut inceuſi magis ſunt, aut reſtituti? A quantis civi- *odia,* tates exemptæ ſunt ſeditionibus, & inimicitiis? à quanta turbatione animorum? quanta in populis extincta ſunt odia, repreſſæ iræ, ſanati livores, ſedatæ diſcordiæ *b*, & contentiones? quanta quies & tranb quillitas? quot reconciliatæ adverſæ inter ſe & inſenſæ mentes? quot revocari ad benevolentiam & pacem animi? à quanto liberati æſtu perturbationum, à quanto nocendi ſtudio vindicandique inſania? Quis denique ſatis dixerit, quot uberrimis ille *Pluribus ad Ordinem venientibus* ſuis ſanctiſſimiſque doctrinis ad Dei cognitionem amoremque attraxerit? quot ex tantis mundi ærumnis tantoque naufragio ad tranquillum tutumque

A. MAFFEO VEGIO EX MS. *monaſteria conſtruit*

ſanctæ Religionis portum eduxerit ? quotque eorum habitationis cauſa extrui domos & monaſteria curaverit ? ingentis omnes operæ atque impenſæ ingentique populorum ſtudio, ob ſancta ejus merita collatis omnium bonis id adjuvante; quibus non tota tantum Italia, ſed Chriſtianus nunc ferme orbis totus quotidie magis impletur. Creſcente enim felicius in dies ſanctarum ovium grege, cujus ſanctus ille paſtor primum auctor fuit; nimirum etiam, quibus tanta ejus multitudo collocetur, creſcere multiplicarique habitationes neceſſe eſt *c*.

c

ſupra Pythagoram laudandus,

24 Et quid his majus ? quid excellentius ? quid vel mundo illuſtrius, vel cælo glorioſius eſſe queat ? Si enim Pythagoram Philoſophum Gentilem ſummis laudibus antiquitas extulit, quod populum Crotonienſem, in luxuriam ac graviſſima omnia vitia lapſum, publicis admonitionibus, viros & mulieres, pueros etiam ſeparatim omnes habitos, ad meliorem frugalis vitæ uſum revocavit; ſi magnam eſt ille gloriam conſecutus, quod ſapientia & auctoritate ſua tantum uni populo, ad deponenda uſque mulieribus veſtimentorum ornamenta, contulit; quantum nos huic laudis & gloriæ attribuendum putabimus, qui dignioribus ſanctioribuſque doctrinis pariter & exemplis, innumerabiles etiam populos ad majora longe virtutum incrementa pervexit. Et cui nunc mirum videbitur, ſi tantis poſtea, de quibus loco ſuo infra dicetur, ſignis ille claruerit ? Nam ſi tantorum bonorum ipſe cauſa extiterit, non eſt ambigendum, parem illi in cælis, ubi ſempiterno ævo fruitur, eorum gloriam referri : neque modo eorum quæ vivens ipſe operatus eſt, ſed & omnium quæcumque nunc ad meliorem aliam vitam tranſlatus, ex antiquis benefactis ſuis, quaſi ex ſanctis ante ſeminibus, conſurgentia redivivo ſemper ortu producit. Ita enim fit ut quidquid pium, juſtum, ſanctumque poſt ſe morientes reliquerunt, propter quod in ore viventium ſumma cum laude verſentur, id quod uberioris indies fit meriti, ad uberiorem utique indies glorioſioremque vitam eis cedat. Ad vitam dico, non ad majorem blandientis ullius famæ expectationem, quo mortalium vana maxime & inanis decipitur opinio. Vita namque apud Deum eſt, non fama; quæ locis tantum & temporibus, longe ab illo alienis, præſcribitur. Nec diverſa eſt ratio eorum, quæ in vita nequiter perperamque aguntur, ut non tam ea, quam quæ poſt etiam inde mala exoriuntur, primo ejus auctori pœnam accumulent. Si par ergo in cælis illi gloria refertur eorum bonorum, quæ vel vitæ tempore, vel nunc etiam vita functus piorum meritorum virtute agit; beatiſſima certe ipſum glorioſiſſimaque cum Deo vita frui credendum eſt : nullaque proinde excelſæ ipſius apud Deum poteſtatis admiratio haberi debet, ſi quidquid pro ſalute noſtra à Deo petit, obtineat; eum iis etiam magnis admirabilibuſque ſignis, quæ ſupra omnem humanam virtutem facta ab ipſo fierique novimus.

B

à Deo in vita & poſt mortem honoratus,

propter fructus etiam poſt mortem provenientes.

C

Tanta efficacia verbi primam videtur laudem mereri.

25 Mirentur alii & magni faciant longiſſimas peregrinationes, deſertiſſimas ſolitudines, aſperrimos æſtus & frigora, viliſſima cibaria, attenuatiſſima ac creberrima jejunia, duriſſimas accubationes, lucubrationes, macerationes, graviſſimas corporis caſtigationes, quibus majorem procul dubio apud Deum excellentioremque gloriam quæri nemo negaverit : ego autem non ſatis poſſum mirari ac magnificare, unum hominem tot populis ſaluti fuiſſe; unum hominem potuiſſe, ſanctis ſuis doctrinis ac exemplis, tantos populorum quotidie graviter delinquentium errores, tanta ſcelera corrigere; potuiſſe curvas in terris cæleſtiumque penitus inanes animas noſtras ad Deum erigere; tot exurſantibus quotidie cordis noſtri motibus frænum ponere, à tot blandiculis voluptaribus ſenſus noſtros abdicare, ſeveriores auſterioreſque corpori noſtro leges dare, tot ulceroſis virulentiſque morbis mentes noſtras purgare, civitatum mores componere, ſtudia ſancta augere; profligare vitia, pellere ſcandala, ſedare ſeditiones, ſanare inimicitias, inveterata ardentiaque odia extinguere, tantæ denique pacis, tantæ reconciliationis & concordiæ auctorem eſſe. Hæc enim longe majoris meriti, quam ſuperiora, recte cuique ea examinanti eſſe videbuntur : quæ nec ſine magno etiam integerrimæ acceptiſſimæque Deo mentis ſtatu, ſummoque Dei afflatu ac ſingulari cæleſtis gratiæ influxu, fieri poſſe credenda ſint. Ut recte quidam Ordinis ejus doctiſſimus ac diſertiſſimus, cum interrogaretur cur ipſe, multo majore doctrina atque eloquentia præditus, non tantam in corrigendis populorum peccatis vim haberet, dixiſſe videatur; ſe quidem eſſe tamquam carbonem, nihil ignis habentem; cui applicati alii, utique carbones mortui, minime reviviſcant : Bernardinum autem, Carbonem ignitum divino ſpiritu eſſe, quem contingentes ceteri carbones, licet extincti, ſubito vim ignis ſuſcipientes ardeſcant.

D

E

ANNNOTATA.

a Per triginta milliaria & eo amplius utriuſque ſexus, quaſi innumerus populorum cumulus, ad audiendum eum avide & celerrime properabat *Ms. Rubeæ-vallis.*

b *Apud Capiſtranum iſta habentur* : Vidiſſes namque pluries, ſicut propriis aſpexi oculis, antiquatas inimicitias per annos innumeros, adeo deletas & extinctas, atque ad veram & Catholicam reconciliationem & pacem Chriſtiana tranquillitate redactas, ut non per hominem, ſed per Seraphicum Angelum è cælo dimiſſum, fieri talia judicares.

c Judæi quoque, relicto cæcitatis ſuæ errore, baptiſmi gratiam ſunt adepti. Hæretici pravitate hæretica abjecta, ad Catholicam fidem ſunt reverſi : *Ms. præcitatum.*

CAPUT IV.

F

Fructus privatæ converſationis : mundi contemptus, patientia & conſtantia.

26 PLane cum tot ille & tanta egerit, ac apertis quidem omnia & publicis declamationibus ſuis; non minus etiam inter privatas actiones ſaluti quorumcumque conſulebat; nunc hortans, nunc monens, nunc pro ſua quemque conditione emendans, ut nulla ex parte omnis ſermo ejus fructu careret *a*. Quemadmodum cuidam adoleſcenti, quem propter probitatem ejus præcipue diligebat, dum pendente poſt tergum zonæ capite cinctum eum aliquando vidiſſet, Die mihi, inquit, an ante faciem vel retro incedis ? Quibus non tam prudentiæ quam facetiæ plenis verbis placide ille admonitus, ab ea cingendi conſuetudine, quæ neque decens neque naturæ conveniens videbatur, poſtmodum abſtinuit. Quemadmodum & optimo cuidam Religioſo Ordinis ſui, cupienti quam ſuſceperat religioſam recte vitam implere, rogantique quo facilius id modo poſſet efficere; annuens ipſe, inclinato in terram toto corpore nihil aliud quam, Deorſum, Deorſum, reſpondit; talibus & ſignis & verbis pariter ſignificans humilitatem, quam, uti præcipuum unicumque ejus quod magnopere cupiebat fundamentum, ſequi

Privatæ etiam converſationes utiles

a

interrogantibus apte reſpondet.

A qui deberet. Cujuſmodi & alium, dum diſcendi forte, ut fit, cauſa rogaretur, quando recte publicis in ſermocinationibus exclamandum eſſet, pulchre ita monuit; Fac age quod facturus es ad laudem Dei, & perfecta in caritate; & quod maxime optas, ſpiritus ipſe Dei, cum tempus poſtulabit, ſuggeret atque ultro adminiſtrabit. Cui perſimile eſt aliud reſponſum, quod dedit alii, eum roganti, ut cum tanti apud omnes populos ſermones, quos publice enuntiabat, haberentur, tantumque fructum parerent; doceret ipſum ſingulares quas in enuntiandis ipſis ſermonibus regulas obſervaret, quibus inſtructus utiliores & ipſe ſuos quos habiturus eſſet ſermones facere poſſet; Unicam enim, inquit, tantum regulam obſervavi. Quod cum ille admirans ac gaudens ſimul, quod facilior ei eſſet unius quam plurium regularum obſervatio, quænam ea eſſet regula, rurſum quæſiviſſet; Ex quo, ait, cœpi huic exercitio intendere, numquam niſi propter honorem & laudem Dei verbum aliquod protuli: atque hæc regula, quam ſemper ſolicitius obſervavi, ſola mihi præſtitit quidquid vel ſcientiæ, vel eloquentiæ, vel promptitudinis, vel auctoritatis ſum conſecutus: hæc quaſcumque errantes animas ad Deum converterim, B ſola mihi præſtitit.

ac docet quid reddat conciones fructuoſas.

27 Nec omittendum eſt illud, quod eidem alio tempore interroganti eum, quid ſentiret de doctrina ſacra, quod dicentem illum alias audiviſſet triginta ſe ei annis vacaſſe; Nunc minus, inquit, quam unquam videor mihi eam intelligere. Non etiam tacendum eſt ſapientiæ plenum illud dictum, quo hunc ipſum conſolatus eſt, dum in primis converſionis ſuæ annis ſpiritu libidinis graviter tentatus, quæſiviſſet ab eo quid triginta jam ipſe annos religioni ſanctæ militans, cum pugna carnis ageret. Prudenter enim ita eum admonens, Nunc, inquit, pejus quam unquam facerem. Quibus plane verbis & humilitatem ſuam ſervavit, & infirmum fratrem magna, ad retundendos infeſtæ carnis ſtimulos ſuſtinendamque ejus pugnam, conſtantia exemplo ſuo roboravit.

& quomodo carnis ſtimuli tolerandi.

b *b* Et ut alia hujuſcemodi multa prætereamus, non tam ſtudiis publiciſque & privatis exhortationibus, quam orationibus etiam inſiſtendo, ſtudebat labores ſuos proficuos eſſe. Nam iis horis, quæ nocte cantantur, quibus vel ante vel poſt quieſcendi magis quam orandi tempus omnibus eſſe conſuevit; ipſe tamen in cella ſua in loco Capriolæ orationi aliquando vacare viſus eſt; id enim à multis jam annis inſtituerat, numquam poſt decantatas matutinales C Horas ſopori ſe dare. Quæ cuncta cum præcipua in eo fuerint, majoraque longe humanis viribus (quod tamen mirum eſt in iis qui ſummas à Deo gratias conſecuti ſunt) ita ſe ſemper geſſit, ac ſi nihil horum in eo eſſet, ita ſe palam omnibus oſtendit, ac ſi nulla aliis virtute præſtaret: ea fuit humanitate, ea vitæ manſuetudine, ea dulci & omnibus grata converſatione, ut (quod eſt perfecti hominis manifeſtum indicium) novitiis etiam ipſis ſe ultro ſubmitteret, conſilia quoque ſæpius ab inferioribus expoſceret; nihil de ſe unquam præſumens, ſupra neminem ſe unquam extollens, adeo ut qui eum non cognoviſſet, minimum omnium ex exteriore tantum morum facie eſſe judicaſſet. Et cum tantus in prædicando verbo Dei eſſet, extant tamen qui eum diſcentem audierint, à principio quo illi ſex annos operam dederat, numquam niſi in viliſſimis quibuſdam oppidulis ac rudiores inter homines ad id ſe idoneum credidiſſe.

oratione maxime proficit:

de ſeipſo humillime ſentit,

28 Sunt etiam qui perhibent eum, cum cellam ipſorum forte cujuſpiam neceſſariæ rei cauſa peteret, plano ſemper paſſu vadentem, non niſi levi tactu oſtium pulſaſſe, neque niſi vocatum juſſumque unquam intraſſe. Viſumque aliquando, dum populi eum diſcedentem magno cum honore & concurſu comitarentur, ita triſtem, dejectum, proſtratumque incedere, ac ſi ad ſupplicium duceretur. Ita quoque pareus verborum, remiſſæque & patientis naturæ fuit; ut cum publice omnium crimina acerbiſſime carperet, privatim tamen neminem unquam, ipſos etiam domeſticos & inferiores, niſi dulciter arguerit. Et cum multa illi privatim publiceque exponenda eſſent, numquam tamen, quod & ipſe aliquando ad inſtructionem aliorum ajebat, ex propoſito mendacium dixerit: quo neſcio quid in libero claroque homine pulchrius ac dignius eſſe poſſet. Si quando autem judicando quidquam erraſſet, erratum poſtea ſuum manifeſta ratione intelligens, tam facile cedebat, ut vel penitus conticeſceret, vel ſe etiam erraſſe palam fateretur; ita omnis omnino pervicaciæ expers erat, ita ſuis ipſe ſententiis minime confidere aut inniti audebat. Porro mundi opes ita deſpexit, ut cum multæ illi pecuniæ ob extructionem monaſteriorum obvenerint, numquam tamen aliquid earum vel videre, vel tangere, nedum poſſidere voluerit. Et cum Dux Mediolani quingentos ei aureos aliquando neceſſitatum ejus cauſa miſiſſet; ſuſcepit quidem libens & gratias agens, ſed ſtatim eas, ad liberationem eorum qui publice carceribus ob æs alienum detinebantur, impendi juſſit *c*.

A. MAFEO VEGIO EX MS.

comis ſimul & gravis:

pecuniam ſibi miſſam captivis impendit:

E

c

29 Honores vero ac ampliſſimas dignitates ita contempſit, ut cum aucta nominis ejus pervagataque latius fama, multæ illum ſibi Antiſtitem præfici civitates optarent, præſertimque Senæ, quæ civem ſuum majore etiam deſiderio ſæpius ad id petierunt; ignaræ quam longe defuncti illius nomine, quam viventis Pontificatu glorioſiores futuræ eſſent; nunquam ipſe tamen ut aſſentiret adduci ullo modo potuit, reſpuens omnia magno conſtantique animo; affirmans etiam eum, quem ſemel ſibi cum Franciſci habitu & paupertate delegerat vivendi modum, ſemper ad extremum uſque vitæ finem, ſe eſſe obſervaturum; non nunquam quoque afferens (id quod & memini ab eo mihi dictum fuiſſe) majorem longe commoditatem fore victuro ſibi quinque dies (tali quippe numero brevitatem humanæ vitæ percenſebat) ſi honorem interim tanti oneris omitteret, vacuuſque & liber & expeditus abſque tam gravi & intolerabili ſarcina, ad finem, cujus tam brevis eſſet mora, properaret; illud inſuper aliquando joco atteſtans, fieri ſcilicet ſibi injuriam, rogando ut F alicujus privatæ civitatis Præſulatum aſſerequeretur, cum quamcumque introiret civitatem, non alia cum veneratione quam Præſul ſuſciperetur, frequentaretur, coleretur; longeque ſatius ſibi conſultum videri, ut omnium Italiæ civitatum, quam unius ſolius Antiſtes haberetur. In quo referendum eſt, quod cuidam ſocio ſuo admodum ſibi domeſtico roganti, numquid cum tot ei Epiſcopatus offerrentur, mens ejus ad ſuſcipiendos illos unquam deflexa eſſet; reſpondit, nunquam ullam ſibi vel minimam fibram fuiſſe quæ id excogitaverit. Narrandum quoque quod huic eidem dixit, cum aliquando rumor adveniſſet eum ad Archiepiſcopatum Mediolani electum eſſe, atque id ille ei renuntiaſſet, ſimulque quam libenter ſuſcipiendæ dignitati animum inclinaret interrogaſſet: Ne credas, inquit, me tam excelſam meam dominationem pro ulla Epiſcopali dignitate commutaturum eſſe; dominationem ſcilicet appellans, ſanctam, quam tot annis coluerat, tranquillæ religionis obſervantiam. Cui ſimile eſt quod alii etiam, roganti eum, cur Epiſcopatum Senarum recuſaverat, reſpondit: Non recte ſibi conſuli, qui Papa jam eſſet, Epiſcopum dimiſſa longe excellentiore

Epiſcopatus oblatos non admittit:

loco reponens ſe totius Italiæ Epiſcopum videri.

tiore dignitate ſe fieri; illud certe quod ſupra diximus ſignificans, ſe, quamcumque introiret civitatem, non alia veneratione quam Præſulem ſuſcipi, frequentari ac coli.

A. MAFEO VEGIO EX MS.

30 Verum illud memorabilius videtur, quod tunc, cum primum à concivibus Epiſcopus Senarum omnium voce & favore electus, atque à Pontifice vocatus eſſet; ipſe, qui probe callebat vitæ noſtræ ludibria & pericula, vocavit ad ſe quemdam Fratrem ſuum illiteratum, quem propter ſimplicitatem vitæ admodum diligebat; ac jocari ſecum, ſimulque quanta eſſet hujus mundi vanitas & ſtultitia jocando demonſtrare volens, Habeo, inquit, dulcis Frater, quod tibi nuntiem, unde perpetuo gaudeamus. Cupientique illi ſcire quid id eſſet, ſubjecit, Epiſcopum me ſibi Senenſes unanimi conſenſu elegerunt: nonne hoc tibi optimum factu videtur? Deteſtatus id illico ille: Noli, ait, Pater, tantos quos tibi in docendis populis labores laborumque pariter fructus paraſti, minimo puncto pro tam parvæ rei vano quodam & umbratili bono amittere. Quid ergo, iterum ipſe addidit, ſi me Mediolanenſes, à quibus ſupra omnes alios populos dilectus & honoratus ſum, Archiepiſcopum ſibi
B præfici quærerent? num & hoc contemnendum putares? Imo & hoc reſpondit ille, quo majus eſt, majore etiam animo eſſe contemnendum arbitror, niſi & te & ceteros quicumque poſt hac ſequentur annuntiatores ſancti verbi æterno opprobrio æternaque damnare velis infamia. Et quid, rurſum illum rogavit, ſi me Patriarcham ſummus Pontifex pronunciet? ſuadebis ut & hoc non grato libentique animo ſuſcipiam? Contriſtatus ad hæc admodum ille: Nunc video, inquit, deflexam tibi adhæc vana mundi bona mentem eſſe: pro quibus & populorum quem tibi tanto labore quæſieras amorem, & Dei inprimis gratiam perdes. Quid vero ſi Cardinalis fiam, iterum dixit illi, videtur an hoc tibi negotium quod contemnere debeam? Subſtitit ille audito tantæ dignitatis faſtigio: Atque hic, inquit, Pater, non jam diutius immorandum eſt, quis non tam excelſa poteſtate capiatur? Hic trahe cordulam Pater: hic fac age, quod facturus es. Tunc tempus minime amplius jocandi videns ipſe, increpuit eum gravibus verbis; docens dignitates, quo eminentiores, eo majoribus ſubditas malis atque periculis, proindeque etiam magis ab omnibus qui ſane ſapiant contemnendas: ſe non modo Epiſcopatum Senarum, ſed & digniorem quemvis, ſive Archiepiſcopatum, ſive Patriarchatum, ſive Cardinalatum, ipſum quoque Papatum omnino reſpuere: longeque ſe locupletiorem ſub depreſſa & tenui Franciſci vita, quam in quovis magno ac præcelſo poſitum loco longeque feliciorem exiſtimare.

Alias ſocium quaſi conſulens de dignitate aliqua ſuſcipienda

docet eum, omnes æqualiter rejiciendas:

C

31 Nec omittendum, quod, cum Senenſes iterata vice eum ſibi præfici Epiſcopum poſcerent tempore Martini Quinti, eſſetque tunc Gabriel Cardinalis, qui poſtea fuit Eugenius quartus, cujus & ante meminimus, vir humanæ ac mitis dulciſque naturæ, ſed imprimis magnus ac excelſus animo, neque minus prudentia & conſilio, præter cetera religionis, integritatis, juſtitiæ, conſtantiæque ejus ornamenta; timens ipſe ne tot tantiſque ſolicitationibus infeſtatus aliquando inflecteretur, ac ne proinde omnis ejus auctoritas tanto ſudore quæſita prorſus deperiret; miſit illi earum quem habebat & fidum nuntium, ſignificans ea quæ de ipſo agerentur; hortanſque & monens, ne tali rei ullo modo aſſenſum præberet, quæ magno illi malo procul dubio ceſſura, manifeſtamque omnium laborum ejus fruſtrationem paritura eſſet. Cujus ille arrepta manu, agens primo gratias pro tam ſancto ſalubrique conſilio; Obſidem, inquit ei, facio fidem meam, nunquam me, ut talibus aſſentiar, ad tantam ſtultitiam prolapſurum. Age, redi, & renuntia illi quæ narro: rogaque, ut omnem, ſi quam circa hæc pro me gerit, ex animo curam ponat.

idem Card. Gabrieli teſtatus.

D

32 At quoniam non tam in proſperis ſecundiſque rebus, quam triſtibus & adverſis, vera hominis ſapientia probari ſolet, juxta præclaram illam Varronis ſententiam, Sapiens & bonum ferre poteſt modice, & malum fortiter; opere pretium eſt intelligere, quam magno etiam animo graves ſævienteſque in ſe iniquorum hominum calumnias & perſecutiones tulerit: quod proxime ſequenti libro convenientius loco ſuo explicabimus. Nunc illud dicemus, quod omnes quæcumque contigiſſent incommoditates & neceſſitates corporis, ita æquo animo ſuſtinebat, ac ſi quam maxime omnibus quibus indigebat abundare videretur; ſemper Deum laudans, ſemper in eo ſpem certam ac fixam gerens, ſemper ejus opem præſto ſibi futuram affirmans. Quod tunc potiſſime demonſtravit (ſicuti referentem ſocium quemdam ejus audivi) cum iter facturus (nomen loci non recolo) errore viarum uſque ad magnam noctem deductus eſt in aſperrimos montes
E & loca incognita, nullum penitus hominis aut habitationis ſignum videns. Tremebat ſocius, ac gravem illius noctis caſum, variaque & magna ante oculos poſita pericula querebatur. Contra bonus Pater aſellum manu ducens, nihil animo fractus, eum conſolabatur, hortabaturque bono ac ſecuro animo eſſe, neque dubitare quin Deus præſens eſſet, dirigeretque greſſus eorum, dicebatque: Ora tantum Deum, care Frater, & ipſe proſperum faciet iter noſtrum. Cum tandem audito latratu canum, manifeſte jam ad hominum habitationem perveniſſe intellexerunt. At tunc ſocius gaudens, oſtium cuiuſdam domus, ubi hoſpitarentur, pulſavit; expergefecitque pariter omnes, qui longiore jam noctis tempore poſtulante ſopori ſe dederant. Surrexit è lecto dominus domus, viſurus quis illuc tali hora adventaſſet; atque ubi Bernardinum adeſſe intellexit, lætatus eſt admodum; ſuſcepitque eum, non alio officio & honore, ac ſi Angelus Dei ad ipſum deſcendiſſet. Juſſa enim omni familia è ſtratis ſurgere, indicans quam ſanctum ad eos hominem ea nocte Deus tranſmiſiſſet, parare illi magno ſtudio cœpit quæcumque ad curandum recreandumque fatigatum corpus neceſſaria erant, aſelli etiam curam habere. Miniſtrabat uxor, parvuli circum filii plaudebant; ipſe omni cura omnique obſequio, atque ante omnia læto ſemper & hilari vultu aſſiſtens, illi ſedulus intendebat. Demum, poſt datam corpori quietem redditaque die, diſcedentem etiam eum non minore humanitate proſecutus eſt: quam recognoſcens optimus Pater, cum per noctem inter veſcendum gratias plurimas agens, jocundiſſimum etiam ſe illi exhibuiſſet; tum abſcedens magno eum mentis affectu benedixit ei, & uxori, & filiis, & omnibus bonis ejus, unde etiam poſtmodum proſpere ei omnia ceſſiſſe notatum eſt.

Incommoda corporis æquo animo ſuſtinens,

ſolatur ſocium cum quo à via aberrarat,

& hoſpitium commodum invenit.

F

33 Talis ergo, cum bene valeret, erat in ferendis quæ ei accidiſſent incommoditatibus: cum vero ægrotaret, ita patienter tolerabat, ut inter vel bene vel male habentem eum nihil intereſſe videretur. Arenulis diu vexatus eſt, podagra aliquando, hæmorrhoidarum fluxum gravem quatuordecim annis continue paſſus eſt, ſed ea æquanimitate, ut ab annuntiando verbo Dei nunquam ob id tamen ceſſaverit. Aliorum autem, quos præcipue amaret, languores aut interitus ægerrime ferebat: tam pia illi ac tenera mens erat. Quod maxime animadverſum eſt in Fratre Vincentio, dilectiſſimo ſocio ejus, cujus mortem, magna

morbos varios patienter fert:

A magna cum amoris teneritudine magnisque cum lacrymis prosecutus est, inquiens insuper, non dignum se tali socio extitisse. Continentiam vero corporis ejus quid expedit laudare? cum procul dubio virgo fuerit, quod & superiore libro tradidimus, Tobiæ consobrinę illum, dum pestifero aliquando languore teneretur, aperuisse; & defuncto postea eo apertius constitit, testimonio eorum, qui illum confitentem peccata sua audire consueverant, prohibiti ab eo ne quoad viveret id alicui unquam manifestarent. Et ex ipsis etiam primis adolescentiæ annis facile intelligi potest, quibus ita sobrie casteque educatus, ita sancte semper conversatus est, ut etsi ea quę diximus testimonia deessent, ita per se tamen satis minime unquam lubrica, minime unquam fluxa vita ejus, talem fuisse testificaretur. Denique (quod est omnium virtutum fundamentum, sine quo omnia quæ fiunt bona corruunt) tam firmo semper ille ac solido constantique animo fuit, tanta in eo viguit laus perseverantiæ; ut cum à pueritia sanctis semper moribus educatus rectum vivendi modum imbiberit, tum pubes etiam factus indies magis crescens virtute meritisque profecerit, per omnia demum senectutis tempora felicius utique procedens, ad extremum usque

B vitæ diem numquam à recta via declinans, constantia perfectiore semper, constantioreque proposito pervenit; ut quod magnum quidē & admirabile rarumq; esse videatur, nihil unquam in quavis ætate sua vel dixisse vel egisse ab aliquo animadversum sit, quod turpi ulla macula notari posset; eorum vero quæ bene sancteque egit tantus sit cumulus, propter quæ merito summam est de se apud omnes æstimationem, summamque, de qua satis diximus, auctoritatem consecutus.

à virginitate semper servata,

& constantia in proposito laudandus.

ANNOTATA.

a *Tria sequentia monita habentur eodem modo in Ms. Rubeæ-vallis cap.* 17.

b *Multa ex hisce in dicto Ms. referuntur cap.* 18.

c *In Ms. Vltrajectino* duxit latorem ad captivos, & ab unoquoque quærens pro quanto ibi tenebatur, jussit sigillatim solvi pro singulis, & omnes liberavit exceptis duobus: qui deprecati sunt, ut eorum misereri vellet. Ipse autem misericordia plenus promisit eisdem, quod si nullus eos liberare vellet, ipsemet pro illis captivus maneret. Quapropter cives, ejus amorem considerantes, eosdē duos etiam liberos dimiserunt.

C

CAPUT V.

Novi fructus concionum ejus, calumniæ superatæ, mors Aquilæ obita.

LIBER III 35 NEc vero quamvis talis ac tantus habitus fuerit, statim tamen ac primum publice populos docere aggressus est, cœpit celeber ipse glorioſus haberi: multis enim annis latuit, incognitumque ac obscurum ejus nomen fuit. Pauci Bernardinum norant, pauci frequentabant: nemo adhuc eum tanto in honore habebat, nemo admirabatur, nemo ferebat, prędicabat, extollebat; donec peragratis multis (ut fit) diu civitatibus, tandem pervenit Mediolanum, actis jam quatuordecim annis, quibus disseminando verbo Dei semper intenderat. Ego tum, dum puer essem duodecim circiter annos natus, recolo eum ibi vidisse, absq; ullo prorsus nomine & fama, audivisse etiam in populo loquentem. Nam erat mihi præceptor Grammaticæ optimus quidam senex, qui diebus festis cum verba faceret audire eum avide, ac discipulos quosdam præcipue sibi commendatos, quorum unus eram, audituros etiam simul secum ducere consueverat, dicereque ad nos sæpius: Eamus, filii, audituri bonum illum Fraterculum, tam vili ac trita in-

Posĭ annos 14 concionando actos,

Mediolani puero Maphæo auditus,

dutum veste, cui tanta linguæ gratia, tantus splendor eloquii, tam aptus docendi modus, tanta verborum simul atque sententiarum majestas. Hujusmodi enim solebat sermonem de illo proferre: nam magnifice egregieque eum semper commendabat atque extollebat, affirmans constanter numquam similem illi aliquem vidisse. Ego judicio magistri mei fretus, non meo, quod nullum quidem erat, propter breviorem ætatem, maximi faciebam hominem, audiebamque verba illius attente, licet minus capax esset ingenium ad accipiendum pondus ipsorum; sed cum talem illum esse arbitrarer, qualem magister judicabat, videbantur mihi omnia quæcumque diceret divino ore prolata.

A. MAFEO VEGIO EX MS.

36 Itaque tamquam gregarius quidam, apud paucos tantum cognitus, populum aliquando, quemadmodum in ecclesiis fieri solet, docebat: cum interim paulatim placere magis ejus dicendi modus, commendarique plurimum à gravibus & doctis cœpit. Atque ita plerique acti sunt menses, cum demum adveniente tempore Quadragesimæ demandata est ei provincia, ut omnibus illis diebus, qui ob singularem supra alios sanctificationem ad instruendum commonendumque fidelem populum præcipue dedicati sunt, prodiret ipse publice, sermonis ad eum habendi causa. Quod ille, ut jussus erat, tanta executus est gratia; ut cum ante, omnibus eum audientibus egregie dixisse visus fuisset, tunc se ipsum tamen longe superasse videretur. Tantum vero illico apud omnes crevit nomen ejus, tanta expectatio, tanta auctoritas, tanta excellentiæ ejus prædicatio; ut Bernardini nomine nihil jam clarius, nihil illustrius haberetur; ut quasi è cælo missum Bernardinum quisque nominaret atque efferret. Cujus tantæ tamen gloriæ non parvam puto causam præstitisse gentem illam Mediolanensium optimam, humanissimam, divinique cultus observantissimam: quæ cum facilis dulcisque naturæ sit, nulli molesta, nulli invida, honesto semper alicui exercitio intenta, singularique inter se vivens benevolentia & caritate; ita in exteros longe est fida, benigna, atque benefica, aliorum magis commoda & honores augens quam minuens, sine dolo, sine fuco, sine fastu, ad bonum semper prompta, & cum peccaverit minime moneri & corrigi difficilis aut dura. Hujus ergo ille gentis præcipuo adjutus studio atque favore, tantum adeptus est auctoritatis tantumque honoris & gloriæ.

clarescere incipit per Quadragesimam,

E

37 Mirum autem erat videre, quanta aberrantium turba auditis illius doctrinis ad rectum vivendi modum perducebatur. Currebant ad ecclesias instar formicarum, ut vix sufficerent qui peccata eorum audientes purgarent, sanctisque & salubribus Sacramentis reficerent. Actumque deinceps (atque id sedulo ab iis, qui rebus Sacramentariis præerant, animadversum est) ut tanto numero aut plures homines singulis annis ad pœnitentiam ultro libenterque venirent, quanto ante decem simul solebant. Tunc multi, contempta penitus hujuscemundi vanitate, ad Deum conversi adolescentes, Religioni sanctæ se dicarunt: quod principium fuit ejus sancti gregis, qui sub Francisci ordinatione districte vivens, nunc admodum crevit. Magnum tunc fuit omnibus propositum sanctitatis monimentum, antea insuetum videre, tot nobilium clarorumque virorum filios, delicate omnes splendideque educatos, ad tantam humiliratem sua sponte dejectos, pro pretiosis viliſſimas vestes induere, pro electis tenues cibos capere, pro mollibus plumis duris in stratis recumbere, pro generosis quibus ante vehebantur equis nudis pedibus etiam per omne frigoris tempus incedere, pro lascivioribus blandioribusque cantibus sanctum libentius Alleluia concine-

F

magno cum fructu pœnitentium,

& habitum Minorum assumentium,

A. MAFEO VEGIO EX MS.

re, pro laxiore qua ante male utebantur licentia, nihil nisi jussu ejus, qui curam omnium haberet, efficere a. Tunc, quia nullum ubi habitarent monasterium erat, consultatione inter cives habita, electus ad id fuit locus, distans ab urbe mille passus prope Secundas-fossas, via quæ ad Comum ducit. Erat ibi (quantum recolo) tuguriolum admodum tenue, simulque ædicula vix quindecim hominum capax, eaque S. Angeli appellabatur: cujus nomine allectus Bernardinus, jussit ut nova alia insignis ædes, quæ cum pulcherrimo novo monasterio opera atque impensa optimorum Civium à fundamentis extruebatur, S. Mariæ Angelorum, ad similitudinem ejus quæ prope Assisium est, vocaretur.

a

constructio extra urbem monasterior

38 Dispositis vero recte omnibus rebus, morem sequens Salvatoris nostri, statuit ad instruendos utique alios populos ire, ad quorum salutem se vocatum intelligebat. Nec immemor tamen tantæ humanitatis, quantam à Mediolanensibus susceperat; pollicitus est proxime sequenti anno ad eos reversurum, per totumque tempus Quadragesimæ, quemadmodum & eo anno egerat, mansurum cum eis, ac sacris ipsos salutiferisque doctrinis instructurum. Ita annum illum in docendis Æmiliæ Venetiæque civitatibus, nulli parcens labori, totum egit. Nec inutilis fuit labor ejus: nam post tantam quam Mediolani quæsierat auctoritatem, recipiebatur ab omnibus ad quoscumque ibat populis, summa cum expectatione & lætitia; eratque tanti ponderis apud omnes ejus doctrina, tantumque fructum afferebat, ut renovari passim omnia illius verbis viderentur. Nec minus, quod Mediolani actum erat, multa adolescentium turba mundum contemnens, Religionem amplexa est: quorum cum & aliqui egregie docti essent, jussi etiam populos magna cum omnium commendatione docere cœperunt. Augebatur ita paulatim novellus & sanctus grex: multa quoque ejus cauta monasteria, gaudentibus & nulli impensæ parcentibus populis, extruebantur. Redeunte autem alio anno rediit etiam Mediolanum optimus Pater, ut filios quos spiritu genuerat reviseret, ut quod promiserat Quadragesimam cum eis, nova allaturus documenta, transigeret. Fuit enim omnis ejus locutio de illustratione; quemadmodum superiore anno de amore: ut quos amare docuerat, quo pacto etiam illustrari possent instrueret. Tunc denuo discedens totam ferme peragravit Italiam, semper docens, semper instans, semper insudans, semper ad Dei amorem omnium animos incendens, tanto cum profectu quantum supra satis docuimus.

deinde per Æmiliæ & Venetiæ civitates dicit:

B

etiam cum ingenti fructu.

inde iterum Mediolani.

C

39 Verum non ut Mediolani, ita apud omnes etiam quos visitabat populos idem illi favor cessit & gloria, præsertim Romæ, ubi multa atque gravia perpessus est. Non defuerunt enim postea, qui juxta Prophetam, cogitarent iniquitates in corde, tota die constituerent prælia, acuerent linguas suas sicut serpentes; venenum aspidum sub labiis eorum; qui cogitarent supplantare gressus ejus, absconderent laqueum ei; qui invidentes felici gloriæ ejus, denigare nomen ipsius criminaq; illi imponere conarentur; qui Cæsari eum Sigismundo accusarent, crimine conficto quod hæreseos illum reum esse publice asseveraret; qui indoctum ipsum nulliusq; scientiæ penitus gnarum, qui hæreticum insuper dicere minime erubescerent; neque hæc in vulgus tantū disseminare, sed & libros orationesque famosas contexentes scriptis mandare, sed & usque ad Ecclesiæ sanctæ summum sanctissimumque Pontificem deferre præsumerent; adeo ut Martinus Quintus, qui tunc præerat Ecclesiæ, multis magnisq; delationibus pulsatus, rem ipsam aliquibus, qui magis sibi idonei videbantur, Cardinalibus examinandam discernendamque commiserit. Qui pene

Psal. 13, 3 *Roma iniquæ traducitur,*

& jussu Papæ examinatus innocens declaratur:

omnium accusationum causas scrutati, allocuti etiam hominem, cum diligenti eum examinatione interrogassent multa, neque quidquam in eo nisi summam sinceritatem, summam prudentiam, summam sanamque doctrinam percepissent, è contra vero falsas adversariorum criminationes, perversasq; & iniquas eorum mentes manifeste deprehendissent; tale de eo Pontifici judicium tulerunt, quali deinceps, quasi præscisis omnium qui eum accusabant linguis collisisque dentibus, major apud omnes atque probatior habitus fuit, ut majore indies crescente ejus fama, amplissimę etiam, quas magno tamen semper animo respuebat (de quibus in superiore libro diximus) dignitates offerrentur.

D

40 Nec de iis dico qui contumeliosa & opprobriosa in faciem ejus verba jecerunt; non de iis item Fratribus ejus, qui sub observantioris (quam falso quidem profitebantur) vitæ nomine gravia in ipsum multa machinati sunt; neque de iis, quorum insidias, ad eum non tam verbis quam verberibus afficiendum paratas, sub primo juventutis tempore cautius ille evitavit: quos ipse omnes, tamquam agnus mitis & innocens, mansuetissimis semper verbis prosecutus est, nihil unquam asperum, nihil amarum & acidum in eos promens; nihil quo aut indignatione, aut ira, aut odio permotus videretur proferens; id unum tantum quærens omniq; studio procurans, ut pestiferas maledicentium linguas demonstrata rationū suarum veritate retunderet, quo à falsis quæ ei imponerentur criminibus se expurgaret atq; ablueret, apertamq; faceret omnibus innocentiam suam, ac se vere Catholicum vereq; Ecclesiæ sanctæ, pro qua tantos labores sustinebat, observantissimum esse ostenderet. Et cum aliquando rogaretur, quomodo tanta in se jaci æquo animo ferret, respondebat; Sinite tantum Deum agere; vel, Deus horum curam habet, vel hujuscemodi alia, quibus se Deo omnia committere semper ostendebat. Nonnumquam etiam dicebat summam ei utilitatem afferre ejuscemodi persecutiones, sine quibus certo videbat animam suam magno fore in periculo æternæ mortis. Aliquando etiam, cum post illata recenter ei quędam opprobria, cellam vacaturus studiis suis ingrederetur, admirarenturq; amici ejus, ac dicerent; Quomodo potes nunc, Pater, litteris, quæ summam animæ quietem desiderent, intendere? Quotiescumque, inquit, cellulam meam ingredior, extra ostiū perstant omnes injuriæ, omnesq; in me contumeliæ, neque quidquam horum mecum intrare audet, ita ut nulli mihi impedimento, nulli molestiæ esse possint. Quid autem mirum, si & amara ipse maledicta sustinuit, cum numquam gloriam sine invidia in quavis humana actione, in quovis statu viderimus? Neque enim nisi magnos & glorioſos, singulariq; aliqua fama & virtute prestantes livor persequitur: miseris solis quisq; condolet, quisq; favet, quisque bene optat: miseriæ quippe misericordia, gloriæ semper est comes invidia.

suorum obloquia patienter tolerat,

E

ea se dicens excludere extra cellam.

F

41 At dum hæc aguntur, dum multa fortiter sustinet, dum multa sapienter docet, dum omnes passim Italiæ populos circumquaque gradiens instruit, dum multis proficit, dum multorū saluti consulit; tandem actis ita undecim annis, iterum Mediolanum petiit, jam senex factus, immutataq; omnium hominum rerumq; facie: ita ut (sicuti ille dicebat) novum se quasi mundum videre crederet. Nec tum multum ibi mansit, nam jussu Principis statim discessit *b*. Post annos vero duos ab eodem, mutato proposito, revocatus est: ac deinceps (cum nunc hac, nunc illac, nullo labore defatigatus, varias circuiret civitates, disseminans alacriter verbum Dei, unde tantam messem consurgere videbat) Mediolanum sæpius, cujus memoria ex animo minime deleri poterat, revisebat.

Mediolani iterum degit.

b

A visebat. Cum tandem, vocante eum extrema senectute, ex Mediolano Ticinum, ex Ticino Patavium navi vectus pervenit: atque ibi tum animo statuit Regnicolas gentes, veteres Campanos, omnino petere; Deo ita mentem ejus, ad quod nemo sciebat, hortante atque impellente, cum multi certe id illi dissuaderent, atque ut domi jam sessam senectutem componeret solicite instarent: præmeruentes (ut postea evenit) ne, si longius proficisceretur, carere ejus corpore aliquando contingeret. Quibus ille minime assentiens, non ignorare se quidem senem, ad tolerandosque labores minime idoneum, affirmabat; sed vi caritatis se adstringi, ut quamdiu posset movere linguam, numquam ab annuntiatione verbi Dei, atque à populorum sancta exhortatione, à nullaque proinde quamvis longa peregrinatione cessaret.

In Regnum Neapolit. iturus,

42 Tali ergo ille proposito firmatus, antequam ultra progrederetur, primum statuit Massam civitatem, in qua natus fuerat, quasi supremum illi vale dicturus, invisere. Actis ibi plerisque diebus, post multas publice habitas sanctas salutiferasque admonitiones, demum Senas accessit; ut quos semper dilexerat carissimos concives suos, ultima jam illis verba facturus, sanctis suis verbis monitos roboratosque relinqueret. Tum discedens venit Perusiam civitatem, magni semper ab illo habitam, propter strenuitatem hominum maximosque ei ab illis exhibitos honores; adeo ut marmoreum nobilissimumque ejus causa suggestum *c*, in quo eis verba faceret, magno sumptu conficerent. Neque quemquam eo conscendere permiserint, nisi prius Bernardinus, quem aliquando expectabant, illum ascenderet. Ascendit & risit pariter bonus Pater, tantam videns diligentissimorum hominum erga se affectionem, fuitque suggestus ipsius & prima & ultima ei simul conscensio; atque (ut ille ait) hunc quem prima dies dono dedit, hæc eadem abstulit. Nam monitis instructisque eis, ut satis illi visum fuit, abiit, visitaturus Assisii sacrum Patris sui Francisci tumulum, verus observantissimusque professionis ejus heres & filius; hospitatusque est aliquot diebus apud S. Mariam Angelorum, quod est monasterium insigne prope Assisium, cujus & supra meminimus, semper exhortans & monens optimos quos ibi reperit filios suos. Mox Fulginium petens, atque ibi multa salubriter locutus, postea ad Spoletinos se contulit, homines acriores, acrius etiam eos docens, & ad pacem concordiamq; quam maxime incitans: ubi quod tunc contigit memoratu quidem dignum nullo modo tacendum est. Erat ibi Polyxena, mulier annos quatuor & viginti nata, Honofrio civi non infimo nupta, quæ novem quibus cum eo habitaverat annos, ternis semper mensibus abortire solita, nullum unquam fœtus sui fructum in lucem educere potuerat. Quod gravissime ferens, ob summam quam persuadebat sibi profuturam Patris Bernardini sanctitatem, accessit ad eum: advolutaque ejus pedibus flens & gemens, exponensque infelicissimum casum suum, quam humili poterat prece & devotione rogabat, ut pro se Deum oraret; sperans procul dubio ejus orationibus & meritis è tanta se miseria eruendam. Audiebat optimus Pater, & viscera ejus pietate commovebantur. Tum suscipiens humanissime mulierem, jussit eam bono animo esse, hortans ut (quod faciebat) spem firmam in Deo haberet: omnique cum munditia, integritate & fide, conjugalem vitam coleret; neq; dubitaret se, Dei misericordia adjuvante, honestissimi desiderii sui compotem futuram esse. Nec fraudata est mulier verbis ejus: nam concepit statim, & quam conceperat, felici fine prosequens, magna cum beati Patris gloria, masculam prolem enixa est.

revisit patriam & urbes Umbriæ

B

c

C

adjutaque muliere solita abortum pati,

43 Inde Umbros relinquens, per Sabinos iter facere aggressus, Reaten pervenit, urbem olim à Gentilibus magnæ Deorum Matri Cybelæ, nunc excelsæ veræ Dei Genitrici intemeratæque Virgini Mariæ melius dicatam. Ibi etiam summo & Fratrum & civium desiderio expectatus, cum curandi corporis causa laute satis in cœna acceptus fuisset, multa fertur eum magis libasse quam edisse; pane autem intincto in aqua gelida, quam mundo in vase afferri sibi fecit, quasi summis illam pro deliciis ducens, se tunc libentius recreasse; verum tanta cum lætitia, quam omnibus passim qui simul vescebantur largiter exhibebat, ut delicatissimas quasvis Regum mensas præ jucunditate illi cessisse, jucundiusque numquam se in vita cœnasse, ipsi postea testati sint. Postera die sermocinatus est in populo, non multum tamen elaborate. Nam domesticis quibusdam utens verbis, multorum magis peccata coacervatim reprehendebat, quam singulari alicui & exactæ sententiæ rationique explicandæ insistebat. Ubi etiam festivum illud dictum quod eis ingessit, non est tacendum. Nam cum ante octo & decem annos, quibus longis eos & accuratis sermonibus docuerat, discedens, omnes filios, futurosque ita semper sibi, eos appellasset; Nune, inquit, post transcursum tam longum annorum numerum, ad vos rediens, non modo quos reliqueram filios, sed multos insuper adauctos mihi filiorum nepotes conspicio: sed euge, vos omnes filios uno semper & nomine & amore complector. Tum eodem etiam die, declinante jam sole, inde egressus est, profecturus Civitatem-Ducalem, antiquam (ut opinor) Phalacrinam, quam in Samnio esse ultra Reate vico modico sitam, atq; in ea Vespasianum natum fuisse, legimus.

A. MAFFEO VEGIO EX MS.

discedit Reaten.

E

34 Neque omittenda videntur, quæ tunc accinctus itineri festivitate plena verba dixerit. Præparato enim asello, quem ascensurus erat, cum Fratrum ejus quispiam arripiens virgam, è dorso ut semper solebat bestiolæ pendentem, noduliſq; insummitate pungendi causa distinctam, quid id esset joco eum interrogasset; subridens: Hæc, inquit, virga nostri cornipedis flagellum, atque hi noduli calcaria ejusdem sunt. Cum vero rogaretur, an pedes, dum interim urbem egrederetur, iturus esset; respondit; Non nisi equitem incessurum esse. Festivissimum etiam illud subjiciens, quod dum pedes iret, unus tantum honoris gradus; dum vero eques, decem etiam cumulato majore successu sibi semper exhiberentur: atque hoc, inquit, quod equiti mihi magis quam pediti exhibetur, totum asselli mei est; quo plane intelligi potest quanta sit hujus bestiæ meæ dignitas, cujus causa longe mihi major reverentia & honor deferatur. Ubi vero illuc quo contendebat applicuit, illum etjam populum edocens, tamquam cygnus morti propinquior dulcius canens *d*, ultimum omnium, quos tot in vita egregios habuit, sermonem, dulcissimis verbis exposuit. Tum vero vale dicens (quod certe extremum omnibus populis vale fuit) cum statuisset proficisci Aquilam, nobilissimam Aprutiorum seu veterum Samnitium urbem, statim febricitare *e* cœpit. Nec vero teneri potuit, quin die, quæ proxime secuta est, iter quod susceperat continuaret; atque id quidem magno cum labore, magnaque cum doloris angustia: quæ eum vehementer gravans, coëgit multoties se sistere humique quiescere. Descenditque ita tandem in vicum quemdam S. Silvestri appellatum, distantem ab Aquila septem millibus passuum: ubi cum febri simul ac profluvio ventris corpusculum gravaretur magis, ac debilius fieret, ita ut non facile se movere posset; tunc Religiosi, qui optimum Patrē non deserebant socii ejus, prudenti habito inter se consilio, lectica eum *f* Aquilam deferri fecerunt, mœsti ac gemebundi, longeq; à summa qua ipse eos paulo ante diffuderat lętitia commutati; non aliter ac olim

Asello vectus in Civitatem-Ducalem

ultimum illi concionaturi

F

d

in via febri correptus

e

Aquilam defertur.

f

A. MAFEO VEGIO EX MS.

Apoſtoli, cum pro triumphali, qui die Palmarum Salvatori exhibitus eſt, honore exultantes, graviore demum, tam ignominioſæ ſubito eum morti traditum videntes, dolore perculſi ſunt: ſed ita fit, ut magna gaudia magni ut plurimum dolores ſtatim ſubſequantur.

altimis Sacramentis munitus,

45 At vero creſcente, qui cœperat, opprimenteque eum gravius languore, cum jam Deus longæ illi peregrinationis requiem imponere, laboriſque ejus præmium reddere ſtatuiſſet; adveniſſe quoque ipſe ultimum vitæ ſuæ finem, evocarique jam è mundo intelligeret; rogavit omnia Eccleſiæ Sacramenta ſibi miniſtrari, adſtantes quos relinquebat filios ſemper exhortans, ſemper ad eam quam ſuſceperant vivendi normam magnopere animans, ac quanta poterat jam intercidentis vi oris incendens; *hami moritur* ſe ipſum vero majore quam ſoleret unquam humilitate animique devotione commendans Deo, ſupplex miſericordiam implorabat: ſubducenſque ſe paulatim è lectulo, ſuper nudam humum corpus declinavit, intendens fixos ad cælum oculos, ac læto ſemper animo & vultu ſimiliſque ridenti expectans, neque aliter ac Paulus cupiens ſe diſſolvi & eſſe cum Chriſto. Ita felix & perbeata illa anima, ex la-
B bore ad requiem, ex tantis mundi neceſſitatibus ad cæleſtes ſummas opes, ex tanta miſeria ad æternam tantam felicitatem, ex morte denique ad vitam numquam ceſſaturam, numquam finituram tranſiit, anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo, quadra-
anno 1444 20 Maji. geſimo quarto, XIII Kal. Junii, die octava poſtquam Reate lætabundus, ita ut diximus, pervenerat; ac die quidem, qua tunc Vigilia Aſcenſionis Domini celebrabatur; hora vero qua Veſperæ cantari ſolent (ut intelligamus, cum canticis Angelorum animam ejus ad cælum aſſumptam eſſe) anno vero ætatis ſuæ ſexageſimo quarto, paucioribus menſibus tribus, diebus novem, cum in ſeculo duos & viginti annos, reliquum vero temporis ſancta in religione vixiſſet, quadraginta autem prædicando verbo Dei ſemper inſudaſſet.

ANNNOTATA.

a *Pius 2 Papa iſta teſtatur*: Cum Senis prædicaret, me in tantum commovit, ut paululum abfuerit, quin & ego Religionem ſuam ingrederer: ſed amicorum preces me commoverunt, quod pro meliori
C recipio: neſcimus enim quid nobis magis expediat... Is poſtea Romæ prædicavit, & factum eſt, ut tota cum Roma audiret, Cardinaleſque & Papa ejus ſermoni intereſſent, magnuſque & mirabilis apud omnes audiretur.

b *Ms. Vltraject.* Cum Ducis litteræ ſuſcipi ſolerent quaſi ſanctæ, & cum quodam cultu latriæ, ipſe Bernardinus deteſtando redarguit publica prædicatione: quod percipiens Dux comminatus eſt ei, quod ſi talia dicere præſumeret, eum mala morte interimeret. Audiens hæc Bernardinus, intrepido animo ſtatim primo ſermone coram omni populo prædicavit, & ita Ducem terruit divina comminatione, quod non eſt auſus ei quidquam moleſtiæ inferre.

c *Suggeſtum iſtud non in templo, ut paſſim conſuevit fieri, ſed in ipſo templi frontiſpicio inſtar Xiſti prominens, oſtenſum nobis Peruſio tranſeuntibus fuit an.* 1660, 16 *Decembris. Nempe templum quamvis capaciſſimum non ſufficiebat populo ad audiendum confluenti, grandis autem ante templum area panditur, præter forum cum eadem area lateraliter connexum.*

d *Capiſtranus.* Mane ſequenti feria ſexta, ante feſtum Aſcenſionis, ibidem prædicans, finem impoſuit ſuaviſſimis ſermonibus, aſſerens ſuum prædicationis officium eſſe completum.

e Apud vicinum oppidum, nomine Introducum, infirmitate oppreſſus. *Capiſtran.* D

f Dominica die Aquilam delatus, locatus in lectulo, ſuper quem ego dormire ſolitus eram, in cella mihi conceſſa per ordinem. *Capiſtr. Ideo Surius* cellam Capiſtrani *appellat.*

CAPUT VI.

Miracula varia ægris S. Bernardinum invocantibus præſtita.

LIBER IV

46 TUm exequiæ pro more ei ſolennes exhibitæ ſunt, ad quem videndum contingendumque incredibile videtur, quanta totius civitatis habitantiumque circumquaque hominum turba confluxerit; quanto eum omnes mœrore ac fletu, ac ſi privatus cujuslibet pater (communis omnium certe) deceſſiſſet proſecuti fuerint; quanto, ei affectu commendarent, quanto ſtudio voverent, gaudentes vel ſaltem corpus ejus contingere, ſperanteſque ex tactu non nihil ſalutis pro ſua quiſque neceſſitate percipere. Cum interim puer quidam Paſchalis, fi-
E lius Matthęi Aquilani, qui utraſque tibias deformiter claudus erat, adeo ut non ſine magno labore gradi poſſet, accedens propius advolvit ſe beato corpori, quod ſuper feretrum inhumatum adhuc jacebat; deoſculanſque ſummo cum affectu manus ejus & pedes, ac per crura & tibias quas læſas habebat, eas ducens, cum invocaret alto corde ejus opem, plenam ſtatim ac integram eſt liberationem conſecutus. Quod, circumſtantibus videntibuſque id multis, publicari ſubito per totam civitatem cœpit: unde major etiam omnium concurſus factus eſt, exultantium undique, ac quam maxime cupientium tam magna & glorioſa, quæ noviter Deus operatus eſſet, mirabilia intueri. Nec mora puer alter Aſſentius, filius Rutii Cicarelli, civis utique Aquilani, annos circiter duodecim natus, cum & ipſe ex ſiniſtro latere ita ortus graviter claudicaret; cupiens ſimilem, quam ſuperior conſequi ſalutem corporis, proſtravit ſe ante beatum corpus: deoſculatiſque ſæpius ejus manibus & pedibus, dum opem effuſa multa humilique prece poſtularet, exauditus ſtatim, firmato latere rectum inceſſum habere promeruit, majore etiam cum omnium lætitia & exultatione.

Ante ſepulturam ſanantur,

claudi duo,

47 Erat hoc tempore Perna quædam, uxor Matthæi Petrutii, mulier utique Aquilana, quæ annos F
ſex lecto jacuerat, toto infracta corpore totiſque *mulier contracta,* pene membris ſoluta, ut quaſi exire ſuis oſſa quæque locis viderentur; quæ proinde nec movere ſe ulla ex parte, nec neceſſitatibus corporis per ſe ullo modo ſubvenire poſſet; unde ulceribus plena undique, graviter latera trahebat; os quoque ita exulceratum, ut cum difficultate loqueretur. Hæc audiens quæ per totam paſſim civitatem admiranda Patris Bernardini ſigna divulgabantur, erecta in ſummam ſpem liberationis, ſummopere ſalutem ſuam ei commendans, juſſit ſe ad corpus ejus, priuſquam tumulo conderetur, deferri. Nec aliter ac fideliter ſperabat, ei evenit: nam ſtatim ac beatum corpus contigit, plenæ eſt incolumitati reſtituta. Sed & Maſſius quidam, Boni-anni filius, civis & ipſe Aquilanus, cum quatuor annis graviſſimos in ambobus pedibus ac tibiis, propter tumorem & ultera ſcatentemque *æger 4 annis.* ex eis continuam ſaniem, dolores ſuſtinuiſſet; audita fama tantarum rerum, ſpe magna plenus, invocare opem ſancti Patris cœpit; delatuſque ad corpus ejus, quod nondum tumulatum erat, tacto ſtatim illo ſanatus eſt. Ita triduo corpus ipſum inſepultum manſit, ſine ulla prorſus corruptione aut fœtore; quarto demum die tumulo reconditum eſt. Cum interim

A *Poſt ſepulturam ad tumulum ſanantur,*

interim crebreſcente tantorum ſignorum fama, ingens ad ipſum undique, ex omni vico atque vicina urbe, turba concurreret; nec ſegnius ad tumulum ejus ſigna indies magis claruerunt. Nam Ricca, filia Antonelli Sabelli, ex oppido Valvenſi, quæ quatuor & triginta annos, ob nimiam renum debilitatem, neque greſſum movere, neque ſe erigere ſine magno dolore poterat; ac ſiquando ſe movere ad alium locum vellet, per terram more ſerpentis repebat; accipiens quæ virtute beati corporis fierent, deferri ſe aſello illuc curavit: circumfuſaque tumulo, innumerabili eam vidente hominum multitudine; cum aliquantulum obdormiſcere ei videretur, quaſi è ſomno expergefacta, ſurgens convaluit; ita ut toto firmato corpore ſuis pedibus ambularet, ac publice laudans Deum, liberatam ſe ope beati Patris prædicaret.

dua femina greſſu privata,

48 Manifeſtiſſimum & illud omnibus fuit, quod in Angelella, muliere Reatina, oppidi Caſtri-Franci actum eſt. Cum enim annos quatuor toto tremens corpore ita gravata eſſet, ut nullius membri officium exercere, nullove medicinæ magiſterio curari poſſet; lectica ſuper aſellum poſita, ad beatum corpus delata, ac omni eam vidente pariter atque lætante turba, ſanata eſt. Nec vero obſcurum fuit illud

B

Marutiæ, uxoris Matutii civis Aquilani, quæ cum ex utero matris utrumque latus clauda prodiiſſet, ita ut inſtar fluctuantis in aqua naviculæ deformem ſemper in modum ambularet, vixiſſetque ita annos tres; voto demum emiſſo, ad tumulum ſancti Patris rectum liberumque inceſſum recepit. Nec item illud Antonellæ, filiæ Angeli ex Thiono oppido Aquilæ, quæ claudo ſiniſtro latere utique nata, quinque jam annorum, commendata à parentibus beato Patri, applicataque devotiſſimè ejus tumulo, ab omni greſſus deformitate liberata eſt. Quemadmodum etiam contigit Margaritæ, filiæ Antonii Marini, civis Aquilani, quæ ſimiliter ſiniſtrum latus ita nata claudum habebat: Catharinæ puellæ quinque annorum, filiæ Franciſci civis utique Aquilani, quam & mater diſtortis tibiis pepererat, ita ut per terram, dum moveri vellet, ſe ipſam traheret: Matthęo etiam, filio Michaelis Contis civis Aretini, quem tredecim jam annos natum Angelina mater, cum claudum & ſpaſmaticum utique peperiſſet, audita virtute ſignorum patris Bernardini, vovit ſi ſanaretur Ordini & Obſervantiæ ejus dicaturum. Nec tacendum videtur,

claudicantes plures:

curantur, arthritis

C

quod Paſca, filia Pauli ex Furcella oppido Aquilæ, annorum circiter ſeptem, cum multos dies graviſſimis articulorum doloribus torqueretur, ut nec pedibus aut cruribus ullo modo ſe movere poſſet; commendata à parentibus beato Patri, poſitaque ſupra ejus tumulum, ſtatim incolumis facta eſt. Non etiam quod Joannes, ex Dalmatia oriundus, navicularem artem exercens, cum ſub dio obdormire ſolitus tanto frigore correptus eſſet, ut arefacta penitus dextera tibia, octo jam menſes, non niſi adhibitis ligneis quibuſdam adminiculis incederet; auxilio beati Patris, cui ſe tota mente commendaverat, curatus eſt.

dolores tibiarum,

Non item quod Felix, Raynaldi filius, ex Podio-Picentiæ oppido Aquilæ, cum propter graviſſimos dolores, quos in ambabus tibiis diu paſſus fuerat, utique non ſine ligneorum quorumdam ſuſtentaculorum adjutorio ſe movere poſſet, opere Beati Patris convaluit.

graves agritudines,

49 Præcipuum vero illud eſt, Caruſiam, uxorem Franciſci Coletę ex Caſtro-Lacu oppido Spoleti, cui ſiniſtrum latus cum brachio & pede longo jam tempore arefactum erat, cum delata ad ejus tumulum fuiſſet, ſanatam eſſe. Nec minus Jacobum, filium Joannis ex Carpenico oppido Spoleti, cum tam gravi & ægroto corpore eſſet, ut pedibus nec ſtaret nec incederet: Cæciliam etiam, filiam Franciſci civis & negotiatoris Spoletini, cum amiſſis totius corporis viribus, nec ullius membri præter linguam movendi facultatem habens, tredecim annos lecto ſemper decubuiſſet; tam infirmo etiam ſtomacho, ut nihil quod ſumpſiſſet cibi retinere poſſet: ſed & Angelum, puerum duorum annorum, filium Thomæ Chryſoſtomi, civis utique Spoletini, eumdem in modum ſemper jacentem, atque ita toto corpore gravatum, ut pelle tantum & oſſibus conſtans phthiſicus magis eſſe crederetur: & Martam etiam, cujuſdam Mariani civis etiam ipſius Spoletini, propter longam & gravem valetudinem à lecto neutique unquam diſcedentem. His adjungamus Martiam, uxorem Angeli civis Aquilani; & Martiam alteram, filiam Antonii Spoletini feminam religioſam, cum nec tibiis, nec brachiis, nec toto denique corpore ſe aliqua harum movere poſſet; & Amicum, puerum ſeptem annorum, filium Amici Pallæotæ, ex Aſſerico oppido Aquilæ, alteram tibiarum claudam habentem, debilitatum etiam ita ambobus brachiis ut è ſpatulis evulſa viderentur, & ſervitio illorum ad omnem uſum omnino privatus eſſet, urinam inſuper magna cum moleſtia emittentem; & Joannem filium Micutii civis Aquilani, qui nec tibiæ ſiniſtræ nec brachii officio, quod ſpaſmaticus ea parte eſſet, uti ullo modo poterat; & Antonium, puerum trium annorum, filium Jannutii ex S. Angelo oppido Tuderti, cui inferior omnis pars corporis ita viribus deſtituta erat, ut nec eundi, nec ſe erigendi ullam facultatem haberet.

A. MAFEO VEGIO EX MS.

phthiſis,

contractio membrorum,

E

dolores varii,

50 Adjiciamus & Ciccum, filium Blaſii civis Aquilani, qui, ob nimium quem in ſiniſtro genu dolorem patiebatur, inceſſu privatus, animam etiam aliquando quaſi exhalare videbatur: & Antoniam, uxorem Mici civis utique Aquilani, graviſſimos jam longo tempore dolores in ambobus brachiis paſſam, ita ut neque manus capiti admovere poſſet: Leonoram etiam, puellam ſeptem annorum, filiam Nicolai Joannis ex Caſtro Vulterano, habitantis Maſſæ, pedibus & cruribus ſpaſmo attractis, inceſſuque omnino privatam: & Magdalenam, puellam quinque annorum, filiam Bartolomæi civis Reatini, quæ crura & pedes ita infirmos habebat, ut non niſi more animalis quadrupedis per terram graderetur; atque eodem modo debilitatam Franciſcam, puellam quatuor annorum, filiam Jacobi Danielis ex Aſciano oppido Senarum; Apollonium quoque puerum, filium Dominici ex Segiano, oppido & ipſo Senarum, propter laterum ſpaſmationem per terram ſe cum moveri vellet trahentem; ac Matthæum, filium Aloyſii Senenſis, qui anno integro graviſſimam ſciaticam, in utroque latere per totum corpus jam diffuſam, paſſus fuerat: quos omnes, per virtutem & gratiam ſancti Patris Bernardini, cum invocatus devotiſſime fuiſſet, conſtat ad optatam optimamque malorum ſuorum liberationem perveniſſe.

F

item apoſtemata & fiſtulæ,

51 Atque ut multos hujuſcemodi, & Aſculanos, & Senenſes, & Romanos, qui meritis illius curati eſſe traduntur, brevioris ſermonis cauſa omittamus; veniamus ad alios etiam; quos illum ex apoſtematibus & fiſtulis, variis in partibus corporis, liberaſſe teſtatiſſimum eſt: è quibus Matiam, uxorem Petri Jacobi civis Aquilani, ex graviſſimo apoſtemate in latere dextro, unde fœdiſſima ſanies continue exibat; & Vanutiam, uxorem olim Matthæi Romanelli civis utique Aquilani, ex peſſimo apoſtemate, quod quatuordecim annos ſub ala ſiniſtra paſſa fuerat, unde & non tam ſanies quam ventus etiam quaſi ex profundo corporis emittebatur; & Colam, filium Antonii civis etiam ipſius Aquilani, ex multis ulceribus in tibia ſiniſtra, quam ita gravatam & tume-

A. MAFEO VEGIO EX MS.

factam, tredecim annos habebat, nulla abſtinentia, nullaque medicorum ope curabilem. Paulum etiam puerum decem annorum, filium Honofrii ex Urſaria oppido Cortonæ, ab apoſtemate ſub auricula; ac Laurentiam, uxorem olim Urbani Senenſis, habitantem Bonconventi, ex fiſtula in oculo ſiniſtro; & Antonium, filium Gratioſi civis Reatini, ex ſcrophula quam ſex annos ſub genu ſiniſtro, ad magnitudinem unius ovi, gravi cum moleſtia tulerat; puerum item quindecim annorum, Monte-milonem appellatum, ex Montemilonis oppido Piceni, qui à cancro quem graviter in mandibula inferiori patiebatur; & puellam quamdam anniculam, filiam Joannis Antonii civis Reatini, quam cum præſenti illi & adhuc viventi parentes oblatam ſummis cum precibus commendaſſent, curavit ipſe à duobus peſſimis ulceribus incurabilibus (cum multa tamen ei medicorum cura adhibita fuiſſet) quorum unum in collo, alterum ſub ala brachii, gravius etiam flatum continue ducens, ad ipſa uſque viſcera penetrabat; Salomeam puellam quatuordecim annorum, filiam Thomæ civis Spoletini. Hæc ex ulcere quod ita grave & peſtilens in dextra parte pectoris illi erat, ut extractis inde ſeptem oſſis fracidi fragmentis, neque judicio medicorum unquam ſananda, ſpaſmo ſæpius deficere videretur; quam efficaciſſime à matre beato Patri commendata, per intempeſtam noctem vigilans, vidit hominem, ſub imagine ejus, quem gerere ille ſolebat habitus, ſtantem ad caput ejus, tangentemque eam, & benedicentem, ac mox quaſi è feneſtra abſcedentem. Quæ cum lætabunda, exili qua poterat voce id matri indicaſſet, credita primum eſt propter nimiam gravati corporis debilitatem vana, uti fit, & videre & proloqui, juſſaque proinde quieſcere; ac demum cognita certius ejus liberatione, majores habitæ Deo & ſancto ejus famulo Bernardino laudes & gratiæ ſunt.

etiam extractis 7 oſſium fragmentis.

B

Item morbi varii,

52 Nec vero narrabimus omnes, quot in humanis corporibus alios graves quidem & varios morbos admirabili ille ſua virtute ſanavit. Taceo enim, quos à fluxus morbo, & quos ab hernia, & quos item à graviſſimis doloribus iliorum atque podagrarum curavit: quos etiam à tremore atque à pleureſi, & quos ab aſthmate liberavit. Omitto & non paucos ab eo curatos hydropicos; quorum præcipua eſt Margarita, uxor Petruccii Amati civis Peruſini; quæ tanto tumore ventris gravata erat, ut nec ullo modo abſque adhibito bacilli ſubſtentaculo incederet. Nec attingo quos à morbo comitiali plurimos etiam liberavit; quorum memorabilis videtur Petrus Angelus, filius Petri Senenſis, tam malis febribus tamque mala valetudine gravatus, ut non ſolum epilepticus, ſed & phreneticus, & cæcus factus eſſet. Non item dico eos qui ita guttur læſum haberent, ut nihil deglutire poſſent: cum ex his gravatior etiam eſſet Joanna, uxor Orandi, ex Selvola prope Senas, ita ut oculi ex capite exire viderentur. Verum quos ab apoplexia ſanavit minime præteribimus. Tampellinam, uxorem Nicolai Fiſcharani Senenſis tertii Ordinis S. Franciſci, quæ etiam amiſſo ſæpius omni ſenſu in terram concidens, graviſſime ſe lædebat; Antonium, filium Blaſii Tholomæi Senenſis, ita ut cum latere dextro loquendi etiam gratiam amiſiſſet; Antoniam, filiam Lucæ ex Monteſiano oppido Senarum, unde tremor etiam totius corporis eam invaſit, ita ut rectum loquendi uſum ac ſenſum inſuper amiſiſſe videretur; Agnetem, filiam Joannis Albanienſis, ancillam Antonii Baptiſtæ civis Aquilani, quæ cum nec loqui nec deguſtare quidquam poſſet, propiorque jam morti judicaretur, commendata eſt à domeſticis familiæ beato Patri; intincta autem lingua ejus ſanguine ipſius, qui diligenter ſervabatur, paulatim reſumptis viribus tandem convaluit.

C

præſertim apoplexia.

D

53 Sed & memorandi videntur, quos peſſimâ ulceratos leprâ mundavit; Catharina, uxor Antonii & Lucignani Senenſis; Angelus, filius Michaelis ex Ciſixano oppido Senarum; atque alius etiam quidam Hiſpanus. Quid vero dicam mulieres, quas abortire ſemper ſolitas ita liberavit, ut poſtmodum prolem libere ſuſciperent? ſed præſertim Hieronimam, filiam Jacobi civis Romani Regionis Regulæ; quæ aborſu facto ita graviter ægrotabat, ut nuſquam ſe movere valens, lecto tantum ſupina ſemper jaceret. Quid narrabo Cæciliam, filiam Franciſci civis Spoletini, quæ curata eſt à dolore ſtomachi, quo tanto quidem vexabatur, ut cum nutrimenta cibi & potus retinere non poſſet, debilitatâ virtute naturæ, lecto continue decumberet? Quid loquar Antoniam, filiam Cecchi ex Montepolitiano oppido Aretii civitatis, in qua tum habitabat? quæ dum graviſſima anxietate pectoris afflicta beatum Patrem, cujus memoriæ plurimum afficiebatur, invocaſſet; proxima nocte per ſomnum meruit eum videre, quaſi de cellaſua exeuntem atque eam benedicentem. Quid referam Catherinam uxorem Nicolai Bilech Pannonii, & Petruciam filiam Amici Leoneſſæ, habitantis Romæ in Campo Martio, & Joannam puellam filiam Gherii civis Senenſis, quæ nihil ex altera oculorum videbant propter obductam ungula pupillam? Quid Eliſabeth etiam, puellam annorum quatuor, filiam Joannis Caſſinæ Senenſis; & Andream, filium Franciſci tinctoris habitantis Senis, qui ambo quindecim dies viſu omnino privati ita perſtiterant? Quid Bartholomæum, filium Dominici Montis-alti, ex Berardinga oppido Senarum, qui parum dextro oculo, ſiniſtro autem nihil, octo jam & decem annos viderat? Quid Benedictam Columnenſem, quam tam gravis valetudo oculorum invaſerat, ut neque aliquid videre, neque eos aperire poſſet? Quid Cæciliam, puellam ſeptem annorum ex Vulſini oppido Urbis-Veteris, quæ, nimia morbillarum multitudine eam comprimente, cæcata omnino fuerat? Quid Agnetem, uxorem olim Antonii Marcellini habitantem Romæ, quæ lumine etiam oculorum prorſus amiſſo, nihil jam longo tempore videre potuerat? Quid hos inquam recenſebo, ita graviter oculis affectos, atque omnes plene tandem, implorata illius ope, liberatos? Quid denique commemorabo (quod his majus eſt) Colam, puerum ſex annorum, filium Antoniæ ex Roccavottæ oppido Marſicano, cum cæcus ex utero matris prodiiſſet, delatum ad tumulum beati Patris, illico in expertum ante ſibi viſum recepiſſe?

lepra.

Adjutæ parturientes,

& ſtomacho ægræ.

E

Caci variè illuminati;

F

CAPUT VII.

Alia Miracula poſt mortem S. Bernardini.

54 QUid vero etiam proſequar cetera, quæ non minora his, de reſtitutione ſurdorum, & mutorum, ac certiſſima quidem habentur? Nec dicam Federicam, filiam olim Hannis civis Aretini, quam ſurdaſtram caſu effectam curavit: non Sanctam, uxorem olim Joannis Cloni civis Reatini, ſanatam utique, cum in lingua ipſi foramen quoddam incurabile duos jam annos eſſet, unde & loqui maxime præpediretur; & magnum dolorem, dum cibum illa ſumente, aliquid ingereretur, ſentiret. Non item Bartholomæam, infantulam trium annorum, filiam Petri Joannis Turchi Senenſis, cum numquam verbum ullum protuliſſet, commendatam beato Patri, ſtatim locutam fuiſſe. Non inſuper Eliſabeth,

Surdi & muti ſanati;

A sabeth, puellam ſeptem annorum, filiam Dominici utique Senenſis; & Paulum, puerum ſeptem annorum, filium Petri ex Monte-nigro oppido Senarum, ambos etiam ab illo curatos, cum tam atrox eos febris invaſiſſet, ut nec loquerentur quidquam nec intelligerent. Dicamus tantum, quod admirabilius videtur, Jacobum Venetum, & Simonem filium Vannis ex plano Caſtagnani territorio Senenſi, ac Petrum filium Antonii Vaſelli ex Barbarano oppido vicino Romæ ad xxx miliaria; hos tres cum ſurdi & muti nati eſſent, delatos ad tumulum ipſius liberos diſceſſiſſe. Dicamus & aliud, quod non magna utique caret admiratione, juvenem quemdam, duos & viginti annos natum, qui ob gravem quamdam valetudinem penitus obmutuerat, quatuorque & decem ita annos tranſegerat, mendicans etiam ſemper propter ſummam, & æris, & ſermonis inopiam; cum Aquilam viſitaturus corpus, à quo tanta fieri ſigna intelligebat, tenderet; inveniſſe apud Laterinum oppidum Florentiæ ſuperioris vallis Arni, duas matronas habentes funiculum, quo ſe beatus Pater præcingere ſolebat: ac ſtatim cum miſeraræ illæ caſum infelicem hominis reverenter eum ori ipſius admoviſſent, explicata lingua loqui cœpiſſe.

mutus annos 14

B 55 Nec ſatis hæc, niſi & eos quorum nulla vitæ ſpes erat, à Medicis penitus deſtitutos, inſperatæ ipſe incolumitati reſtituerit. Cujuſmodi fuit Joannes, juvenis viginti quatuor annorum, filius Colæ Pedoni ex Mazerio oppido Aretii; & Bernardina, filia Nicolai Porcinarii, Equitis & Juris-Conſulti, civis Aquilani; & Giloiſſa, uxor Franciſci civis Senenſis; cum febre hæc acuta, ac fluxu ſanguinis graviſſime vexata, ad extremam ſimul phreneſim atque inſaniam deveniſſet, munita etiam Oleo ſacro, propter imminentem judicio medicorum illi mortem. Cujuſmodi etiam Benedictus, puer quindecim annorum, filius Nicolai Gaigliardi, Sulmonenſis; & Joannes, puer quindecim annorum, filius Bartholomæi Arrighii Carpentarii civis Senenſis: qui à peſtilenti malo atrociſſimiſque febribus, quibus ad mortem uſque peſſime laborabant, liberati ſunt. Cujuſmodi & Benedictus, poſtmodum Bernardinus ob reverentiam auctoris beneficii appellatus, filius Corradini Fabrianenſis atque anniculus; qui dum graviſſime diu febricitans ad tantum defectum omnium ſenſuum deveniſſet, ut judicio eunctorum mortuus videretur, & jam nihil aliud, quam de ſepeliendo eo ageretur; voto facto à matre beato Patri, poſt duas horas ita convaluit, ut & lac aviditſime, quod antea multis diebus nequiverat, ſugeret, & omnia reſtitutæ plenæ ſanitatis ſigna demonſtraret. Nec prætereundum eſt ullo modo, Valentinam, puellam trium annorum, filiam Andreæ ex Brufa oppido Peruſiæ, cum pater ejus ad extremum vitæ finem illam deductam, facientemque omnia quæ decedentes ſolent ſigna vidiſſet; magnoque morientis filiæ dolore tactus, votum pro ejus recuperanda vita beato Patri feciſſet, atque ita tribus horis illa perſtitiſſet judicio omnium mortua, reſtitui tandem afflicto genitori meruiſſe. Non item omittendum aliud paris virtutis ſignum, Catharinam infantulam, filiam Grifuli Picolominis civis Senenſis, cum & ipſam ex gravi qua lac decem & octo horis ſugere nequiverat, valetudine morientem, atque iiſdem quibus ſuperiorem diximus letalibus ſignis laborantem, videns genitor, pro vita ejus votum Beato Patri emiſiſſet; poſt duas quibus & illa perſtitit horas, exhalato ſpiritu, uti omnes judicabant, mœſto tandem genitori incolumem reſtitutam eſſe.

moribundi ſanati.

C 56 Atque hæc de iis languoribus & morbis, quos humana per ſe ſibi corpora pepererunt: nam neque minor eſt laus eorum, quæ extraneis repentiniſque caſibus, ſive manu hoſtili ſive ſubita vi majore, aut vulnera aut proxima morti pericula contigerunt; quibus ille cum invocaretur adveniens, mira atque excelſa ope ſubvenit. Stephanum ſi quidem Pannonium, cum in tibia ſiniſtra vulnus ei ab hoſte cum telo illatum fuiſſet, atque ob id duos annos graviſſime ſubſtentaculis ſemper tibiæ adhibitis claudicaſſet; viderunt multi, poſtquam vota pio illo animo feciſſet, ſanatum eſſe. Eodem modo Angelum Rangonem Calabrum, ductorem armorum, cum & ipſe inter pugnandum, ab hoſtibus, in tibia utique ſiniſtra, duobus locis vulneratus eſſet, adeoque graviter læſus, ut præ dolore ſpaſmi periculum imminens timeretur; ſed & Nicolaum puerum, filium Jacobi Petri civis Peruſini, cum ab alio puero ſagitta ex arca emiſſa transfixus oculum dextrum, tamque gravi vulnere affectus eſſet, ut deperdita omnis vis oculi, nullaque amplius ejus ſalus ſperari poſſe judicio medicorum videretur; meritis tamen beati Patris, cum genitor illum lædentis pueri toto mentis affectu imploraſſet, incolumem evaſiſſe. Itidem & Baptiſtam, puellam trium annorum, filiam Laurentii Senenſis, cum forficulas, quas è manibus ejus ſoror ludens conabatur eripere, ipſa contra renitens, in oculum ſiniſtrum ſubimet infixiſſet. Nec minus Luciam, uxorem Matthæi appellati Pagarelli Reatini, cum ſæviens in eam ille immoderatius dextrum ei brachium penitus confregiſſet; & Brigidam infantem, filiam Gabrielis Piſani habitantis Senis, cum proculcata in lecto à matre dormiente atque confracta, non ſine magno periculo vitæ fuiſſet; & Domiſdeam Spoletinam, puellam duorum annorum, quam dum Galitia amita ejus brachio apprehendere vellet, ita illud cum magna etiam tumefactione è proprio loco movit, ut evulſum credi poſſet.

A. MAFEO VEGIO EX MS. *Curata vulnera gravia*

E 57 Quod autem contigit Chriſtophoro, filio olim Bartolini civis Senenſis, præcipuum putamus, cujus à multis equis, qui adaquatum ducebantur, invicem calcitrantibus ac ſe mordicantibus graviter caput & pectus læſum, poſtera die liberatum eſſe conſtat. Quod item accidit Joanni Gallico, famulo Baptiſtæ Bellantis Juris-Conſulti Senenſis, cui os utrumque tibiæ ex percuſſione calcis equi ita confractum erat, ut nulla illi quamvis multa adhiberentur remedia opitulari poſſent; invocata autem pe beati Patris, quam primum tumulum ejus attigit (quod difficulter quidem claudicante ſemper greſſu, adhibitis ligneis adminiculis, fecit, priſtinam incolumitatem adeptus eſt: Et quod Leoneo, filio Benedicti Rubei, ex Caſtello-Florentino oppido Senarum: qui decidens ex equo cui inſidebat, ita caput & pectus conquaſſavit, ut dies tres ſanguinem ac fruſta ſimul ſanguinolenta ore emitteret; & cum incidendus omnino, ſine ſpe ulla tamen curationis, à medicis judicaretur, virtute beati Patris, cui à genitore enixe commendatus fuit, abſque ulla prorſus inciſione liber evaſit. Neque his annumero illud Coſmæ pueri Pratenſis, à bove diſcurrente paſſim per omnem turbam & inſaniente letaliter percuſſi, atque ejus ſola benedictione ſanati, quod eo adhuc vivente id acciderit. Memorabile autem videtur, quod liberatus ab eo fuerit Jacobus, filius Antonii civis Peruſini, qui læſus graviter à ſpina digitum, longoque tempore ita vexatus, ad id etiam devenerat, ut poſt medicamentum ſicut quotidie ſolebat; illi adhibitum, ſtatim revolutis oculis quaſi emiſſo ſpiritu in terram prolapſus, diu ita perſiſteret. Dignum etiam memoria, quod actum eſt in Gaſpare filio Coſmi ſarcinatoris Aretini; qui dum ex aſello levaret vas plenum vuarum, fregit ſibi unam coſtam lateris;

item tres obtriti ab equis,

F

& alii diverſimode læſi.

A. MAFFEO VEGIO EX MS.

lateris; unde magno dolore affectus, dum se voviſſet beato Patri, voti ſtatim compos factus eſt? Non indignum etiam relatu, quod Mariano filio Antonii Senenſis accidit, qui dum humi jaceret ſuper congeriem fabarum, atque una ipſarum profundos auriculæ ipſius receſſus penetraſſet, nullo ad eam extrahendam medicorum proficiente remedio, tandē poſt duodecim dies, quibus graviſſimos dolores ſuſtinuit, convertens ſe ad beatum Patrem, implorato ejus auxilio, per ſe ipſum illam leviter, quaſi ultro volentem ſequentemque, eduxit.

ex alto lapſi,

58 Sed memorabilia longe videntur ſigna eorum, qui ex altis decidentes locis, opem eo ferente, ſervati fuèrunt: quod eveniſſe ſibi multis etiam videntibus demonſtrarunt, Franciſca filia Vannis Senenſis, tertii Ordinis S. Franciſci; & Roſa, filia olim Baptiſtæ Peruſini annorum ſex, cum in ciſternas magnæ altitudinis, ſubmerſo utraque capite, cecidiſſent. Marciarella etiam, filia Bonianni civis Aquilani, cum ex alto faſtigio in terram cadens, dextrum crus læſiſſet, unde & graviter claudicaret; & non ſine magno dolore incederet: & Honofria, puella decem annorum, filia Antonii civis Senenſis, dum ex faſtigio altitudinis ſexdecim brachiorum

B

in quoddam magnum præcipitium, plenum lateribus & lignis conciſis, obruta ipſis undique corruiſſet, jaceus ſemianimis & omnis prope ſenſus expers facta: Auguſtinus item, filius Antonii civis utique

lapſique vulnerati

Senenſis, cum & ipſe è ſcala quadam altitudinis brachiorum quadraginta decidens, alterum latus adeo colliſiſſet, ut diu mortuo ſimilis nec loqueretur aliquid, nec ſentiret. Cum Micutius puerulus, filius Colæ Albanenſis habitatoris Aquilæ, ex Meniano altiſſimo decidiſſet, capite adeo læſo & conquaſſato, ut niſi incideretur, nullam ſalutis ejus ſpem ſuper eſſe medici affirmarent; genitor ipſius, minime eam inciſionem ſuſtinens, vovit eum potius beato Patri, in quo unica illi ſpes eſſet. Nec fruſtra. Nam die, quæ proxime ſecuta eſt, abſque ullo medicinali ferramento, liber penitus factus eſt. Idem quoque claruit in Pace, uxore Marini Aſculani, quæ cum ex ſcala ſuperioris cœnaculi corruens, alterum ſibi latus perfregiſſet, delata ad beatum Cor-

aut etiam mortui.

pus, ſtatim ſanata eſt: Jacoba etiam, uxore Bartholomæi Senenſis, quæ cum ſuperiore ſimul cœnaculo, quod caſu corruit, in terram cadens, tanto vulnere ſibi caput fregit, ut verſa cute ad dimidiam uſque

C

ejus partem tota palma manus intromitti poſſet, nulliſque apparentibus ſpirantis animæ indiciis, tanquam mortua deploraretur: ſed cum vir ejus pro amiſſa dilecta conjuge, graviter dolens, ſupplicibus vobis invocaſſet opem beati Patris, poſt quadrantem horæ reſpirare, ac paulatim melius valere cœpit. Quibus adjungendum eſt, quod Marino puero decem annorum, filio Cornachini Aquilani, bene ceſſit. Nam cum canalem cujuſdam molendini tranſire vellet, pede lapſo in aquam cecidit: cujus impetu magno circumvallatus, & revolutus ad inferiores demum partes, vi ipſius impellentis aquæ deportatus eſt; atque inde aliquorum qui concurrerunt auxilio raptus, poſt multaque adhibita adminicula tandem liberatus eſt, non aliam ob cauſam, quam quod (ut ipſe aſſeverabat) quam primum labi cœpit, B. Bernardini nomen, ut opem ei afferre dignaretur, toto affectu mentis invocavit.

Vas vino effluente vacuatum,

59 Denique quod eſt magnum & admirabile reſtaurati vini ſignum, nullo modo omittendum videtur, ut quoniam longior quam inſtitueramus profluxit ſermo noſter, ſapido aliquo tandem arida ora noſtra liquore recreemus. In civitate autem Reatina contigit, Paulum pauperem quemdam hominem, tempore vindemiarum repoſuiſſe vas plenum vini, quod ſuſtentationi familiolæ ſuæ ſatis eo anno eſſe videbatur. Interea dum foris ille pecora ageret, quo D exercitio inopem vitam ſuam tuebatur, forte porcellus, quem domi nutriebat, irruit in vas ipſum, extractoque obturatorio cannæ, unde vinum hauriebatur, pene totum terræ ſudit. Quod poſtera die cum Vannutia uxor ejus & Jacobus filius offendiſſent, magno affecti ſunt dolore, quod quæſitas longis laboribus unius anni opes uno puncto deperditas intuerentur; præſertim Vannutia, quæ indignationem & iracundiam furibundi mariti magis etiam timebat. Ceterum cum eſſet illa religioſæ mentis, ac maxime timens Deum; rogare incentiſſimo animo cœpit eum, qui alias in nuptiis aquam vertit in vinum; atque una matrem ipſius, cujus rogatu id perfecerat, ſimulque beatum Patrem Ber-

invocato Sancto, repletur.

nardinum, cujus merita ſumma eſſe intelligens, vovit ſe etiam Aquilam, ubi ſacrum ejus corpus jaceret, profecturam, Mira fides, revertitur ad dolium mulier ſpe ingenti plena, intuetur illud plenum uſque ad ſummum. Haurit vinum, guſtat, videt totum quod petebat reſtitutum, longe etiam melius quam primum. Gaudet, lætatur, gratias agit Deo, nomen Bernardini non ceſſat laudare, & extollere. Admira-

E

tur, ſtupet, atque tribus ita diebus rem apud ſe occultam tenet, non audens tantum factum proloqui. Tum conſcia illa ſibi tam ingentis beneficii, timens ulterius gloriam Dei occultare, rem omnem uti acta eſt divulgat. Concurrit paſſim omnis civitas, cognitaque manifeſte tanti ſigni fide, fit ingens omnium lætitia: Deo meritè redduntur laudes & gratiæ, Bernardinus major apud omnes habetur & colitur. Multi etiam pro ſumma religione ex eo biberunt; multi ex eo pro ſummo munere in vaſculis recondiderunt; multis inſuper ad ſalubritatem corporis profuiſſe notiſſimum eſt, præſertim Antonio filio Colæ Mandi civi Reatino, qui liniens ex eo alterum oculorum, à cæcitate ejus quam patiebatur liberatus eſt.

Sed præ his æſtimanda viventis miracula ſpiritualia.

60 Sunt vero ea quæ ſcripſimus, diligenti cuncta Judicum ad id demandatorum cura, teſtiumque fide & examinatione comperta, probata, atque conſcripta. Nam cetera quæ vulgo tantum referuntur, innumerabilia ejuſcemodi præterimus. Quamquam ſi quæ magna ille & admirabilia geſſit attendere velimus, multo præſtantior videatur laus eorum, quæ vivens quam quæ poſtea vita functus effecerit: longe enim majus putandum eſt, tot animas à tanta vitio-

F

rum contagione, à tanta ſcelerum peſte viventem illum ſanaſſe, tot populos aberrantes ad rectum vivendi iter reduxiſſe ad Deum, cum longe ab eo alieni & extorres eſſent; melius convertiſſe, expoliiſſe civitates moribus, ornaſſe virtutibus. Extinctis quoque tot gravibus odiis & inimicitiis, placidam omnibus quietem, ſanctam omnibus quæ, diu ante fugata erat pacem & concordiam inveniſſe; longe inquam, majus putandum eſt, quam corpora, quæ ſine ulla comparatione animabus dignitate inferiora ſunt ab iis quos modo explicavimus morbis, quod poſtea defunctus fecit, abſoluiſſe. Non immerito ſanctiſſimus ſummuſque Pontifex Nicolaus Quintus, habita horum diligenti exactaque inveſtigatione & fide, Reverendiſſimorum etiam Cardinalium longa & gravi conſultatione ac demum aſſenſu, ut populorum animos, tantorum ſignorum admiratione erectos, majore etiam devotione compleret, collecto

& ſecuta Canonizatio

generali ingentique ac quali numquam ante alias, Fratrum ad id undique convocatorum conſilio, munificentiſſime omnes ipſe ſua impenſa curans, tum celebrato ſolemni, qui fieri ſolet, apparatu Romæ in baſilica S. Petri, annumerandum eum reliquo probatorum Sanctorum cœtui, glorioſumque Apoſtolica

A stolica auctoritate in Ecclesia sancta habendum, atque invocandum libere, diem quoque obitus ejus religiose ab omnibus & publice colendum, censuit
anno 1450 25 Maji nono Kal. Junii, die solenni sanctæ Pentecostes, anno autem Christi MCCCCL: atque anno quidem Jubilei, ut nihil, quod ad venerandam sanctamque lætitiam pertineret, omnino deesset.

61 Quod vero restabat Epitaphium, etiam tumulo ejus inscribendum, edidimus hujusce modi.

Epitaphia.

Hic Bernardinus Aquilana conditus urbe est,
Suspirantque Senæ pignoris ossa sui.
Franciſci ille crucem paupertatemque secutus,
Nunc melius cæli regna opulenta tenet.
Errantis populi monitor qui maximus olim,
Doctrinis potuit quemque movere suis:
Nunc quoque signorum mira virtute suorum
Segnius haud nostris consulit ille bonis:
Et qui languentes animas curare solebat,
Nunc etiam medicâ corpora curat ope.

ANALECTA

Ex duabus Vitis Mss. & totidem excusis, aliisque tractatibus & auctoribus.

CAPUT I.

Quædam acta adolescentiæ honestissime traductæ.

Ad turpia solicitantes, alium pugno,

1 TEstantur sui temporis scholastici coætanei, tantam fuisse juvenis Bernardini honestatem, ut ita turbidus videretur cum aliquid inhonestum dici audivisset, quod illi rubor in facie verecundiæ apparebat; ac si injuria quis ei alapam intulisset .... unde reputabatur ob omnibus quoddam honestatis & bonitatis speculum & exemplum. Contigit his temporibus, cum formosus esset & natura delicatus valde, quemdam civem non de minoribus, in campo seu magna platea civitatis juxta fontem, Bernardino turpe verbum dixisse: ex quo Bernardinus malignitatem civis illius concepit: statimque floridus & honestissimus adolescens magno ictu pugni civem illum percussit infra mentum, credens percutere faciem, adeo magno sonitu, quod fere totam plateam replevit auditu: & civis ille confusus & ab aliis derisus, festinus recessit. Sed cum revolutis temporibus & annis multis, sanctus vir super eamdem plateam
C populo prædicaret universo, prænominatus civis ejusdem sermonem audiens, ita compunctus & exuberantibus lacrymis condolens visus est, ac si diversis flagris cæsus fuisset. Contigit etiam iisdem temporibus quemdam alium malignum & nequam, non civem sed advenam, pluries inhonestis nutibus & verbis ostendere turpe desiderium & nefarium erga puerum Bernardinum: quem idem Bernardinus pro posse corripiens, cum nec ille desisteret, ipse quosdam rogavit sibi coætaneos & bonę opinionis adolescentes & socios, ut eum adjuvarent à molestia istius nequam hominis. Et inter se collecto consilio, ordinavit quemlibet eorum implere sinus lapidum: quo facto iniquum illum quęsierunt hominę. Quem repertum juxta portam Palatii magnificorum Dominorum Priorum civitatis, ait Bernardinus ad socios: Non est bonum hic rumorem facere juxta palatium Dominorum, sed extrahamus eum de campo, deinde eum lapidibus insequamur. Evenit quod statim homo iniquitatis, libidine excæcatus, intuens Bernardinum, eidem plures florenos ostendit, tali nutu ac si diceret; Tui sunt omnes, si mihi assentiri dignaris. Tunc sapiens adolescens annuit ut plateam exire deberet. Quam cum statim egrederetur per viam portæ Solariæ, illico Bernardinus exclamavit:

alium lapidibus coercet.

Inique, ribalde, sodomitice, igne cremande, alta voce socios animans, & cœpit ipse primus lapides ejicere EX VARIIS contra illum: socii vero, una secum exclamantes, & vocibus & lapidibus responderunt. Iniquus ille fugiens, persecutione passus est ab illis cum lapidibus & tumultibus usque ad posterulam, cari pendens non modicum à puerorum lapidibus liberari, qui non minus avide malignum hominem lapidabant, quam Judæi Stephanum: & sic iniqui hominis molestiam totaliter Bernardinus evasit. *Hæc Capistranus. Eadem Surius habet, sed phrasi verecundiore.*

2 Postquam autem pubes factus est Bernardinus, Tobia consobrina, de ejusdem pudicitia vigilantissime solicita, Deum precibus exorabat & Virginem gloriosam & omnes Sanctos, ut ab omni sinistro desiderio ac sensuali amore immaculatus, sincerus & integer à Domino servaretur. Sanctus autem Bernardinus, hujus propositi ferventissimus exoptator, perpendens flammigerum zelum ipsius Tobiæ, quando- que dicebat, Philocaptus sum: morerer ea die, qua meam amasiam facialiter aspicere non valerem. Et sæpe dictim solebat asserere, Volo ire ad visitandam amasiam, quæ pulcherrima est & nobilissima super omnes puellas nostræ civitatis. Tobia multoties hoc audiens & sententiam non intelligens, affligebatur E cordialiter, intimo percussa timore, cogitans Bernardinum de aliqua mortali puella more adolescentium philocaptum; ipse autem de gloriosissima Virgine Maria loquebatur. Est enim supra portam civitatis Senarum quæ ducit Florentiam, imago depicta quædam Virginis gloriosæ, cum repræsentatione triumphalis Assumptionis ejusdem, cum figuris multorum Angelorum, cantantium, jubilantium & musicalibus instrumentis ad honorem & reverentiam Virginis benedictæ psallentium & organizantium circumcirca: quam figuram S. Bernardinus consueverat bis in die, videlicet mane & sero devotissime visitare, & B. Mariæ Virgini dignas pro posse laudes exolvere genuflexus: & de ipsa beata Virgine, in eadem imagine repræsentata, se philocaptam sæpius asserebat, quam sibi dulcissimam affirmabat: & ipsi Tobiæ dicere consuevit; Dormire non possem in nocte; cujus die precedenti effigiem non vidissem amasiæ meæ dulcissimæ.

Professus amasiam habere quæ quotidie visitaret

(erat ea imago Virginis Assumptæ)

3 Talia ex Bernardini ore prolata auribus percipiens Tobia, commota quandoque, velut Joseph de tumescente Virginis utero, cespitare cœpit & mente revolvere, quidnam Bernardinus ex his verbis intenderet. Conspiciebat namque ipsum frequentissime F jejunare, quotidie Missas audire, orationibus & devotionibus attente vacare, vestitum dormire, carnem subjicere spiritui, disciplinis & flagellis edomare, & aliis virtuosis operibus adolescentiæ refrænare conatus: sed ex adverso considerans speciositatem ac venustam formositatem juvenis, astutias dæmonum, corruptibilitatem humani generis, nec non & carnis fragilitatem; cum jam Bernardinus ab eadem pluries infestatus, quænam esset ejus amasia, & in quo loco domicilium obtineret, quandoq; dixisset, Extra portam Cameliæ, extra quam portam quoddam monasterium Monialium situm erat; dubitavit ne fuerit ibi obcæcatus, ac vitioso amore vinculatus & sauciatus Bernardinus. Disposuit itaque in seipsa per semetipsam personaliter observare Bernardini gressus, ut propriis oculis cerneret quo tenderet; & occultas ipsi parans insidias, extra portam Cameliæ latenter se posuit & occulte, ubi Bernardinum exeuntem videre poterat & non ipsa videri. Et ecce Bernardinus advenit solus coram præfata imagine, & genuflectens genibus suis devotas orationes & preces Virgini benedictæ cordis medullis humiliter offerebat, festinus domum repetens quaque die. Tobia hæc intuens

à Tobiæ consobrina ideo solicita

exploratur,

EX VARIIS admirata eſt, & ne forte ab eodem Bernardino in itinere videretur, occulte accedens occulteque recedens diebus plurimis id repetiit. Sed & ut ipſa & quædam ſua ſpiritualis ſocia certiores efficerentur de ſinceritate & pudicitia Bernardini, iterum ſubordinat ſuam ſociam perquirere, quo Bernardinus pergat ad videndam amaſiam: quæ ſimiliter eo modo quo Tobia, & ipſa pariter Bernardinum aſpexit. Tobia igitur, omni ſuſpicione ſiniſtra remota, animo hilaris gaudioque perfuſa ſpiritus, ait Bernardino: Fili mi benedicte, rogo te ne me teneas amplius in ſuſpenſo, & ne propter te quotidie ſim afflicta. Dicas mihi, precor, de qua ſis philocaptus, ut ſi par eſt noſtri generis, eam tibi procuremus in ſponſam. Cui Bernardinus reſpondit: Poſtquam ſic jubes, mater, quod nulli alteri propalaſſem, arcanum cordis mei tibi pandam: philocaptus quippe ſum de beata Virgine Dei genitrice Maria, quam ſemper dilexi; quam videre toto cordis affectu, ejus amoris flamma ſuccenſus, toris viſceribus concupiſco; quam mihi ſponſam caſtiſſimam deſponſavi, in qua omnis mea ſpes eſt ſtabilita & firmata: illam ſumme diligo, illam quæro, illam ſemper vellem reverentia debita intueri: ſed
B cum non valeam hoc in præſenti ſeculo obtinere, ſtatui in mente mea ſuam imaginem quotidie viſitare. Et talis eſt amaſia mea. Tobia lætior effecta & ſpiritu exultans, lacrymas continere non valuit; & accurrens ad collum ejus, ſpiritali gaudio amplexata eſt eum, dicens: Fili mi benedicte, jam læta moriar, ex quo per os tuum certificata cum de tua ſancta ac pia intentione ac devotione erga Virginem Mariam. *Hæc iterum Capiſtranus.*

eique myſteſterium aperit.

Adoleſcens ex arbore concionatur.

4 Volens Dominus cunctis fidelibus ſuis luculentiſſime demonſtrare, qualis hic præco Euangelicus adveniente tempore in poſterum eſſet futurus; ab adoleſcentia ſua Euangelicæ prædicationis opulentiſſimam gratiam, cæleſti rore perfuſam, ſibi conferre dignatus eſt. Unde cum quadam die in urbe Senarum celebraretur feſtum S. Honofrii Confeſſoris, in eccleſia ejus nomini nuncupata, ubi conſtructum eſt hoſpitale peregrinorum & pauperum miſerorum; populo multo ante fores eccleſiæ congregato, Bernardinus adoleſcens, ſpiritu ebrius, & divina ſapientia edoctus, in quamdam arborem audacter aſcendit: &
C abſque timore ac rubore proponere cœpit verbum Dei, ſic eleganter & diſerte, ut cives tam docti quam indocti eum audientes, vehementer admirationem aſſumerent. Quidam vero ſtolidi & immodeſti, audientes dono ſupernæ ſapientiæ plenum, inſanire eumdem putaverunt. *Ms. Rubeæ vallis cap.* 8.

Novitius à femina ad libidinem provocatus,

5 Cum in conventu Columbariæ devotioni vacaret, contigit, quod diabolus, rotius boni inimicus, hanc ejus devotionem & ſanctitate ferre non valens, tentationem quamdam mirabilem ei procuravit, in qua ſibi ſicut & Joſeph filio Jacob in Ægypto contigit. Nam ſicut inſtigante diabolo, uxoris Putipharis animus ad Joſeph concupiſcentiam trahebatur, ita quod ipſa locum & tempus ſolicite obſervavit, quo pravam concupiſcentiâ adimplere poſſet; ſic ſimiliter actum eſt, quantum ad hunc devotum Fratrem. Inſtigante enim & procurante diabolo, fuerat in civitate Senenſi quædam matrona, quæ Fratribus una cum viro ſuo videbatur devota, & eos ſpiritualiter amare: ſed diaboli veneno amor ipſius matronæ verſus eſt in amorem carnalem, quantum ad Bernardini concupiſcentiam. Unde breviter contigit, ut S. Bernardinus, ſicut mos Fratrum eſt, in eadem urbe oſtiatim mendicando pro pane tranſiret. Ipſa ergo eum ſolicite expectans, in concupiſcentiam ipſius ardens, cum ad oſtium ipſius panem rogaret, juſſit ei, ſicut in Italia moris eſt, ſupra gradum aſcenderet & panem auferret. Quod ipſe columbina ſimplicitate faciens, nec ſiniſtre cogitans aſcendit. Cum igitur ſuperius eſſet in janua, D clauſit mulier eamdē, & ſibi propoſuit pravam ipſius concupiſcentiam; & brevi ita execrabiliter, quod ſi facere nollet, ipſa violentiam clamaret. Anguſtiatus igitur nimium Frater devotus, ſe mirabiliter in periculo poſitum conſideravit: quapropter tota devotione ferventer cor ſuum, prout potuit, in Deum jactans, intime & ſilenter in corde rogavit, ut à tanto periculo liberaretur, quia execrabile nefas abhorrebat. Cujus precem omnipotens Deus clementer exaudiens, eumdem eripuit. Nam divina diſpoſitione immiſſum eſt Bernardino conſilium, & dixit mulieri, ut ſi *egregie coërcet & emendat.* hoc facere vellet, oporteret ut ipſa ſe exueret. Qua ſe ad exuendum diſponente, cum veſtimenta ſua deponere vellet; ipſe ſilenter ſuam diſciplinam, quam ſecum portare ſolebat, ſumpſit: & eam ita diſciplinavit, quod omnem tentationem ab ea fugavit: in tantum quod poſt hoc, cum de tanta caſtigatione ac correctione cogitaret, numquam aliquam tentationem ſentire potuit. Propter quod nō ſolum ipſa, ſed etiam vir ejus id percipiens, in tantum eumdem Fratrem præter & ſupra ſolitum amaverunt, quod mirabilem devotionem ad eum concipientes, eum jugiter tam- E quam Sanctum in corde habuerunt. *Ms. Vltrajectinum, & paucioribus verbis Surius cap.* 23.

Affinem ſibi ob habitum religionis improperantem tolerat

6 Cum quadam die pergeret ad domum nutricis ſuæ, ut eam viſitaret, adhuc novitius exiſtens; quidam illic adfuit de affinibus ejus, qui aſſumptum ab eo Religionis habitum moleſte tulit, & objurgans eum multis contumelioſis verbis, inter alia ſic ait: Putabamus ſperantes te in ſeculo honorabiliter vivere, uxorem ducere fœcundam, prolem gignere lætabundam: ut domus tua ſobole propagata, opibus extolli, genuſque tuum famoſius potuiſſet augeri. Denique, quid eſt Frater, niſi porcus? utpote qui jugiter otioſus eſt, & cum inertia vivens aliorum labores edit, & ſemper pabulo intendit unde bene pingueſcat. Cui vir Dei, quaſi de ſeipſo futura prænuntians, omniaq; illius objurgioſa verba æquanimiter tolerans, ſic humiliter reſpondit: Ego quidem hujus mundi fallacem gloriam pompaſque reſpuo, domum autem meam glorioſiſſime extollam, ut pro tempore, quo hæc Senarum civitas condita extitiſſe narratur, nulla in ea domus divitum vel magnatum memoriæ civitatis dignior famoſiorque exiſtat atque ſublimior. Qui poſt F hæc, nutricis ſuæ accepta benedictione, perrexit ad locum ſuum. Præterea vir Dei Bernardinus, magis expetens pro nomine Domini contumelias & opprobia perpeti, quam humanis favoribus extolli; probra & injurias ſibi irrogatas patienter & gaudenter ſuſcepit. Quadam enim die pergens cum ſocio per *à petulantibus juvenibus expetitus lapillis, fert patienter.* Senarum urbem, infeſtos habuit quoſdam ſtolidos & inhoneſtos juvenes, ſubſannantes eum, & poſt tergum ad nudos calcaneos pedum ejus lapillos ignominioſe jacientes. Ipſe autem nequaquam retro reſpexit, nec ulla fuit perturbatione colliſus; ſed tamquam ſurdus & inſenſibilis pertranſivit. Socius vero ejus hoc moleſte ferens, ait illi: Nonne vides, quid iſti ſtolidi juvenes faciunt? Reſpondit vir Dei & dixit: Sine illos agere quod agunt: hi enim adjuvant nos ad perennem utique gloriam naneiſcendam, eo quod ad virtutem patientiæ nos exerceant, per quam animas noſtras poſſidemus. *Ms. Rubeæ vallis cap.* 12.

7 Prædicante B. Vincentio Alexandriæ, quæ eſt Lombardiæ civitas, interfuit prædicationi ejus vir ille toto orbe terrarum nunc nominatiſſimus, Fr. Bernardinus Ordinis Minorum, qui eo tempore erat juvenis multiſque ornatus virtutibus, ſed nondum celebre in Italia nomē ejus habebatur. Illectus autem fama Vincentii, quę per univerſum mundum

A *Vincentius Ferrarienſis S. Bernardinum juvenem familiariter alloquitur:*

dum jam erat longe lateque diffuſa, perrexit in memoratam urbem, ut videlicet illum magnum Euangelii præconem prædicantem audiret, de quo multa admiranda ubique narrabantur. Igitur ubi Bernardinus Vincentium prædicantem audivit, doctrina & eloquentia ac fervore ejus admiratus & ſtupefactus eſt: facto itaque prædicationis fine ad eum ſe contulit, cupiens eum familiariter alloqui, & ad amicitiam ejus admitti, ut tandem doctrina & exemplis tanti viri aliquid utilitatis accipere potuiſſet. Vincentius vero gratam juvenis indolem advertens, ei multa humanitatis obſequia exhibuit, voluitque ut ſecum reficeretur. Poſt multos vero ſermones, quibus ambo collocuti ſunt, Bernardinus accepta Vincentii benedictione gratias ei egit, & inde receſſit. Mane vero ſubſequentis diei, Vincentius dum prædicaret, dumque una cum aliis qui prædicationi intererant ipſe quoque Bernardinus adeſſet; populum & eos qui aderant his verbis allocutus eſt: Scitote, filii mei, inter vos adſtare quemdam religioſum hominem ex Ordine Fratrum Minorum, qui poſt paucos dies erit vir ſingularis in omni Italia: ex cujus doctrina & exemplis fructus magnus fiet in populo Chriſtiano. Et quamvis ipſe juvenis ſit & ego ſenio confectus; tamen futurum eſt tempus, quo in Eccleſia Romana eſt mihi in honore præferendus. Exhortor igitur vos, ut Deo gratias referatis, ipſumque deprecemur, ut pro populi Chriſtiani utilitate impleat quod mihi revelavit. Et quia hoc futurum eſt, regrediar ego ad prædicandum in Gallias & in Hiſpanias; & reliquos Italiæ populos, ad quos docendos nondum profectus ſum, ab eo erudiendos dimittam. His dictis rediit ad illud, unde digreſſionem fecerat. Hujus autem vaticinii veritas per ſingula completa fuit: nam poſt decem annos ipſe Bernardinus per omnem Italiam celebris habitus eſt, ac Vincentius in Gallias Hiſpaniaſque remeavit. Quamvis etiam Vincentius triginta annis ante Bernardinum feliciter deceſſerit, ſex tamen annis poſt illum fuit Catalogo Sanctorum adſcriptus. *Hæc Petrus Ranzanus lib. 3 Vitæ S. Vincentii, edita v Aprilis cap. 5.*

prædicit eum fore illuſtrem concionatorem,

B *& ante ſe Sanctis adſcribendum.*

CAPUT II.

Fructus Concionum ejus, emendandis moribus, hæreticis coërcendis, ſedandis contentionibus relati.

C

8 CUm eo tempore, quo S. Bernardinus religionem ingreſſus eſt, forent in Italia vix centum & triginta Fratres ejuſdem Ordinis de Obſervantia nuncupati; tempore ſui tranſitus multiplicati fuerũt, tunc viventes ad numerum ultra quatuor millia: & totidem faciliter perrexerunt ad Pœnitentiam, beatorum bonorum laborum ſuorum glorioſos fructus uberes perpetuo ſuſcepturi. Et cum diebus ingreſſus Religionis ejuſdem Bernardini vix in tota Italia forent viginti parva loca, per eoſdem Fratres inhabitata; in hora ſui obitus multiplicata fuerunt noſtra loca etiam in Italia, numero forte ducenta & triginta, cum tamen ſint hodie circa ducenta ſeptuaginta: Fratres autem ultra quinq; millia in humanis etiam hodie, gratum exhibentes Domino famulatum. Sed quid dixerim de reliquis locis & Fratribus per orbem undique diffuſis: qui noſtri Bernardini principio validi fructiferique prædicatores evaſerunt ex nobis Italicis, quorum præſidio, ſolicitudine ac induſtria, per Reges & Principes devotoſque Chriſti fideles, loca innumerabilia ſunt erecta, ac per eoſdem noſtros Fratres ad divinum cultum perpetuum inhabitata fideliter, nedum intra partes fidelium, ſed etiam in regionibus infidelium nationum... Denique cum eſſet inſtitutus Vicarius, in provincia Tuſciæ multiplicata ſunt loca, prædicationibus & exemplis vitæ regularis & optimis moribus ipſius Bernardini ſociorumque & Fratrum prædictorum. Multiplicati ſunt & Fratres in eadem provincia & in aliis, per Italiam & extra Italiam, nec non & Sanctimonialium de Obſervantia ſub prima regula S. Claræ, & aliqua monaſteria ſub ejuſdem S. Claræ ſecunda regula reformata; & quam maxime poſtquam de Tuſcia receſſit, & ad civitatem Venetorum & per Lombardiam, diſcurrendo per omnes principaliores civitates: quam maxime etiam in civitate Mediolanenſium & Januenſium, in Verona, in Mantua, in Placentia, in Parma, in Mutina, & per totum territoriũ Marchionis Ferrarienſis, & per totam Romandiolam, erecta ſunt nova loca, & adauctus eſt numerus tam Fratrum præfatorum, quam Sororum S. Claræ, nec non & tertii Ordinis S. Franciſci; ſub quo multi Milites & Nobiles utriuſque ſexus, & aliæ honeſtæ perſonæ in propriis domibus obſequium Deo præſtant, agentes pœnitentiam & obſervantes regulam tertii Ordinis prælibati: in quo etiam plurimæ Virgines, viventes in communi, auctoritate Apoſtolica ſpecialia inhabitant monaſteria, ad divinum cultum perpetuum dedicatæ. In tantum quod ex B. Bernardini glorioſis laborum fructibus, per totam Italiam & alia mundi climata, cenſeatur fides Catholica renovata... Poſt hæc per curſum temporis Generalis Vicarius, ſuper omnes Fratres de Obſervantia nuncupatos per totam Italiam, ex diſpoſitione Eugenii Papæ inſtitutus à Miniſtro Generali totius Ordinis, & ab ipſo E genio litteris Apoſtolicis confirmatus, cum magno profectu prædictorum Fratrum ac Sororum & Pœnitentium tertii Ordinis antedicti, familiam ſibi commiſſam, juxta magnam gratiam à Domino ſibi datam, prudentiſſime rexit ac ſaluberrime gubernavit: crevitque quotidie, ſub ejus ferula & vexillo, triplex exercitus antedictus.

EX VARIIS

& Sanctimoniales S. Clara.

ac 3 Ordinis.

E

maxime quando fuit Generalis Vicarius,

9 *Hæc Capiſtranus aut alius ſub ejus nomine: eaque paucioribus indicantur apud Surium cap. 29, 30 & 40. Et in hoc ultimo iſta adduntur:* Poſtea factus eſt Vicarius Generalis Fratrum de Obſervantia, cujus ipſe Auctor fuerat. *& cap. 30.* Cum Hieroſolymam miſſus fuiſſet, factus eſt ejus loci & etiam in Bethlehem Guardianus & Terræ-ſanctæ Commiſſarius. *Verum de iſto Hieroſolymitano itinere alibi nihil lego, nedum tempus quo illud factum eſt, ideoque in tam concordi antiquiorum ſilentio valde ſuſpecta mihi res tota eſt.* Cum in quadam civitate magna tam ferventer prædicaſſet, ut aſſeres ludentium ad teſſeras frangerentur; & comburerentur; indignatus ille, qui eos & eas, ſcilicet aſſeres & teſſeras, facere ſolebat, ad Sanctum venit, conquerens quod jam pauper efficeretur. Sciſcitanti vero S. Bernardino ſi aliud officium neſciret; reſpondit, Non. Ad quem Sanctus ait: Dabo tibi ſanum conſilium: & accipiens circinum, fecit circulum rotundum, in quo ſolem pinxit, & in medio ſolis nomen Jeſus deſcripſit: quod ſicut decuit in ſummo honore habuit... Quia hoc nomen Jeſus in tali figura ſolari ſupra ſe apparuit, & ideo præ magna devotione hanc jam figuram compoſuit, & querelanti dixit carpentori, ut tales figuras de cetero faceret. Qui magiſter ſive carpentarius aut artifex hoc faciens, dives effectus eſt, & majorem quæſtum quam prius acquiſivit. *Ita Ms. Vltrajectinũ autem.* Bononiæ *id contigiſſe docet Sigonius lib. 4 de Epiſcopis Bononienſibus, rem pluribus narrans ex eoq; Waddingus ad annum* MCCCXXIII. In civitate *etiam* Aretii, *inquit Capiſtranus, tale quid* Altiſſimo diſponente peregit. Erat extra dictam civitatem fons quidam, à Gentilium tempore immundis ſpiritibus non conſecratus, ſed execratus: ad quem fontẽ etiam Bernardini tempo-

F *teſſeris ſublatis conſicere nomen Jeſu docet.*

Superſtitiones Aretinorum abuſiles.

Multiplicati ſub ipſo Religioſi & monaſteria Ordinis Minorum

EX VARIIS temporibus multi, nedum cives, ſed etiam circumjacentes vicini concurrebant hinc inde, quaſi ad gentiũ ſimulacra, ſuperſtitionibus, incantationibus, ſortilegiis, pro reſponſis & remediis paſſionum ac tribulationum eis occurrentium. Bernardinus autem zelo Dei accenſus, contra talem idololatriam viriliter inſurrexit: compleraq; prędicatione animavit populum, ut ſequeretur eumdem, ad explantandum domicilium ſpirituum malignorũ & demoliendum funditus dictum fontem : & ut ibi in laudem Virginis glorioſæ Mariæ conſtrueretur eccleſia, & in die Nativitatis ejuſdem Virginis Miſſa & Officium celebraretur ſolenniter annuatim. Et ita factum extitit: nam ſolennis eccleſia magnis ſumptibus eſt erecta, ubi ex meritis Virginis glorioſæ plurima divina beneficia conceduntur : & ipſe S. Bernardinus Indulgentiam ſeptem annorum & ſeptem quadragenarum pro omnibus, eamdem eccleſiam in die Nativitatis beatæ Virginis viſitantibus, à Papa Eugenio gratioſe obtinuit.

Antichriſtianorum Sectam redarguit, B 10 *Periculoſior alia, quo ſpecie ſanctiori tecta irrepſerat per Italiam ſuperſtitio, ex piorum quorumdam hominum opinione de proximo Antichriſti adventu ſumpta; quam opinionem ſuſcitaverant S. Vincentii Ferrerii conciones de eo argumento frequentes, & ſcripta etiam ad Benedictum* XIII *epiſtola : quæ quanti laboris cauſa fuerit Bernardino, ſic ſcribit Waddingus ad annum* MCCCCXX *num.* 2 *&* 3. Inter omnes acrius in partibus Lombardiæ iſta urgebat Manfredus quidam, contra quem peculiarem tractatum ſcripſit Bernardinus, aliumque libellum viginti trium articulorum contra eumdem in judicio produxit : unde intelligitur, primam ſerpentis mali notitiam Sancto obeniſſe, quod Fr. Vincentius S. Bernardini ſocius, vir pius & doctus, in Caſtronovo prope Terdonam interrogatus à nobili quadam matrona nupta; an liceret vovere in manibus cujuſdam Monachi Aſtenſis, qui fungebatur vicaria auctoritate Manfredi, ſe, quotieſcumque & quocumque vocaretur ſecuturam Manfredum ut fugeret à perſecutione Antichriſti; reſpondit non licere inconſulto, multo minus renuente marito. Hoc ſequacium in eum concitavit invidiam, aſſerentium, Spiritum ſanctum matrimonii auctorem, imminente tanto ſalutis periculo, poſſe illud diſſolvere. Secundam habuit notitiam Alexandria ab Inquitore Dominicano, qui litteris egerat cum Manfredo circa duo hæc potiſſimum puncta, de Antichriſti adventu, & licito quod prædicabat conjugum divortio. Tertias accepit querelas à Leonardo, Generali Magiſtro Ordinis Prædicatorum, quod Manfredum à periculoſa hac doctrina & ſequela non potuerit retrahere. Unde palam cœpit Bernardinus in eum prædicare Alexandriæ; & novam hanc religionem, uti appellat S. Antoninus, Antichriſtianæ ſectæ nomine ſugillare, quo etiam titulo eamdem in ſuis operibus compellat. Sæviit illico in eum tempeſtas, nihilque intentatum reliquerunt Manfredi ſectatores & fautores, quo ejus minui poſſet auctoritas & nomen obfuſcari. Antichriſti nuntium paſſim appellantes, hæreſim objecerunt & genus idololatriæ, quod adorandam quotidie exponeret ex ſuggeſto tabellam, aureis litteris exaratam radiiſque ſolaribus circumornatam. Eæ erant nominis Jesu, quod ſummo ſtudio fidelium cordibus imprimere, & ſumme neglectum renovari atque adorari ſatagebat. Eoque proceſſit altercatio, ut neceſſe habuerit Martinus Pontifex utrimque interdicere, & Manfredum ſuæ gentis ſequela, & Bernardinum illa picta tabella. Hic obſecutus, pium docendi genus intermiſit, & denuo ex ejuſdem licentia reaſſumpſit : ille vero, à ſuorum ſequela non potuit avelli. Scriptis hinc inde articulis deputati ſunt judices in urbe Cardinales duo, Antonius, civis & Epiſcopus Senenſis; & Nicolaus Albergatus, civis item & Epiſcopus Bononienſis : à quorum judicio reſiliens Manfredus, obtinuit ut controverſia committeretur Dominico Capranicæ titulo ſanctæ Crucis Cardinali, & demum Joanni de Caſanova Arragonio Ordinis Prædicatorum tituli S. Sixti Cardinali. *Cum hæc Romæ ſub novo Eugenii* IV *Pontificatu molirentur adverſarii, non deerant Senis, qui, ſumpta inde occaſione, abſentem Bernardinum accuſarent populo errores diſſeminaſſe, ejuſque famam magno ſtudio denigrarent.* Ab amicis *igitur* admonitus *Senas* rediit, calumnias deterſit religioſe & abſque bile, *reddita palam ratione* ſuæ doctrinæ bonam famam inſtauravit. *Ita Waddingus ad annum* 1432 *num.* 2, *ubi cœptam proſequens narrationem, reditu & prædicatione Sancti* factum *eſſe inquit,* ut Magiſtratus Senenſis & Clerus ſupplicatione ſolenni publicos honores decreverint ſanctiſſimo Nomini; iiſque characteribus, quibus Bernardinus adorandum proponebat, pulchris & magnis, è regione domus civicæ curarint depingi. Hinc profectus Bononiam Bernardinus, in æde capaciſſima S. Petronii diebus multis magno animarum fructu prædicavit, oſtenſa ſemper ſub concionis finem venerandi Nominis tabella. Exceperunt piis auribus doctrinam Canonici, & ſuper iconem præcipui altaris acceptam à ſancto viro tabulam repoſuerunt. Profectum in Romandiolam æmuli variis modis lacerarunt, & Ludovicus Piſanus inquiſitor curavit è tabula ſanctum Nomen eradi; & ne opus ornamentumque egregium, quod appoſuerant Bononienſes deformaretur, in eodem loco Chriſtum Crucifixum ſubſtitui. Perturbatis Canonicis & commoto populo, varia hinc exorta ſunt ſcandala, quæ Pontificem Eugenium male habuerunt, excitaruntque ut miſſis duriſſimis litteris increpatoriis ad Ludovicum, præciperet in alia tabula ſuper imaginem Crucifixi eoſdem characteres reſcribi. Aliis artibus agendum judicarunt toties repulſi adverſarii. Effecerunt ut Michael Pragenſis, cauſarum fidei Promotor in Curia Romana, contra Bernardinum procederet; & demum curarunt inicio Pontifice judicium committi Joanni à Caſa-nova prænominato. Produxit Michael quoſdam falſos teſtes, qui minus veraciter & improbe (uti loquitur Pontifex) depoſuerunt, publice & notorie Bernardinum & multos ei adhærentes diffamatum de hæreſi, criminibus, exceſſibus & temeritatibus. Citati illi Romam venerunt, & judici ſe ſtiterunt, non abſque gravi contumelia & nominis jactura. Quod ubi reſcivit Pontifex cauſam ad ſe evocavit : eumque pro citato Bernardino Senenſes honorificam legationem Romam miſiſſent, citationem remiſit, *per ampliſſimum breve datum anno* MCCCCXXXII, *quod apud Waddingum videre integrum licet ad annum jam dictum, una cum epiſtolio Antonii Cardinalis S. Marcelli ejuſdemque Senenſis Epiſcopi, qui Senenſium litteras Pontifici præſentaverat.*

iterumque ſub Eugenio Quarta

poſt turbas Bononienſes.

ab iis viciſſim graviter accuſatus ſub Martino 5

Volaterræ relictum ab eo nomen Ieſu

11 *Submiſſus nobis Volaterra urbe Hetruriæ Commentarius, auctoritate publica tam Eccleſiaſtica quam Civili confectus, in quo Viſitatio & Recognitio Reliquiarum late deducitur, additis præcipuis de Actis Sanctorum ſuorum relationibus, continet inſigne ſpecimen ejus fructus quem referebat Sanctus, relinquens iis ubi prædicabat locis Nomen ſanctum, ita expreſſum ſicut Bononiæ factum jam vidimus. Relatio hæc eſt :* Anno MDCXVII, die XIV Decembris ad Veſperam, Domini deputati, D. Alexander Bavo, D. Raphael Mapheus, D. Curtius Inghiramius, in ſanctiſſimi Nominis Jeſu templum ſe contulerunt, & præcedentibus D. Franciſco Mapheo & Ludovico de Minucciis, ut prædicti aſſeruerunt, precati ſunt Patrem Magiſtrum Antonium de Panzerinis, S. Franciſci conventus Guardianum, & D. Franciſcum,

A ciſcum, quondam D. Joannis, Picchineſium, nunc Venerabilis Societatis Nominis Jeſu Priorem; ut illis admirabilem Nominis imaginem aperirent & demonſtrarent: cui, ingentibus miraculis per eam effectis, Vulterræ maximus honor ſemper habitus eſt. Cum etenim S. Bernardinus munus prædicationis Vulterræ exerceret anno MCCCCXXIV, in tabula lignea radiis aureiſque litteris venerabile Nomen depinxit: ad cujus devotionem in omnibus concionibus, quas Divus agebat in plateis & in S. Franciſci prato, populos incitabat. Quos eodem Jeſu Nomine benedicens, mirum in modum proficiebat: & hic benedicendi modus à Martino Papa V approbatus & commendatus fuit. Divus Bernardinus Vulterrâ poſtea digrediens, tabulam in qua Nomen Jeſu depinxerat, Vulterranæ Reipublicæ donavit: quam, veluti theſaurum pretioſiſſimum, ſemper cuſtodiendam curavit, & in qualibet neceſſitate, tam pro impetrandis imbribus atque aëris ſerenitate, quam pro evitanda peſte, fame & bello, civitas Vulterrana ad prædicti Nominis Jeſu auxilium confugiens, vel illud publice in eccleſia adorandum exponens, vel ſolenni luſtratione per urbem deferens, petita à Deo beneficia ſemper obtinuit. Senatus igitur Vulterranus templum in hujus ſancti Nominis honorem à fundamentis erexit; ibique Societatem venerabilem, quæ illud cuſtodiret & honorifice conſervaret, inſtituit; ut apparet in libro Deliberationum Collegii de anno MCCCCXLIII, in archivio Volaterrano aſſervato, à me Notario viſo & lecto. Præfati igitur Domini, cum ad aram acceſſiſſent, feneſtellam cum ligni deaurati craticula inſpexere: cujus clavis in Prioris ejuſdem Confraternitatis erat poteſtate. Duplici ſerico velamento ſanctiſſimum occulebatur Nomen, detectum atque lignea depictum tabula, cubito altum, dimidia cubiti parte latum, procidentes adoraverunt. Quod ut è loco, in quo aſſervatur, emoverunt in ejuſdem Societatis apodyterium, vulgo lo ſpogliatorio, perrexerunt: ubi alia D. Bernardini erecta fuerat Societas. Tabernaculum cum duabus præmunitum ſeris viderunt: quarum alteram Pater Frater Franciſcus Collius, à Patre Guardiano prædicto juſſus; alteram D. Franciſcus prædictus, uti Confraternitatis Prior, reſeraverunt. Eamdem tabulam, coloribus & ſplendoribus aureis à Divo Bernardino depictam, viderunt omnes: quæ poſtea clauſa fuit eodem modo. Quæ omnia eodem die mihi

C Notario prædicti Domini electi deputati depoſuerunt. *Hactenus Volaterrani.*

propter miracula templo erecto honoratur

In concione jubet viros ſeorſim à feminis ſedere

laſcivo juveni id contemnenti prædicit malâ mortem,

12 *Porro* vir Deo dilectus, toto vitæ ſuæ labente curriculo, fuit verus dilector caſtitatis. Ob quam cauſam quando prædicabat, numquam patiebatur turmatim mares cum mulieribus miſceri, propter lenocinii turpitudinem abolendam; nec non ad claudendum vagos & impudicos tam virorum quam mulierum contuitus, ſequeſtratim omnes illos collocari & coaptari mandavit; & ne alterutrum vel mutuo viderent, longiſſimum pannum funiculis alligatum per medium utriuſque cohortis interponi, quaſi pro pariete jubebat, ut ab eorum mentibus, per impudicum & vagum intuitum concupiſcentiæ voluptate depulſa, devotius ejus concioni intenderent & vacarent. Unde vir Dei Senis cum ingenti congregato populo mirifice prædicaret, & quaſi omnes avido corde patuloque auditu ejus verba attenderent; quidam juvenis, valde impudicus & inhoneſtus omnique laſciviæ deditus, ut mulieres juvenes aſpicere poſſet, illas in corde ſuo mœchatus, contra voluntatem viri Dei, ſpreto virorum conventu, verſus partem mulierum ſtare impudenter audebat. Qui à viro Dei plerumque admonitus, ut inde diſcederet & cum maribus ſederet; nequaquam viro Dei paruit, ſed ſemper deterius id peragebat. Igitur intuens éminus vir Dei juvenem illum, ejus pia ſpernentem monita, ad ſolitumque locum ſic effrontem accedere, & abſque aliquo pudore perſiſtere; quaſi prophetico ſpiritu ejus vaticinans malam mortem, divina ultione permiſſam, eidem clara voce ſic ait: Tibi dico, qui ibi contra meum velle ſtare audes, qui deaurata veſte ornaris: ego nempe timeo, quod morte mala diraque peribis. Qui juxta verbum viri Dei, eodem anno in Anconitana urbe, propter nefanda opera ſua reatuumque ſuorum ſuffragantibus meritis, peſſimæ ac ſævæ mortis interitu, vitam capitis abtruncatione finivit. *Ita Ms. Rubeæ-vallis cap.* 20 *& paucis Surius cap.* 50.

EX VARIIS

intra annum capite plexo.

Perusii tollit letales rixas luſu peſſimo inductas.

13 Peruſii aliquibus temporibus infra anni circulum, ſuggerente diabolo, fiebat inter eos nefandum ac horribile bellum. Armabantur cives, induti atque cooperti galeis ferreis, & per totum corpus thoracibus ac armillis, de bubulorum boumque tergorum diverſitatibus mirabiliter ordinatis, quique ſæpiſſime præliabantur ad invicem. In quo quidem profano certamine plerique miſerabiliter interibant, quatenus ſic infeliciter ictibus cadentes, ſatanæ reprobi martyres extitiſſent. At vir Dei veniens ad præfatam urbem, damnavit illud perniciosum & exe-

E crabile bellum: omneſque illas armigeras veſtes deſtrui juſſit, & quod numquam in perpetuum fierent, de cetero omnibus annuentibus ſub pœnis gravioribus ordinavit. Cetera autem jocalia, per Eccleſiam non conceſſa, & ea ad honeſtum cultum mulierum penitus non decentia, in medio urbis, cunctis adſtantibus, igne comburi juſſit. Multa autem alia bona ibidem per eum Dominus operari dignatus eſt. Alio quoque tempore erat gravis partialitas in civitate Peruſina: quam percipiens B. Bernardinus, illuc conceſſit, & ad uniendum cives ſermonibus ſuis atque ad reducendos eos ad pacem, exhortabatur eos, dicens: Dominus Deus, conſiderans veſtram letalem partialitatem, quam maxime odio habet, miſit me ad vos, tamquam Angelum ſuum, ut denuntiarem vobis hominibus & bonæ voluntatis in terra pacem. Et quatuor ſermones eis pro tunc prædicavit, ſemper eos ad pacem & unitatem exhortando, in quorum ultimo dixit ad populum: Vos qui eſtis bonæ voluntatis, & cupitis pacem, proponentes eam de cetero ſervare erga proximum; venite ad dextram manum meam; & qui nolunt ſervare, ponant ſe ad ſiniſtram. Tunc Dei nutu omnes ſe recollegerunt ad dextram ejus, præter unum nobilem & potentem juvenem cum ſuis ſatellitibus: qui ſuo in loco remanens, murmuravit contra B. Bernardinum, contemnens ejus monitionem ex parte Dei ſibi commiſſam. Tunc B. Bernardinus dixit ad eum: Ecce tu ſolus contemnis, quod ex parte Dei populo prædicavi. Dico tibi ex parte Dei, ut remittas proximo tuo, qui te & genealogiam tuam offendit: ut ponas te ad dextram cum aliis, ad pacem deinceps ſervandam: quod ſi non feceris, domum tuam numquam vivus intrabis. Qui quidem Nobilis illam exhortationem vilipendens, nec ultionem divinam formidans, dum domum ſuam intrare vellet, ac limen domus contingeret; cecidit in domum ſubitanee moriens, juxta Sancti verbum ſibi publice denuntiatum. *Idem Ms. cap* 23.

poſt odia inveterata habet pro pace 4 conciones:

Nobili reſiſtenti prædicit ſubitaneam mortem.

14 *Eadem aliquanto contractius habet Surius cap.* 52, *additque* extinctum abſque Eccleſiæ Sacramentis. *Meminit rixarum prædictus Pius II, & iſta addit*: Cum inter nos prædicaret ſe diabolum eis oſtenſurum, plurimis diebus populum hac ſpe ſuſpendit. Itaque veniebant omnes ad ſermonem viſuri diabolum. Poſt plures dies; Servabo, inquit, quod promiſſum eſt, & eum unum promiſerim diabolum oſtendere,

EX VARIIS multos oſtendam. Reſpicite invicem alter alterum, & ſic videbitis diabolos : nam vos ipſi diaboli eſtis, qui opera diaboli facitis. Anno MCCCCXXIII, Virunum (civitas eſt in ultimis Venetæ Reipublicæ finibus) Guelfis & Gibellinis factionibus graviter vexabatur: eo divino actus ſpiritu Bernardinus ſe contulit, publicæque ſalutis ſtudioſiſſimus media in platea,ferventi animo, omnes ad pacem colendam invitavit. Cumque animadverteret diſſenſiones, ſectas,odia,bella,cædes,non aliunde quam ex factioſiſſimę civitatis regimine pendere ; ordines, quibus tum in rebus adminiſtrandis Virunenſes utebantur, acerrimis verbis inſecutus, cives ad eos corrigendos aut eos abolendos hortabatur. Quæ res effecit, ut Delphini Venerii,qui civitati præerat, juſſu,ac Venetæ Reipublicæ nomine, in unum collecto Conſilio, Aldobrandinus, ex præclara Dojonum familia Doctor eximius inſurrexerit : ac omnibus audientibus ea de pace tractavit,quæ ad conciliandos animos tum maxime ſpectare videbantur. Neque id profecto fruſtra. Nam vix habita oratione, cum præſertim ſuadentis Bernardini auctoritatem civibus inculcaret, flamma conſumptis peſtiferis ordinibus, vetere ſimultate depoſita, penitus extinctis odiis, concordiam unanimes ſunt ſecuti. Cumque deinceps publicam civitatis tranquillitatem, quæ auctore Bernardino ex hac ordinum mutatione profluxerat, agnoſcerent ; immortales gratias pro accepto beneficio egerunt. Ac ne ſibi ingrati animi nota turpis inureretur,accepti beneficii memores, erectum poſtea S.Bernardino templum,longis Presbyterorum aliorumque ordinibus,quotannis celebrare conſueverunt : illius etiam multis in locis pinxerunt effigiem ; quam cum ſceleſtiſſimus quidam calce tegere atque abolere conrenderet, infeſtiſſima quoad vixit lepra divinitus horruit,ac miſere ſqualleus laboravit. *Ita legitur ante Opera & apud Waddingum, ex Hiſtoria quam tradidit Georgius Pilo Virunenſis, in epitomen per Alexandrum Gatium redacta.*

Veruni leges pernicioſas abolet.

& civitatem pacat.

B

15 *Marcus Antonius Benalius, in Commentariis de vita & rebus geſtis Sanctorum Bergomatium, per Ioannem Antonium Guarnerium Canonicum ex Decurionum decreto expolitis & auctis anno* 1584, *de Sancto ab urbe Mediolani Bergomum advocato ſic loquitur, quaſi is ſuſcepta Franciſcani cœnobii ibidem Cuſtodia apud Bergomates verſatus eſſet annos* XXIV. *Id licet nemo facile admiſerit, credet tamen, variis quibus ibi intra tempus iſtud fuiſſe potuit vicibus, eos fructus concordiæ & pacificationis publicæ cum emendatione morum relatos, quos ibi Benalius refert ; addens, quod* intra urbis mœnia templum, cui Virgines moniales inſervirent, Bernardino auctore conditum eſt; & S.Mariæ,cui cognomentum Roſarum indiderunt,conſecratum. Pro Bernardini item merito Petrus Alzanius domuncula & agello dimidii jugeri, qui ſub urbe eſt,anno MCCCCXXIIII Minorum ordinem donavit. Ejus rei adhuc monumentum extat,à familia Alezania,ad declarandum majorum pietatem,ſervatum. Ibi alterum templum ædificatum, quod S.Mariæ itidem dicatum, Gratiarum nomine inſigne eſt. Ibi itidem cœnobium, quod poſteri perfecerunt,inchoatum. Ante templum quercus S. Bernardini manu ſata fuit, quæ ita crevit ut proceritate & craſſitudine quercuum naturam vincere putaretur. Ea ætate noſtra à radicibus eruta & diſſipata eſt, & ejus materies in variis cœnobii uſibus conſumpta. Non longe ab eo robore Bernardinum prolapſum cecidiſſe ferunt,famaque tenet, ubi manus qua aſſurgendo nitebatur extenſa eſt, ibi ad numerum digitorum, quinque locis fonticulorum ſcatebras emicuiſſe. Aucta in urbe mirum in modum religione, Bernardinus agrum Bergomatem,cohortando ad pietatem, Euangeliumque interpretando obiit. In valle (Seriana oppidum eſt Cluſonum frequens ac celebre, caputque ferme totius regionis) dum ibi prædicandi officio paucos moratur dies, factum eſt ut non procul ab oppido montanus quidam vita exceederet. Triduo poſtquam ſepultus eſt immundi ſpiritus vox ex ædibus exaudita eſt, animam mortui illius ſimulantis,& plurima bona patri-familias ſi ſibi paruiſſet pollicentis. Rebelles & invidi ſpiritus in id præcipue incumbunt, ut in eamdem calamitatem, in quam quondam ipſi ſuperbia elati inciderunt,quam plurimos trahant ; idque illis facile ſuccedit, ſi ſe per omne obſequium inſinuare in animos incautorum,& fovenda ſpe,honorem qui ſummo Deo debetur,ad ſe traducere poſſint. Verum prudentes Dei miniſtri diabolicas artes optime agnoſcunt, & ne pro veris quæ illi fallaciter pollicentur audiantur, efficiunt. Itaque nuntio Cluſonum de hac re allato, Bernardinus veritus, ne quis in fraudem laberetur, plurimis proſequentibus eo contendit ; & in ædibus incluſus,commiſſo cum hoſte certamine non prius deſtitit, quam eum domo illa ejecit.

Bergomi ſacras ædes ædificat,

C

& alia ſui monumenta relinquit,

D

Cluſoni dæmonem multa pollicentem compeſcit.

CAPUT III.

E

Miracula à S.Bernardino vivente patrata.

16 CUm vir Dei Senis Euangelium ferventiſſime prædicaſſet, cum omni conamine vitia objurgando & virtutes inſerendo, nefarias conſuetudines illicitoſque ludos ibidem radicitus extirpavit. Quia univerſus populus urbis, propter præcipuam & ſingularem devotionem qua afficiebatur ad ipſum,eidem quæcumque mandaſſet juxta ejus nutum protinus obediebat ; omnia illa inhoneſta jocalia & ſuppellectilia diabolica,acervum ex eis faciens, igne comburi mandavit. Unde quædam mulier, viro Dei valde devota, quamdam ægritudinem incurabilem patiens, avide peroptabat fimbriam veſtimenti ejus, ex ineffabili devotione contingere. Statuit igitur tempus & locum pariter conſuetum, & clam per viam manens mulier illa, virum Dei eſt tacita percunctata. Cum vero vir Dei proprior eſſet, illa proſiliit: & ejus pedibus provoluta, fimbriam veſtimenti ipſius devotione fideliſſima tetigit. Sed vir Dei, quia numquam ſinebat ſe à muliere tangi, nec ſolus cum aliqua fere ullo in tempore loqui permittebatur ; primum quidem de tactu illius inopinato turbabatur, deinde intuens fidem illius devotam, æquanimiter pertulit : quæ ſtatim adepta eſt integerrimam ſanitatem. Item in eadem urbe, vir Dei cum per dies plurimos prædicaſſet, erat vir quidam paralyticus, omnium membrorum quodammodo beneficio deſtitutus: quem jugiter in lectulo decumbentem parentes ejus,maximam in virum Dei fidem gerentes, poſuerunt ante illum. Cumque quotidie id egiſſent, quadam die vir Dei benedictione accepta poſtquam prædicaſſet, vir ille meritis Sancti incolumis factus, omnium membrorum eſt integre officio reſtitutus. *Idem Ms.cap.*21,*& de ſolo attactu fimbriæ Surius* 51.

Sanat Senis ægram tangentem veſtis ſuæ fimbriam,

F

& paralyticum ſua benedictione:

17 Poſtquam Romæ prædicaſſet, miſit ei quædam nobilis matrona ſpecies ad confortationem ſuam. Tunc dixit B.Bernardinus ad famulum ſpecies deferentem : Non indigeo ego. Sed vade ad vicum iſtum, & quære infirmum in lecto decumbentem, & dic illi, Frater Bernardinus, mittit has ſpecies ſibi oblatas tibi, ut in nomine Jeſu comedas & conforteris. Qui quidem, quam primum comederat, ſanus factus eſt & lectum dimiſit. Alio quoque tempore, poſtquam Romæ diu prædicaſſet, exivit urbem ſedens ſuper parvum mulum. Extra urbem

Romæ ſanat ægrum miſſis aromatibus.

A bem occurrit ei leproſus, qui petens ab ipſo eleemoſynam, audivit ab eo: Argentum & aurum non eſt mihi. Sed ſolvit de pedibus ſuis ſoleas, & dedit eas illi leproſo: ſtatimque leproſus cum gratiarum actione accipiens ſoleas, ſedens ſuper terram induit eas: & operante Deo ab omni lepra curatus eſt, & reſtituta eſt caro ejus, ſicut pueri parvuli ad munditiam. *Idem Ms. cap.* 24. *At Surius cap.* 53 *ſolum primum miraculum habet, &* aromata vel confectiones *vertit, quæ hic* ſpecies *appellantur: loco aliorum autem iſta habet.* Nimia prolixitate oneroſus ero, ſi cuncta ejus miracula ſingulatim enumerare velim, quæ tamen populo circumquaque ſunt notiſſima, certiſque teſtimoniis confirmata. Accidit ſemel alio tempore, quod quidam tector ſedens in tecto, & videns equitantem B. Bernardinum per plateam civitatis Aquilenſis, dixit: Ubi vult nunc Papa noſter equitare? Cumque ſic derideret eum, ſtatim ventus validus venit, & dejecit eum de tecto in terram, ut eſſet quaſi totus conquaſſatus, tam in corpore quam in membris. Mente vero aliqualiter recollectus, culpam ſuam quantum potuit recognovit, & ſe ad B. Bernardinum deferri fecit: ut eum ſigno Crucis ſignaret. Quo facto ſanus ſurrexit & liber evaſit. Alio

& leproſum datis ſoleis,

e tecto lapſus ſanatur,

B tempore quædam puella, filia Joannis Antonii, duas habuit plagas terribiles ac incurabiles, unam in collo, aliam in brachio ſub pectore, ita ut ſubtus brachium viſcera viderentur. Quod cernens Domina Ludovica, mater prædictæ puellæ, & præſcriptus Joannes pater ejus, cum magna devotione filiam ſuam prædictam orationibus B. Bernardini commendaverunt: qui eam ſigno ſanctæ Crucis ſignavit ac dimiſit: & de mane ſequenti puella fuit ſanata totaliter, atque liberata ab omni plaga ac curata. Revertentes autem parentes, B. Bernardino gratias retulerunt: à quo prohibiti fuerunt, ne alicui dicerent quod factum fuerat ipſo vivente. Examinatio vero hujus miraculi facta fuit per Dominum Jacobum Narnerii, Decretorum Doctorem, Vicarium Domini Epiſcopi Reatini, aſtantibus Notariis dicti Domini Epiſcopi, nomine Andrea & Antonio, Matthæo Pauli cum aliis quam plurimis. *Hæc ex prædicto, Ms. cap.* 25. *Surius primum habet cap.* 48, *ſecundum cap.* 42. *quod in prima Vita num.* 14 *abſque teſtimoniis eſt relatum.*

& puella ulceroſa.

18 Exierat quandoque vir ſanctus cum Fratre, ut Mantuæ concionaretur. Tranſmittenda autem ei erat aqua, urbem illam attingens. Rogavit nautam quemdam, ut cauſa Dei ipſum traduceret. Nauta, mercedem à Deo expectandam negligens, naulum exegit, exiſtimans illum latenter ſub cucullo habere loculos nummis refertos, ut quidam ſolebant ex illis, quos Conventuales vocant. Bernardinus ait, ſe Dei amore facultates ſuas omnes contemniſſe; iterumque orat, ut pro Dei amore ipſum cum ſocio tranſvehat, eâdem horâ in urbe illa concionem habiturum. Recuſat nauta, & dicit: Etiamſi omittenda tibi concio ſit, ego te in navim meam non recipiam, niſi naulo perſoluto. Sentiens vir Dei non poſſe ſe hac via trajicere in urbem, bene confidens Domino, qui humiles & timentes ſe cuſtodit, qui imperat ventis & aquis, qui ſedare novit tempeſtates omnes, & ſuper mare graditur, ſic compellat ſocium ſuum: Frater mi, ſatiſne fidis Domino? Reſpondet ille: Plane, Pater. Et Bernardinus: Potes, inquit, imitari, quod me facere videris? Illo dicente, ſe poſſe: Bernardinus palliolum ſuum expandit ſuper aquas, primuſque ipſe calcat illud; ſocius ſequitur, atque ita ambo flexis genibus, oculis & manibus in cælum ſublatis, divinam jugiter implorantes opem, in alteram aquarum partem ſine ullo metu & cura incolumes evaſere, cum navis necdum medium eſſet emenſa ſpatium. Cernentes id tum qui in navi erant, tum qui ſtabant in littore, alta voce pariter implorabant Dei miſericordiam, tam inſigni miraculo obſtupefacti. Poſtquam autem terram attigit Bernardinus, nulla viſus eſt aſperſus aqua, nec pallium madefactum fuit. Hoc ego miraculum didici à quodam ſene Presbytero, cui in juventute ſua cum Bernardino magna interceſſerat conſuetudo & familiaritas, qui eum ſuis oculis ita, ut diximus, viderat aquas tranſmittentem. *Auctor Vitæ apud Surium cap.* 34 *& paucis Ms. cap.* 26. Quemadmodum autem Spiritus ſanctus dona ſua ſpiritalia ei inviſibiliter infuderit, eique illapſus ignito ardore ſuo linguam ejus facundam & diſertam reddiderit, miraculum ſubjectum luculenter demonſtrabit. Volebat ille in quodam Eccleſiæ Concilio generali Græcos, qui ei intererant, veram ſalutis & veritatis viam docere: ſed magno animi dolore cruciabatur, quod illorum non calleret idioma. Secum autem cogitans admiranda Dei opera, & ut ille ſuis Apoſtolis contulerit, ut poſſent omnium gentium linguis loqui; obnixe rogabat eum, largiretur Græcis intelligentiam eorum, quæ dicturus eſſet ad illos. Mox ferventi ſpiritu, multa in E Deum fiducia fretus, aſcendit ſuggeſtum, Græceque concionatus eſt, de Catholica fide Græcos ſummo ſtudio erudiens; ita ut mirarentur omnes, dicerentque eum non minus probe nôſſe Græce, quam ſi in Græcia natus eſſet. Sed Deus movebat linguam ejus, & loquebatur per eum. Cum enim à ſuggeſtu deſcendiſſet, & omnes laudarent ejus Græce dicendi facultatem & copiam: ille Deo ſoli honorem omnem tribuens, manſit expers Græcæ linguæ, ut antea fuerat. *Surius cap.* 38. *Videturque intelligi Concilium Florentinum, habitum anno* MCCCCXXXVIIII, *præſentibus Ioanne Palæologo Imperatore Conſtantinopolitano & aliis Græcis.*

Nauta recuſante ipſum tranſvehere,

C

Concionatur Græce ad Græcos, neſcius linguæ.

19 Poſtquam autem Deo viſum fuit laboribus ejus finem imponere, extremo anno vitæ illius hanc ei adſpiravit cogitationem, ut inviſeret patriam ſuam, civeſque & ſodales ſuos; eorumque animos excitaret ad amandum Deum, & ejus mandata ſervanda. Venit ergo Maſſam, ubi natus fuerat: & tota Quadrageſima illic docens è ſuggeſtu verbum Dei, cum multo labore, nihil ſibi parcens, populum cæleſti manna ſatiavit, & ſitim ejus potu ſalutis explevit, ſpiritalibuſque eos conſolationibus abunde refecit. Factum autem tunc ibi divinitus eſt ſingulare quoddam miraculum, ut ſempiterna apud illos Bernardini memoria conſervaretur. Cum enim aliquando prædicaſſet populo, repeteretque hoſpitium ſuum, Hiſpanus quidam, lepra admodum horridus & deformis, ei obviam venit, viſendi ejus cupidus. Cives autem moleſte ferebant illum hominem ire per oppidi ſui plateas: itaque bonis verbis extra urbem eum educebant. At ille poſtridie clam rurſus venit in urbem, rogavitque humiliter Bernardinum, ut calceos ipſi daret, quibus pedes tegeret; cogebatur enim præ inopia ire nudis pedibus, qui valde intumuerant & morbidi erant. Motus miſericordia erga miſerum hominem vir ſanctus, dedit ei calceos ſuos, à ſuis pedibus detractos; verum diſcipulum & legitimum filium ſeſe hoc ipſo declarans Patris ſui Franciſci, qui ſe nudavit, ut pauperem Militem veſtiret: quod quidem etiam in aliis ſæpe fecit ſimiliter, cum S. Martino libenter de ſua paupertate impertiens aliis: larga enim miſeratio erga inopes & calamitoſos homines ab infantia creverat cum illo. Sed audi jam, quid leproſo contigerit. Cum illis calceis ſuos induiſſet pedes, mox ab oppido egreſſus eſt; parumque progreſſus, ſenſit calceos plenos calculis vel ſilicibus, quibus ſaucii pedes ejus attererentur. Solvens

Bernardino Maſſam reverſo,

ſanatur leproſus

in palliolo tranſit cum Socio.

ergo

EX VARIIS ergo illos à pedibus, expurgare voluit; & ecce videt eos plenos tanquam piſcium ſquammis, pedeſque ſuos uſque ad genua ſanatos. Impenſe igitur laudans Deum, jucundiſſimo animo ire perrexit, calceis ad pedes alligatis: rurſuſque parvo emenſo viæ ſpatio, videbatur ſibi calceos arena & lapillis refertos habere, iiſque pedes compungi. Denuo ergo exuit calceos, cernit ſquammas, ut antea, ſeque uſque ad renes curatum. Uberiori inde concepto gaudio, adjungit calceos pedibus, lætabundus & Deo gratias agens, ſanctique Bernardini meritis ſe commendans, cœptum iter proſequitur. O Deus ſempiterne & immortalis, quiſnam poſſit ſatis eſſe tuis enumerandis beneficiis! Tertio cogitur vir ille, poſt breve itineris ſpatium, detrahere ſibi calceos, & excutere ſquammas. Tum vero ſenſit ſe integra ſanitate potitum; atque inde incredibili lætitia affectus, rediit ad urbem, totoque pectore ingentes Bernardino gratias egit, quod ejus meritis à lepra repurgatus eſſet. Audiens hoc ſervus Chriſti Bernardinus, Deo concedens honorem, ejus inexhauſtæ miſericordiæ & bonitati gratias egit, præcepitque homini reſtituto, ut Deum in ejus operibus laude & prædicatione efferret, nec cuiquam unquam, dum ipſe viveret, hoc miraculum indicaret.

calceos ejus indutus.

B

20 Circa annum MCCCCXXXXI fertur S. Bernardinum Compoſtellam, corpus S. Jacobi Apoſtoli veneraturum, abiiſſe; & Ferrariæ, quæ Palentinæ diœceſis oppidum eſt, hoſpitio exceptum eſſe à Petro Fernandez Velaſco, primo illius familiæ Comite-ſtabuli Caſtellæ, atque hunc cum uxore rogaſſe, ut pro illis apud Deum intercederet, ut poſt aliquot annos in conjugio jam tranſactos, prolem concederet. Promiſit vir ſanctus ſe facturum, & in regreſſu per eamdem viam monuit conjugem concepti jam fœtus maſculini. Juxta ejus prædictionem infantulum peperit, & in prophetiæ memoriam Bernardinum appellavit, nec non Fratribus Obſervantibus cœnobium poſuit, indito eccleſiæ titulo S. Bernardino. *Ita Waddingus poſt Tomum* 8 *in Additionibus ad Tomum* 5 *num.* XI. *Cœnobium tamen poſt Canonizationem Bernardini conſtructum cenſeo: ſupereſt autem hodieque ſtirps illa, ex eaque præteritis nuper annis Belgium noſtrum Gubernatorem habuit, cum eodem Comitis-ſtabuli Caſtellanæ titulo & cognomine Velaſco.*

Comeſtabili Caſtellæ prolem impetrat.

CAPUT IV.

C

Miracula quædam poſt obitum facta.

21 MOrtuo Bernardino non mediocriter mœrebant Fratres, quod ſe deſtitutos cernerent ſuaviſſima præſentia ejus; nec minus tamen ſe conſolabantur, quod tam ſancte obiiſſe eum cernerent: præparabant autem res neceſſarias corpori ejus ſepeliendo, illud pro veteri more lavabant, alio eum cucullo induebant, veſtem vero qua ſolebat uti mittebant ad monaſterium Caprariola, quod eſt extra Senas; ubi ejus libri & alia, quibus pro magna neceſſitate uti conſueverat, conſervabantur: ubi etiam ejus eſt bibliotheca, cujus codices ſua manu ipſe conſcripſit: quo loco multa fiunt quotidie miracula, in iis qui illic eum viſitant & veſtes attingunt. Apparabatur à Fratribus arca in qua conderent corpus ejus, illudque Senas veherent. Quod ubi animadverſum eſt, Magiſtratus urbis Aquilæ corpus illud è Fratrum manibus quam primum abſtulerunt, extractumque ex arca in qua jam repoſitum fuerat egregie exornarunt: & quibuſdam fidis civibus cuſtodiendum tradiderunt, ut poſtero die illud in templo ſpectandum omni populo proponerent: miſeruntque ad urbis Epiſcopum rogantes eum, ut cum toto clero ſuo velit intereſſe ſancti viri exequiis. Adduxerunt inde ipſo Aſcenſionis Dominicæ die corpus ejus ad eccleſiam, ſane quam honorifice; ubi plebs omnis collecta erat ad illud conſpiciendum & deoſculandum... Tanta autem fuit adventantium frequentia, ut Epiſcopus cum Clero ægre poſſet divina Officia peragere. Id vero cernens oppidi. Magiſtratus, de communi ſententia ſtatuit, ut ſacrum corpus extra ædem Franciſcanorum, quæ anguſta erat, per civitatem & forum, ad S. Maximini primarium templum efferretur. Sequebatur funus ingens hominum turba: accendebantur faces & cerei circum corpus, cum pro ſe quiſque certatim vellet cohoneſtare funus: conclamabat Clerus, lamentabatur populus præ gaudio: inter omnes coibat pax & conſenſio, qui tamen ante inter ſe acerbiſſime diſſenſerant, ita ut ſeptem ex primariis ejus oppidi viris trucidati eſſent... Reportatum inde corpus ejus eſt ad eccleſiam S. Franciſci: nec tamen terra illud condere voluerunt, ſed depoſuerunt in ſacello ferreis cancellis munito, adhibitis excubitoribus, qui nocte ac die illud cuſtodirent, donec arca ferrea duodecim inſtructa ſeris pararetur, atque in eam illud imponeretur. Contigit illo die inter alios ægros Fr. Benedictum à Marſico Minoritam adeſſe, membrorum officio deſtitutum, dextra aure ſurdum, & ingentes ſonos tamquam molerinæ aut malleorum incudem tundentium illic ſentientem. Is arripuit pannum quo exanime beati viri corpus poſt lotionem deterſum fuerat; illoque ſe involvens, poſtquam diligenter confeſſus erat peccata ſua, humiliter flexit genua ad pedes ſancti viri, orans ſibi ſanitatem reſtitui. Rediit illico auditus ſenſuſque & vires inſtauratæ ſunt. *Hactenus Surius: Waddingus non niſi ſequenti die Veneris ad S. Maximini eccleſiam delatum corpus ait, quæ autem exinde ambo proſequuntur, in Ms. Rubeæ-vallis ſic narrantur.*

D

ad expoſitum in eccleſia corpus

E

auditus & greſſus recuperantur.

Capraria-lam delata veſtiis miraculis claret

22 Interim autem dum ſic in area ligulea jaceret corpus ejus inhumatum viginti ſex diebus, erat maxima diſcordia inter Superiores, ſcilicet Scabinos ſeu Conſules civitatis Aquilenſis, & inter cives & inferiores ejuſdem civitatis: adeo quod per ſuperiores, erant de communibus & inferioribus civibus quatuor decapitati. Et propterea cives inferiores inſurrexerunt contra ſuperiores, & ceperunt ex eis quam plures, volentes eos decollare. Et adducti ſunt ad forum, ubi jam genua flexerant ad decapitationem, faciebus eorum pannis lineis velatis & ligatis. Tunc vox unius ſonuit in aëre, trina vice clamantis (quæ ab omnibus inibi præſentibus audiebatur cum magno timore) Nolite effundere ſanguinem innoxium, ſed feſtinanter ite ad eccleſiam Fratrum Minorum, ibique reperietis copioſe de ſanguine innocente. Itaque cives ab inceptis malitiis perterriti deſiſtentes, & celeri curſu ad eccleſiam Fratrum Minorum pervenientes, repererunt ſanguinem de naribus B. Bernardini effluere copioſe, ac ſi de duobus fontibus ſcaturirent aquæ largiſſimæ; in tantum quod ſepulcrum ejus ligneum, circumcirca clauſum, ex violentia ſanguinis depoſuit & amovit cooperculum: quo etiam ſanguine adimplebantur panni ſerici, ſuper ſepulcrum & ſuper corpus ejus in eccleſia poſiti. Taliſque ſanguis effluxit tam diu perſtititque continuatus, quo ad uſque humiliter proſtrati, veniam & miſericordiam cum omni devotione à Deo popoſcerunt. De illo ſanguine multi homines, cum pannis laneis & lineis atque bombice, collegerunt miraculoſe de naribus ejus, eo tot diebus mortuo mirabiliter effluxo, & multi per ipſum ab infirmitate curati ſunt. *Eadem, ſed mutata phraſi, referuntur apud Surium cap.* 89. Ex cruore aliquid ad

F

Seditio horrenda Aquilanorum

ſiſtitur fluxu ſanguinis è naribus S. Bernardini mortui.

A ad multos conventus, præcipue in provinciam Coloniæ deſtinatum à Capiſtrano, *legitur in Ms Vltrajectino : & in Waddingo dicitur : quod idem* Joannes Capiſtranus annis multis ſecum deferebat hujus cruoris vaſculum, omneſque ſanabat languores.

exequiæ fere ubique celebrantur.

23 *Idem Waddingus, agens de exequiis Sancto ubique locorum, in quibus per Galliam ciſalpinam prædicaverat, celebratis.* Primi omnium, *inquit*, cœperunt Perusini, magnoque & ſumptuoſo apparatu per triduum parentarunt, ſingulis diebus celebrante Epiſcopo, & vitam ſancti viri pro concione explicante ejus diſcipulo Fr. Paulo Aſſiſiate. Senenſes ſimiles ſive majores adhibuerunt honores triduanos, in aperto foro, propter immenſam populi accurrentis multitudinem. Omnes adfuerunt ſacræ Religiones, etiam Carthuſiana, alias hujuſmodi congreſſibus inſueta. Horum exemplum ſecuti ſunt Florentini, Veneti, Tarviſini, Vicentini, Patavini, Mediolanenſes, & populoſa quæque oppida, ejus doctrinis aliquando inſtructa. Neminem, quod legerim, tanto honore & publicis indiciis, ſtatim poſt obitum proſecutæ ſunt integræ provinciæ, nobiles civitates, regnorum imperia, & omnium ordinum mares & feminæ; affatim & ubique Sanctum acclamantes, & opem ejus, tamquam inter Cælites regnantis, ſuppliciter implorantes.

B

Stella videtur pleno die Aquilæ,

24 Cum autem ego, *inquit Ioannes Capiſtranus*, felicem S. Bernardini obitum, in inſula Siciliæ tunc exiſtens, ex mandato ſanctæ memoriæ Eugenii Papæ IV, ſenſiſſem; ad Aquilanam civitatem pergens feſtinanter, ut tanti viri, ſignis magnificis coruſcantis, diligentia quanta poſſem, Canonizationem bene merito procurarem; pari modo in platea & campo eccleſiæ & monaſterii ſupra-dicti, aſtante etiam multitudine populorum, hora quaſi eadem, videlicet inter tertiam & ſextam, ibidem apparuit ſtella præfulgida: quam aſpicientes qui aderant, cum admiratione alter alterum excitabat. Nec tamen eam tunc ego ipſe, qui indignus thalamo præſidens, etiam de beata Virgine prædicabam, ſtellarum differentiam & varietatem conſiderans, cum non haberem etiam de apparitione dictæ ſtellæ notitiam per fide dignam relationem; de commotione adſtantium admiratus, quid inter ſe quærerent perlerutabar, cum ſtellam ſupra caput aſpicere non valerem. Tunc mihi indicaverunt apparentiam ejuſdem ſtellæ, quæ ſuper caput S. Bernardini coruſcaverat, ibidem evidentiſſime declaratam. Cumque caput erexiſſem, eamdem ſtellam limpidiſſime conſpexi, Deo gratias agens & Virgini benedictæ; ſperans & confidens, ex Divina bonitate & Virginis benedictæ præſidiis, me felicem ſucceſſum & lætum effectum in Canonizatione ſancti Dei viri infallibiliter obtenturum. Itáque factum eſt, Domino diſponente, ut mane ſequenti ex Aquila ad ſanctam Romanam Eccleſiam greſſus dirigens, præfatam ſtellam, tamquam ducem itineris & comitem, pluries in itinere non ſolum ego aſpexerim; ſed quam plures ſocii, qui mecum erant, inter quos Frater Matthæus de Regio de Calabria, Frater Philippus, Frater Joannes Theutonicus de Auſtria, & plures alii. *Hæc Capiſtranus, de quo in tertia perſona eadem narrantur apud Surium, ubi dicitur Capiſtranum* vacaſſe lectioni in cella ſua, concioni ſe præparantem, cum ſtellam alii viderent, quæ olim ſuper caput Bernardini ſplenduiſſet.

C

& Capiſtrano dat animos ad promovendam Canonizationem.

Liberati à ſubmerſione.

25 Puer annorum decem, Catinus nomine, Aquilæ natus, triticum ferebat ad molam aquariam, ut moleretur. Abiturus inde, de improviſo calcavit pede molendini rotam, cum ea circum ageretur, ceciditque in foveam. In ipſo caſu invocans S. Bernardinum: Subveni mihi, inquit, S. Bernardine. Extractus inde eſt ex aquis, quæ erant ſub rota: admotuſque igni ut

cal. fieret, ſurrexit, & incolumis domum abiit, gratias agens Deo & S. Bernardino. Dominus Nicolaus Galiardinus filium habuit Benedictum, annos natum quindecim, valde à peſte, febre, & aliis exitialibus morbis afflictum, ita ut Medici omnem ei vivendi ſpem præciderent. Allatum eſt ad eum de panno, quo opertum fuerat S. Bernardini corpus. Eo panno ad corpus ſuum appoſito, fricabat male affecta membra: ſtatimque in lecto ſe erigens, Gratias, inquit, Deo & S. Bernardino: liberatus ſum à morbis omnibus, & totus recte valeo. Impoſuerunt deinde pannum illum capiti ejus: moxque, arctiori eum complectente ſomno, obdormivit, cum jam multo tempore nulla potuiſſet quiete potiri. Medici eo mane advenientes, ut lotium inſpicerent, ſanum conſpiciunt, quem pridie pene mortuum reliquerant. Ita ille adoleſcens, Dei ope & S. Bernardini meritis, integra ſalute potitus eſt. *Surius cap. 64 & 65. Vltimum refertur etiam in Ms. Rubeæ vallis ſub finem, & iſta præponuntur.* Maria uxor Colę de Sicilia, inhabitatrix civitatis Aquilæ, per menſes undecim vel circiter paſſa fuit febrem continuam: inſuper de tertia in tertiam diem magis ac magis prædicta febre gravabatur. Quæ portata ad tumulum S. Bernardini, facta oratione & tacto ipſo tumulo, totaliter à dictis febribus ſanata eſt & liberata. Alio quoque tempore Antenor Natalis de Sparetro, habitator Aretii, quartanis febribus & quotidianis in extremis laborans erat. Cui in ſomnis revelatum eſt, quod ſi voveret ſe viſitaturum corpus B. Bernardini, ſanari poſſet: qui expergefactus, voto emiſſo, liber evaſit, & priſtinę ſanitati reſtitutus fuit. *Hæc ibi.*

ex variis peſte,

& febribus

E

quartana & quotidiana:

26 Juvenis quidam Florentinus pervenit Latronium, & ex infirmitate quadam mutus factus eſt, ita quod per quatuor annos geſtibus eleemolynam petivit quibuſdam ſignis. Hic inſtigatus eſt, ut quaſdam mulieres adiret, quæ habebant cordam B. Bernardini. Quas cum reperiſſet, atque coram eis genua flexiſſet, quaſi ſuffragium petens ab eis; mulieres ad deoſculandam cordam ori muti appoſuerunt. Quo facto voce magna clamavit: Miſericordia, Miſericordia. Et ſic ſanus effectus eſt: & mulieres ſimiliter Dei gratiam & Sancti gloriam atteſtatæ ſunt. Filia Joannnis de Albana, Agnes nomine, ancilla Domini Antonii Baptiſtæ Militis de Aquila, incidit in apoplexiam, quæ ei loquelam totaliter abſtulit, & per multos dies nihil per os ſumere valuit. Hæc ab omnibus Medicis diffidata, tacto ſanguine B. Bernardini, perrexit ad ſanctum corpus ejus; orationeque ut potuit facta, ſtatim clamare cœpit: O S. Bernardine, adjuva me. Igitur quæ antea pluribus diebus nec loqui nec linguam movere poterat, integræ ſanitati eſt reſtituta. Catherina, uxor Nicolai Pauli de Hungaria, Veſprienſis diœceſis, quæ paſſa fuerat panum in oculo ſiniſtro per menſes ſex & ultra, ita quod ex illo oculo nihil videbat penitus; veniens ad urbem Romanam, audita fama de miraculis, quæ per B. Bernardinum Deus oſtendebat, acceſſit ad tumulum ejus, & facta oratione extitit continuo liberata de cæcitate. *Ms. Rubeæ vallis.*

loquela donata juveni ac puellæ mutis.

F

ſanatur apoſtema in pectore.

27 Puella quædam Spoletina, cui nomen erat Polonica, in pectore habebat vulnus immedicabile, unde totum corpus multo dolore afficiebatur. Adhibebatur quidem à chirurgis curandi ſtudium, non abſq; grandi ejus cruciatu, ſed nihil effici potuit: imo vero pejus habere viſa eſt, ut jam non longe à morte abeſſet. Mane autem dixit ad eam mater ejus: Filia cariſſima, commendes te S. Bernardino. Fecit hoc illa toto animo, ita dicens: O Sancte Dei Bernardine, libera me ab hac infirmitate mea. At ille miſericors miſerorum & oppreſſorum omnium conſolator non ei ſuam negavit opem. Cum enim nocte media vigi-

EX VARIIS laret illa, apparuit ei S.Bernardinus, viſuſque illi eſt crucem exprimere in vulnus ipſius, tenens eam per humeros: deinde evanuit. Mox illa admodum territa & ſtupefacta, matrem ſuam accerſivit, atque ei: Non ſentis, mea mater, miram odoris fragrantiam? Non vidiſti Fratrem illum, qui ſtetit ad humeros meos? Mater vero putans illam ſomniaſſe, dixit ei: Dormi, filia, dormi. At illa non ſomniabat, ſed alta & lętabunda voce clamabat: Laus Deo & S. Bernardino: ecce enim ſana effecta ſum. Fuit Senis in S. Hieronymi monaſterio Soror quædam de tertia Regula, quæ in puteum decidit, altum cubitos quadraginta: atque interdum capite, nonnunquam pedibus eminebat extra aquam. Inter cadendum, memor illuſtrium miraculorum ejus, S. Bernardinum invocabat. Venientibus autem quibuſdam ad hauriendam aquam, apprehendit funem, & ſic ſurſum attracta eſt nihil læſa, adeoque & corpore & veſtibus ſicca, ac ſi aquas non attigiſſet, nec quidquam aquæ evomuit ex ore ſuo.

liberatur in puteum prolapſa,

mortifera vulnera conſolidantur.

28 Joannes Antonius Tornanus quodam veſpere in gutture & ſiniſtra ſcapula mortiferis fuit affectus vulneribus; ita ut nulla ejus vitæ ſpes relicta videretur, nec ulla pharmaca vel cataplaſmata quidquam ei conferrent. Sed ubi humanum non ſuppetit auxilium, non ſolet deeſſe divinum. Miſer iſte tam immaniter vulneratus, ut ægre ſpiritum traheret, præ doloribus nocte mortem impendentem expectans, viſus eſt ſibi ſentire quemdam, manu ipſum in latere percutientem, dicentemque: Non audiviſti, miſer, quam præclara & ſtupenda Deus perpetret miracula per S. Bernardini merita? Cur ergo ejus non imploras opem? Ille hæc verba diligenter auſcultans, ſibi ipſi animum addidit, commendavitque ſe S. Bernardino, orans ferventer ſibi ſalutem reſtitui. O mirabilem Deum in Sanctis ſuis! Audivit pium hominis deſiderium & bonæ voluntatis propoſitum: dixit enim æger; Si ſanus ſurrexero, S. Bernardine, viſam corpus tuum & ceream imaginem offeram. Vix ea dixerat cum ecce ſentit cieri corporis fluxum quemdam tetri & concreti ſanguinis, qui ab inflicto manabat vulnere, ſanitatem ejus impediens. Attulit ille fluxus cordi ejus levamentum quoddam & robur, cœpitque habere melius. Perſtitit ergo in implorando S. Bernardino, promiſitque ſe profecturum ad ſepulcrum ejus in veſtibus lineis. Tunc vero etiam plus noxii humoris à corpore defluxit: ſurrexitque homo confeſtim ſanus, exiguis in corpore relictis vulneris cicatricibus. Abiit ergo ocius in lineis veſtimentis ad ſepulcrum beati viri, obtulitque illic effigiem viri è cera confectam, narravitque populo omni miraculum, quod in ſe expertus fuerat, laudibus efferens Deum & S. Bernardinum. *Hæc ex Surio: quod ſequitur Gonzaga ſuggerit, agens de conventu S. Ioannis Baptiſtæ Bernaji in Normannia, qui eſt Conventus* XXIIII *Provinciæ Franciæ.*

B

C

29 Anno MCCCCLIII, in Bernaſicenſi urbe, meritis & precibus S. Bernardini ſtupendum factum fuit, ſuper juvenem nondum quinquennem, miraculum, cujus narratio ſequitur. Scalam ſcanderat dicti juvenis mater, ut poma in horreo recondita pro pueris pacificandis & recreandis aſſumeret, & eis præſentaret. Hanc protinus ſenior trium ſuorum puerorum ſecutus eſt. Hunc cum vidiſſet adoleſcentior (de quo orditur ſermo) continuo ſcandit. Ad ſummitatem ſcalæ perventus veſtem talarem pede preſſit, quo facto lapſus in terram interiit. Mater lapſu audito, à majori natu ſciſcitata eſt, Quid audio? num cecidit frater. Illa fremens & vehementi affecta dolore, velociſſimo ſaltu ſeſe juxta gnatum occiſum recepit. Quo inter ulnas triſti amplexu ſuſcepto, plorans & ejulans, omni deſtituta conſolatore, mœſtiſſima mater ſuper lectulum cadaver reclinavit. Poſitis vero luminibus, verſus Fratrum Minorum cœnobium greſſus dirigit, recordata Canonizationis Beati Chriſti Confeſſoris Bernardini Romæ per Nicolaum Pontificem ſummum. Meminerat etiam cujuſdam prodigii, precibus dicti Sancti ſuper quamdam juvenculam nuperrime facti: quam enim molendini rota necaverat, priſtinis vitæ & ſanitati reſtituit. Cum hæc & iis ſimilia meditaretur, credit & ſperat tanti viri ſuffragiis ſimile portentum ſuper defunctum filium poſſe divina virtute conferri. Hoc miraculum & quam plurima alia de Sancto audiverat in eccleſia Sancti, ad quam multi populi confluebant cum devotione maxima & veneratione. Cum autem afflicta mater deſolaretur, audita fuit à vicinis & amicis: quæ cum ejulantem ſic audirent, repentina incitatione ſe ipſas mutuo vocantes congregarunt, eamdemque adeuntes reprehenderunt quod inaniter fleret, Deumque & Sanctos pro vita pueri reſtauranda invocaret, atque iteratam vitam ſperaret, dicentes, Corpus mortuum humari petit. Coram quibus vicinis, earum dictis minime acquieſcens, vovit ſe filium ſuum ad dictam eccleſiam delaturam, pro divino auxilio & Sancti ſubſidio implorando. Confidens de Dei auxilio, devotione accenſa iter arripuit, puerumque defunctum geſtans profecta eſt: utque primum ad conventum pervenit, Fratribus ſupplicavit, ut preces funderent ad Sanctum, quatenus apud Deum, pro vita ſuo gnato reſtituenda, intercederet. Qui audita ejus ſupplicatione, ſtatuentes cadaver ſuper altare Sancto dicatum, juxta ſuggeſtum in dictæ eccleſiæ medio erectum, hujuſmodique preces devotas fuderunt: Gaudet Ordo Minorum Franciſci nova plantula &c. cum Verſiculo & Oratione. Tunc una ex concomitantibus vicinis adit altare, & amplexatum juvenem ſic allocuta eſt: O mi puer, quæ ſum ego? Cui ille: Marina, mea cariſſima. Hac reſponſione audita, omnes Deum laudaverunt & Sanctum.

D

& mortuus,

E

ſuper altari Sancti reviviſcit.

30 *Anno ſequenti* MCCCCLIIII (*ſicut ex manuſcriptis Provinciæ Franciæ Monumentis habet Waddingus num.* 35) *idem* vir ſanctus inſigne patravit miraculum in urbe Medunte, juxta Sequanam flumen in Gallia, diœceſis Carnotenſis, approbatum & confirmatum ſigillis & ſyngraphis Officialis & Archidiaconi Piſciacenſis duorumque Notariorum ac nobilium virorum & religioſorum, in eccleſia Collegiata B. Mariæ Meduntenſi. Abortive nata quædam infantula, mortua deducta ad altare S. Bernardini, ejus meritis & intercеſſione revixit: & ſacro lavacro ab originali expiata, indito Bernardinæ nominè, paulo poſt animum Deo reſtituit, vita cæleſti cum eodem gaviſura. *Circa idem tempus credibile eſt accidiſſe, quod ante Opera ex libro primo Fragmentorum Senenſis hiſtoriæ, ab Auguſtino Datho conſcripta, ſic ipſe auctor refert.* Erat mihi frater germanus Joannes, minor natu, qui ſub Salvatoris Regula Deo ſerviebat. Is aliquando ruſtico operi intentus, cum ſarmentum amputare cogitat, elabente falce mediam manum graviore ictu ferit, articulos confringit, contractis nervis manus elanguet. Hanc quatuor circiter annos mancam, & velut concretis digitis languidam atque intractabilem gerit. At cum ſupplex & multa vi lacrymarum perfuſus, in baſilica S. Donati ſpectantibus multis ad Bernardini cervical manum admovit; ſubito recuperato vigore ita enituit, ut ad quemvis ductum facillime converteretur: ut exinde percommode illius miniſterio uſus ſit. Quæ res una cum ceteris, & iis quidem pene innumeris miraculis, majorem in modum Bernardini illuſtravit gloriam.

F

item 1454 *puella abortiva.*

manus ex inciſione contracta ſanatur.

CAP. VI.

An. 1453 *puer ex alto lapſus*

A

CAPUT IV.

Mortui Bernardini fama à Romanis Pontificibus Eugenio IV & Nicolai V contra obtrectatores propugnata.

Amedeus quidam de hæresi accusatus à Sancto

31 *INter plures zizaniorum satores, quos* S. Bernardinus *prædicationibus suis confutavit, numerandus etiam venit* Amedeus *quidam*, in civitate Mediolanensi Computi scholas Regens, *sive (ut explicat Odoricus Raynaldus ad an.* 1446 *num.* 8) Arithmeticam docens: quem nonnullos contra fidem & scandalosos errores seminare cum innotuisset Bernardino, postquam eum caritative monuisset, & illum non corrigi, sed in solita perfidia perdurare cognovit; tamquam verus fidei animarumque zelator, juxta Euangelicum dictum nuntiavit Ecclesiæ, illum coram multitudine fidelium in sua prædicatione publice nominando, quosdamque illius errores explicando, ut Christi fideles lupum sub ovina pelle latentem possent effugere, *sicut præfatur in Bulla sua post Sancti matrem data Eugenius Papa IV. Neque profuit verspelli obienta à Iudice corrupto absolutio, quin Archiepiscopi Mediolanensis Vicarius convicto congruam pœnam imponeret, & ab ejusmodi erroribus abstinere sub excommunicationis pœna mandaret. Verum ille*, tacita veritate, & expressa falsitate, *circumvento Pontifice Eugenio, litteras ab eodem expresserat, quibus abusus Iudex haud satis consultus, edixit* Amedeum *probe Catholicum habendum*, Bernardinum *vero obligatum retractare quæ dixerat, licet ejus nomen, neque in Amedei supplicatione, neque in Pontificio rescripto inveniretur expressum. Quod ille sciens, cautiusque agens privatim fortass. sea sententia jactabat sese, publice autem nihil movere audebat quoad vixit* Bernardinus. *Certe Nicolaus Papa affirmat, quod* assertam sententiam Amadeus Bernardino (licet per plura tempora postmodum supervixerit) intimare vel insinuare seu in notitiam deducere nullo unquam tempore curavit; *sicut nec ipse illius unquam notitiam habuit, quemadmodum sibi compertum esse idem testatur Nicolaus.*

& Bernardinum excommunicatũ obiisse prædicat:

C

32 *Verum*, post Bernardini obdormitionem in Domino, antiqui hostis invidia procurante (cujus est proprium, ut quorum actus viventium contaminare non potest, eorum famam, ne illa Christi fidelibus bonæ opinionis odore & exemplo fructifera reddatur, mordere & labefactare non desinat) prædictus Amedeus, inimici hominis instigatione, ad ejusdem Bernardini claram celebremque famam, & in populo Christiano fructus uberes afferentem, denigrandam, per quosdam Mendicantes & aliorum quorumdam Ordinum Professores, prædictam assertam sententiam, coram populo ad audiendum divina congregato pluries publicari, ac dictum Bernardinum, ejus sententiæ prætextu, mortalis peccati culpam incurrisse, ac sententia excommunicationis ligatum fuisse, & in mortali peccato ac excommunicatione decessisse, prædicari & diffamari procuravit & fecit, ipseque asserere & dictum dissleminare polluto ore non erubuit. *Quod ut prænominatus Eugenius Papa* non absque cordis amaritudine *intellexit*, anno MCCCCXLVI VII Id. Novembris, *explicata quam Nicolai Papæ verbis indicavimus causa, & præfatus*, quod si præfatus Bernardinus (de cujus fide ac puritate, caritatis ardore ac sanctissima prædicatione plurimum confidebat) fuisset in litteris suis nominatus, eas nullatenus *ipse* dedisset; *jubet in Amedeum animadverti, & eos omnes* qui vigore prætaxatæ sententiæ de Bernardino, qui etiam innumeris miraculis fide dignorum relatione asseritur coruscare, in suis prædicationibus oblatrare præsumpserunt, *compelli* de tanto viro

quod negat Eugenius 4

B

subrepit Pontifici, ignaro contra quem ageretur,

maledicta retractare. *Subsecuta post tres non amplius menses Eugenii mors fecit, ut Amedeus cum suis sequacibus nihil de concepta remitteret malitia: quapropter gliscenti indies malo novum afferre remedium necesse habuit Nicolaus V prænominatus, per Bullam datam sequenti* anno MCCCCXLVII, XVIII Kalend. Maji, *quam eodem anno integram videbis apud Waddingum num.* 8: *nobis satis erit pauca delibasse.*

EX VARIIS *& retractari jubet:*

33 *Postquam igitur prolixe exposuit Pontifex, quæ in causa Amedei ejusque favorem male ac subreptitie acta erant; & quomodo circumventum se protestatus Eugenius, nullam & irritam esse sententiam prætaxatam pronuntiasset; similiter ipse eamdem modis omnibus cassat, irritat, & annullat, aboleriique eamdem & litteras eo spectantes, ubicumque fuerint, jubet.* Et insuper, *inquit*, quia nobis apertissime constitit dictum Bernardinum Catholicæ fidei fidelissimum prædicatorem, & salutis animarum Christiani populi ardentissimum zelatorem, juste, sancte, & religiose, ac secundum divina & humana mandata prædicti Amedei errores corripuisse & confutasse; ac quidquid circa præmissa vel promissorum occasione per eum prædicatum fuit, recte, sancte, juste & religiose ab eodem Bernardino processisse; præsenti perpetuo valitura constitutione decernimus & declaramus, eumdem Bernardinum, cujus doctrinam infinitis fidelibus ad animarum salutem procul dubio profeciisse, & quem pro reductione aberrantium ab ipsius fidei cultu, verbis, & operibus, ac prædicationibus, per diversa mundi loca plurimum laboraisse, certissima veritate didicimus; propterea nullum peccatum, mortale seu veniale, incurrisse, sed potius Dei exinde gratiam & animæ suæ merita acquisivisse; nec non ipsum prædictarum sententiæ, pronuntiationis, declarationis &c. vel aliquotum inde secutorum prætextu, nulla sententia excommunicationis, seu alia censura, pœna, inobedientia, vel delicto aliquo quomodolibet ligatum fuisse seu esse; sed ipsum Bernardinum in quibuslibet locis, in quibus prædicationis officium exercuit, quæcumque circa præmissa prædicavit, publicavit & euangelizavit, prædicare licite potuisse.

idem cognita denuo causa mandat successor Nicolaus 5

E

recte egisse Bernardinum desiniens,

34 *Prolixe postea mandat Pontifex, quæcumque & à quibuscumque in contrarium dicta ac prædicata retractari;* ipsis nihilominus, *qui id facere præsumpserant*, & præcipue dicto Amedeo, ne de cetero præmissorum occasione Bernardini famæ detrahant, perpetuum imponens silentium, & prædicta facere seu attentare sub excommunicationis sententia prohibens. *Hinc gradu ad maiora facto*, XV Kalendas Julii, *diploma edidit; quo in ordine ad Canonizationem, quam decessor ejus Eugenius meditatus absolvere nequiverat*, miracula à Bernardino patrata mandavit amplius examinari, potestate denuo procedendi in causa, quam ille antea commendaverat, commissa tribus Cardinalibus. Illi autem curam processus compingendi & testes admittendi transtulerunt in Antonium Episcopum Urbinatem & Joannem de Palena Episcopum Pennensem. Hi secundum processum redegerunt in ordinem. Tertium fecit Angelus de Capranica Episcopus Asculanus, postea S. R. E. Cardinalis, cui prædicti tres Cardinales Commissarii munus injunxerunt ea miracula indagandi, quæ vir sanctus in Marchia Anconitana, Senis & Aquilæ perpetraverat: & huic continuo adstitit Joannes Capistranus, qui, ut erat spiritu donatus prophetico, præfato Eugenio, circa negotium hoc solicito, dixerat; Non tu, sed qui tibi succedet, hoc opus absolvet: *idque etiam exitus comprobavit; uti hæc omnia legere est in Annalibus Waddingi.*

ac porro ad ejus canonizationem procedit.

F

EX VARIIS

CAPUT VI.

De ſacri corporis tranſlationibus variis.

Canonizatione peracta anno 1450

35 *QVo ordine proceſſum ad ſolennem S. Bernardini Canonizationem ſit, cupienti ſcire in promptu eſt Relatio, poſt Vitam edita ante operâ, una cum ipſius Nicolai Papæ V Bulla: ubi etiam ex Auguſtini Datki libro ſecundo invenitur prolixe deſcripta ratio totius feſtivitatis, Romæ* VIII *Kalendas Iunii, Senis ipſis ejuſdem menſis Idibus celebratæ, anno* MCCCCL. *Sequenti anno idem Pontifex videtur indulſiſſe Minoribus Obſervantibus, quorum propagator præcipuus Bernardinus fuerat, ut ſacrum ejus corpus, quod Aquilani cives dimittere noluerant, & apud Conventuales in eccleſia S. Franciſci eatenus habebatur, ſub aliquorum tamen Obſervantium apud eoſdem Conventuales habitantium cuſtodia, transferre poſſent in conventû eccleſiamque propriis ipſorum uſibus ex condicto ædificandam. Interim, uti ſcribit Waddingus ad annum* MCCCCLIII, *prædicti Obſervantes*, non abſque moleſtia & tædio in alienis ædibus habitantes, & in anguſto ſacello (*in quo ſcilicet corpus attinebatur*) divina perſolventes Officia, ex converſatione & commoratione cum

B Conventualibus aliquid attrahebant indulgentioris vitæ. Statuerunt itaque poſt decennalem cuſtodiam ſanctum corpus prorſus relinquere Conventualibus, decreto ſuper ea re condito in Capitulo Provinciæ Aprutinæ, prope Sulmonem ad S. Nicolaum coacto, conſentientibus præcipuis Patribus, Bernardino de Foſſa, Liberato de Aquila, Franciſco de Pizzulo. Impetranda prius erat licentia Rectorum urbis, qui quinque Artium nuncupabantur; quam illi conſtanter & indignabunde negarunt. Ut facilius darent, Miniſter Generalis à ſuis præmonitus, illius cœnobii incolas omnes eos inſtituit, qui ab Obſervantibus ad Conventuales antea tranſierant, præficiens eis Laurentium de Apulia ex iis unum. Cœperunt hi modo Obſervantium vivere, modeſtius incedere, parcius agere, longius orare, eaque æmulari chariſmata meliora, quæ civium animos flectere poſſent ut ſibi corpus crederetur; durius etiam agere cum Obſervantibus, ut moleſtiarum pertæſi cederent facilius. Nihil iſta commoverunt cives ad aſſentiendum: qui firmius in propoſito perſiſtentes, decreverunt inſigne ſacellum in eadem eccleſia Conventualium ſacri corporis depoſito fabricare.

cuſtodiam corporis dimiſiſſent Obſervantes,

C 36 Sed ecce ſuperveniunt graves & increpatoriæ Capeſtrani litteræ, Cracovia miſſæ, quod nobiliſſimum ſibi creditum theſaurum minus æquo æſtiment, quod ædificandæ eccleſiæ propoſitum reſcindant, quod Cæleſtium indignationem non perhorreſcant: quinque milla aureorum ſe ab Alphonſo Rege impetraſſe, reliqua debere viros addere, tot acceptis à Bernardino beneficiis devinctos: quod ſi non faciant, magnas prædixit tribulationes & calamitates. Lectis his litteris omnes timere, omnes lacrymari, omnes erroris veniam à Bernardino deprecari: ſtatimque ad monita Capiſtrani, quem ſumme venerabantur, decreverunt alias ſtatutis inhærere, & templum Fratrumque ædes contiguas conſtruere. Vocatus operi præſcribendo & ſolennius inchoando B. Jacobus Picenus, Capiſtrani conſodalis & amicus, qui XXVIII Julii, in area S. Franciſci habita concione, lectaque publice epiſtola Capiſtrani, ita populum ad lacrymas commovit, ut Chriſti propoſuiſſe paſſionem in die Paraſceves videretur. Ut è ſuggeſto deſcendit, pingues factæ ſunt oblationes, deſtinatuſque locus templo fabricando. Paulo poſt, inſtituta ſolenni ſupplicatione, Rectores urbis & Clerus, præferentes nobili apparatu viri ſancti imaginem, pervenerunt ad aream futuri templi; in qua

niſi Capiſtrani litteris moti Aquilani an. 1453,

B. Jacobus, deſignato in modum Crucis fundo, extruendæ eccleſiæ opportuno, ad Crucis verticem ſarculo terram effodit in nomine Patris, ad dexteram in nomine Filii, ad ſiniſtram in nomine Spiritus ſancti, in medio beatæ Virginis Mariæ, ad pedem in nomine S. Bernardini. Urbis Camerarius, Jacobum imitatus, idem fecit; deinde Comes Aquilanus. Sic magno jubilo multiſque lætitiæ publicæ indiciis inchoatum eſt auguſtiſſimum templum: *cujus formam dimenſionemque deſcribit Waddingus ad annum* MCCCCLXXII *num.* 15, *quo ſcilicet anno ab eccleſia Conventualium tranſlatum illuc ſanctum corpus eſt, ferreâ illi ſuâ capſâ incluſum, de qua dictum num.* 21, *Epiſcopatum illius urbis tunc recens adeptum adminiſtrante Franciſco Agnifilio.* D

templum eis propriâ facere cœpiſſent.

37 *Ea Tranſlatio ut ſolennius fieret, hujuſmodi Breve Sixtus IV præmiſerat*, univerſis Chriſti fidelibus *inſcriptum:* Licet dum militans in terris Eccleſia triumphantem in cælis filiali & devoto veneratur affectu, ac virtutes, laudes, præconiaque Sanctorum, quantum humana finit fragilitas dignioribus attollit titulis, devotis quoque precibus & ſolenni ritu ſacrificia laudum offert ad decus & venerationem civium ſupernorum; nihil illis accreſcat novæ perfectionis & gloriæ, & eorum perfecta felicitas noſtris operibus firmari non poſſit vel augeri: quia tamen miſericors & miſerator Dominus, per interceſſiones meritaque Sanctorum, quos in terris eclebritate congrua veneramur, mirabili proviſione imperfectionem noſtram ſuppleri voluit; Romanus Pontifex non numquam fideles Chriſti ad colendum ipſorum Sanctorum veneranda ſolennia quibuſdam quaſi allectivis muneribus, indulgentiis ſcilicet & remiſſionibus, invitare conſuevit; ut illorum fulti præſidiis & intercеſſione, potiora gloriæ & retributionis præmia, quæ eorum meritis nequeunt promereri, eorumdem Sanctorum ſuffragiis aſſequantur. Cum itaque æternus Deus qui facit mirabilia magna, ſua infinita ſapientia Confeſſorem ſuum eximium S. Bernardinum, in inclita Fratrum Minorum familia de Obſervantia nuncupatorum educatum, produxit, ſingularis vitæ ejus excellentiam ſignis & prodigiis probans, ac coruſcantibus crebriſque miraculis manifeſtans; & illius corpus, in eccleſia S. Franciſci civitatis Aquilæ hactenus honorifice conſervatum, ad eccleſiam domus eorumdem Fratrum Aquilanam, in honorem & ſub invocatione ejuſdem Sancti ædificatam, in proxima feſtivitate Paſchatis Pentecoſtes, exiſtente ibi generali Capitulo dictorum Fratrum de Obſervantia, de noſtro mandato transferri debeat & decenter collocari; Nos, qui ad Sanctum ipſum continuo geſſimus & gerimus ſpecialem devotionis affectum, & per illius intercеſſionis & merita cæleſtis beatitudinis præmia conſequi poſſe ſperamus; cupientes ut Tranſlatio ipſa & præfata in qua collocabitur eccleſia congruis veneretur honoribus, & fideles Chriſti tanto libentius Tranſlationi ejus intereſſe procurent, eccleſiamque prædictam S. Bernardini congruis ſtudeant frequentare honoribus, quanto exinde majora ſperaverint pro ſuarum animarum ſalute poſſe præmia adipiſci; de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus Chriſti fidelibus, vere pœnitentibus & confeſſis, qui Tranſlationi hujuſmodi intererunt, plenariam omnium ſuorum peccatorum remiſſionem elargimur: illis vero qui poſtmodum eccleſiam ipſam annis ſingulis in die feſtivitatis S. Bernardini, à primis Veſperis uſque ad ſecundas, devote viſitaverint, centum annos & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus perpetuis futuris temporibus

in quod cum an. 1472 eſſet tranſferendum corpus. E

F *Indulgentias concedit Sixtus 4*

A bus duraturis. Datum Romæ apud S.Petrum anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLXXII, Kalendis Maji, Pontificatus noſtri anno I. *Poſt quinquennium, videlicet* anno à Nativitate Domini MCCCCLXXVII, Indictione X, die vero XX menſis Octobris, *Cardinales duodecim conjunctis ſuffragiis, magnas largiti ſunt Indulgentias, inviſentibus idem templum in quibuſdam feſtivitatibus, prout illius ætatis ferebat conſuetudo: quorum patentes litteras apud Waddingum videas ad an.* 1472 *num.* 14.

quas an. 1477 augent Cardinales 12.

38 Anno deinde MCCCCLXXXI, Ludovicus XI Galliarum Rex, pulerum ac nobile donum miſit ad cœnobium Aquilanum, S.Bernardini corpori condendo, aream ſcilicet argenteam deauratam, pondo mille ducentarum & novem librarum, longam palmorum octo, altam quinque, egregio varioque opere fabrefactam, cervis quatuor innixam, valoris, uti habet Rudolphus Toſſinianus, aureorum decies millium; ſeu unius de viginti, uti Marcus Uliſiponenſis; ſive viginti duorum, ut ex aliis refert Papirius Maſſonus. Voti ſolvendi cauſa miſſam, ipſe ſuis litteris profitetur: Rudolphus propter filium à morte liberatum; Maſſonus, ut filium à Deo impetraret; Marcus, ut ipſe à regio ſuo comitiali morbo

Ludovicus XI Franciæ R. 1481 *aream argenteam mittit,*

B liberaretur, variis (uti puto) conjecturis, recenſent. Ultimum probabilius reputo: exciſa enim erat in arcæ latere dextero imago S. Bernardini, Regem ipſum genuflexum B.Mariæ Virgini offerentis; nullum vero filii aut obtenti aut liberati, vel alterius miraculi indicium. Et quidem comitiali morbo preſſum, elephantiæ quoque occultæ indicia præſe tuliſſe, & magnis muneribus certaſſe opem à Divis impetrare, ſcribunt Auctores Gallicani. Porro epiſtolam donario adjunxit, quam hic exſcribo:

cum propriis ad Aquilanos litteris:

Ludovicus Dei gratia Francorum Rex, nobilibus viris amicis noſtris. Satiſfacientes cuidam voto noſtro noviſſimo, mandamus dilectum Secretarium noſtrum Petrum Chaxxon, qui fert ſecum ad monaſterium veſtrum B. Bernardini argenteam capſam, quam illi damus ad decus glorioſi illius Confeſſoris, & ut Reliquiæ & oſſa ſancti corporis in ea recondantur. Et quia nolumus ullo unquam tempore dictum munuſculum noſtrum contaminari aut in alios uſus converti, quam in hos in quos illud vovimus; rogamus vos omnes quantum poſſumus, anxius caveatis & cuſtodiatis, ne aliquis cujuſvis dignitatis aut ſtatus, pro quacumque neceſſitate privata ſeu publica, aut etiam religioſa, manus injiciat in dictam capſam; ſed perpetuo remaneat uſui & decori jam dictis. Et in hoc complacebitis nobis quam maxime, unde perpetuo exiſtimabimus nos obnoxios vobis. Valete. Ex domo noſtra Pleſſiaci parci prope Turones, die XXII menſis Maji MCCCCLXXXI.

C

in eam tranſponi corpus mandat Sixtus:

39 Romam tranſeuntes advectam thecam hanc vidit Sixtus Pontifex: rogatuſque à Secretario Petro, muneris conductore, diploma hoc dedit ad Magiſtratum & cives Aquilanos. Dilecti filii ſalutem &c. Cum cariſſimus in Chriſto filius Ludovicus, Francorum Rex Chriſtianiſſimus, pia devotione ductus, mittat iſtuc capſam argenteam pro recondendo B. Bernardini corpore; Nos ſanctum ejuſdem Regis votum commendatione digniſſimum cenſentes, ac volentes ut juxta ipſius deſiderium capſa prædicta collocetur; vobis harum ſerie mandamus, quatenus omni reverentia debita, & adhibitis conſuetis circa hoc ceremoniis ac ſolennitatibus, eamdem capſam recipiatis; in eaque corpus illud glorioſum collocari curetis: mandantes & prohibentes, ne illa in alios uſus ullo unquam tempore deputetur. Quod ſi aliquis ſecus fecerit aut fieri perſuaſerit, excommunicationis ſententiam incurrat.

Datum Romæ apud S.Petrum ſub annulo Piſcatoris die XXVIII Junii MCCCCLXXXI, Pontificatus noſtri anno X. Aquilę depoſitam in eccleſia Collis-madii omnes cum admiratione conſpexerunt: deinde poſt aliquot dies currui triumphali impoſitam, per portam Lavaretanam, indicta ſolenniſſima omnium ordinum utriuſque ſtatus ſupplicatione, deduxerunt, ſacroque pignori cuſtodiendo dedicarunt. Gratias deinde acturi tanto Regi, miſerunt qui referret daretque cingulum aureum, quo Bernardini corpus cingebatur, pulchramque ejus imaginem, auro gemmiſq; circumornatam. *Erat tunc Epiſcopus Aquilanus, Ludovicus Borſius, quem transferendo ex veteri in novam aream corpori præſentiã operamq; commodaſſe, veroſimile eſt.*

EX VARIIS

quod rite & ſolenniter factum.

40 Quo peculiari tunc templi loco repoſitum fuerit B. Bernardini corpus, non eſt qui referat: etenim, quo nunc jacet, ornatiſſimum Mauſoleum, non niſi anno MDV, inſumptis novem millibus aureorum, Jacobus Notarius Nennius, civis Aquilanus conſtruxit. Ad finem porticus ſeu navis dextræ, ſupra templi pavimentum gradibus quatuor, prominet quadratum fornicatum ſacellum, longum brachiis uno & viginti, latum quindecim, ducentorum hominum per circuitum ſepulcri in medio compoſiti capaciſſimum. Tabernaculum ipſum vel ſepulcrum, nobile corporis depoſitum, mira varietate inſignique opere, pulcro illius regionis lapide, qui nec marmori cedat, in quadro conſtructum, in ſingulis lateribus latum brachiis ſeptem, in altitudinem brachiorum novem extollitur. Bini ordinis columnis, plurimis zophoris, encarpis, coronis, ſtephanomatibus, iiſque miris variiſque inciſionibus, ut tanti artificii tantæque vetuſtatis celamina vix alibi liceat conſpicere. Frons, quæ ad templum vergit, & pars oppoſita præcipuæ ſunt: in quibus duæ maximæ feneſtræ ſe invicem reſpiciunt, & per has, dum aperiuntur thecæ argentea & cryſtallina, corpus licet intueri. In quatuor angulis ſtylobatæ, brachiis duobus ſuper pavimentum erectæ, baſes excipiunt columnarum, totiuſque operis molem ſuſtentant. Inter eas quæ à fronte ſunt ornatiſſimum exurgit altare, privilegio Gregorii XIII pro ſublevandis animabus defunctorum decoratum; & in unaquaque plura exarata ſunt carmina. Inter columnas, in parte extima frontis & finis depoſiti, varii hemicycli ſtatuas exhibent Sanctorum: à fronte, ex parte dextera ſub feneſtra, videtur S.Petri ſimulacrum, ex altera S.Pauli; ſuper has, in ordine ſecundo columnarum ejuſdem frontis, imago S. Joannis Baptiſtæ à dextris, à ſiniſtris S. Joannis Euangeliſtæ. In ſpatio medio ſuper feneſtram, imago Beatæ Virginis filium ulnis geſtantis: ab ejus ſiniſtra Joannis Capiſtrani, à dextera S. Bernardini, Nennium, totius operis auctorem, beatæ Virgini & ſacratiſſimæ proli offerentis. A parte poſteriori depoſiti aliis hemicyclis totidem diſtribuitæ ſunt ſtatuæ SS. Franciſci, Antonii Minoritæ, Sebaſtiani & Catharinæ, & inciſa eſt memoria obitus, apotheoſis & tranſlationis Bernardini. In ſummo autem hemicyclo, exſculptus eſt Pater æternus, in poſteriori vero Chriſtus cruci innixus, medio corpore ſepulcro inhærens, in cujus hemicycli ora hæc verba leguntur, Deo omnipotenti honor. In reliquis extimis partibus ſeu lateribus nulli ſunt hemicycli aut ſtatuæ, ſed varia celaminum ornamenta. *Hæc idem qui ſuperiora & alia deinceps referenda Waddingus ad annum* 1472 *num.* 17: *deinceps num.* 19 & 20 *exhibet epigrammata iis, quas ſupra deſcripſit, inſculpta ſtylobatis, quatuor aut ſex diſtichorum ſingula nec inelegantia, quæ ſatis eſt apud ipſum inveniri poſſe, cum titulo ſuper feneſtram inter ſtatuas SS. Sebaſtiani & Catharinæ legendo, non ſine parachroniſmo aliquo, quem prudenter corrigit.*

Huic novum ſacellum ſtruitur anno 1505.

E

accurate deſcriptum à Luca Vvaddingo;

F

EX VARIIS

templo frontiſpicium additur an. 1525,

40 Frons templi marmorea jucundiſſimi proſpectus, adjuncta ei eſt anno MDXXV, miſſo primo lapide die XVIIII Junii, Architecto Nicolao Amatricio, tres habens ſtructuræ ordines, in cujus medio & ſecundi ordinis ſummitate, per ipſam coronam ſeu projecturam, magnis characteribus inciſa eſt hujuſmodi dedicatio, DIVO BERNARDINO SERVATORI URBS AQUILA, D.N.SANCTITATI Q.E.PRO TEMPORE F. *Elegantium operis ſpectandam Waddingus exhibet in lamella ænea, in qua ſimul videbis, poſt triplicem templi navim, amplitudine frontiſpicii obtectam poſitumque à dextero latere ſacellum Sancti, ampliſſimum tholum ſive cupulam quæ frontiſpicio nihil cedit, latitudinis brachiorum triginta ſex, altitudinis ſeptuaginta duorum; & hac mediante cum ipſius templi corpore conjungitur abſis altaris majoris; qua perfecta rite conſecratum fuit templum, ſicut docet inſcriptio, ad finem chori in lapide poſita his verbis.*

& omnia conſummantur an. 1571,

MDLXXI, die XIV menſis Maji, ego Joannes de Acugna Epiſcopus Aquilanus, conſecravi eccleſiam & altare majus in honorem S. Bernardini, & Reliquias Beatorum in eo concluſi, ſingulis Chriſti fidelibus hodie unum annum, & in die anniverſario conſecrationis hujuſmodi ipſam viſitantibus XL dies de vera Indulgentia, in forma Eccleſiæ conſueta, concedens. *Eſt autem altare illud majus ornatiſſimum pulcherrimis ſtatuis, manu Silveſtri Ariſcolæ celeberrimi ſculptoris, & picturis penicillo Reginaldi Belgici laudatiſſimi pictoris elaboratis: odæum quoque capaciſſimum pulchro abſolvitur hemicyclo: quorum operum tempora non indicat Waddingus, uti nec turris campanariæ quadratæ, ad altitudinem brachiorum circiter nonaginta cum ſua pyramide aſcendentis.*

B

non obſtante expilatione an. 1529,

42 *Eſt porro omnino admirabile, quomodo civitati, ſub Philiberto Chalonio, Aurantii Principe & Neapolitani regni pro Imperatore Carolo V Provege, ſpoliatiſſimæ, ſic ut anno* MDXXVIIII, *collata non ſolum publica privataque omni gaza, ſed etiam ſacra ſuppellectili, non potuerit confici dimidia pars addictæ pro exterminio redimendo ſummæ centum millium ſcutorum; mirabile eſt, inquam, quomodo civitati tanta paſſæ, intra breve tempus eæ potuerint accreſcere facultates, quæ animos darent ad magnifica iſtæc opera molienda abſolvendaque; niſi dicamus hic etiam eluxiſſe vim patrocinii, cujus cauſa Aquilani* Bernardinum, *in templi frontiſpicio, urbis ſuæ* Servatorem *nominarunt, paucis annis prius quam iſta paterentur. Philiberto autem minime impune ceſſit rapacitas illa ſua, qua etiam argenteam* S. Bernardini *arcam diffringi fecerat diſtrahique. Nam ut ſcribit Hiſtoriæ Aquilanæ auctor Bernardinus Cyrillus, urbe egreſſum cum copiis hiemali tempore tam fœda tempeſtas excepit, ut multis ſuorum aut nivium copia oppreſſis, aut ventorum turbine extinctis, ægre evaſerit. Et ipſe quidem monenti alicui hoc ei obvenire, propter vaſa ſacra Aquilæ profanata, ac nominatim propter capſam S. Bernardini; contemptim admonitionem excepit; potius ſe puniri à Deo aſſerens, quod non, antequam urbe egrederetur, quinquaginta ex civibus Aquilanis capite minui juſſiſſet. Sed blaſphemiæ illius non adeo multo poſt pœnas luit,* gemina trajectus glande, atque protritus ab equis, ſpoliatuſque ab hoſtibus, ita ut vix demum agnitus ſit, *uti ſcribit Waddingus ad annum. 1481 num. 6, ex occaſione donatæ tum à Rege Ludovico arcæ, quam Philibertus poſtea ſuſtulit.*

in qua fracta prior arca, ſed non impune:

C

43 *Aquilanus porro Magiſtratus, generoſa prorſus liberalitate, jacturam illam compenſavit, nova magnaque ex argento fabricata arca, cui quatuordecim ſcutorum millia impendi voluit, ſicut factum eſſe docet Waddingus, annum non exprimens, ſed figuram ejus inciſam æri, poſtquam de ea ſic ſcripſiſſet.* Arca hæc, intra quam cryſtallina alia cum ſancto corpore clauditur, unguibus ſeu pedibus octo leoninis æque argenteis impoſita, etſi ponderoſa & gravis valde, eo tamen artificio compacta eſt, ut interulis quibuſdam rotis nullo extollatur negotio, cum ſtatis anni temporibus recondituſ ſacri corporis theſaurus populi exponendus eſt conſpectui, vel adventantium Principum ſublimium ſatiſ-faciendum pietati. A parte anteriori tria ſunt intercolumnia arcuata ſeu hemicycli tres, in quibus totidem ſunt argenteæ ſtatuæ. In medio omnium maximo ſedet beata Virgo, Puerum ſinu complexa, in dextro ſtat S. Franciſcus, in ſiniſtro S. Bernardinus. Ab altera parte poſteriori in medio hemicyclo eſt majuſculum S. Bernardini ſimulacrum, in lateralibus SS. Petrus Cæleſtinus & Maximus urbis Protectores. Ex utraque laterum parte columnæ numerantur octo, & inter ſingulas Jeſu nomen, tamquam radiis ſolaribus circumdatum: miraq; varietate exuberant dimidiatæ Martyrum hypænaglypticæ imagines, binæque demum Angelorum formæ angulum occupant utrumque ſuper arcus hemicyclorum. Arcæ demum operculum, variis diſtinctum inciſionibus, pinnaculum claudit, cui inſidet regia Aquila, urbis emblema, alis expanſis.

D

pro ea ſubſtituta a ia æque argentea,

E

continet cryſtallinam cum incorrupto corpore,

44 *Non additur, qua ratione argentea iſthæc arca aperiatur, dum ſacrum corpus exhibetur ſpectandum; ſed in iconiſmo illius apud Waddingum, frontis primæ pars inferior infra limbum, qui intercolumnia cum argenteis ſtatuis prædictis ſuſtinet, cernitur expreſſa corporis, in habitu Ordinis exporrecti, imago, ad ipſius fere longitudinem arcæ; credo ut indicetur, ſpatium iſtud impleri valvis in utraque fronte ſibi reſpondentibus, quibus apertis demiſſiſque conſpici ſacrum pignus poſſit; quod jacet* incorruptum & integrum, ſericis indutum & chorda aurea præcinctum, intra aream cryſtallinam, aureis argenteiſque faſciis ornatam & circumligatam, quæ aureorum ter millibus conſtitit. *Incertum mihi utrum jam olim facta ea ſit, cum adhuc ſolum ferrea eſſet exterior arca, & in communi ſacrorum vaſorum conflatione reſervata ab Aquilanis, nolentibus omni prorſus ornatu tantum ſuum Patronum privari, etiam in illo extremæ neceſſitatis articulo; an vero nova etiam ipſa, ſaltem quo ad aurum argentumque, quo inter ſe cryſtalli ſpeculares committuntur. Ipſorum oculorum id eſto judicium; unum ſolum ex Waddingo notandum reſtat, quod quia* nimis frequenter ſacrum hoc depoſitum adventantibus oſtendebatur, Clemens VIII, præmiſſa Cardinalium & Congregationis ſacrorum Rituum diſcuſſione, cavit diplomate ſpeciali, ut bis dumtaxat in anno, die ſcilicet XX Maji quo vir ſanctus deceſſit, & XXVIII Auguſti quo ingens confluit populorum multitudo, omnium conſpectui exponeretur: neque alicui advenæ, præterquam Regi, S.R.E. Cardinali, aut Regni Neapolitani Proregi oſtenderetur.

F

bis quotannis viſendo.

DE

DE B. COLUMBA REATINA
VIRGINE TERTII ORDINIS S. DOMINICI,
PERVSII IN VMBRIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. D.P.

De Vita à Confeſſario Latinè ſcripta, eademque à variis Italice reddita.

AN. MDI.

BB. *Columba & Oſanna coætanea*

Rdo Sororum de pœnitentia S. Dominici, à ſolutiori illa, ſancta tamen vivendi conſuetudine, cum qua magnus ſuus Patriarcha ipſum inſtituerat, ſingulis in ſua privatim domo viventibus; per S. Catharinam Senenſem ad Collegialis *convictus formã perfectiorem adductus, lateque per Italiæ provincias diffuſus, multas egregias Virgines, Catharinæ imitatrices, & inſigni pœnitentia, miraculis ac viſionibus illuſtratas protulit: quarum duæ initio ſeculi* XVI *denatæ mundo, & natæ cælo, hoc & proximo menſe Iunio, publicis Sanctorum honoribus coluntur, ſub titulo* Beatarum. *Anno enim jam dicti ſuperioris ſeculi primo, in die Aſcenſionis Domini, obiit, de qua agere inſtituimus,* B. Columba Reatina: *quinto vero,* B. Oſanna Mantuana, *ad* XVIII *Iunii commemoranda, quæ illius etiam animam inferri cælo vidit, uti legi dicitur in Vita, quam quidam filius ejus ſpiritualis* Monachus Olivetanus *conſcripſit, hactenus à nobis deſiderata, eo quod ſperemus alia quoque multa ibidem invenienda, quæ non inveniuntur in ea quam ipſa adhuc vivente Latine conſcripſit Fr. Franciſcus Ferrarienſis ex Ordine Prædicatorum, Confeſſarius ejus; & jubente Franciſco Mantuæ Marchione, Mediolanenſibus typis vulgavit, eodem quo Oſanna obiit anno, menſe Novembri.*

B *hoc & proximo menſe coluntur:*

Illius primigenia vita nunc demum prodit ex Ms.

2 *Non eadem veniendi in lucem felicitas fuit Vitæ* B. Columbæ, *quam ejus ſimiliter annis nonnullis Confeſſarius, ac poſtea curator funeris extremæque voluntatis,* Fr. Magiſter Sebaſtianus Perusinus *primo Latine compoſuit, capitulis* LXIII; *deinde Italice reddidit, eoque facto, Latinam illam, additis ad calcem tribus inſignibus articulis, auxit. Italica verſio omnino periit, adeo ut ejus nulla inventa pars ſit hoc ſeculo, quo ſolicitius agi eſt cœptum de cauſa Canonizationis apud Curiam Romanam. Sed bene quod Latinus contextus, iſque (ut dixi) auctior, ab injuriis temporum, & rodentibus extrema folia blattis hactenus fuerit Perusii conſervatus, qualem originaliter inde accepimus, transferendum in typos. Nam cum marcida omnino charta diu ſervari poſt hac nequiret, operæ pretium non exiſtimavi tantilli temporis moram redimere tranſcriptione nova, reſtituto autographo typis ſervitura; ſed ipſum inter operarum manus perire ſivi eo fidentius, quod aliud authenticum exemplar, in Archivio Epiſcopali, Perusii ſervari intelligerem; & R. P. Fr. Mag. Nicolaus Anſideus, nobiliſſima familia Perusii natus, Lectorque Theologiæ jubilatus, qui vetus Ms. mihi commiſit, hoc ipſum non invitus conceſſerit; labori noſtro parcitũ cupiens, etiam cum ipſius codicis, nihilominus cito conſumendi, jactura. Referendæ ſunt etiam gratiæ R. P. Andreæ Aſclepio Societatis Ieſu, collegii Perusini Rectori, cujus interventu & directione ad manus noſtras Ms. devenit.*

Perusiâ) *ſubmiſſo*

C

auctore illius quondam Confeſſario,

3 *Erat* Fr. Mag. Sebaſtianus, *non ſolum Theologicis ſcientiis inſtructus ſed etiam mathematicis, eaque imprimis quæ aſtrorum metitur curſus: quod cum Romanæ Curiæ eum ſuſpectum faceret, ne quæ divinitus edocta Beata dicebatur futura prænuntiare, ſuggerente ex ſua ſcientia ipſo humanitus forſitan diſceret (tanta ſeculi illius ignorantia, vel invidorum malevolentia fuit) tolerare debuit, ut ab animæ tam ſanctæ ſpirituali directione abjunctum ſe cerneret extremis vitæ ejus annis: ideoque ut plurimum de ſe ipſo loquitur in tertia perſona, ſeque compellat* Senem, *utpote* ſexagenarium *cum illa moreretur, ſicut num.* 222 *indicat: quandoque tamen, velut obliviſcens propoſiti, in prima perſona loquitur; ac nominatim toto capite (ſecundum diviſionem noſtram)* XIII, *ubi apologiam texit eorum mirabilium, quæ in Beata quidam ſugillabant, vel ſuſpecta facere nitebantur: de quorum nonnullis poſtea ſic agit ſub perſona* Senis, *ut ſatis appareat unum eumdemque eſſe qui ſcribit & loquitur. Maxime autem manifeſtum ſe facit num.* 235, *ubi agit de verſa ex Latina in vulgarem linguam Vita, ſemper perſona tertia utens & titulo* venerandi Senis, *& tamen in primæ perſonæ pronomine apographum finiens. Scripſit autem Latine intra quinque primos ab obitu Beatæ annos: cum num.* 78 *meminerit Troyli Balioni, Epiſcopi Perusini ut adhuc viventis, iſque defunctus ſit, menſe Ianuario anni* MDVI. *Vt vero annis paucis prius inceperit, non tamen ad caput* LXIII *pervenit niſi poſt obitum* B. Oſannæ; *aliquantis vero annis poſt paucula quædam eidem Capiti adhuc addidit; tum quidem ſeptuagenario quam ſexagenario propior, ſed adhuc vegetus, utpote qui anno* MDXII *creatus fuerit Provincialis Tuſciæ, juxta prædictionem Sanctæ, ſicut aſſerit mox laudandus Albertus Fabri, in Catalogo Scriptorum de* B. Columba.

intra 5 annum ab obitu, ſed deinde aucto.

E

4 *Abſque additamentis illis ſcriptam Vitam, & prius forſitan quam de ea reddenda Italice, cogitaret Fr. Sebaſtianus, exemplar Latinum nactus* Leander Alberti, *Ordinis Prædicatorum, pluribus libris editis clarus; poſt explicatos inſigni Latino opere anno* MDXVI *illuſtres Ordinis ſui viros, eamdem Italice vertendam ſuſcepit anno* MDXX; *digreſſiones quaſdam morales reſecans aliaque nonnulla, itáque verſam obtulit adm. honorandæ Matri D. Hieronymæ Teppolæ Venetæ, Ordinis S. Claræ in Murano; & anno mox ſequenti impreſſam Bononiæ, editamque* XV *Aprilis habemus. Hanc impreſſionem ſecuti ſunt illi, quibus alias promptum fuit ipſam Latinam Legendam Perusii legere, non ſolum Seraphinus Razzius in Vitis Sanctorum ac Beatorum Ordinis; ſed etiam* Albertus Fabri, *Præpoſitus S. Ceciliæ Reate in regione S. Petri, in Vita tripartita quam ſub titulo* Columbæ Angelicæ *Innocentio Papæ X conſecravit, anno* MDCL *Romæ apud heredes Corbelletti impreſſam; &* Joſeph Baleſtra *Lauretanus, in Vita libris quinque diſtincta, quam D. Margaritæ Sforzæ Principiſſæ Carbonianenſi dedicavit, impreſſam Perusiæ anno* MDCLII. *Vterque autem inſuper vidit Proceſſum pro Canonizatione Perusiæ formatum, qualis in Cancellaria Archiepiſcopali ſervatur: qui tamen parum admodum novæ materiæ ad hiſtoriam vitæ ſuggerere potuit, poſt annos centum viginti ac plures ab obitu Reatæ fabricatus, ſicut infra in Appendice apparebit: ad probandam tamen antiquæ venerationis perſeverantiam, & caſum ab Vrbani VIII decretis exceptum, valde prõfuit.*

Italicam edidit Leander Alberti

F

aliique duo ex illo & ex Proceſſibus anno 1650 & 1652.

5 *Licet enim* Pius Papa V *(ſicut in Dedicatoria 2 partis Albertus Fabri teſtatur)* anno MDLXXI permiſerit, ut infra Miſſam poſſet commemorari, lampades ad ſepulcrum accendi, imagines exponi cum aureolis, ſplendoribus, tabellis votivis, alioque omni publicæ venerationis cultu; ſuperverientibus tamen Urbani VIII Conſtitutionibus anni MDCXXV, probandum denuo fuit jus legitimi cultus; & in ſacra Rituum Congregatione examinatum, anno MDCXXVII confirmari meruit, ſtante ſcientia longiſſimi rem-

cultus Probatus à Pio 5.

ab Vrbano 8 confirmatus.

AUCTORE D. P.

temporis. *Primum Proceſſum fieri juſſerat Cardinalis de Torres, tunc Peruſinus Epiſcopus. Reſumpta deinde cauſa fuit anno* MDCXLVII, *ſummatimque extracti Articuli Romæ probandi, quos ad calcem Vitæ dabimus. De hoc ultimo Proceſſu, idem qui de primo meminit, Albertus Fabri agere videtur, in præfatione ad Lectorem, ubi ait, ſcribere ſe* impellentibus precibus Mag. Ludovici Allegrini de Peruſia, Dominicani, Provincialis Aprutini, & magnæ religioſitatis viri, qui Proceſſus de vita fabricari fecit & Beatificationi initium dedit, obieratque recens Neapoli cum opinione ſanctitatis.

Vita Italica Ms.

6 *Ad Auctores prædictos acceſſit denique* D. Cæſar Blanchi, de Monte S. Joannis Provinciæ Sabinæ, Confeſſarius RR. Monacharum S. Catherinæ Reatç, *in Vita Italica Mss. ex prioribus collecta, atque ad nos miſſa per R. P. Petrum Poſinum S.I. Hanc aliaſque impreſſas tres cum Latina vetuſtiori ſic contuli, ut denique nihil alicujus momenti prætermiſſum putem, quod ſaltem in Annotationibus non indicetur: ita ut dicere poſſim, ex noſtra parte prætermiſſum nihil, ad augendam illuſtrandamque Beatæ hujus notitiam ac venerationem. Quod ſi recentiora quædam ſupervenerint miracula, digna a poſteris in perpetuum commemorari, eaque tranſmittantur; ſi quid item circa corporis aut ſepulcri cultum, vel celebritatem feſti quotannis renovandi acceſſerit, locum habebit in jam deſtinato primi ſemeſtris Supplemento. Neſcio an eodem facere poſſit* Nicolai Alexii Peruſini Columbeis,

B

alia ſcripta heroico carmine.

ab Alberto Fabri ſæpius allegata, & heroico metro libris aliquot deſcripta ante annum MDLXXXIII, *quo Auctor Peruſii obiit, Inquiſitor hereticæ pravitatis & magni vir nominis. Scripſit hic, ut in Athenæo Peruſinorum noſter Auguſtinus Oldoinus teſtatur,* verſu heroico Vitas Sanctorum ac Beatorum ſui Ordinis, qui uſque ad annum MDLXXVII ab hac vita diſceſſerant, inter quas eſt illa B. Columbæ Reatinæ: *cetera ejus opera Carmine & proſa, ac laudes ab excuſata Cardinalitia quæ offerebatur dignitate, videri in dicto Athenæo poſſunt: hic ſuſſecerit indicaſſe, ipſum quoque Ordinis Prædicatorum fuiſſe. Quia autem primus eſt poſt* Fr. Sebaſtianum de Angelis (*ſic enim ab Alberto is cognominatur*) *& eodem quo Sancta obiit ſeculo, digna fortaſſis videbitur, ſi nobis communicetur, quæ lucem videat publicam, ad quam nulla iſtius auctoris opera hactenus potuerunt pervenire.*

Variorum variis linguis compendia.

7 *Silvanus Razzius, in opere Italico de Sanctis mulieribus, contentus fuit eo compendio quod prænominatus Seraphinus Razzius jam ante ediderat, & ex eo aliiſque recentioribus Dominicus Marcheſius novam Vitam compoſuit, infetendam Sacro Diario Dominicano, nuper Neapoli excuſo ſex tomis. Idem feciſſe crediderim Iacobum Mas, in opuſculo, de duodecim Sanctis Ordinis, quod non vidimus. Ioannes de Rechac de S. Maria Gallice ſcribens, de Sanctis ac Beatis Ordinis ejuſdem mulieribus, ſolum Leandrum Albertum, ut antiquiorem notitiæ totius fontem ſequi profitetur, recentiores contentus nominaſſe in Præfatione. Nullus autem iſtorum, neque Arturus à monaſterio in ſuo Gyneæo ſacro, neque Eduardus Bilius in Legenda Flandrica Tertiariarum videntur notitiã habuiſſe Fr. Mag. Sebaſtiani Peruſini, Leandro certe antiquiorem nullum nominant. Prædictis adde P. M. F. Antonium de la Peña. qui poſt Vitam S. Catharinæ Senenſis, Hiſpanice redditam editamque Majoricæ anno* MDCXVII, *dedit Vitas duodecim Sanctarum ſui Ordinis eadem lingua, quarum penultima eſt Vita* B. Columbæ *accepta ex Seraphino Razzio, nec nõ ex Thoma Bozio tomo* I *de Signis Eccleſiæ lib.* 12 *cap.* 23. *Sed hic ab ipſo & aliis ſolum videtur ad pompam citari. breve enim paucarum linearum elogium Columbæ, quod habet ex fide unius Leandri Alberti, aſſumpto iſtic argumento abunde quidem ſufficit; ad hiſtoriam tamen non facit magis, quam quod apud Stephanum Sampayum, in Stemmate Ordinis Prædicatorum, ubi illuſtres Ordinis hujus perſonæ enumerantur, in Catalogo ſacrarum Virginum ſecundi ac tertii Ordinis, quæ ſanctitate vel miraculis claruerunt, ſolo nomine tenus inveniatur,* B. Soror Columba de Riete. *Pluris faciendum videtur, utpote totius Ordinis auctoritate ſubnixum, quod poſt Regulam & Conſtitutiones impreſſus Romæ anno* MDCXV, *Indiculus Beatorum hæc habeat:* Soror Columba, puriſſimis moribus Virgo, & miraculorum gloria inclita, Peruſii floruit: cujus Vitam Ambroſius Taëgius Mediolanenſis accurate conſcripſit. *Sed hæc alia non eſt, quam Vita primigenia, Prologo & digreſſionibus nonnullis truncata.*

C

& elogia.

D

VITA

Auctore Sebaſtiano Peruſino, Confeſſario Beatæ, Ordinis Prædicatorum, ſacræ Theologiæ Magiſtro.

Ex veteri ejuſdem omnino temporis Ms. Codice, commodato per P. Mag Nicolaum Anſidei Peruſinum.

PROOEMIUM.

Promittit auctor exiſtimiam hiſtoriam,

BEata Columba, de Pœnitentia S. Dominici, claruit circa annos Domini quingentos ſupra mille: cujus ſaluberrimam hiſtoriam, fideliter collectam, dicaram ſtatui venerabilibus in Chriſto Jeſu Sororibus, ejuſdem Ordinis religioſis piiſque perſonis: in quâ, per me licet inepte adducta, maximarum virtutum illius refulgent exempla. Etſi procul dubio, velut lapis ſumptuoſus aut pretioſa margarita, auro ſapientiæ involvi debuerit, & argento eloquentiæ; at compendioſe exploratam haberi parerat, apud illos præcipue qui flores colligunt ſine frondibus. Verumtamen non dicacitate aut mendicatis verbulis, ſed ſimplici narratione eam redegi, intextam cum quadam inſtructione morali. Quorumcumque enim, etiam fragrantium olerum varietas, ſi oleo linita, ſale acetoque condita fuerit, ſumitur avidius; & nuda quæque attentius intuemur, ſi fuerint velata bombicino. Optavi & invocavi: utinam datus fuerit mihi ſenſus! Ex conatu operatus ſum: quiſque pro arbitrio ſibi eligat quod delectat: ſecus, ſi ex induſtria mentitus quis, aut livore ſtomachatus cavillaret. Etenim ſæpe nonnulli aliorum præconiis triſtantur, ſuamque ignorantiam palliant detractione. Vivit Jeſus Chriſtus, per me dicta, vera cenſui, & quæcumque diligenti examinatione penſavi: primi namque Confeſſoris præfatæ Virginis, Fr. Jacobi Tifernatis; ac etiam noviſſimi, Magiſtri Michaelis Genuenſis relatione probavi [pleraſque] cum teſtimonio plurium Reverendorum Magiſtrorum Conventus Reatini: cetera vidi. Ceterum ibi in ſcriptis *a* palam protuli, ubi omnes, nemine dempto, fortia pericula ſuæ eximiæ virtutis & gratiæ fuerant quatuordecim annis experti: expertamque *b* credo ſupra omnes Virgines. Fateor narrantem me *c* diminutum, eo quod probitatem Virginis circumſcribere aut excellentiam attingere nec ſcivi nec potui. Eam denique ſic digeſtam ſexaginta tribus Capitulis diſtinxi. Huic numero forti alludit Virginis eulogium *d*, quo prædixit: Facies mihi annuum ex roſis ſertum & coronam: in quo penitus numero conſiſtit perfectus numerus annorum vitæ S. Mariæ Virginis.

inſtructionibus moralibus conditam,

à ſe ſcribendam ex certa ſcientia.

a

b

c

d

ANNOTATA.

a Palam protuli *id eſt*, nude rem narravi, *nullius ſcilicet teſtis auctoritate adhibita.*

b Exper-

A b Expertam, *id eſt*, probatam, *tentatam*.

c Diminutum *hic (niſi fallor) ſignificat* puſillanimem factum.

d Eulogium *ſæpe etiam infra recurrit, ad ſignificandum* Prædictionem. *Nunc ut liberum nobis ſit novam Capitum diviſionem noſtroque operi congruam inducere, accipe veteris diviſionis ordinem, id eſt titulos ſeu argumenta Capitulorum ſingulorum, prout contextui, alienâ manu tranſcripto, poſtea fuerunt interpoſita, charactere diverſo & atramento dilutiore, non tamen multo minus antiquis: qua etiam ratione contigit ut Capitulum* LXIV *maneret ſine argumento, quod verbis noſtris ſupplevimus. Idem autem qui dicta argumenta conſcripſit, veroſimiliter ipſemet Auctor, ſcripturam alienam relegens, nonnulla ſubinde correxit, quædam etiam in margine addidit vel explicationis cauſa, vel ſupplendo contextui; cui hæc ſuo loco inſerimus, illa annotamus ad calcem cujuſque Capitis.*

SYLLABUS CAPITULORUM.

I De origine & ortu B. Columbæ.
II De baptiſmate & nomine B. Columbæ.
III De etymologia nominis & proprietatibus rei.
IV De interpretatione prædictorum.
V De infantia B. Columbæ.
VI De pueritia B. Columbæ.
VII De operibus pietatis & miſericordiæ ejus.
VIII De inſidiis diaboli contra innocentiam ejuſdem.
IX De inſultu parentum ut eam nuptui traderent.
X De conatu parentum pro ſponſalitiis ejuſdem.
XI De nece aſſerti ſponſi B. Columbæ.
XII De quibuſdam inſultibus diaboli adverſus eam.
XIII De augmento rigoris & pœnitentiæ ejuſdem.
XIV De quibuſdam viſionibus . . . ejuſdem.
XV De fervore & extaſi ejuſdem.
XVI De revelatione cujuſdam Epiſcopi Hiſpani de B. Columba.
XVII De inſidiis diaboli propter ſacram Communionem & miraculis.
XVIII De mirabili Communione B. Columbæ & mentali peregrinatione Terræ-ſanctæ.
XIX De ſuſceptione habitus de Pœnitentia B. Columbæ.
XX De quodam miraculoſo peregrino, & de quadam imagine Crucifixi, & de inſultu dæmonis.
XXI De acceſſu & reditu B. Columbæ ad S. Mariam de Quercu, & de quibuſdam miraculis.
XXII De pluribus miraculis meritis B. Columbæ.
XXIII De quadam mirabili viſione ante diſceſſum ejus de Reate, & de quibuſdam portentis.
XXIV De diſceſſu B. Columbæ de Reate, & de illius probitate in multis periculis.
XXV De interpretatione præcedentium viſionum.
XXVI De acceſſu B. Columbæ ad civitatem Fulginii & quibuſdam ſignis.
XXVII De acceſſu B. Columbæ ad Peruſiam.
XXVIII De retentione B. Columbæ à populo Peruſino, & impugnatione Fratrum.
XXIX De quodam celebri miraculo, & ejus ſancta Profeſſione.
XXX De quibuſdam tentantibus auferre B. Columbam, & de miraculo ſævæ peſtis.
XXXI De quibuſdam machinantibus infamiam B. Columbæ.
XXXII De quibuſdam impugnationibus contra B. Columbam.
XXXIII De ſecreta inveſtigatione vitæ B. Columbæ.
XXXIV De adventu Alexandri Papæ VI Peruſiam, & quomodo de ſanctitate B. Columbæ fuerit informatus.
XXXV De eodem per diverſos Prælatos.
XXXVI De quibuſdam qui detrahere nitebantur B. Columbæ.
De quibuſdam philoſophicis difficultatibus in B. Columbam. XXXVII
De raptu & exceſſu B. Columbæ ſupra ſacros Theologos. XXXVIII
De plurimis miraculis meritis B. Columbæ. XXXIX
De inſultu diaboli contra B. Columbam. XL
De pluribus miraculis & revelationibus B. Columbæ. XLI
De reſponſione B. Columbæ in ſtigmatibus Sororis Luciæ, ac de prætextu quorumdam infirmorum. XLII
De quibuſdam prophetiis B. Columbæ & miraculis. XLIII
De quibuſdam monimentis & meritis B. Columbæ. XLIV
De patrocinio & revelationibus B. Columbæ pro civitate Peruſina. XLV
De eodem. XLVI
De veritate vitæ B. Columbæ ſub compendio. XLVII
De ſcrutinio præcedentis Capituli in Romana Curia & de novo inſultu dæmonis contra eam. XLVIII
De patientia B. Columbæ in quibuſdam adverſitatibus. XLIX
De ejuſdem tolerantia in ejuſmodi adverſis. L
De mirabili figura & icona B. Columbæ & quibuſdam moralibus interpretationibus. LI
De quadam alia meditatione morali ejuſdem. LII
De proviſione novi Confeſſoris B. Columbæ. LIII
De revelatione felicis obitus B. Columbæ. LIV
De ultima ægritudine B. Columbæ. LV
De eadem & ſua quadam exhortatione ad Virgines. LVI
De quibuſdam viſionibus B. Columbæ ante ſuum obitum. LVII
De felici obitu B. Columbæ. LVIII
De eodem. LIX
De funeralibus B. Columbæ. LX
De ſepultura corporis & titulo B. Columbæ. LXI
De quibuſdam revelationibus & ſignis ſanctitatis B. Columbæ. LXII
De ſignis ſanctitatis B. Columbæ. LXIII
Aliud ſignum de campana Columbæ.
Aliud notabile ſignum de Columba ducè.
Aliud ſignum de approbatione præſentis operis.

EXORDIUM.

SUmmus ipſe reparator orbis, Deus & homo Jeſus Chriſtus, non incola Paradiſi, ſed Dominus, capite inclinato in cruce dormivit, ut inde ei formaretur conjux, per id quod de latere dormientis effluxit; ſicut ſcriptum eſt, Lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit ſanguis & aqua; ut illic quodammodo vitæ oſtium panderetur, unde Sacramenta Eccleſiæ manaverunt, ſine quibus ad vitam quæ vera vita eſt non intratur. Per idem [quod] Noë, qui interpretatur *a* Quieſcens, in latere arcæ oſtium facere juſſus eſt, quo intrarent animalia, quæ non erant diluvio peritura; jam profecto figurabatur Chriſti ſponſa, quando prima mulier facta eſt de latere viri dormientis. Et quemadmodum Noë arcam de lignis imputribilibus & lævigatis, ita Dominus Jeſus Chriſtus Eccleſiam, de victuris in ſempiternum hominibus [fabricatam] à ſuperfluitatibus vitiorum abſterſit, ſtabili vita quadratis ad omne opus bonum conſtruxit, & bitumine caritatis undique inunxit & liniit, interius quantum ad affectum, exterius quo ad operationem; ſicut ſcriptum eſt, Arcam de lignis Sethim compinges, *b* & deaurabis eam auro mundiſſimo intus & foris. Oſtium *c* inferius fides eſt, per quam intratur: feneſtra habetur ſuperius, per quam relucet. Habet Eccleſia cœnacula, manſiunculas & triſtega, diverſas videlicet ſtatuum diſtinctiones, dignitates,

Chriſtus Eccleſiam ſponſam ſuam.

Ioa. 19, 34

a

ſicut Noë arcam adificavit;

Ex. 25, 10

b

c

gnitates, religiones & collegia; Joannis XIV, In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Cuncta animalium genera includuntur in arca, quando ex omnibus gentibus & nationibus & populis congregatur Eccleſia; &, ſicut in diſco Petri, munda ibi & immunda ſunt animalia: ſurſum tamen volatilia, ſpirituales ſcilicet & contemplativi: & eſca univerſorum in ea, in omni verbo quod procedit de ore Dei. Lata inferius [eſt arca], quia multi ſunt vocati in militante; ſurſum ſtricta, pauci vero electi in triumphante [Eccleſia]. Conſummatur in cubito, id-eſt in Chriſto perficitur; & [quæ] ſi in diluvio tentationum præſentis vitæ fluctuat, tandem in altiſſimis quietatur, ſicut ſcriptum eſt, Fundamenta ejus in montibus ſanctis. Erant igitur aquæ ſuper univerſam terram, id eſt tribulationes, quibus Eccleſia Chriſti agitabatur, ſicut ſcriptum eſt, Intraverunt aquæ uſque ad animam meam. Et Noë quidem per apertam feneſtram emiſit Columbam: quæ cum ſit avis munda, & non inveniſſet ubi requieſceret pes ejus, niſi forte fœtentia cadavera quæ tangere nolebat, ad arcam reverſa eſt: quam apprehenſam manu in arcam intulit. Et expectatis diebus ſeptem iterum emiſſa venit ad veſperam, portans ramum virentis olivæ in ore ſuo. Oliva quidem, lucis eſt miniſtra, laborum dolorumque ſolamen, & miſericordiam ſignificat. Et aperta per Dominum Jeſum Chriſtum janua Sacramentorum ac Baptiſmatis, apertum eſt cælum & deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſam. Columba namque, manſuetum animal, amicale & gregale, reconciliationem ad Deum ſignificat & remiſſionem peccatorum: quæ expulſo teterrimo alite, id eſt corvo infernali, communem orbis tranquillitatem annuntiat, & ramo refectionis ac luminis liberationem nobis oſtendit & eccleſiaſticam unitatem: ideoque Sancti, ſimplicitate gaudentes, ramum pacis in ore portant: quia, teſte S Auguſtino, Cognoſcat unuſquiſque, ſi habeat Spiritum ſanctum, ſimplicem ſe eſſe debere ſicut columbam, & habere cum fratribus veram pacem, quam ſignificant oſcula columbarum. Oſculantur & corvi, ſed laniant; à laniatu innocens eſt noſtra columba: nam corvi de morte paſcuntur, columba de frugibus terræ vivit. Si etiam gemunt columbæ in amore, nolite mirari; quia in columbæ ſpecie voluit demonſtrari Spiritus ſanctus, qui gemere nos facit; unde non debuit humilitas figurari niſi per avem ſimplicem & gementem. Et unde debuit demonſtrari Spiritus ſanctus, unitatem quamdam deſignans, niſi per columbam? ut pacatæ Eccleſiæ diceretur, Una eſt columba mea. Emiſerat pro certo Dominus Jeſus columbam ad beatiſſimum illum maximum Pontificem *d* Gregorium Romanum, & multa nobis ſacra myſteria ſuâ luce revelavit: emiſerat & illuſtriſſimis Regibus Franciæ columbam, quæ oleum in ampulla *e* roſtro deſuper delatum deferret, quo inunctus eſt Chriſtianiſſimus Clodovæus, & reliqui omnes poſt eum, liberatoriam protectionem oſtendens in regiam majeſtatem: emiſerat de cælo candidam columbam illuſtriſſimæ Reginæ Cypri *f* Catharinæ Chriſti Martyri, quæ eam cæleſti refectione refoveret: vocaverat Dominus Jeſus ſacram Virginem *g* Scholaſticam, teſte S. Benedicto, in columbæ ſpecie cælos penetrantem: vocaverat & Columbam *h* Virginem & Martyrem Senonis. Sed noviſſime diebus iſtis noſtri ævi emiſit Dominus Jeſus columbam rationalem, exemplum pietatis ac innocentiæ, ac totius rigoris & pœnitentiæ, ad univerſam per orbem terrarum Eccleſiam, ad decorem ſpecialiter Sororum de Pœnitentia S. Dominici, ac totius Ordinis Prædicatorum. Emiſit ſpecialiter ad te, ô felix Peruſia, B. Columbam animal rationale, in ſpeciale patrocinium ad eruditionem: quia cum non inveniſſet ubi requieſceret pes ejus, ad arcam reverſa eſt; expreſſe demonſtrans, Eccleſiaſticos viros nequaquam requieſcere pede affectionis in deliciis mundanis, neque Sanctis in hoc mundo requiem fuiſſe promiſſam, Micheæ V, Surgite & ite, quia non habetis hic requiem; ad ſecreta ſcilicet conſcientiæ, per compunctionem; ad æterna, per contemplationem & affectum ac per aſſiduam orationem: & æternus Sponſus extendit manum ſuam, per liberationem ac protectionem; & apprehenſam per redemptionem, intulit in arcam ſanctificationis, ac per ſuam veritatem in æternam requiem, ſicut ſcriptum eſt, Hæc requies mea in ſeculum ſeculi.

Igitur Columbæ noſtræ ortum mirabilem, admirandumque vitæ progreſſum & ſanctimoniam, nec non & feliciſſimum finem enarraturus; excuſatione præmiſſa inſufficientiæ meæ, delatum mihi onus libenti animo ſuſcepi, fideli executione proſequendum, quantum indulſerit ipſe Dominus Jeſus Chriſtus, qui cum Patre & Spiritu ſancto regnat Deus in ſecula. Amen.

B.SEBAST. CONFESS. EX MS.

quæ dum fertur ſuper aquas tribulationum, Pſal. 86, 1

B *emittit ex ea Chriſtus gratiam ſuam, ut Noë Columbam;*

C *quomòdo in nonnullis Sanctis viſibili ſpeciè ea apparuit,*

d

e

f

g

h

eique ſimilis fuit etiam hæc B. Columba.

D

cujus vita ſcribitur.

E

F

ANNOTATA.

a *Iuxta hoc etymon, Geneſeos* 4 v. 29, *ubi vulgata habet*, Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum, *Septuaginta vertunt*, διαναπαύσει ἡμᾶς, requieſcere nos faciet.

b *Locum hunc, de Arca fœderis Moſaica, adaptat auctor Arcæ Noëticæ.*

c *Ms.* Noſtrum, *ubi legendum* Oſtium; *ſic paulo ſuperius* in terris, *loco* exterius; *& infra* manus *legitur ubi legendum eſt* ramum: *quæ aliaque deinceps non obſervata tacitus corrigam; quod ſemel hic monuiſſe ſufficit, rarius tamen uſu veniet: quia Vitam ipſam, ut ſupra dixit, corrigendam relegit Auctor: non vero Proœmium & Exordium, utpote poſt totam vitam tranſcriptam adjuncta, diverſâ manu; unde cum illis etiam non incipit numerus paginarum, ſed cum primo Capite notatur pag.* 1.

d Petrus Diaconus *ſuper caput ſcribentis* Gregorii *frequentius ſibi conſpectum Spiritum ſanctum in ſpecie columbæ teſtatus eſt, & teſtimonii fidem ſubita morte confirmavit, ut legitur* 12 *Martii, in Vita per Ioannem Diaconum ſcripta lib.* 4 *num.* 69.

e *Vide quæ Cangius habet in Gloſſario, ad verbum.* Ampulla Remenſis *& Teneurii tractatum de eadem, de qua nobis agendum erit* 1 *Octobris ad Vitam S. Remigii, cujus meritis id adſcribendum, ſi verum eſt, ut eſſe paſſim Gallici ſcriptores tenent.*

f *Similia habes in Vita* S. Catharinæ Senenſis *parte* 1 *num.* 116: *extant autem* S. Martyris Catharinæ *Legendæ fabuloſæ, in quibus illa fingitur Conſtantini primi, id eſt Conſtantii Chlori, neptis ex filio Coſto, quem is ex filia cujuſdam Regis de finibus Græcorum genuerit, adultumque miſerit ad regnum maternum avo mortuo tenendum; ſed hactenus non reperi, qui Coſtum iſtum faceret Regem Cypri; imo Legenda recentior regnum illius ponit in finibus Armeniæ, ipſique deſponſam fuiſſe fingit filiam cujuſdam magni Principis, qui infra Ægyptum multas habebat terras, ex quibus Alexandriam, velut matris ſuæ dotem, Catharina tenuerit. Aliam nihilo veriorem Legendam hic auctor invenerit, ubi etiam iſtud de columba legerit. Mirum eſt porro quod ea tranſcribere Baleſtra voluerit hoc cultiori ſeculo; prioris enim ſeculi ſimplicitati facilius ignoſcitur, quod talia credidit, æque ac Metaphraſti, qui diſſimulatis Conſtantini & Coſti nominibus, Catharinam Maxentio ſolum facit dicere quod filia ſit Regis qui ipſum præceſſit: dolendum vero eſt de tam celebri novem nunc ſeculis Sancta, nihil haberi ex antiquitate quod tuto credatur.*

g *Vide*

A g *Vide ad* 10 *Februarii rem relatam, ex lib.* 2 *Dialogorum S. Gregorii cap.* 34.

h S. Columba, *Virgo Martyr Senonenſis, colitur* 30 *Decembris.*

CAPUT I.

Mirabilis Columbæ ortus, infantia, pueritia, pœnitentiæ ſtudium ætate majus.

1 ESt in Sabinis ſub Apenninis montibus, in amœna convalle ad Auſtrum, & quaſi totius Italiæ umbelicus, clara civitas *a* Reate; fontibus admodum irrigua & amne, campis fertilis & aprica collibus. Ibi ſacratiſſimæ Virginis & Martyris S. Barbaræ *b* corpus ſumma veneratione in Cathedrali eccleſia dicitur requieſcere. Ibidem canonizatus fuit S. Dominicus *c* à Gregorio IX, relatuſque Catalogo Sanctorum. Inde, ex honeſta familia Chriſtianiſſimiſque parentibus, venerabilis Virgo B. Columba, de pœnitentia B. Dominici Ordinis Prædicatorum, originem duxit. Annis ſiquidem Domini mille quadringentis ſexaginta ſeptem, in die Purificationis beatiſſimæ matris Dei Mariæ, in crepuſculo matutino (tunc enim & lucis rutilans aurora conſurgit) pater, Angelus Antonius dictus *d*, ex ſua uxore Joanna, pie & juſte ſanctis operibus inſiſtente, hanc ipſam clariſſimam filiam munificentia Dei aſſecutus eſt, innocentiæ ſpecimen & exemplar pœnitentiæ. Quam pia ejus mater Joanna quindennis enixa eſt: neque præfuerunt ei uteri moleſtiæ, primo prægnantibus conſuetæ, quin potius agilitas & robur. Illi quoque prognoſticum fuit horror panis & carnium; fueruntque ei trimeſtris ante partum cibus & potus, olera, acetum & botrus agreſtis, quæ infantulam pareret, ſumma auſteritate victus & abſtinentia macerandam.

a *Reate celebri urbe in Sabinis,*

b

c

anno 1467 *2 Februarii nata*

B

d

non ſine præſagiis futuræ ſanctitatis,

2 Orta eſt igitur beata infantula non ſine mirandis ſignis & portentis: nam hæc à fide dignis accepimus efficaci teſtimonio. Profecto Barbara quædam, honeſta ac timorata mulier indigena, cum ex more obſtetricaret in partu; ſubito quaſi à vocante coacta, infantulam incultam in pavimento dimiſit, & properavit ad feneſtram; ſed & quædam aliæ cum ea. Et ecce vident in via currum per ſe rotantem, & ſupra paratum currum juvenes pulcherrimos atque decoros, chorizantes in rotundum, feſtoſque ſaltus ducentes (erant enim, ut creditur, Angeli Dei) & erat in medio eorum ſtatua, quæ apparebat quaſi cerea; qui inhibuerunt mulieribus, Non tangatis, quouſque diſcedimus. Et vident aureum circulum, à tribus Angelicis juvenibus ſuſtentatum, in quo erant ſeptem faculæ accenſæ, ſtatuaque ſtabat in medio. Denique mulieres, quæ viſionem intuebantur, nimio ſtupore perterritæ, piam infantulam contingere non audebant. Poſt horam, cum viſio ceſſaſſet, redit obſtetrix ad illam, quæ humi nuda numquam fleverat; nec ſimplex mater, cum hoc de conſuetudine opinaretur, aliquid dicebat. Barbara ſe excuſat, proſequitur ex more, illamque reaſſignat genetrici, dicens: Joanna, hæc erit una filia benedicta; totamque viſionis ſeriem congaudentes exponunt. Alterum fuit: Parochialis Sacerdos ipſa die plebi ſuæ candelas benedictas, juxta ritum, circumeundo: per domos diſtribuit; omnibus de uſuali cera candelas donat, piæ tamen matri ejus de cera dealbata præbet: quam quidem cum admiratione ſuſcepit (ei enim inconſueta erat) ac pro ſacro baptiſmate ejus reſervavit, ut puritas puritati congrueret.

honoratur Angelica apparitione,

C

CAP. II 3 Baptiſma ſacratiſſimum fidei mater [eſt] & ſanctorum omnium Sacramentorum janua, & regni Dei atque paradiſi. Procul dubio, ſicut Jeſu Chriſto baptizato Spiritus ſanctus in ſpecie Columbæ viſibiliter apparuit; ſic omnibus rite baptizatis noverimus ejuſdem Spiritus ſancti gratiam divinitus miniſtrari: inde cœlibes renaſcimur per adoptionem filii Dei, coheredes Jeſu Chriſti & æternæ vitæ. Hoc ſignanter non ſine myſterio dixi. Poſt triduum illa ipſa Barbara, cum decenti honeſtarum mulierum comitatu, juxta patriam conſuetudinem piam, infantulam portavit ad fontem ſacræ regenerationis, qui in ipſa Cathedrali eccleſia egregio cultu veneratur: candelam illam albam deferunt & oblationes templi. De nomine & titulo patrem ſciſcitantur: cum Patre & cum Sacerdote patrino diſcutiunt; tandem Angelellam dici concludunt & nominant, propter Angelos qui in ortu illius apparuerant. Sed dum poſt ſacros exorciſmos ſanctum fontem petiſſent, & celebrationi actu aſtarent; una alba columba fontem ipſum ſacratiſſimum ter circumvolat, ut ſupra caput ipſius benedictæ Angelellæ maneret, & ori ejus toſtrum figeret, ſtupentibus cunctis præ admiratione & gaudio. Expeditis omnibus columba alta repetiit, nec amplius apparuit. Piæ mulieres ipſis redeuntibus obviant. Facti fama volat, ut Angelellam intuerentur inſtant. Venerabilis Barbara oſtendebat eam, dicens; Videte, apparet una columba, columba. Continuatis ſic vocibus, piæ ejus genitrici eo feſtivius eam aſſignant, quo majorem apud Deum gratiam inveniſſe credunt. Volumus, inquiunt, ut & Columba vocetur, quoniàm & ſine felle erit. Sic hujus nominis vocatum prælagum vulgariter firmant: quod demum mutari non potuit, licet pater & mater pro primo nomine diligentius inſtitiſſent; ut videlicet per miſericordiam Dei benedicta puella Angelicos mores ac columbinos ritus ex nomine ſeu titulo pariter oſtentaret, ſociamque ſe eſſe Angelorum vocatu ipſo prædicaret. Auctoritate quidem conſtat apud ſacras litteras, nomina non ullis divinitus à principio nativitatis imponi, ad deſignandam gratiam quam conſequuntur.

A. SEBAST. CONFESS. EX MS. *propter quam in bapt. ſuo dicta Angela,*

poſtea propter advolantem columbam Columba nominatur;

B

4 Aggrediamur obſecro paululum, & naturalium philoſophorum de animalibus hiſtorias colligamus, quæ de columba concludunt: nam ſine dubio ſpiritualis vitæ veſtigia profitentur *e*. Profecto eæ aves ſunt ſociales & manſuetæ, quodque felle careant, nec roſtro lædunt; alte in cavernis petrarum nidificant, juxta fluenta manent, potantes non reſupinant, in cinere confricantur, & ſe in aquis abluunt; morticina omnino vitant, ſed puriori grano vivunt; pro cantu gemitum reddunt, gregatim volant, pugnant elevatis pennis, alios ſe defendunt, alienos pullos nutriunt, errantem columbam ſibi aggregant, diverſitatem accipitrum & inſidias cognoſcunt, & ab eis diverſimode cavent. Aliquando ſola ſedet; coloreſque varios circa collum admirans, alarum plauſu roſtroque plumeculas fulcit, & in regimen volatus comprioriſque cultus pennas diſponit. Nam & columbam dicunt, eo quod eorum colla ad ſingulas converſiones colores mutent. Arborem quoque *f* pereclixion incolere, ejus fructu reſici, umbra requieſcere, ramis protegi, dicunt & à crudeli dracone tueri: iſtiuſmodi phyſici de columba docent. Idem etiam nonnulli *g* Sanctorum in Canticis canticorum replicant; quibus denique uti liceat opportune locis congruis in hac noſtræ narrationis ſerie, ad exprimendum ipſius beatæ Virginis Columbæ dona, virtutes, & merita; ſubinfero hic & parabolam, quæ ſolutionem facit præcedentis myſterii. Fertur nempe de clariſſimo Ambroſio, quod cum infans in area prætorii dormiret aperto ore, ſubito examen apum adveniens faciem ejus atque ora compleverit, ita ut ingrediendi egrediendique in os frequentarent vices; quod videns pater, ne abigerent ancillæ,

e *haud minus certo futurorum præſagio,*

F

f

g

quam quod infanti Ambroſio advolarint apes.

A.SEBAST. CONFESS. EX MS.

prohibuit, ac quo fine illud miraculum claudereturexpectabat. At illę aliquamdiu evolantes, in tantam altitudinem ſublevatæ ſunt, ut humanis oculis minime viderentur. Quo profecto territus pater, ait; Si vixerit infantulus iſte, aliquid magni erit. Sicut igitur examen illud apum totius naturæ florum ac ſanctorum Doctorum generabat favos, qui cæleſtia dona annuntiarent, & mentes hominum de terris ad cælum erigerent; ſic & columba circumvolans, regenerationis fontem, caritatis & pacis dona, ac ſalutaria monita imprimit; & gratiam verbi conſolationis & ſpiritualis dulcedinis, panis cæli Sacramento nutriendam ſignificat, & aqua vite, ſicut ſcriptum eſt., Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.

Pſal. 44. 3

CAP. IV

5 Siſte deprecor, & ante poſita ruminemus, ac demum exorſa proſequamur: animalia quippe Dei ruminant & findunt ungulas. Quidnam viſiones illæ portendunt? Currus (ut arbitror) rotans per viam, tranſeuntis ac mortalis vitæ fluxum indicat, qui dum orbitas replicat, tempora menſurat. Feneſtra domus, de qua intuentur tranſeuntes, præſentes dies noſtris ſunt, quibus clementiſſimus ipſe Deus per ſuam miſericordiam de æternis nos admonet: atque in hac beata Virgine ſalubriter conſolatur & erudit. Feſtivant & congaudent Cælites, & inquiunt: Non tangatis quouſque diſcedimus; ſimile eſt huic, Neminem per viam ſalutaveritis, &, Poſt victoriam lauda ducem, & navem cum pervenerit ad portum. Humi iacet, quia exaltabitur qui ſe humiliat. Ceream ſtatuam oſtentant: cera nempe virginalem munditiam ſignificat, eo quod ſine corruptionis copula generatur; quæ viſcoſo melle expreſſo, diffundit ſe & fluit à facie ignis: demum coagulata ita ſtabilitur, ut non penetretur, ſed reſiſtat aquis. Nata quippe puella erat, quæ omni ſenſualitate depoſita, caritatis fervore liqueſceret, ac totaliter in Dei amorem & proximi ſe diffunderet; atque ſancto propoſito ſtabilita, nec diabolicis ſuggeſtionibus dividi, aut ſecularibus lenociniis & pompis miſceri, ſeu carnis ſtimulis agitari poſſet: ſed ad cælum reverteretur invicta; vobis exempla relinquens, quod ſi capi nolumus, viſcoſum mel non diligamus, nam hujuſmodi ſtatuæ quaſi exemplaria manent. Statua quaſi cerea fuit: tum quia ſæpius & per dies relictis corporeis ſenſibus, arcana mentis ingreſſa, meditationibus cæleſtibus confidebat; eorumque quæ viderat ſeu audivit, qua licuit, plura retulit; tum pariter quia hac caduca vitâ functa, hujuſmodi imaginibus venerari debuerat, & Sanctorum cultu laudari: mos enim eſt apud Catholicos hujuſmodi beneficentiæ ſigno Sanctos venerari. Circulus vero aureus, ætatem Jeſu Chriſti: omnem ſi quidem periodum vitæ ipſius ac tempus annorum tribus decadibus & tribus unitatibus juvenes numerant. Septem autem candelæ, ſi per *i* numerum juvenum ducantur, annum ſignificant, quo ſuper candelabrum lucerna ponenda erat, ac munienda civitas ſupra montem, atque felicitari Peruſia; ubi accenſa ſeptem donis Spiritus ſancti ita coram omni Eccleſia lumine lucet & operatur pœnitentiæ cultu in holocauſtum crematur, ſeque Deo argentum igne examinatum, purgatum terra, purgatum ſeptuplum obtulit: quatenus ipſe clementiſſimus Pater noſter cæleſtis ſemper glorioſius ſanctificetur & glorietur.

Explicat auctor myſterium viſi per feneſtram currus Angelici,

B

circuli aurei,

C

cum ſeptem candelis à tribus juvenibus ſuſtentati.

i

CAP. V

6 Tempore autem infantilis innocentiæ pia Columba, Spiritus ſancti dona ſortita, adverſum carnem indicit bellum, & pugnam aggreditur: jam recalcitrat ſeculo & pompis ſatanæ, & ſequitur regem Chriſtum. Nimirum dum ex more *k* lavaretur in pelvi, ſi fuiſſet æris aut ferri, horrebat omnino, manibus pedibuſque reluctando; in ligneo vero diſtendebat ſe ac patienter dormitabat; quaſi jam ſuum Redemptorem recognoſceret, qui ſtatim natus, non in ſtratu regio, ſed in fœni præſepio collocatur; atque in ligno extenſus dormivit in pace, & victor reſurgens regnat Deus, una cum Patre & Spiritu ſancto; qui media finem optimum conſequendi ſuis coheredibus ſemper elargitur, ac mirabiliter ſubminiſtrat. Ideo quidem Columba metallica vitat, quia & paupertatis clariſſimum Patrem ſectatura erat S. Dominicum. Sed & quod ſuper ſtratas tabulas colliſa membra modico ſomno ſemper repauſaret, catina lignea præmonſtrant: nam ſuper tabulas tantummodo uſque ad ipſius feliciſſimum obitum dormitare conſuevit. Nec non & ſupremæ abſtinentiæ rigorem in cunis exiſtens inchoabat. Profecto ſexta feria tantum ſemel & circa meridiem ubera ſugebat: non ſine amaritudine piæ matris, quaſi pateretur aliquid mali, quia tenere diligebat eam. Non quidem erat vagitibus infeſta, ſeu ejulatu clamoſa, aut importuna mammis: ſed quieta & dulcis, Angelica amœnitate fragrabat, ac per omnia manſueta ſecundabat. Verum ſæpius cum faſciis ex more ligatam dimiſiſſet in cunis, mirabiliter quodammodo nudam dormientem reperiebat humi: multaque alia pietatis indicia, illâ ætate ſtupenda, contingunt. Nempe jam triennis, ut lecti mollitiem vitaret, clam, ne mater adverteret, lignorum fruſta ſubſternebat, & ſpinas aliquando, ſupra quas cubaret, tam in propria domo quam apud quamdam viduam, ubi materno juſſu aliquando pernoctabat.

D

ſed quieſcit in ligneo:

feria 6 tantum ſemel lac ſugit:

invenitur ſæpe extra cunas humi nuda:

E

trimula incipit dure cubare;

7 Anno vero major, ſingulis ſextis feriis & quibuſdam aliis diebus, pane & aqua jejunabat. Sotulares in pedibus numquam voluit: ſed reductis pedibus extrahebat. At cum ſalutationem Angelicam didiciſſet, beatiſſimam matrem Mariam, ſuam ſpecialem advocatam elegit: quam ſæpius ingeniculans geminatis manibus quotidie ſalutabat; nec omiſit; ſemperque propitiam habuit. Sed & quinto à ſua nativitate anno ex fruſtis cribri ſetacei, quæ ſunt ex pilis [equinis] intexta, ſubveſtem aſperam conſuit: de quibus etiam cinctorium involutione compreſſit, & ad carnes portabat *l*. Et cum à matre peteretur, quid de talibus vellet operari; ne mendacio mentiretur; Sunt, inquit, pro domo: nam ipſa de domo erat. Fuitque illi tunc parvus frater fere trium annorum, qui piis ejus actibus pariter adherebat: quibus convicinæ mulieres una cum matre alludentes obiiciunt; Dabimus Columbæ pulchrum maritum, & uxorem decoram tibi. Ipſi negantes, Non, non: Sed Columba Soror erit: & ego Frater: ſicut fuit. Cum vero ipſi Columbæ carnes quomodolibet porrigerentur, reverenter annuens quaſi comederet; caute tamen ipſi fratri ſuo parvulo ſubrogabat: & cum pater à ſuburbanis rediſſet, eiſque detuliſſet zonulas: conſuunt in flagellum, quo ſe diſciplinabant. O quantum miſericors Deus in ſervis ſuis eſt mirabilis!

quadrima, jejunare in pane & aqua, ac nudipes incedere,

quinquennis cilicio uti,

l

F

& cum fraterculo averſari mentionem nuptiarum.

8 Jam Columba pueritiam attigerat, & erat ei in moribus immenſa ſenectus, & ſicut ætas augebantur & corpus, virtutes ſuccreſcunt & opera. Nam quotidie Miſſam audiebat, & diebus feſtis prædicationes. Mane ſemper in Eccleſia Fratrum Prædicatorum, ante revelatam imaginem *m* Crucifixi, devote orabat Pater noſter, Ave-Maria & Credo, quæ jam didicerat: & ſive cum matre aut convicinis mulieribus, pro Indulgentiis eccleſias aſſidue viſitabat, permaxime eccleſiam S. Mauri *n* extra mœnia, quæ Mons-marus dicitur, ad quam popularis concurſus & devotionis cultus eſt magnus. Porro jam ſeptennis apud Sorores de pœnitentia B. Dominici ferventer inſtabat, ut ſeptem canonicas Horas, juxta formam illius profeſſionis & mores addiſceret, & docta

CAP. VI

Sexennis pias frequentare eccleſias,

m

n

Septennis Horas canonicas recitare,

A docta perſolvat. Tunc frequentat acceſſus ad domum Sororum præcipue diebus feſtis, apud quas erat Legenda vitæ S. Catharinæ Senenſis. Erat & puella ei contemporanea, in ipſo collegio pie in Dei timore nutrita, quam diſerte legentem diligentius obſervabat, ac importunis ſtimulis caritatis & obnixis precibus quod proſequeretur obtinuit. Audiebat attentius, in corde ſuo ſummæ devotionis monumenta conſervando conferebat, ut Columba meditabatur, æſtus mentis intendebantur, & in Deum totaliter ferebatur. Et cum à prædicantibus, nec non & à Magiſtro Sororum nonnulla miracula S. Catharinæ & ſanctitatis exempla percepiſſet; tantum fervorem adauxit, quod nil ſibi difficile vel arduum pro Chriſti amore reputaret; quoque eam imitaretur omni conatu attentabat. Sed & libellum Officii beatæ Virginis procuravit: & quantocius
corpus macerare, præ aviditate didicit. Jejunia ſanctæ matris Eccleſiæ, Quadrageſimæ videlicet & Adventus Domini, Quatuor temporum & [Vigilias] Sanctorum, alacriter expiabat. Cinctorium ſecretum, in funiculum aſperis nodis intextum, commutat: laneam camiſiam, quam tunicellam appellant, induit: ſicque ſanctæ pœnitentiæ callem innocens læta feſtinat: omnia-
B que ipſius Regulæ approbata inſtituta ac ſanctiones implebat: cujus & habitum ſummopere optans, requirit humiliter, quoque aſſequatur ferventer
petere habitum de pœnitentia, implorat. Venerabilis quidem Magiſter Collegii Sororum, Dei gratiam ac ſanctitatis propoſitum admirans, eam diligentius proſequebatur. Nam & ipſe à quodam Rev. Patre Conventus Peruſini tunicellam illam munere acceperat: quam ad lavandum cum piæ Columbæ tradidiſſet, ipſam obnixe impetravit, & indultam ſibi lineis pannis redemit.
o Nec non & zonulas illas in diſciplinam tuſcam *o*
ſeque ad ſanguinem flagellare. commutavit, quam apud ſe præfatus habebat. His armis corpus invadit: ſed rigida nimis verbera nigræ ac tumidæ ſpatulæ pandunt; ac ſtupidus dolor ipſi audienti Confeſſionem ejus revelare coëgit. Qui cujuſdam Sanctimonialis conſilio pariter &
p emolumento *p* ſtellutias argenteas, cum ſex acuris radiis, capitibus diſciplinæ inſeruit: & ſic puncturis crebris pius cruor & lividus ipſe reſudat, ſecretumque haberi voluit. Multas pietatis circumſtantias, ſed revera multa miranda omittimus, tum ignorantia modi ſcribendi & facundiæ, tum ne nimia prolixitate verborum aut inculta oratione pios lectores
C faſtidirem. Unum ſubinfero; mirabiliora ſunt quam dictare queam.

ANNOTATA.

a *Baleſtra præmittit Allocutionem inſignem*, ad Illuſtriſſimam civitatem Reatinam *patriam Beatæ; cui ejus omnia, quæ potuit colligere, decora intexit.*

b *Idem recenſet Sanctorum huic urbi propriorum nomina, & corpus* S. Barbaræ, *ibi eſſe confirmat. Sed ut plures hoc nomine Virgines & Martyres fuiſſe credimus, ita nullis audemus illam adſcribere, quæ ſub eo nomine tam paſſim vulgo nota, quam ex Actis ſuis apud eruditos ignota habetur. Romanam fuiſſe, quam Reatini venerantur, credo, quia Angelottus, in deſcriptione Reatinæ civitatis, aſſerit, corpus ejus cum corpore S. Iulianæ, collactaneæ ac Sororis, & S. Probi Epiſcopi Reatini, ab Honorio 3, adeoque circa annum 1220, repoſitum fuiſſe ſub altari majori Cathedralis eccleſiæ.*

c *Canonizationis Bullam recitat S. Antoninus p. 3. tit. 23, cap. 4 §. 17, ut datam* Spoleti v Kalend. Septembris; *Bzovius vero, ut datam* Reate III Idus Julii, *uter certius, definiendum erit ad 4 Auguſti.*

d *Addit Baleſtra, adeo eleemoſynis addictos fuiſſe parentes, ut cum propria omnia erogaſſent, etiam emendicarent ab aliis unde egentibus ſuccurrerent.*

e *Idem columbæ proprietates naturales novem colligit & expendit, haud multum ab hic referendis diſſimiles.* A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

f *Additur in margine:* Hanc arborem cerræ opinor interpretendam. *Aſt maſculine Latinis* Cerrus *dicitur ex quercuum genere, glandes echinatas ferens, ut caſtanea.* Pereelixion *tamen quid ſit, hactenus nec divinando aſſequor: nec enim in Græca lingua cujus formam vox illa præfert, quidquam invenitur ſimile.*

g *Forte* Scriptorum, *commentantium in Cantica, ubi Sponſa identidem appellatur* Columba.

i *Venit Peruſiam Columba an.* 1488 *menſe Septembri, uti ſcribit Albertus pag.* 84: *adeoque expleverat annum* 21, *qui numerus ex ſeptenario ter replicato exurgit: tres autem erant Angelici juvenes, qui ſeptenarium candelarum ſuſtentabant.*

k *Cæſar Blanci obſervat, lotionem illam infantium in aqua calida, quotidiano uſu ſolitam adhiberi mane ac veſperi, eumque in finem ſingulis in domibus haberi pelvem æneam.*

l *Albertus Fabri:* Fruſtum hujuſmodi ſetaceum, *inquit*, etiamnum reverentur ſervatur Reate apud Monachas S. Agnetis: & ego ipſum oculis lacrymantibus nuper vidi, beneficio D. Petri Pauli Petrignani, civis noſtri ipſarumque Confeſſarii. E

m *Baleſtra ait*, expoſitam ſuper altari *fuiſſe: Cæſar addit*, hodieque illa cum veneratione ſervatur juxta chorum.

n S. Maronem *appellat Angelottus, & ſub hoc nomine de eo deque ejus eccleſia egimus ad* 15 *Aprilis, quo colitur. Cæſar vero addit locum Reatinis eo magis in veneratione eſſe, quod magnam cum Calvariæ monte ſimilitudinem habeat, ideoque eum Feria* VI *devotius viſitari: id quod infra num.* 9 *confirmatur: nequis putet id primum inductum à Cappucinis, quorum ibi novitiatus, quique alias ſolent Paſſionis myſteria in ſuis eremitoriis paſſim erigere.*

o Tuſca, *id eſt idiotiſmo vulgari*, rudis.

p Stellutiæ, *vulgariter* Stelluzze, *id eſt*, Stellulæ.

CAPUT II.

Progreſſus Columbæ, quæ viſis divinis animata Virginitatem duodennis vovet, fruſtraque ſolicitatur ad nuptias.

F

9 AUget virtutes diſciplina parentum, & gratia perficit bonos habitus naturæ. Genitores CAP. VII namque parentes, etſi ad familiam locupletem pertinerent, etiam artis mercatoriæ ipſi; tamen ſecularibus *A parentibus minime copioſis* divitiis aut ſumptibus non abundantes, politicis moribus ac Catholicis præſtantes erant: profecto & Joſeph vir Mariæ de regia ſtirpe erat, licet carpentaria arte degeret. Mater igitur Columbæ Joanna, ſpiritualis admodum & devota, ea ætate illam inſtruit quæ decet puellas civiles & honeſtas; officia videlicet familiaris curæ, exercitia manus, & peritiam ſuendi, filandi, atque texendi, quæ ſunt puellis ad ornatum atque ad *a* faſtum parentelæ. Modeſtia & a honeſtas illi inerant & oculi Columbarum; ac *opera manualia edocta Virgo,* quamdam ſanctitatis ſpeciem præferebat in vultu, ſtatu, & inceſſu; totaque ſuavis ab omnibus amabatur. Numquam de ore illius ſiniſtrum verbum, querela vel conqueſtus. Quin imo pia Columba parentibus ſemper obediens, quæ cumque ſibi injuncta, mirabiliter quantocius expedita, prudenter implebat. Si contigiſſet eam cum convicinis matronis & puellis ruri ad aliqua conveniſſe: pura vindemiæ vel guati (guatum quidem eſt herba tinctoria, quæ *b* glaſtum dicitur) vitabat cantantes & L

vana ſtultiloquia; ſolaque ac taciturna ſubſequebatur lateraliter, ſpiritualia meditando, & pluris operis reperiebatur: alicui detraxit numquam aut protulit otioſa.

A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

10 Pigritia igitur & otio excluſis, mulierem fortem æmulabatur Dei æmulatione; & ſicut ſcriptum eſt: labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit; ita quidem eſt operata manuum ſuarum conſilio, ut plurimum lucri domui proveniret & commodi: & cum bene & gratioſe operarentur, à nullo tamen pactam aut coactitiam mercedem [parentes ejus] exigebant, ſed quod erogabatur placide recipiebant. Nimirum frugali & parca menſa contenti, quidquid poterant indigentibus hilariter dabant; & nil reſervantes, de craſtino non cogitabant: quin potius operibus pietatis & miſericordiæ totaliter inſiſtunt. Namque audienti Confeſſiones Sororum ſuamque, & novitiis quibus ille præerat, obſequia præbent lavandi etiam capita & pannos, ſuendi veſtes ac reſarciendi; nec remittunt eos ſine pane in manibus, caſeo vel ovis, ſive fructibus aut horum ſimilibus; diligentiam exercent infirmis Fratribus, præcipue advenis. Inter plures fuerant Fr. Angelus Peruſinus, & Magiſter Sororum præfatus; Fr. Jacobus Tifernius, qui eam audivit in Reate treſdecim annis. Si quandoque opportuna defeciſſent, interpellant regem Chriſtum, implorant, conſequunturque: & cum urgebat neceſſitas, aſſumpta decenti & honeſta ſocietate etiam decumbentes viſitabant; deferentes confectiones, ova, vinum, & pullos: quæque facultas negaſſet, apud pias matronas & familias quaſi mendicando petiſſent, jam enim ſanctam paupertatis normam attigerant. Cum ſic quotidie fieret diſtractio rerum, contigit aliquando matrem narrando objeciſſe Columbæ, etiam cum lacrymis (erat enim pia & ſimplex mulier, ſagax tamen & provida) Columba, ſtatuamus jejunare hodie, quia non eſt panis in domo. Quod cum pia filia percepiſſet, ante parvum altare, quod erexerat in domo, genuflexa orabat: at cum inde aſſurrexiſſet, illico à divitibus mulieribus & à convicinis panes portabantur; aut quæ debuiſſent operis mercedem, filatus ſcilicet vel texturæ vel acus, ſtatim mittebant nummos aut deferebant: quibus familiæ providebant etiam abunde; & ſecundum eorum pios affectus, poterant Dei miniſtris & indigentibus ſubvenire.

Pſ. 127, 2

ipſi vero mercede laboris ultronea contenti,

egentibus magna cum caritate ſerviunt,

B

ſubinde uſq; ad defectum panis,

ſed orante Columba iis ſuccurritur.

C

CAP. VIII

11 Tumidus ille ac teter virtutum hoſtis, invidusque amiſſæ gloriæ, innocentiam ſectantes conatur divertere, tendentes in Deum tumultibus reclamare, ſpiritualeſque volatus ſuggeſtionibus deprimere. Sed revera humilitate vincitur princeps ſuperbiæ, frangitur oratione, reſiſtentia fugatur, fitque gradus & ſternitur pede caſto: proficiſcitur perſeveranter per miſericordiam Dei beata puella, & collata ſibi dona nequaquam abſcondit, ſed exponit ad lucra: profecto etiam in numero coadunat coætaneas puellas odore ſacræ famæ, & verbo & exemplo invitat ad Chriſtum; nunc quidem divinitatem & altitudinem regni cæleſtis & æternę vitæ præfert, Angelorumque pulchritudinem & gloriam Sanctorum; nunc caritatem Dei, pietatem & miſericordiam magnificat, atque manſuetudinem Chriſti: qui piarum virginum decorus ſponſus, ac integritatis cuſtos immortalis, ſibi caritate junctas ingenuas facit & coheredes, non horret pauperes aut divitibus adulatur, quin æqualiter omnes gemmis virtutum ornat & gloria coronat: jam ſpernere ſuadet hujus mortalis vitę lenocinia, jocos ſeculi, ac vana blandimenta mundi. Tempore autem nocturnæ quietis, dum in ſilentio ante ſuum altare devotius oraret, apparuit illi Dominus Jeſus Chriſtus, ſedens ſuper aureum thronum: cui aſſiſtebant S. Petrus Apoſtolus & S. Paulus, necnon cum *c* leone S. Hieronymus, & magnus Pater ac ſponſor S. Dominicus. Quem cum vidiſſet, humi proſtrata, benedictionem poſtulat: quam aſſecuta, ex ſancto propoſito virginitatem ſuam illi perpetuo dicavit & vovit, quodque alteri ſponſo numquam aſſentiret. Leo autem qui apud S. Hieronymum fuerat, cum ea tota illa nocte remanſit, mirabiliſque odoris fragantia in camera illa diutius fuit.

excitare ad contemptum ſeculi,

à Chriſto ſanctiſque viſitatur jam decennis,

D

c

& virginitatem ei vovet.

12 Nempe benedictione accepta inſurgit pugna. Nam germanus frater, paternus tamen (præ habuerat quippe pater aliam uxorem) cum audiſſet ſuam ſororem Columbam velle renuntiare ſeculo, fremens & tumens, Magiſtrum Sororum, auditorem Confeſſionis illius, minis invadit, & inhibet ne decetero de ſorore ſua ſe aliquo modo intromittat. Ipſe pro certo ignorabat, quod conſilium Dei in æternum permanet. Chriſti Confeſſor innititur auctoritati Euangelicæ; Nolite timere eos qui occidunt corpus; continuat tamen, ſed prudenter. Ille autem ſororis innocentiam moleſtare non audet, ſed diſſimulando machinatur inſidias, quibus faciliter puellaris natura blanditur, ornatu ſcilicet vanitatis & copula maritali: venuſta quippe Chriſti puella erat & decora valde. Fratri jungitur pater ipſe, & matrem movet: ipſis adhæret omnis parentela. Puella jam decennis fere erat, quam etiam alba veſte ornant, & aliqualiter diſſimulant. Qua induta cum ad eccleſiam ex more procederet, vanæ gloriæ ſtimulo agitabatur: quare pie Deum timens, eam de cetero induere neglexit: mater Chriſti Confeſſorem ſtimulat ut rigorem pœnitentiæ ejus & orationum mitiget, aut pro parte ſuſpendat. Flectitur incautus, in eoque pure fidenti ſimplici Columbæ diſſuadet Quadrageſimalia continuare jejunia, ſed intermiſſim. Quæ dum meditaretur & quaſi retrocedere judicaſſet, reſpondit; Pater, vere abſque labore proſequor & imitari opto magiſtrum meum Jeſum Chriſtum, ac venerandam matrem S. Catharinam. At ille jubet matri, ut ſaltem ferculum unum de oleribus vel leguminibus conditum procuraret: quod cum intentaſſet, pia puella, ne palatum alliceret, cineres vel terram aut aquam apponebat. Mater cum advertiſſet obſtitit: O filia, inquit: quare te vis interficere? Libenter tamen ſimplicia & inculta ac etiam exigua ſumebat: carnes autem & quodcumque lautum omnino neglexerat, licet quandoque id non advertiſſent.

Hinc contra eam inſurgit frater

induCto etiam quamdamtenus Confeſſario.

F

CAP. IX

Sed ut fraterculi prophetia impleretur,

13 Vaticinium quod fuerat à Spiritu ſancto oportebat impleri; ut divinæ pietatis ſortiretur effectum. Germanus namque ipſius, qui prædixerat, Ego Frater & Columba Soror, jam in conventu S. Dominici Ordinis Prædicatorum, habitum ſanctæ religionis *d* ſuſceperat, pie docteque vivebat, ubi & mirabiliter profecit. Æmulabatur æmulatione Dei ſoror ipſa fratrem, frater illam duleiter hortabatur. Prior autem collegii Sororum cum ex more regulam legiſſet, ipſa zelo ſuccenſa devote rogabat, ut conſequi mereatur: & publice ſupra majus altare in manibus illius Prioris ſpopondit, habitum ipſum ſumere, ac perpetuam Chriſto virginitatem cuſtodire. Ad aliquos dies hanc viſionem paſſa eſt. Vir quidam pulcherrimus duxit illam ad quamdam arborem, ut ibidem effodiat: quæ territa cum non auderet, ille effodit, & auri maſſam *e* repertam ei obtulit; Accipe, inquit, pro labore tuo. Ipſa renuebat: quare ut apprehenderet ipſe coëgit. Rurſus conduxit eam ad eccleſiam *f* S. Scholaſticę, ipſamque ſtatuit ante imaginem beatiſſimæ Matris Dei, cui aſtabant duo Angeli, habentes in manibus duo alba cinctoria, & alterum ſibi, aliud fratri ſuo, quem in brachiis

d

ipſa poſt oſtenſum ſibi in viſu præmium caſtitatis,

e

f

vidit ſe fratremque ab Angelis cingi,

Matth. 10, 28

A brachiis ejus videbatur habere, propinant. Sermo fidelis : nam Benedictus & Scholastica sanctissimi, etiam in Christo fuerunt germani, ac religione clarissimi. Inde fere ad duos menses dilectus ille frater balteum suæ militiæ & gloriam inter cælestes excu-
g bias *g* recepit, sic commutatis zonulis quas consuerant in flagellum : ipsa vero, quasi florida arbor paradisi, suavitate fragrans boni odoris Christi, fructus reddit caritatis & honoris. Itaque plures diversarum Religionum Patres, nec non earum piæ Sorores, cupidine maxima dabant operam ut illius societate fruerentur, judicantes se feliciores si eam consequerentur in Sororem. Profecto ex tunc dulcioribus contemplationibus intenta, amplius orationi vacabat; in tantum ut neglectis sensibus & rapta in spiritu, sæpe sæpius per plures horas quasi marmor reddebatur. Jam credita sibi fuerant divina colloquia, pretiosa super aurum & topazium, ac melle & favo dulciora, fueratque accincta robore. Fervens accessus erat illi ad sanctum Maurum : etenim locus ille quoddam montis Calvarii fertur habere vestigium : ibi passionem Christi, quasi Hierosolymitana peregrinatione, sanctificabat. Itidem circa quasdam
h columnulas Cathedralis *h* ecclesiæ se obversabat, &
B versis ad terga manibus brachiis colligabat.

14 Versutus ipse contortus dæmon subdole fraudem sollicitat & cladem. Nempe callidius parentes stimulat ut illam tradant nuptui. Jam puella duodennis erat : mater blanditur, seculares ornatus ipsa contemnit : affines de sponso alludunt, illa horret. Tandem parentes eam de nuptiis astringunt, pia puella respondet; Ego sponsum jam accepi Dominum Jesum Christum, & me sibi in omni castitate dicavi : prorsus nolo habere alium. Avunculus autem, qui & majoris auctoritatis erat (præabundabat quippe substantia) replicat, graviorique sermone ratiocinatur, & quasi sanctiori lege suadet, quod tenetur assentire, præcipue quia in illius arbitrio penderet hujus negotii optima provisio : prosequuntur, pater, qui hortatur & præcipit; mater, mulcet & applaudit; major ille frater, Volo, inquit; tandem omnes acclamant, Sic fiat. Pia puella, à terra ad cælum elevatis luminibus, reductilque humeris ad collum, corde constanti, modesta voce, in omni mansuetudine idem contestata est; Accepi Dominum Jesum Christum, nolo habere alium. Quod cum audissent,
C prorumpunt in minas, & strictis dentibus fremunt: minantur indicibus, illamque quasi rebellem torvis oculis contuentur, & tamquam favoribus eorum indignam vilipendiis abjiciunt, quodq; interficerent si non assentiret; [minantur]. At illa patientia præstans, tranquillo corde orabat; Domine Jesu, ne abjicias me: tu enim es sponsus meus dulcissimus, in quo confido. Proposuerat quidem potius mori, quam transeundo ad secunda vota Christum abnegare : & ecce pia mater conversa est in asperam socrum, & ipsa quasi orphana cui non erat patrocinium : verumtamen in Deum devotius absorpta, de seculo non cogitabat; sed reverens & tacita, sanctis operibus ac familiaribus obsequiis insistebat.

ipsa actionibus devotis intenta,

jam duodennis solicitatur ad nuptias;

quas constanter recusat,

Jesum sponsum habere profitetur.

ANNOTATA.

a Fastus *huic Auctori semper scribitur* Faustus; *nec tam superbiam, quam ornatum pompamque externam significat.*

b Glastum *color ceruleus, qui modo tam copiose advehitur ex India (unde etiam* Indigo *vulgo dicitur) ut apud nos collecto amplius opus non sit.*

c *Leander & omnes Italici scriptores* S. Leonem Papam *hic intelligunt : ego animal illud quod solet cum* S. Hieronymo *semper pingi, ipsumque cessante visione ideo relictum apud* B. Columbam *nocte reliqua, tamquam custodem voti quod fecerat, & pignus fortitudinis divinitus ipsi dandæ ad sui propositi defensionem, contra mox insurrecturas tentationes. Ast, inquies, per meram vulgi ignorantiam fit, ut Leo* S. Geralimi *appingatur* S. Hieronymo, *an hunc errorem confirmaverit, divina (ut supponitur) apparitio? Nequaquam, sed permissa fuerit phantasia Sanctæ præhabitis naturaliter speciebus, licet erroneis uti etiam in raptu; quod satis frequenter contingere alio opportuniori loco ostendemus sequenti Tomo.* A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

d *In margine additur (sed aliquanto inferius, & loco non suo)* Arbor Religio est : massa auri, magna præmia signat.

e *Mirum profecto, cum solum tunc fuerit annorum decem, ut mox apparebit ex ætate sororis, quæ erat biennio junior.*

f *Cæsar indicat monasterium Benedictinarum hoc fuisse, cum ait quod conatæ sint* Columbam *ad se pellicere & ad Regulam Benedictinam amplectendam.*

g *Omnes hic interpretantur mortuum tunc juvenem fuisse : idque videtur sensus exigere, nec vero postea fit ulla ipsius mentio : sed fratris alterius, qui similiter postea Dominicanus ex prioris fratris nomine dictus est* Joannes, *infra num.* 98.

h *Cæsar indicat, Cryptam Cathedralis ecclesiæ, intra quam erat oratorium Confraternitatis sacrorum Stigmatum S. Francisci.* E

CAPUT III.

Sponsalitia pacta simul cum capillis resciſſa, molestiæ à consanguineis & dæmonibus ideo toleratæ.

CAP. X

15 SEmper virtus fuit in pretio, & celebris habetur fama honestatis : quod namque in pectore avunculi habebatur occultum, prodit in lucem. Nam quidam pulcher adolescens, felicioris originis ditiorisque fortunæ secundum seculum, piam puellam concupivit uxorem, affectabatque summopere : jam quippe ipsa annos pubertatis attigerat. Cumque innotuisset parentibus, junctis ad cælum manibus & præ gaudio exultantes, quodque nacti fuerint fortunam tam opimam admodum læti, firmant dotem, fideque spondent ei Columbam in uxorem, ipsa tamen nescia; stabiliuntque diem, qua & ipsa præbeat assensum : ornant cinctorium sponsale, præparant F confectiones, & instrumenta sonorum, & choreas juxta ritum patrium. Cælestis autem Sponsus ipse dulcissimus non derelinquit sperantes in se, sed semper opportune succurrit. Quamobrem nocte præveniente deputatam diem, apparuerunt ei duo in habitu Ordinis Prædicatorum, admonentes eam ut mane festinaret ad S. Maurum, ubi sanctimonialis quædam de quibusdam emergentibus eam plene instrueret, nec timeret. Pia puella stupuit : & cogitans quid sacramenti visio autumaret, æstuabat lucem, & quasi nox protraheretur ingeminabat suspiria. Tempestive matrem sollicitat & convicinas; petentes ecclesiam pia puella præibat: quamdamque Crucem in summitate collis in via fixam *a* adorans, a flexa orabat. Et ecce illico astitit ei quædam Monialis: Noveris, inquit, bona filia, te traditam nuptui, & hodierno vespere sunt celebranda sponsalia. Esto constans, & nullo modo abscedas ab æterno sponso Jesu Christo : abscide tui comam capitis, & illis assigna; subitoque discessit, nec sequentes adverterunt colloquentem. Tali igitur oraculo puncta ingemuit, incedebatque suspirans; intra se alloquens, iterando: Numquam faciam: Potius mori: Utinam possem deserta petere, vel me in aliquo monasterio celare

Iuveni opulento desponsa à parentibus,

à duobus Prædicatoribus sibi apparentibus eo dirigitur,

ubi quid faciendum intelligat;

celare! Christi Confessorem appellat, reique seriem
ASEBAST. CONSESS. EX MS. manifestat. Qui arduum nimis casum existimans, eique plurimum compatiens, dixit: Sancta Catharina Senensis in hoc calu incidit comam: tu, filia, fac similiter, & ora.

16 Vespere tandem sponsi parentela conveniunt; & sponsale cinctorium præferunt *b*. Quibus domi residentibus utriusque affinitatis viris & mulieribus, beata Columba dixit: Vos me spopondistis & vultis me assentire? Quiescite paululum: jam redeo. Et ascendens solarium, incidit comam *c* sui capitis: abscissamque detulit eis dicens: Accipite pompam seculi ac istas vestras vanitates. Ego quidem accepi sponsum, qui non exigit ista: quod autem de me feceritis non curo. Doleo nihilominus de ipso juvene, qui me voluit accipere: porro ipse pœnitentiam luet. Nutu Dei tantæ auctoritatis illius verba fuerunt, quod confusi nec valentes replicare omnes protinus discesserunt. Quanto autem tumultu minis & injuriis à suis affecta fuerit, cum quisque præsumat, narrare non oportet. Ut autem dies illuxit, ne occasionem pluris scandali præberet, ad monasterium proximum S. Scholasticæ *d* declinavit, clamque in ecclesia manebat. Nempe vulgatus erat in civitate suæ constantiæ notabilis actus. Sanctimoniales ipsæ timentes, neque nimii algoris, nivium, & gelu, seu inediæ aut fletus acerbitate commotæ, neglexerunt omnem pietatem: orantem tamen tota die, omni alio refrigerio destitutam, eam dimittunt. Parentes irati circueunt convicinia, eam requirentes. Quæ ut advertit, in domo cujusdam piæ viduæ, ubi pernoctaverat aliquando, se contulit. Sed ut eis innotuit, furentes minis ac verberibus domum redire compellunt, dicentes: Nolumus desistere, velis nolis, accipies maritum. Sæva tandem importunitate fatigati mitigant iras: ipsa vero beata puella redit ad contemplationes suas, & lacrymis ac precibus Jesum Christum invocat suum dulcissimum sponsum; Domine Jesu, ne abjicias me. At cum quasi lassa dormitasset, apparuerunt ei piissimus ipse Pater, scilicet Dominicus, cum S. Catharina Virgine Senensi: qui cum supposuisset lævam capiti ejus, reclinemque exciperet, dulciter eam consolabatur dicens; Filia, ne dubites, quia eris omnino religiosa Soror de Ordine meo: sicque admodum lætam dimisit.

17 Altius prospicientes advertimus, omni tempore perniciosum fuisse resistere Spiritui sancto, ac nefarium directioni divinæ intentare sacrilegium. CAP. XI C Profecto & assertus ille sponsus, in eodem silentio noctis est etiam ipse hanc visionem passus. Nam videbatur ei, quod ipsa Columba, velut ornata sponsa, habens in capite coronam, ingrederetur prætati domum. Qua ingressa corona de capite ruit, sibique videbatur mori. Qui horrore expergefactus est & excitatus à somno, cœpitque phantasiari diutius quid sibi apparitio prognosticaret: invaserat quippe eum terror intensus valde. Mane illico [adiit] quemdam sacræ Theologiæ egregium Professorem; & omnia percunctatus, scitabatur ab eo interpretationem rei. Cumque ipse singula ponderasset; Arbitror, inquit, quod tibi non expedit neque te deceat præsumptuosa temeritate adversari Christo, cujus ipsa pia Virgo profitetur se dedicatam sponsam: profecto & melius omnino facies si desistas. Qui pœnitentia ductus, accessit ad parentes piæ Columbæ, dicens: Nolo pugnare contra Christum: ego abrenuntio omnibus promissis & juramento. Et post paucos dies ivit Romam, unde reversus mortuus est, sed & omnis illius familia in brevi est consequenter extincta. Caput enim mulieris vir, Corona capitis splendor familiæ, quæ ruinâ periit: nec ipse de sua temeritate transivit impunis. Quædam præterea pia soror, quam Pinzocham *e* dicunt, ipsi B. Columbæ affectu charitatis & pietatis solicitudine juncta, vidit eadem nocte duos in habitu Ordinis Prædicatorum: & unus præbebat B. Columbæ scapulare, alius vero quinque panes, inter quos unus teter erat & horribilis valde, reliqui candentes. Ob id præintellexit, quod tandem Religionis habitum consequeretur; & cum alimento cælestis refectionis, tribulationes horribiles pateretur & dolores mortis.

18 Pater nihilominus ad se reversus, meditabatur animi constantiam virtutesque B. Columbæ: & recognoscens digitum Dei, sancto timore corripitur. Namque de cetero statuit eam omnino molestiis non impediri, sed locum seorsum in domo assignavit, ubi prosequi posset devotionem suam; indulsitque ut prædicationibus & sacris officiis (congruis tamen temporibus ac cum piis personis) commode interesset. Mater vero, etsi integritatem divini cultus & devotionem, nec non omnimodam ejus honestatem diuturna prorsus experientia comprobasset; cum tamen affines consanguinei mugitiis *f* trutannicisque verbis, una cum procacibus minis, eam sæpius retunderent, & de diligentia custodiæ insultarent (quia opinabantur speciosam ipsam puellam, tantæ puritatis & simplicis incessus, faciliter posse deludi) tum etiam fortuito periculo aut rerum diserimine suspecta, libentius tradidisset custodiæ maritali, ut se potius à solicitudine absolveret quam satisfaceret pietati. Ceterum quia plurimi lucri ac commodi domi erat, ægre ferebat in parte distractiones mentis, orationis otium, & sancta colloquia. Frustra tamen, quia tibi per omnia obediens, quantumcumque afflicta assiduis laboribus, in omni patientia quæque sibi injuncta diligentius exequebatur. Rigidior erat ille avunculus, qui gravitate fastus ac favore familiæ, nutibus indicebat arguebatque digitis: cui obsequebatur frater ipse, [filius] alterius matris: qui præsumens de viribus, spiritualis vitæ donorumque cælestium incredulus (forte eorum opinioni consentaneus, qui supra culmina tectorum aliam esse vitam cælestem despiciunt) insequebatur illam profanioribus opprobriis, atque sæpius minis dehonestabat & vilipendiis. Multotiens quoque compertum est in via ad ecclesiam S. Dominici eam observasse, vel transeuntem pro sacratissima Communione, vel sanctis officiis aut prædicatione, ut illam gladio debilitaret, etiam cum proposito intentandi mortem. Sed divino præsidio munita atque Angelicâ tutelâ, illico tenebantur eorum oculi, aut horrore repulsi retrocedebant, vel aliter impediti malignitatis suæ frustrabantur effectu. Affirmabatque ipsa pro certo, pluries vidisse supra caput suum propitium custodem S. Dominicum, ejus protectioni expositum & intentum defensioni: & licet sic multipliciter afflicta ac lacessita, æquo animo tamen propter Jesum Christum ejus dilectissimum sponsum omnia etiam patientissime tolerabat & hilariter.

19 Nocentissimus piarum animarum hostis, atrox CAP. XII ille cruentus, innocentiæ beatæ Columbæ callidius obstat; & quod per suggestionem non potuisset alienam, ipsemet nititur prævalere. Nam domi eam invadit, irruit in alapas, & unum dentem excussit: in terram dejecta, Jesum Christum fidenter invocat: fons ipse fugit. Sic etiam ante hoc pluries se ingesserat. Quondam videlicet mater ejus, cum vellet extrahere frumentum ex quodam modio, puella in missa porrigebat, infantulus autem superius dimissus in cuna vagitu matrem redire coëgit: quæ festina ibidem puellam reliquit. Et cum ad quietandum diutius immoraretur, puella tentabat exire. Quæ cum præ altitudine non posset, inpræmeditate dixit. Heri dæmon! Cumque advertisset, prorupit in fletum,

b consanguineis ad sponsalitia collectis,

c rescissam capitis comam exhibet,

d

B atque ad ecclesiam fugit;

unde violenter retractam S. Dominicus apparens solatur.

ultro renuntiat pacta jam sponsæ.

D

e

Pater quoque ipsam dimittit pro arbitrio vivere:

f

E matre non desistente nuptias urgere,

avunculo & fratre etiam plagas parantibus,

sed divinitus semper prohibitis.

F

Hinc rabidus damon eam cadit,

qui alias fortuito invocatus ab ipsa,

A fletum, putans magnum erratum incurriſſe. Deſcendit mater, conſolatur afflictam, reſpondentem, Volo confiteri, volo confiteri. At illa, Quid? Illa narrat: excuſat mater: Nil eſt. Conſolari noluit, quouſque ad pedes Parochiani per convicinam adducta, licet fletu & ſingultu oppreſſa. Hortatur ille: narrat tandem. Subridens Sacerdos dixit: Filia, nil eſt: noli flere. Munita benedictione receſſit. Nocte dæmon eam ſuffocare intentat: puella clamat: mater in brachia ſuſcipit, & Jeſum Chriſtum invocat. Iratus ille alapam ad maxillam impreſſit, & diutius veſtigium omnibus patuit. Poſt aliquos dies dum ſolarium aſcendiſſet, apprehendit per comam & proſtravit, eamque ſuffocare tentabat. Quæ beatiſſimam Dei Matrem invocavit (illico tamen auxilio affuit) nec non domui toti olim advertatur. Namque intempeſta nocte, ſcintillis ac nidore perterritos parentes ſurgere cogebat, quaſi camera Columbæ verteretur in favillam: qui accurrentes intuebantur in tranquillo orationes proſequentem, ibique velut in ſecuriori loco quieſcebant. Itidem denſitate fumi iterato officit totam domum, ac ſi civitas ureretur: parentes deſerunt celerrime cubile, cellulamque Columbæ orantis faciunt refugium.

etiam poſt confeſſionem,

ipſam niſus ſuffocare,

variis domum implet terroribus,

B 20 In tantum miſer ille viluit aliquando, ut ſenſibiliter in forma magni muris variis eam illuſionibus moleſtaret: nunc quidem ſudaria lacerabat & veſtes, ſæpius corroſo fractoque filo Pater-noſtra per cameram diſpergebat, extinguebatque lampadem ne oraret: rurſus panem illi ore deferebat, & nuperrime poma, ut illam importunitate à ſancta meditatione abſolveret, & tentaret de abſtinentia, quæ illi ſuprema fuit. Cui diutius inſiſtenti quandoque ſubridens reſpondit: Per nomen Jeſu inde tranſporta: comedas tu. Finxit quaſi obtemperaſſet, inſidiatur abjectius ſceleratiſſimus. Malefici pro certo & ipſi aſſerunt quod ille immunditiam horreat per naturam, quam tamen per obſtinatam ejus malitiam machinatur explere. Difficilis utique eſt hæc pugna juvenibus, ad quam ſi quis aggredi contendit, lauciatus illico ruit. Vincit hoſtem, qui Deum invocans terga vertit. Namque magnus Antonius eum orationibus impetraſſet videre fornicationis dæmonem juvenibus inſidiantem; ei proſtrato ante eum dixit, Viliſſima ſpecie mihi apparuiſti: te amplius non timebo. Ut igitur virgineam illius puritatem fœdaret, ſanctamque voluntatem detrimento obturbaret atque inclinaret ad malum, non ſemel apparentiis turpioribus & inhoneſtis allicit; nudos videlicet mares fingit & feminas, exercitantes obſcœnas corporis partes ad flagitiorum immunditias, colludenteſque impudicis amplexibus. Et puto variaſſe nutus, nec dicendas circumſtantias præmonſtraſſe, quæ plurimum mulcent mentes hominum. Et cum ſe dæmon decorum juvenem oſtentaſſet, ultro ſe nudum præbuit: Omni, inquit, mei corporis voluptate fruaris. Sponſa Chriſti B. Columba, ira & horrore ſuccenſa, ingeminat ſputa & fugit ad conſueta præſidia, ad orationes ſcilicet & verba & ſtratas ſpinas; corpuſque urebat urtica, ſicque in nomine Jeſu Chriſti ſuperabat hoſtem.

deinde in forma muris ejus preces interturbat,

aſſit obſcœnis ſpeciebus objectis

eam fatigat.

ANNOTATA.

a *Cæſar ait*, columnam *fuiſſe*, cui inſculptus erat Crucifixus.

b *Albertus, ut ſcenam impleat, inducit hic præſentem ſponſum, blandaque ejus verba, ut Columbam alliciat ad conſenſum: ſed abfuiſſe ſatis apparet ex contextu ſequenti.*

c *Idem ait, præciſam tunc comam perveniſſe ad Sorores*

de Pœnitentia in monaſterio S. Agnetis, eo tempore extra muros conſtituti, apud quas religioſe ſervatas ipſemet oſculatus ſit, agnoveritque coloris eſſe inter aureum purpureumque. Addit etiam ante annos non multos (ſcribit autem anno 1650) ex ſuis ſpiritualibus filiabus unam annorum 14, cupidam ſequendi Sorores duas ſub regula Tertiariarum S. Franciſci viventes, in ſimili articulo deprehenſam, idem conſilium ſecutam fuiſſe, ac voti compotem reſciſſo capillo evaſiſſe. A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

d Erat enim, *inquit idem Albertus*, parentum domus contigua monaſterio S. Scholaſticæ, eo ipſo loco, ubi nunc ſtant crates, prætenſæ novo S. Agnetis monaſterio: ſicut ex antiqua traditione haberi teſtatæ mihi ſunt Sor. Maria Coppa Prioriſſa, & Sor. Dorothea Zappa Supprioriſſa.

e Pinzocha, *alias* Pinzochera, *& maſculine etiam* Pinzocherus, *eſt portans habitum alicujus tertii Ordinis, & ſic etiam explicat Cæſar.*

f Mugitius *dici videtur, unde &* Muginari, *ab interno murmure, ſeu ſubmurmuratione, vulgariter* Muggio, *quod etiam mugitum ſignificat:* Truranicus *vero ducitur à* Truranis *id eſt, ſcurris ac vilibus hominibus, de qua voce multa erudite Cangius in Gloſſario.*

CAPUT IV. E

Columbæ profectus, viſiones, extaſes in domo parentum: de futura ejus ſanctitate prophetiæ.

21 GRatia irradiantis ac miſerentis Dei intellectum hominis dirigit, moveturque affectum, & in tantum elevat & extollit, ut multa ſupra naturam ſuam rationale animal operetur & videat, ac interpretetur & cognoſcat, ad noſtrum etiam provectum, ad adſtruendam fidem & ſpiritualem vitam. Beata denique Columba, velut atteſtantur illius ortus & baptiſma, multiplicibus Spiritus ſancti donis promota, cautius ſe munit adverſus inſidias diaboli; exquirit Dei præſidia, armiſque Apoſtoliçis accincta pœnitentiæ rigore contendit. Profecto jam amplius abſtinet, majorique inedia laceſſitos artus attenuabat. Indixerat enim ſibi, ultra ſtationes eccleſiaſticas & jejunia, quinque Quadrageſimas, ut ita dixerim: à die videlicet omnium Sanctorum, ad Nativitatem Domini; à Sepruageſima, ad Paſcha; à Rogationibus in Pentecoſten, hanc Quadrageſimam Apoſtolorum dicunt; à feſto ſanctiſſimæ Trinitatis, ad Octavas Corporis Chriſti; à feſto S. Dominici, uſque ad Aſſumptionem S. Mariæ; & omnibus ſextis feriis ac diebus ſabbati totius anni. Et licet exigui panis ei ſemper fuerit communis uſus, & potus aquæ; intermiſſo tandem pane, immaturis fructibus & acerbis uvis etiam parce veſcebatur: ita ut piæ convicinæ, ſæpe timentes pariter & admirantes, ne extingueretur tanta penuria, ſaporiferis quibuſdam ſubinde allicerent, ut ſaltem pluſculum ſumeret. CAP. XIII.

Ad ulteriora ſe extendens,

quinque Quadrageſimas obſervandas aſſumit,

F

tandem & panis uſum abdicat,

22 Ipſa vero longe avidius ſpiritualis vitæ pabulum exoptat: panem verum, Euchariſtiæ videlicet Sacramentum. Id namque complet vitam cœlibem, atque in via confortat animam & ſuſtentat, gratiam cauſat & auget, ad pugnam excitat & confirmat, dæmones terret & fugat, impedit facinora & delet, puritatem & innocentiam obtinet, & conſervat humilitatem, caſtitatem & ceteras virtutes multiplicat & merita, hominemque præguſtata gloria tandem transformat in Deum. Noſtra igitur Angela, cum Angelorum præguſtaſſet eſcam, terreſtria omnia contempſit, & quaſi dulcedinis faſtigium attigerit anhelat ad cæleſtia, vixque ſibi mortalis naturæ reſervat opportuna. Nimirum cum

Euchariſtiæ deſiderio æſtuans,

apud

A.SEBAST. CONFESS. EX MS.

apud ſuam parochialem *a* eccleſiam die Nativitatis Domini ipſum Altaris ſacrificium ſuſcepiſſet, tanta fuit repleta dulcedine, & dilectione inflammata, quod zelo langueret, idque ſolummodo excogitaret ac meditaretur omnino. Cumque affatim ac uberrime fleret die ac nocte præ illius deſiderio; pius Confeſſor Chriſti ſuus Pater ſpiritualis indulſit pro omni prima Dominica menſis, feſtiſque diebus B. Mariæ.

a *permittitur eam quot menſibus feſtiſque uſurpare:*

23 Flagellabat præterea corpus ſuum flagello ferreo, quod diſciplinam appellant, ex quinque junctis catenulis quotidie, ter ſaltem omni nocte (Patrem [in hoc] prorſus imitabatur ſanctum Dominicum, ſanctamque Matrē Catharinam Senenſem) primo pro ſuis piaculis, pro peccatoribus ſuperviventibus ſecundo, poſtremo pro fidelibus defunctis in purgatorio. Ardebat procul dubio caritate proximi, multumque compatiebatur delinquentibus. Inſtitit non modicum, & apud ſuum Patrem ſpiritualem Chriſti confeſſorē obtinuit, balteum *b* ferreum, cinctorium ſcilicet rigidum, quatuor digitorum latitudinis, quo virgineos renes ſuos accinxit: ſemperque hujuſmodi pertulit; in quod quaſi ſquammas ex livore & ſanguine diuturnitate demum impreſſit, ac carnibus incalluit: nec minus ſuper nudo cilicina veſte tegebatur. Orabat denique prolixius, ſanctiſque meditationibus devotius intenta, frequenter mente ac ſpiritu rapta, ſuſpenſis ſenſuum exteriorum actibus, ac ſtupito corpore quaſi lapis reddebatur immobilis. Noctes fere ducebat inſomnes, niſi paululum dormitaſſet. Conſolabantur eam Sanctorum colloquia, ac viſionibus cæleſtibus inſtruebatur. Exercitia commodi, & obſequia familiæ, lenis ac manſueta, parentibus ſubjecta, gaudenter explebat. Ad omnes mitis & placida, pias aures ſpiritualibus, dictis accommodabat, corde læto inhiabat: ore ſalubria verba proferens, ac ſacra dicta conruminans, Deum per omnia laudabat.

ter quavis nocte ſe flagellat,

b *ferreum cingulum induit;*

B

orationi noctes inſomnes impendit,

dies labori.

CAP. XIV

24 Elevantes in Deum puras mentes cum lacrymis & munditia, terrenis contemptis, cogitationumque fugata caligine, gratias conſequuntur, atq; divina myſteria dulciter contemplantur. Sponſa Chriſti B. Columba in ſuis continuatis precibus plures habuit viſiones Dei. Vidit autem eo tempore nudari ſe à quodam ſeculari, deinde extra Reate per latam viam duci uſque ad aquas cujuſdam fluvii, ultra quem erat deſertum: inde reſonabant dulciſſimi cantus & melodia. Illico apparuerunt tres religionis ac ſanctimoniæ approbatiſſimi Fundatores; ſceptriger ille monaſticæ diſciplinæ Cœnobitarum, pięclariſſimus Pater ſanctus videlicet Benedictus; medius erat Mendicantium Princeps, egregius ipſe doctor & virgo, cum liliis ac codice & habitu candenti, magnus Pater S. Dominicus; tertius erat pauper ſtigmaticus, pœnitens & humilis, norma Fratrum Minorum, Seraphicus Pater S. Franciſcus. Eorum placido intuitu blandita, afficiebatur plurimum, quaſi alteram ex tribus eligendam ſingulorum nutibus illi ſuggerat Spiritus ſanctus, eorumque trium ſanctitatem vel aliquo modo imitaturam oſtendat. Nimirum candidum potius ſpectat alba Columba, quæ jam ad innocentiam Stelliferi *c* oculum fixerat, puritatemque intuebatur & doctrinam. Alloquitur eam ſponſor ipſe ſanctiſſimus, & ſublevat brachia: Iſte eſt, inquit habitus tuæ ſaluti opportunus: congeminanſque amplexus & frontis oſcula, ſub cappa ſanctæ mortificationis tegit: ubi tantam mirifici odoris fragrantiam hauſit, quod nec uſque ad ejus obitum defecit. Et dixit ei: Hoc deſertum via eſt Sanctorum Patrum, quos ſequeris. Nos jam pro certo ſcimus & dicemus poſterius, quoniam relictis omnibus & dimiſſa patria, ductu Spiritus ſancti attentato congreſſu, ipſa maximum fecerit virtutis periculum; latamque viam, uſque ſcilicet ad Tiberinam aquam, ſua ſtrenua probitate ſincero calle cucurrit: citra aquam vero viſis ſanctimoniæ Regulis, ſub tutelâ divi Dominici, ad paſcua doctrinæ, per montana Peruſiæ, arduo itinere, referta ſanctitatis odore, cum ſuis ſanctis Patribus cæleſtia conſcendit, & felici potitur gloria.

C

videt tres Ordinum Fundatores,

c *ex quibus Dominicus ſuo eam habitu tegit.*

D

25 Circa feſtum Nativitatis Domini, ut ad contemplationem tantæ ſolennitatis devotius excitaretur, [quod] mente conceperat, ſenſu optat experiri. Rogat igitur Patrem Chriſti confeſſorem, ut de lino vel ſaltem de cera ſibi figuret bovem & aſinum, ut ſupra ſuum altare, quod ipſa præornaverat, myſterium illud eadem nocte repræſentaret. Ipſe præoccupatus diſtulit: pia vero Columba ſacratiſſimæ noctis celebrat excubias, & quo poterat profundius meditabatur caritatem Dei ſuper ſalutem generis humani. Omnium autem parvulorum beatiſſimus infantulus Dominus Jeſus Chriſtus in præſepio ei viſibiliter apparuit: quem genuflexi adorabant glorioſa mater virgo Maria & Joſeph, medium inter bovem & aſinum, tribus Angelis cantantibus Gloria in excelſis Deo. Mane Chriſti Confeſſori ſe excuſanti ſubridens reſpondit: Habeo gratias, profecto hac nocte maxima ſpiritualis jucunditatis gaudia conſecuta ſum. Plane futurum erat ut in ſolo Chriſti corpore omnis ſua di[illegible]iſſima refectio penderet. Die vero Epiphaniæ, cum prædictus Confeſſor diluculo aperiret eccleſiam, vidit magni ſplendoris globum de cælo ſupra domum ipſius Columbæ deſcendiſſe: accedentem eam ex more mane ad Confeſſionem diligenter percunctatur, ſi quid circa auroram vidiſſet in camera. Quæ reſpondit: Pater, ego tota hac nocte vigil rogaveram dulciſſimum magiſtrum meum, ut me dignam faceret videre illam ſtellam, quæ ab Oriente uſque Bethlehem ſanctos Magos conduxit: & quidem me genuflexâ ac menti intentâ, quaſi tactu quis excitaſſet, vidi ſtellam ſplendidam omnem domum meam irradiantem, quæ ut diſparuit domi fragrantiam reliquit. Felix Virgo jam regales gentium primitias concomitatur, latriam condignam exhibere Chriſto. Nunc melius intelligo Hieronymum ad Paulam illuſtrem: Ad præſepe quoque, ô Paula, inquit, te teſte nato puero multitudinem Angelorum, inter crepundia novi partus & querelas neſcii ploratus, gloria in excelſis Deo cantantem, ac radiantem ſtellam vidiſti: Magos præterea viſione beatis oculis inſpexiſti, & cum eiſdem Deum puerum in præſepio adoraſti.

Natalis Domini ſpecies ei objicitur,

& nocte Epiphaniæ aſpectu ſtellæ dignatur.

E

F

CAP. XV

26 Liquet, piiſſimi Patres, B. Columbæ fervens devotio, & ad ſuum æternum Sponſum caritatis immenſus affectus. Profecto cum circa Paſſionem Domini Jeſu Chriſti ſuæ meditationis feciſſet exordium, ut devenit ad id quod ſanctus & innocens Dei filius pro noſtra ſalute, quaſi maleficus ac ſceleratus, impiorum manibus, in terga verſis brachiis, ad columnam crudeliter flagellabatur; nimio dolore confixa, compaſſionis affectum incepit explicare flagello ſuo conſueto. Et cum ſe prolixius flagellaſſet, terraque virgineo cruore ſubſudaret; mater illius poſt ſomnum excitata ſtrepitu, exarſit in fletum: & accurrens ad oſtium cellulæ, clamabat: Filia, quid facis? Quare vis te interficere? Ipſa vero abſorpta, & petræ Chriſto juncta, non reſpondebat omnino. Sed cum fere noctem aurora terminaſſet, apparuit ei Angelus

Chriſtum flagellatum contemplata.

A Angelus Domini, præferens illi veluti pulchrum tabernaculum, in quo oſtentabat unam animam, & dixit: Videas, Columba, quam pulchra eſt hæc anima: perſevera, quia & tu ſic eris. Eamque ſemimortuam blande conſolabatur, ac ſatis refecit. Ceterum & alias cum Miſſa celebraretur, apparuit ei ſupra calicem Dominus noſter Jeſus Chriſtus, affixus cruci, latere aperto, coronatus ſpinis, ac totus livore perfuſus: quem cum fuiſſet intuita, pietate compaſſa ruit in terram, quaſi mortua agoniam protrahens: & cum diutius moraretur, tandem Chriſti Confeſſori dixit: Pater, orate pro me: opinor utique, ſi amplius ſic videro, dolore transfixa omnino deficiam.

intuetur ſpeciem beatæ animæ,

& Chriſtum crucifixum ſub Miſſa.

27 Elevabatur præterea ſæpius mente à Domino Deo, ad ſupernaturalia à ſenſibus abſtracta. Hujuſmodi autem mentis raptum, extaſim ſive exceſſum ignorabat mater ejus. Cum igitur primo eam ſupra ſuum parvum altare inveniſſet procumbentem quaſi dormiret, atque ſublevare intentaret; illa quaſi mortua ruit in terram protenſa. Mater vociferatur, & velut exanimem lamentabatur: convicinæ ſuccurrunt, omnes Chriſti Confeſſorem inſulſum culpant, & reclamant ad conventum, ac ſi rigore pœnitentiæ atque inedia periiſſet; illique à ſuis magni nocumenti periculum fuit: ſed ſalutaris perſeverantia Confeſſorem Chriſti reddit innoxium, & divina virtus oſtenditur. Nam etſi conſilio manuum ſuarum operaretur aſſidua, non tamen à Dei contemplatione ceſſabat: quin imo ſi exorſas texeret telas, firmatis manibus ſupra telario in extaſi facta, perplures aliquando horas reddebatur immobilis. Stupebant convicinæ omnes, & admirabantur quod nullo modo moveretur, quaſi converſa fuiſſet in lapidem. Similiter ſi ſuat aut net ſive interloquatur, ſpiritualia profert & elevatur ad cæleſtia. Referunt denique pro certo, illam domi relictam ad cuſtodiam infantis, & [juſſam] ſubminiſtrare igni ligna ſub lebete lixivii, ſpiritu raptam ſuper faciem ignis corruiſſe. Nimius autem vagitus infantis quamdam convicinam coëgit accurrere, quæ dum ſic Columbam intueretur, putavit extinctam. Illico acclamat matrem, ſimul ipſam relevant, incolumen tamen ac illæſam omnino.

Reperta in extaſi

B *mortua creditur,*

ſimilia patitur inter operandum.

etiam illæſa ſuper ignē.

28 Contigit quamdam matronam improbe compellere matrem ipſius Columbæ pro expeditione telæ ſuæ: quamobrem mater urget illam, & aſtringit etiam importune, atque improperatur. Tu, inquit, maritum contempſiſti, utilitatem domus negligis, & pro tuo arbitrio jam vacas. Filia, oportet operari dico. Quæ omnino tacuit. Interim viſione Dominum contuetur tranſeuntem per viam, qui converſus ad eam dixit: Columba, ſequere me. Inde hilaris ac jucunda, ad ſenſus reſtituta, humiliter matrem alloquitur. Mea mater, abſque dubietate expedit magis Jeſu Chriſto obedire quam patri aut matri: rogo patienter feras. Illum utique ſequar, quem procul dubio ſuper omnia diligo. Nolis obſecro (coacta dico) non ſis infeſta Jeſu Chriſto. Nequaquam decet tanta ſolicitudine uti pro iſtis terrenis & caducis: ſed oportet præferamus factum animæ & opus æternæ vitæ. Felix virgo Chriſti [quod] non tantum propriam genitricem, quantum convicinas & puellas, quas ſalutaris eloquii dulcedine attrahebat, frequenti inſtructione commonefaceret, ſeque omnibus bonorum operum exemplum præbuit.

C *ideo reprehenſam à matre ſolatur Chriſtus.*

CAP. XVI 29 Inflammant ad caritatem Dei exempla Sanctorum, tamquam carbones deſolatorii, qui per applicationem ſibi ac proximis vaſtant affectum carnis & hujus ſeculi; & dum alter fervore alterius in-

cenditur, in viam ſalutis cautius proficiunt atque ſanctius inſtruuntur. Ab Occidente namque, de Hiſpania videlicet, quidam ſpiritualis devotuſque dominus Epiſcopus, Dei ſervus optimus, perinde Reate venit *d* ut Chriſti Virginem, quam revelatione Spiritus ſancti mente præcognoverat, coram quoque corporeis oculis intueretur; qui Cathedralem eccleſiam ingreſſus, prudenter de ipſa ſciſcitabatur. At dum commodius quo poterat inveſtigaſſet, quaſdam puellas non minus nobiles quam morigeratas ſancte alloquitur ipſe bonus Dominus, ſed non acquieſcit. Quin imo nocte ad pium Deum orationibus inſtantius pulſat, ut, quam plurimum oprat, ei clementius manifeſtet. Mane igitur eccleſiam ipſam ingreſſus, ſtellam mirabilis *e* ſplendoris ſenſibiliter ſpectat, quæ ſupra caput B. Columbæ orantis erat. Qui nimio gaudio admodum lætus, recte verſus ſtellam dirigit greſſus. Sed dum fere attingit Chriſti Virginem, tanti viri præſentia expaveſcit illa. Amita vero ipſius illico aſſurgit, illique flexa obviat, & quid exploret interrogat. Bonus Dominus; Volo, inquit, loqui verba Dei cum hac puella. Quæ reverenter & urbane annuunt, & puellam ſeorſum in unum ex ſacellis eccleſiæ adducunt; aſtantque. Qui (ut tantum virum decuit) ſermonem gravitate verborum ac ſententiarum profunditate compendioſum cum peroraſſet, mitius ac blande B. Columbam de multis interrogat, & examinat diligenter, de voluntate & affectu, de cultu orationis & ritu pœnitentiæ, de moribus & vitæ progreſſu. Cui Virgo humiliter reſpondit ad ſingula, affirmans ſe velle ſervire Domino Jeſu Chriſto, ſuo ſponſo dulciſſimo, & Habitum ſanctæ religionis ex deſiderio ſumere, atque ſacratiſſimam Communionem optare ſæpius frequentare. Ad perſeverantiam hortatur bonus Dominus ancillam Chriſti; Et ſcito, ait, pro certo nec dubites, bona filia, Quoniam conſequeris omnino quæcumque deſiderat anima tua. Indulſitque ei ut etiam quotidie veſci poſſet ac refici Angelico pane, ſibi ipſi reſervans onus cujuſcumque ſcrupuli. Poſtmodum Pſalmum, Qui habitat in adjutorio Altiſſimi, in propriam ejus orationem delegavit; crucellamque [dedit] argenteam, ſacris Reliquiis refertam, quam ipſa uſque ad pium obitum ſupra ſe tulit: poſtremo Pontificali benedictione inſignitam reliquit. Ultimo ſurgens aſtantibus dixit: Si puella hæc opportunum ſpiritualem Patrem habuerit, ſaltem circa viginti quinque ſuæ ætatis annos, multum proficiet & magni fructus erit. Quam verbi Dei ſancta & opima refectione ſaginatam, contraque diabolicos inſultus & hominum moleſtias plurimum relevatam dimiſit & inſtructam.

ÆLRED. ABBAS CONFESS. EX MS. *Hiſpanus quidam Epiſcopus,*

viſenda Columbæ canſa Reate advectus,

E

eam ex ſtella ſuperne apparente cognoſcit.

F

30 Amplius Magiſter quidam Prædicatorum Ordinis, de beatis Fratribus ac Sororibus ejuſdem Ordinis prædicaverat: ad quem commode B. Columba cum tribus *f* coævis puellis acceſſit, requirentes ſi omnes urbes habent aliquam Beatam præter Reate. Qui viſa earum columbina ſimplicitate, ſubridens reſpondit, Faciatis unam ex vobis, quæ neglecto contemptoque mundo totum cor in Deo conſtituat, illique ſoli placere ſtudeat, & Beata erit. Mirabilis Deus, qui etiam ſervos ſuos indiciis quibuſdam & ſignis præmonſtrat & attollit. Domi conveniunt, ut ex ipſis unam eligant, quam Beatam laudent: ſcrutantur ac diſcutiunt: quælibet quamlibet hortatur: reliquæ ſe excuſantes renuntiant, conveniunt in Columbam: quam omnes unanimiter eligunt, neque renitentem, ſed humiliter ſe ingerentem, ac dicentem, Orate pro me, ut ſim digna ancilla Dei. Et confeſtim ad præfatum Prædicatorem alacres redeuntes, & lætæ dixerunt

Cuidam de Beatis Sororibus concionato,

f

offertur a ſodalibus ut talis futura.

runt patri; Elegimus Columbam, ut ipſa ſit Beata.
A.SEBAST. CONFESS. EX MS. Qui non parum admirans, & quod ex improviſo dixerat corde conferens, electionem ipſarum piam laudavit, atque ſigno Crucis approbavit. Simile prorſus habetur de S. Franciſco *g*, qui adoleſcens cum
g una cum pluribus à Perusinis captus, & diro fuiſſet carceri mancipatus; dolentibus aliis, hic ſolus exultavit: & redargutus ſuper hoc à concaptivis, reſpondit: Ideo me exultare noveritis, quia adhuc Sanctus per totum ſeculum adorabor.

ANNOTATA.

a S. Donati *eam fuiſſe, ait Cæſar.*

b *Idem appellat* duos circulos ferreos: *quod infra confirmatur num.* 102.

c *Pingitur ſcilicet* S. Dominicus *cum ſtella in fronte.*

d *Albertus veroſimilius eſſe putat, quod venerit cauſa Iubilæi, ad vigeſimum quintum annum reducti à Sixto IV anno* 1475: *ſed tunc ſolum octennis fuiſſet Columba, cui (ut vidimus num.* 22) *poſt repudiatas nuptias annos pubertatis ingreſſæ, Confeſſarius poteſtatem fecit, quot*
B *menſibus ſemel & inſuper feſtis communicandi; hic vero Epiſcopus, de ea raritate querenti, quotidianæ Communionis poteſtatem, ut mox dicitur, fecit. Agebatur ergo ut minimum* 80 *annus iſtius ſeculi, cum hæc res accidit. Baleſtra in hoc Albertum ſecutus, ordinem hiſtoriæ immutavit, nec advertit animum ad id quod dixi de Communione.*

e *Sic S. Ianuarius, inquit idem Albertus, ex vertice S. Soſii flammam aſcendentem conſpexit, de quâ in illorum Actis apud Surium.* 23 *Septembris num.* 2.

f *Idem hoc refert quaſi in pueritia Beatæ actum ex Ambroſio Taëgio, ſed nihil vetat quindennem fuiſſe.*

g *Habemus plures* S. Franciſci *Mss. vitas, ea quam S. Bonaventura collegit antiquiores; in illarum ergo aliqua ad* 4 *Octobris inveniendum confido, quod iſte omiſit & hic narratur. Cæſar addit, quod ſimili modo* S. Philippus Nerius, *uti videbimus ad* 26 *Maji, prænuntiaverit ſuum caput poſt mortem argento obtegendum, ſicut & factum eſt.*

CAPUT V.

Fames Euchariſtica Columbæ, variis miraculis expleta & honorata: raptus ad loca ſacra, ſuſceptio Habitus.

C

CAP. XVII 31 PRæſtantiſſimum corpus Chriſti, ſalutare viaticum pauperum peregrinantium ad patriam æternæ felicitatis, B. Columba amplius affectabat, jamque ardentius expoſtulat. Ob id ſummopere ſacris Sacerdotibus deferebat, illoſque devote venerabatur, ac proſequebatur humiliter, nec non & ſe ipſam ſincera ſimplicitate omnino credebat. Suum itaque Patrem Sacerdotem lacrymis aſtringit. Deus autem indulget & aſpirat, quod jam ſingulis diebus feſtis obtinet, facitque proventum contra affinium inſidias & detractiones. Nam amita, ſanctitatem quidem Virginis approbans, ſtatutis diebus mane ad laris feneſtram B. Columbam egredientem obſervabat, eamque ad eccleſiam ſubſequebatur, & Sacerdotis diligentia ſacris expletis mature redibant. Flagitioſus hoſtis molitur inſidias: & facta effigie opimi juvenis & honeſti: obviam [ei veniens] verbis blandis ſuadere nititur, fore ſalubrius tantæ pœnitentiæ mitigato rigore communibus veſci & uti vino, ne videlicet reatum proprii homicidii incurriſſet. Cumque reſpondiſſet; non ut ſe extingueret abſtinuiſſe, ſed ut reprimeret carnem ac ſubjugaret ſpiritui; ſub-

Permiſſa feſtis omnibus communicare,

confundit dæmonem id diſſuadentem,

inſulit Virgo, Cuncta ſumit qui Deo reficitur, quoniam in illo omnia continentur. Malignus replicat. Non eſt, inquit, ut tu opinaris: neque ipſa Communio continet veluti ſentis, cum ſit farina & panis, quod etiam conſumitur, ut advertis. Illudenti pluribus mendaciis, tandem Chriſti Virgo objecit de rubo Moyſi, qui cum videretur uri, illæſus tamen & incombuſtus minime defecit. Illico repercuſſus dæmon evanuit. Quem ut advertens cognovit B. Columba, Jeſum Chriſtum ſuum dilectiſſimum ſponſum invocavit, & ſe ſigno ſanctæ Crucis confeſtim munivit. Repente multitudo maxima Crucifixorum illi affuit, quaſi ſtabilitam ſibi credulitatem portenderent & conſtantiam. Inde feſtum *a* decem millium
a Martyrum crucifixorum devotius coluit & venerabatur. Mane vero in Miſſa vidit ſupra calicem Jeſum Chriſtum in Cruce pendentē, cujus objectu æſtuans ac dulciſſimis lacrymis profuſis, Communione ſancta maxime conſolatur. Ille vero indignus atroxque nocte præfatam amitam ejus invadit, ac improperoſe inſultat. Ut quid te intromittis de Columba, quæ ſtulta eſt & fatua, vacatiſque ſuperſtitionibus & ritui inconſulto? Pluribus inde mendaciis objectis & minis adjunctis, multitudo dæmonum ſuperveniens, os illius retorſerunt ad aurem, ſtupidamque dimittunt & invalidam e ita ut jam Virginem aſſociare nequeat aut moveri.

& animatur aſpectu crucifixorum:

ipſiuſque Chriſti ſupra calicem

illæ vero in ejus amitam effundit calicem.

32 Circa vero crepuſculum matutinum duo ſplendidi Fratres & una Soror veneranda adſunt ancillæ Chriſti, dicentes: Columba, hora eſt ut communiceris. Quæ alacris & feſtina ſequitur Fratres una cum Sorore præfata, apertamque eccleſiam ingreſſi, ipſa flexit ante majus altare. Sacerdos autem cum Acolythis præaccepta clavi Sacramenti ſervatoque more, ipſam Chriſti ancillam Communicavit, ac conſueto ritu eſt reverſa domum. Cum autem illuxiſſet dies & eſſet tranſacta hora, ſpiritualis Pater cui confitebatur, dubius impedimenti, accerſivit eam, requirens cur Communionem neglexerit. Quæ, Pater, inquit, vos communicaſtis me mane ad majus altare. Nam & claves Sacramenti illo loco poſuiſtis: neque ibidem reperietis Sacramentum, quia mihi contuliſtis. Ille obſtupuit vehementer. Et cum diligenter inſpexiſſet, invenit ut ipſa prædixerat. Si autem ſpiritu tantummodo aut corporali etiam præſentia, hic non diffinio. Nam habetur de S. Ambroſio, quod Mediolani in Miſſa *b* obdormiens, obe-
F h cutus fuerit in diſtans exequiis S. Martini. Et ſimilia multa de ſancto Nicolao. Rurſus equidem, commodi [non] neſcia beata puella, Euchariſtiæ optat Sacramentum: ſed undique perplexa reſpectibus conatur differre, ne quaſi importuna, omnibus videretur infeſta. Cathedralem eccleſiam ſibi facit refugium, & ad tabernaculum Sacramenti recurrit: illud fixis oculis intuetur, caritate languet, genas lacrymis rigat, dulciſſimum Jeſum Chriſtum invocat, ac reſici precatur ne deficiat. Confeſtim quædam candida nubes egreditur de tabernaculo, gradiens uſque ad portam & regrediens pluries: tandem ipſam Chriſti ancillam occupat, & ſtillicidiis reſpergit, ac ſuper brachia ejus quaſi unus infantulus apparuit, quem reverſum in Hoſtiam devotiſſime ſumpſit, inenarrabilem ſpiritus aſſecuta dulcedinem. Sic etiam madefacta remanſit, ut interrogaretur à pluribus, ſi aſcendiſſet è fluvio: ipſa [vero] tacebat.

Noctu ad communionem deſuēta à Sanctis,

ipſam à Confeſſario accepiſſe credit,

ſignisque probat:

alias Ieſum ultra ad ſe venientem excipit.

CAP. XVIII 33 Exuberat ancilla Chriſti ſpirituali dulcedine in refectione ſancta, & quanto magis à ſeculo premitur, tanto potius cæleſtia augentur. Mater nempe ipſius ad parochialem eccleſiam jam ſecum ducebat. Quæ inde aliquando prudenter aſſurgens, per ſuum ſpiritualem Patrem in baſilica divi Dominici, ex oppo-

A oppoſito proxima, quaſi ſurripuiſſet, communicabatur. Quondam dum ſic illuc pergit, præfatus Pater ad proximam ipſam eccleſiam celebraturus feſtinabat: illique ipſa obvia, dixit: Deus indulgeat, ac pertranſiens petiit Eccleſiam Cathedralem, atque imaginem S. Mariæ lacrymis appellat precaturque ſingultibus. Cum autem ſic diutius oraſſet, quidam veluti Sacerdos ſibi apparuit, præferens Sacramentum, eamque plene refecit. Dum autem præfatus Pater celebraret, ut pervenit ad Communionem, una trium partium deficiebat. Qui, quomodo defuerit ignorans, eſt amare compunctus, ne forte per incuriam nefas incurriſſet. Verum ut etiam ſui excuſationem pariter interponeret (non enim bene nuntium præintellexerat) B. Columbæ expoſuit. Quæ, Ne, inquit, Pater, triſteris: ego ſum communicata in majori eccleſia: Nam quidam pulcher Sacerdos mihi gratiam impendit, & optime ſatisfecit. Qui illico congaudens dixit: Lætor jam de eo quod accidit, longe à dubietate percipio, qualiter Dominus te participem meæ Communionis fecit.

& partem ex ſacrificio alibi celebrato.

Ab Angelis ad communionem ducitur.

34 Rurſus contigit eam præfato ſpirituali Patre privari: quæ ad ſuum parochialem Sacerdotem, maturæ ætatis virum ac devotum Deo, recurrit: cui confitebatur communicabaturque ab eo. Qui cùm B in feſto S. Joannis Baptiſtæ opportune teneretur exire, notum voluit haberi B. Columbæ, ut forte abſtineret ipſa die. Replicat humiliter ancilla Chriſti: ſed inſtantius rogat, ne tanto die ſuo dulciſſimo ſponſo privaretur, quia ſaltem diluculo poſſet prævenire: quod venerandus Sacerdos annuit, & ſummo mane præſtolatur ipſe, clavelque eccleſiæ ſupra poſuerat altari. Et dum ipſa efflagitat ſociam, nuntius urget quod velit venire. Quæ cum pauliſper diſtuliſſet, tandem incedebat ſola: ſed comitatus Angelicus vallabat eam uſque ad altare. Et cum fuiſſet communicata, diſceſſit ipſa repente. Ut autem Sacerdos advertit quod claves adhuc erant ſuper altare, expavit ſtupore, & quomodo quove tetendiſſet ignorabat omnino. Qui cum diligentius obſervaſſet, tandem in majori eccleſia in medio Sororum de pœnitentia B. Dominici eam invenit. Sicque Patri Sacerdoti, Angelorum evidenti miniſterio ſe ductam & eductam fuiſſe, ſecreto revelavit.

Diebus quinque alienata à ſenſibus,

35 Non eſt prætereundum, quod etiam mirabiliter utique factum eſt. Nam ſponſa Chriſti, cum diutius anxie deſideraſſet contueri ſancta loca & Hieruſalem, & utinam Deus indulſiſſet, ardenter concupiſceret; rapitur ſpiritu, ac per quinque dies quaſi eſſet exanimis omnino immobilis redditur; ita ut parentes jam eam flerent velut mortuam. Quamobrem advocant medicos: qui non invenientes cordis pulſum, inter ſe differebant: unus tandem ſupra caput palpans, judicavit eam viventem. Elapſis diebus quinque cum rediſſet ad actus ſenſuum, genitor aſſiſtens hortabatur illam ut reficeretur cibo: quam recuſantem aſtringit præcepto, eique porrigit duo ova ſorbilia. Quæ mandato annuens, inquit patri, Sumatis vos unum, aliud porrigatis mihi. Qui ſtatim fecit. Cum vero alterum pro ipſa fregiſſent, invenerunt vacuum. Illis ſtupentibus Beata Columba ſubridens dixit: Non expedit tentare Deum. Et confeſtim omnibus qui aderant audientibus, vox terribilis deſuper intonuit, dicens: Non ſit tibi cura de ea: mea eſt. Ipſa poſtmodum ſponſa Chriſti apud ſuos ſacros Patres noluit haberi occultum, qualiter ſub eo tempore Hieruſalem fuiſſet, ſacraque loca perluſtraſſet *c*. De peregrinagio autem & ſingulis quibuſlibet ita diſtincte expoſuit, quemadmodum eſt, & velut ii qui corporaliter circuierunt pariter affirmant.

C

cum ſibi eſſet reſtituta,

fatetur viſa Hieroſolymis loca Sancta.

c

36 Arbitror non minus admiratione dignum quod & ſacratiſſimam imaginem illam Jeſu Chriſti crucifixi, Neapoli in ſumma veneratione habitam, fuerat intuita ſimiliter, quæ (ut pro certo habetur) S. Thomæ Aquinati reſpondit, Bene ſcripſiſti de me Thoma &c. *d* Profecto dum unus ex ſuis ſpiritualibus Patribus, qui eamdem diligenter inſpexerat devotionis cauſa, verbum de ipſa exordiretur; ſtatim ipſa prorumpens, Vidi, inquit, & ſimilis eſt illi, licet minor; indice ſignans ipſam pervetuſtam, quam ſeculis pluribus venerantur, jam ſupra majus altare patentem, quam objectam devotius ſpeculabatur, ad quam flexa libenter orabat.

A. SEBAST. CONFRSS. EX MS. *Simili modo vidit Crucifixum, S. Thomæ Neapoli locutum*

d

37 Requirebat inſtantius ſub eo tempore Chriſti Virgo Columba Habitum pœnitentiæ B. Dominici, lacrymis & gemitu, apud dilectiſſimum ſponſum Jeſum Chriſtum; matrem Dei interpellabat & omnes Sanctos, Patremque Magiſtrum & Sorores importune ſupplicabat: jam enim annum decimum nonum ſuæ ætatis expleverat. Cui devote domi meditanti illuxit magnus ipſe Pater S. Dominicus, quem comitabantur ſacri Virgines & Doctores S. Petrus Martyr, S. Thomas Aquinas, S. Vincentius, atque diva Virgo Catharina Senenſis, quos ſemper devotius invocaverat: qui blande conſolabantur ancillam Chriſti, illique denuntiant, inveniſſe gratiam apud æternum ſponſum ejus dilectiſſimum Jeſum Chriſtum, ac beatiſſimam ejus matrem Mariam, placitamque cæleſtibus Angelis & omnibus Sanctis, eamque ſanctæ religionis Habitum quantocius conſecuturam. Id circo, [inquiebant] qui plus tibi reſtiterant, ſumptibus propriis opportuna procurabunt: Sicque eam munitam conſtantiâ reddunt. Quo oraculo lætificata plurimum, ſe ad altiora ſuccingit. Plane quadrageſimali tempore adveniente, frugalibus etiam abdicatis & neglectis, quotidianum dumtaxat ſuperſubſtantialem panem noſtrum, qui animæ ſubſtantiam vere fulcit, apud ſuum ſpiritualem Patrem obnixe exigit, juxta Avi noſtri *e* doctrinam, beatiſſimi videlicet Auguſtini: Accipe, inquit, quotidie, quod quotidie tibi profit: ſic tamen vive, quod quotidie mereari accipere. Sed venerandus Sacerdos ambiguus plurimum hæſitat, propter detrahentium linguas non parum timidus: precibus nihilominus & lacrymis ipſa prævaluit.

CAP. XIX *Anno æt. 19 certificata à S. Dominico*

quod eſſet ad Habitum recipienda,

E

ſtatuit integram Quadrageſimam agere

e

cum ſola quotidiana communione:

38 Dum autem pia devotio ſancte ſuccedit, antiquus hoſtis inſidiatur multis modis. Patitur à ſuis, ab avunculo præcipue & fratre: ob id turum ſibi refugium facit Dominum Jeſum Chriſtum ſancta Virgo. Inſuper quidam convivis, ut advertit eam communicari quotidie, callide obſervabat, ſi (ut ſuſpicabatur) querelam *f* objiceret. Cumque multis diebus importune tentaſſet, probitatem tandem & virtutem ancillæ ſuæ Dominus Jeſus hoc ſigno voluit illi miſericorditer patefacere. Quadam namque vice, dum ipſa pro ſancta Communione genua flexiſſet, flammeus radius & ignitus à ſuperis deſcendens, ſtetit rutilans ſupra caput ejus: qui videns obſtupuit, eamque ſemper inde in veneratione habuit. Ipſi vero maligni ſpiritus, quod per alios nequeunt, per ſe intentant, ſi forte deſiſtat. Fingunt quidem varias formas, & ſe viſibiliter ingerunt, turpibus actibus & inhoneſtis pulſant mentem Virginis: collidere contendunt: nunc pia, ut nuperrime ſceleſta, præſentant: ſuccurrunt velut modo Angeli, non quaſi religionis Prædicatorum Sancti: [nunc] velut Crucifixus adeſt celeriter: noviſſime videbantur Jeſus cum Apoſtolis. Sed omnium inſpector Dominus Jeſus Chriſtus radio ſupernæ lucis detegebat, dilectamque ſuam ſponſam commonebat. Qui cum non prævaluiſſent frementes, proſtratam trahebant per comam, inſultantes illi. Verumtamen in ſpe & ſilentio tolerabat patien-

ideo multa patiens.

F

f

igne cælitus dimiſſo honoratur,

diſturbare eam fruſtra nitente dæmone:

A.SEBAST. CONFESS. EX MS.

ter pia Virgo, occultumque fieri voluit etiam apud parentes.

ac tandem avunculo annuente,

39 Poſt ingruentes denique tenebras vexilla Regis prodeunt, & hoſtes vertuntur in fugam, ac poſt pugnam victrix pervenit ad palmam. Nempe Dominica in Paſſione avunculus ibidem accerſit Columbam, eruditumque fingit ſermonem, quo civilem extolleret ſecularemque vitam, Religioſorum vero ritum pluribus inductionibus exprobaret, ita ut gravitate dicendi evidentiam feciſſe arbitraretur. Sed B. Columba ſolutis objectionibus potiora concludit, quæ etſi difficillima, præſtant tamen quæ religionis & ſunt optima. Qui ſancti propoſiti ejus firmitatem approbans, ultimo aſſentit: atque de ſua mercatoria apotheca, inſtitor ipſe, tunicam & pallium omniaque opportuna de propriis liberaliter contulit. O quantam lætitiam, bone Deus, quantumque gaudium! Preſſuras omnes oblivione delet, corde hymnizat pia puella, laudat Jeſum electa ſponſa, atque de tegmine religioſæ militiæ ancilla benedicit Dominum, omnibuſque congaudet. Dominica *g* igitur Olivarum palmam pacis ac victoriæ ſuſcipit & lætitiam ſancti Habitus: Dei utique providentia omni prorſus contrarietate devicta. Ipſa die apud Eccleſiam Divi Dominici, magno conventu ac ſpectaculo facto hominum utriuſque ſexus & infantium cum cereis accenſis, ipſis Fratribus & Sororibus præfatis ſolenniter Spiritum Deum invocantibus, per manus venerandi Prioris Conventus ipſarumque Sororum Magiſtri *h*, una cum ipſo ſpirituali patre & Prioriſſa, B. Columba fuit induta Habitum de pœnitentia B. Dominici, ad laudem Jeſu Chriſti, parentibus aſtantibus ceteriſque ſuis, concurrente populi multitudine & religioſorum, cunctis pro certo ob devotionem præ gaudio dulciter lacrymantibus ac benedicentibus Deum.

B *ſacrum Habitum publice ſuſcipit.*

h

ANNOTATA.

a *Referuntur illa* x millia Crucifixorum *in monte Ararath ad 22. Iunii, ſed cum circumſtantiis undiquaque tam parum veroſimilibus, ut laboraturi vehementer ſimus, ſi nitamur ſaltem ſubſtantiam hiſtoriæ ſalvare. Videatur interim Baronius in Notis ſuper Martyrologium ad diem prænotatum.*

b *Veritatem hujus facti vindicavit Henſchenius, Exercitatione ſingulari poſt Veteres Pontificum Catalogos ante* C *tom. 1 Aprilis, contra Baronium, ſubducta aliter temporum ratione, coactum eam negare.*

c *Albertus diſtincte varia enumerat, quæ tunc viderit; nec non ſolicite ſubducit numeros milliarium, in illo raptu decurſorum; quæ omitto, ut propriæ inventionis gloſſemata; ſicut & illud quod Turci* B. Columbæ *dixerint, ſi in Chriſtianorum poteſtate eſſet ſepulcrum Mahometis, ſicut in noſtra eſt monumentum Chriſti, nulli parceremus ſanguini aut pretio ad illud recuperandum. Omnem porro admirationem & comparationem excedunt, quæ hoc in genere leguntur in Vita S. Lidwinæ 14 Aprilis.*

d *De hoc Neapolitano Crucifixo legimus 7 Martii in Vita S. Thomæ num. 35 & num. 1 Analect: gaudemus autem contra dubitantes aliquos, confirmatam veritatem novis noviſque teſtimoniis invenire.*

e *Nempe Regulam S. Auguſtini profitetur Ordo Prædicatorum, S. Dominicum patrem habens.*

f *Id eſt* cauſam querelæ ſeu reprehenſionis præberet.

g *Albertus & Baleſtra annum ſignant* 1486, *quando Paſcha celebratum fuit* 26 *Martii, adeoque Palmarum Dominica concurrit cum feſto S. Ioſephi, quod utique animadverſione dignum fuerat, à nemine tamen notatum ſcio.*

h *Iidem hunc nominant* Fr. Thomam de Fulgineo: *& ſic etiam invenitur in Proceſſu.*

D

CAPUT VI.

De miraculoſis quibuſdam favoribus Beatæ impenſis poſt ſuſceptum Habitum & apud D. V. à Quercu.

CAP. XX

40 VIgeſimo anno ab ortu ipſius Virginis, videlicet inchoante, deſideratiſſimum ac diutius expectatũ Habitum de pœnitentia, intus candidum, animæ puritatem & innocentiam; obſcurum extra, corporis mortificationem approbantem, cum ramis virentis olivæ, ipſis dicata die, B. Columba nacta eſt. Oliva quidem, ſicut allegorizat Doctor ſanctus, miſericordiam ſignificat; ut in ea primum oſtenderet Jeſus Chriſtus omnem patientiam, quaſi fuerit Chriſti gratiam & miſericordiam conſecuta. Non ſolum enim Deus, infundendo interius lumen per quod homo cognoſcit; ſed etiam per ſenſibiles creaturas, ſuæ ſapientiæ ſigna exteriora proponit. Regula igitur ſpiritualis militiæ accincta, atque in acie Pœnitentiũ admiſſa innocens ancilla Chriſti, conatum adhibet, pro poſſe jungi regi Domino Jeſu Chriſto, aut pauliſper imitari, illiuſque ſanctiſſimis inſtitutis erudiri. Et ecce quidam peregrinus eis ignotus venit obvius, & præferens munus, imaginem parvam videlicet Crucifixi (relevatam dicunt) coopertam *a* candido: quam poſtmodum B. Columba ſemper ſupra cor gerebat in pectore, omnique cuſtodia venerabatur. Intellexit protinus ſponſa Chriſti, quoniam pede humilitatis ad documenta patientiæ & conſortia regni Jeſu Chriſti poſſet pervenire. Quamobrem de adjutorio Dei confidens, tribulari optat magis, adverſiſque preſſuris arctari orat Deum ut aſſequatur. Seculi quidem commodis & gaudiis diu ante renuntiaverat, non minus oblectamentis & lenociniis hujus mundi: habuerat quoque in eodem actu, coindutam ſecum Virginem, tredecim fere annorum puellam, quam diutina converſatione habuit caritatis ſociam. Ipſa non olim noſtris exploratoribus *b* retulit, interfuiſſe eum præfato peregrino, quodque ut plurimum ſemper meditaretur paſſionem Chriſti. Atteſtatur inſuper: O quoties intuebar piam Columbam, imaginem ipſam uberrimis lacrymis irrigare: etſi aliquando per inundantiam mergeretur, illis tamen virgineis lacrymis nequaquam potuit imago ipſa oblidi: nec non lacrymas illas, quaſi cryſtallineas, manibus in gremio pluries collegiſſe.

Sic Deo oblata in Dominica Palmarum,

E

ab ignoto peregrino Cruculam accipit,

a

quam cordi applicitam geſtans

b

ſuis ſæpe lacrymis irrigat;

F

41 Nec nominandus ipſe diabolica bellua prorumpit in minas: eamque invadit ad medium cordis; Etſi tecum, inquit, non prævaluero, ſaltem in tuos ſpirituales Patres volo crudelius deſævire; totque impedimentis obſiſtam, quod tibi pro libitu nequeunt miniſtrare divina. Quem ipſa fidenter arguit, non horreus tartareas iras; Neque per te, inquit, deficient parochiales Sacerdotes: haud ſecus vales ſeparare me à caritate ſponſi mei dilectiſſimi. Abſque dubio quidem ſatanæ permittitur inſultus (licet ſit illi ſæpius negata victoria) ob virtutem conſequendam, divitiaſque cæleſtes æterni præmii: cujus cruentam vexationem neque ſimplex rectuſque ille Deum timens *c* evaſit, nec optimus ipſe illuſtriſſimuſque Rex noſter & Deus, qui tentari quidem voluit, non tamen ſuccumbere; quin imo devicta morte etiam in nobis perpetuo de hoſte triumphat. Permiſſum plane advertimus exturbatori, ut criminaretur obſequentes ſibi Sacerdotes Dei: cujus ſuggeſtione ſine dubio conſtat infamia aut turpitudine ſingulos maculaſſe, anguineis linguis multorum & affinium; itidem per falſos Religioſos atque

dæmone nequidquam ringente

c

& patres ejus ſpirituales vexante

A *ac diffamante qua potuit.* atque garrulas anus & larvatas Sororiſſas, ſi forte diffidentia rueret ac deſperatione periſſet, quaſi neglexerit Deus ancillas ſuas. Eja! univerſæ viæ Domini miſericordia & veritas. Columba noſtra pro certo in foraminibus petræ altæ juxta aquas nidificat, quia intra plagas Crucifixi elevata per contemplationem, juxta ſacram doctrinam & documenta Sanctorum habitat, atque confricatur in cinere (gaudet enim contumelias pati pro nomine Jeſu) condolet tamen affatimque gemit ſcandalum proximi ſacrilegamque ruinam.

CAP. XXI *Aditura B. Virginem de Quercu*

42 Sanctum habetur à ſeculo optimumque beneficentiam Dei latriâ recognoſcere, deinde deferre ſummam laudem ſupremamque duliam (hyperduliam dicunt) Virgini Mariæ Dei genitrici, reginæ totius creaturæ ac mediatrici omnium gratiarum. Quamobrem Chriſti ſponſa B. Columba ad præelectum ſacrarium, ejuſdemque toto orbe celeberrimam imaginem colendamque, dictam de Quercu *d*, peregrinari ſtatuit, quo illi redderet, etſi imparem, pro poſſe tamen, cultum debitum & gratias. Conſulit igitur ſeniores etiam Sacerdotes de opportuno iſtiuſmodi itineris comitatu, piarum videlicet mulierum, nec non & de circumſpectis viris & providis:

d

in comitatu 12 perſonarum,

B alludit præterea myſteriis Apoſtolici ſenatus, optatque & ipſa tanto numero proficiſci. Reor tamen nullum hominum arbitrari, id temere eam præſumpſiſſe quod pietati congruit. In quibus quidem pro certo numerandis contemplabatur myſteria Dei; in tribus videlicet trinitatem Perſonarum: in quatuor, Evangeliſtas; in quinario vero, dulciſſimas ſibi plagas Jeſu Chriſti; ſicque conſequenter cuncta operabatur in nomine Jeſu. In id ipſum Chriſto Virgo cum ejuſmodi dulci ſocietate jam convenerat, paratis portandis in via: & mater ejus jubet, oblatis ſotularibus, eam calceari: quos cum ab infantia nuſquam portaſſet, excuſabat ſe dicens; Mater, putatis mihi benefacere, lædent me tamen: obtemperat nihilominus, & profecti ſunt. Plura admiratione digna oſtendit Jeſus Chriſtus in ſua dilecta ſponſa: nam haud procul proceſſerant, & colliſi [ſotularibus] pedes livore tument, quibus etiam extractis difficulter gradi poſſet. Cum autem

calceos recuſat:

e ad ſupercilium collis Narniam *e* contra deveniſſent, depictamque imaginem beatæ Virginis obviam adoraſſent; dixit patruus ejus: Columba, elapſis diebus, omni veſpere pluit; ſi habueritis bonum mantellum, nuperrime videbitis. Quæ coram præfata imagine flectens oravit non multum, & ſurgens admodum læta reſpondit: Sine aqua diſceſſimus, noveritis nos ſimiliter domum redire. Et ſicut prædixerat, ita evenit, ac ſereno veſpere Narniam applicuerunt. Protinus è populo undique confluunt viſere ancillam Jeſu Chriſti, eamque & omnem ſocietatem urbane recipiunt, quaſi Angelos Dei.

abſque pluvia viam conficiendæ ſpondet.

C

43 Facto mane quædam nobilis matrona cum advertiſſet craſſatos admodum pedes & horribiles viſu, tentavit eam retinere: idque neganti ait: Heu! muli mei abſunt, mihique ſupereſt tantummodo equi pullus indomitus, haud expertus ſellam: B. Columba; Adducant, inquit, quemadmodum eſt: ſtratoque ſellam imponentes, eam deſuper ſedere fecerunt: [ipſe vero] ita manſuetus ſemper inceſſit tranquilluſque gradiebatur, veluti quicumque aſſuetus equus. Jam equidem felix ſocietas jucunde proficiſcebatur, erant autē quatuor aliæ Sanctimoniales ejuldem Habitus: ex his una erat illa coinduta puella, cujus mantellina ſedenti poſt poſita cecidit de jumento, nec adverterant: adveſperaſcente [autem], puella repetebat illam, amiſſimamque flebat: Columbam iterato appellat, ac ſe amiſiſſe chlamydem [queritur], pro qua pater expoſuerat quinque duca-

equo indomito ut manſueto utitur:

ſocia chlamydem amiſſam invenire facit.

tos. Statim ancilla Chriſti inquit, Soror, ne timeas: oremus Deum omnes. Et genuflexa pauliſper oravit, & aſſurgens omnibus palam dixit, Cito reperiemus eam. Et genitori unius earum ait, Retrocede feſtine, reperies eam in media via. Qui confidens in verbo ejus rediit velociori paſſu, habuitque obvios quoidam peregrinos. Interroganti, Utique, inquiunt, eſt in media via. Lætus acceſerat magis: atque ad octo fere milliaria reperit, ceu Chriſti ancilla prædixerat: eſtque opinatus omnino, Angelorum cuſtodia inveniſſe tutam medio calle: feſtivuſque puellæ repræſentat, quod paulo ante opinabatur amiſſum. Omnes plaudunt manus in ſublimi, laudeſque attollunt Jeſu Chriſto. Diliculo *f* proſequuntur iter: f & ut devenerunt ad quoddam nemus, obvios habuerunt quoſdam ſtipendiarios milites: quorum venuſtam ac verbantem ejuſmodi ſocietatem ſpectantium unus dixit, Ego volo primam, præibat autem B. Columba. Ingemuit cito præfata puella Soror, Cui inquit Chriſti virgo, Ne timeas: & ut cominus acceſſit, dixit ipſa nefandis illis: Si me habueritis, non comedetis amplius. Quo verbo ſtupefacti illico obmuteſcunt, ac perterriti tranſeuntibus cedunt: qui divinæ protectioni benedicentes, Viterbium incolumes devenerunt: ubi primum ſuæ Religionis Præſidentibus [ſalutem] deferunt, baſilicaſque Sanctorum demum circumeunt. E

44 Sacrarium autem Genitricis Dei tribus ſtadiis diſtat ab urbe dicta verſus *g* Orientem, quo multitudo maxima peregrinorum jam convenerant. Cum denique illuc pervéniſſent, & plurimum inſolens turba perſtreperet, violentuſque omnino eſſet introitus; ipſa ſeorſum differebat, ſi quomodo magis quietus aditus pateret. Sed tumultus prævaliduſque clamor adeo condilectam illam puellam exterruit, quod vix pia Columba, trementem manu duceret. Mulierem quidem dæmoniacam parenteſmet ligatam trahebant miſerabiliter vociferantem. Cujus miſerta piiſſima ancilla Chriſti B. Columba; Accedamus, inquit, ad illam: & ſulta Fratribus ſui Ordinis ingrediuntur ſanctuarium. Cumque ſua vota perſoluiſſet, feceſſet in capella ubi illa erat: accedenſque imperavit dæmoni dicens: Ex parte magiſtri mei Jeſu Chriſti tibi præcipio, exi ab ea, nec præſumas eam de cetero torquere. Immundus obſtirit: Maneo, inquit, hic decem & octo annis, nulluſque fugare me potuit: minime tu verbis. Spiritus ſancti revelatione ancilla Chriſti cognovit, quod ſub brachio quædam maleficia dæmonumve nomina haberet ligata. Jubet igitur Chriſti Virgo: Prodas cito maleficia incantationeſque ſacrilegas. Efferus ipſe perterruit, minaturque dicens: Columba, ne me contingas, aut exaſperes: væ tibi. Sponſa Chriſti impegit in eam, & una cum aliis Sororibus injectis manibus ad capillos proſtravit, ac vi incantationes illas & præſtigia excerpſit, ſtatimque combuſſit. Demum ante ſacratiſſimam ipſam imaginem Dei Genitricis præfatam mulierem ſtatuit, illumque immundiſſimum in virtute Dei potenter adjuravit, ut ab ea omnino diſcederet: & ad vomitus ſignum illum aſtringit, vel accenſam candelam faceret extinctam. Qui virtuti imperantis non valens reſiſtere, ſuccubuit: & fremens ſtridebat dentibus, apertoque ore velut draco conatum dabat in B. Columbam quaſi tentaſſet devorare: ſed ſtatim ſe in angulo capellæ damnavit, ac per fœda vomitus diſceſſit: mulier vero, tam horribili vexatione laſſa, proſtrata remanſit.

g *ingreſſa ædem D.V.*

energumenæ aufert abdita ſub brachio ſortilegia,

F

damonemque expellit.

45 Igitur quaſi corruſcaſſet, ita hoc celebre factum vulgatum in civitate habetur: indicitur ſtatim per Decuriones populi, & cavetur ne Chriſti ancilla receſſerit, ut civitatem ipſam ſua præſentia tueretur

Ideo Viterbii retinendam ſe ſciens,

A.SEBAST. CONSESS. EX MS.

tueretur adverſis, ſitque ſtatim violentiæ opportuna proviſio: adeo quod, niſi Dei miſericordia obſtitiſſet, non potuiſſet evadere. Oraverat diutius ſponſa Chriſti coram ſacratiſſima imagine: ubi ſpiritu cuncta perſpexerat, tandem ad reliquam ejus ſocietatem conabatur exire, quæ præ foribus erat jam utcumque refecta: quo non ſine difficultate pervenit, æſtuante multitudine viſere illam ac comprimente. Ipſa denique vanam gloriam horrens, ait illis, Recedamus cito, neceſſitas urget. Quibus reſarcinantibus commoda viatici, mulier illa liberata venit, ac procidens coram B. Columba perſolvebat

accelerato reditu inde ſe abripit,

plurimas gratias: illico tamen ſtratis jumentis inſedentes, feſtine inde receſſerunt: Si, inquit, non acceleraverimus, feſtinant qui nos capiant. Exploratores quidem inſequebantur, hinc inde vagantes, illoſque attingere non potuerunt: ut jam quaſi veſpere montana conſcenderent & appropinquarent *h* Narniæ.

h

Reor ſatanam, ut vindicaretur de obleſa, intentaſſe ruinam: ſupervenerunt namque obſcura aëris intemperies, flatuſque nimborum ac vertigines turbinis, ac coruſcationes & tonitrua: imminebat haud procul pernicioſa tempeſtas. Hæſitat pia ſocietas & fluctuat undique, veſtes agglomerant, Deum invocant, Columbam tandem præſtolantur & adjurant.

inter horrendos nimbos à dæmone immiſſos

B

Cumque Chriſti Virgo ſuum Sponſum cœpiſſet deprecari, ut ſuæ ſocietati ferret opem auxilioque adeſſet; rapitur ſpiritu atque equo inſidens orabat in extaſi. O rem mirabilem! fuerunt ita præcipites pluviæ & tanta inundantia aquarum (ita compertum eſt) ut oppreſſerint etiam plures boves, ſequentes quoque nec non & ipſos qui præibant eluvies ipſa diluerat: pia vero ſocietas, velut ſereno, tranſivit illæſa & exſiccati omnes, ut prædixerat.

ſicca cum ſociis Narniam venit:

46 Cum autem appropinquarent civitati, populus multus ſupra muros urbis ſpectabat eam; & cum magna frequentia utriuſque ſexus omnes feſtivantes ingredientem excipiunt quaſi jubilæum. Tractaverant nihilominus eam retinere: quod cum advertiſſet, nocte *i* clam diſceſſerunt; & cum pervenſſent ad lacum Pedeluci *k*; cœpit meditari de navicula Jeſu Chriſti & de ſuis diſcipulis: aſſumpſitque ramum virentis olivæ in manibus, & prima omnium ingreſſa eſt naviculam feſtivans multum. Non multum proceſſerant, & ait, Periculum inſtat & grave infortunium: ſed non timeatis. Forte intuebatur iram dæmonis: dormitaverat poſtmodum Sponſa Chriſti puto in extaſi, & navicula agitabatur fluctibus. Tantum tumuit procellæ ventus ut certe timerent periclitari. Ut autem ſurgens illuxit Chriſti Virgo, tempeſtas protinus [abiit] in auram, & ſtagni tranquillitas facta eſt. Expoſuit conſequenter mirabiliora quædam de magno magiſtro Jeſu Chriſto, quando fuerat cum diſcipulis in navicula. Cum poſtremo per amnem applicuiſſent Reate, admodum læta, cum palma virenti gaudens regreſſa eſt, benedicens Deum *l*: & quædam ſigna de palma referunt.

ubi ne retineatur noctu diſcedens,

i

k

ſubortam in lacu tempeſtatem ſedat.

C

l

ANNOTATA.

a *Cæſar addit*, Smaito albo inductam *fuiſſe*, *& (quod conſequens videtur) aream, vel auream: ſed potius aream.*

b Exploratores *dicit*, *Examinatores ſeu Iudices, ex parte Ordinis deputatos, ad informationes ſumendas de vita & miraculis Beatæ.*

c *Videlicet* S. Job.

d *Quia ſcilicet, ut ait Baleſtra, non ita pridem inventa in quercu*, 10. *p. m. ab urbe Viterbienſi, ibique cœperat clarere miraculis, & longe undique viſitari.*

e *Diſtat Reate* Narnia, *integri diei itinere.*

f *Hinc intelligitur longius iter eſſe Narnia Viterbium, quam fuerat Reate Narniam, licet chorographicæ tabulæ idem fere utrimque intervallum ponant: ubi autem ſecundam noctem peregrini duxerint non exprimitur: potuit ea acta fuiſſe* Suriani, *de quo egimus* 15 *Maji, ubi de ejus loci patrono S. Eutitio: diſtatque Viterbio ad* 10 *circiter p. m. Ibidem, poſt actum Viterbii diem reliquum noctemque & ſequentis diei dimidium, ab eccleſia Deipara recedentes, potuerunt egiſſe noctem alteram prius quam Narniam revertierentur.* D

g *Ita etiam locum repræſentat chorographica tabula, ità ut Soriano venientes fere eum tranſire debuerint antequam Viterbium ingrederentur.*

h Plagam S. Peregrini, Narniæ vicinam, *indicat Cæſar ubi res contigerit.*

i *Poſt* 5 *milliaria à Narnia occurrit oppidum*, Coldi ſcepoli, *ſive* Collis ſcepoli *dictum. Hinc genus ducere* S. Columbam *per patrem inde natum ſcribit Iacobillus, allegata fide jurata P. Petri Martyris Proſciantis, Ordinis Prædicatorum; idemque affirmaſſe ſibi Eminentiſſ. Card. Rapacciolum inde natum fatetur Albertus; alterumque paternæ familiæ ramum, ſub cognomento Guadagniolorum, ibidem ſupereſſe; licet hanc gloriam vendicet ſibi Revecciorum Reate familia. Ipſe vero opinatur, ideo in Proceſſibus taceri de paterna* Columbæ *familia; quia cum illi fierent, prorſus erat extincta: Colliſcepolenſibus autem objicit, qua ratione non æque ac Narnienſis, ſparſa jam miraculi heſterni fama, illi quoq; ſe obviam non effuderint; eſto ipſa nihil carni & ſanguini tribuens, non putaverit tantillum à via flectendum, ut tam propinquos viſitaret. Aſt ſi attendimus noctu iter inſtituiſſe beatam, facile intelligemus quod ejus tranſitus æque illos ac Narnienſes latere potuerit debueritque; proinde ex hoc capite nihil obeſſe quo minus illis quam prætendunt gloria maneat, maxime cum vel ideo magis potuerit apud Reatinos perire notitia familiæ paternæ, quod peregrina ſibi eſſet, & frater Columbæ ex priori conjugio, patre mortuo illuc iterum ſe forte receperit unde natus erat, ibique Guadaniolos ex ſe dictos procrearit, vel ſaltem invenit affines.* E

k *Media via inter Narniam & Reate lacus occurrit, ab incumbente oppido* Pedo-luco *dictum: eſt autem totus ille tractus adeo irriguus Velino amne, in plures lacus ſe diffundente, ut reliquum iter poſſit commode navicula perfici.*

l *Quod ſequitur alia manu & atramento adſcriptum erat, eadem ſcilicet qua additiones in margine & quædam correctiones in textu: unde colligitur ipſum quo utimur Ms. auctore jubente exaratum, ac propria manu correctum fuiſſe: & Leandrum, qui eadem verba habet, uſum eſſe exemplari recognito, non tamen additionibus poſtremis aucto; hæ enim apud Leandrum non inveniuntur.* F

CAPUT VII.

Miracula per Columbam facta Reate, & viſio ibidem ipſi oblata ac mirabilis inde diſceſſus.

CAP. XXII

47 IN patria ipſa eam in veneratione haberi non minus compellit virtus quam innocentia, quia ſunt ex altiſſimis per miſericordiam Dei. Pro certo [quidem] liquet, compatriotis conſuetudinis frequentia quoſque ſæpius & aſſiduitate viluiſſe, ac debito reverentiæ cultu privatos quoſdam livore æmulationis & invidiæ. Degenerant namque æmulatione plurimi: aliqui tamen evadunt in melius, & habentur ſummi. Igitur ancillam Chriſti jam invocare noverant infirmi, decumbenteſque atque rei. Nam civis quidam Reatinus, cui nomen erat Paduanus Petri Jacobi, conduxerat duos agricolas, & concivem locupletem Berardinum Dionyſii aromatarium,

Homicidii reus

matarium, mercantias croci petentem, clam occiderant: sed diligenti inquisitione suæ affinitatis ipse Paduanus de ejusmodi facinore convincitur, ac Prætoris judicio reus mortis habetur, decapitatione plectendus: parentes tamen favoribus & auxilio, per Breve Innocentii VIII Pontificis maximi, executionem utcumque intercipiunt. Mater ejus nihilominus pariter & uxor statuunt refugium piam Columbam, quam lacrymis circumveniunt miserabilibusq; lamentis. Quas admodum compassa hortatur, causam hujuscemodi deferri in S. Catharinam Senensem, idcirco eam supplici voto secum interpellent. Econtra affines interfecti instabant Romæ, & Præses bis intentaverat punire ipsum apparatu solito. Mulieres autem ipsæ lamentabiliter rogabant ancillam Christi, dignaretur ingredi carceres & hortari, ne impœnitens desperatione ille periret. Ingressa igitur carceres B. Columba fecit eum confiteri, quæ interim orabat: quo facto dixit, Esto jam securus, hac vice non morieris. In penultima fere ejusdem diei parte defertur Prætori Breve quod expediat in crastino. Parentes lamentabantur, infestantque Columbam, ac conqueruntur: Dixisti, Non morietur, & volunt eras decapitare. Quæ respondit constanter, Non dubitetis, hac vice non morietur. Paduanus vero horrore mortis tota nocte vigil, cum mane paulisper dormitasset, vidit Sororem ipsius habitus ingredientem carcerem, ipsumq; blande confortatum à compedibus & ferreis manicis absolventem, & tandem extra ducentem. Consequenter adest nuntius cum Brevi ut omnino absolveretur. Cum autem parentes voluissent ducere eum domi, ait, Nequaquam, sed primo habeamus gratias Columbæ de liberatione mea. Quos ut accedentes vidit, hilaris occurrit [& ait] gaudens: Festinemus reddere Deo gratias & S. Catharinę Senensi apud S. Dominicum. Quibus cum multitudine illuc accedentibus, ipse clamabat: Soror Columba de compedibus & carcere eduxit me, & liberavit à morte. Altare quoque S. Catharinæ multis luminaribus venerantes, ibidem spectabile signum miraculi postmodum appenderunt.

capitisque damnatus,

facta hortatu Beatæ confessione,

B *ab ea in somnis solvi visus,*

præter spem dimittitur, & gratias agit.

48 Quidam pręterea Bernardus, filius unicus Roscii *a* Colæ de Reate, annorum quindecim, infirmitate gravi laborans, pluribus mensibus decumbens, post diligentiam peritorum medicinæ artis, post usum balnei ac medicinarum, diffidatus à medicis, obnixe invocaverat piam Columbam: quæ tandem, precibus & instantia parentum, decumbentis commiserta plurimũ, accessit illuc benigne. Adolescentulus vero jam octo diebus nil alimenti receperat, amissisq; sensibus fere circa pectus tantummodo tenui calore aliquantulum palpitabat. Sponsa deniq; Christi, emissis omnibus etiam illius genitrice, cum orasset, incubuit super infirmum; positoq; ore suo supra os, oculisve super oculos decumbentis, insufflavit in eum ter. Qui illico apertis oculis dixit; Deus sit laudatus, quoniam visitasti me: jam evasi, & bene me habeo. Mater quidem, quæ observabat ad ostium, protinus ingressa; Fili, inquit, quomodo vales? Ecce Columba, quam optabas ita devote. Ego, inquit, bene sum: spero suis orationibus quantocius evadere: sicut & in brevi fuit. Turbâ astantium convicinii & affinium ingressâ, B. Columba clam statim discessit.

a *juvenem moribundum*

C *eidem super incumbens servat.*

49 Etiam quædam vidua Reatina, quæ vocabatur Barbara, conduxerat in vineam operarios: quibus cum defecisset panis, solicitudine æstuans, exigebat convicinas mutuo: quæ cum minime invenisset, incedebat præ angustia mœrens. Ei cum occurrisset Soror Columba, dixit: Quo vadis, Barbara, sic gemens? Cur fles? Quæ suæ penuriæ condolens, exposuit necessitatem: Neque, inquit invenio, qui velit mihi accommodare mutuum. Pietate commota Christi Virgo, dixit: Ne dubites: redeas domum, quia Deus tibi providebit. Quæ utique in verbis suis confidens reversa est, invenitq; in capsa duodecim magnos panes & pulchros: & plurimum admirans Deo gratias frequentabat & laudes, atque cognovit orationibus B. Columbæ id beneficium se assecutam fuisse.

Egenti facit panes domi inveniri,

A SEBAST. CONFESS. EX MS.

50 Pia quædam mulier, nomine Cęcilia, Columbę Christi amicitia copulabatur, quæ fuerat sterilis cum viro suo octo annis, & frequenter se commendaverat orationibus ejus. Cui transeunti mane haurire aquam pia Columba dixit: Cæcilia, noveris te esse gravidam, pariesque filium masculũ & pulchrum, & volo quod nominetur Octavianus. Erubuit illa admiratione, neque omnino credidit: tempore autem congruo sic fuit, vocavitq; eum ut prædixerat. Jam postmodum grandiusculus emollitus evaserat (forte in superfluis deliciis alebatur & nugis) dixit matri, Habebis & alios, non hunc superdiligas. Habuit consequenter plures filios, & ille proficiebat in virtute. Elapsis aliquibus annis pater venit Perusium visere B. Columbam: cumque illi assisteret sciscitabatur eum de Octaviano: qui respondit, Valet. Cui B. Columba dixit, Heu! nequaquã: nam letali infirmitate laborat (quem tamen pater incolumem dimiserat) verumtamen obsecro patienter feras, ac te divinę voluntati redde conformem. Cum autem Reate rediisset, ille erat in extremis, brevi tandem extinctus: opinor causam forte, quia non credideram. Quoniam similiter eo tempore hostes *b* repente invaserant unam portam civitatis incendio & igne: quod per spiritum B. Columba prospiciens, clamabat, Succurrite, succurrite: porta *c* Varchi comburitur ab inimicis. Non crediderunt verbis suis, sed quidam irridentes subsannabant eam. Fuerunt tandem experti de facto, quoniam portam & ipsum burgum combusserunt, domosq; cremaverunt.

Sterili conceptum indicat & nõmen infantis,

mortem quoque post annos aliquot.

E

b *Monet ab hoste incendi suburbium;*

c

51 Haudquaquam omittam & aliud valde mirabile. Quædam etenim coætaneę Virgines pinsaverant pastam, & convocaverant pietate quadã Beatam Columbam, in domo cujusdam Antonii Ficantis de Reate, ut panes pariter expedirent. Quibus caritate juncta, illico hilariter assensit: cumq; totum perfecissent, petiit Christi Virgo unum ex illis crudis panibus, quem acceptum pinsabat deducebatq; suis manibus: verum augebatur crescebatq; nihilominus continue: ipsa vero sequestrabat consequenter (res stupenda) ita ut primo sex magnos imo majores panes formaverint, demum tres placentas, postmodum quos berlingotios *d* dicunt multos: plurimas itidem paniceas differentias. Reor quidem eam tunc meditari forte in Sarepta Sidonis: ore quippe prædicabat astantibus, laborabat manibus, Sponsus utiq; mirabiliter cooperabatur Jesus Christus. Hoc unum etiam breviter dixerim. Brigida videlicet Baptistæ de Reate habebat infantem, qui se ultro injecit in rogum. Distans erat ipsa mater, adeo ut jam puraret oppressum: quæ tamen confidens invocabat devote Sororem Columbam, cujus meritis evasit infans, illæsus omnino, ad laudem Dei.

modicam farinam tractando multiplicat;

d

F

lapsum in ignem servat.

61 Nuperrime misericors Deus reversam à S. Maria de Quercu B. Columbam hac cęlesti visione edocuit; quod videlicet esset Reate in ecclesia Cathedrali, utiq; apud *e* delubrum ac sacrum fontem, cui assisterent S. Dominicus & Diva Catharina, applaudentes magna præmia æternæ vitæ; indicarentq; illi viam quamdam latam rectamque protinus, eminenti quadam ecclesia B. Dominici terminatam, dicentes: Egredere hinc, quo non reverteris, & venias illuc ad ecclesiam meam: ibi namque de quibuscumque tibi opportunis erit optima provisio. Quæ intuebatur eos admirans: venerabatur admodum, sed timebat, nescius quo pergeret. Qui subridens dixit, Filia, ne timeas: sic jubet tuus sponsus Dominus Jesus Christus, ipse ibidem expectat te: ne differas, quoniam satis expedit tuæ saluti: erimus & nos tecum,

c. XXIII

e *In extasi visu sibi videre viam, eamque ingredi jussa*

A.SEBAST. CONSESS. EX MS.

etiam in arduis quibuſlibet. Cum autem aliquantulum proceſſiſſent, neminen videbat præter dracones quoſdam ſecantes viam, quaſi intentaſſent devorare eam, clamantem, Domine mi Jeſu, adjuva me; & illis ſe mutuo collidentibus, libera ceſſim proſequebatur iter. Haud procul egrediebantur de ſaltu plures beſtiæ horribiles (quarum vulpes & lupos nominavit, ceteras numquam viderat) quæ vallabant eam: ſed aderat illi quidam magnus canis, qui ſolo intuitu effugabat eas, ipſa vero timens ceſpitabat. Statim illuxerunt B. Catherina & S. Dominicus, quibus, O, Pater, inquit, beſtiæ immanes & feræ peſſimæ invadunt me. [Ajunt illi]: Ecce adſumus, filia, ne timeas. Cum autem propius eccleſiam verſus aſcenderent, rapaciſſimæ quædam aves & fœtidæ deſcendentes, importune circuibant, tamquam voluiſſent oculos evellere. Pia virgo, Patribus media, non abigebat eas, potius alliciebat. Ut autē appropinquarunt baſilicæ, aſtabat multitudo pręſtolantium in valvis; verumtamen miniſtris ejuſdem utriuſque ſexus, quaſi diſcrepantibus, eam nequaquam grato aditu recipientibus, quinimo oculis torvis & terribilibus. Ingreſſi tandem templum, intra aſtantium miniſtrantiumque Angelorum cuneos etiam Sanctorum, ſpectant Dei Matrem ſolio reſidentē, ſtantemq; Jeſum ſuper gremium: quem flexi adoraverunt: cujus oraculis pro certo omnem reſiduum vitę ſuę terminum, calamitatem pariter & adverſa *f* cognovit, victoriam ſimiliter & coronam.

& per multa terriculamenta tuentibus Sanctis

venire ad eccleſiam S. Dominici

& de futuris doceri:

B

f

62 Inde poſt ſuos raptus audierunt multi eam cum quadam inviſibili perſona colloquentem: ad quod ſpectaculum in ſacello S. Thomæ Aquinatis ibidem pluries convenerant utriuſq; ſexus homines, audientes quidem B. Columbam & intelligentes, alterius vero tenuem gracilemq; ac ſuavem audiſſe ferunt vocem, minime tamen intellexiſſe, quaſi in intimis eſſet aut ſuper linguā ejus. Quin etiam inſtinctu Spiritus ſancti laicorum quorumdam flagitia execrabatur, & facinora religioſorum ſimiliter; hortabatur quoq; quoſdam, ſanctis operibus inſiſtentes, ad profectum, eorum virtutibus revelatis. Pluribus præterea piis mulieribus ſibique devotis prædixit, Præſenti menſe Septembris erit meus tranſitus, & Vanna *g* orbata me: quæ condolentes, horrebant ejuſmodi dura verba: ſuſpicabantur ſiquidem de morte. Heu quid dicis, Columba? Atteris nos & tabeſcunt corda. Affirmabat denique, Sic pro certo erit: habeatis patientiā. Idcirco orationibus plurimum intenta, etiam Miſſas plures de Spiritu ſancto celebrari voluit & adeſſe. Ut autem prædicta fuerunt relata matri, advertiſſetq; de Miſſis, ingemuit, ac quaſi remurmurans clam ſuggerebat; Quid eſt quod audio, filia? Ad quid iſtæ Miſſæ? Pia Columba reſpondit, Habeatis patientiam, mater, quoniam & vobis eveniet quemadmodum ſanctæ genitrici Divi Auguſtini. Et quia ænigma non aliter expreſſerat, ſe tantummodo non intelligere mater ipſa replicavit: aliter equidem notum haberi illa noluit. Arduum valde ſibi erat, & ſe aſſiduis precibus Deo commendabat.

exinde ſæpe in raptu ſuo loqui audita,

diſceſſus ſui tempus enuntiat

g

C

matrique patientiam ſuadet.

63 Octo autem diebus ante diſceſſum, oranti Chriſti ſponſę in ſuo cubili, contigit matrem ejus opportune una cum patre ſero exire domum: quibus apparuit verſus occaſum eminens ſurſum imago Crucifixi, cujus brachia affixa fluebant ſanguinē. Alia die conſequenter viderunt ipſi & multi convicini ſupra domum ejus cometem, verſus Peruſium ad occidua radiantem: quibus admodum mirantibus, flebat mater, quaſi eventum portenderent alicujus magni mali. Egreſſa poſtmodum ad illos B. Columba percontabatur cauſam fletus: cumque ſeriem eorum quæ intuiti fuerant ipſi ſupra cameram ejus & ſimiliter convicini ipſa audiſſet, ſuſpirans reſpondit: Oportet omnino quod ſit ſic. Die autem ipſa quæ tranſitum prędicebat, jovis videlicet, ſicut eam prædocuerat Spiritus ſanctus, cujus inſtinctu proſequenda moderabatur, pura mente, etiam ſigno myſtico, tranſitum indicavit. Nam voluit quidem procurari agnum, quem veſpere præparavit; duodecimq; perſonas, magis ſibi pietate convinctas, in domo ſecum ad cœnam vocatas hilari convivio habuit: poſt cœnam vero pedes ſingulorum lavit. Hortabatur nihilominus interim, rimabaturque myſteria ipſius magni Magiſtri, quę fecerat in ultima cœna: nec ante permiſit eos abire, quam Valete dixerit, & Deum pro me orate. Die autem ſequenti, videlicet feria ſexta, nuſquam (ut conſueverat) comparuit B. Columba: [quare] quę diſtulerat diutius pia mater, meridie tandē, apud rimulas cellulæ leniter ſtrependo, evocitabar; Columba, filia, quid agis? Cumque nil prorſus audiret, tecturam ſcandit; ſublevanſq; unam tabulam, inſpexit. Quam intus minime recognoſcens, facti magis dubia, Magiſtrum Sororum accerſit, qui etiam ad ſacram Communionem eam diu expectaverat. Igitur validiori manu reſerato oſtiolo, ut melius dixerim, oratoriū ingredientes, invenerunt veſtimenta *h* ejus in pavimento ſtrata in modum crucis, tamquam exuvias prudentis ſerpentis (quaſi impleverit mandatum ipſius exaltati pendentis in ligno Chriſti, eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut Columbæ) at ſi per arctas rimas & regnantis *i* petrę foramina feciſſe tranſitum patenter demonſtraret: aliud denique nullum ipſius erat indicium.

D

Ipſa 12 familiares ad cœnam vocat

& pedes lavat:

ſexta autem feria requiſita non comparet amplius,

h

ſed ſolæ ejus veſtes,

i

E

64 Statim res ipſa panditur, factuſque eſt magni populi concurſus. Parentibus quidem præ dolore amare flentibus, omnes ſimiliter qui convenerant pietate commoti lacrymabantur, & pariter quotquot fuiſſent ingreſſi: etiam qui eam forte aliquando habuerant exoſam, ſe à lacrymis non poterant continere; ita ut de ſe ipſis aliqui mirarentur. Stupendum profecto pluribus videbatur, quod clauſis januis etiam civitatis, relictis omnibus ſic nuda diſceſſerit. Amplius itidem mirabantur, cum diligentiori inquiſitione exploraſſent nullum ſui receſſus inveniſſe veſtigium: quodque ulterius parentum ac patriæ omnino contempſerit affectum, apud quos plurimum amabatur habereturque in venerationem. Terrebant eos non minus quæ piæ mulieres divulgabant, ſicut prædixerat, & ea quæ pridie & nudius tertius oculis ſuis inſpexerant portenta narrabant: ita ut quędam piæ magis perſonæ, conſiderantes illius innocentiam, ſuſpicarentur in cælum fuiſſe tranſlatam. Matri poſtmodū mœrore conflictæ aſtitit quidam peregrinus, veluti mendicaſſet; & ait. Mulier, tu vehementi dolore affligeris. Quæ reſpondit, Unde ſcis tu? At ille, Ego ſcio: ne dubites, equidem eſt voluntas Dei. Dum vero ipſa graderetur pro pane porrigendo, peregrinus ait, Noveris, mater, filiam tuam baculo huic & podio inniti, quam ita appodiat quod cadere non poteſt. Tu ſimiliter innitaris, quo fulta neque hæſites aut dubites penitus de aliquo. Ut autem ei panem præbere voluit, diſparuit, neq; de convicinis quis advertit. Peregrinum hunc arbitror Dominum Jeſum, qui eidem & conſulere voluit, & piam matrem uteumq; confortavit afflictam, quæ conſilii immemor nequaquam extitit.

mirantibus omnibus quod januis clauſis fieri id potuerit.

Mœſtam ejus matrem Chriſtus ſolatur.

F

ANNOTATA.

a *Cæſari eſt* Colà Roſſo, *id eſt* Nicolaus Ruber; *Leandro* Roſcicolà, *voce unica*; *corruptius Alberto* Roſciella.

b *Albertus exiſtimat, hoſtes Neapolitanos fuiſſe, quibus bellum fuerit cum Innocentio VIII; ſed fallitur. Rebellabat tunc quidem Eccleſiæ Ferdinandus Rex negato annuo tributo, & alia plura peccabat, ut videre eſt ad annum* 1487 *apud Odoricum Raynaldum: ſed neque ipſe inferebat arma, neque in eum audebat movere Pontifex, metuens ne Turcam in Italiam adduceret, à quo ſolicitari ipſum ſciebat, cum ſpe Imperii Italici talibus auxiliis obinendi. Hoſtes ergo, vel Peruſini fuerunt Duce Forti-braccio, vel alii*

Gibellinæ

A *Gibellinæ factionis tunc resurgentis tyranni, qui Piceni & Tusciæ urbibus dominabantur, connivente Innocentio.*

c *Ita etiam reperit vertitque Leander,* Porta del Varco. *Nihilominus dum Albertus & Cæsar, quibus notior appellatio ea esse debet, vertunt* Porta di Arci *vel* d'Arci, *quo nomine una etiam Genuæ est, & intelligitur Latine dicenda* Porta hircorum (*uti notavi ad vitam B Martini solitarii* 8 *Aprilis num.* 10) *vereor ut prima scriptura sincera sit; non ideo tamen mutare præsumo.*

d *Leander,* Berlengotiis *explicationis causa, addit,* vel Buccellatos. *Academici della Crusca interpretantur spiram dulciariam ex ovis & farina, quam veteres Latini forte* Scriblitam *dixerint; sed hæc calidissima comedebatur, ut ex auctoribus constat.*

e Delubrum *à* deluendo, *sicut* pollubrum *à* proluendo *dictum censet S. Isidorus lib.* 15 *Etymolog. cap.* 4 *his verbis.* Delubra veteres dicebant templa, fontes habentia, quibus ante ingressum diluebantur: ipsa nunc sunt ædes cum sacris fontibus, in quibus fideles regenerati purificantur.

f *Ioannes de Rechac à S. Maria, quatuor objecta Sanctæ offendicula interpretatur quatuor genera adversariorum, in serpentibus, invidos; in feris, maledicos; in corvis, diabolos; in hominibus, inimicos odium aperte professos intelligens.*

B g Vanna, *id est* Joanna, *Italis* Jovanna, *Beata ipsius mater.*

h *Albertus ait, Vidisse se & devote contigisse vestes illas, quæ apud Religiosas S. Agnetis Reate servantur.*

i *Leander recte intelligit Christum.*

CAPUT VIII.

Gesta in itinere Spoleto Fulgineum, & de quibusdam miraculis hic factis.

65 VOluissem pro certo, Lectores optimi, voluissem ab exordio pollere sermone: hic optassem magis exquisitum, quatenus tot tantarumque virtutum fastigium; etsi non exprimere, saltem attingere aut enumerare potuissem. Revera facundiæ paupertas obsistit, haud minus penuria eloquii: propterea necessitate compulsus utar similibus nequaquam infimis, si quo modo etiam supremo conatu possem hujus mirabilis transitus seriem absolvere, strenuæque pugnæ invictæ Virginis Columbę. De beatissimo quidem Servatio, qui attinet Christo in quarto *a* gradu, habetur, quod de Hierosolymis *b*, quæ est in Arabia, Tungris civitatem solemnissimam Teutoniæ ordinatione divina per Angelum perductus, ibidem Sede vacante fuerit ordinatus Episcopus. Hic dum loquebatur spiritualia, intelligebatur ab omnibus, reliqua vero cuncta per interpretem: & die quo recepisset Corpus Dominicum, nullo corporali cibo utebatur. Propter malitiam inhabitantium inde ejectus, pervenit Trajectum; ubi multa divina revelatione prædixit. Romam petenti ac sitienti in via aperuit Deus fontem, Angelusque pertulit scyphum. Accumbenti super terram in fervore solis, aquila astitit, à radiis ala una ipsum protegens, motu alterius excitabat auram. Ingredienti urbem sine humano famulatu applausérunt campanæ omnes: eumque tandem felicius obdormisset, obsequebantur Angeli, & qui pie eum exceperant præservabantur à clade. Rursus ex Actibus sæpius lectum audivimus de Principe Apostolorum, quod catenis absolutus, quibus vinctus servabatur, arctatus custodiis diroque carceri reclusus, statim nihilominus calceatus & præcinctus circumdatusque vestimentis, secutus fuerit Angelum Dei, nesciens quod vere fiebat. Exeuntes postmodum primam & secundam custodiam, atque ultro apertam portam ferream, processerunt vicum unum; ubi dicitur reversum ad se, & factum similiter obstupuisse discipulos. Duos igitur miraculosos modos descripsimus, juxta investigationem nostram; alterum, sicut Propheta à Judea in Babylonem, cujus videlicet corpus in statu gravitatis actum doris agilitatis participaverit, qui est glorificati hominis; aut quia ad Angelicos nutus obedierint corpora ad localem motum, sicut in Petro.

a b C *B. Columba, vel per aërem translata ab Angelo, vel sicut Petrus educta,* A.SEBAST. CONFESS. EX MS.

66 Transivit igitur B. Columba de Reate Spoletum, clausis januis suæ domus & civitatis, relictis vestimentis & nemine cognoscente. Quidam narraverant ad eremitorium cujusdam viri sancti, quod est in vertice contigui montis Spoleti eam spiritu fuisse translatam, inde post colloquia viri sancti solam descendisse. Nonnulli affirmabant, mulierem quamdam eam vidisse per viam, sequentem quemdam magnum canem: quosdam vero in nemore quasi religiosi umbram transeuntem inspexisse. Sed cum postmodum nos ipsammet diligentius percontaremur, respondit: Pater, ego consuetæ orationi me exposueram; nescio à quo pristino habitu nudata, aliisque vestibus *c* illico reinduta: similiter qua inde venerim aut quomodo, penitus ignoro. Memoror tantummodo, quod haud longe à civitate *d* quadam obvium habuerim quemdam virum, suadentem mihi ut ad uxorem ejus & filias declinarem: quem secuta, in domum quamdam extra viam ingressa, in qua nemo erat, cum de uxore & filiabus interrogassem, acquievi dicenti, Expecta hic, cito revertentur. Profecto etsi transibat per viam lubricam, pietati contrariam atque castitatis inimicam, insidiæ tamen augebantur ab eventu, ut princeps tenebrarum ac satellites mortis arcem innocentiæ fortius oppugnassent, virginitatisque prædones rederentur attentiores. Ideirco prætereundum non est, quod per idem tempus nobilis cujusdam provinciæ Regni *e* filia unica, à quodam religiosæ opinionis viro seducta, deviasset à patria: quam pater suus, zelo pariter & diligentia sagacis officii, regionum circumquaque Rectoribus insinuaverat cauta observatione investigandam: ætatem effigiemque descripserat & omnem indolem, non nisi promissis sumptibus. Ut autem adolescentibus quibusdam ac petulantibus juvenibus innotuit, qui avaritiæ non minus intenti quam lasciviæ optabant summopere eam clam invenire, quatenus prius se valuissent libidine exsatiare, ideo domum extra aditum viæ elegerant, ubi commode etiam violentiam occultam possent habere.

Reate Spoletum venit: c *ignorans ipsa quomodo, solum meminit* d E *à via abducta se in domum* e *ubi incesti quidam juvenes insidias alteri puellæ struxerant,* F

67 Operæ pretium est hic memorare de illo sceleratissimo Consulari Pascasio, qui adversus nobilissimam Syracusanam Christi Virginem Luciam obscœna dixerit & intentaverit nefaria: Ei quidem mentitus objecerat, Cum corruptoribus tuum patrimonium expendisti, ideo quasi meretrix loqueris: sed faciam te ad lupanar duci, & dum scortata fueris fugiet à te Spiritus sanctus. Astrinxit postmodum lenones spurcissimos ex industria; Invitate ad castitatem ejus populum, & facite eam tam diu illudi quamdiu narretur mortua: quod cum intentassent, tanto pondere fixit eam Spiritus sanctus, ut moveri penitus non posset. Ex officio impellentes deficiebant viribus, & Christi Virgo persistebat immobilis. Astruit propositum nostrum & ille sacrilegus Præfectus, qui nobili Romanæ ipsi Christi Virgini Agneti, annorum trium & decem, indixerat, Aut cum virginibus Deæ Vestæ sacrifica, aut scortaberis cum meretricibus: jussit denique nudam ad lupanar duci: capillis tamen tegitur & de cælis stola candidissima, fitque lupanar locus orationis atque refulget immenso lumine. Legimus præterea de B. Columba Virgine & Martyre, quæ claruit Senonis circa

ut tentaretur sicut SS. Lucia, *Agnes & Columba Martyres,*

A.SEBAST. CONFESS. EX MS.

circa annos Domini CCLXXIV, quod fuerit ad proſtibulum ducta, & ipſu ciſſimo juveni expoſita, ſed ab urſa defenditur, & ille converſus, & ipſa orando decollatur. Sponſa Chriſti beata Columba, domi nefarie recluſa, columbina ſimplicitate prædita, uxoris illius fraudata ſolatio, vacabat orationi, Dogmatis non immemor B. Catharinæ Senenſis. Numquid, ait, non habemus Sponſum, qui nos poſſit eripere de manibus impiorum, & inter fœdam hominum turbam noſtram pudicitiam cuſtodire. Si ſecus quidem, Agnes & Margarita aliæque Virgines ſanctæ, numquam acquiſiviſſent coronam martyrii. Miſer ille convocatis ipſis adoleſcentibus rediit, pro ſorte portans opportuna crapulæ: & ingreſſus domum finxit de mulieribus excuſationem, neque præſumpſerat turpia proponere: invitabat nihilominus placide ad refectionem, plurimumque mirabatur quod negligeret omnino aliquid ſumere.

Ipſa vero orationi ſe dans

ſuperve-nientibus illis ambi-gue reſpon-det,

68 Cumque conveniſſent complices ſocii, ſuſpicabantur pariter quod eſſet illa de Regno, quoniam quædam nobilitatis præferebat indicia, illiuſque adſcriptæ ætatis erat & elegantiæ. Fauſte equidem blandis verbis adulabantur ei, pedibus protractis ac
B dimiſſo capite: de nomine poſtmodum requirunt, & de patria, quove proficiſceretur. Quæ præcognoſcens imminens periculum, ſpiritu orans tacebat ore: importunius tandem inſiſtentibus, an ipſa eſſet Claretta de Regno, maturius verba præponderans, reſpondit: Ego utique ſum Clara de Regno majori, & proficiſcor illuc quo vocavit me Magiſter meus. Si quis ita profanus dixerit, Columbam fuiſſe mentitam; illum audiat qui etiam aſſiſtebat ei; Ego ſum
f *f* Azarias, Ananiæ magni filius. Æſtuabant inſtantes, alterque lenocinabatur pro altero; veſtes promittentes & monilia, pericula enſis oſtentabant ac favoris præſidia, & fingentes preces ingeminabant ſuſpiria, quod ei ſaltem placuiſſet dedititiſſimis illis adoleſcentibus tam ſecrete & ita caute pro libitu aſſentire. Divino nihilominus præſidio à concepto impetu cogebantur contineri, propter eam quæ in ea relucebat honeſtatem & modeſtiam: & quæ orabat documenta, de offenſa Dei ſcilicet, & de pœnis inferni, de inſtantanea libidine & ſempiterna lue, quodque ſpurcitia miſeræ carnis haberet vermibus ſcaturire. Verumtamen oppreſſi paſſione ac trementes incontinentia, properant mentiti ad improperia; videlicet, Poſtquam cum tuis amatoribus ſtuprata fueris, &
C velut meretrix exſatiata, fingis abſtinentiam & pudicitiam ſuades: ſed velis nolis, ſive fas aut nefas, oportet te viventem aut mortuam nobis ſuccumbere. Columba vero de Deo confidens, conflictu indicto procincta pugnabat elevatis pennis: Neque polluar, [inquit], ſordibus veſtris: cuſtodem quidem optimum habeo corporis mei. Cumque irruiſſent in eam violenta manu, libidinoſo ardore furentes, defecerunt viribus, & eam quaſi marmoream omnino movere non poterant: & ſi ex conatu impellerent, ipſa tamen reddebatur immobilis. Qui præ anguſtia frementes eam nudare tentaverunt: & ut quemdam ſubtinnitum perceperunt, ſuſpicati ſunt eam ferre nummos: ſed aperientes ſinum ejus, involutam invenerunt imaginem Crucifixi, Reliquias Sanctorum, & flagellum ex catenulis. Scindentes ulterius veſtem, viderunt nudam accinctam duobus ferreis circulis, peripheriæ trium digitorum, quorum unus ambiebat alterum. Ipſi prius ſtupuerant eam ſimiliter involutam cilicio, & à collo ſecantes pectus catenulas ferreas. Illico à Domino nimio terrore repercuſſi adoleſcentes fugerunt, mortuique ſunt in brevi. Vir ille miſer ultimo obſtiterat illis, de ſuo ſcelere compunctus, & genuflexus veniam precabatur, vel invitus, dicens: Percipio quod ſanctimonialis ſis & religioſa mulier: rogo te, pro me ora & filia mea quæ degit in monaſterio, & ea quæ obiit uxore mea. Facto [autem] mane, ſe humilem caſtumque itineris ſocium exhibuit, uſque ad ſubburgum *g* Trevis. Ubi mulieribus quibuſdam petentibus Fulginium ſociatam dimiſit, ac vitam ſuam in poſterum emendavit. Cumque ei quæ ipſa fuerit innotuiſſet, ex Peruſio libellum Pſalmorum pœnitentialium ab ea devotius impetravit.

ſe à concepto ſcelere conatur abducere.

Illi vero vim facien-ti prævale-re nequeunt:

& viſis quæ ſub veſte ferebat,

divinitus percellun-tur,

D

ipſa Fulgi-nium eun-tibus ſe jungit.

g

69 Superius quaſdam viſiones præmiſimus, quarum interpretatio myſtica, eſt fere patenter expreſſa. Decet nihilominus narrantes, repertos favos ſpiritualibus perſonis pertranſeundo porrigere, quatenus poſſint abſtruſa mella ruminando *h* ſuccare. Sacrum namque delubrum patriam indicat, quæ ſimiliter eſt generationis principium, quemadmodum & pater. Dictum, ſimile eſt huic: Egredere de terra tua & cognatione, & veni in terram quam monſtravero tibi. Via inde lata & recta, manifeſtam vitæ innocentiam ſignat. Vocatio autem ſponſi, Dei gratiam ac miſericordiam: aſſiſtentia vero ipſorum Sanctorum, eorum ſunt patrocinia, & ſuæ religionis ſalubria inſtituta, in quibus militando exultavit ut gigas ad
E currendam viam, quam Peruſia terminat, ubi corporaliter quieſcit: eminens eccleſia, eſt Jeruſalem ſuperna cæleſtis patria, ubi expectabatur in Sanctorum gloria. Rurſus, ſurſum eminens imago Crucifixi, oſtentabat victoriam atque triumphum de antiquo ſerpente brachia affixa, firmitatem atque in pugna conſtantiam; affluentia ſanguinis, ſuorum operum fructum & præmium. Peregrini baculus, Crux eſt pauperis Jeſu Chriſti, quam oportet tollere quemque volentem ſequi Chriſtum. Quod de genitrice prophetaverat, poſtmodum impletur: nam ſicut S. Monica S. Auguſtinum, ſic tandem & ipſa mater iter ſequitur & veſtigia Columbæ.

CAP. XXV

Et hæc omnia quomodo præmonſtrata in viſu ſuperiori fuerint,

h

Gen. 12, 1

auctor explicat:

70 De monſtruoſis autem animalibus illis, inſidias ſatanæ colligimus, quarum ſanctus ille Hiſpanus Epiſcopus, per Pſalmum, Qui habitat in adjutorio Altiſſimi, pericula hujus inferne deſcripſerat, factique intexuerat hiſtoriam, & ſibi de corona ſubdelegaverat prophetiam. Phyſici namque draconem omni animanti majorem deſcribunt, criſtatum, furibundum, pugnacem, flatu igneo contagioſum, lingua & felle peſtilentem, acutiſſimi viſus, brevi ore ſibilantem, morantem in antris & arena, natantem in mari & fluminibus, in aëre volantem, ſenſus petentem, ſua edacitate beſtias terræ devorantem & volucres cæli: ferunt vi caudæ proſternere elephantem, illudique ave aſſata impoſita ſuper haſtam, quem dum eam inſequitur occidunt, fitque eſca populis Æthiopum. Similiter dicunt leonem, ſuperbum, fortem, atrocem, audacem, horribilem, velocem & fœtidum, ignem timentem & gallum album, ægrotantemque affirmant comedere ſimiam. Sancti draconem interpretantur ſatanam, qui ingens quidem eſt per inſtantiam, pugnax congreſſu, flatu igneo contagioſus, lingua alliciendo blanditur, felle ſuggerendo violentiam minarum & cædis affligit; acutiſſimi viſus, quia eſt invidia nequiſſimus; ſibilo opprimit & annihilat, quod verbo conſurgit; in antris moratur & arena, in incultis ſcilicet & infructuoſis hominibus; in mari natat & fluminibus, in mundanis videlicet & voluptuoſis. Volat per ſuperbiam & tentationem ſubitam, petit ſenſus intellectum ſcilicet & affectum; edax prorſus, quia inſatiabilis de animabus; cum nil ſe feciſſe exiſtimet ſi animam non ſauciaverit; beſtias terræ, id eſt carnales homines devorat; & volucres cæli, religioſos videlicet viros: atrox per crudelitatem, audax per præſumptionem, qua præſumpſit etiam tentare Chriſtum; fœtidus per infamiam, horribilis per fraudem. Vi caudæ (hæc eſt luxuria) pro-

Draconis autem ac leonis pro-prietates

ſatanæ conve-nire oſtendit.

F

A prosternit elephantem, homines videlicet magnos & castos, doctrina ac religione claros. Illusum nuper probavimus ave affata, videlicet à Columba, superhastam Crucis fulgurantis & Euangelii posita, pœnitentiæque squallore adusta, occisum pariter. In illo antea male assueto, in quo viveret postea Christus, escam conversi peccatoris recognoscimus, quando justificatus tentationibus diaboli roboratur & proficit. Ignem timet, quia Dei caritatem horret & gratiam; & gallum album, videlicet prædicatorem castum. Ægrotus quærit simiam, quia cum reprimitur recurrit ad hypocrisim. Quid similiter insinuent gannitus, vulpium fœtor, incessus anfracticus, & pellis atque propria lupi, præsens docebit historia: quidque asturcones rapaces & accipitres fœtidæ illę aves significent, fiet sequentibus manifestum & de multitudine præstolantium pariter & ministris. Siquidem hæc quibusdam viderentur superflua, pace eorum dixerim, nobis tamen videntur opportuna: quia eis hinc forte erit occasio, suo ingenio clarius resolvere minus bene dicta.

CAP. XXVI 71 Festina denique B. Columba prosequebatur iter illarum mulierum addita comitatui, ac in spiritu & silentio meditabatur cælestia, passimque ante repertas imagines beatæ Virginis ingeniculans parumper orabat. Mulieres quasi dedignabantur, eamque vagantem reputabant, & fortassis impudicam. Cumque appropinquassent civitati, venatu revertebatur plurium insolentium juvenum cohors, sibilantium & obloquentium etiam impudice. Quorum unus temerariam manum cominus in B. Columbam extendit, quasi vellet sub fimbria vestimenti tangere: sed statim in corde compunctus, fuit terrore ac tremore repulsus, quod postmodum ipse, cum lacrymis veniam precando, retulit. Cum præterea plusculum præcessissent, convenerunt retrocedentes eam per devia rapere: quibus regressis ipsa disparuit. Nam aorasia seu cæcitate percussi, etiam præsentem non videbant, genuflexam coram imagine quadam B. Mariæ in media via. Instabant stimulis & minis apud mulieres illas, ubi esset aut quo discesserit: quæ pavore tremulæ, se omnino nescire protestabantur. Nempe sicut Elisæus Assyriis aorasiam induxerat, & Clemens *i* Sisinnio; sic eorum oculi tenebantur ne eam viderent virtute Dei. Itidem illis repræcedentibus, mulieres subsequebantur & ipsa pariter: & pervenit Fulginium. Ibi quemdam pium virum obvium petiit de ecclesia & monasterio S. Catharinæ: qui caute per vias prope muros eam illuc usque conduxit: & portam clausuræ monasterii ultro apertam libere ingressa est. Quam cum Sanctimoniales illæ vidissent, valde admiratæ sunt, qualiter scilicet adesset: quodque eis ignotum habuisset introitum. Percunctantibus autem illis, quæ esset, & unde venisset; profitebatur se Religiosam, cetera tacebat. Profecto matrona quædam de antiquioribus excepit illam in cellam suam. Erant quidem Sanctimoniales illę professionis S. Claræ: ecclesia autem dicata est S. Catharinæ Martyri. Cumque eam tacentem, mansuetam, & pulchram, orationi admodum intentam mirarentur, amplius stupebant quod nil cibi sumeret: aliquæ earum suspicabantur, eam forte amoris *k* passione languere. Quam obrem blandos illi præferebant risus, & verba facetiæ, hortabanturque nollet inedia perire: & pia quadam violentia resupinato capite ac digitis expanso ore injicere conabantur pretioso cochleari anisinam confectionem, quæ tamen dimissa respuebat. Veruntamen pietati earum postmodum annuens, una dierum secessit in claustrum; ubi lactucas irriguas conspiciens & olera, petiit acetum: quo infundens summitates olerum, lambendo sucabat, & bibebat aquam. Demum consedentibus tamquam Angelus Dei colloquia divina proposuit, & in tantum exarsit, ut omnes in lacrymas compunctionis adduxerit. A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

72 Quidam autem familiaris monasterii, non usque quaque castus, eam intuitus, judicavit ovem morbidam, luporum escam: quod enim quisque in se sentit, ut plurimum in alio credit. Accessit propterea ad Gubernatorem civitatis, & velut cornu diaboli, incepit auribus ejus corniculari, advenisse videlicet speciosam juvenem & ignotam. Qui misit illuc Prætorem investigare & caute exhaurire, si fuisset Claretta de Regno, de qua præmisimus; eique contulit ætatis indicia, effigiem descripsit & peritiem. Qui postquam inquisitione diligenti discussérat, ex pluribus circumstantiis judicabat eamdem. Ipsa vero subridens dixit: De hoc me astringitis, si videlicet sim Claretta de Regno. Respondeo, quod ego sum Clara de majori Regno, sed non illa quam vos quæritis. Rursus affirmantibus ex conjecturis eamdem; postremo dixit: Vere ego sum Columba de Reate de pœnitentia B. Dominici: & vado illuc quo vocat me magister meus. Porro cornicularius ille nefarius, improbe mentitus, objecit: Hæccine philocapta obsequitur Fratribus? quod postmodum luit, coactus eam prædicare vel invitus. Curaverunt nihilominus ut ibidem servaretur, quousque de Reate redderentur certiores, quo dederant litteras. Cumque illis innotuit, Frater ille major cum pluribus sodalibus venit armata manu, animo prorsus extinguendi eam. Ut autem pervenit ad gratas fremens blasphemat: multis denique affectam contumeliis (heu pro dolor!) injuriis variis lacessitam & convitiis, nec non turpitudinibus, innocentem ipsam patientissimamque dimisit ibidem. Quæ divini cultus pietate proficiens & fervore caritatis, toti civitati facta est in stuporem, ita ut fere nullus remanserit, qui ad visendum eam illuc non accesserit. Quin etiam Sanctimoniales ipsę cautius eam observabant, caritate quædam, aliquæ ex admiratione popularis spectaculi, nonnullæ propter efficaciam verbi: & excubantes introspiciebant per rimulas quæ operaretur in nocte. Meditantem quidem & orantem, nocte pervigilem, se crebrius flagellantem, referebant omnes: matrona vero ipsa quæ eam receperat, & verbo efficaci ac lacrymis & affectu contestata est in Christo Jesu pluribus personis, affirmatque usque ad præsens, se pluries vidisse in cella sua ipsam Columbam, beatam Christi sponsam, orantem, elevatam à terra in aëre super altitudinem cubiti & semis, nullo innixam prorsus corporali fulcimento; sicut postea per plures fide dignos Religiosos & Prælatos fuimus certificati. In tantum interim Dei virtute sua exhortatione profecit, quod inveteratas quasdam consuetudines & obliquas divina lege terminarent, & in posterum commutarentur in melius; ita denique eam veneratione colebant, ut ad Superiores suos protinus litteris & nuntio institissent, ut eis & monasterio præficeretur.

73 Eo tempore subdelegatus Præsidens ibidem Conventus nostri Ordinis, vulgaribus objectis pariter & querelis argutus, omnino à mysterio alienus, querelatum potius illuc accessit; objecitque de discessu, reprehendit de loco, & lamentabatur de tumultu, quasi illam Religio neglexisset. His itaque caritatis favoribus & subsidiis eam aggreditur, piæque consolationes refrigerium impendit. Ancilla Christi prudenter respondit & humiliter. Circa discessum dixit, Ipse magister, ipse magister. De loco: Ego sum parata ad omnem obedientiam: cum Sanctimonialibus istis faciat Deus misericordiam: quibus fui forte gravis, & propter me plura receperunt

delata ad Prætorem quasi esset Claretta fugitiva,

tandem declarat se esse Columbam

atque post toleratas à fratre injurias

ibi relicta,

cunctis exemplo & stupori est.

Fulginium appropinquans,

impuris adolescentibus invisibilis redditur:

Ad monniales S. Clarę deducta

& clausis portis ingressu,

cibo omni abstinet.

Dominicanus Vicarius eam accedit,

A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

incommodo non tamen aſtantes vacabant à lacrymis. Ibidem quidem fuit decem & octo diebus: duabus tandem venerabilibus matronis comitibus acceſſit ad monaſterium Ordinis, ſcilicet ad ſanctam Mariam de Populo, ubi manſit paucis diebus. Profecto eô tempore nutu Dei genitor illius Angelus Antonius, qui ei plurimum deferebat in Chriſto, venit cum uno juvene conſobrino Fratre Ordinis: redit ſimiliter & loci Prior de Capello, qui eam receperat ad habitum: cum quibus decretum eſt proſequi vocationem Dei. Prævideratquippe in viſione ſponſa Chriſti viam, ſed ignorabat determinatum locum: affirmabat ſolummodo, Ad S. Catharinam: ille vero interpetrabatur civitatem Senarum, ubi venerabatur ejus ſacrum caput *l*.

perſuadetq; ut tranſeat ad monaſterium ſui Ordinis,

unde Senas ducendam ſentit Prior,

l

74 Inſtabat nihilominus apud eos pro diſceſſu quanto citius, ne impediretur à Sanctimonialibus & populo, qui tentaverant propter ejus ſanctimoniam eam ſecum retinuiſſe. Ideirco Prior ille, ac genitor ipſius, & B. Columba, una cum Fratre conſobrino & una venerabili matrona, diluculo inde clam diſceſſerunt: ac proſecuti ſunt iter uſque ad illam ſacratiſſimam eccleſiam S. Mariæ de Angelis *m* in ſubburgo Aſſiſii civitatis, in qua diutius oravit. Surgentes poſtmodum ambulabant verſus Peruſiam, & præceſſerant aliquantulum. Ille vero Prior, qui forte cum Fratribus loci tardaverat, reclamans ſequebatur, eo quod dubitaſſet tranſire illas; voluiſſetque declinaſſe ab agro Peruſino. Quæ protinus reſpondit, Scio quod hæc eſt via, ambulemus hac. Veſpere tandem pervenerunt *n* ad Tiberim, ad portem S. Joannis, per quem tranſibant. Qui autem circumſtabant molitores farinæ, clamaverunt contra ſenem, quaſi eoſdem deviaſſet; tentabantque ab ipſo extorquere pecuniam, & [dicebant] nefanda quædam. Culpabile pro certo id hominum genus & temerarium! Narrantibus veritatem rei improperabantur minis, ac mulierum ſuſpenderunt iter: quas una cum patre quædam optimi mercatoris *o* uxor interim ſub fide recepit in ſuburbanis apud prædium *p* in domum ſuam, & reverandus ipſe Prior aſcendit ad civitatem cum alio Fratre. Memini me legiſſe, hoc eodem loco B. Franciſcum tunc juvenem cum pluribus ſodalibus carceri mancipatum, quod etiam præmiſimus opportune: quia ideo fortaſſis ultra Tiberinam aquam ſe deſertum iri ancilla Chriſti præviderat, etiam S. Franciſcum ab ea in multis imitandum. De ipſo utique legimus, quod etiam patri renuntiaverit, & etiam veſtimentis; eique & ſceleſtos quoſdam, poſtquam ipſum impreſſerant nivibus, exprobraſſe, Jace, ruſtice præco Dei. Sic denique Chriſti Virgo ab hujuſmodi indignis hominibus, cum ſua tam pia & honeſta ſocietate, pro Chriſto exprobratur & vilipenditur & in alteram diem detinetur.

m

B

Peruſium autem deflectens,

n

injurioſe ſiſtitur ad eum pontem

o

P

ubi captus olim fuit S. Franciſcus:

C

c. XXVII *Peruſinis Fratribus opem negantibus,*

75 Ratus ſum non omittendum, quin potius exordiri hic ingratitudinem noſtram. Venerabilis namque Prior ille Fulginas erat, & quinquagenarius, præfueratque laudabiliter pluribus Conventibus Provinciæ: declinavit ad Conventum, recurrit ad Priorem primoſq; Profeſſores, [& apud] antiquiores Fratres ſibi notos refugium exoptabat, qui quidem apud Magiſtratum & Primates civitatis erant auctoritate præſtantes: apud quos ut propoſuit horruerunt, quod ſeverius eſt ipſum [videntur] habuiſſe ſuſpectum, nec pro miſeris replicaſſe. Pius tamen Pater, de Deo confidens & ſanctitate B. Columbæ, optima teſtabatur de Chriſti Virgine, ejuſque virtutes narrabat. Nolentibus tamen audire prorſus, ipſemet apud Primates liberum tranſitum impetravit: cum ſalvo conductu. Facto mane deſcendit ad pontem, atque exhibito in ſcriptis mandato, illi, licet frementes & inviti, ceſſerunt tandem. Quæ autem eos pio hoſpitio exceperat ſagax mulier, experta ſanctitatem B. Columbæ, devotiſſimo inde eam venerabatur affectu. Quidam autem efferi juvenes, petulantes ac ſcelerati lenociniiſque famoſi, ſero apud Primatem ſubaudierant cauſam venerandi Prioris, & ſceleris complices convenerunt rapere eam de media via, temere præſumentes etiam contra decreta. Mane igitur egrediuntur haud procul civitatem, exertis gladiis loricati, ſeptem ſatellites, quorumdam etiam ſocietate ſequente; & inſidiabantur clam, obſervantes viam. Cumque Chriſti ſponſa aſcendiſſet collem, jam cum omni ſocietate conſederat media via; & genitorem ſuum hortabatur illamque matronam paululum recreari, atque de his quæ ſecum detulerant porrigebat, annuebatque pariter ipſi Priori ac conſobrino. Tunc qui ſe abſconderant improbi aggrediuntur in via, malo animo & corde peſſimo. Quos ut ipſa vidit juxta ſimplicitatem ſuam *q* columbinam ſimiliter invitabat: porrexitque illis zizyphas, jujubas dicunt, quas ſervabat in gremio. Illi autem accipientes eas, illico recompuncti, ac de præconcepto flagitio ſunt in omnimodam reverentiam commutati; divinoque quodam terrore correpti, abierunt ſtupefacti. Qui vero ſpectaverunt in abſcondito conſocii, improperabantur eis, Heu! animoſi juvenes, congaudeamus de præda: ipſi tamen eo amplius admirabantur, miraculumque virtutis Dei conteſtabantur, poſtmodum veniam petentes: vulgatumque fecerunt in civitatem.

D

pudicitiæ ejus inſidiati juvenes laſcivi,

q

divinitus convertuntur.

E

tranſitus tamen impetratur à magiſtratu:

F

ANNOTATA.

a *Quando, quo auctore, & quam exigua cum veri ſimilitudine ſuſcepta à Trajectenſibus fuerit hæc de* Servatii *& Chriſti conſanguinitate opinio, explicatum invenies in Exegeſi Henſcheniana de Epiſcopis Tungrenſibus ac Trajectenſibus, quæ conſtituit Zonam V Propylæi Majalis cap. 2. Legendam autem illius, cujus hic ſynopſis inſeritur, merito rejectam vide ad diem 13 Maji, ubi ex S. Gregorio Turonenſi dedimus quæ ſola de ejus Vita ſciuntur. Melius auctor hic uſus fuiſſet exemplo Prophetæ Habacuc; cujus infra meminit.*

b *Ex male intellecto loco Pauli ad Gal. 4 natus hic error, dum ibi dicitur:* Sina mons eſt in Arabia, qui conjunctus eſt ei quæ nunc eſt Jeruſalem: *& verbum* conjunctus *male ſumitur de ſitu locorum, cum loquatur Paulus de conjunctione allegorica, qua ea quæ nunc eſt Ieruſalem, in ſervitutem generare filios dicitur, ſicuti mons Arabiæ Sina, in quo conditum eſt vetus ac ſervile Teſtamentum.*

c Veroſimile eſt, *inquit*, *Albertus* hanc civitatem fuiſſe Spoletum, *valde autem placet conjectura, cum Reate Spoletum, hinc Fulgineum, inde Peruſiam rectum iter ſit. Diſtat autem Reate Spoletum* p.m. 20.

d *Has fuiſſe pretioſiores prioribus dicunt Albertus & Baleſtra, neſcio quo fundamento. Crediderim tamen pro habitu Tertiariæ datum vulgarem alium, qui eſſet itineri opportunior; unde nec poſtea agnita fuit, ſed habita puella ſecularis, ut mox patebit.*

e Regni, *ſcilicet* Neapolitani; *Albertus & Baleſtra, ſeductorem ajunt fuiſſe reipſa* Regularem *aut* Religioſum.

f *Ita de ſe* Raphael *Archangelus, in hiſtoria Tobiæ.*

g Trebia, *vulgo* Trevi, *Spoleto* 8, *Fulgineo* 5 p.m. *diſtat, itinere recto.*

h Succare *Italis dicitur pro* Sugere.

i *Si intelligitur* S. Clemens Papa & Martyr, *de quo* 23 *Novembris, nulla in ejus actis mentio* Siſinnii: *memoratur hic, in Actis SS. Agapes, Chioniæ & Irenes* 3. *Aprilis, aoraſia tamen, qualis hic notatur, non ipſi, ſed ejus deceſſori Dulcitio adſcribitur.*

k *Cæſar*

A k *Cæſar addit, huic ſuſpicioni cauſam dare potuiſſe fugam* Claretta Neapolitanæ, *tota Vmbria pervulgatam: de qua ubi legerit, vellem addidiſſet.*

l *Ita etiam vertit Leander: Albertus & Cæſar legunt,* Corpus: *ſed errant. Corpus enim Romæ eſt: de Capite Senas allato egimus* 30 *Aprilis in Analectis cap.* 3.

m *Eſt hæc eccleſia, propter Indulgentiam Portiunculæ, celeberrima, media inter Fulginium & Peruſiam via, intervallo utrimque circiter* 8 m.p.

n *duobus circiter* p.m. *ab urbe* Tiberis *fluit, iter interſecans Fulginio venientibus.*

o *Cæſar uxorem unius ex molitoribus intelligit, quæ ſuam in vicinia caſam habebat.*

p *Idem Cæſar ex Proceſſibus hic addit, domum iſtam fuiſſe contiguam tabernæ, in qua laſcivus quidam juvenis conſpicatus* Columbam, *primitus forſan petendi hoſpitii cauſa eo accedentem, impuro correptus amore, præſumpſerit terebrare parietem medium inter ſuum illiuſque cubiculum, ad faciendum ſibi tranſitum: ſed foramine eatenus cœpto ut tranſmitti manus poſſet, hanc ei obriguiſſe. Quod illa animadvertens, cum invocato Ieſu nomine & impreſſo Crucis ſigno miſerum abſolviſſet, ipſe ad cor reverſus, religioſum habitum petiit & accepit.*

Zizyphæ, *officinis* Jujubæ. *Albertus autem addit* B *fuiſſe in Proceſſibus qui* Roſas *appellent. utique alieno tempore, menſe ſcilicet Septembri. Sunt autem* Zizyphæ *minoris pruni vel olivæ genus ex Africa advectum.*

CAPUT IX.

Honorifice exceptæ Columbæ monaſterium extruunt Peruſini, in eoque ipſa Profeſſionem facit.

Ab effuſa obviâ multitudine

76 MIrabile eſt pro certo quod diximus: ſed opinor quod dixero mirabilius. Profecto pugnæ hujus expleta victoria, ſtatim, nullo concionante aut perſuadente, popularis multitudo civitatis Perufinæ ex ſe commota eſt, dicentes, Ecce Sancta, Ecce Sancta venit, exeamus obviam illi. Viri mulieresque & parvuli per turmas obviam occurrerunt ei, & introducentes *a* eam in civitatem Peruſiæ, a gaudentes & feſtivi, in communi quadam domo b *b* Sororum de pœnitentia S. Dominici pio honore receperunt. Induta erat tunica alba, juxta formam c ipſius habitus; & pallio nigro, quod *c* mantellinam C dicunt. Perufia namque, urbs antiquiſſima, metropolis eſt & conſpicuum decus Umbriæ, vetuſtiſſimæ gentis, quæ orientalior eſt pars Tuſciæ, celebris medii totius Italiæ. Perufia ipſa eſt vernans flos montium, quæ validos admodum gignit homines & mulieres decoras; mater legum atque magiſtra militiæ omniumque bonarum artium. Puriori aëre potitur & aura, opima & ſolo frugifera, Tiberinis aquis irrigua, vallata vinetis quaſi mare, frumento præter avenam, omnique fructu amœna, atque celebris fœcundiſſimo lacu Traſimeno. Fœcundi ſunt ſaltus feris venandis & nemora, ſaxiſque ipſius oliveta pinguescunt. Perufia, arx ſemper fideliſſima Apoſtolicæ Sedis & Agni. O felix Perufia, jam felicioribus prærogativis donata à Domino Jeſu Chriſto. Tibi quidem divinitus B. Columba dirigitur, ut cæleſtium munerum ſalutariumque gratiarum copia potiaris, innocentiamque experiaris & pietatem. Sed & tu, ô felix Columba, gaude, quæ velut alter Job in terra Hus, ubi patientia probaris, ac de patria tam amœna tibi feceras deſertum. Quemadmodum enim nobiliſſimus ille Romanus Alexius, contempta felicitate ſeculari, mirabili quodam diſceſſu, in deſpecto tandem loco paternæ domus, poſt vilipendia ſervorum, patientia

inducitur Peruſiam:

quod ei auctor gratulatur,

(ut ita dixerim) inenarrabili & humilitate de ſuperbiſſimo ſatana triumphavit: ſic & tu pia Virgo, in deſpecto loco domus tui Patriarchæ Dominici, conſervorum ſtimulis ac deſpectu quaſi contuſis aromatibus, indiviſa Columba te Chriſto cremaſti in odorem holocauſti, perſeveranti ſanctitate conſummatum. A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

77 Poſita eſt igitur civitas ſupra montem, & lucerna ſuper candelabrum. Non quidem caſu, ſed certi gratia beneficii, B. Columba venit Peruſiam. Equidem in ſuo ortu, Angelico præſignatum fuerat indicio, iteratiſque oraculis fuit expreſſum. Ut nequaquam videlicet opinaremur negligendum, quod pro maximo munere proponitur, & miſericorditer nobis Deus elargitur. Et nos quaſdam à principio, ſicut narrant philoſophici, Columbæ proprietates præmiſimus, opportunius jam exponendas. Nam cum de Columba tractaret Doctor d ſanctus, ait: Columba animal ſimplex, aſtutia d & dolo carens, ſuis proprietatibus ſignificat dona Spiritus ſancti: quæ profecto ſecus fluenta habitat, ut inde viſo accipitre ſe mergat & evadat: quod pertinet ad donum Sapientiæ, per quam Sancti ſecus fluenta divinæ Scripturæ reſident, ut diaboli incurſus evadant. Etiam meliora grana eligit: hoc E pertinet ad donum Scientiæ, qua Sancti ſententias ſanas eligunt quibus paſcantur. Rurſus alienos pullos nutrit, id reſpicit donum Conſilii, quo Sancti, homines qui fuerunt pulli, id eſt, imitatores diaboli, doctrina nutriunt & exemplo. Item roſtro non lacerat, & ſequitur donum Intellectus, quo Sancti bonas ſcientias non lacerant, id eſt, non pervertunt more hæreticorum. Similiter felle caret: unde ſignatur donum Pietatis, per quam Sancti irrationabili ira carent. Præterea in cavernis petræ nidificat: in quo donum Fortitudinis demonſtrat, qua Sancti in plagis mortis Chriſti, qui eſt petra firma, nidum ponunt in ſuum refugium & ſpem. Habet nihilominus & gemitum pro cantu: hoc ad donum Timoris ſe habet, quo Sancti delectantur in gemitu pro peccatis: quæ omnia pia Columba ſortita fuerat; utpote quæ talia ſemper operaretur.

rurſus ei applicans proprietates Columbæ.

78 Adamaverunt eam omnes piæ mulieres & c. XXVIII generoſæ magis, eratque tanta populi frequentia quaſi receperint Angelum Dei. Quadam profecto amœnitate verborum dulciter omnes trahebat ad Chriſtum. Mirabantur quique abſtractiones illius, F ac qualiter quaſi lapidea ſtabiliretur atque loqueretur linguis. Nam apertis oculis, extenſo collo, aliquando proſtrata humi aut genuflexa, poſt plures horas aut diem, quandoque dies, reverſa ad ſenſus, palam ſalutari eloquio reficiebat adſtantes. Si quis autem callide obſervaſſet eam, ejus Columbina ſimplicitate vincebatur, nec mirabili dulcedine ſuæ manſuetudinis ſatiebantur aut caritatis affectu e. e Die una cum oraret ante altare B. Mariæ, rapta poſtmodum, venit Frater unus cum litteris Reverendi Generalis f Ordinis impetratis à Communitate Reatina, ut reverteretur illuc omnino. Pia vero f Columba meditabatur in cæleſtibus, immobiliſque facta nihil reſpondebat. Ille autem aviditate importunus, apprehendit caput ejus, conabaturque excitare eam, non ſine violentia, licet incaſſum: cum deinde dimiſſa ſentiret, plurimum circa collum, colliſa remanſit. Ut quippe id pervenit ad aures plebis, obviantes cuſtodiis, nuntium emiſerunt vacuum: ſtatuirque illico Primatus atque Magiſtratus ipſius inclitæ urbis, tantæ ſanctitatis Virginem haud quaquam negligere, potius cultu omni ac veneratione proſequendam: & datis ſumptibus de publico ærario, per decuriones populi, voluerunt conſtrui clauſtrum, congruum ſuæ virtuti. Nobiles quædam nihilo-

Ibi cunctis amabilem

& admirabilē propter crebros raptus,

repetentibus eam Reatinis

Peruſini retinendam ſtatuunt.

lominus & generoſæ Dominæ ſuapte liberalem ſummam pecuniarum obtulerunt, pro ædificatione loci.

S.SEBAST. CONFESS. EX MS.

79 Prior ſiquidem pars civitatis noſtræ, Porta g ſcilicet S. Petri, Nobiles pariter & populares, convenerunt in capella S.Herculani ad ſonum campanæ, concionante Domino Troilo Balliono, nunc Epiſcopo h Perusino: qui maturius conſulti elegerunt quatuor probos viros dictæ Portæ, qui curæ præeſſet, diligenterque procurarent de loco & ſitu, juxta pia beneplacita ipſius B.Columbæ, ubi piæ puellæ ſancte ac religioſe famularentur Domino Jeſu Chriſto, juxta formam Regulæ de pœnitentia S.Dominici, & inſtituta S. Catharinę Senenſis, atque inſtructionem ipſius beatæ Matris Columbæ. Plura ei oblata fuerant conſtructa monaſteria, quæ tamen pia Virgo renuit; & primis fulcita favoribus, alienis incommodis noluit conſentire; ſed Chriſti potius implere præceptum Lucæ x, Nolite tranſire de domo in domum: quamobrem in ſuæ Religionis ſolo, ad laudem & gloriam Jeſu Chriſti, clauſtra pœnitentiæ ſuorum operum ſanctis initiis conſeeravit. Qui vero præfecti fuerant, pie ac liberaliter emerunt convicinia atque fundaverunt monaſterium, quod ipſa pia Mater B.Columba Jeſu Chriſto ſuo optimo ſponſo dicavit, & ſancto Dominico, atque Divæ Catharinæ Senenſi; cujus clariſſimo titulo inſignitum nominavit. Ipſa pro certo eſt domus ſupra petram, & eccleſia ſupra montem, quam in ſacro delubro Reatino præviderat: ad quam conſtruendam vivis ex lapidibus, vocaverat eam Dominus Jeſus Chriſtus, in qua & claruit multis virtutibus.

& monaſterium ei conſtruendum,

h

B *quod S.Catharinæ Senenſi dicavit.*

80 Ceterum quamvis Dominus noſter Jeſus Chriſtus, juxta paternam caritatem, ſuos ad paſſiones miſerit, & non ad mundi gaudia; tantoque proximior quis Chriſto æſtimatur ut vincat, quanto plus tribulatur, ſicut ait Chryſoſtomus, tribulationes maximas inſeparabiles comites eſſe virtutum; cujus nihilominus debuiſſemus opera excolere (fateor culpam noſtram) potius conabamur extinguere, contra id quod Paulus monet ad Theſſalonicenſes v. Nempe &, ſenes non ſunt in aliquo novo firmi, ut inquit Doctor i Sanctus; tum propter præſumptionem ſapientiæ, qua aliis non credunt; tum quia eſt naturale vitium ſenum quod ſint increduli, quia experti ſæpius ſe fuiſſe deceptos: ideo ſemper cum Forte, vel, Fere, loquuntur, adverbiis temperativi modi & dubitativi: qui autem incredulus eſt infideliter agit. Iſaiæ xxi. Plane quidam ex ſenioribus noſtri Conventus, ſacræ Theologiæ Profeſſores, perturbati, dedignabantur audire de ea, quæcumque etiam pie relata; arguentes, & reclamantes quaſi ſuſpectas novitates & ſuperſtitioſas, arq; maledicentes objiciebant ob quæſtum eos vagari tamquã hypocritas ſub nomine pietatis: conabantur nihilominus caute eam emittere, ſuſpicantes tandem confuſionem Ordinis & Conventus. Multis ſimiliter affirmantibus, quod cibum negligeret & non manducaret panem, non credentes exprobrabant, quod forte mixturis artificialibus utcumque nutrita ſupremam abſtinentiam fere mentita oſtentaret; voluiſſentque eam in contiguo monaſterio clauſam haberi, ut experirentur factum. Sicque ſua incredulitate apud Primates eam ſuſpectam ſæpius reproponere videbantur, tanto fortius quanto litteraria auctoritate præſtabant.

Seniores quidam Magiſtri Ordinis,

i

mirabilibus tantis increduli,

C

ea habent ſuſpecta: ſed fruſtra.

81 Verumtamen etſi ipſi ſtrepitu & cachinnis reſiſterent, annuente Deo, omnis Magiſtratus & vulgus populi eam devotius proſequebantur: ob id & ipſi coacti ſunt, ſponte vel inviti, applaudere & obſequi ipſi piæ Virgini (ita arduum exiſtimabatur hoc negotium) nec non civili decreto alteri ex ſenioribus & concivi credita eſt cura invigilandi, ne quoquomodo hinc diſceſſiſſet, aut quiſpiam eam à nobis, quacumque etiam pia ſuggeſtione, ſubriperet. Quod abſque dubio fuerat opportunum, quia etiam clariores urbes Hetruriæ intentaverant eam auferre non uno modo, idque ſagacius procurabant. Ob cautelam ſiquidem licentiavimus Priorem illum emiſimuſque prudenter (pater enim & alia ſocietas jam redierant) & ipſa tantummodo nobiſcum remanſit. Pia vero Columba de ipſo Venerando Sacerdote congemuit, non tamen obſtitit, cum revera favoribus prævaluiſſet; ſed in omnibus humiliter ſuis Præſidentibus obedivit. Curæ autem illius ac ſpirituali refectioni Sacramentorum ac verbi deputatus fuit Magiſter Collegiis, una cum venerabili quodam ſacræ Theologiæ Baccalario. Nimirum Præſes eo tempore civitatis Peruſinæ erat Doctor k quidam Reatinus, qui plurimum eam venerabatur, teſtabaturque fideliter ejus ſanctitatem, & in eccleſia illam alloquebatur aliquando. Cumque de hujuſmodi ignoto nobis raptu confabularemur, dixit, Certe comperio, quod probavi experimento, quandocumque meditatur paſſionem Chriſti aut illi proponitur verbum ejuſmodi, illico raptu abſtrahitur.

D

ideoque à ſe dimittunt Priorem Reatinum:

k

Favet ei Præfectus civitatis.

E

82 Sæpius namque ſic paſſa progrediebatur genuflexa, vocitans, Magiſter mi, Magiſter mi, aut Jeſu mi: colloquebatur poſtea, tamquam intueretur Magdalenam, cujus nomen replicabat: proſtrata tandem diutius orabat, & aſſurgens poſtmodum genuflexa aut ſtans, apertiſque oculis, palpebris omnino immotis, nec à ſupra diſcurrentibus etiam muſcis aliquid paſſa, ſæpius faciei colore mutato, quoſdam præferebat venerationis ſanctæ nutus. Cumque ſic prolixius protraxiſſet, quaſi maſticaſſet mandebat, linguamque circummovebat; & opinor, ut aridam præ diutina abſtractione remolliret. Deinde etiam rapta erumpebat in verba, orationis videlicet aut collocutionis Sanctorum, haud ſecus continuata ſententia variatiſque dictis. Sæpius ingeminabat ſingultus atque prorumpebat in lacrymas, & inſtabat pro eccleſiaſtico ſtatu ac populari pace. Demum veluti à ſomno expergefacta, dulciter alloquebatur aſtantes, conſolabatur afflictos, miſeros calamitoſoſque commonebat. Miſericors Deus, qui (ſicut ait S. Chryſoſtomus) rebus mœſtis quædam etiam jucunda permiſcuit (quod certe omnibus Sanctis facit) nec tribulationes nec jucunditates habere continuas permittit. Quidam etenim Doctor egregius ac Magiſter clariſſimus, una cum ſua generoſa conjuge, eam tamquam parentibus orphanam adoptaverunt in filiam, cui pro certo dulciſſimo caritatis zelo pariter & humanitatis affectu juncti ſunt; quæ licet exigua requireret, tamen opportuna quæcumque ſibi liberaliter procuraſſent: fueruntque ei ſolamen aſſiduum & refrigerium, nec minus ſuis poſtmodum ac pio ſuarum Sororum collegio, veneratique ſunt eam ſemper, & noviſſime devotius.

Explicatur modus ejus agendi in ſuis raptibus,

F

& cura eidem à duobus conjugibus impenſa.

l

83 Tempore illo Illuſtriſſimus Dominus Cæſar Borgia (nunc Dux Valentinus) adoleſcentulus, inter Nobiliſtas Studii Peruſini ſacris legibus operam dabat: qui dum cum ſuo prudentiſſimo didaſcalo ac ſpectabili familiarium comitiva, in viridariolo hortulo cellulæ noſtræ ſolatii cauſa deſcenderat. Cumque expleto more inde læti diſceſſiſſemus, pertranſiremuſque eccleſiam; intuiti fuimus mulierum conventum virorumque frequentiam circum B.Columbam, apud altare S.Catharinæ Senenſis. Nobilis autem vir Grifonus Ballionus, qui cum pluribus ſodalibus ad ſpectaculum convenerant, quantocius de Illuſtriſſimo D.Cæſare advertit, alta voce clamavit: Illuſtriſſime Domine, Beata Columba infantem hunc

c. xxix

Nuntiata reſuſcitatione cujuſdam infantis,

Peruſini cavent ne eam amittant.

A hunc modo ſuis precibus reſuſcitavit. [Et Cæſar], Eja, Magiſter Sebaſtiane, volumus pulſare Campanas? Eſt ſiquidem miraculum hoc evidentiſſimum. Illico ego reſtiti, dicens. Nequaquam, Illuſtriſſime Domine: ne forte cederet nobis ad confuſionem: hæc quippe Soror advena eſt & peregrina, atque in Religione novitia, & qualis ſit adhuc ignoramus: etiam ſi dicant quod non comedit, & ſancta ſit. Ego utique ſcio & habetur pro certo, quod Chriſtus & comedit & bibit, cui etiam credens adhæreo. Si forte iſta ſit cum S. Joanne Baptiſta: ego tamen dubito. Nimirum multa eſt hominum malitia & mulierum præcipue, variæque ſunt illudendi artes, ita ut etiam mentes immutent & alienent animos. Sine, obſecro, experiamur de illa, obſervantes ſaltem per annos decem; ut ſiquidem virtutis & ſanctitatis fuerit mulier hæc, valeamus ſecurius affirmare.

incredulus auctor ſuſpendere judicium ſuadet.

Alium movibundum

84 Atteſtabantur nihilominus omnes quod exanimem fere & exhauſtum infantem vitæ reſtituerat ac ſanitati. Propterea, quoniam conjux Franciſci Gregorii Mercatoris, civis Peruſini, cujus neptis apud pontem ſancti Joannis nocte exceperat B. Columbam in domum ſuam, filium infantem habuit,
B qui trimeſtri ægritudine laboraverat; & valde attenuatus, motu etiam membrorum deſtitutus, fuerat à conſilio medicorum reprobatus, utpote qui nec lambere jam aliquid poſſet: cataractæ etiam oculos ejus oppreſſerant. Cumque mater ipſa ejus mortem præſtolaretur omnino ac lamentaretur; quædam quæ ibi aderat pia mulier, dixit: Eſt apud S. Dominicum una Soror, quæ non comedit cibum, & plura facit ſigna ſanctitatis: ſi ad illam eum mitteres, forte curabitur. Quæ ſuggeſtioni tandem annuens, aſſignavit eum nutrici illuc deferendum: opinabatur tamen ipſum mori antequam illuc perveniſſet. Cum autem præſentatum ſibi infantem B. Columba vidiſſet, ita deformem & quaſi fruſtum ligni; interrogavit quid eſſet. Reſponderunt, Eſt filius cujuſdam honorandæ matris, quæ nuperrime & alium genuit. Cujus calamitatis pia Virgo miſerta, eum recepit in gremio: & cum manibus ſuis aliquantulum attrectaſſet, oleo ſuæ lampadis cum ſigno Crucis linivit. Ceterum & quæ pendebant circa collum infantis crepundia & corallos diſſolvit, quibus quædam ſua ſignacula intra poſuit, quoſdam numerans in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, &
C vulnerum Chriſti, notans etiam gaudia S. Mariæ atque choros Angelorum, & religavit ad collum infantis. Deinde maſticatam ab ea jujubam ori ejus appoſuit: quam ſtatim infans ipſe deglutivit. Tandem coram altari S. Catharinæ Senenſis in eccleſia jam præſentatum, nutrici valetudinarium reſtituit, dicens: Dicas matri, quod lactet eum. Qui plane ex tunc vitæ & ſanitatis reſumpſit initium, reparationiſque membrorum ac motivæ virtutis. Contuebatur demum mater ipſa contractam aduſtamve cutem reſcindi rimulis, & tamquam corticis fruſta decoriari, novamque pellem laxare, lacteamque candeſcere, nec non refloridam carnem repuberaſſe, & omnia membra repleri, & oculos cataractis abſtergi. Convaluit in brevi, & jam adoleſcit, virtute
m dotatus & elegantia *m*.

gremio excipiens Columba,

matri ſanum remittit.

85 Crebreſcente igitur hujus beatæ Virginis ſanctitatis fama, confluebant puellæ multæ, etiam nobiles, ut ſequerentur ejus diſciplinam. Seniores tamen Profeſſores Conventus conabantur impedire; objicientes multa, quæ poſſent evenire obliqua, maturius ponderanda: tum quoniam alienum erat à Regula Sororum de pœnitentia puellas recipere, ſed tantummodo viduas bonæ famæ aut

Non probant Fratres recipi ab illa puellas:

ætatis provectæ: tum quia Sororum locus arctus erat & pauper, atque carens clauſura, ſine qua hujuſmodi haud ſatis valeant caute cuſtodiri, ſi permaxime penuria approbatarum fuerit matronarum. Si enim habuiſſent aliquas mulieres circumſpectas, in regulari regimine inſtructas, id negotium potuiſſet facilius deduci: vel aliqua ſaltem generoſa & metuenda mulier probitate ſua hujuſmodi collegium tueretur. Horrebat quippe Senior non minus, quia & Conventus ipſe ſedes eſt ſtudii, & ſecus de juventute præſumebat, anxiuſque erat de ejus perſeverantia apud Peruſiam. Cum [autem] nihil de Superiorum nutu concepiſſet, quaſi amicus proſequebatur eam; aſtute tamen obſervabat circumſpiciens undique, ſingula dubie interpetrabatur, & quæque optima ſuſpendebat. Oportuit nihilominus nutu Dei piis populi devotioris precibus condeſcendere, atque dictioni potentum obedire, qui de loco & annona & ceteris opportunis ſponderant providere: plurimum etenim de ſua prudentia, peramplius de ejus ſanctitate confidebant: Ipſa nempe optima Virgo, collegialem S. Catherinæ Senenſis normam elegit, quæ in Regula de pœnitentia S. Dominici fundatur, admiſſo ritu collegiorum Tuſciæ: quamque deſcripſit vitam Apoſtolicam, & moribus approbavit, & omnibus ſuaſit. Habitum ipſius Regulæ voluit, & uſum mantelli ſupra caput præſertim in eccleſia, quaſi multum deceat puellarum honeſtatem. Cingebatur ſupra tunicam corrigia, ſicut moris eſt, juxta diſpenſationem Ordinis. Habuit præterea tunicam clauſam uſque ad guttur & collum, & guttur velatum & aures, laneaſque tunicellas ob ſancti patris Dominici devotionem. Subtus quidem ſcapulare habuit, nequaquam extra, ne aut cultu degeneraſſet à colenda matre S. Catharina Senenſi.

A SEBAST. CONFESS. EX MS.

permittere tamen id coguntur,

E *& ipſa eis formam vitæ habituſq; præſcribit.*

86 Anno denique Domini MCCCCLXXXX, ætatis ſuæ *n* XXIII, in die ſancto *o* Pentecoſtes, in eccleſia n o
S. Dominici, ante majus altare, celebratis Veſperis, in magno ſpectaculo utriuſque ſexus, coram *Anno 1490 in Pentecoſte*
toto collegio Sororum de pœnitentia S. Dominici, in manibus Reverendi Prioris *p* Conventus, hi- p
laris Chriſti Virgo Columba, profeſſa eſt Regulam de pœnitentia S. Dominici ac collegialis vitæ inſtituta, expreſſis pariter reliquis duobus ſanctimoniæ votis, caſtitatis ſcilicet & pauperiei, non F
ſine piiſſimis lacrymis omnium aſtantium & devo- *profeſſionem*
tiſſima compunctione; diſtributis etiam largius *facit,*
azymis non paucis, quos vulgariter *q* ciaddas di- q
cimus, eo forte quia ob hauſtum cum *r* cyatho r
dantur (quidam Nebulas panicceas nominat) quod profecto ei actui optime congruit, in ſignum ſinceritatis ac veritatis ejus vitæ & ſpiritualis alimoniæ. Multæ poſtmodum piæ mulieres, tam maturæ ætatis quam puellæ, ſecutæ ſunt eam; & veteranæ quædam Sorores, relictis propriis, adhæſerunt ſibi in communem vitam eamdemque profeſſionis formam: ita quod infra biennium *s* habuerit quinquagenarium Sororum numerum, quæ s
per miſericordiam Dei abundabant omnibus oppor- *& ad 50 Sorores recipit.*
tunis, & proficiebant in omni devotione cum maxima ſimplicitate *t*: cooperante Deo ſuis precibus & meritis, in multis ſignis ſanctitatis & gra- t
tiarum, etiam in remotis partibus & proximis, in laudem Chriſti.

ASEBAST. CONSESS. EX MS.

ANNOTATA.

a *Albertus ingreſſum hunc adſcribit feriâ* 4 *Quatuor-temporum in Septembri, anno* 1488 ; *tunc autem currebat littera Dominicalis* E, *adeoque dicta feria* 4 *concurrebat cum die* 17 *menſis.*

b *Idem privatam unius talis Sororis domum fuiſſe ſcribit : addit vero mox advolaſſe illuc Columbam , atque in gremio Beatæ conſediſſe donec adveniret hoſpita; quam illa ſubridens interrogavit , num iſtic in vicinia columbæ nidificarent.*

c *Hunc habitum ei Fulginii datum in ſui Ordinis Monaſterio , poſtquam à Clariſſis diſceſſerat , opinari poſſumus.*

d *Videlicet S. Thomas* p. 3 q. 39 a 6 *ad* 4, *verbis fere deſumptis ex Rabano lib.* 1 *cap.* 3 *ſuper Matthæum. Itaque cum porro auctor hic* Sanctum Doctorem *nominabit,* Thomam *intellige.*

e *Hic Albertus interſerit, primum quod Peruſii Beata operata ſit miraculum , allegato ad marginem jurato ex Proceſſibus teſte , Doctore Camillo Iappeſſi, in hæc verba :* Redibat à furno Maria Antonia Jappeſſi , panibus calentibus onuſta : hanc rogavit Columba ut pro Dei amore partem ſibi aliquam daret. Dedit pia mulier cohærentes aliquot , ut ſimul ſolent ſuper palam educi. Domum autem reverſa, cum panes numeraret , numerum plenum ſe retuliſſe mirata , cui deeſſet nihil , ſicut ad furnum tulerat ; cum ſtupore rediit ad Columbam , quæ ait : Ecquid admiraris ? quiſquis erga Deum & proximum eſt liberalis, centuplum recipiet.

f *Erat hic* Magiſter 35 Ordinis Joachimus Turrianus , *creatus anno* 1487 , *uti ſcribit Leander Albertus lib.* 1 , *ſub ejus regimine admiſſus ad Ordinem.*

g *Iam alias monuimus , frequenti in uſu apud Italos eſſe, ut Regiones civitatum nominenter* Portæ , *ab ea ad quam referuntur Porta.*

h *Sedit* Troylus *ab anno* 1501 *ad* 1506 , *unde intelligitur Vita hæc ſcripta eſſe intra quinque primos à morte* Columbæ *annos , licet aliquammultis annis poſt adjectæ primum ſint ultimo capiti additiones quædam.*

i *D. Thomas, in Epiſt. ad Titum cap.* 2 *lect.* 1 *ſub medium, hæc eadem habet.*

k *Cæſar* Criſpoldum Criſpoldi *nominat , pro anno* 1490.

C l *Albertus , allegato ex Proceſſibus* Teſte Fr. Vincentio Tancini, Vicario perpetuo eccleſiæ Parochialis S. Crucis Peruſiæ, *adnectit hic miraculum perquam ſimile ei, quod veluti ad Pontem S. Ioannis geſtum ex iiſdem Proceſſibus ſupra referentem Cæſarem vidimus, cum dicit, quod* laſcivus adoleſcens , præſumens in cellam Beatæ per feneſtram irrumpere, cum animo Virginem violandi ; mox ubi medio corpore intra eam fuit , conſtringentibus ſe poſtibus ac ſuperliminari tigno, ſic conſtrictus eſt, ut porro movere ſe nequierit ; fuerit autem ab accurrente ad lignorum fragorem Columba per ſignum Crucis liberatus, ac porro correctus ſanctius vixerit.

m *Idem etiam hoc addit* , atteſtante Fr. Antonio Fabutii de Sextino , *ſic relatum in Proceſſu.* Atalanta Balioni informem ſemimortuæ carnis maſſam pepererat : quam manibus contrectans Columba ſingula oſſa reperit, ſuæque aptavit junctura ; invocata deinde S. Catherina Senenſi , remiſit attonitæ genitrici bene formatum filiolum : qui baptizatus crevit in ætatem perfectam , ordinemque Prædicatorum ingreſſus dicebatur Fr. Dominicus Balioni.

n *Neſcio cujus errore ſcriptus erat* annus ætatis XXI ; *neque errorem eſſe vel Leander vel Cæſar obſervarunt :* D *qui tamen ex ſupra poſito nativitatis anno redargui facile poterat : ſecutus ergo Albertum & Baleſtram , verum annum reſcripſi , reſpondentem anno Chriſti jam notato.*

o *Anno* 1490 *Paſcha celebratum fuit* 11 *Aprilis,* Pentecoſte *igitur* 30 *Maji.*

p *Alberto hic nominatur* Fr. Stephanus de Vio.

q Azymos *vocat auctor , quod alii* Oblatas, *eſtque dulciarii genus inter duas laminas ferreas cocti , plane ſicut coquuntur ſacrificales hoſtiæ, niſi quod hæ pure azymæ ſint , in iſtis ſaccarum & aromata farinæ ſeu pollini miſceantur. Vide Vocabularium academicum della Cruſca.*

r *Videtur innui , quod* Cyathus *Italice diceretur* Cialdo, *quod ulterius probandum vel examinandum peritis popularis linguæ relinquo.*

s *Albertus fundationem Monaſterii & poſitionem primi lapidis Profeſſioni præmittit , allegato Chronico ipſius Monaſterii ; ſed in hoc ſubſtantiam deſcriptam invenerit, circumſtantiam temporis de ſuo addiderit. Etenim Baleſtra ipſa Proceſſuum verba , tempus accurratiſſime notantia, hæc adducit :* Die XXII Februarii MCCCCXCIII die Veneris, inter horam XV & XVI , cum Monaldus E Boncombi, Benedictus de Guidalottis , & Joannes Franciſcus Gregorii , à Priore & Conventu S. Dominici eſſent conſtituti Commiſſarii & Proviſores ad fabricandum monaſterium ſub titulo S. Catherinæ Senenſis, in Porta S. Petri, juxta S. Mariam Magdalenam , ſicut apparet ex commiſſionis hujuſmodi inſtrumento per manum Ser-Herculani del Ranſo : cumque titulo hujus fabricæ emptæ eſſent quædam domus ; prædicto die , qui fuit Cathedræ S. Petri, volentes fabricando monaſterio initium dare , ad inſtantiam Sororis Columbæ de Reate , hujus rei inventricis ; hoc in loco cœptum eſt fundari dormitorium & refectorium , intervenientibus tali actui Reverendo Priore S. Dominici , & quodam P. Antonio Confeſſario ipſius Sor. Columbæ , ipſaque Sor. Columba, & D. Atalanta de Balioniis, D. Maria qu. D. Simonetti, & ſocius Magnifici D. Rudolfi Balionii , cum filia ejuſdem D. Rudolfi , atque uxor Monaldi Boncambi, aliiſque pluribus Dominabus. Facto autem per Priorem ſocioſque officio , d. Sor. Columba , priuſquam inciperet ponere primum lapidem, ad orationem ſe compoſuit ; in eaque fere ad horam perſtitit , adeo immobilis , ut quotquot F præſentes eramus numquam potuerimus notare ullum vel minimum membri alicujus motum , ſed adſtabat inſtar ſtatuæ rigida. Ad ſe deinde revertens, magnis cum ſingultibus bis appellavit Catherinam Sororem ſuam & S. Hieronymum , videbaturque nobis quod loquebatur cum ipſis de rebus divinis, ſemper commendans eis Peruſinam civitatem. Eo colloquio , cum iis qui non videbantur ad horæ quadrantem protracto, adferri ſibi juſſit ramum palmæ benedictum , cum candela ſimiliter benedicta, eaque in formam Crucis diſpoſuit, ſupraque primum lapidem ſuis ipſa manibus collocavit , ſequentibus ordine Matronis aliis quæ ipſam comitabantur : prædixit autem futurum ut locus ad numerum centenarium augeretur. *Albertus ad palmam & candelam addit* Agnus Dei , *& ſumpto in manus lapide , dixiſſe eam ait :* Tu es Petrus , & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam : *deinque ſubjunxiſſe :* Domine Jeſu Chriſte , pone in hoc loco ſignum ſalutis, neque permittas ut eum umquam ingrediatur perCuſſor Angelus. *Idem alibi dicit : quod prima quæ* B. Columbæ *ſe obtulit viſio fuit S. Barbaræ , Reatinorum Patronæ, apparentis ſupra maceriam horti, pollicentiſque locum, protegente ſe, immunem fore ſemper à fulmine.*

t *Baleſtra*

A t *Baleſtra deſcribit formam vivendi ab eadem ordinatam in hunc modum, verbis ex aliquo originali tranſcriptis.*

I Volebat ut ſupradicta vota, Obedientiæ, Paupertatis & Caſtitatis ab omnibus & ſingulis nuncuparentur obſervarenturque.

II Volebat ut Officium divinum perſolveretur cum magna ſolicitudine & devotione nocte ac die: & quando aliqua per negligentiam adveniret poſt GLORIA primi Pſalmi, volebat ut faceret pœnitentiam: quod ſi ab integro Officio abfuiſſet aliqua, ſederet in terra, dum aliæ Sorores accumberent menſæ.

III Conſtituit Sacriſtanas duas, quibus commiſſa eſſet cura rerum attinentium ad altare & eccleſiam, item ut tempore ſuo pulſaretur ad Officium, attenderent autem diligenter munditiei & nitori altaris.

IV Ordinavit ut eſſent Sorores duæ deputatæ obſequio infirmarum, quæ his cum omni diligentia caritateque ſervirent, monerentque Matrem Prioriſſam de ſingulis, curarentque medicos & medicinas ac alia quæcumque infirmis opportuna.

B V Ordinavit ut Sororum una præficeretur rebus ad victum pertinentibus: utque omnes res ac reditus monaſterii aut in particulares aut in communes uſus deſtinatæ, repræſentarentur Supprioriſſæ; atque ex hujus arbitrio à præd. Procuratrice diſtribuerentur Sororibus, ut ſunt, oleum, legumen, caro, caſeus, fructus & alia quæcumque uſus fert.

VI Duas item Sorores præfecit penui, id eſt, pani & vino, quæ eadem Sororibus diligenter amanterque impertirentur, haberentque ſolicitam curam vaſorum ac rerum aliarum ad penum ſpectantium.

VII Hoſpitalitati quoque duas attribuit, proponens eis exemplum Chriſti, monenſque ut qui hoſpitio excipiendi erant, exciperentur cum caritate & diligenti obſequio.

VIII Curandis lineis ad capita pannis alias duas delegit, quæ iis cum diligenti cura attenderent, mundoſque quindenis ſingulis inter Sorores diſtribuerent, & ſordidatos reciperent.

IX Totidem nominavit pro lineo menſarum apC paratu, quæ mappas & mantilia ſolicite cuſtodirent, ſuoque tempore mutarent.

X Quinque Sororibus demandavit curam tunicellarum, quæ illas diligentet curarent .... [lavandas], & tam ipſas quam lodices impertirentur Sororibus, prout res ferret.

XI Ad portæ cuſtodiam volebat collocari quatuor aut plures, maturioris ætatis notæque circumſpectionis, quæ omnibus bono eſſent exemplo in cunctis operibus ſuis.

XII Horto duas attribuit, iiſque impoſuit ut coli eum facerent & plantari, herbaſque naſcentes Sororibus ac benefactoribus diſpenſarent.

XIII Volebat ut omnes labores monaſterii æqualiter dividerentur in omnes, utque hebdomadatim culinam faceret una, duæ ſcutellas lavarent, aliæ monaſterium verrerent, lanificium exercerent; panem quoque pinſerent & coquerent duæ: lotioni vero pannorum integer unus chorus aſſiſteret: omnes autem hi labores diſcrete injungerentur pro cujuſque viribus.

XIV Manualia opera, quæ fuerint in monaſterio facta, dentur Matri Prioriſſæ, & pretium inde confectum præſentetur Supprioriſſæ; quæ ... illud accipiat & expenſas neceſſarias Sororibus faciat.

XV Pro Novitiis eligatur Magiſtra exemplaris, quæ eas Officium ac mores doceat; aliæ vero Sorores ipſarum curæ ſe non immiſceant, præter Matrem Prioriſſam & Supprioriſſam. A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

XVI Mandavit ſilentium ſervari ab Ave-Maria ad horam Tertiæ, præcipue autem teneri illud voluit in choro, in dormitorio, atque ad menſam; ubi continuo quidpiam legi volebat, vel ex ſanctis Patribus, vel ex aliis libris ſpiritualibus ac devotis, ut ſimul cum corpore reficeretur & mens.

XVII Ordinavit ut omni feria VI, poſt Ave-Maria, pulſaretur campana, omneſque Sorores ad oratorium convenirent, ibique diſciplinam facerent per tria Miſerere aliaſque devotas orationes; unum Miſerere pro defunctis, alterum pro peccatoribus, tertium pro ſeipſis.

XVIII Item ut qualibet feria VI Mater Prioriſſa Capitulum faceret Sororibus omnibus, reprehendendo earum defectus & tranſgreſſiones Regulæ, utque ſubditæ omnes ſuam culpam faterentur Supprioriſſæ; &, ſi offenſa aliqua intereſſerat, invicem ſibi ignoſcerent.

XIX Conſtituit ut Sorores omnes collegiatim adirent eccleſiam, ad Miſſas ſacraſque prædicationes audiendas; eiſque ſilenter ac devote aſſiſterent, ad bonum exemplum proximis præbendum. E

XX Decrevit ut nulla cuiquam perſonæ externæ loqueretur abſque licentia Supprioriſſæ; & ſi vir eſſet, quantumcumque arcta conſanguinitate junctus, non abſque bona ſocietate: nec volebat ut cum aliquo Religioſo familiaritatem vel amicitiam haberent, præterquam cum Patre Confeſſario, qui eſſet à Superioribus conſtitutus.

XXI Denique nolebat ullam de monaſterio progredi abſque extrema neceſſitate, præſertim juvenem: diebus autem feſtis, præterquam ad eccleſiam, omnino neminem permittebat egredi, idque ſolum propter Miſſam & prædicationem.

His aliunde acceptis addit Baleſtra, quod Suadebat ne unquam ſe paterentur clauſuræ adſtringi: ſed ſequerentur Regulam tertii Ordinis S. Dominici, ſicut illam ſecuta eſt ſancta Mater Catherina. *Ex prædictis porro ſequi videtur, non ſolum* S. Columbam, *licet ſolum Profeſſa ſit Regulam tertii Ordinis, vere & abſolute Religioſam fuiſſe, ſed etiam S. Catharinam, de qua ſcio nonnullos dubitare. Clauſuram vero nunc ab iiſdem ſervari ſupponunt miracula* 36, & 37, *referenda ex Baleſtra in Appendice.* F

CAPUT X.

Peruſii ſtabilita Columba, peſtem ab urbe averſam excipit: ac deinde graves calumnias paſſa, publice in extaſim rapitur.

87 HEtruriæ civitates quædam clariſſimæ tentabant jugiter eam à nobis auferre, frequentatis nuntiis, viris religioſis, ac multis piis mulieribus, maxime circa Indulgentiam Aſſiſii; deputatis etiam exploratoribus cautis, ſi quidem blandiri aut pie mulcere valuiſſent, ut hinc clam diſceſſiſſet. Perferebant ei donaria multa & exenia & pretioſa, calices quoque & paramenta Miſſæ, ſuæque ditioni exponebant plura monaſteria liberalemque proviſionem; narrabant pariter eorum populorum devotionem & intenſum affectum erga eam, & religionis ſuæ dilatationem atque uberrimum caritatis fructum. Pia vero Chriſti Virgo omnibus ſe amabilem exhibuit: de ſe ſentiebat humilia, ſeque & reliqua in omni ſimplicitate & manſuetudine deferebat obe- CAP. XXX

Multis Tuſciæ urbibus eam ad ſe invitantibus,

A.SEBAST. CONFESS. EX MS.

dientiæ. Venerunt ſimiliter de Sabinis & Reate, parens mater, affines quidam & convicini; ſi quo modo potuiſſent extorquere eam de Peruſio: quos vultu hilari & obſequio filiali venerata, urbane recepit, verbo plurimum ædificavit, ac lætificavit exemplo, piiſque quibuſdam ac placitis munuſculis donatos remiſit ad propria. Supervenerunt inſuper & ab urbe Roma Commiſſarius quidam & litteræ, præcepta urgentia & cenſuræ à primis Dominis, qui

Ipſaque etiam Roma.

a præoptatam eam voluiſſent haberi Romæ *a*: quam ob rem fuit opportunum uti multa cautela ac circumſpecta cuſtodia. Animadvertimus familiares quoſdam nobis inſidias moliri, multaque ſub pietatis nomine ſuadere, nec non & vigiles canes infamiis dilacerare; propterea licuit eos, tamquam abdicatos rebelles, à republica ipſa noſtra perpetuo reprobari. Et ne urbs Peruſina ſuo cæleſti theſauro fruſtraretur, replicis validiſſimis ac precibus obviatum eſt, ne & opus ſanctum quod cœperat per ejus abſentiam impediretur.

Soliciti Peruſini ſuſpectos ablegant,

88 Ob id de Patre Sacerdote etiam dubii, alium apud Superiores obtinuerunt, ætate & experientia provectum: eumque eam raptam ſemel audiſſet loquentem, territus tantum timuit quod audire eam in Confeſſione omnino recuſavit: Abſit, inquiens, à me, qui homo peccator ſum, ut de tanta innocentia judicem, quam præcognoviſſe jam opinor omnes defectus meos, ſicque receſſit. Rogatus denique civium Magiſter Ordinis præfatæ Virgini & Collegio puellarum deputavit Vicarium Obſervantiæ Thuſciæ,

aliamque Confeſſarii et petunt,

B

& impetrant Vicarium Thuſciæ.

qui eas inſtitutis optimis ſanctæ religionis inſtruxit, Confeſſionem generalem B. Columbæ audivit, & colloquiis ſanctis multum ſatisfecit. Et cum nos ſub murmure perſtreperemus de frequentia illius in eccleſia, mane videlicet & veſpere; Vicarius ipſe reſpondit; In veritate, Patres mei, hæc quaſi cæleſtis Angelus habet colloquia Dei, Virgo miræ innocentiæ & maximæ ſimplicitatis, & in his quæ Dei ſunt hilaris & valde devota, affectatque multum verbum Dei: & mirabiliter Sacramenta zelat, multaque ſecreta in viſione prævidit, & in me expertus refero. Cum is poſtmodum diſceſſiſſet, ſucceſſit alius,

huic alius minus idoneus ſuffectus,

in Sacramentorum quidem pietate idoneus, vir utique bonus; in verbo autem ſacro minus eruditus, qui eam audire tantummodo potuit; æſtus autem mentis ſuæ, aut pias viſiones interpretari, ſeu exponere ſacra dicta, minime. Quæ fervore anxia jugiter

C flebat, & crebriori raptu agitabatur, frequentabatque eccleſiam. Per idem tempus multa admodum notanda ille neglexit: ipſa nihilominus eum magno caritatis atque humanitatis obſequio proſequebatur.

cui ex pleuritide morituro

Qui cum ſemel graviter infirmaretur acuta pleuri, conjectabamus eum mori: Chriſti [autem] Virgo, aſſumpta ſocietate decenti, cum pluribus matronis & ſecularibus viris, cellam ejus ingreſſa, conſolabatur eum; & genuflexa ante lectum orabat, & in extaſim rapta perſeveravit diutius. Demum ad ſe reverſa, dixit: Valeas, Pater, ne timeas, cito curaberis. Cui

ſanitatem Beata reddit.

propriis manibus cibum miniſtravit & potum, quos omnino jam neglexerat: poſt biduum autem coram ea Miſſam celebravit. Eodem tempore Pater illius Angelus Antonius vita functus, pie obiit: Vanna autem mater ejus, ſoluta à lege viri, B. Columbam ſecuta eſt, juxta monita beatiſſimi peregrini: nam & ipſa habitum de pœnitentia S. Dominici accepit,

Mater vidua filiam imitatur.

b eamdemque Regulam eſt profeſſa *b*.

89 Anno autem nonageſimo quarto currente, peſtis Peruſinam urbem infecerat & comitatum: vulgaris vero plebs & magiſtratus populi efflagitabant præſidia B. Columbæ. Quibus Chriſti ſponſa dixit: Oremus omnes ad Dominum, & advocemus ſanctiſſimum Patrem B. Dominicum, Sanctamque

An. 1494 graſſante peſte,

Virginem Catharinam Senenſem, qui ſpeciali patrocinio ſuſcipiant cauſam populi: Vos autem diebus tribus cum letaniis viſitate Sanctorum eccleſias (prudenter tamen) & deputate ſumptus de ærario publico pro ſubſidio pauperum & infirmorum; ut Deus per ſuam miſericordiam, ac meritis Sanctorum, & veſtris operibus bonis, dignetur urbem ipſam & comitatum propitius intueri, ipſamque reprimere luem. Ut autem ei qui in Spiritualibus auctoritate præerat id fuit expoſitum, illico horruit maledixitque; Millia, inquit, inguinaria veniant in eam, ex quo vulr plebem convenire ad mortalitatem: abſque dubio contagionis incendio peribimus. Magiſtratus nihilominus vexillum arte ſuperbum, eorumdem Sanctorum imaginibus depictum *c*, præferentes impleverunt & reliqua, ut indixerat Chriſti Virgo. Multi denique qui infirmabantur veniebant ad eam, qui oleo lampadis ſui altaris liniti curabantur. Et in pluribus caſtellis comitatus invocata S. Catharina Senenſi peſtis ceſſavit, conſequenter & mitigabatur pariter in civitate *d*. Sacerdos qui Confeſſionem ejus audiebat, præſidebat vice Prioris Conventui Fratrum, quem contigit circa mediam noctem non leviter infirmari. Quod ipſa in ſpiritu prævidens, vocatis nonnullis antiquioribus de monaſterio, acerſitiſque viris quibuſdam convicinis & accenſis cereis, diluculo fecit aperire conventum: quem ingreſſi eduxerunt ipſum, & in oratorio monaſterii ſuper ſtratum lectulum ponentes, habuerunt ejus pervigilem curam, ita ut in brevi potuerit eis ibidem miniſtrare divina.

ſuadet proceſſiones inſtitui:

quod, improbante licet Vicario factum.

c

nec fruſtra.

d

Confeſſarii ſuum ægrum curandum ſuſcipit,

E

90 Qui autem præfatæ Virgini maledixerat non fuit mentitus omnino, velut Pilatus: nam ipſa inguinarium illius pertulit & aliorum multorum. Quoniam ſpiritus illi nequitiæ, executores vindictæ, furorem incendii & aciem extinxerunt in virgineum corpus ejus, ſicut ipſa præelegerat: repletumque eſt apoſtematibus & veſicis turgentibus peſtiferi virus, aporiiſque & urenti ſanie; ita ut cum intentiſſimis febribus ac doloribus importunis, etiam incentivis ictibus & puncturis ſtimularetur aſſiduis. Tolerabat præterea patienter Chriſti Virgo, neque à conſueta oratione ceſſabat. Medicorum remedia admittere nequaquam: ſed ſalvatorem præſtolabatur Dominum Jeſum Chriſtum. Compatientes autem piæ Sorori, mœrore & luctu conſolabantur eam, quas prudenter domi ſequeſtraverat: Prioriſſa vero, anus circumſpecta, quæ eam valde amabat, obſervavit ipſam raptam in extaſi, & caute ſupra cavillam pedis alligavit cauterium cataplaſmatis, *e* ructorium dicunt. Quæ cum expergeſciſſet, interrogabat quid illud eſſet: Prioriſſa reſpondit: Per obedientiam permittas. Quæ ſtatim acquievit, doloremque illius cum aliis tacebat. Ipſi denique averni miniſtri terrebant eam minis & inſultabant: Si in te non prævalebimus, ſaltem in tuis Sororibus & Confeſſore conabimur ulciſci: quas obcæcatas ac diſcordes efficiemus turpitudine & infamia. Spectabat quippe in viſu, illos immittentes ſuos nefarios digitos in oculis earum. Circiter ſeptem diebus iſtiuſmodi cruciatus toleraverat ancilla Chriſti; & ecce apparuit ei ſanctus Pater Dominicus & S. Catharina, & conſolabantur eam. Demum ſuis manibus avellebant veſicas & apoſtemata: ulceratasque *f* aporias leniebant: Et ſtatim ſanitatem nacta & priſtinam valitudinem, hilaris progrediebatur & læta, dicens: Affuit ſanctus Pater Dominicus cum B. Catharina, & me curatam dimiſerunt ab omni peſte: verumtamen vulnus quod urenti medicamine impreſſerant, diu remanſit incuratum *g*.

in qua ex obedientia cauterium ſuſtinet,

F

e

vexatur etiam à dæmonibus,

ac die 9 ſanatur à SS. Dominico & Catharina.

f

g

91 Rabidus hoſtis inſequitur Virginem Chriſti, nec deſiſtit ab inceptis; atrox ſicut rugiens leo omnes

c. XXXI

A *Exercente illam Deo,* nes circumvenit & ejus pusillum gregem : &, ut quantum illi à Deo permittitur, quantocius lædat, festino furore contendit. Quosque enim Sanctos satanas expetivit tentare, & velut qui triticum purgat ventilando concutere : à quo Sancti immunes esse non possunt. Quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit : & ibidem Glossa inquit, Qui exceptus est à numero flagellorum, excipitur à numero filiorum : & sive innocentiam Job dixerim, sive Petrum mundi Antistitem, si non juvantis se Domini essent opitulatione protecti, pro certo eadem procella eum ceteris ostenditur conteri potuisse : quoniam non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Pluribus siquidem Sororibus peste infectis, quædam obierunt in Christo : ipsa nihilominus omnibus opportune ministraverat, attrectaveratque propriis manibus, dulcissimisque eas monitis ac salutaribus hortabatur, omnibusque Sacramentis munitas Virgines fortior provexit ad cœlum, sui laboris castas primitias.

post toleratam diu in monasterio pestem,

92 Vix exitii ruina cessaverat, quod ipse immundus pudicitiam ejus contaminare molitur. Adversus namque Christi Virginem, relicti vulneris malitia crassati cruris & genu dolore laborantem ; B & contra pium Confessorem, imbecillem pariter & infirmum, pudorem mentitur. Quoniam (ut asserit Hieronymus) nulla pestis efficacior ad nocendum quam familiaris inimicus : propter quod diabolus tentare volens Evam, non in propria forma, sed serpentis formam assumpsit, quæ mulieri similis videbatur. Pariter advena quædam anus, alterius olim Professionis & Regulæ, penitus egena etiam hospitii, importuna se monasterio ingesserat. Quam Christi sponsa (juxta veram columbæ naturam, qua scilicet alienos pullos nutrit, vagas errat esque aves suscipit) miserta illius recepit, h diffuadentibus non nullis : inducto exemplo Patrum (illius videlicet infirmi assumpti *h* de via) quæ si pristinas tinxerit vestes, lupinos tamen non mutaverat mores. Hæc suis demeritis & ingluvie à cura alimoniæ semota, diabolum invocabat : & temeraria admodum & garrula, laxata blasphema lingua ac sacrilega, faciles teneraque puellas vitiabat. Adhæserat illi & procax quædam ac profuga vetula, alienigena similiter & gratis admissa : quæ à diabolo obcæcatæ, nil rectum videbant. Sed simulato caritatis zelo, clam tamen, pia monita Beatæ C Columbæ & casta colloquia vilipendentes, siniſtra interpretatione maculabant pœnitentiæ illius rigorem atque opera pietatis & misericordiæ. Gravior, inquit Ambrosius, tentatio non est quam est calumnia, quæ non solum falsa componit, verum etiam quæ pie gesta sunt decolorat, ut in Joseph impudica domina, & in Susanna duo presbyteri : ubi & silendum docet. Similiter & istæ inveteratæ dierum malorũ, si Sacerdotis pedes lavit, si infirmanti ministraverat *i* & coxerat ficedulas, aut alia hujusmodi humanitatis officia prosecuta fuerat, omnino sui laboris immemores & periculi, ingratæ infamia pensabant. Sicque carnis pestem sequitur cathedra pestilentis animi : & quoniam de levi degenerat opinio sanctimoniæ, lubricaque est fama pudoris, ob id quædam cœperunt à devotionis fervore tepescere, ac de veritate vitæ ejus nutare pauliſper & agitari. Cumque advertisset Virgo Christi, perdoluit, scilicet alienam culpam, non suam contumeliam, pro quibus orabat crebrius. Conabatur consolari pium Confessorem, indignatione perplexum, sæpius præ amaritudine lacrymantem super earum ingratitudinem ; nec non & id quod nefas est de tanta innocentia cogitasse. Ipsa flebat ju-

vetulæ duæ, misericorditer susceptæ,

obsequia ægro Confessario præstita

in argumentum calumniæ versunt.

giter morbidum ovile, vitiatamque Virginum simplicitatem. Inde Augustinus : Plangis mortuum, plange vivum : an non sunt in te viscera Christianæ misérationis, ut plangas corpus à quo recessit anima, & non plangas animam à qua recessit Deus? Sæpius etiam intervenerat Christi sponsa ne è monasterio pellerentur : oportuit tandem Superiorum prudentiam providere. Quandocumque à Sororibus lectum fuisset aut in mensa, de anu illa quæ S. Catharinam infamaverat *k*, ita horrebant, ac si de eis diceretur, & indignabantur. k

A. SEBAST. CONFESS. EX MS. *& tandem segregantur.*

93 In festo autem B. Dominici collegium Sororum ex more in Missa fecerat processionem, & ipsa genuflexa coram majore altari fuerat rapta in extasi : illico supervenerunt Decuriones & Magistratus populi una cum Reverendo Gubernatore. Ne forte opinarentur nos procurasse ad ostentationem, fecimus circumstantes Sorores præter duas antiquiores secedere : post sanctificationem *l* vero Secretarius Gubernatoris stupefactus venit ad cathedram in capite chori, dicens : Reverende Domine, veni, vide Virginem Jesu Christi, profecto videbitis mirabilia. Qui respondit, Numquid neglecto Magistratu solus ibo ? Cui assurgens dixi : Non suspicetur Dominus meus, nos arte procurasse : quia consueto ritu Sorores processerant, & ipsa excessum passa remansit, reliquas sequestravi. Celebratis Missarum solemniis exeuntes chorum sequebamur lateraliter Gubernatorem, qui eam intuitus admirabatur plurimum. Ego confusione compunctus expavi, intentus nihilominus verbis Secretarii, scilicet, Vide Virginem Jesu Christi. Erat quidem venustæ staturæ, & elegans, & mantello demisso, ac discooperta venerabili facie & decora Angelicam præferebat majestatem ; ita ut vultu blandiret, & terreret aspectu ; atque indefesso brachio candelam albatam accensam manutenens, diutius perseveravit immobilis. Ut autem Gubernator processit & Magistratus, Sorores supervenerunt & multi laici. Meditabar iterato, replicans verba Secretarii in exprobrationem mei, qui eam adhuc non videram, aut fueram passus audire ; & arguens clamabam : Magni viri venerantur eam, & ego Frater pediculosus contemno.

Illa publicè in extasim rapitur,

1

E

spectante Gubernatore ipsoque auctore,

qui exinde salubriter compunctus,

94 Jam Sorores abierant, & ipsa in capella Annuntiatæ secesserat, quia duo nuntii cum litteris supervenerant, unus Sacerdos secularis & alius Religiosus, qui genuflexi litigabant coram ea. Ego quidem, ut senior præsumens, accessi illuc, explorare quid esset : quia sic præter horam remansisset, illosq; sibi genuflexos toleraret. Duo quippe Prædicantes in quadam civitate, oppositas sententias de quodam futuro eventu prædixerant ex nomine B. Columbæ, & conabatur quilibet eam ad suam partem declinare, cum ipsa neutrum dixisset. Scisitabantur pariter de quadam defuncta, in quam partem anima illius decessisset. Itidem de quodam tunc vivente, si sanctus esset. Visis litteris execratos expuli, hujusmodi sacrilegam tentationem temeritatis satanæ fuisse judicavi, exitiumque cupiditatis & ruinæ. Ab aliis quoque partibus audieram quosdam ex nomine ejus attentasse similia, etiam de *m* Trinacria. Quapropter indixi omnes hujusmodi litteras imposterum mihi assignari, qui eam consulens per omnia exararem castigata responsa : quæ non solum acquievit humiliter, imo quod de cetero prosequerer obnixe rogavit : quod tamquam præcepto astrictus, usque ad sanctum ipsius obitum semper feci libentius.

eam à molestis interpellationibus liberat.

F

pro ipsaque respondet quærentibus.

m

ANNOTATA.

a.SEBAST CCNFESS. EX MS.

a *Addit Albertus*, per Innocentii VIII mortem factum esse, ut mutatis Magistratibus etiam hic conatus vanus fuerit: *& huic opinioni favere videtur quod Balestra pag.* 116 *testem abstinentiæ diutiurnæ à Columba servatæ alleget eumdem* Innocentium. *Verum obiit is anno* 1492, 25 *Iulii: itaque verosimilius mihi est, sub ejus successore* Alexandro VI *rem actam esse, Cæsare ejus filio, sub annum* 1493 *facto Cardinali, auctore hujus consilii, propter ea quæ Perusii studens de Columba cognoverat; sed eodem postea alia omnia cogitante, & pro galero galeam optante, effectu rem caruisse.*

b *Idem Albertus anno* 1594 *hoc adscribit, aitque Ioannam adduxisse secum liberos duos*, masculum unum, qui Felix dictus habitum S. Dominici suscepit, in eoque sancte vixit, uti tanto antea Sorori ejus Reate fuerat revelatum; puellam alteram, Brigidam nomine, in ipso monasterio porro educandam ut ibi fieret Religiosa. *Sed ex dicendis infra num.*98 *apparebit, plura hic Albertum confundere. Nam* Joanna, *quæ hic dicitur filiam secuta, Regulam Sororum tertii Ordinis amplectendo, eam assumpsit Reate, non Perusii, quo primum* B *accersita est post pestilentiam* jam Soror professa: *filius autem, quem secum duxit, in susceptione habitus dictus est,* nomine fratris sui defuncti (*ejus scilicet qui de Columba prophetaverat, quemque supra vidimus decennem obiisse*) Fr. Joannes, *cum antea forte, sicut Albertus ait,* Felix *vocaretur.*

c Vexillum hoc, *inquit Balestra*, servatur apud S. Dominicum ad perpetuam memoriam, quod ibi sæpe vidi multis deinceps clarum miraculis, maxime cum vel cessantibus pluviis arescit solum Perusinum, vel nimis abundantibus inundatur: simili enim ratione elatum processionaliter, illas aut reprimit aut elicit; prout præsens necessitas exigit.

d *Albertus asserit quod* Cassinenses monachi, tertiti periculo contagionis, auxilium B. Columbæ imploraruntt, & immunes fuerunt conservati. *Idem habet Balestra. sed addit eos fuisse qui Perusii habitant, & quorum unus jam mortuus erat peste: de quibus Auctor infra num.*147.

e *Imo potius* Ruptorium *à* rumpendo, *quia cutem rumpit, vulgariter* Rottore *vel* Rottorio: *etenim* tt *Italicum aque usurpatur pro Latino* pt *atque pro* &: *videntur ergo per cataplasma tenax atque picatum* (Cerotum *non solum Græci & Latini, sed & Itali appellant*) *applicata cantharides seu musca vesificatoria, extremum in desperatis ejusmodi malis remedium.*

f Aporia *hic scribi videtur pro* Aporrhea, *ut sit defluvium saniei ac puris: nam prior vox, indigentiam ac necessitatem significans, nihil huc facit.*

g *Addit Balestra, quod monitus statim per Priorissam Confessarius accurrit, videre eam sic sanatam cupiens: deinde ipsummet infirmatum ait: qui ordo historiæ videtur esse magis naturalis, siquidem obsequia ægro præstita mox occasionem dederunt calumniæ, de qua infra.*

h *Elephantiacum istum intelligit, cui cum annis quindecim servivisset patientissimus* Eulogius, *immemor is tot laborum ipsius cœpit ab eo velle discedere, multisque injuriis atque opprobriis increpare, sicuti narratur in Vitis Patrum interprete Paschasio, qui est liber septimus apud Rosweidum, cap.*19; *& lib.*8 *in historia Lausiaca Palladii cap.*26.

i *Ms. in plurali habet* ministraverant, coxerant, prosecutæ fuerant; *itáque etiam Leander vertit, quasi ipsæmet vetulæ sua erga Confessarium officia eo verterent, ut ipsum à Columba abalienarent malevolis suis susurris: unde & Balestra porro infert, reipsa seductum ab illis fuisse, eumque æque ac illas arguit ingratitudinis erga eam, quæ sibi in morbo tam periculoso tam amanter ministraverat. Verum apparet ex sequentibus Confessarium, non ipsis participem culpæ, sed consortem Beatæ fuisse in sustinenda calumnia: & ideo judicavi ex mente auctoris omnia ponenda in singulari, ut apte cohereant cum eo quod præmittitur,* Si Sacerdotis pedes lavit, *scilicet* Columba. D

k *Legatur Vitæ ipsius pars* 2 *cap.*4 30 *Aprilis.*

l *Leander* Elevationem *vertit, quod & alii sequuntur; propendeo tamen ut thurificationem primam ad Introitum Missæ intelligam, quando à thuriferario incensantur non solum Clerici, sed etiam primarii aliqui seculares, vg. Rex aut Princeps supremus vel eorum Locumtenens, cum præsentes adsunt; vel potius extremam Benedictionem post* Ite missa. *Quis enim in ipso sacerrimo totius Missæ tempore, id est, sub Canone post Consecrationem, nisi alienatus à sensu, faciat, quod hic feciisse dicitur Secretarius Gubernatoris? Vicelegatum appellat Balestra.*

m Trinacriæ *nomen, pro Insula Siciliæ, ex antiquitate resumptum cœptumque est usurpari initio seculi* 14, *sub Bonifacio VIII; cum Siciliæ Regnum ex pactis conventis partiti sunt Aragones & Andegavenses, ita ut illis quidem insula ipsa maneret, Francis vero quidquid in Italia est ditionum ad Regnum pertinentium.* E

CAPUT XI.

Spiritus & vita B. Columbæ à suspiciosis explorata.

95 Opportune utique hic dixerim & aliud tentationis genus. Per idem tempus venit Perusiam cum Magistro Generali quidam Frater Ordinis, sacræ doctrinæ Professor & Inquisitor provinciæ Franciæ, eruditus valde & cavillosus, nostri tamen idiomatis ignarus. Qui cum diebus aliquot in ecclesia observasset B. Columbam, & vidisset seculatium frequentiam; incredulus de illa, accusabat apud Generalem Magistrum, scilicet de quotidiano usu Eucharistiæ & sedula Confessione, ac de tanta veneratione secularium, quasi fuisset Virgo Maria. Suspicabatur ulterius eam areptitiam illudi à dæmone ob aliquod facinus: & arbitrabatur præficiendum ei aliquem spiritualem virum, doctrina approbatum. Inductione arguebat, expertus de visu, in quodam solenni monasterio Galliæ; cujus causa jam fuerat Romæ. Prorsus stupenda narrabat & auditu horrenda, de insultu dæmonum, de monstruosis apparentiis, de strepitibus & fragore, ac de violenta percussione Sororum. [Quomodo scilicet] quasdam succubas illuderent, aliquas attollerent in aëra, quibusdam familiariter obsequerentur; quodque non valuerint se tueri quibuscumque Sacramentis; non nullæ loquerentur linguis ac prædicerent futura; Clero minarentur detrahentes, & Romanæ Ecclesiæ. Et sic plura objecit quæ sagacius observaverat, & per historias & sacram doctrinam cuncta resolvit coram præfato Generali Magistro, nec pauciora quam adduxit. Qui postremo obtinuit, ex quo Sororum Magister erat inexpertus sermone, quatenus tamquam utriusque interpres interrogando responderem, sicque serio alloqueretur eam. c. XXXII *Inquisitor Franciæ* *areptitiam esse Beatam ratus,* F *sicuti noverat esse quasdam in Francia.*

96 Finximus deprecari suffragia pro liberatione illius monasterii, & allocuti fuimus eam in oratorio Collegii. Verum circa inhonestos dæmonum actus mitius retuli atque cautius piæ Christi Virgini. Fuit tandem taliter allocutus, qualiter voluisset eam omnino admonendo terrere, ne fictionibus suis & frivola vita vituperium esset Ordinis & damnatio sui. Simplex Columba Christi, tota hilaris & jucunda, humiliter assurgens, recensuit de malitia dæmonum, de eorum instantia & importunio, atque affirmavit de urgenti flagello illius monasterii tamquam præ- *per Auctorem interpretem cum ea agit,* *& sententiæ mutat.*

sciviſſet

A sciviſſet omnia. Novit Deus quam ſenſim, quam docte reſponderit ad ſingula. Quædam inſuper pie ſuaſit, ſed oblitus reliqua de hoc memini, advocare ſanctiſſimam Catharinam Senenſem eique deferre Patronatum. Expertus igitur Inquiſitor ipſe Virginis modeſtiam, manſuetudinem ejus, & prudentiam; illico mutavit de ipſa ſententiam: atque primo ſe ipſum & illas conſequenter ſuis orationibus devotiſſime recommiſit, & coram Reverendiſſimo Generali optima retulit. Hic hoc dixerim quod Venerabilis Beda ſuper Caput VIII Lucæ narrat: Sed & noſtri temporis Sacerdotes, qui per exorciſmi gratiam dæmones ejicere norunt, ſolent dicere, patientes non aliter valere curari, niſi quod ab immundis ſpiritibus vigilantes dormientesve pertulerint, confitendo patenter exponant. Et [quia] Generalis Magiſter in oratorio Sorores ſingulas viſitaverat, receperatque munuſculum & naſiſtergium, conſutum propria manu B. Columbæ, quod ipſe ob religionem habuit in pretio; Inquiſitor conabatur extorquere illud pro reliquia: cui tamen Magiſter Generalis noluit aſſentire.

atque aliquid reliquiarum ejus petit.

97 Poſt aliquos dies Virgo Chriſti miſit ad me Prioriſſam, quæ precabatur obnixe, voluerim par turturum ſibi elargiri. Qui miratus reſpondi, Opinor eam figurate loqui, & quid velit dicere neſcio; obſecro id verbum exponat mihi. Iterato retulit; Petit par turturum: & adjunxit, Forraſſis in ſui ſolatium: Heu dixi! Erant mihi turtures albæ, quaſi haberent ad collum ambrarum monilia, quas libenter dediſſem: inveni unam humi, quam putabam quieſcere, tamen extinctam; altera autem ſemper lamentatur, quod horreo. Sed obſecro, complaceant ſibi, dabo pulcherrimas columbas, candidas omnino atque fecundas, quibus non vidi ſimiles: eas grate ſuſcepit & benigne. Suſpicatus nihilominus [ſum] quod me voluiſſet arguere, vel myſtice aliquid interpretaretur; quia ſcilicet expulſis parentibus & Confeſſoribus ſolam neglexeram, aut me commonefaceret: quod Deus conceſſerit, obſecro & proficiat.

B *Ipſa deinde ab auctore petit par turturum,*

qui ei columbas offert,

98 De his avibus dicit in Summa Doctor ſanctus, Solivaga turtur ſignificat caſtitatem; columba, caritatem: turtur contemplativa, ſecretas orationum lacrymas; gregalis columba, vitam activam & orationes Eccleſiæ publicas: turtur, per ſuam loquacitatem, prædicationem & confeſſionem fidei; columba, ſimplicitatem & manſuetudinem. Unde Bernardus: Vox turturis prædicationem ſignificat caſtitatis: neque enim à principio vox iſta audita eſt; ſed, Creſcite, multiplicamini. Auguſtinus: Quoniam ſpirituales & contemplativi diviſionis ſchiſma non patiuntur, ideo ea non diviſerit Abraham in ſacrificio repromiſſionis: & quando turtur vel columba in holocauſtum offertur, præceptum eſt veſiculam gutturis & plumam projici: quia veſicula gutturis inflationem ſuperbiæ ſignat; plumæ, inanes inquiſitiones ſublimium. Columba præterea in foraminibus petræ nidificat, fœcunda gemellis fœtibus; quoniam juſtus in Chriſti vulneribus utriuſque vitæ opera perficit. Corpus namque Jeſu Chriſti vulneratum, eſt feneſtratum columbarium, ubi ſe columba tuetur & meditatur, voce nec garrula nec importuna, ſed miſerabilis & gemebunda. Elatis etiam pedibus volat, quia affectus omnes in cæleſtibus tendit. Columba omnia ſimpliciter reſpicit, quia nil terrenum concupiſcit; haud ſicut accipiter & milvus rapacitati inſiſtit. Columbæ utique ſimilis plurimum ejus vita fuit, ad quam ipſam Chriſtus præelegerat.

C *& utriuſque avis proprietates expendit.*

99 Et mihi ſummopere placuit civibus ſuadere ac Prioriſſæ, accerſiri matrem ejus & fratres, ad opportunum monaſterii commodum & cuſtodiam puellarum: jam enim Soror profeſſa erat, mulier proba & circumſpecta, & intuitu ipſius plurimum veneranda. Quæ litteris publicis Conventus ac Sororum benigne acquievit, ſecumque puerum & puellam duxit: quem Paſchate ſequenti *a*, in magna frequentia utriuſque ſexus, in choro capitulariter ad habitum Religionis recepimus: & nomine ſui fratris defuncti *b*, Frater Joannes videlicet vocavimus, cum magna lætitia & gaudio ipſius B. Columbæ: deputavimus & puellam inter Sorores, ut ſic etiam à diceſſu ipſius redderemur ſecuriores. Rurſus tranſactis quibuſdam diebus, iterum venerabilis Prioriſſa venit ex parte Virginis præfatæ, denuntians mihi; Gaudeatis, Pater, quoniam pridie quid optimum, commune & vobis, ſe recepiſſe [ait] ab ipſo Patre ſancto & beata Matre, & ipſa deponet vobis in craſtinum. Cui reſpondi: Utinam viderit mihi aliquid boni! Chriſti ſponſæ ingredienti eccleſiam altera die occurrens, avidus dixi: Obſecro, pia Mater, quod pro me accepiſtis, citius date. Quid eſt? In viſu forſaſſis percepiſtis aliquid mei? Quæ intuita me jucunde, reſpondit: Pater, recepi in rei veritate ab ipſo Patre ſanctiſſimo B. Dominico & Matre noſtra S. Catharina, albarellum *c* plenum refectione optima, quam communicem vobis pro medietate: Sitis lætus & boni animi: ego multum congaudeo. Qui depreſſis oculis ſuſpicatus ſum pro certo quod me iterato argueret; quoniam narrantibus quod ipſa non comederet, frequenter detrahendo objeceram, adhuc non evacuavit albarellum: nos enim vulgari quidem idiomate pyxidem aut vaſculum alicujus pretioſæ mixturæ & electæ Albarellum vocamus. Sed protinus Chriſti Virgo; Pater, inquit, minime erubeſcas, quoniam vere refero, & vobis promitto quod inexcogitatam dulcedinem conſequamini. Cui ulterius replicare non præſumpſi: meditabar nihilominus ſi voluiſſet exprimere panem vitæ & aquam cæli, quæ fuerat repetita benedictio Beati Dominici, vel potius condignum pœnitentiæ cultum dulcius ſuaderet. Quod Deus ſuis meritis augeat, & ſua immenſa pietate proficiat (illa enim pyxidem portat, quæ eſt ſaluberrimum exemplar pœnitentiæ, Magdalena) vel quia forte debueram dignis aromatibus exanime ſuum virgineum condire corpuſculum.

A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

a

b *eodem filium filiamque adducit.*

Ipſa auctori accerſito

c

E *indicat cæleſte munus pro eo acceptum*

non ſatis quid velit intelligenti.

100 Referam conſequenter, etiamſi calamitoſum me pudeat enarrantem: cogor namque in profundam altitudinem virtutis ejus deſcendere, & prædicare ſupra tecta. Precor autem illam, tanto ab ea dignatus honore, erratis meis ac perfidiæ impetrare veniam, quam procul dubio ſcio potentem præſtare opem. Contigit equidem circa feſta Natalia Magiſtrum Sororum infirmari, ipſamque biduo fuiſſe in raptu. Quæ hora Completorii *d* genuflexa ante majus altare petiit Euchariſtiam: qui ſervato more de pyxide altaris eam communicavi. Quo facto clare audivi dulcia quædam colloquia, in gutture præfatæ Virginis reſonantia, tenui quadam voce & amœna. Celebravi deinde diebus aliquot coram ea, ac præbui divina uſque ad valitudinem Magiſtri. Sed cùm poſtmodum præfatus etiam Confeſſor recidivaſſet & laboraret gravius, de conſilio Præſidentis fui profectus, ad experimentum potius; confiſus præterea, ſi fictum aliquid vel ſiniſtrum præceſſiſſet aut immundum, poſſem per aſtutiam exhauriſe; prætendens nihilominus venerari eam, ſi in veritate ambulabat; ſi autem oblique, caute utique permittere diſceſſum. Et quoniam, ut mihi videbatur, ſagax ſatis, expertus fueram multa, imbutus litterariis, atque aſtutus in converſatione ſeculi; arbitrabar omnino omnem illius penetrare cautelam, raptuſque ejus arte addiſcere, & ſimulatæ abſtinentiæ (ita putavi) invenire medelam. Sine dubio non potuiſſemus nobis perſuadere

C. XXXIII

F *Idem vices ægrotantis Confeſſarii ſupplere juſſus.*

d

nactuſque occaſionem explorandi eam.

Mater ejus Peruſium accerſita

B.SEBAST. CONFESS. EX MS.

suaderem tantam innocentiam : suspicati etiam aliquid ex murmure præcedenti : verumtamen mihi erat honestatis sincerus affectus, licet cogitatio in diversa nutaret.

suadet ut sibi generaliter confiteatur:

101 Cumque audivissem aliquotiens confessionem ejus, opposui, ejusmodi narrata simplicia esse & valde communia : Quæso nolimus per iter in soveam ruere : ignoro plane quomodo fueritis instructa à prædecessoribus meis, ideo judico salubrius resumere generale examen conversationis pristinæ & infantiæ, ut in posterum me vestræ mentis arbitrum habeatis securiorem. At ipsa simplex Virgo, Pater, inquit, libenter itero Confessionem, quoniam proficit pœnitentiam, eritque mihi gratius propter id quod hortamini. Præmissis igitur quæ ad puritatem proficiunt confessionis & integritatem, nec non ad veritatem judicii, & ordine stabilito progressus vitæ præceptorumque & culparum, cuncta serioso discussimus ; & ita, ut nunc quidem benignus & suavis, suaderem blandis, prudenter postmodum ac diserete terrerem infernalibus cruciatibus, deinde pius & mitis mulcerem promissis divinis & æternis bonis. Quo diligentius tandem

qua audita judicat numquam letaliter peccasse,

B fuit possibile familiaritate maxima scrutatus sum per singula ; & ultimo admirans præ gaudio nec secus credens, tremulus meditabar ; Tantamne innocentiam, bone Deus ? tantam puritatem & sanctimoniam ? Vivit Jesus Christus, quoniam etsi rigoroso quidem examine discussissem, nec unius letalis criminis culpam cognovi. Quod cum ei qui præerat haud secus [retulissem cum] lacrymis, eamque laudassem ; ipse respondit : Seductus es, Pater : hæccine senum faciles lacrymæ ? Cui illico indixi : Infra paucos menses experiar cuncta de facto. Convaluit Magister Sororum, & prosequebamur tamen devotius. Curavi opportune, & convenerunt illi primi Confessores : direximus etiam illuc nuntios fideles & circumspectos, ad vicinos & notos, & ad loca sui itineris ; & invenimus de facto, quæ prædiximus, approbata multorum testimoniis.

& cuncta quæ dixerat vera deprehendit.

Ipsa consulit vitæ ac famæ imprudentis Sacerdotis,

102 Ceterum experti sumus apud ejus disciplinam, quomodo vera innocentia compassionem habet : quod tamen horret falsa justitia. Evenit namque circa finem Quadragesimæ Religiosum quemdam minus bene se habuisse in audientia cujusdam mulieris : quare vir, suæ conjugis non ferens injuriam, voluisset præfatum interficere : mulier autem

C illa occurrens sceleri, casum recommisit B. Columbę. Quæ virum ejus allocuta, ità pie & dulciter suasit, quod totum in arbitrium ipsius commisit. Ipsa vero ancilla Christi, Religiosorum famam zelans, secreto cum magna compassione & affectuosa oratione, mediante Confessore, prudenter suis Superioribus denuntiavit ; qui ad propria remissus intentatum malum atque infamiam declinavit, licet in brevi obierit. Jugiter præterea meditabatur vestigia Jesu Christi. Nam in quadam prima Dominica mensis societas B. Mariæ Virginis (quæ originem habuit à B. Petro Martyre) post Vesperas ex more faciebat processionem, & Christi Virgo cum suis Sororibus per claustrum sequebantur, una cum pia multitudine utriusque sexus. Quæ pratum ingressa deambulabat, & cum super fœnum consedissent, recitabat historiam Jesu Christi ; petitosque panes paucos cum magna jucunditate distribuit omnibus discumbentibus, atque de cisterna media aquam hauriens potabat omnes. Hoc etiam piarum mulierum precibus alia vice fecit.

piè recitat acta Christi:

103 Post Pascha Venerabilis Priorissa mihi seorsum dixit : Pater, adverto, dum Christi Virgo Co-

pœnitentias suas auctori revelat:

lumba progreditur ad ecclesiam, subtus resonant quædam ferramenta, eamque dolorose collidunt, & dubito de aliquo letali vulnere. Qui tempore debito obstrinxi eam precibus & præcepto, quod omnem sui corporis rigorem, etiam occultum, mihi patefaceret ; ne ego incuria reus & ipsa indiscretione convinceremur. Quæ licet haberet perdifficile suæ pœnitentiæ secreta referre, revelavit tandem : voluit tamen secretum haberi. Habuit quidem renes accinctos duobus circulis ferreis latitudinis quatuor digitorum : quorum interior erat quasi in squammas bi-

D

tumitas *e* resolutus, præ ærugine & humido quod e virgineum corpus diuturnitate insudaverat ; & consumptus in limbo veluti *f* ferreos obduxerat dentes : f qui, cum ipsa movebatur, eas partes tormentando stimulabant, quas nos dicimus anchas. Exterior, qui ambiebat illum, per confricationem resonabat aliquando : tum, corpore consumpto, circuli remanserant laxi. Et à collo ad pectus in transversum erant ei catenulæ pendentes, quasi armillæ : desuper autem cilicium de pilis, quæ omnia tunicella lanea occultabat. Quoniam ignorabam quales fuerint circuli, idcirco eam precibus astrinxi & præcepto, & illos laboriose dissolutos involutosque pannis secreto transmisit, una cum ferreo flagello, quod Magister

E Sororum prioribus annis ei procuraverat de catenis canum ; cujus ansula manubrii satis spissa, crebro motu consumpta, fracta erat. Quos cum seorsum conspexissem, adeo compunctus (ut melius dixerim) adeo confusus remansi, quod non valuerim cohibere lacrymas, fervorem admiratus & rigorem innocentis virginis. Procuravi protinus occulte fieri alium circulum ejusdem latitudinis, quem ipsa voluisset ponderis quinque librarum, juxta numerum plagarum Jesu Christi. Pius tamen faber pondus horruit & modum clausuræ : sed ex quinque quinquenis unciarum eum fecit, reflexis peripheriis ne feriret, ac discontinuato circulo pro faciliori clausura. Aliud pariter flagellum, quinque catenulis insertum : quibus usque ad obitum usa fuit. Primi vero consumptum circulum atque id flagellum *h*, tamquam sacras Reliquias reservavi mihi, piisque personis nonnullos annulos communicavi. Narrasse libet, in execrationem temerarii judicii, cum hos revoluto sudario clam piæ Virgini detulissem, pravas quarumdam mentes submurmurasse, quasi dedissem operam ingluvici.

qui cum ei novum circulii flagellumque tulisset,

h *secus id accipiunt aliqui.*

F

104 Die autem sancto Ascensionis *i* Domini audierat in Missa festi Sequentiam, quam dictis Vesperis rogabat serio sibi exponi, quam me exponentem intuebatur intenta valde : sed post paulum prorupit in jubilum, atque festiva quadam instantia mirabiliter rapta congaudebat. Transacta mora confabulatio erat de Elia Propheta, & consequenter de Jacob Patriarcha : ut autem devenimus ad Rachel obitum, ipsa respondit ; Et mihi pro certo sic erit, cum explevero triginta tres annos. Advertens postea quia ipsa totennis in die Ascensionis piissime obierit, ideo eam hujusmodi revelationem tunc passam arbitror. Itidem eam replicasse memini ; cum de obitu S. Catharinę Senensis interloqueremur, coram nobili Honesta Senensi (quam ipsa Virgo induerat propriis manibus habitum de pœnitentia) & visitare Senarum urbem suaderet. Quibus obstiti dicens, nequaquam convenire juvenibus in publicum circuire, sed cum postea fuisset quinquaginta annorum. Et cum induxissent de S. Catharina respondi : Non est putandum, cum in Franciam proficisceretur è patria ad Gregorium XI Pontificem maximum, illam fuisse viginti quinque annorum, neque in Legenda *k* reperio, licet in Breviario *l* habeatur. Pia Columba respondit : Scio quod expletis triginta tribus annis ego debeo mori. Nescio si forte per hoc eamdem ætatem comprobare voluerit, de S. *m* Ca-

Prædicit se moriturum post annos æt. 33.

k l *in quo similis fuit Christo.*

m

Catharina. Nobilis Honesta investigaturam se spopondit Senis de hoc diligentius, in libro sacri *n* delubri Cathedralis ecclesiæ, quod secus fecit. Nos profecto scimus; quod perfecta hæc ætas est Domini nostri Jesu Christi *o*.

ANNOTATA.

a *Anno ut existimo* 1495, *quando Pascha celebratum fuit* 19 *Aprilis.*

b *Ejus scilicet qui de se deque* Columba *triennis prophetarat, & decennis obierat, ut narratum est supra num.*7 *&* 13.

c Ex terra aut vitro, *inquiunt Academici della Crusca, allegantque Boccacium num.*63,4 *ubi leguntur* Albarelli di lattovarii è d'unguenti colmi, *id est,* pleni electuariis & unguentis. *Infra autem num.* 236 *explicatur cæleste munus fuisse ipsa Beata Vita, cujus conscriptæ fructus ad auctorem pro medietate rediit.*

d *Nempe, cibo omni corporeo sæpe abstinens, hora quantumvis sera communicari poterat.*

e *Id est* compactas *seu* conglutinatas *vel* ferruminatas: *& hoc participium est à verbo* Bitumire, *quod pro* Bituminare *usurpasse videtur auctor, à vulgari Italico* Bitume: *Leander tamen* Bituminatas *reddit, Albertus* Bituminolas.

f Serreus, *id est, formam serræ habens.*

g *Albertus nomen fabro fuisse ait:* Rosato Scarpacci.

h *Albertus pag.* 114 *in margine addit,* Hoc flagellum hodie invenitur penes Patres Dominicanos Reate, & in processionibus defertur, soletque intingi aquæ, in honorem S. Petri Martyris benedictæ, atque ad multas gratias efficaci. *Similiter de annulis catenulæ prædictæ ait, quod* D. Lucretia della Luna Perusina, ex eis duos nacta, eosdem cum veneratione ad infirmos deferat, qui sæpe redduntur sanitati.

Sequentiæ quibus auctoribus & quando inductæ.

i *Anno* 1495, *quo hæc spectare arbitror, Ascensio Domini fuit* 28 *Maji. Porro* Sequentiarum usus, in Officio Missæ ante Evangelium, à Germanis inventus est, *inquit Ioannes Adelphus, easdem commentariis suis illustratas edens Argentinæ an.*1513: omnes autem carent lege metri, ideoque vocantur etiam Prosæ: & appellantur Sequentiæ, quoniam sequuntur melodiam quæ est in Alleluia. Italos non reperio ab antiquo Sequentias inveniisse, qui nec eis uti feruntur. Nihilominus Nicolaus Papa I eas in re divina recipi posse assensit. *Sedit* Nicolaus *hic post medium seculi* 9. *quare vereor ne potius nominandus fuerit* Nicolaus II, *qui sedit post primum annis circiter centum. Etenim primus earum auctor ab ipsomet Ioanne Adelpho appellatur Notkerus, qui hoc titulo celebris habetur inter Beatos monasterii S. Galli in Helvetia, & obiit anno* 1012, *uti ostensum* 6 *Aprilis quo colitur. Easdem eodem seculo multis additis auxerunt Hermannus Contractus, & Godescalcus Capellanus Henrici III.* Sequentiam de Corpore Christi, *inquit idem,* Lauda Sion Salvatorem, verosimile est S. Thomam de Aquino edidisse, qui totum illud Officium dicitur comportasse (*qua de jam egimus in Chronologia Pontificia Dissertat.* 23) & Albertus Magnus Episcopus Ratisponensis, Coloniæ in choro Fratrum Prædicatorum sepultus (propterea quod Ordinis illius fuisse dicitur) Sequentias edidit: inter quas duas reperi, unam de sancta Trinitate, quæ incipit, Profitentes unitatem; aliam de Ascensione, quæ incipit, Omnes gentes plaudite. *Utraque extat in Missali Prædicatorum, quod habemus excusum Parisiis anno* 1519: *& quia id non omnibus ad manum est, placet Sequentiam eam, de qua hic fit mentio, integram exhibere: sic ergo habet:*

Omnes gentes plaudite,
Festos choros ducite — A. SEBAST. CONFESS. EX MS.
Christo triumphante:
Redit cum victoria,
Capra ducens spolia
Tuba jubilante.
Papæ! quam magnificum
Hodie Dominicum
Germen gloriatur.
Terræ fructus hodie
Super choros curiæ
Cæli sublimatur.
Intrat tabernaculum
Moyses, & populum
Trahit ad spectaculum
Tantæ virtus rei.
Stant suspensis vultibus
Intendentes nubibus,
Jesum subducentibus,
Viri Galilæi.
Dum Elias sublevatur,
Elisæo duplex datur
Spiritus & pallium.
Alta Christus dum conscendit, E
Servis suis manas appendit
Gratiarum omnium.
Transit Jacob hunc Jordanem,
Luctam gerens non inanem,
Crucis usus baculo:
Redit turmis cum duabus,
Angelis & animabus,
Et thesauri sæculo.
Hic est fortis,
Qui de mortis
Victor portis
Introit cum gloria:
Rex virtutum,
Cujus nutum
Et obtutum
Trina tremit regia.
Vocat Pater filium
Ad consessus solium;
Donec suppedaneos,
Victos vel spontaneos,
Ponat inimicos.
Sedet in altissimis,
Fruitur potissimis,
Redit in novissimis F
Judicans ex intimis
Justos & iniquos.
Veni Deus ultionum,
Veni cum clementia;
Dum sistemur ante thronum
In tui præsentia,
Mane nobis tunc auditam
Fac misericordiam:
In perennem transfer vitam
Ad futuram gloriam. Amen.

k *Ita est: quia Legendæ auctor nullam habuit Chronologiæ rationem, quare nequidem notavit annos, quibus vel nata vel mortua est sancta: constat interim ex coævo Thoma, natam esse anno* 1347, *& æque certum est ex Legenda obiisse an.* 1380, *Gregorium autem ab ea conventum Avenione pro pace Florentinorum anno* 1376, *extra controversiam ponunt omnes scriptores Historiæ Florentinæ: erat ergo annorum fere* 30, *quando suscepit iter in Franciam.*

l *Hujusmodi* Breviarium *videre cuperem. Habemus Missalia Ordinis excusa anno* 1500 *&* 1504, *habemus & Breviarium anni* 1549: *sed nusquam in illis nomen* Catharinæ. *Postquam autem anno* 1553 *canonizata est,*

A.SEBAST. CONFESS. EX MS.

& 1 Dominica Maji juſſum celebrari feſtum, in eodem Breviario ſub annum 1555 excuſo Officium comparet, in eoque 2 ac 3 Lectio ex Vita ejus. *Et hic quidem invenitur, quod* apud Gregorium XI luculentiſſime peroravit: *ſed vitæ annus non exprimitur. Conſtat tamen feſtum ejus diu ante cœptum in Ordine celebrari, ex narratione Miraculi Vltrajecti in Belgio patrati anno 1485 ipſo ejus feſto, uti & in Analectis recenſetur num. 40: nunc vero ex hoc loco ulterius diſcimus, proprias etiam de Vita Lectiones pridem cœptas recitari, ſaltem in Provincia Tuſciæ, incertum quo die; cum 29 Aprilis quo obiit, eſſet officio S. Petri Martyris occupatus. Prudenter interim hic cunctatur Auctor in ea re Breviario credere, de qua nihil inveniebat in Legenda: ſatis gnarus utique, non ſufficere ad certitudinem quod aliquid legatur in Breviario, niſi id antea habitum fuerit ex indubitatæ fidei auctore; quod luculento exemplo noſtra adhuc memoria probarunt Lectiones de eadem Sancta etiam Romano Breviario inſertæ, ac poſtea correctæ, ſicut jam antea Ordo Prædicatorum prudenter correxit prænotatum de anno ætatis errorem. Atque hoc ſatis ſit ut objurgatores noſtri intelligant, Breviaria non dare fidem hiſtoriis antiquis, ſed ab his accipere atque ad has recurrendum eſſe, ſtatuere volenti, quo quidque in gradu aut certitudinis aut veroſimilitudinis locari debeat: quod quia ſacræ Rituum Congregationis Præſides Conſultoreſque intelligunt, ideo noſtrum hoc opus præ ceteris ipſi Romæ æſtimant ac promoveri cupiunt, tantum abeſt ut eo offendi ſuam auctoritatem exiſtiment.*

B

m *Nam hæc obiit (ut ex dictis apparet & habetur in Breviariis)* anno ætatis XXXIII.

n *Ideſt*, in libro baptiſmali, *& talis liber in eccleſia Cathedrali quærendus indicatur, quia ſicut Florentiæ, ſic alibi quoque uſurpatum in Tuſcia videtur, ut unus omnibus civibus communis tota urbe baptiſmalis fons ſit.*

o *Apparet Auctori eatenus ignotum fuiſſe, qua ætate obierit* S. Catherina Senenſis: *hoc enim ſi ſciviſſet, facile definiviſſet, quo ætatis anno illa ad Gregorium XI acceſſerit.*

CAPUT XII.

Acta cum S. Columba eo tempore quo Peruſii fuit Alexander VI ejuſque Curia: obloquia repreſſa.

C c. XXXIV a

Peruſiam ingrediens Alexander Sextus,

105 Die autem una ſanctiſſimi Pentecoſtes, anno nonageſimo quinto ſupra mille quadringentos *a*, S.D. Alexander Sextus Pontifex maximus venit Peruſiam civitatem ſuam, præcedente copioſo apparatu exercitus, ac Romana Curia ſequente, cum magna populorum frequentia. Quo ingrediente ipſam urbem, devota Chriſti Virgo Columba, cum ſuis venerandis Sororibus atque decenti ſocietate, ſedebant ſuper gradus ante valvas eccleſiæ, quatenus intuerentur Papalem majeſtatem, maximique Pontificis benedictione fruerentur. Cumque ipſe Monarcha facie rectus incederet, nec intueretur ad dexteram; ego genuflexus in imo clamavi; Beatiſſime Pater, iſtas pias Sorores benedixerit Sanctitas veſtra. Qui autem eum portabant illico ſteterunt: ipſe vero admirans, juſſit; Incedatis. Illis nihilominus ſtantibus, iteravi; Beatiſſime Pater, benedictionem in Sororem Columbam & clientulas &c. Qui reſpondit, Dedi: & pedibus ſtimulabat cathedram, ut portantes incederent. Mirum: haud ſecus moti fuerint ii, quin prius converſus eam ſolenniter benedixerit.

ſiſtitur donec benedixerit Columba,

106 Per idem tempus die una Sanctitas ſua deſcenderat ad eccleſiam S. Petri: congaudenteſque occurrimus revertenti, ſupplicantes nihilominus Beatitudinem ſuam, dignari celebrare imminens feſtum Corporis Chriſti juxta ritum patrium, in ipſo die permagnificoque templo, eccleſia ſcilicet S. Dominici quam incolimus. Quibus clementiſſime annuit: & eccleſiam ipſam ingreſſus, ſtatuit alloqui in choro ipſam Chriſti Virginem Sororem Columbam. Quæ concite vocata per Magiſtrum Sororum de monaſterio, quam citius venit, cum aliquibus matronis & nonnullis civibus; nec potuiſſemus prementem turbam compeſcere, aut ſuccidentes veſtimenta ejus refellere: ideo impetratis iis qui clavas Pontificias portabant (quos Mazzerios dicimus) intra frequentiam popularem aditum dedimus & acceſſum, uſque ad ſolium Pontificis in capite chori, circumſtantibus hinc inde Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus & omni primatu Romanæ Curiæ. At pia Virgo genuflexa, conſequenter devote ſe proſtravit ſuper gradus ad beatos pedes ipſius maximi Antiſtitis, expanſiſque manibus occupavit oram veſtimentorum ejus, & ſpiritu rapta facta eſt immobilis quaſi lapis. Cum autem ſic diu perſeveraſſet, impetravimus omnium ſuarum Sororum acceſſum ad pedum oſcula beatorum: quæ eo ordine ſucceſſive quo venerant abierunt. Et cum Pontifex ipſe genetricem B. Columbæ ſerioſius examinaſſet, optaſſet eam amoveri, aut maluiſſet ſic dimiſſam diſcedere *b*: ſed quia ſtrictis manibus fimbrias illius complicaverat, & articuli manuum ejus potuiſſent frangi potius quam flecti, oportuit omnino expectaſſet. Devotius inſtabat Orator Regis *c* Hiſpaniarum, ut ea quæ intra ſuos digitos Pater-noſtra tenebat, abſtulerim, eumque ſic ut munere regio donaſſem: id nihilominus attentaſſe timui.

D *idem Sacrum factiurus apud Dominicanos,*

illam accerſitam excipit ad pedum oſculum:

ſub quo raptam diutus

E

b

c

107 Poſt moram excitata aſſurrexit, & propius adſtans interrogata, prudenter reſpondebat ad ſingula, eâdem qua conſueverat ſimplicitate & modeſtia. Cumque Papa de magis arduis eam interrogaſſet, iterato in extaſim ceſſit, & quaſi lapidea remanſit. Stupefactus igitur ipſe ſummus Antiſtes, tamquam comminatorie mihi indixit: Caveto, Pater, quia ego ſum Papa: referaſque de hac, ſicut ſentis, meram veritatem. Eram haud procul genuflexus. Alta voce, reſpondi: Beatiſſime Pater, ſcio utique *d*, quia tu es Chriſtus: & ego dico veritatem. Ancilla Chriſti Soror Columba venit huc advena & peregrina, una cum Patre [ſpirituali] & honeſta comitiva, & præ devotione hujus populi coacta remanſit, perſeverat autem huc uſq; in omni ſanctimonia. Ego quidē à principio dubius & veritatis incredulus aſtutius eam obſervavi: verumtamen quæ de ipſa dicuntur bona, experimur vera de facto. Eſt enim ſupremæ abſtinentiæ, orationis aſſiduæ, devotiſſimi cultus in Deum, & magni rigoris pœnitentiæ. Vivit Jeſus Chriſtus, & vivit tua Majeſtas, pro quanto huc uſque cognoſco, ſi in Legenda S. Catharinę Senenſis, mutato vocabulo ponatur Soror Columba, de ipſa eſſentialia morum & facta cuncta verificantur omnino.

ac deinde ſibi redditam allocutus;

d

F

eâdem iterū raptâ Auctorem de ipſa interrogat:

cui ſanctitatem ejus teſtanti

108 Qui aſſiſtebat Reverendiſſ. D. Cæſar Borgia, vulgariter nuncupatus Cardinalis Valentiæ, publice dixit: Beatiſſime Pater, pro certo credendum eſt, ſi Magiſter Sebaſtianus ſic dicit de ipſa. Annis namque ſuperioribus ipſe, utpote rei hujus dubius, hic coram me plurimum eam carpſerat, diuque cavillatus eſt. Similiter Reverendiſſ. D. Cardinalis Senenſis, demum Pius Papa III, voce plena coram de integritate vitæ ipſius B. Columbæ atque de ſanctimonia diligentius ac plenius peroravit; nobiſque non parum aggravando oppoſuit, venerabilem ipſam Virginem Senas petentem extorſiſſe: conci-

atteſtantur Cardd. Valentinus & Senenſis

ves

A ves quippe ſui Senenſes ſerioſius eum inſtruxerant de illa; qui etiam apud Sereniſſ. e Chriſtianiſſimum Regem Franciæ, illac tranſeuntem, quaſi proprium jus eam impetraverant. Qui autem circumſtabant admirabantur: nonnulli zelo noſtræ Religionis anguſtabantur, ne res terminaretur in confuſionem. Tandem expergefacta ipſa Virgo, ad omnia ſapienter & authentice reſpondit, ita ut beatiſſimus Antiſtes eam plurimum laudaverit, eique beneplacita quæcumque obtulit. Poſtremo ipſa gratiam ſuæ Sanctitati habuit de Jubilæo, quod in ſuo altari S. Catharinæ Senenſis conceſſerat pro fabrica ſui monaſterii. Ferunt Sanctitatem ſuam ab ea pro tunc etiam audiviſſe, quod ſibi profecto evenerat, quia ſcilicet de lecto ceciderat nocte præcedente. Cumque Pontifex ipſe maximus de choro proceſſiſſet, ante ipſum altare S. Catharinæ devote genuflexit, ibique diutius oravit; nec inde diſceſſit, antequam uterinum fratrem ipſius beatæ Sororis, noſtri Ordinis tunc Novitium, benigne benedixerit: iteravitque per Brevia ſuæ Sanctitatis Jubilæum ibidem tribus annis ſequentibus, Eccleſiamque ipſam Indulgentiis quibuſdam, ſubſidiis, & honoribus donavit.

e unde Pontifex ei benigne confirmat gratias factas.

B f 109 Zelantiſſimus noſtri Ordinis Dominus Protector, Reverendiſſimus & ſemper Colendiſſimus D. Oliverius *f* Carafa, accerſitis primis Profeſſoribus noſtri Conventus, in domo celebris ac per magnifici Joannis Pauli Ballionis, intra thalamum generoſæ neptis ſuæ Reverendiſſimę D. Hypoluæ, de illuſtri proſapia Comitum Romanorum, ſcitabatur prudentius de ipſa B. Columba. Qui, cum opinio variaretur, dixit: Non ſic dicit Magiſter Sebaſtianus. Ego quidem conſequenter reſpondi. Reverendiſſime Domine, diu eam deſpexeram, & neglexi virtutes ejus aliquando: nunc autem Jeſum teſtor, quod ipſa pia & innocens Chriſti Virgo Columba eſt vera ancilla Dei. Reverendiſſime Domine, revera delinquentibus & peccatoribus valde compatitur, Religionem noſtram ſummopere veneratur, & Fratres ipſos intentiſſime in Chriſto amat. Cum ſic loquerer: tumens caritatis affectu, coacte gemens effudi lacrymas. Quidam deridens dixit; pro nihilo faciles ſeram lacrymas, ac me ſeductum. Omni tandem modeſtia ac probitate qua decet Reverendiſſ. Dominatio ſua nos cautos reddidit, integerrime adſtitit, atque in omnibus ſemper fuit auxilio propitius.

Card. Protector

de eadem optime ſentit.

C 110 Die vero una cujuſdam feſti, celebratis Veſperis, aſtante multitudine in ſacello S. Petri Martyris, mihi dixit: Pater, placeat caritati tuæ afferre mihi racemulum agreſtis vuæ. Quo facto collegit pauca grana, & ſuccavit: Poſtea rogavit, Afferte mihi & potum aquæ. Qui cellam petens noſtram, inveni ſupra menſam jam poſitã pro cœna lagenuſculã cryſtallinam & cyathum Reverendiſſ. D. Cardinalis

g Beneventani *g*, qui nos ſua benignitate dignatus, illuc perſonaliter declinaverat illo tempore, & nos omnes multis eleemoſynis recreaverat. Statim aqua plenam, palam per eccleſiam reverſus, obtuli ipſi piæ Virgini, quæ petiit ſignari ſigno ſanctæ Crucis: deinde in ſancta hilaritate bibit bonum hauſtum ipſius aquæ. Quod cum Reverendiſſimo Domino narraſſem, voluit phialam ipſam & cyathum quaſi Reliquias pias ſervari. Secreto poſtmodum mihi expoſuit ipſa, quia ideo id etiam publice fecerit, quonia audierat quoſdam non recte divulgaſſe de illa, quod ſcilicet nullo alio ſuſtentaretur niſi Euchariſtię Sacramento: quamvis hoc verũ fuerit in tota Quadrageſima.

Ipſa publice aliquid ſumit,

ut ſciatur non vivere ex ſola Euchariſtia.

111 Interea Reverendiſſ. D. Cardinalis *h* Sanctæ
CAP. XXXV Crucis in Hieruſalem, qui de ipſa nobili ſtirpe
h S. Dominici duxit originem, vocato ipſarum Sororum Magiſtro, qui diutius B. Columbam in Confeſſione audierat, opinabatur ab eo plenius informari. Cumque cognoviſſet præfatum imperitum in ſermone, & interpretatione ignarum, dixit; Debuiſſent huic Virgini præponere viros venerandos, ſanctimonia approbatos & doctrina, qui veritatem cognoſcerent ac teſtes fuiſſent idonei ſuo tempore. Quam ob cauſam indixit ex parte Domini Papæ, in proximo velle deputare illuc ſagaces mulieres, quæ eam caute obſervaſſent per quindenam, intra cubile ipſius B. Columbæ, excluſis quibuſcumque (dignatus nihilominus id apud nos notum haberi) ne forte facto periculo defeciſſet, & ſua ſacra Religio mentita fuiſſet, quam pro certo Dominatio ſua devotiſſime colit patrocinaturque. Nempe apud quoſdam incredibilia videbantur narrata de ipſa, præ aliis de tanta abſtinentia. Oportuit igitur ipſi Virgini diligentius cuncta narraſſe; atque ſeorſum interrogaſſe proximas magis clientulas. Quæ pacifice audiens, ſenſim reſpondit, Aha! inquit, Pater, quare hoc? quia non opto placere hominibus. Hæc nimirum dona non ſunt ex virtute noſtra, ſed indulgentis Dei; ideo non oportet oſtentare, ſed exigitur cum omni humilitate cuſtodire. Sed cum iterato ſuaderem ob Papæ majeſtatem imperantis, ſęra dixit: Fiat ut jubet Sanctitas ſua: tantummodo conſuetos cultus & orationes ne velitis impedire. Altera ergo die in medio eccleſiæ S. Hieronymi, extra portam S. Petri, ſuæ Reverendiſſ. Dominationi expoſui, propter adoleſcentulas puellas ipſi collegio Sacerdoté ipſum ſimplicem ac bonum deputatum fuiſſe, eo quod non expedit confidere de omnibus, quibus non nulli tentaſſent ſeculari favore præfici, obliqua forte intentione: atque pariter obtuli quod ad beneplacitum Reverendiſſ. Dominationis ſuæ deputaret mulieres pro certitudine negotii: verumtamen religioſas mulieres & honeſtas ac bonæ famæ, nequaquam feminas Curiæ, propter nobiles virgines monaſterii. Qui continuato ſermone in multis interrogavit: ſed cum ad ſingula reſpondiſſem, tandem dixit; Non oportet procedere ulterius: quoniam & ſi quid ſumeret alimenti, veritatem virtutis & gratiæ non ſuſpendit. Injungimus tamen vobis ſitis vigiles, ſi revelaverit quidquam de communi ſtatu Eccleſię aut ipſius ſummi Pontificis. Multa quidem per hujuſmodi abſtinentes Virgines revelantur à Deo: Quæ poſtmodum alloquentem apud eccleſiam noſtram ipſum attentius audivit, etiam ob reverentiam S. Dominici, quem fatebatur imitari pro poſſe.

A. SEBAST. CONFESS. EX MS. *Card S. Crucis Confeſſarii ſimplicitate decepta,*

Beatam per dies aliquot obſervandam decernit:

E

deinde mutata mente

Injungit auctori ut ipſe invigilet.

F 112 Venerunt deinde Reverendiſſ. Joannes Lopez Epiſcopus Peruſinus & alii quidam ſanctiſſimi Papæ primi Secretarii, haurire ab ea quędã ſecretiora dicta. Rurſus venit D. Gratianus, Secretarius Papæ, cum Secretario quodã Chriſtianiſſimi Regis Franciæ, qui allocuti ſunt eam in oratorio ſui monaſteri: auditiſque oraculis impetrabant apud Deum illius ſuffragia. Quidam præterea Dominus Archiepiſcopus *i* Cartagenæ ab ea impetraverat duo alba ſcapularia, ſuta videlicet de manu ſua, alterum pro Illuſtriſſimo Rege Hiſpaniarum, & aliud pro Regina *k*, quod ipſa benedici voluit in honorem S. Catharinę Senenſis; quæ cum quibuſdam piis Reliquiis & orationum ſignaculis dedit. Multis etiam nobilibus & infirmis ſimilia tranſmiſit, qui demum muneribus & eleemoſynis conſueverunt perſolvere gratiam. Per idem tempus plures Reverendiſſimi Cardinales allocuti ſunt eam, & non pauciores Epiſcopi & ipſius Curiæ præſtantes Domini, multeq; alię utriuſq; ſexus ſpirituales ac religioſę perſonę. Tanteq; humilitatis deniq; erat, ut numquam ſine Confeſſoris ſui præſentia cum adveniente ſeculari loqui prę ſumſiſſet, ſemper timens ne aliquid præter [decorum] dixiſſet aut ſiniſtre.

Viſitant eam primarii quique.

i

k

quibus ipſa largitur pia munuſcula.

113 Mirabile præterea & omnino divinum, quod cuicumque reſpondiſſet ſeu loqueretur, penitus abſ-

A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

que artificio verbi, omni procul audacia & tædio, non fatigabatur: eamdem quippe cum ſupremis & infimis aut quibuſcumque ſimplicitatem ſervabat & manſuetudinem. Nemo umquam ſcandalizatus receſſerat, etſi eam tentare veniſſet aut arbitraretur ſecus: quin potius omnes mirabantur ſuper dulcedinem ſermonis ejus, & humilitatem lenitivi eloquii & devoti. Trahebantur admodum ejus ſpiritualibus monimentis, caritatis ſcilicet & ſanctæ pacis, in verbis ſapidis & Angelicis, quæ procedebant ex ore ipſius Virginis: idcireo opinionem ſanctitatis & auctoritatem tantam obtinuerat, ut ſe feliciores arbitrarentur, ſi parum quid de manu ſua fuiſſent conſecuti, etiam fila de fuſo. Utique graviorem æſtimationem acceperant circumſtantes undique populi: nam ſæpius, cum quid eis porrigeret minus ſuppeteret, incidiſſent fruſta veſtimentorum: quæ, tamquam pia ovis, nulli ſuum vellus denegabat. Propter inſtantiam petentium diſtribuebat ut plurimum ſigneta orationis (quæ vulgariter Pater-noſtra dicuntur) ſemper in numero alicujus myſterii, Trinitatis ſcilicet, aut Vulnerum Chriſti, vel gaudiorum S. Mariæ, aut novem ordinum ſupernorum civium, & ſimilia, quod etiam verbo explicaſſet. Multi quæ emerant porrexiſſent, ut ſuis manibus attrectaſſet: quæ omnia, ſua columbina ſimplicitate, Columba ipſa, pio quodam affectu, quomodolibet cuilibet rogata complacuiſſet, cum omni prudentia & caritate.

mira comitate & prudentia agens cum ſinguliſ

B

eleemoſynas vero acceptas

114 Ceterum multæ eleemoſynæ ultro ſibi conferebantur, tum præcipue etiam pecuniæ, quas neceſſitas humanæ conditionis opportune videtur exigere. Etiam crebro rogata, neglexit, vel ſaltem aliqua ſeorſum data, pro ſua invalida matre, deputaſſe, utpote quæ ſui curam in Deo jactaſſet: potius communitatis amore, quam profeſſa fuerat paupertatem, ſinceriſſime amplectebatur. Prudenter inſpexeram (adhibe aures: refero pro certo) quoniam ab omni cupiditate erat aliena, voluiſſetque ilico in Dei cultum diſpenſaſſe, aut Sororum commoda & monaſterii, vel in ſubſidium pauperum & infirmorum, [quidquid] hactenus ſervaverat, [ſicut] magis tunc expertus fui. Recepiſſet nihilominus libentius per manus Magiſtri Sororum aut Prioriſſę, niſi quis ei ſecreto contuliſſet: quæ tamen aſſignabat quantocius, & quantumlibet parum totum dabat: nilque ſibi commodi impetraſſet, quo tempore ſolicitudine noſtra, uſque ad ſummam ſexaginta Ducatorum fere, apud cautum mercatorem depoſuimus pro arbitrio Prioriſſæ, præter partem quam ſuo nutu pro conſeſſu chori ipſius monaſterii retinuerã. Cum divites & potentes viri ſe illi exhibuiſſent liberales, proponebat eis per nos ſolvere calices & paramenta Miſſę, vel fabricam monaſterii. [Si quando] oblatas ſibi veſtes induiſſet propter pietatem donantium, poſtea ſubrogabat Sororibus. Quaſcumque confectiones hilariter recepiſſet, etiam ſi ſecreto dediſſent: proximis tamen ſibi Sacerdotibus & Confeſſoribus diſtribuebat aut infirmis, nec non & ſimplicibus puellis propriis manibus in ore propinabat. Præſumpſeram aliquando ſuadere bonitati ſuæ, ne zaccaro condita aut cultu pigmentario clam reciperet, ſed ea reſpueret, ne forte opinarentur ipſam ſimilia comedere. Ipſa vero reverenter ſic intulit: Pater, obſecro permittatis eos ſuæ devotioni ſatisfacere, juxta illam quam in me deferunt pietatem: neque enim decet nos uti ſuperſtitione; ſint autem omnia in laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti.

ad communes uſus convertit;

C

nec electuaria oblata recuſat.

ANNOTATA.

D

a *Adeoque die 6 Iunii: cauſa autem exeundi Roma fuit metus Caroli, Francorum Regis, ibidem tunc prævalentis.*

b *Addit Albertus, quod miniſtri excitare eam volentes calcaribus pupugerint, & ſupra humeros impreſſerint annulares adamantes; ex veroſimili magis conjecturâ, ut credo, quam quod alicubi hoc expreſſum repererit: multa enim hoc capite ſatis rhetorice narrat, ut cum inducit Fr. Sebaſtianum proferentem circulos ejus ferreos ac diſciplinam, aliaque ſimilia, quæ non attinet indicare ſingula.*

c *Nempe* Ferdinandus, *Hiſpaniarum Rex, Legatum miſerat: eamdem credo qui Venetiis interfuerat ſanciendo fœderi contra Gallos in favorem Pontificis, quod ibi promulgatum erat in Dominica Palmarum, nec fruſtra: adverſariorum enim numero & potentia territus Carolus, ſatis habuit Regnum Neapolitanum Francis aſſeruiſſe, & trepide ſatis ex Italia diſceſſit.*

d *Videtur uſus verbis, quibus olim Martha* Joan. XI, 27, *non utique in proprio ſenſu, ſed figurato, quaſi diceret,* Tu repræſentas Chriſtum, cujus es Vicarius.

E

e *In Ms. quidem noſtro legitur* Ludov. *verum* Ludovicus XI *numquam pedem in Italiam tulit, abiitque anno* 1483; Ludovicus *vero* XII *primum regnare cœpit anno* 1498: *apparet ergo prioris filium, poſterioris patrem intelligendum, ſcilicet Carolum* VIII, *qui anno* 1494, *Romam tendens, Senis tranſiit* 2 *Decembris: & videtur Auctor incertus de nomine, cœptum ſcribi non auſus pertexere.*

f *Hic eſt ille* Oliverius Card. Caraffa, *qui ſolus multorum Pontificum facta rerum geſtarum gloria æquavit, ut videre licet in novo Oldoini noſtri Ciacconio (nam vetus pauca admodum habet) creatus anno* 1434, *defunctus* 1511, *Romæ apud Prædicatores ad Minervam primum ſepultus, ſub hoc titulo:* Oliverii Caraſæ Neapolitani, Ordinis Prædicatorum Protectoris, rari exempli depoſitum: qui vixit ann. LXXX, menſes X, dies X, Sacri Senatus ornamentum: obiit XIII kalend. Februarii, religioſe intrepideque, magno ſui deſiderio relicto. *Eſt autem corpus poſtea tranſlatum Neapolim, cujus fuerat Archiepiſcopus, ad Cathedralem, in ſacellum ex ſuo teſtamento conſtructum.*

g *Fuit hic* Laurentius Cibo, *Innocentii Papæ VIII Nepos, Beneventanus Archiepiſcopus creatus à patruo an.* 1486, *& 1583 defunctus.*

F

h Bernardinus de Caravajal *Placentinus, creatus Cardinalis anno* 1493, *qui quomodo S. Dominicum ſanguine attigerit, aliis explicandum relinquo. Obiit Oſtienſis demum Epiſcopus an.* 1523.

i *Tamajus de Salazar, ad* 28 *Ianuarii, texens Catalogum Archiepiſcoporum Cartaginenſium, ait, quod prædictus* Bernardinus, *hoc ipſo in quo verſamur anno* 1495 *titulum illum ceſſerit* D. Joanni de Medina, *qui eum tenuerit uſque in annum* 1507.

k Iſabella, *Ferdinandi Catholici uxor, per quam Caſtellæ regnum Aragonico junctum eſt.*

CAPUT XIII.

Satisfit variis variorum, circa B. Columbæ ſpiritum & abſtinentiam, objectionibus ac quæſtionibus.

115 NEc ab re commemoraſſe cenſui, quanta adverſus Chriſti Virginem generatio illa querula oppoſuiſſet. Non niſi importune & majora percontatam fuiſſe memini, abſque dubio Curiales, curioſum genus & cenſores hominum. Multi enim

c. XXXVI

Variis varia tunc objectantibus

A enim utriuſque ſexus homines,etiam religioſæ profeſſionis,ſub ſpecie caritatis,criſpatis buccis, voce tamen ſtomachanti, improbe arguebant velut errores patentes, quod videlicet nominaretur Sancta, eique aliquando loquerentur genuflexi;quodque nonnulli tamquam piasReliquias abſcidiſſent ejus veſtimenta; quod etiam præter normam ſuæ profeſſionis incederet diſcalceata, in maximis quoque algoribus : non parum aggravantes quod loqueretur quomodocumque in eccleſia,eo quod juxta vulgatam Chryſoſtomi ſententiam ; ſemel eſt locuta mulier,& totum mundum ſubvertit : tum quia præberet occaſionem tumultus & ſcandali , ex mutua virorum ac mulierum confuſa frequentia. Horrebant permaxime uſum Euchariſtiæ, quo reficiebatur aliquando quotidie, nonnumquam præter ſtaturam horam ; quaſi ipſa oſtentaſſet ex ſuperſtitione , ob vulgares laudes & famam ad poſteros , ideoque etiam finxerit non comedere.

reſpondet Auctor,

116 Conſtat itaque cavillantium ejuſmodi invectiva fuiſſe : ſed faciliter objectiones diluiſſent, ſi Scripturas inſpexiſſent. Liquet nihilominus malevoli invidique hominis eſſe , non modo celare,ſed etiam depravare ſpiritualia dona , quæ ipſa Chriſti

B ſponſa fuerat divino munere conſecuta. Sancti quidem ſunt,ut ait magnus Athanaſius,quotquot fidem ſunt rectam cum operibus conſecuti , vel ſi nulla edant miracula. Sed & Chryſoſtomus ſuper iſtud, In ſanctitate & juſtitia coram ipſo &c. Eſt , inquit, ſanctitas apta circa Deum æquitas, juſtitia vero quæ circa homines ; puta quod aliquis reverenter exequatur divina , & quoad homines laudabiliter converſetur. Et Sanctus Doctor Thomas Aquinas dicit : Sanctitas quidem importat puritatem conſecratam Deo ; innocentia,proprie puritas eſt ad proximum : duo ſunt enim quæ faciunt ſanctitatem,caſtitas & ſobrietas, quia per delectabilia carnis maxime inquietatur anima. Opponuntur itaque ſpecialiter ſanctimonię peccata carnalia, gula & luxuria : ideo qui vult habere virtutem caſtitatis, neceſſe eſt laboribus dari, vigiliis inſiſtere, & macerari jejuniis. Interpretes noſtri, quod dicitur, Sanctus, etymologizant,ab Agios *a*, quaſi ſine terreno affectu : quibus ſimiliter viventibus ſcribit ille qui dixit , Dilectis Dei,vocatis Sanctis. Sed vere ex ore infantium perfeciſti laudem,Domine Jeſu , qui tibi deſponſas virginales animas. Sanior gratia fuerat ipſius populi

C vulgata ſententia , qua Chriſti Virgo Sancta coleretur.

non male Sanctam dici quæ ſancte vivit,

a

eoque nomine ipſam potuiſſe honorari,

117 Rurſus genuflexionibus, quibus nos humiles reddimus, Dominum ipſum veneramur , qui in Sanctis ſuis virtutes operatur ; ut ſcilicet videntes opera noſtra bona, glorificent Patrem noſtrum qui in cælis eſt. Nihilominus poſſumus , propter interceſſionem vel exemplum, & Sanctos ipſos dulià venerari. De veſtimentis vero quomodo potuit uſum fidei pia Columba negaſſe, ad quam hortatur vivens & vita functa? præclariſſimum imitata Patrem ſuum, ſcilicet Dominicum,qui cum Romæ degeret, & poſt maxima ſanctitatis indicia jam celebre eſſet nomen ejus; erat populi reverentia & devotio tanta, ut beatum ſe putaret,qui poſſet ipſum contingere, vel aliquid ejus habere meruiſſet. Et cum à Fratribus à tali præciſione compeſcerentur; Sinite,ait, eos ſuam devotionem perficere : congratulabatur enim fidei proximorum. Fideliſſima quidem judicatur mulier, quæ à fimbriis curationem ſperavit , propter quod ſanitatem conſequitur Marci v. Quod autem Chriſti Virgini, præter normam deponitur , proinde ipſo verbo refellitur,ſi .....Præter, id eſt,Supra Regulam exponatur,& non accipiatur pro Contra. Similiter etiam legimus ipſum beatiſſimum Patrem S.Dominicum ut plurimum nudis pedibus in itinere ambulaviſſe.

ac permitti ut devoti veſtimenta carperent,

nec reprehendendum quod nudipes inceſſerit,

A.SEBAST. CONFESS. EX MS.

118 Quod autem interdicatur,Mulieribus loqui, non permittitur,verum eſt de publica annuntiatione doctrinæ,eo quod docere prælationem dicit & præſidentiam ab auctoritate Eccleſiæ : & ideo ſignanter Apoſtolus dicit , In eccleſia : privatè tamen eis permittitur. Sic dicunt Sancti , quoniam à revelatione non excluduntur mulieres , quibus multa revelantur ſicut viris : gratia enim Spiritus ſancti non diſcernit inter virum & mulierem. De pluribus quidem legimus quæ inſtinctu Spiritus ſancti dabant conſilia, & erudierint populum per ſpiritum prophetię: quibus etiam congrue conceditur de orationibus ac lectionibus , quas mulieres in ſuis collegiis proferunt. Quin etiam , ſicut Corinthiis exponitur cum inſtruuntur de donis in primitiva Eccleſia, inquit Doctor Sanctus, ſi aliquis loquatur lingua, id eſt, dicat viſiones vel ſomnia , hujuſmodi locutio non fiat à multis , ſed ſecundum duos,id eſt,duobus : & ſi neceſſe fuerit ſecundum multos,tres. Quæ conſuetudo adhuc partim ſervatur in Eccleſia : nam Lectiones, Epiſtolas & Euangelia habemus loco linguarum : ideo in Miſſa ſecundum duos ſervatur , quia ſolum duo dicuntur quæ pertinent ad donum linguarum, E Epiſtola ſcilicet & Euangelium. In Matutinis fit ſecundum multa,ſcilicet tribus Lectionibus dictis in uno Nocturno : antiquitus etenim dicebantur Nocturna diviſim, ſecundum tres vigilias noctis , nunc vero dicuntur ſimul. Quia igitur unuſquiſque habet aliquod ſpeciale donum, alius pſalmum, id eſt canticum ad laudandum nomen Dei ; alius vero doctrinam,id eſt prædicationem,ad inſtructionem morum vel expoſitionem & ſpiritalem ſenſum ; alius apocalypſim , id eſt revelationem vel in ſomniis vel in viſione aliqua; alius linguam , id eſt donum linguarum vel legendi prophetias ; alius interpretationem;Omnia,inquit, ad ædificationem fiant.

aut in eccleſia privatim locutus ſit:

119 Quod vero ſubinfertur de ſcandalo, per hoc plene rejicitur : quia ſcandalum paſſivum , quod ex bonis ſpiritualibus oritur,cum ſcilicet voluerint malitiâ talia impedire;eſt ſcandalum Phariſęorum,quod Deus docet eſſe contemnendum (quædam tamen propter puſillorum ignorantiam aliquando ſunt differenda) ſi quo minus reddita ratione non reſipiſcant, jam ſuam malitiam exprimunt , quam ob rem hujuſmodi bona opera non ſunt dimittenda. Sacrilegium quidem eſt Spiritui ſancto reſiſtere : ſed ve- F re temerarium genus & iniquum : nam quare ſacramentum pietatis, quod arreptitiis & amentibus non negatur, horreant innocentibus virginibus communicari ; atque id quod illius primitivæ caritatis fervens Eccleſia uſu approbat , hi miſeri nefas dicant ? Adverto plane quod à diebus noviſſimis iniquitatis ſuperabundantiæ ac nimis tepidîtæ caritatis trahant ad *b* omnem ſententiam conſcientias : ſed ſummi b Doctores maturius ponderant. Iſte panis, inquit [Auguſtinus],quotidianus eſt: accipe quotidie quod quotidie tibi proſit : ſic tamen vive ut quotidie mererari accipere. Rurſus , quia in pluribus hominum impedimenta multa devotionis hujus occurrunt , propter indiſpoſitionem corporis aut animæ, quaſi ad illud quotidie accedere non ſit utile omnibus hominibus,ſed rite præparatis ; ideo dicit. Quotidie Euchariſtiæ Communionem accipere nec laudo nec vitupero. Sed neque Chriſti Virgo in Quadrageſimis præſumpſerat quotidie prętęr ſacra veſtigia Patrum ſuorum: nam de beatiſſimo Patre S. Dominico legimus, quod etiam eundo voluerit diebus ſingulis divina myſteria celebrare. Idem habetur de S.Vincentio , quod videlicet omni die Miſſam cantaverit *c*,& prædicaverit conſequenter. Taceo de c

nec evangelios qui ſcandalizantur

illius frequenti Communione.

A.SEBAST. CONSESS. EX MS. clariſſima Virgine Senenſi S. Catharina (cujus ſacri ritus per omnia Columbæ erant, ſicut prædiximus) ac de reliquis innocentis vitæ ſacris Virginibus, quæ in ſua Religione ea tempeſtate præceſſerant. Illud, Præter horam, ignorat Eccleſia; quæ nocte media & diluculo, mane ac meridie, & etiam veſpere jungitur ſalutari ſuo. Quod ultimo de intentione opponitur, magiſtrali dicto ſapientiſſimi *d* Græcorum; ilico ſequeſtratur, quod ſcilicet in te ſentis, in alio credis: abdicatque tales garrientes & ſententia dulciſſimi Matth.7.5 Salvatoris, Hypocrita, ejice trabem de oculo tuo: oculi enim B. Columbæ oculi columbarum. Procul dubio oculus ejus oculus ſimplex, qui illuminat tamquam lucerna fulgoris ad vitam æternam. O beatam Virginem, quæ in omnibus illius primitivæ Eccleſiæ ſimplicem infantiam, ipſiuſque vetuſtiſſimæ innocentiæ quæ fuerat in deliciis paradiſi, ſancto Spiritu inſtigante, regulam nobis oſtendit! Apte igitur eos qui Chriſti Virginem impie ſupprimere nitebantur, oſtendimus advertatos fuiſſe fruſtra: ac dum in luce cæcutiunt, proinde ſe ipſos offendunt: coacti quoque & inviti eam laudant, dum quaſi in ſuſpectam lævire moliuntur; tantoque clarius extol-
B lunt, quanto aſturius impugnant.

C.XXXVII 120 Intelligentes autem & admodum validam mentem habentes, quidam ſcilicet viri clari, diſciplinis philoſophicis & naturæ eruditi, haud ignari litteris ſacris, nec non priſcorum geſtis cauti ac veterum dictis, de ipſa extaſi & ſuo hujuſmodi raptu ſubtilius ſciſcitabantur, quaſi declinaſſent in du-
Philoſophis bium, an fuerit arreptitia, vel laboraret humore ter-
e reſtri, vel uſu rationis privata pythonizaret *e* quaſi energumena; quia occulta quædam & ſiniſtra quorumdam quandoque proferret, quod videbatur contra caritatem proximi. Fabulabantur inſuper de Cir-
f ce, de mulieribus ſtabulariis *f*, ac de Mercurio, qui ſolviſſent hominum mentes, eoſque mutaſſent in beſtiarum formas, abdicaſſentque nonnullos duris
& medicis eadem ſcrutantibus curis. Erat illis etiam diſceptatio de priſtinis Sibyllis. Admirati quidam in tantum fuerant ut ſuſpicarentur eam fuiſſe phantaſma: eorumque nonnulli, periti in aſtris, flagitabant horoſcopum. Tentabant medici conſequenter, ob veritatem ſuæ abſtinentiæ, de unguibus & capillis: ſcrutabantur de ſudore aut odore aliquo, non minus de paſſione muliebri & receſſu: obſervabant loquentis dentes, colorem faciei & acies oculorum. Comitabantur eos & civeş ipſi, ſenſu aſtu-
C ti & perſpicui intellectu, apud quos vigent gymnaſia doctrinarum, aſſiduuſque eſt conflictus periculo litterario, ac juge ſpectaculum examinis rigoroſi. His jungebantur ſæpius & Proceres, nec non circumſtantium urbium Primores & heroes noſtri ævi: & cuilibet licuiſſet ſiniſtram referre ſententiam.

reſpondet nihil diabolica fraudis ſubeſſe, 121 Verumtamen inſiſtentibus devotius & humiliter, ad ſingula ſuggerebat Spiritus ſanctus: opportunum quippe fuerat ſcrutaſſe geminas ſcientias. Summus namque Magiſter Dominus Jeſus Chriſtus, ovium luporumque diſcrimen [faciens], ex fructibus pendere examen docuit, ac terminare judicium. Conſtat autem pro certo limpidam Virginem nil commune habuiſſe cum ſatana: neque enim in factis convenerat vel affectu, quæ referta ſpiritualibus donis plena fuerat ſanctis operibus. Equidem quando movetur homo ſecundum rationem, ut ait Sanctus Aquinas, movetur à Spiritu ſancto; ſecus eſt à ratione perturbata, quia tunc dicitur arreptitius. Haudquaquam atræ bilis humore fœdabatur, aut inordinato *g* malenconico Virgo, utpote regulata ſuprema abſtinentiâ. Non vexabatur, ut laborant energumeni; neque velut incantatrix, uſa fuit aliquando ſuperſtitione: aut in ventre, ſicut pythoniſſa, dæmonem ſortita fuerat Virgo caſta: quæ potius devotione hilari & læto animo ſubdita Deo, juſte
D gradiebatur in lege Domini, ſcanderetque ſemper ad culmen perfectionis & cæleſtia. Quod autem occulta contra caritatem minime dixerit, patet 1 ad Cor. XIV, Occulta, inquit, cordis ejus manifeſta fiunt, & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians *nedum ve-* quod vere Deus in vobis ſit. Fabulis autem Circæis *neficii;* aut Mercurii vel nefandarum feminarum nequaquam maculari poterat, aut præſtigiis quibuſcumque magorum. Liquet perinde, quoniam neque dæmonibus ſuppetit facultas transformandi homines vel quoad figuram, niſi fantaſticam apparentiam finxerint, aut exterius aliquam novam formam. Divinum quippe eſt mutare naturas, ſimiliter renovare mores ad ſalutem; puta impudicas mentes, habitu depravatas, reformare ſanctas, & Spiritui ſancto etiam in medio lupanaris reddere dociles; ſicut de nobili illa clariſſima Virgine Agnete Martyre habetur, quam profani tunc Sacerdotes mentiti expro- *ſed neque* braverunt: Tolle magam, tolle maleficam, quæ men- *naturæ ad-* tes mutat & homines alienat; eo quod videlicet im- *ſcribendum* petraſſet à Deo reſuſcitatum juvenem prædicare Chriſtum. Sic & Beata Columba in digito Dei de-
E ſtruebat præſtigias magorum. Sibylla nomen, Dei mens interpretatur vel divina ſententia, quia potiatur locutionibus divinis, quaſi dixerim Prophetiſſa: & ſic non negatur. Si rurſus phantaſma, apparitionem vanam interpretaris; nos plura illius experti, dicimus, eam apparentem humanam Virginem, & in veritate etiam ancillam Chriſti exiſtentem. Natalem ipſius horam jam præmiſimus: quid tamen in horoſcopo ſentiant, tacent. Scimus nihilominus pro certo: quod gratia non deſtruit naturam, ſed perfi- *quod opus* cit: & quod ea quæ ſunt gratiæ natura non attingit, *eſt gratiæ.* quantumlibet ſcrutetur. Ordo namque cauſarum oſtentatur, ut in pluribus: etſi ex defectu paſſivi quandoque refrangitur, eſt ut in paucioribus, quod eſſe inter neceſſarium & poſſibile dicitur à ſapientibus: neſcit tamen naturalis quid ſupra operetur Deus. Hæc ſola ratio cognoſcitur, quia ſic placuit Altiſſimo, quæ cum ſuſceperimus jubemur habere gratias. Sic igitur in regeneratione ſua Chriſti Virgo ſortita fuerat optima chariſmata, veluti deſuper oſtenſum fuerat à viſibili columba.

Idem etiam ſecretiora naturæ interrogando ſcrutatus, 122 Ut etiam petitionibus tentantium ſatisfacerem pro poſſe, aggreſſum feci coram pia Virgine de originali juſtitia primorum parentum, ac de illo in-
F nocentiæ ſtatu, qui fuiſſet in deliciis paradiſi: devotam quippe conſiderationem docet liquido Doctor ſanctus. Igitur proſecutus de cibi indigentia, tandem de emiſſione ſuperfluitatum intuli conſequenter; ita variato ſermone, quod ordinatis præmiſſis interrogaſſem eam de concluſione, videlicet, Evenit ſic veſtræ caritati, an ne? Et ſi meditationi ejuſmodi intenta quandoque tacuiſſet, facta inſtantia, quod optabam obtinui. Et primo, quia ungues & capilli groſſiori parte alimenti perficiuntur, ab ipſa anima ut vegetativa, ob aliarum partium cuſtodiam, habeanturque de integritate hominis, ideo etiam ſapientes hujus ſeculi obſervant in abſciſſione eorum ſicut in aliis membris. Vidimus nihilominus & in ea utroſque aliqualiter augeri: fœtorem autem ſeu quamcumque putredinem nemo in illa quandoque percepit; neque ego, ignei ſatis olfactus & acuti. Potius (& refero pro certo) pluries expertus bearam ipſam Virginem fragrantiam quamdam ſæpius emittere cujuſdam ſuaviſſimi innominatique odoris, quo nimium delectati ferebamur præ admiratione ſuſpenſi. Nec olfeceram ſolus: ſed & utriuſque ſexus *quomodo in* multi alii. Sudore vero aut defectiva quacumque *iis ſe habue-* ſuperfluitate putredinis omnino caruit: ſed ut plu- *rit explicat.* rimum gelida erat, vel quaſi febricitaſſet fervida: forte aliquando

A aliquando quia evaporaſſet humecta. Communẽ vero mulierum paſſionem num ignoraret interrogata Prioriſſa, reſpondit illam ab hujuſmodi fuiſſe alienam. Cujus rei induſtrius cenſor eſt clariſſimus ille Philoſophus & Doctor, Albertus magnus, in nono libro de animalibus: Ego, inquit, vidi quaſdam virgines caſtas, penuriis & vigiliis macerantes corpora, quibus numquam accidit menſtruum, ut plurimum viventibus per multos annos, & ex hoc non infirmabantur. Similiter præmiſeram de actibus digeſtivæ virtutis & expulſivæ, atque de decenti ſeparatione fæcum: quodque oportuerit in pluribus diebus reliqua vel ſaltem accidentia illa relinquere aliquid luti pro feceſſu, & ſimiliter contingeret de potu. Quę libera ſimplicitate reſpondit; Pater, cum biberim, effundo utique aquam. Id tamen poſtmodum vidimus multi noſtrum oculata fide, omnia ſcilicet inteſtina aëre plena tantummodo & vento, & modicum luti in fundo alvi, parumque aquæ in veſica. Phyſicus quidam peritus de Iberia depoſuit coram Reverendo Umbriæ Legato, probatiſſimum ſignum ſuæ abſtinentiæ ipſa dentium ejus accidentia. Colores vero faciei ſequebantur affectus, nunc quidem

B roſei & vividi, ſtatim [autem] pallida erat quaſi de marmore, nulla tamen in membris adducta deformitate. Intuitus illius tamquam veræ columbæ, & erecti ſæpius ad cælum.

refellitque eos qui conantur naturaliter ea facta ſuadere:

123 De pulſu etiam inter ſe differebant, qui percipi minime poterat durante raptu; & pariter de reſpiratione, quando junctis labiis neque nares videbantur moveri: erantque ancipites & nutabant, an ita ſuſpenſis ſuis actibus vitales vires animæ tabeſcerent aut corrumperentur deſidia, quia deſtructis potentiis feſtinaſſet interitus. Laſſi tamen jam non minus quam facti evidentia convicti, nequaquam præbere honorem virtuti ejus gratuitæ, ſed maluiſſent oſtentare naturam, quaſi operaretur, non bonitate moris & gratiæ, ſed neceſſitate naturæ; introducentes auctoritatem divi Hermetis *i* ad Aſclepium. Homo ſcilicet nexus eſt Dei & mundi; eo quod in ſe intellectum divinum habet, & per hunc aliquando ita ſupra mundum elevatur, ut aliquando etiam mundi materia ſequatur conceptiones ejus: ſicut in optime natis videmus hominibus, qui animabus ſuis agunt ad corporum tranſmutationem, ita ut miracula facere dicantur. Hinc dixerunt cauſari faſcinationes,

C qua anima unius agit ad alterius impedimentum, per viſum vel alium ſenſum: etſi perinde rationale animal ſe mundo fecerit inferiorem, quia honore humanitatis exutus, proprietatem accipit beſtiæ, & fit per concupiſcentiam porcus, per iram canis, & leo per rapinam: quod & Plato ſecundam vocavit incorporationem animarum. Similia etiam dixerit de imaginatione Avicenna, & Galenus de Accidente & morbo: propriumque eſt homini & ſoli honeſtum proſequi & verecundari de turpi. Similiter ordinare paſſiones virtutis ordine, & continere ea quæ ſunt in ſenſu ad limitem rationis, eſt pluſquam commentatorem recitaſſe, naturam produxiſſe Sibyllas, & à natura agi. Sed, ſicut in ſuis ſapientiis dixit Ptolomæus ille magnus, qui ſcientiam ſuam ultra aſtutiam quæ in ipſo eſt extendit, eſt ſicut paſtor debilis cum multis ovibus.

c.xxxviii 124 Sapientius Theologi noſtri ſapiunt, vetuſtoſque illos Philoſophos longe ſuperant, tam re-

deinde Theologice exponit rum dignitate ac gravitate ſententiarum quam acumine rationum: & ab alto afflante Deo, deſuperniſque docente Spiritu ſancto, magis inſtructi in omni genere probitatis habentur. Excellentiſſimus namque Prophetarum illuſtriſſimus ille Rex David, in cæleſti ſuo ſacræ Theologiæ compendio, cantor ipſe Spiritus ſancti, oda centeſima quinta decima, inquit: Ego dixi in exceſſu meo: ibi gloſſa Divi Auguſtini, Vel, in extaſi mea, id eſt mente raptâ ad ſuperna. Dicitur enim Extaſis, cum mens non pavore alienatur, ſed aliqua inſpiratione revelationis ſurſum aſſumitur: Extaſis enim Græce, Latini Exceſſus mentis interpretantur. Ex ſancta autem doctrina beatiſſimi Thomæ Aquinatis plenius colligimus, Extaſim eſſe, quando propter aliquid homo efficitur extra ſe ipſum; per appetitivam virtutem ſcilicet vel cognitivam. Homo namque eſt ſolum in ſe ipſo per virtutem appetitivam, quando curat quæ ſunt ſua tantum: efficitur vero extra ſe ipſum, quando non curat quæ ſunt ſua, ſed quæ proveniunt ad bonum aliorum: quod facit caritas, quæ non quærit quæ ſua ſunt. De qua dicit Areopagita Dionyſius; Eſt enim extaſim faciens divinus amor, non ſinens amatorem ſui ipſius eſſe ſed rerum amatarum. Eſt autem in homine duplex appetitus, intellectualis ſcilicet qui dicitur voluntas, quæ ordine naturali præeſt & movet; & ſenſitivus qui dicitur ſenſualitas, ut pote illi ſubrogata, ab eaque naturaliter movetur. Homo igitur dupliciter ſecundum appetitum poteſt fieri extra ſe ipſum, aut quando appetitus intellectivus totaliter in divina tendit, prætermiſſis iis in quæ inclinat appetitus ſenſitivus (ſicut, ex virtute divini amoris extaſim faciente, S. Paulus dixit, Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Chriſtus, aut prętermiſſo ſuperiori appetitu homo totaliter fertur in ea quæ pertinent ad appetitum inferiorem, quomodo homo potius ſub ſe cadit, velut ii qui vehementia irę vel amoris inſaniunt, de quibus ſcriptum eſt, Animalis homo non percipit quæ Dei ſunt: & iterum, Hi ſunt animales, ſpiritum non habentes. Et uterq; exceſſus ſecundum appetitum poteſt cauſare exceſſum cognitivæ virtutis; vel ex eo quod vehementer afficitur poteſt contingere, quod ex violentia affectus homo ab omnibus aliis alienetur. Affectum ſimiliter intendi [contingit] in appetitiva virtute, cum quis delectatur in iis ad quæ rapitur; unde & Paulus ſe raptum dixit ad tertium cælum, quod pertinet ad contemplationem intellectus; & in paradiſum, quod pertinet ad affectum.

A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

quomodo extaſis fiat,

2 Cor. 12, 2.

125 Secundum cognitivam vero [homo] quaſi extra ſe efficitur, quando extra naturalem modum hominis elevatur ad aliquid videndum. Profecto modus naturalis ipſius cognitionis humanæ eſt, ut cognoſcat ſimul per vim mentalem quæ eſt intellectus, & corporalem quæ eſt ſenſus. Non aliter quidem habet homo in cognoſcendo liberum judicium intellectus, niſi quantum ſenſus fuerint in ſuo vigore bene diſpoſiti: ſecus ſi aliqua virtute naturali ſtupefacti, aut quavis faſcinatione religati, ſeu evaporatione impediti fuerint; quando & judicium intellectus pariter impeditur, ſicut in mente captis, phreneticis & dormientibus patet, in quibus non eſt hominis elevatio, ſed potius depreſſio, propter defectum virtutis, undecumque contingat. Cum igitur ex operatione divinæ virtutis, cui omnis natura obedit ad nutum, ſicut patet in miraculis, homo ab ipſa ſua naturali & propria operatione, quæ eſt intelligere mediante imaginatione & ſenſu, immutatur, extra ſe ipſum ſecundum cognitivam virtutem efficitur. Et cum agens aſſimilet ſibi patiens, abſtractio quæ fit virtute divina eſt ſupra hominem, & eſt aliquid altius quam ſit hominis natura: ideo tunc proprie elevatio dicitur: & operatio ipſa, qua ſolis intellectualibus inhæret, omnibus inferioribus prætermiſſis, non eſt ejus in quantum eſt homo, ſed in quantum in eo aliquid divinum exiſtit. Operatio vero qua ſolis ſenſibilibus inhæret, præter intellectum & rationem, non eſt ejus, in quantum eſt homo, ſed ſecundũ naturã quam cum brutis habet communem. Et ſic Extaſis importat

E *ſive in voluntate appetendo,* Gal. 2, 20

1 Cor. 2, 14

F *ſive in intellectu cognoſcendo:*

tat exceſſum mentis à ſe ipſo ſimpliciter, ſecundum quem ſcilicet quis extra ſuam ordinationem ponitur.

A.SEBAST. CONFESS. EX MS.

126 Raptus vero ſupra hoc connotat quamdam violentiam. Violentum enim dicitur, cujus principium eſt extra, nil conferente eo quod vim patitur. Unde raptus à Doctore ſancto ſic diffinitur: Raptus eſt ab eo quod eſt ſecundum naturam, in id quod eſt ſupra naturam, vi ſuperioris naturæ, elevatio. Et aliquando quidem mens rapitur à ſenſibus ad imaginationem, ut divinam veritatem contempletur per quaſdam imaginarias ſimilitudines; qualis fuit raptus Principis Apoſtolorum Petri, Actuum XI; Vidi, inquit, in exceſſu mentis meæ viſionem; ac Dilectiſſimi Euangeliſtæ Joannis Apocalypſis I. Fui in ſpiritu, id eſt mentis exceſſu. Aliquando autem rapitur mens à ſenſu & imaginatione ſimul ad intelligibiles immiſſiones & effectus, ſicut fuit protoparentis Adæ Geneſis I. Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam, id eſt extaſim, dicit S. Auguſtinus, in qua creditur interfuiſſe cæleſti curiæ, ubi multa futura vidit, quæ evigilans de conjunctione Chriſti & Eccleſiæ prophetavit, ac de venturo diluvio per aquam, & judicio per ignem: ſimiliter S. David dicentis, Ego dixi in exceſſu meo omnis homo mendax. Rapitur & mens nihilominus aliquando ut contempletur ipſam divinam veritatem in ſua eſſentia. Talis fuit raptus Magiſtri Judæorum Moyſi & Doctoris gentium Pauli Apoſtoli, quod & nobis in patria Deus concedat per ſuam miſericordiam. Rurſus præmiſerim, quoniam ſi ſenſus plures ſint, unus tamen eſt aliorum fundamentum, videlicet tactus, in quo principaliter tota natura ſenſitiva conſiſtit: nam per hunc ſenſum animal primo dicitur: & inde eſt quod immobilitato hoc ſenſu omnes alii ſenſus immobilitantur, velut in ſomno accidit, atque à forti calore & frigore ſecundum tactum, ſicut ab excellentiis propriorum ſenſibilium; remanentibus nihilominus operationibus vegetativæ animæ, quæ neque rationi obediunt nec voluntati; ſed complentur virtute qualitatum activarum & paſſivarum, calidi ſcilicet & frigidi, humidi & ſicci. Puto idem judicandum de reſolutiva, ut corpus plus vel minus debilitetur. Intellectiva enim operatio nullo modo per ſe eis utitur aut admiſcetur, aut intentio aliqua exigitur, neque ſe impediunt, cum non ſint cognitivæ quas oporteat ſuſpendere: per accidens tamen, pro quanto organis ſenſuum ſubſerviunt, puta nutriendo & conſervando, eorum diſpoſitio variatur. Inde operatio intellectus impedit operationem partis vegetativæ, in quantum ad operationem intellectus requiritur operatio imaginativæ virtutis, ad cujus vehementiam oportet caloris & ſpirituum concurſum fieri: ſic igitur impeditur actus nutritivæ per vehementiam contemplationis. Ideo hujuſmodi abſtractione facta, corpus ipſius B. Virginis Columbæ reddebatur quaſi lapideum; eumque excitari cœpiſſet, mandebat, ut humiditate reparatâ officia gutturis & linguæ proſequeretur, optaſſetque per tractam aquam aridas refrigerare fibras.

quid deinde ſit raptus,

Pſ. 115, 11 B

C

& quomodo ſopitis in eo ſenſibus

Corpus reddatur immobile.

127 Neq; hic hęc fruſtra diximus: quod pro certo ſæpius præmiſiſſe cogebamur, & replicare forte [cogemur] in ſequentibus, ſi voluerimus ipſius ſaneræ Virginis Columbæ eximia dona recognoſcere, ac piis proximorum petitionibus ſatisfacere. Dixerim tamen pro noſtro exiguo poſſe: quoniam, ſicut præmiſimus, ipſa Chriſti Virgo, allecta plurimum dulcedine paradiſi, atque tracta vehementi caritate Dei, frequenter rapiebatur ad cæleſtia, ſopitiſque ſenſibus linquebat infima. Aliquando in aëre elevato corpore tota ſuaviter ferebatur in Deum, & de iis quæ vidiſſet arcanis per ænigmata multotiens, nonnumquam expreſſius ac liquido, revelabat: comminabatur quibuſdam terribiliter, quoſdam vero in bonis operibus inflammando ad perſeverantiã hortabatur, atque ad directionem humanorum actuum plura prophetavit. Suum ſcilicet imitata eſt ducem, Patriarcham noſtrum S. Dominicum, puriſſimum caſtitatis ebur, Doctorem approbatiſſimum Apoſtolicumque Prædicatorem, qui omni Eccleſiæ Chriſti ad inſtar ſplendidiſſimi ſolis illuxit, ſæpius orando, ſive celebrando divina, aut reſuſcitando mortuos ſancta paſſus extaſim, elevatus à terra, rapiebatur ad divina. Secuta ſimiliter eſt S. Thomam, cæleſte gazophylacium ac profundum ſapientiæ divinæ ſcientiarumque oceanum, qui veterem Philoſophiam, antea Chriſti cultoribus formidabilem, ſua egregia virtute perdomuit, humiliumque Theologorum imperio mancipavit. Ipſe namque Doctor & Virgo, Pater inclitus, ſtabat ſurſum mente raptus coram imagine Crucifixi, & divina contemplabatur. Inde quaſi trames de æterno fluvio, quam hauſerat ſapientiam, effudit abunde, & aquis æternæ vitæ Eccleſiam Chriſti perpetuo rigat. Laudabat eum devotius B. Columba dicens, Divinus Doctor S. Thomas, de univerſis Sanctorum floribus, nobis cæleſtia mella collegit.

D

S. Dominico,

S. Thomæ,

E

In his autem raptibus B. Columbæ ſimilis fiebat

128 Imitata pariter eſt Senenſem illam eximiam Virginem Catharinam, alumnam ejus & matronam: quæ ſiquidem Deo dilecta Virgo hac ſpiritus elevatione jucundoque aſcenſu mentis in Deum, ab infantia uſque ad finem, excellentiſſime claruit. Gradiebatur pro certo B. Columba poſt veſtigia Patrum ſuorum in cellam vinariam, bibitque vinum & lac poſt innocentem Virginem, fidei propugnatorem præcipuum, Magiſtrum Petrum, Chriſti Martyrem; poſt innocentem Virginem, ſupremæ vitæ inreprehenſibilem, ſermone fœcundiſſimum S. Vincentium; poſt illuſtrem illam Regis Ungarię filiam, Chriſti Virginem, B. Margaritam; poſt B. Agnetem de Monte-politiano, B. Joannam de Urbe-veteri, B. Margaritam de Caſtello *k*, ceteraſque beatiſſimas Virgines, quæ tempore eam in eadem ipſa Religione noſtra præceſſerant: quarum animus ſæpiſſime abſtrahebatur à ſenſibus, corpuſque ferebatur in æthera, atque in ſuis virgineis corporibus figurabant ſpectacula martyrum, & frequenter paſſionem Chriſti expanſis brachiis & extenſo collo. Ita ut in quadam pœnoſa contemplatione & doloroſa, etiam oſſium colliſionem contigerit audiri, imaginique Crucifixi, ſupra altare in eminenti poſitæ, ſe pari ſitu quandoque conjunxerunt, diutiuſque permanſerint & immobiles, cives alloquebantur æternæ vitæ, hominum ſecreta cognoverunt, & præguſtaverunt eterna. O Felix ipſa Religio, à ſanctiſſima Dei Matre inſtituta, ejuſdemque advocatione promota, ſua protectione defenſa; in qua tam Patres ipſi Doctores celeberrimi, quam ipſæ illuſtres filiæ innocentes fuere Virgineſque puriſſimæ, degenteſque hac vita mortali tam mirabiliter contemplabantur cæleſtia!

F

S. Catharinæ Senenſi, aliiſque Sanctis ac Beatis ſui Ordinis.

ANNOTATA.

a *Etiam D. Thomas* 2, 2 *qu.* 81 *art.* 8 Dicitur enim Agios (*quaſi ἄγῃ*) id eſt ſine terra.

b *Ms.* Sanctitatis conſcientiam; *unde nullum commodum ſenſum elicere valens, mutavi aliquid, melius fortaſſis ab alio reſtituendum per feliciorem conjecturam.*

c *Hoc de* S. Vincentio *legitur in ejus Vita* 5 *Aprilis num.* 9.

d *Platoniſne an Ariſtotelis, non vacat quærere.*

e *Ms.* Phitonizaret, *& infra* Phitoniſſa.

f Circen *&* Mercurium, *attributaſque eis Metamorphoſes, ex Poetis etiam pueri noverunt:* Mulieres Stabu-

A Strabulariæ, *hic notatæ, videntur ex Apulei Aſino acceptæ, qui ſuam fabuloſam metamorphoſim adſcripſit ejus ad quod diverterat diverſorii ancillæ, conſciæ ſecretorum dominæ ſuæ, per magicas artes quamvis formam aſſumentis, quas* Strabularias *Latine poſſumus appellare, ſicut* Strabulum *dicitur pro diverſorio.*

g Malenconicus, *depravate pro* Melancholico, *iſta ætate dicebatur paßim & ſcribebatur.*

h *Ita habent Iſidorus Etymolog. lib.* 8, *& Lactantius Inſtitut. cap.* 6, *& Æolica Dialecto (quam Latina lingua, quatenus ex Græca eſt, potißimum ſequitur)* Deus Σιὸς *pro* Θεὸς; Conſilium, βυλὴ *pro* βελὴ, *dici ajunt.*

i Hermes *Ægyptius, Platonis diſcipulus, plures libros ſcripſiſſe dicitur, titulos Geſnerus in Bibliotheca enumerat, quorum unus* ad Aſclepium. *Sed cur* Divûm *appellat? An ſicut* Divinus Plato *dicitur, aut forte putavit Auctor Sanctorum Patrum hunc eſſe aliquem?*

k *Egimus nos de* B. Margarita Hungarica 28 *Ianuarii, de* B. Agnete de Monte Politiano, 20 *Aprilis, de* B. Margareta de Caſtello 13 *Aprilis, & de* B. Joanna Urbevetana *agemus* 13 *Iulii.*

B

CAPUT XIV.

De quibuſdam miraculis & revelationibus B. Columbæ, nec non inſultibus dæmonum toleratis.

c. XXXIX *Perußii manente Beata,*

129 POſt opportunas ejuſmodi digreſſiones redeundum eſt ad hiſtoriam. Equidem beata Chriſti Virgo Columba corporaliter Perußiæ manebat, ſuis tamen meritis & orationibus circumquaque in urbibus miranda nihilominus operabatur virtute Dei. Nam & in Reate civitate ſua puer quidam ſex annorum, filius cujuſdam cognomento Lupachionis, via publica reperit gattam mortuam. Cumque puerili curioſitate apprehenſa aure caput elevaſſet, ac diſcoopertos oculos fuiſſet intuitus; ita obſtupuit puer ipſe, quod oculis everſis & elapſo ore ſub aure, amens redderetur & mutus, duobuſque diebus fuerit ſine cibo. Parentes autem, rei eventus neſcii nimioque dolore affecti, tulerunt puerum ſignandum Cruce monaſterii S. Agnetis: cujus virtute jam plures, malis ſpiritibus obumbrati, fuerant liberati: quæ ſancta Crux paucis ante diebus, præ timore hoſtium & inſultu, deportata fuerat, cum reliquis dictæ eccleſiæ bonis, in domo ipſius B. Columbæ, ad quam confugerant moniales dicti monaſterii *a*. Et cum ter eam ſupra puerum poſuiſſent, nec valitudinis ſignum apparuiſſet; duæ pię ex illis Virginibus dixerunt; Proſternamus puerum ſuper eam tabulam ubi dormiebat Soror Columba, & cooperiamus eum pannis illius. Quo facto obdormivit puer fere per tres horas: parentibus utique ipſiſque Sororibus orantibus ante altare ipſius B. Columbæ. Puer vero poſtea diſcooperiens ſe dixit, Mater, da mihi bibere. Quæ præ lætitia ingemiſcens, acceſſit propius: amotiſque pannis illis ſurrexit incolumis, oculis & ore reſtitutis locis ſuis, & omnes qui aderant Deo gratias egerunt.

energumenus Reate

C

a

ſuper lectum ejus poſitus, liberatur.

item alius immobilis redditus.

130 Perſimile huic poſt triduum accidit in agro dictæ civitatis, ad duo milliaria Caſtello-franco nuncupato. Quædam enim mulier tempeſtive ſe contulerat ad fontem haurire aquam, dimiſſis in lecto duobus ſuis genitis, bimo videlicet uno alioque grandiuſculo. Cumque minor ejularet, alter, qui fere novem annorum erat, appropinquans amplexus eſt flentem. Reverſaque mater ſuſcepit minorem de lecto, arguens tamen majorem quare approximaverit: qui nil reſpondit. Inſtabat mater ut ſurgeret: ille nihilominus manebat immobilis. Tandem accepto brachio extraxit eum de lecto, invalidum tamen omnino, ita ut nullus ei ſuppeteret ſenſus, nec ſtare poterat aut aliqua operatione moveri, mutus penitus & obumbratus. Poſt biduum quidem defertur ſimiliter ad ipſam benedictam Crucem: nec profecit. Domum ipſa die repetentes, in craſtinum reverſi, extenderunt eum ſupra tabulam illam, in qua B. Columba dormierat, & eiſdem pannis cooperuerunt, orantibus genitrice ipſiſque Sanctimonialibus. Qui poſt duas horas fere ſurgens, ſtetit dicens, Volo bibere: & proximum aquæ vas accepit ipſemet, & ſatis bibit: ſuiſque pedibus rediit incolumis, qui prius venerat in ciſtis.

A SEBAST. CONFESS. EX MS.

131 Quædam puella, in parte ipſius civitatis quæ dicitur le Valle, ob guttam amiſerat latus dextrum. Parentes illius, iis miraculis auditis, induxerunt eam in præfatam domum B. Columbæ: quæ ſupra ſtratam tabulam quieſcens, cooperta præfatis pannis, curata evaſit, ſoſpesque domum rediit. Quædam Vincentia de Garavena Reatina, ſpiritu malo vexata, ingreſſa in cameram præfatæ domus B. Columbæ, liberata eſt. Bonaventura qu. Vincentii, filium ſuum quaſi mortuum in præfatam cellulam devote detulit, & liberatus eſt. Quidam Vincentius Joannis-Antonii ita morbo *b* Francioſo laborabat, ut labereretur in deſperationem: delatus à ſociis in prædictam cameram, liber evaſit. Quidam Antonius de Moreto, filium habentem apoſtema incidendum recommiſit meritis B. Columbæ: cumque veniſſet Ceruſicus *c*, liberatum eum invenit. Quidam Berardinus Notarius habuit filium tibiis exortis, ita quod ambulare nequiret: qui à genitrice, Berardina nomine, delatus in dictam cameram, ſanus eſt effectus. Quædam Lucretia de Reate filium genuerat, qui, naturali augmento non proficiebat. Quæ adhæſit cuidam piæ mulieri, devotæ B. Columbæ, nomine Cicilia: & poſuerunt præfatum puerum ſupra dictam tabulam: qui cœpit illico creſcere. Et deinde cum moraretur in domo præfatæ Ciciliæ, & juxta ignem [luderet], quodam titione ignito deſtruxit ſibi viſum. Ut autem poſuerunt catenulam quamdam, quam B. Columba portaverat ad carnes, fuit illico ſanitati priſtinæ integrè reſtitutus. Quidam Joannes Mariani Miotti vexabatur quadam mentis infirmitate quaſi fatuus: cui miſertus quidam Georgius Chriſtophori, appoſuit pia quædam data Perußiæ ab ipſa B. Columba: & curatus eſt. Sed perverſus ipſe incredulitate ſua, negabat ſe aſſecutum ſanitatem meritis B. Columbæ, & detrahebat. Qui iterato recidivus in eadem, mox ut pœnituit & emiſit votum, fuit liberatus ad plenum.

Ibidem ſanantur aſthritis, b

& alii morbi varii, b

oculus ictione excuſſus reſtituitur. b

Curatur phrenetica. b

132 Operæ pretium eſt etiam repetere, quod equidem & oculis inſpexeram. Nam relictum vulnus, quod præ dira peſte cauterio excoxerat, in infimo videlicet cruris ſupra cavillam, ita efferbuit, quod ſæpius craſſato crure vix ambularet, diuturnaque moleſtia pluribus eam menſibus tormentaſſet (quod profecto pro alienis facinoribus ſponte elegerat) medicinis corporalibus curare neglexit. Prioriſſa nihilominus, quod zelo pietatis intulerat, maluiſſet retorquere in ſe ipſam, quam intueri tantum cruciatum Virginis Chriſti. Obſervabat propterea cum fuiſſet in extaſi, quatenus potuiſſet magiſterio ceruſici linire dolorem. Ve-

Vulnus in ipſius pede ex cauterio relictum

rumtamen expergefactam poſtmodum torquebant
A. SERAST. CONFESS. EX MS. *curat S. Dominicus,* intenſius, nec potuit umquam etiam periſſimorum medicorum diligentia ſanari; quouſque coleſtibus lætam dimiſit. Facto igitur mane, Prioriſſa ex more compatiens æſtuabat ſolicitudine, ſi multo dolore laboraret; eo quod præcedenti veſpere una cum medico ſcatere vulnus viderant, & pejus ſe habere. Sed Chriſti Virgo læta ſubridens dixit, Nil mali eſt: jam curavit me beatiſſimus pater S. Dominicus, liberoque greſſu & feſtino properabat ad Miſſam. Admirans Prioriſſa venientem prævenit, & me ſtupefactum rogabat: Intueamur obſecro, Pater (rogo obnixe) pedem B. Columbæ: quia curata eſt à S. Dominico. Ritu igitur conſueto expletis omnibus, feci eas pariter conſedere ſupra ſcabellum altaris S. Angeli, & inter eas medius indixi ne omnino moverentur, diſſimulans ne præadvertiſſet: & cito flexus talos ejus tunica cooperios caſtigata manu
prout auctor ipſe curatum vidit. præoccupavi, requirens quo crure laboraret. Quæ
B alacri ſimplicitate ſubridens reſpondit, Nullo: mane enim curavit me magnus ipſe Pater S. Dominicus. Obſecro, dixi, bona filia (cum pace dixerim) permiſeris me videre. Et dilcoopertos pedes intuitus, cum nullum præcedentis vulneris remanſiſſet veſtigium, interrogabam eas ubi fuerit. Prioriſſa aſſiſtens ac pia ejus mater oſtenderunt. Ibidem, quamvis cum tremore nec ſine lacrymis, oſculatus ſum pedes, ſcilicet ipſius puriſſimæ Virginis, ubi paulo ante ſua ſancta manu tetigerat S. Dominicus: ſecutæ autem ſunt me etiam devotius & Prioriſſa, ac ipſa illius veneranda genitrix.

CAP. XL

133 Reprobus hoſtis per idem tempus invaſit ex
Occaſione cujuſdam juvenilis levitatis, à Novitiis commiſſæ, more Virginem Chriſti. Erant namque puellæ quædam in novitiatu monaſterii, præſtolantes habitum de pœnitentia: quidam vero nefarii adoleſcentes, occaſione ficta per quamdam convicinam ſub lenocinio filaturæ, obtinuerunt clam audiri ab imo latrinarum, ſuadentes habere eas velle uxores. Sed cum vox altius ſonaret, quædam juniores accurrerunt, tamen inconſulte; & exprobaverunt illis quod invadere præſumpſerint loca Virginum Chriſti: qui ſtatim abierunt. Quod cum reliquæ Sorores advertiſſent, admodum horruerunt.
C Nonnullæ vero, ipſa loci paupertate nutantes, optaſſent occaſionem diſceſſus, ſicut poſtea rei probavit eventus. Quæ ideo rem ipſam plurimum aggravantes, quaſi zelo indignarentur, proruperunt ad improperia, minabanturque expellere illas omnes, quia ſine licentia illuc acceſſerant, vel plures earum abirent inde: ſicque cum tumultu coram pia Virgine reclamabant. Quæ hinc inde per-
improbæ quædam prætexentes zelum, plexa clamoribus, conabatur exemplo graviori ejuſmodi improbas mitigare; inducens de Jeſu Chriſto pro deprehenſa in adulterio. Nequaquam tamen vel modicum garrulæ ipſæ junioris ætatis ac petulantis frenum admittunt: potius objurgant, Virginemque repudiant, afficiunt injuriis atque improperantur: Meretriculis, inquiunt, faves, & non bonis: eamque etiam ſacrilegis manibus impingunt. Quibus patientiſſime deferens, hortabatur nihilominus eas ad pietatem. Multum quippe ipſa Chriſti Virgo delinquentibus compatiebatur: & ſi quidem in Eccleſia introductum ſit vitare malos,
conturbant Monaſterium Beatamque affligunt: ne infirmiores ex eorum conſortio maculentur; melius tamen arbitrabatur ſic ſervare lenitatis ſpiritum in corrigendo, ut per pœnitentiam correctionis fructus ſequatur: quia ſi durius agatur deſperarent, & peccatis majoribus ad exitium immergerentur: quod etiam ſpiritu prævidit. Nam ex objurgatis quædam voluiſſet præ confuſione ſubmergi, nisi obſtitiſſet clementia piæ Matris: admiſit nihilominus correctionem de judicio Præſidentis. D

134 Quæ poſtmodum, aſſumpta ſocietate conſueta, petebat eccleſiam: cumque ad medium ſuburbii ſic afflicta veniſſet, diabolus viſibiliter in forma infrænis muli irruit contra eã: appropioquans tamen, ſupra eam elevatus, tranſiens evanuit. Quæ cum ad altare Sanctæ Catharinæ perveniſſet, proſtravit ſe orans diutius. Prioriſſa me vocari fecit, ipſamque rem mihi arduam & plurimum moleſtam enarravit. Ipſa tandem expergefacta opinabatur in ſimplicitate ſua commune vituperium, & quaſi ſtupri nefas. Ego ſingula percontatus, conabar delinire dolorem: quia videlicet nutus & verba etiam nobiliſſimis dominabus contingerent: tamen quia (ſalva honeſtate) locuti fuerant à fœtido cœno velut porci, & quoniam cautiores redderentur in poſterum. Ita namque eam dolor invaſerat, ut poſtea retulit, quod de quo, inquit, Pater, me interrogaveras tempore *d* Pontificis, id mihi jam contigit. Quia ſcilicet compreſſis præ anguſtia viſceribus, ſi quid aut parum luti fuerat, E
id ipſum pro tunc expreſſerit *e*. Juvenes ipſi non evaſerunt impunes: quoniam, & ſi ob vitanda homicidia diſſimulaverimus, ad paucos tamen dies ſe mutuo atrociter interfecerunt: mali enim per ea quę faciunt ſuæ damnationis indicia oſtendunt. Perſimile habetur in Legenda beatę Vannæ de Urbeveteri, duos videlicet petulantes juvenes, qui ei in via impudenter obviaverant ac inhoneſte, poſt modicum tempus exhalaſſe; ut omnibus daretur intelligi, quod non impune cedit ei, qui ſanctis Dei amicis injuriam vel moleſtiam præſumpſerit irrogare.

dæmon quoque in ipſam irruit:

quam vehementius afflictam ſolatur auctor.

d

e

135 Sequenti die Chriſti Virgo vidit in viſu intra ſuum cubile, multos videlicet globos & magnitudine differentes & materia, quorum major circa altare quaſi ignitus & candens totum illuſtrabat inflammabatque plures, non nullis remanentibus opacis, qui tandem conſumebantur. Intellexit igitur Chriſti Virgo, Sororum ſui Collegii partem lumen veritatis & caritatis exempla recipere, reliquas vero abire in locum ſuum: etenim ſphærica tangunt in puncto planitiem terræ, ſic & pauperes Chriſti. Numquam tamen deſtitit mulieres illas F
pietatis exemplo, & ignitis ſermonibus commonefacere. Ipſæ nihilominus, mendacis patriſque mendacii ſuggeſtione, detrahebant honeſtati ipſius Virginis, culpabantque eam de gaſtrimargia, illiuſque virtutes interpretabantur ſiniſtre; nocte ſtrepitibus circum cellulam infeſtabant, damnatamque animam improperabant: eiſdem tamen reis eo amplius moliri conabantur, ſi quomodo ad vomitum redeuntes vel reſpicientes retrorſum, potuiſſent ſe palliare mendaciis: tantoque dolo factione diaboli conſpiraverant, quod viri quidam magni de illa cœperunt agitari, etiam in Romana Curia. Sibilo quoq; invaluerat eam à diabolo ſuffocatam, oſſiumque cumulum fuiſſe ſub lecto, ac rejeciſſe illam Hoſtiarum plenum *f* capiſterium, eamque cum ſuo f
Confeſſore dæmones incantaſſe in publica platea, unique factioni civitatis ſua ſuperſtitione favere. Intentabant præterea nonnullæ hactenus inchoatam diſſipare modeſtiam, & communis vitę normam diſſolvere, quaſi pro arbitrio ipſa induxerit & contra formam Regulæ, votaque ejuſmodi profeſſionis non fuiſſent *g* efficacia; quodque laudarent eam Confeſſores oſtentatione ſui. Faſtu tandem ſuorum af-

ipſa per viſum intelligit defecturas aliquas,

quæ ipſam in multis calumniatæ

tandem emigrant.

g

finium

A finium exorbitaverunt quædam à communi grege, abeunteſque putaſſent earum abſentia confundere Religionem: ſed ſecus: quæ revera magni maris ſervat naturam, evomitque cadavera mortuorum.

136 Inops clauſtrum amaritudinibuſque plenum, ideo deſertum dicitur, quia à multis deſeritur: eſt tamē via ad repromiſſionis patriam ſecurior. Erant cum hac factione pariter multi falſi Religioſi utriuſque ſexus, qui conſueverant ſpiritalem vitam contemnere. Nec ſatiabatur truculentus hoſtis, ſed die noctuque eam minis inſultabat. Et cum ſemel immundæ ſuggeſtioni illius reſiſteret, alapa dentem Virginis excuſſit, fregit lampadem luminis extinxitque. Opportunum tandem fuit diaboli machinamenta detegere, & exitii ſatellites publicare mendaces. Apte quidem, cum Sorores omnes ex more divinis intereſſent, accita Prioriſſa cum antiquiore, aſſumptiſque duobus circumſpectis laicis una cum Præſidente, ex improviſo adivimus monaſterium; cellulamque ingreſſi [ſumus]. Cellulam dixerim, an horridum carcerem neſcio: eo quod locus quidem obſcurus erat & ſine feneſtra, ſub raro tecto, contiguus communibus latrinis pariete diruto ex eo

B latere, ex alio latere erat aditus fumi coquinæ: ibi quidem ſe damnaverat à principio. Inerat alteri lateri altare, ubi lucerna ſemper ardebat. In pavimento nihil erat præter hirtam lodicem, ferreum flagellum & ſpinas ſtratas; lectulus vero & oſſa minime, aut cumulus Hoſtiarum. Non ſine lacrymis illico obſtruximus fiſſuras fumi ſtuppa, & muri maceriem modica calce, unde poterant fœtidæ fæces videri: clauſoque ut prius oſtio (noluiſſet Chriſti Virgo notum haberi) diſceſſimus.

137 Vocatis poſtmodum pluribus ex illis ad eccleſiam, non tamen quas familiarius diligebat ipſa, ſimpliciores videlicet & magis puras; ſed dubiis ac circumſpectis, expoſuimus quæ potuiſſent opponi pro noſtra aſtutia, ita ut plurimum admirarentur; hortati conſequenter illas nec non aſtringentes præcepto, deponerent ſuæ converſationis veritatem & progreſſum vitæ. Quæ & ſeorſum & omnes ſimul ſanctimoniæ illius atteſtabantur, & laudaverunt eam; dixeruntque, audiviſſe ſerpentinas quidem illas linguas, ſubmurmurantes, eam nocte clam carnes comedere, etiam à diabolo ſubſtentari; ſed numquam advertiſſe, quod neque cautela quacumque

C potuiſſet ſæpius fieri: ſed nec panem vel piſces, ova aut caſeum vel ſimilia, ſed fructus tantummodo aliquando lambere & potum aquæ. Viderant quædam cum hæſitatione referentes, eam ſorbentem brodium cicerarum, quod de communi menſa reportabatur in fundo ſcutellarum; & tales, hujuſmodi ſuccaſſe lactucas: quod tamen, ſicut ab ipſa ſecreto accepi, fecerat in exprobrationem ſenſualitatis ſuæ; eo quod à quibuſdam maledictis reportata immunda erant, & muſcis infecta, præferebantque horrorem

h quaſi ſaniei *h*. Plene igitur de ſingulis inſtructi, acceſſimus ad Magiſtratum: qui de ſigillo magno populi diſceptabat pro imagine ſanctiſſimi Martyris

i noſtræ civitatis Protoantiſtitis & Advocati *i* Sancti Herculani: & publice negligentiam noſtram deteſtatus, dixi; Piiſſimi Cives & Domini, habemus, jam ſunt ſeptem anni, & hujus noſtræ civitatis viventem Advocatam, Sororem Columbam, heu! pro dolor! manentem in obſcuro, ſub vili tecto, ſemper in fumo ac latrinarum fœtore, abſque omni refrigerio, ſuper nudo pavimento, multis incommodis laborantem, nec reclamaverat aliquando. Poſtmodum fecimus contexere tugurium ex ligneis tabulis, in alia parte ejuſdem ſolarii verſus ſolem, cum feneſtrula lucis: ubi deinde Deo ſpiritum reddidit.

Auctor cum teſtibus cellam ejus ingreſſus,

horret loci ſqualloremᵉ nonnihil lenit.

Sigillatim deinde interrogat aliquas,

quæ ſubinde viderantſ quidpiam ſorbentem;

deque ejus vera ſanctitate cives reddit ſecuros.

138 Eo tempore retulerunt præfatæ Sorores ſui monaſterii expreſſa quædam indicia ſanctitatis B. Columbæ. Quamdam enim in Sororem receperant, quæ multis annis laboraverat morbo caduco. Cumque primo coram reliquis Sororibus eam morbus invaſiſſet, haud mali conſciæ, judicaverunt extinctam; & petentes B. Columbam, narraverunt Sororem Dominicam exhalaſſe. Quæ deſcendens, ut cognovit, dixit: Dimittatis, & orate pro ea: & ingreſſa cellulam imperravit ſalutem, eamque abſolvit ab infirmitate. Nobilis quidam civis Balionus, cognomento Fortera, dira ſubito infirmitate correptus, impatiens præ dolore & blaſphemus, etiam rogatus horrebat Sacramenta. Cumque uxor illius obtinuiſſet, viſitavit illum B. Columba: ſuiſque precibus ita illius mentem immutavit, quod pacato animo dolores toleraret: & corde compunctus & confeſſus ore, Sacramentis receptis, obdormivit in Domino. Fuerat prærerea tunc in civitate magna panis inopia, & Sorores erant numero fere quadraginta. Die una cum panes defeciſſent & hora tardaretur, acceſſerunt Sorores ad illam, dicentes, Mater, non habemus panem qui ſufficiat nobis ad comedendum. Quæ reſpondit, Quot panes habetis. Dixerunt, Decem: Confidite, inquit, non dubitetis: eatis ad menſam, & incipiatis manducare: quod & fecerunt. Ipſa ingreſſa oratorium orabat: illis autem manducantibus ſtatim ſupervenere, non ſine admiratione, plures portantes panes ſolito abundantius. Alia vice cum ſimili penuria premerentur, & ſolummodo ſeptem panes haberent; eas confedere fecit in menſa, & ipſa miniſtrabat: acceptoſque panes illos ſuis manibus fregit, & diſtribuendo ita ſuis precibus auxit, quod omnibus ſaturatis abundaverunt de ſuperfluo, quod ob miraculum huc uſque pro devotione ſervatur.

A. SEBAST. CONFESS. EX MS. CAP. XLI. *Narrantur & quædam ejus miracula, de curato morbo caduco,*

correcto agro blaſphemo,

E *panis penuria ſuppleta,*

morbis per hujus panis reliquias curatis,

139 Ceterum ſerio nobis expoſuit & lacrymis comprobavit generoſa Domina Talanta Baliona, ejuſdem piæ Virginis admodum devota, ſecum detuliſſe in civitatem S. Floræ partem ejuſmodi ſervati panis: qui cum pluribus infirmis profuiſſet, & temel pro quodam pleure *k* fatigato voluiſſet particulam dividere, oculata fide apparuerunt plurimæ Cruces aureæ, quæ ipſi pani fuerant miraculoſe impreſſæ, non ſine magna admiratione: fuitque ægroto beneficium ſanitatis & gratiæ. Sacerdos quidam retulit ſub fide, quod hujuſmodi panis Virginis præfatæ particulam ſecum Romam deruliſſet, remedium ſi quid ſiniſtri ei occurreret. Obnixe rogatus, quaſdam micas Magiſtro-domus Papę, infirmanti gravius, contulit: & confeſtim deſperaram ſanitatem recepit. Rurſus & Soror Catharina Jacobi Prioriſſa retulit, quod & ipſa certo intuitu inſpexerat, Beatam videlicet Columbam tribus diebus *l* in

k

F

Communione poſt triduanum raptum miraculoſe dilata.

l ſcabello ſtrato ſui oratorii quaſi mortuam fuiſſe reſupinam: tertia autem die, cum genuflexa ſe erexiſſet, manibus junctis & aperto ore, ultra ſcabellium per aërem Sacramento (ſibi tamen inviſibili) occurrerit; & miraculoſe Communione ſuſcepta, ut prius retroceſſit. Fertur præterea Camillum quemdam, fratrem præfatæ Prioriſſæ, quondam in mari naufragaſſe: quem intuita in ſpiritu B. Columba, invocabat S. Catharinam, Adjuva, Adjuva: ſtatimque indixit præfatæ Sorori: Ora pro tuo germano, qui jam eſt in maximo periculo. Qui cum liberatus ſuis orationibus rediiſſet, narrato periculo gratias habuit, quodque tunc [factum] fuiſſet recognovit. Perſimile evenit Prædicatori egregio Magiſtro Thomæ de Reate *m* profeſſionis noſtræ: qui apud Tifernum tranſvadans fluvium Tiberim, cum cecidiſſet equus

duobus à ſubmerſione liberatis.

m

A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

& ſubmergeretur; illico B. Columba Sororibus ſuis indixit, Orate pro Magiſtro Thoma, quia periclitatur. Ejus tandem meritis liberatus cum veniſſet Peruſium, cognovit ſicut ipſa prædixerat, & gratias egit.

& ſpiritu prophetico in variis caſibus.

140 Narraverunt ulterius & aliud mirabile, quod ſcilicet ipſius genitrix Vanna venerat Peruſiam, filioſque binos Reate dimiſerat. Quadam die B. Columba dixit, Mater, redeatis domum, quia video puellam & puerum, qui exierunt portam, & procedunt flentes verſus Peruſiam, matrem præſtolantes. Et die nota atque hora cum rediſſet, velut ipſa prædixerat, ſic evenit. Et cum iterato Peruſiam reverterentur, appropinquaſſentque civitati, vocatis Sororibus dixit: Præparate cito, ecce Vanna venit; confeſtimque affuit. Opinata res eſt valde, & ejuſdem venerandi Senis relatione tradita. Præſcriptis namque murmurationibus cum pius ipſe ſenex haud modicum agitaretur, & præcipue de integritate Virginitatis dubitaſſet; in meditatione anxius *n* pomerium deambulabat; & hinc quidem innocentiam illius, ſimplicitatem, ſanctimoniam, virtutiſque conſtantiam, inde quæcumque vulgaverant linguæ ſerpentinæ curate meditabatur. Deferebat quidem plurimum piæ Virgini: cui ſtatim in medio cujuſdam

n

B

Dubius auctor de Beatæ integritate

expanſæ vitis apparuit quædam candida Columba, rubeis pedibus & roſtro roſeo; eaque intuitu quodam puro in ipſum regyrans; perſeverabat nec diſceſſit: quouſque appropinquans, eam manu cepit. Admirans prærerea tam inſolita re, cogitabat quid portenderet. Sed cum in mentem ſe retraxit, id ſignum lacrymatus advertit. Eſt quidem vera vitis &

confirmatur myſtico viſo,

expanſa Dominus noſter Jeſus Chriſtus, cujus vitis odor fugat ſerpentes: rubedo vero roſtri & pedum, pacem & caritatis affectum monſtrant; & candor, limpidam virginem atque ſinceram. Namque columbam conſedere in cacumine florentis virgæ *o* S. Joſeph, ſignum fuit deſponſandæ ſibi Virginis Mariæ. Senex nihilominus, an à Spiritu ſancto ſignum ſortitus fuerit, vel præter evenerit, in mente ſuſpendit: [ſed] circa auroram diei ſequentis cum redormitaſſet, redditur hac viſione certior. Nam intra oratorium B. Columbæ mente introductus, viſus eſt videre S. Catharinam aſtantem altari, ſibique præferre B. Columbam, tamquam illius intima diſcoperientem: ubi apparuit quaſi floſculus mali granati,

o

C

& ſomnio:

cujus foliculi erant intra ſe complicati, & nuſquam explicaverant: ſenemque ſpectantem de perfecta B. Columbæ virginitate certificavit. Quin imo ſequenti die B. Columba ſenem ipſum allocuta; Scio, inquit, venerande ſenex, de quo & qualiter exaggerata mente dubitas. Et ſicut pia magiſter S. Catharina mihi injunxerat hac nocte, ita ego expanſis manibus ſuper ſacra juramento confirmo, quia Dei dono & miſericordia, Chriſto illibatam ſervo virginitatẽ meam, quemadmodum & ipſa oſtendit tibi. Nec potuit ſe ulterius ſenex cohibere, ſed prorupit in lacrymas: ac confeſſus culpam narravit cuncta quę viderat, eamque poſtea in ſumma veneratione habuit.

141 Ceterum pia quædam virgo Senenſis, nomine Catharina, ejuſdem profeſſionis alumna, magnæ ſimiliter probitatis & gratiæ, cum diutius æſtuaſſet viſere & alloqui B. Columbam, obtinuit tandem cum opportuna ſocietate illuc peregrinari, & Aſſiſium, ad Indulgentiam Sanctæ Mariæ de Angelis. Die quadam dixit B. Columba Confeſſori; Pater, habemus hodie hoſpites de Senis. Ille ambiguus reſpondit, Non eſt vobis hoſpitium pro cunctis tranſeuntibus. Ait ipſa: Revera his negare non poſſumus. Requirenti quæ & quot ſunt, dixit: Quatuor noſtræ profeſſionis Sorores de monaſterio Paradiſi.

hoſpitum adventus præſcitus,

Iterato ait, Quomodo ſcis? At illa: Dicam poſtea. Et conſequenter ſurrexit, vocatis pluribus ex circumſtantibus: Eamus, inquit, obviam Sorori meæ Catharinæ. Cumque in valvis eccleſiæ illi occurriſſet, ruit in amplexus; quæ tum ſe numquam viderant: & poſt pias ſacri altaris preces, caritatis hoſpitio recepit; appoſueruntque plures dies in ſanctis colloquiis. Referunt & indubie B. Columbam illis diebus habuiſſe in manibus caniſtrulam, plenam pomorum fructibus, omnibusque & multis porrexiſſe: verumtamen ſemper abundaſſe plenam. Rurſus approbant hoc mirabilius, quod cum Beata Columba, in Prima poſt primam Dominicã Adventus, pro ſacra Communione adeſſet altari, ſubito clamavit: *& mors abſentis.* Videte, Sorores, Videte animam Sororis Catharinę *p*, quæ cum melodiis & canticis in cælum portatur ab Angelis: aliaque ſimilia multa referunt, quæ omitto nunc cauſa brevitatis.

D

P

ANNOTATA.

a *Notat Albertus, Monachas S. Agnetis anno deinde* 1499 *ſtabilem ibi fixiſſe ſedem, atque inchoaſſe fabricam monaſterii; quæ intermiſſa & anno* 1514 *reſumpta, vix demum, propter varios publicarum calamitatum ſucceſſus, ad finem perducta fuit anno* 1545.

E

b *Idem obſervat Venereum morbum, Francicum dictum ab Italis, quia eumdem, recenter ex novo mundo advectum in obſidione Neapolitana contrahentes Franci, indeque revertentes, primi ſparſerunt quacumque tranſibant: addit vero, ipſum in principio, & ignoto adhuc remedio quo eſſet curandus, omnibus quos attigerat fuiſſe mortalem.*

c Ceruſicum *pro* Chirurgo, *unde detortum videtur, dicunt Itali.*

d *Hinc apparet, tribulationem iſtam poſteriorem fuiſſe acceſſu Pontificis ad urbem Peruſinam, licet Baleſtra cum priori afflictione (quæ peſtem ſecuta erat & habetur cap.* 10) *eam conjungat.*

e *Rariſſime igitur accidebat* Columbæ, *ut aliquid per ſeceſſum egereret; quod hic ſibi accidiſſe fatetur: niſi forte intelligendum hoc ſit de purgatione muliebri, quam tunc & ſolum primum fuerit experta.*

f Capiſterium, *ex Vita S. Benedicti notum, alveolus ligneus, qui capite geſtatur, eſtque maxime in uſu mulieribus, lotos pannos à fonte aut fluvio referentibus.*

g *Eo forte quia non erant* ſolennia, *& in hoc differebant tertii Ordinis Sorores ab aliis ejuſdem Ordinis Sanctimonialibus recluſis: quod tamen nolim definire pro eo ſeculo, quo necdum definitum habebatur, votorum ſolennitatem non eſſe de eſſentia Religioſi ſtatus; ſicuti poſtea conſtitit, occaſione votorum ſimplicium, quæ à noſtræ Societatis hominibus prima poſt biennium probationis conſuetæ nuncupantur. Certe in Articulis pro Canonizatione collectis* §. 4 *probandum aſſumitur*, quomodo *ipſa* B. Columba anno ætatis ſuæ 23 fecerit ſolennem Profeſſionem.

F

h *Huc referri poteſt quod lib.* 3 *cap.* 5 *de pœnitentiis ejus refert Baleſtra num.* 7, aliquando expreſſam ex putido ægrę Sororis apoſtemate ſaniem ſcypho excepiſſe Columbam, totamque ebibiſſe.

i S. Herculanus *colitur* 1 *Martii, ubi* § 2 *concluſimus Martyrium ejus accidiſſe poſt captam à Totila civitatem anno* 547, *adeoque illo longe antiquiorem fuiſſe* S. Conſtantium, *ſub Aureliano paſſum, de quo* 29 *Ianuarii; eos vero qui duos* Herculanos *commenti ſunt, ibidem ſatis refutavimus. Diſceptatum autem fuiſſe videtur utrum in Sigillo publico retineretur ejus imago (ſicut plures Italiæ civitates antiquitus ſcimus in litteris pecuniiſque ſignandis uſurpaſſe effigiem ſui Patroni, unde Anconitani & Florentini nummi apud Vghellum) an vero aſſumerentur*

A *rentur insignia excogitata ab illis, qui mira de conditoribus amplificatoribusque suæ urbis commenti, ab eorum tertio Sagano Gryphonios è Scythia adductos finxere; & hinc insignia composuere, Gryphonem album coronatum in campo rubro. Et hæc sententia obtinuerit: nec enim nunc alio quam hoc sigillo Perusinam Magistratum uti ad me scribitur.*

k Pleuris, *pro* Pleuritis, *huic Auctori familiaris vox est: quare immutatam relinquo, sicut etiam supra num.* 87.

l *Natalitia festa hoc triduo fuisse, asserit Albertus.*

m *Leander dicit, hunc* Fr. Thomam *ipso quo scribebat anno* 1520, *Florentiæ obiisse.*

n Pomerium, *Latinius* Pomarium *dicitur. Hic vero Auctor personam suam subticuit causa modestiæ, nolens divinis visionibus dignatus videri.*

o *Agentes* de S. Josepho 19 *Martii num.* 8 *censuimus hujusmodi picturas mere symbolicas esse, nec debere ad historiam trahi; in eaque sententia etiamnum manentes, apocryphum judicamus esse hujusmodi de virga florente & quiescente super eam columba narrationem: multoque magis etiam aliam de Agabo Propheta, quasi is, virga Iosephi*
B *frondente, sua autem arida remanente, dejectus spe Virginalis matrimonii, confracta eadem virga, cœlibatum amplexus sit factusque Carmelita, uti legitur & pingitur Parisiis in ecclesia B. M. Bullettarum, in concameratione cujusdam capellæ proximæ summo altari.*

p *Fasti Senenses, anno* 1669 *à Patribus nostris Ioanne Baptista Ferrario & Sebastiano de Comitibus editi, ad* 27 *Novembris recitant elogium* B. Catharinæ Lentiæ, *ut tali die anno* 1492 *defunctæ, cujus Vitam scripserit ejus Confessarius Simon de Angelis, quam optamus nanciſci cum argumentis aliquibus publici illius cultus. Interim noto non videri hanc visionem* Columbæ *oblatam fuisse nisi die sequenti post, obitum prædictæ Catharinæ. Obiit enim* 27 *Novembris anni secundum Senenses tunc* 1492, *nobis autem adhuc* 1491 *currentis, adeoque ipsamet Dominica: visio autem ista dicitur accidisse* in Prima, *id est, sub officium Primæ*, post Dominicam, *adeoque Feria secunda.*

CAPUT XV.

Aliæ B. Columbæ prophetiæ, miracula, monita, probationes.

C CAP. XLII 141 Dicendum arbitror nihilominus, quoniam apud omnes in quibus divina gratia relucebat Dei servos & ancillas, vel in urbibus circumstantibus seu à remotis peregrinis, B. Columba relatione commendata haberetur venerabaturque. Et Religiosa quædam de pœnitentia B. Dominici, nomine Lucia *a* de Narnia civitate Umbriæ; claræ famæ Virgo, quæ Viterbii venerando Collegio præerat, plurimum ei tamquam piæ matri deferebat. Quæ destinavit ei litteras, præscriptas manu propria duobus versibus, residuum vero manu Præsidentis: per quas commendabat probum virum Dominum Carlettum de Corbara, oraturum ex fide coram B. Columba, de ardua quadam re & honesta. Cumque obtinuisset placide audiri mane sequenti, voluit interim nobiscum ipsam causam prænarrasse. Quod videlicet noviſſime contigerat Viterbii, religiosam quamdam (nomen subticuit & professionem) recepisse evidentius insignia Passionis Christi (stigmata vocant) quæ certis diebus etiam cum vehementi dolore sanguinem resudarent *b*: huc igitur ideo venisse ut cautius scisciteretur B. Columbam, an in veritate à Deo fuerit, vel esset
b pernicies, ostentationis causa & quæstus. Cui haud modicum suspensus replicavi, simplicem Virginem

a *Missus qui eam interroget de stigmatibus B. Luciæ Narniensis,*

difficultatibus vulgatis involuere numquam fuisse tutum: quia etiam de clarissima Catharina Senensi *c* nonnulli vertere maluissent in dubium. Qui rursus, ideo attentasse, inquit, quia illa inde secreta revelatione cognoverit, quod doceri optasset, qualiter ipsis diebus satanas vehementius infestasset beatam Columbam, dentemque illius excussserit, & adversus eam cuncta commoverit: & ob id illa condixerat non minus se afflictam ex compassione ejus, quam de quodam proximo suo affine, quem eo tempore migrasse cognoverat. A. SEBAST. CONFESS. EX MS. c

142 Rei tandem obvius introduxi verba S. Pauli: Ego stigmata Domini nostri Jesu Christi in corpore meo porto: ubi Doctor sanctus, inquit, stigmata propriæ sunt quædam notæ impressæ alicui cum ferro candenti, sicut cum servus ab aliquo Domino signatur in facie, ut nullus eum sibi vendicet: sed quiete dimittatur Domino suo cujus stigmata portat. Hoc modo etiam Apostolus dixit se portare stigmata Domini, quia insignitus sit ut servus Christi: & hoc, quia portabat insignia passionis Christi, patiens pro eo multas tribulationes in corpore suo, secundum illud 1 Petri 11, Christus passus est pro
E nobis vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus: Et 11 ad Corinthios 1v, Semper mortificationem Domini nostri Jesu Christi in corpore nostro circumferentes. Est pro certo alienum ab humilitate, velle videri solus in donis Dei; & quod voluit pro sua bonitate diffundi, arrogare tantum uni, quasi abbreviata fuerit manus miserentis Domini: eo quod nonnulli detrahunt innocentibus sanctisque Virginibus, id tamen pœnitentibus concedunt, & quod scelestius est supra Apostolos contendunt. Crucifixum namque legimus Apostolorum Principem & Andream, Crucifixosque decem millia sub Adriano Principe: audivimusque illustrem illam Agnetam Romanam Virginem clarissimam protestantem, Posuit signum in facie mea, ut nullum præter eum amatorem admittam, & sanguis ejus ornavit genas meas. Revera in uno quoque Sancto est aliqua virtutis præeminentia quantum ad aliquem specialem usum, ut habet Doctor sanctus, propter quod de singulis Confessorum in Ecclesia canitur: Non est inventus similis illi: namque in Christo omnia secundum perfectissimam excellen-
F tiam fuere. Homini quidem Christo data est excellentissima gratia, electus utpote ut ejus natura in unitatem personæ divinæ assumeretur. Et post eum habuit maximam plenitudinem gratiæ B. Maria, electa scilicet ut esset mater Christi. Inter ceteros autem ad majorem dignitatem sunt electi Apostoli, in quibus Ecclesia quodammodo fundaretur. Apostoli vero probantur, & sunt omnibus aliis Sanctis (quacumque prærogativa præfulgeant, virginitatis sive doctrinæ sive martyrii) præferendi, tamquam Spiritum sanctum & tempore prius & ceteris abundantius habentes. Omnia enim opera, quæ Deus fecit in naturâ & gratiâ, facta sunt ad manifestandam gloriam Dei: & sicut fecit diversas creaturas, ut perfectio divinæ bonitatis, quæ non potest manifestari per unam sufficienter, manifesteturque per aliam; ita de Ecclesia, quam oportebat esse perfectam. Gloria Domini plenum est opus ejus: quod secus foret si non esset in eo diversitas. Opinor itaque signi diversitatem.

divertitur ab auctoro differente de stigmatibus spiritualibus,

& gratiarum diversitate;

143 Sequenti igitur die, consueto ritu suæ devotionis explero, auditis litteris credentiæ ac nuntio, pia Virgo ingemuit roravitque lacrymas. Admodu namque affectasset & ipsa fieri conformis in dolore passionis Christi: quæ licet se accusasset peccatricem, avide tamen & sæpius mori pro Christo precaba-

deinde humile responsum accipit,

tur, corpuſque torturis laniari voluiſſet. Congaudens denique dixit: Lætor de profectu Sororis meæ. Hæc quidem ſunt ſigna caritatis Dei, aurea quidem propter innocentiam virginitatis integritatiſque candorem, ſanguinea ob pœnitentiæ rigorem, clavea ob firmitatis affectum radicatamque compaſſionem Crucifixi. Et cum ille inſtaret & judicium ejus expeteret; ipſa dixit: Sicut jam narraſtis, ita credo: neque licet mihi aliter opinari. Rogabat poſtremo reſponſivas litteras reddi, exhortatoriæ ſcilicet admonitionis. At illa; Abſit, inquit, à me, ancillas Chriſti, refertas donis optimis, meis inſipidis verbulis commonefacere: me earum orationibus recommitto. Aliquando quidam humiliter precabatur Beatam Columbam, ut eum in ſpiritualem filium adoptaſſet, ut in ſuis orationibus ejus memor eſſet. Quæ de ſe minime præſumens, dixit; Sorori Luciæ adhæreas, quæ ſecuriora Chriſti veſtigia jam tenet. Non multo poſt generoſa Domina, quæ primatui illius factionis civitatis Viterbii præerat, Dubia ne ſorte Soror ipſa inde diſcederet, cujus meritis oppinarentur civitatem ipſam muniri; dedit litteras ad B. Columbam, ut venerabilem illam Sororem ibidem ſuis monitis ſtabiliret, quam ipſa ſibi B quaſi magiſtram multa auctoritate præferebat. Quæ tamen eam per litteras hortari diſtulit, ſed votis annuens unum de Confeſſoribus illuc tranſmiſit, qui verbo ſuaderet, dummodo voluntati divinæ non obſiſteret, civitatem ipſam ſua præſentia lætificaſſet, ubi tam evidens donum & excellens ſortita fuerat, eiſque patrocinaretur ſuis orationibus. Ad quam cum ſexta feria perveniſſet, aſtantibus ipſa generoſa Domina ac Præſidente Religionis pluribuſque matronis, vulnus reſudans palmæ dextræ Confeſſor ipſe vidit; pro reliquis, intueri nudatum corpus timuit.

A. SEBAST. CONSESS. EX MS.

& ſuum Confeſſarium mittit ad eam viſitandam:

qui deinde Romæ Magiſtrum S. Palatii ægrũ adiens

d

144 Cum præterea idem Confeſſor Romam deſcendiſſet, contigit eum viſitaſſe quemdam ejuſdem Ordinis clariſſimum ſacræ Theologiæ Profeſſorem, Magiſtrum Joannem Nanni de Viterbio, Magiſtrum ſacri Palatii; qui apud domum Oratoris Illuſtriſſimi Regis *d* Hiſpaniarum diutina infirmitate laborabat torquebaturque gravius. Cumque Confeſſor ille B. Columbam nominaſſet, & infirmus ipſe de illa ſerioſius interrogaſſet; ſua ſponte poſtmodum, pedibus & humeris, ſupra medium lecti ſe ut potuit conglobavit: junctiſque devote manibus eſt proteſtatus, & dixit: Domine Jeſu humiliter te deprecor, ſi Soror Columba eſt ancilla tua, ſicut vulgate iſti aſſerunt, ejus meritis libera me ab infirmitate iſta. Cœpitque ſtatim validiori ſermone convalere, ac difficultates nonnullas diſcutere, & tandem piis orationibus ipſius Virginis ſe recommiſit. Vivit Jeſus Chriſtus, neque liceat mentiri: die ſequenti in ponte Sancti Angeli, illi Confeſſori ac ſocio Fratri Felici Hiſpano Reverendus ipſe Magiſter Joannes præfatus valetudinarius occurrit: qui poſtmodum etiam alteri ejuſdem Virginis Confeſſori, Magiſtro Michaeli de Genua, miraculum ſolenniter ratificavit, & Deo ac B. Columbæ benedixit. Referam aliud ſimile huic, quod nobis ſub fide per ſuas litteras retulit quidam ſacræ Theologiæ Magiſter Donatus de Lombardia, Prior Urbevetanus ejuſdem Ordinis. Illa, inquit, nobilis Domina, jam Sororis Columbæ precibus pluries recommiſſa, dum ſe ex hac vita migraturam cerneret, appoſitis rebus quas ex Peruſio de ſuis tulit loco cordi propinquo, & cum mira fiducia præmiſſa hac ad Chriſtum prece, in corde, quia ore fari non poterat; Domine Jeſu, ſi hæc tanta ſanctitate reſulget, quanta mortalium auribus inſonuit, ejus precibus & meritis in hac neceſſitate mea auxilium præbe. Quo dicto ſtatim dolor evanuit, & quaſi tres flammæ igneæ à tribus ſui corpuſculi locis exiverunt, & ſic ad ſe reverſa læta permanſit; & voce clariſſima, cum membrorum corporis motu facili, magnificans Deum ejuſque ſervam, laudum præconiis extollere non ceſſavit. In Urbeveteri die XIII Auguſti, hora XXI, MCCCCLXXXXVI: & ſic liberata quantum valuit, rogavit quod publicare vellem in laudem & gloriam Jeſu Chriſti.

videt eum invocata B. Columba ſurgere:

quod etiam accidit Matronæ Viterbienſi.

C

D

CAP. XLIII *Cum Joanni Borgiæ Leg. Vmbriæ multa prædixiſſet,*

145 Innocentia præfatæ Virginis ac ſimplicitas communiſque fama ſanctitatis colendiſſimos etiam Dominos ſecum urgebant in fœdere caritatis: quo tempore Reverendiſſ. Legatus de Latere nationis Umbriæ, Dominus Joannes *e* Borgia, Eccleſiaſticæ felicitatis cupidus avunculique maximi Pontificis, interpoſuit apud Deum B. Columbam pro quibuſdam arduis negotiis: cui revelante Domino futuri eventus plura prædixit. Et ſciſcitatus quidem allocutuſque eam fuerat pluries in eccleſia noſtra, & per litteras aliquando reſponſa receperat. Cum autem ſemel anxius cujuſdam urgentis cauſæ oraculum dubitaſſet; rediit Peruſiam, allocuturus eam in Sancto Petro extra muros, ut ab ipſa clarius hauriret. Quæ ob dignitatem auctoritatis ceſſit: numquam enim exierat portas urbis, & rariſſime alio ſe contulerat, niſi ad eccleſiam. Suſpicio quidem in plebe pendebat ne forte auferretur: & Dominus ipſe jam ſecrete tentaverat eam tranſmiſiſſe Valentiam, ut etiam annueret Illuſtriſſimæ Reginæ. Ibat igitur illuc, virorum fulta matronarumque caterva, & hora erat quaſi ſexta. Ut autem diſtantes montes à longe fuiſſet intuita, meditari cœpit & fervere ſpiritu, atque prorupit: Mons Sion! & Mons Calvarius! Confeſſor autem, ne in via ſiſteret, ſolicitavit introitum: & cum perveniſſet ad medium eccleſiæ, coram imagine Crucifixi flexa exceſſit. Cumque mora protraheretur & illi non comediſſent, nonnullos ex Satrapis Curiæque primariis tædebat, voluiſſentque Virgini detrahere, ita ut impoſtricem nominaverint, veluti & Luciam Narnienſem; & raptus hujuſmodi non à Spiritu ſancto, ſed ſecus fieri & ſuperſtitioſe: quod nihilominus conſequenter, veridicis rationibus approbatiſque indiciis coram Reverendiſſimo Legato convicti, coacti fuerunt retractare. Jam illuc Decuriones convenerant & Magiſtratus populi, cum multa plebis frequentia: & ſi forte fuiſſet ab extaſi citius reſoluta, pulſaverunt in organis melodias. Sed ipſa apertis oculis quaſi reddebatur de marmore, ſæpius colore mutato (puto juxta fervoris affectum) cunctis ſtupentibus, etiam religioſiſſimis ipſis Patribus de veneranda Congregatione S. Juſtinæ, magni Patris S. Benedicti, qui eam monaſtica gravitate viderunt. Expergefactam tandem Legatus ipſe, ad dexteram altaris ſeorſum, protracto ſermone allocutus eſt. Quæ, cum omni humilitate ac manſuetudine, ſuis petitionibus plene ſatisfecit: & cum eam benedictione ſignaſſet ac rediret, aſtantibus Primoribus, viris utique litterariis, ſenſu ac probitate circumſpectis; Dominus ipſe ingenii excellentis, Virginem plurimum laudavit, approbans fidem ſuæ prophetiæ: utpote hic expertus & Romæ, in promotionibus ſuis *f* ac Legationibus, tam Valentiæ quam in Italia & Regno Neapolitano: eique poſtmodum, per iteratas litteras, etiam prædixit de imminenti ſuæ vitæ fine.

E

ad eumdem extra muros accerſita,

diuturnam extaſim patitur,

F

poſt quam interroganti ſatisfacit:

146 Per idem tempus Theſaurarius Apoſtolicus, vir utique eximius, D. Villius Centellenſis Hiſpanus, præfatæ Virgini deditiſſimus, præſtolabatur haurire ab ea reſponſum ad ſummũ *g* Pontificem: & expletis

f

g

expletis divinis conceſſimus ad ſacellum S. Petri Martyris, ibique eam humi ſedentem fuit allocutus: quæ viſionem quam paſſa fuerat ſub ſecreto nobis retulit, denuntiandam prudenter Confeſſori ipſius Pontificis, Epiſcopo *h* Callienſi Fratri & Domino Bartholomæo de S. Gemininiano noſtri Ordinis. Quæ cum interpetraretur revelationem, ita nihilominus rigoroſe exprobrare, & tanta auctoritate cœpit *i* arguere, quod ambos territos reddiderit ac ſtupefactos: in tantumque *k* væcordia noſtra concuſſerat, quod ea die, ut ipſemet Dominus retulit, etiam comedere neglexit. Contigit conſequenter & Pontifici inſultus rebellionis *l*, quaſi (unicum deleticæ, & horribile *m*) infortunium in feſto S. Petri. Numquam enim ſic conſueverat ipſa manſueriſſima Virgo: ſed conſtat pro certo eam impulſam afflatu vehementi Spiritus ſancti.

monet Pontificem de cæleſti vindicta imminente

147 Cum præterea præfatus Theſaurarius de probitate Dominicæ Virginis & ſanctitate, ac de illius ſuprema abſtinentia quemdam Commiſſarium Pontificis alloqueretur, & ille durius reſtitiſſet, nec ſolum non potuiſſent ſuadere, quin potius ſecutus detrahentes, ſpopondit ſe obſervaturum eam ſagacius (erat & ipſe Hiſpanus, nobilis utique vir, *n* clariſſima genealogia S. Dominici) cumque aliquotiens diſſimulaſſet, & ritus ejus in eccleſia fuiſſet intuitus; die quadam vocatis ſecum præſtantibus monaſterii ac conſueta comitativa, hora conſimili venit ad eccleſiam interfuitque Miſſæ; & jam B. Columba erat in exceſſu. Qui appropinquans obſervabat diligenter, & adjurans urgebat Prioriſſam Cenſuris rimari veritatem facti: quæ affirmabat ſe fuiſſe ſingula fideliter expertam. Acceſſit ille propius, & apprehenſam manum ejuſdem Virginis tentabat ſublevaſſe: ſed continuati ponderis invenit cum reliquo corpore lapideique rigoris. Et compunctus mirabatur vehementer, & credidit quod vere ancilla Chriſti eſſet. Ut tandem expergefacta ſacro fuit libamine refecta, alloquentem humiliter audiebat. Et cum ſe de ſtirpe S. Dominici denuntiaſſet; ipſa mira quadam hilaritate congaudens, ſe illico credidit eum omni manſuetudine familiarem (admodum enim venerabatur S. Dominicum) ſtatimque ipſi Commiſſario procuntabatur (de quo fuit valde miratus) de Conventu Ordinis qui eſt Valentiæ, de eccleſia, ac de campana, ac ſi ipſa fuiſſet ibidem. Devote denique deferens Virgini, cognovit quod vere potiretur alimonia cæleſti: cui ſe juxta poſſe obtulit & orationibus recommiſit. Ad reſidentiam autem regreſſus Virginem prædicabat eximiam, & crebro replicabat, Vere commota fuerunt viſcera mea.

Commiſſario Apoſt. incredulo

148 Ceterum proprio chirographo nobis retulit Dominus Eraſmus de Genua Monachus, qui eo tempore præfuerat Prior S. Petri Congregationis præfatæ, quomodo ipſe fuerat paſſus in oculo fiſtulam, qua lamentabiliter laboraverat. Et conſecutus licentiam, juxta devotionem ſuam obtinuit à B. Columba per obedientiam Confeſſoris oculum ſignari, propria manu ipſius Virginis, ſignaculo S. Crucis; & convaluerat: qui idem habens gratias plures, diverſimode oppreſſos ſuis precibus devote recommiſit. Ferunt ſimiliter & ipſi religioſi Monachi, quod cum unus ex ipſis morbo peſtilentiali *o* obdormiſſet in Domino, & ceteri haud modicum horrerent contagionem; detulerunt preces ad B. Columbam; quæ pro eis pia vota emitteret, ipſique plene perſolverent, ac patrocinaretur ſuis orationibus: quod cum devote feciſſet, etiam omnes præſervavit incolumes, affecutos plura beneficia ſuis meritis & precibus.

Priorem S. Petri ſanat

ejuſque monachos à peſte liberat.

CAP. XLIV

149 Congruum eſt perinde ex multis referre quædam illius non minus documenta quam merita, quæ fueramus conſequenter experti. Quædam matrona illuſtris Romana venerat Peruſiam, ut ſumeret habitum de pœnitentia per manus B. Columbæ, ejuſque ſanctimoniis inſtrueretur: & conſecuta pro voto, ſecum continuabat eccleſiam. Die quadam interrogavit Confeſſorem quâ B. Columba ſic frequentaſſet Confeſſionem, quæ cum maximo rigore ſervare videbatur innocentiam. Reſpondit. Quanto magis quis vult cavere peccatum, tanto magis timet incurrere peccatum; quantoque mens fuerit purior, tanto cautior eſt adhibenda cuſtodia: nam unus pulex veſtem candidam deturpat, & *p* ſcinifex limpidum fontem. Idem nihilominus intulit & piæ Virgini: Quare, inquit, oportet ita crebro confiteri, & ſe quaſi profanam ſemper accuſare lamentis. Quæ ingemiſcens dixit. Quia ego ſum magna peccatrix. Illa vero rurſus ſibi adulabatur de meritis: cui ipſa reſtitit reſpondens: Non oportet præſumere de meritis, quoniam ſi qua ſint dona, ſunt magna reſpectu dantis; quæ pro certo ſi habuiſſet alius, operaretur majora & ferventius. Optaſſet præterea aliquando pati & cum difficultate acerbius: eo quod exercitata longa patientia, erat ei mite jugum & leve onus. Ideoque arctari efflagitabat durius, ut ſuo æterno Sponſo, dotem locupletiorem redderet in cæleſtibus: quod reſolvere tentabamus in bobus: namque ex aſſuetis opus eſt efficacius, ac magis gratum agricolis quia fortius figunt pedem; ſecus quidem ſi frequentetis ſtimulos illis recalcitrantibus.

A.SEBAST. CONFESS. EX MS. *Rationem reddit frequentatæ confeſſionis.*

150 Præfecerant quandoque Virginem in Prioriſſam: quæ profecto hortari verbo & exemplo, atque omni manſuetudine commonefacere utique noverat, arguere vero minime neque increpare. Detulerat igitur correctionis curam Magiſtro Confeſſori. Sed femellæ ut plurimum adoleſcentulæ graviter ferunt cum objurgantur; eo magis cum ab iis arguuntur qui audiunt eas in Confeſſione, ne inducant ſuſpicionem. Neceſſe eſt enim ut has alloquatur Sacerdos caſtigetque levius, ne indignationis livorem taceant, atque erratis mente ſuſpenſis perturbatam diſſimulent conſcientiam. Neque rurſus tutum judicatur interpoſitos multiplicare Sacerdotes, Paſtoratuſque variare. Oportuit ergo ſolicitudinem hujuſmodi in Prioriſſam iterato reflectere, gererequ ipſam objurgandi morem ejus quę ante præfuerat. Cumque cujuſdam contumaciam ſimiliter & proterviam palam voluiſſet arguere; contigit eam utcumque conſuetum jurgium finxiſſe Prioriſſæ præcedentis, videlicet Triſta, triſta, ſemper vis protervire. Verumtamen qui malos monet, odium incurrit: propriumque eſt ſuperborum nolle ſubeſſe, profequi potius propriam voluntatem. Quæ igitur humiliari debuerat, procax depoſuit querelam, quod odio eam Prioriſſa infamaverit: eo quia in vulgari noſtro, Triſta *q*, notare videatur incontinentiam. Sacerdos autem ut Virginem redderet cautiorem, ne quolibet à lege caritatis in poſterum declinaſſet, ſeorſum ideo de fraterna correctione inſtruebat. Et cum ſubdiviſiſſet: Si quis, etiamſi præſit, livore exprobraret aut improperaretur, erraret forte mortaliter; ſubito lacrymæ candentes exuberaverunt in rivos, qui turgentes fluebãt per maxillas, quomodo ſi aquæ ſcaterent de fiſtulis: tantoque fuerat timore conſoſſa, cum audiſſet ſi Mortaliter, quod neque poterat eam Sacerdos à lacrymis cohibere; potius & ipſe flere cogeretur, qui tamen conſuerat ſecum rigido ſermone uti, ne aliquando ad vanam gloriam eam provocaſſet. Verumtamẽ & ipſe tunc cognovit, quid eſt timere vere Dei offenſam. Quæ nihilominus in culpa non fuerat, neque livore exorbitaverat; ſed tantummodo auſteritatem ſimulavit,

Facta Prioriſſa & juſſa increpare cum aliquo rigore,

accuſatur ut verbo contumelioſo uſa ex odio,

idque amare deplorat.

A.SEBAST. CONFESS. EX MS.

lavit, velut præmonita fuerat, optasſetque certe quod erat ſalutis, quod conſtat non odii eſſe, ſed amoris. Mulieres enim otioſæ eſſe non debent, ne incurrant incontinentiam; ſed operari manibus, tam propter neceſſitatem victus, quam propter macerationem carnis.

Nonnullis de ejus abſtinentia dubitantibus,

151 Baro quidam nobilis Romanus evaſerat de captivitate Gallorum, & ſciſcitabatur ab ea de eorum reditu: quæ dixit, neſcire. Ipſe iterando, Eſt verum quod tu non comedas? non ſic præfert vultus tuus. Erat quidem ei facies Angelica, utpote quæ cæleſti ſubſtentaretur alimonia: ob id nonnulli ſuaſerunt ei utcumque frequentaſſe communem menſam, ibique lambere aliquid ſaltem hauſtum aquæ; quia à multis auferret occaſionem magnam ſcandali, qui haudquaquam opinarentur eam omnino abſtinere: quod eſſet illi rurſus impoſterum ſecurior ſalus corporis & animæ, ſi graderetur via conſueta naturæ, quam quotidie tentare Deum pro neceſſitate alimenti. His adverſabantur plurimi, tamquam arbitrarentur indubitata fide eam ſubſtentari, ſicut hactenus, ſpeciali dono Dei; nec jam diffidentia Deo reſiſtere, ſed eam proſequi eadem vocatione: ideo illos ſecus ſuaſiſſe, quia laborarent infidelitate, qui maluiſſent Dei gloriam ac Virginis deprimere famam; rurſus contenderent afficere eam tædio menſarum, & à contemplatione divertere, nec voluiſſent ſerpentinas retundere linguas.

aliiſque ſentientibus inducendâ ad communem vitam,

B

ipſa ſe committit Confeſſario:

152 In neutram partem Chriſti Virgo declinabat: ſed, ſicut in aliis, præſtolabatur determinationem Sacerdotis, licet exaſperata hinc inde timeret. Qui nihilominus perſcrutari voluit arbitrium ejus, ne forte innixus proprio judicio temeraret conſilium Dei. Audierat enim lectum aliquando, piam quamdam, Virginem annis pluribus ſubſtentatam odore pomi: quæ dum continentiæ variaſſet affectum, poſtea fuerit coacta manducare: liquet tamen odorem confortare, nutrire vero minime. Similiter reminiſcebatur in eodem caſu, ſicut in decimo octavo præmiſimus, de proprio ejus genitore; nec non de violento nocumento, quod incurriſſet ad idem coacta à quodam reverendo Patre: ideo cunctabatur ſecum, ſi quid novi acciditſet, ſi importuna fame premeretur, vel divertiſſet à propoſito: quæ affirmavit ſe jam experiri, uti conſueverat. Et cum ei ſacra Communio interponebatur r aut colloquium verbi Dei, attenuarentur vires ac ſpiritus depauperarentur: quia nempe in perceptione Sacramenti evidentiſſima reparatione reformabatur: Quod, [inquit] ſi differtur à ſolito, ſentio defectum, & nequeo reſtaurari, etiamſi ſuccaſſem fructus aut lambuerim. Simplicitatem ponderabat Sacerdos & humilitatem Virginis, & ipſe horruit præcipitare ſententiam: ſed detulit divinæ revelationi, ipſa tamen interim proſequeretur ut cœperat. Retulit namque ipſa, candido quodam pane, licet inſenſibili, interdum refectam in ſpiritu, tam à S. Catharina quam à S. Dominico. Conſtat præterea eamdem olim fuiſſe pugnam & in eximia ipſa noſtra Catharina Senenſi.

qui nihil innovare audet,

r

C

expertus ipſam divinitus refici.

153 Primas noſtræ civitatis efficaci teſtimonio affirmabat, generoſas ſuas filias admodum dubitaſſe de raptu præfatæ Virginis, & ejuſmodi paſſam obſervaſſe circumſpectè: quæ tandem ita occupaverunt ipſam, quod tentantes ſubtus temere ſtimularunt uſque ad loca pudoris, quaſi non valeant mulieres hujuſmodi ſufferre contactus: verumtamen gelidam ac omnino inſenſibilem ſunt expertæ s. Reputabat aliquando ancilla Chriſti aſſuetas orationes ſuas ineptas, & quaſi ipſa torperet judicabat incultas. Sacerdos igitur, ut ferveret, intulit ei parabolam illius, qui in Vitis Patrum fuerat ita rudis, & aliud penitus neſciret, quam quod foſſam humum pluries

Raptuum ejus veritatem licentius explorant aliquæ.

s

in die ſaltaſſet, & qualibet vice tantummodo dixerit: Ego hinc, tu inde; laus Deo t, haberetur que ex hoc commendatus apud Deum: quanto magis ergo haberentur ſaltem, Gloria Patri, quæ ipſa dixiſſet in fine Pſalmorum. Quæ plurimum exhilarata, cum multa dulcedine ſubriſit, & acquievit in humilitate.

D

t

ANNOTATA.

a B. Lucia Narnienſis *tandem obiit Ferrariæ, anno* 1544 *die* 15 *Novembris, ejuſque Vitam Italice anno* 1640 *edidit Iacobus Marchianenſis: mallemus impetrare ipſos quaternos (ut vocat) aſſervatos in monaſterio S. Catharinæ Senenſis, ex quibus ſe pleraque hauſiſſe præfatus: reliquas bullas & inſtrumenta eo ſpectantia præfatus auctor integre ac Latine refert. Iterum autem de ipſa infra agitur num.* 221 *ut cui fuerit revelatus obitus & beatitudo* Columbæ.

b *Hæc ſtigmata accepit illa Viterbii anno* 1496 24 *Februarii, indeque diſceſſit anno* 1499 7 *Maji: unde intelligitur quo circiter anno res acciderit*

c *Ipſa anno* 1497 24 *Aprilis coacta, ſub obedientiæ præcepto, eorum cauſam aperire*, dixit & affirmavit ingenue, quod S. Catherina Senenſis, precibus & orationibus obtinuit à D.N. Jeſu Chriſto, ut ſtigmata ipſius Luciæ eſſent viſibilia & palpabilia, in fidem & teſtimonium ſtigmarum ipſius S. Catharinæ; quæ licet continuum cauſent dolorem, intenſius tamen feria quarta, & longe intenſius feria ſexta: in quibus diebus ex ſtigmatibus .... affluenter manat ſanguis; prout etiam Miniſtra loci aliæque Sorores in verbo veritatis aſſeverant; *uti habetur publico anni ac diei prædictorum inſtrumento, quod integrum legere eſt in Vita prædicta.*

E

d Garſiæ Laſſo *nomen ei erat, uti Rainaldus ex Oſorio ad an.* 1448 *num.* 21 *docet.*

e *Ioannes Borgia nepos Alexandri VI, Cardinalis Diaconus S. Mariæ in Via-lata creatus anno* 1496, *obiit Vrbini anno* 1500 *ex morbillis aut veneno.*

f *Nam ante Creationem Electus Epiſcopus Melfitenſis, poſt eam factus Archiepiſcopus Capuanus, Legatus fuit in Vmbria, Bononiæ, Ravennæ, ad Venetos & Regem Galliarum, ut legitur in Ciacconio Oldoini: hic vero additur Valentia & Neapolis.*

g *Veroſimiliter anno* 1497 *quando poſt funeſtam mortem nothi ſui Ioannis Gandiæ Ducis, Beneventano Ducatu recens donati, conſcientia ductus Alexander, de abdicando Pontificatu conſultavit cum Ferdinando Hiſpaniarum Rege; quidni etiam cum* B. Columba, *quam tanti faciebat?*

F

h Bartholomæus Torellus, *Epiſcopus Callienſis in Vmbria, ab an.* 1494 *ad* 1498.

i *Ob eaſdem veroſimiliter cauſas, ob quas anno* 1498 *Hiſpaniæ & Luſitaniæ oratores libere Pontificem convenerunt, ut ſuis & Curiæ Romanæ vitiis modum poneret.*

k Væcordia *rurſus bis infra*, Præcordia *notant.*

l *Eodem an.* 1498 *in Hetruriam incurrens Venetorum exercitus, cum Duce Vrbinate, Petro Medice ac Carolo Vrſino, totam fere ad defectionem pellexit, univerſaque Italia involuta eſt bellis, per annos aliquot continuatis.* Cimices *autem videtur appellare Curiales vel mores depravatos, quibus delendis ſeu abolendis Deus calamitatem iſtam immiſerit.*

m *Anno Iubilæo* 1500 *extremum vitæ diſcrimen Pontifex adiit, cum fulminante cælo ventiſque concuſſus cubiculi caminus, ingentem ſecum ruinam traxit: ſub qua, pene exanimis metu, ſuo in ſolio repertus eſt, leviter tamen dumtaxat læſus: quippe ſub ingenti trabe, cujus caput unum muro infixum hæſerat, mirabiliter protectus.*

n *Addebatur in Ms.* & honeſti amplus, *quod ne ſenſum turbet, tantiſper expungere malo.*

o *Al-*

o *Albertus & Baleſtra hæc referunt quaſi facta anno* 1494, *in publica illa peſtilentia, de qua ſupra num.* 88.

p Scinifex, *Leandro* Sinificus, *rectius* Cynips, *aut pluraliter* Cyniphes.

q *Notat Cæſar, Peruſinis quidem ita ſignificare hanc vocem, Reatinis vero &c.* Triſte *ſimpliciter dici pro malo: quæ diverſitas etiam in noſtra Belgica lingua & correſponte voce* Drouf *invenitur: quamvis utraque vox ex primo inſtituto idem ſit quod* Mœltum.

r Interponere *hic ſignificat* intermittere, procraſtinare.

s *Mirum eſt quod hujuſmodi indecora præſumptio non fuerit à Deo exemplariter caſtigata: niſi eam forte excuſavit ſimplicitas innocentis intentionis. Leander prudenter hunc locum diſſimulavit, ne Virginum, quibus vulgariter ſcribebat, aures offenderet; ſcriptori vero noſtro nihil omittere placuit, quod veritatem & modum raptuum iſtorum probaret explicaretve.*

t *Locum in Vitis Patrum necdum reperi: Leander rem, fortaſſis non ſatis ſibi intellectam, diſſimulavit Italice reddere; Baleſtra lib.* 3 *cap.* 1 *num.* 8 *pro* Saltaſſet *legit* Salutaſſet: *itáque ſenſum reddit, quod* vir ſimplex fodit ſibi ſepulcrum, idque ſæpius viſitans dicebat, Ego modo hic, modo ibi: ſit laus Deo.

CAPUT XVI.

Prophetico ſpiritu futurorum præſcia Columba, publice ac privatim Peruſinis patrocinatur.

CAP. XLV *Inter civilia bella,*

154 ADmodum cogimur enarraſſe, ſaltem ſub compendio, celebratiſſima quædam, omnibus nota, noſtræ civitatis beneficia publica. Et utinam, ſic haud non condignas, qualeſcumque adminus gratias attingere obtinuerim! quia non niſi impares ei poſſumus cumulare laudes: verumtamen ſi nequeo verbo recognoſcere (Deus novit) remanet in affectu. Fuerat quondam populus ipſe in magna *a* combuſtione: eo quod [multi, urbe] pulſi & peridem rempus exules, ut civitatem ipſam Peruſinam repeterent ac caſtra, conduxerant undique vulgi cuneos, atque ex circumſtantibus urbibus militum præſidia, eratque ſtrenuus apparatus utrimque. Propterea Magiſtratus urbis & Magnates, eo quod factionibus diſcreparent, nutantes, rogaverunt B. Columbam orare Deum, quod liberaret eos ab inimicis, plebemque ipſam à ruina & damno. Quæ veluti conſueverat, magna pietate commota, congemuit: & jam ſibi à Deo commiſſum urbis patrocinium (quod ipſi revelavit) proſecuta fuit; & quantum valuerit, facti evidentia utique expreſſit: nam cum oraſſet, impetravit. Equidem Chriſti Virgo non clam prædixit, ſed vulgatè & palam; Non timeatis: vidi namque quaſi fervidum mare, & per circum ambientes colles ſubinde caſtella, ipſamque civitatem mediis fluctibus agitari: cumque plurimum exaggerata periclitaretur; repente in dextris aſtitit ſanctus Pater Dominicus, & ad lævam affuit S. Catharina Virgo Senenſis (quos ipſa interpoſuerat Advocatos) auxilia præbentes ſuis ſanctis manibus; nec eam dimiſerant poſtquam ceſſaſſet ventus. Quiſque de populo proſpera præſumebat: ſeq; precibus Deo committebant, & eorum Sanctorum ſuffragiis. At ut in brevi, ſupra Traſimenum lacum, ubi non ſuſpicabatur (quod fuit ſuæ ſanctæ revelationis indicium certius) pugnatum eſt; prævaluit populus, victoriam nactus, non ſine lue adverſæ partis.

155 Rurſus paucioribus annis ſuccedentibus, extorres ipſi, multiplicatis complicibus ex finitimis urbibus & equitatu non modico conducto, collegerunt copias; & de inteſtina ſuæ factionis ſedi-

tione præſumentes, invaſerunt agri noſtri confinia, occupantes etiam quædam caſtra *b*, non ſine terrore populi, eo quod prorupiſſent ex improviſo. Decuriones autem & Magiſtratus fuerunt deprecati Beatam Columbam, quod iret apud Deum ſuis precibus. In tantum vero quidam eam aſtrinxerant, quod condixerint, Obnixe cogas hac vice Dominum Jeſum Chriſtum: profecto experti novimus te omnino poſſe. Siquidem jam hoſtes fuerint impediti, curabimus deinceps melius providere. Qua orante tanta ſupervenit inundantia pluviarum per noctem & diem, quod fuerunt pro tunc coacti deſiſtere. Imminebat autem feſtum Aſſumptionis S. Mariæ, & dixit B. Columba Sacerdoti ſuo Confeſſori: Dignemini, bone pater, quotidie celebrare Miſſam de S. Virgine uſque in diem ſeptimam: audivi namque vocem indicentis mihi, non prophetabis per ſeptem dies. Dubitabat autem Sacerdos de aliquo imminenti ſcandalo, præſtolabaturque aliquam notabilem revelationem. Annuit igitur votis, & celebravit conſequenter; injungens nihilominus piæ Virgini, ut quæcumque interim audiſſet omnino ſibi revelaret. Tranſactis diebus B. Columba præfato Confeſſori, ex more ſedenti in ſacello S. Petri Martyris, dixit: Siſte, Pater, viſa narrabo: Qui haud longe receſſit, quatenus verbis quod viderat motuque exprimeret ac geſtibus. Quod & fecit: nam genuflexa pavimento; Vidi, inquit, Regem decorum valde, in majeſtate ſedentem, vallatum præclara curia, qui vultu magnum rigorem præferebat, & ſiniſtra manu oſtentabat tres romphæas acutas; tamquam minaretur devorare civitatem, cum magna jactura plebis, propter eorum demerita: & Reginam quamdam ſpecioſiſſimam, candidis auratis indutam, tertio conſequenter in facie adorantem (ipſa progrediebatur ſimiliter) quouſque perveniſſet ad ſolium Regis, ibique flexa lepide orabat. Judex vero conſtans erat pro juſtitia: ſed cum Regina mundi inſtantius oraſſet, apud Regem Deum impetravit miſericordiam, extorſitque duos ex gladiis, reliquus autem remanſit rectus. Quod Sacerdos minime tacuit, & Primoribus continuo revelavit: qui etiam optime ex ſe ipſis viſionem interpetrabantur.

156 Poſt biduum vero illuſtriores matronæ noſtræ civitatis venerunt cum cereis, interfueruntque Miſſæ in Sacello S. Michaelis Archangeli coram B. Columba: & divinis expleris deprecabantur eam cum lacrymis, quod oraret pro communi ſtatu civitatis ac ipſius generoſæ *c* familiæ: quia procul dubio inſtaret omnium communis jactura ac præda: erantque genibus complexæ, mœſtæ, & prorſus pavidæ; eo quod Primores male caverant. Quibus B. Columba reſpondit: Sitis obſecro melioris animi: nimirum glorioſiſſimis meritis Reginæ cæli jam pro majori parte clementiſſimus Dominus Jeſus Chriſtus propitiabitur miſeriis noſtris: confidite. Hoc nihilominus vobis denuntiaverim, quoniam ſi Primates ipſi noluerint ſe emendare, & ſervare ordinem juſtitiæ, ac pietatem in Deum, & caritatem in populo, dilatum Dei flagellum tandem non evadent. Sitis memores judicii Dei. Decrevit autem Primates hoſtibus occurrere: quod & fecit: ſed illi confligere neglexerunt, præſumentes de introitu clandeſtino. Cumque populus rediiſſet in urbem, & circa medietatem noctis expoſuiſſent ſe quieti; nonnulli, qui antea diſſimulaverant, prodiderunt aditum adverſæ multitudini, quæ præſtans medium civitatis occupaverat. Sed quantocius expergefactus populus conſurrexit: illico facta eſt protectio magni Dei, ſtatimque inchoato congreſſu (quemadmodum fertur à pluribus) S. Catharina cum

A SEBAST. CONFESS. EX MS.

ſuccurrit impetratæ pluviæ:

deinde ſub feſtum Aſſumptionis B.M.

videt hanc judici filio extorquere duos gladios,

Illi noctu furtim ingreſſos hoſtes ab Vrbe pellunt,

a *recurrentibus ad ſe Peruſinis,* C

auxilium & victoriâ impetrat ac prædicit.

• *Iiſdem ex improviſo præventis,*

B E F c

& ſupplicibus auxilium ſpondet.

B. Columba apparere viſæ ſunt in ſublimi. Itaque pedites, excuſſi impreſſura equitatus, frequentaverunt fugam *d*: & pluribus pulſis in præceps, hoſtiles Duces remanſerunt pro parte captivi: verum interpoſitis litteris quorumdam Dominorum, B. Columba eorum quemdã ſoſpitem *e* impetravit: qui gratias detulit, ieque perſonaliter ei perpetuum filium devovit. Chriſti Virgo B. Columba petiit ſolummodo depingi figuram S. Catharinæ Senenſis ſuper valvas Cathedralis eccleſiæ, ob reverentiam ſuę ſanctę protectionis. Sacerdos autem Confeſſor ipſe, eum quia ſic Chriſti Virgo annuit, [tum quia] tam celebri beneficio certus, diearam Reginæ cæli diem ſeptimam elegit, ac deinceps quoad vixit prætermiſſe Miſſam de beata Virgine curate celebravit.

à. SEBAST. CONFESS. EX MS.

d

e

& S. Catharinæ Senenſi jubeatur agere gratias:

157 Quidam vero nec nominandi, diabolica temeritate blaſphemi, poſuerunt os in cælum, mentientes de ſuperno judice Deo, alieni omnino ab altitudine ſui æterni conſilii, quem factioſum nominaverunt; blaſphemantes pariter & B. Columbam, nugacem ac partis ſectatricem. Liquet eos redargutos divinis oraculis: habetur namque de illa clariſſima vate S. Debbora, quæ etiam judicavit populum Dei, eique profuit in multis conſilio & exhortatione, atque pro eo Deum ſæpius ideprecata fuit & clementius exaudita: quodque ipſa Propheres ſancta ſuis precibus conculcatos reddidit equitatus hoſtium & currus, necatos principes, fugataſque peditum copias. Nec tamen deſtitit prudens Virgo Columba Primates commonefacere, timere Deum, & omnes hortari ad ea quæ ſunt religionis & juſtitiæ, pietatis & concordiæ: ſæpius interdicens blaſphemias Sanctorum & ſceleſta facta.

factioſis Deum ac Columbam blaſphemantibus.

B

CAP. XLVI

Vltionem divinam civibus victoria elatis prædicit:

158 Terribile nimis habetur & horrendum incidere in manus Dei viventis, ſi videlicet patientiâ longanimitatis ejus abutimur, quæ ſolicitat ad pœnitentiam, & illius miſericordiam irritaverimus ad juſtum judicium: denique corda virorum, quæ nimia ambitione attolluntur, ſæpius veluti pulvis evaneſcunt in ventum. Hoc conſideratione dignum jam Chriſti Virgo Columba mentali viſione præcognoverat, & præſignaverat verbo, quid is qui remanſerat gladius in manu ipſius ſeveri judicis tandem portenderet; quia ſcilicet multiplicatis demeritis, ultio divina feriret. Ipſi quidem Optimates fecerant ſibi fornices triumphales, oſtentantes proprias vires; tantumque præſumpſerant, quod nec correctio ſperaretur: qui pluries ac frequentius miſericorditer admoniti, ſuapte nihilominus operabantur, dicentes; Quod futurum eſt evenire neceſſe eſt. Igitur Virgo Chriſti per viros admodum graves, hæc Primati denuntiavit: Video, inquit, quoddam generoſum corpus humanum laniatum in tres partes ac miſerabiliter laceratum: cujus caput ſimul & brachium dextrum, ſiniſtrum autem latus eſt acephalum ab humero uſque ad pedem, reliquum vero cum tibia dextra. Vos hortor timete Deum: confligetis tandem inter vos. Primas diverſimode interpretrabatur, quæ tamen erant abſcondita ab oculis ſuis. Dies prorſus ad pacem ſibi: latitudo familiæ, juvenum viror, ac ſucceſſio proſpera, undique favor. Sed non eſt mentitus ille qui dixit; Caro ſine oſſe eſt plena fœtore. Perinde ſtrenuus Miles Dominus Aſtur, ejuſdem Primatis primogenitus, arduo quodam negotio ſolicitus, miſit Plebanum ſuum ad B. Columbam, quam utique devote venerabatur, ut oraret pro eo. Qui feſtinans invenit eam in ſacello S. Petri Martyris, ad pedes conſueti Sacerdotis: cui verbum creditum reverenter expoſuit. Quæ utcumque ſuſpiciens, dixit: Renuntiate Domino Aſturi: Ego vidi ſupra montem tria tabernacula, in quibus ſingulis pendebat unus crucifixus, quos tres ignis involvens omnino conſumpſit: & audivi vocem dicentem, Hoc pro Domino Aſture. Sacerdos autem conabatur mitigaſſe reſponſa, aut ſalubriter interpretari, ne ille afficeretur nimio terrore. Iterato pia Virgo dixit: Renuntiate ſicut dixi. Quod Plebanus ipſe eccleſiæ S. Silveſtri ex fide retulit. Noviſſime tres illi in thalamis ſuis crudeli gladio ſuffoſſi, & reſiſtentes quidam tandem victi, dira ac præacerba morte perierunt; & utinam non fuiſſet perpetuæ damnationis vindicta! *f*

& eladem Primatibus imminentem per viſionem cognoſcit.

C

D

f

159 His conſequenter Optimatibus, qui remanſerant poſt excidium, etiam ſibi devotiſſimis, plura prædixit, ſuiſque revelationibus multis occurrit inſidiis. Aditus quoſdam ſubterraneos detexit: eiſdem victoriam citra Tranſimenum agrum prænuntiavit, in qua alterum ac primum in fronte belli expreſſe præviderat ſicuti evenit. Rurſus cum alter ex Primoribus diſtans moraretur in caſtris, copiiſque præeſſet, & à quibuſdam potentibus precibus ſolicitaretur, nec non & copioſis ſumptibus, ut quoddam nec dicendum intentaſſet; prævidens ſpiritu Chriſti Virgo quia ambiguus forte nutaſſet, directo illuc nuntio velociori, quem ſtaffettam *g* nominant, omnino interdixit: Ab eo, inquit, quod in animo tuo volvitur, deſiſtas: quoniam & tibi domuique tuæ cederet in ruinam. Qui ſoli Deo notum arbitratus obſtupuit, & illico cum omni reverentia tale flagitium deteſtans, gratias Deo & piæ Virgini detulit, & quod fuerit demum ſuo patri communicavit.

à deſtinato ſcelere quemdam avertit,

g

E

miſſo ad abſentem nuntio.

160 Vulgatam præterea, quod pluribus innotuit, refero. Nobilis matrona ac generoſa Domina Hippolyta Bayona per idem tempus miſerat ad nos venerabilem quemdam Sacerdotem, Fratrem Ordinis, cum quibuſdam enxeniis & cereis dealbatis ac litteris, quatenus ſuffragaremur apud B. Columbam, dignaretur orare pro ſuis, qui pro tunc erant exules civitatis Viterbii; conaremur quoque pariter haurire quid futurum fuiſſet. Qui illius votis aſpirans, etiam injungendo, ſuaſi piæ Virgini. Nuntius vero haud importunus ſubſtitit nobiſcum pluribus diebus. Una dierum B. Columba dixit: Pater, diluculo intuebar portam cujuſdam civitatis clauſam, in cujus ſuperliminari erat foraminis aditus, per quod quidam porcus tentabat exire: & cum emiſiſſet caput, gattus quidam, extra fores ſupra poſtem everſus, demiſſo capite atrociter pugnabat contra porcum, & adeo lacerabat, quod ejus per plurimum miſerta compatiebar. Sacerdos autem & Confeſſor viſionem ipſam ſtatim intellexit, interpretabaturque ipſius generoſę Dominę proſperum ſucceſſum, ſicque nuntium inſtructum remiſit. Propterea quia gattus factionem jactat Gatteſcam ac ipſius generoſe Dominæ, quæ in liminio everſa erat & extra domum: eſt denique ſuis roſtrum (quod vulgariter Grugno vocitant) ſignum unius Primoris alterius ſortis, quæ à priori diſcrepabat, & pro tunc regebat urbem: quæ extemplo clauſâ civitate, poſt cruentiſſimam necem, fuit à poſtilimiâ pulſa, ſicut Chriſti Virgo præviderat. Nimis prolixum pro certo aut fuiſſet impoſſibile ſingula narraſſe, quæ noſtris civibus olim Chriſti Virgo prædixerat; de obitu ſcilicet & valetudine infirmorum, de reditu itinerantium & infortunio, de partubus mulierum & ſexu: quæ tam certo prædixerat ac ſi ea ſibi fuiſſent præſentia, quemadmodum & plurimi publica voce conteſtantur.

Gatteſcos Viterbio exules reſtituendos cognoſcit,

F

caſis Gratiis:

& alia plura.

ANNOTATA.

a *Leander* timorem & formidinem *interpretatur.*

b *Albertus factionum capita nominat*, Oddos & Balionos:

A lionos : *quorum* Oddi, *Gibellini & exules, Fulginati bus & Aſſiaſitibus juncti, ad* 300 *equites* 500 *pedites collegerant, & Corcianum caſtellum ceperant*; Balionis *vero Guelfis favebant Spoletini & alii.*

c *Scilicet* Balioniæ, *quæ urbi præerat.*

d *Albertus narrat, quod, cum, occupata platearum ad forum ducentium una, catenam, quæ prohibebat ingreſſum, arrepta ſecuri ſcindere vellet quidam; in ipſoque conatu lapſus, conculcandum ſe pedibus ſuorum videret; clamare ceperit,* Retrorſum, retrorſum : *quæ vox aliter accepta, & conſequenter ad retro ſequentes diffuſa, occaſionem fugæ aſſumendæ dedit aggreſſoribus, & victoriam Peruſinis; qui hoſtes uſque Corcianum inſecuti, ipſum recuperarint.*

e *Fuerit hic* Troytus Savelli, *quem à Cardinali patruo miſſum in Oddorum auxilium ait Albertus.*

f *Aliud ab his diverſum refert Albertus ex Ms. Franciſci Maturantii & Thomæ Porcaccii in Vita ipſius Aſtoris: ſcilicet quod* B. Columba vidit igneam romphæam, ex filo bombycino pendentem in aere, ſupra domum Balionam, eo loco ſitam ubi poſtea Paulus Papa III aream ædificavit. *Thalamos autem quorum meminit Auctor, ipſe nuptiales fuiſſe ait, inter Balionos & Vrſinos,* quando ſponſus & ſponſa crudeliter interfecti
B fuerunt prima nuptiarum nocte.

g Staffetta, *publicarum litterarum bajulus Italis dicitur, nec facile reddiderim nominis rationem; cum* Staffa, *unde deductum diminutivum, nullam nunc habeat ſignificationis eo tendentis affinitatem : niſi forte tales nuntii, in ſignum publici ſui muneris, baculos geſtaverint, & hi etiam* Staffæ *antiquitus dictæ ſint à Longobardis, ſicuti & à Teutonibus hodie dicuntur, ac nominatim baculi Epiſcopales.*

CAPUT XVII.

Confeſſarius Columbæ, pro ea atque pro ſe, tum Superioribus per litteras, tum Curialibus Romæ oretenus reddit rationem.

c. XLVII *Novis de Columbæ emorgentibus ſuſurriis,*

161 ORdinat providentia Dei Sanctorum vitam, ut ipſi conſequantur finem optimum; redditque eam aliis conſpicuam, ut exemplo proficiant. Sed, Divo Gregorio teſte, conſpicientes non ſimiliter afficiuntur : quoniam mali, dum per invidiam torquentur, falſis judiciis pervertere conantur.
C Re vera cum depravatur affectus, hebet intellectus & tenebreſcit. Ideo qui non eſt ſpiritalis, habuit circa ſpiritualia bona inordinatum affectum & intellectum obſcuratum, neque clara præſentantur tali judicio, quemadmodum nec vigilans ſcrutinio dormientis; ſicut ſcriptum eſt, Animalis homo non
1 Cor. 2, 14 percipit quæ Dei ſunt : unde bona in mala convertentes, inſidiantur calumniis, & ponunt maculam in electis. Inde juſte arrogantia noſtræ temeritatis retunditur, cum divino judicio factis laudabilibus & caſtiſſimis dictis commendantur. Igitur extortus ille pater mendacii, qui de ſupernis ruit princeps iniquorum, indixit copias apoſtatarum utriuſque ſexus diverſarum Religionum, nec non & ſecularium ſciolorum, utpote qui de ſe alta præſumunt, in tantum ut audeant ſuo arbitrio circumſcribere Spiritum ſanctum, quodque ab eis non diffinitur ſit à Deo alienum. His ſatellitibus antiquus hoſtis reſtaurat pugnam contra innocentem Virginem Columbam; conſpirationemq; machinatur apud ſuperiores Prælatos Religionis ac Reverendiſſimum Protectorem, nec non apud Legatum de latere, uſque ad ſummum Pontificem; ut devotam denique ſanctamque ejuſdem Virginis ſimplicitatem interpetrarentur in dolum. Itidem Reverendiſſimum ejus Confeſſorem,

etiam apud ſummos Prælatos,

quaſi ſuſpectum; doctrinis phyſicis pariter & mathematicis prænoſticari, quæ ipſa prædixiſſet contaminantes, accuſabant. His jungebatur auctoritas extorquere volentium B. Columbam de Peruſia, qui pro viribus conabantur deprimere audentiam Confeſſoris & prudentiam : adeoque invaluerunt, quod fuerit Confeſſor ipſe compulſus de præfata Virgine reddere rationem. Qui confiſus in Domino, ſupremis illis viris iſtiuſmodi tenoris litteras ſcravit. A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

162 Reverendiſſimi Patres & Domini, quæ ore contuli, ſcriptis ratifico & confirmo ſecurius. Venerabilis namque tantæ congregationis Mater, Soror Columba, proficit utique de bono in melius! ſtatuta quæcumque Reverendæ Paternitatis veſtræ ad plenum proſequitur. Equidem ad eccleſiam in feſtis de præcepto collegiatim veniunt & redeunt : horas in ſuo oratorio ſimul perſolvunt, victum quatuor maturæ ætatis mendicant. Soror Columba vero, ſua genitrice ſociata & duabus matronis, ſemel in die mane hora officii ut plurimum frequentat eccleſiam; & poſt Miſſam, ſacra Communione devote ſuſcepta, orat diutius : poſt Offi ium autem ſatisfacit frequentiæ populari, & nuntiis & litteris, à proximis civitatibus & longinquis. Multi recepiſſe gratias ſuis orationibus profitentur, etiam magnis eleemoſynis. E Feriatis vero diebus, dictis matronis ſemper aſtantibus, in Breviario legit, & ſibi occurrentia exponi petit : avidiſſime intendit, dulciſſime inhiat, & refocillatur; & (cum admiratione dico) numquam attædiata tepeſcit, imo ſemper ardentius haurit. Bis vel ter in hebdomoda culpas ſuas ſacramentaliter confitetur. Non loquitur cum aliquo ſine præſentia unius noſtrûm, nec alio unquam vadit. Apparentes raptus aut ſoliloquia in eccleſia ſuſpendit, non tamen ſine difficultate & pœna, ut ipſamet retulit. Omnes ſecum loquentes ad pietatem movet & inflammat ac conſolatur. Libere, ſimpliciter, & ſine artificio loquitur, etiam cum magnis Prælatis & Dominis. Multa prædixit etiam ſummis viris. Per majorem noctis partem quotidie meditatur Paſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſeque diutius catenis flagellat. Gelidum corpuſculum poſtea, involutum circulis ferreis, & catenis atque cilicio, ſuper nudam humum vel tabulas dormirando repauſat, etiamſi febricitet : poſtea orat : quandoque anxietate lapſa aquas bibit, vel ſucat fructus, vel folia lambit in aceto : bis immundam lavaturam ſcutellarum ſorbuit : & tamen præter eſum cibi firmi ſuſtentatur, F

rationem pro ea ſcripto reddit Auctor,

explicant quotidianæ ejus exercitia,

pœnitentiæ rigorem,

163 Opportunis exercitiis & obſequiis, etiam tempore peſtis, domeſticis miniſtrat. Infirmos fovet. Nulli detrahit; detrahentibus obviat, & opponendo interrumpit. Semper pedibus nudis diſcalceata inceſſit, etiam in alta nive, quando plerumque cives præibant cum palis, ſibi gaudenter ſemitam ſolo præbentes uſque ad valvas eccleſiæ. Religionem noſtram & Fratres ſumme veneratur & diligit : quibus ſi quis detrahat, in lacrymas & ſingultus prorumpit. Affectuoſiſſima Soror, omnium Religioſorum prompta obſequio; liberalis etiam præſtantiæ, hilariſque modeſtiæ ſemper fuit; ſuorum præcipue [amans], & utriuſque congregationis S. Benedicti, S. Juſtinæ videlicet & Montis-Oliveti, & pariter utriuſque ſexus S. Franciſci. Curam autem Sororum ac puellarum ita provide, diligenter, & caritative proſequitur, ac ſi Chriſto ſerviat. Nec alicui Sororum quis loquitur præter Magiſtrum : quæ cum ſint numero quadraginta, in tanta penuria temporis ſuſtentantur & abundant. Nihil ſibi reſervat : licet multa ſecreto ei offerantur. Non ſeculari prudentiæ, ſed domeſtica ſimplicitate hortatur, indignatur, zelo iraſcitur, & vindicatur lacrymis pietatis. Verum, Reverendiſſimi Patres, contigit ut Sacerdos conſuetus infirmare-

caritatis fervorem

item quomodo ipſius Confeſſarius factus ſit

tur, & ego rogatu ipſius venerabilis Sororis, etiam de conſilio & voluntate Reverendi Provincialis, zelo pietatis etiam in Sacramentis ſupplendo obſequerer: quod libentius feci, tamen ut opportunitate inventa fierem certior, etiam ne forenſes ſub ſpecie Confeſſoratus contra nos ſeditionem facerent, cum ipſa auctoritatem apud Magiſtratum habeat & plebem. Quod cum artificioſe, diligenter, & ſuaviter intentaſſem, præ gaudio admirans & non credens tantam innocentiam, fecimus opportune convenire primos ejus Confeſſores, & direxi etiam illuc nuntios. Inveni de facto miranda, etiam teſtimonio multorum. Fecimus, non ſine expenſis, advenire genitricem ejus, cum uno genito & puella, quos ſuſtentamus; unum Fratrem, aliam inter Sorores, ut ſimus magis de ejus firmitate ſecuri.

SEBAST. CONSESS. EX MS.

quam arcte illa ſeptennio habitarit,

164 Reverendiſſimi Patres, ſeptem annis continuis manſit in camerâ ſine feneſtris, ſub tecto, obſcurâ, ſupra communes *a* latrinas, proximâ camino coquinæ, contiguâ cuidam blaſphemæ mulieri; ubi quandoque ventus lampadem extinguebat, fœtor & fumus afficiebant, affligebant eam afror *b* ceparum & *c* agruminum. Suſtinuitque ibi multas dæmonum moleſtias, & numquam reclamavit, nec fuit auſa contiguæ mulieri & pravæ familiæ detrahere: ſed, Faciatis, dixit, Pater, mihi cavernam in crypta, ubi ſcilicet fodiebantur fundamenta. Reſpondit Algore & gelu deficeres, & ego eſſem reus. Fecimus ſibi poſtea tugurium de tabulis in eodem pavimento dormitorii, in quo lampadem habet ſemper ardentem, cujus oleo liniuntur infirmi, & in medio figuram proceram Jeſu Chriſti bajulantis crucem, progreſſuſque paſſionis, & altare: etiam ſcabellum tabularum, ubi quandoque colliſam ac gelidam calidis teſtis ac lapidibus quaſi ſemimortuam refocillant. Tolerantiam autem & patientiam exprimere arduum valde arbitror, ſi nulli detraham. Scio Reverendiſſimi Patres, juxta ſententiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, patriam ſuis incredulam. Eſt forte ad propoſitum tabula Demoſthenis adverſus Philippum, de lupis, qui petierunt à paſtoribus canes.

a
b
c

B

& quomodò ipſe optarit dari aptorem ſe Confeſſarium:

165 Suaſeram profecto & ſæpius, ut [curaret] ſibi de aliquo maturæ ætatis, & auctoritatis ac doctrinæ, ſanctioriſque vitæ providendum; quoniam me utique judicavi indignum, pluresque expoſueram etiam cum laudibus. Horruit, piiſque lacrymis & ſapidis verbis me corripuit. Quia etiam à multis dignioribus Communitatibus, & Dominis etiam Reverendiſſimis poſtulatur & quæritur, timui etiam contriſtare eam, ultra maximum quod ei debemus debitum: quia in veritate plus [conducit] ipſa ad famam Ordinis, quam omnes litterati noſtri jam faciant, & pro Prædicatore & Confeſſoribus ſupplet. Nec non timui tentare Deum, & negligere ejus innocentes ancillas & ſponſas tantæ virtutis. Verumtamen fiat voluntas Dei: ut fuit profeſſus S. Martinus. Neſcio quid futurum ſit, & ſemper timeo in ſolicitudine. Nec ſum magus, ſed bonarum artium exercitiis ſemper audacter intentus, & jam quinquagenarius. Profiteor, ſum cultu & veneratione integerrimus Chriſtianus, licet minus morigeratus, communitati Religionis licet inutilis, non tamen noxius, & Dominationum veſtrarum veterarus alumnus & familiaris, filius licet indignus. Ex Peruſia XXI Octoctris, MCCCCLXXXVII. Hæc Præfatus ipſe Confeſſor, coram illis ſupremis Patribus & Dominis veridica proteſtatione de beata Columba depoſuit *d*.

C

ac denique pro ſe reſpondet.

d

C. XLVIII *Intelligens ſe Pontifici minus probari*

166 Reliquum eſt enarraſſe ejuſdem Reverendi Patris in ſancto conſtantiam: qui cum pro certo recepiſſet Beatiſſimum Papam ſic tandem dixiſſe: Novimus omnino Sororem Columbam ſanctæ vitæ; ſed miramur quem elegerit Confeſſorem: eum quippe audivimus virum boni temporis, utpote qui lætos duxerit dies & annos ſerenos: & eos qui aderant illico reſpondiſſe; Sagaciores ſunt hi tales, Beatiſſime Pater, ſi oportuerit experiri, rudibus quibuſcumque viris & ſimplicibus. Aliaque vice, dum coram ſua Beatitudine haberetur ſermo de præfata Virgine, iterato replicavit, Intelligimus quod Soror Columba eſt ſancta mulier; ſed relatum nobis eſt, quod quidam Religioſus malæ famæ gubernat eam. Igitur opportunitate inventa, in principio Quadrageſimæ, præfatus Magiſter deſcendit ad urbem, ſeque Reverendiſſimo Legato Umbriæ apud S. Petrum in ſacro Palatio humiliter præſentavit, & ſecretiſſima quædam ex parte B. Columbæ, non minus exprobavit quam expoſuit: poſtmodum coram pluribus Reverendiſſimis Cardinalibus ac Reverendiſſimo Cardinali Peruſino Epiſcopo, Datario, relationem ipſam de præfata Chriſti Virgine reverenter conſtanterque ratificavit, & aulicis quam pluribus notum dedit palamque depoſuit. Deinde proteſtatus eſt: Pro dolor! inquit, jam veritatem expertus, tantam innocentiam tantamque ſanctimoniam ac virtutem mea degeneri converſatione feciſſe ſuſpectam, quam aliquando falſis cavillationibus redarguebam! Utique liquet, quodque advertimus, plurimos ideo piam Virginem offendere, ut in me impingant: quem prorſus indignum converſatione tantæ ſanctitatis non immerito judicant: niſi enim quis peccato præmoriatur, in vera vita ſpirituali eſſe non poteſt: domeſtici quoque non bene ſuſtinent ſuorum excellentiam. Sed quia caritas non cogitat malum, neque permittit per varias ſuſpiciones & temeraria judicia malum de proximo ſuſpicari; ideo Chriſti Virgo [erat] compatiens ei quem opinio lacerabat, ut ipſa à vanis extorqueret eum, & quadam familiaritatis gratia ad pietatem humiliter promoveret. Conſtat nihilominus, eſtque indubia apud Catholicos Sancti Martini auctoritas, diabolo repugnantis, antiqua ſcilicet delicta melioris vitæ converſione purgari.

D

Romam petit agitque cum Legato:

dolet ſua cauſa Virginem vexavi,

E

167 Quidam tamen rigidius adverſabantur: & conniventibus oculis de Fr. Hieronymo *e* Ferrarienſi, Prædicatore clariſſimo ejuſdem Ordinis, ita interverterant, quaſi conſimiliter Pontifici maximo habuiſſent contumacem. Qui nullo pacto tergiverſandum duxit, ſed cenſuit reſpondere objectis, à quibus tamquam innocens ſe prudenter abſolvit. Diſſeruit conſequenter pro Mathematicis, quæ doctrinalia dicuntur; & diffinivit, quod Aſtrologia regalis quidem ſcientia ſit, & media inter liberales Artes; verumtamen ex propriis principiis non poteſt præſagire luem juſti judicis Dei, aut pro quibus demeritis ſeu facinoribus Deus plectat caſtigetque flagellis, vel qua pœnitentia placaretur. Culpas quidem mentis aut pravitatem affectus Aſtrologia omnino ignorat: quæ tamen de facto pluribus veſtrûm B. Columba prædixit, quibus etiam plura miſericordiæ Dei beneficia impetravit. Scientia quidem ipſa poteſt effectus quoſque ſingulares attingere eminus, quaſi prævios velut in pluribus, ſi in communioribus corporalibuſque cauſis utcumque relucent: illiuſmodi autem particularia contingentia, & ea quæ habent pro cauſa voluntatem, nequaquam. Sed hæc pro dono, nutu, & arbitrio Spiritus ſancti cognoſcuntur, qui utique novit quid cuique conferat; & Athanaſio teſte, in hunc modum gratiam impartitur. Nam plerumque ob vitam actam impurius Spiritus quis dono carebit; perſæpe etiam neque illud ille accipiet qui recte vixerit, ne ſuperbia efferatur: & ideireo humilibus

e

excuſat ſe de contumacia,

F

negat Virginis prophetias

ex ſua aſtrologica ſcientia ſuggeri,

milibus Virginibus potius traderetur. Equidem ſicut ab ipſa Chriſti Virgine pure hauſeram, ita ſimpliciter veſtræ Dominationi refundebam. Siqua explanaverim, ipſa Chriſti Virgo interpetrata fuerat, vel eadem annuente ex Sanctorum dictis collegi, in utraque ſerie Scripturæ ſacræ vel Divi Areopagitę, in quibus plura de myſtica interpretatione continentur.

& Pontifici purgatus Peruſiam redit:

168 Denique, gratiis pluribus & eleemoſynis à Pontifice maximo donatus Confeſſor ipſe Peruſiam rediit, detractoreſque recognoſcere neglexit (id enim Deo detulit); ex quibus obierunt elingues nonnulli ac ſuffocati, & quidam etiam in brevi fuerunt varia lue percuſſi. Quibuſdam vero rementitis viſum eſt adulari: Euge, Pater optime, magnæ integritatis & prudentiæ jam comprobatus, velut Sanctus Mardochæus. Sed Chryſoſtomus eſt auctor: Omnis malitia confunditur aliquoties ratione veritatis, corrigitur autem numquam; maxime eorum, qui propoſito malo non ignorantia peccant, exitus acta probat. Utinam mihi concederetur optio! Difficillimum prorſus arbitror quod valuerim ſufficienter exprimere id quod uteumque tentabo. Infernalis namque bellua, princeps ipſe omnium apoſtatarum, meridiana denique incurſione ſuperatus, abſcondit ſe in pulvere, ut ibi machinaretur ſecretum virus: negotiumque tenebrarum ſic admodum acrius pugnaret, & velut myrmicoleon involueret formicam frumenta geſtantem, Virginem videlicet Jeſu Chriſti, quæ ſibi cæleſtem æternamque annonam prudentiſſime præparabat, in ipſo actionis itinere occideret necaretque. Hanc quidem pugnam à primis annis B. Columba non ſolum timuit, verius horruit ipſum aggreſſum, ſibique refugium Deum lacrymis impetravit. In aliis quidem irritaſſet ipſa beſtiam, ſubriſiſſetque hoſtem; laceſſiri videlicet injuriis [cupiens], exprobrari vilipendiis, minis tentari, laniari pro Chriſto, cruciatibuſque affligi; cum pro certo quoddam martyrium ejus vita fuerit; privari autem verbo Dei aut Sacramento minime, ſed omnes quoſcumque ſibi aſſiſtere precibus piis indubie mendicaſſet. Myrmicoleon ipſe eſt Leo formicarum, qui circuit quærens quem devoret. Pulvis, cum ſit res arida & opaca, luminis expers inconſtanſque, idiotis ſignificat; eos videlicet qui ſicut non fœtent per laſciviam, ita neque lucent per doctrinam; & ſi quidem ſibi ipſis proſint; nihilominus intelligentia ſicci, ſunt aliis ſteriles: quemadmodum enim pulvis igni, ita ignorantia obſiſtit caritati. Quos etiam ſignificant canes muti, qui nec lingunt ulcera neque valent latrare: unde in quadam gloſſa; Innocens, inquit, converſatio quantum prodeſt exemplo, tantum nocet ſilentio.

B expendit Beatæ patientiam

in toleranda ſimplicium ignorantia:

C

oſtenditque Sacerdoti neceſſariam eſſe experientiam rerum ſpiritualium,

169 Sacerdos nempe (ſi interrogatur de lege) doceat, reſiſtenteſque convincat: alioquin jactat dignitatem, cujus non exhibet operationem. Spiritualis namque intelligentia non minus eſt neceſſaria ad vitam animæ, quam panis ad vitam corporis: aliter enim vitam præſentis ſeculi incolumes tranſire nequimus, niſi nos gratia Redemptoris noſtri alimento verbi ſui reficiat. Namque legimus Mariam illam, aliquando peccatricem, celebratiſſimum tandem pœnitentiæ exemplum, intentam maximę dulcedini verbi Domini; quodque ſuaviter audierit, & intenſiſſimo corde paſceretur. Ipſam quoque innocentiæ ſceptrigeram Dei matrem Mariam, verbo per aurem Verbum concepiſſe, & corde mira ſuavitate conſervaſſe; quæ profecto, Auguſtino teſte, major eſt mentis quam ventris. Denique Rex noſter Chriſtus, qui innocens fuit, & pœnitentiam magnam fecit, tentatori reſpondit; Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Item dixit: Si dimiſero eos jejunos, deficient in via: docuitque & ipſe unus maximuſque magiſter diſcipulos ſuos, atque commonefecit orare Patrem ſupercæleſtem, aſſiduaque perſeverantia precari ſuperſubſtantialem panem, qui cor hominis confirmat: inde Pſalmo CXVIII, Confirma me in verbis tuis. Cenſui præterea, piiſſimi Patres, præmittendum hoc mirabile, quod conſequenter dicetur clarius. Quemadmodum enim huic Virgini renaſcenti deſuper candida columba alluxit, ita obeunti deſubtus fervens formica *f* congaudet. Apte quoque: nimirum ſimiles multum ſunt, in proprietate naturæ, columba & formica, & præſenti myſterio conveniunt. Scriptum eſt, Vade ad formicam, ô piger, & conſidera vias ejus, & diſce Sapientiam. Comperietis haud dubie ita rem ſe habere, quod in ejus natura contra omnia vitia cautela reperitur. Quoniam formica parvum animal eſt, docet humilitatem: quia ſolicitum, vitare otium; & providentiam, quia providum; & quoniam ſocias juvat, oſtendit caritatem: graditur ſimpliciter; ſervans ſemitas ſodalium, præbet documenta juſtitiæ, & cuſtodire vias Sanctorum: arcto calle incedit, docet pœnitentiam: Contendite, inquit, intrare per anguſtam portam: gramen detruncat ne germinet, parat vitare elationem de bono opere: terram egerit de cavernis, ſuadet paupertatem terrenorumque contemptum: fervorem æſtus tolerat, approbat patientiam: & grano paſcitur, de quo panis vitæ conficitur, quem qui manducaverit Deo jungitur, hic in ſinceritate contemplationis, & tandem cum delectatione perpetuæ laudis.

& Beatam formicæ comparat.

Prov. 6, 6

E

Luc. 13, 24

F

ANNOTATA.

a Laterinas *ſemper hic auctor ſcripſit, apte ad etymon a* latendo *ductum; unde vulgo etiam* Secreta *vocantur: erudite tamen Voſius in Etymologico obſervat, ex* Lavatrina *verosimilius* Latrinam *per contractionem dici.*

b Afro, *Italis* acidum, *notat; unde hic* Afror *quaſi,* acor: *Gallis autem* Afro, *horror;* Afreux, *horridus, terrificus eſt.*

c Agrume, *iiſdem eſt olerum genus, acrimoniam aliquam habens, ut porri, allia &c.*

d *Imo ipſemet auctor, licet hic præ modeſtia de ſe loquatur in tertia perſona. Aſt num.* 99 *ad ſui ipſius confuſionem locutus erat: qui autem hic pro anno* 1497 *ſe dicit quinquagenarium; infra num.* 222 *pro anno* 1501 *ſe facit ſexagenarium, ut videatur numeris rotundis uti.*

e Savanarolâ *ſcilicet, qui licet à concionibus tunc ſuſpenſus obedierit, tamen pergebat privatis ſermonibus libere inſectari Romanæ Curiæ vitia, ejuſque reformationem optare, quare tandem anno* 1498 23 *Maji ſuſpenſus eſt; & tum forte cum Romæ pro* Columba *agebat Confeſſarius; ille Florentiæ jam tenebatur captivus. Vide de eo dicta inter prætermiſſos prafatia die* 23.

f *Vide infra num.* 203.

CAPUT XVIII.

De patientia B. Columbæ variis adverſitatibus exercita, & relaxato tandem Superiorum rigore.

CAP. XLIX

170 VErumtamen aliqua ideo oportune non fruſtra præmiſi, quatenus ejuſdem Virginis tolerantiam patientiamque eo efficacius deſcribere [poſſim], quo plane certius per pexeram, Dit ficile opinor uti brevibus, & perfecte abſolvere. Eſt igitur Apoſtoli vulgata ſententia, Omnes qui pię volunt

Quia virtutem oportet adverſis exerceri.

2 Tim. 3

A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

volunt vivere in Chriſto Jeſu perſecutionem patiuntur: & teſte Athanaſio, Fieri non poteſt, ut quiſpiam ſit & Deo acceptus, & vacet preſſuris ac nil patiatur adverſi. Procul dubio ſatanæ voluntas eſt ſemper iniqua, numquàm tamen eſt poteſtas injuſta (ut auctor eſt Gregorius) neque delectatur Deus in pœna, ſed in tolerantia pœnæ: ideo vult nos haberi contemptui exponitque tribulationibus, ut laudetur in nobis: & pro culpa aliquando [affliguntur juſti], aut ne inſoleſcant cauſa meriti, vel pro experimento ſæpius atque pro majori corona: quod ſi differatur exterius, ex mala tamen converſatione perverſorum perſeverat interius jugis afflictio. Ex dictis ergo conſtat, quia veritas ſæpius quorumdam inverecundam obſtruxerit linguam; & cum flecti oportebat & admirari, etiam beneficiis facti ſunt deteriores. Animus namque malus, quanto magis veritatem audierit, tanto magis in malitiam excitatur *a*. Quidam præſtantes de Romana Curia, quorum inſatiabilis animus anhelabat ad potiora, dubii adhuc de Virginis probitate, aſtutas quaſdam feminas, religioſæ opinionis, huc miſerunt; obſervare videlicet Virginem ipſam per omnia, collegium puellarum ejus, & ritum: tentaruntque eam caute in revelationibus divinis, de primatu quem ambirent: quia ſimulata probitate ac juſtitia fuiſſent in magna opinione ſui. Sed cum pia Virgo præcognoviſſet, ſub ſecreto cautum reddidit Confeſſorem: quas caritative exceptas admiſit ad vota. Illæ, impetrato otio, quadam familiari temeritate ſingula diſcutere, & ſecretiora perquirere præſumpſerunt, applaudere puellis & à puritate blandiri. Sed Spiritus ſanctus in columbæ ſpecie oſtenditur, & etiam ignis: quoniam ſic manſuetudini ſimplicitas inſerviret, ut contra culpas etiam zelo rectitudinis accenderetur. Non niſi garrulas vicit manſuetudine, ſed adulantibus negavit aditum ſui oratorii: & ancilla Chriſti, ſicut intus in corde, ita extra in corpore, non humilis, ſed vilis voluit reputari. Negata itaque ſimplicitate, dolus fruſtratur; & redit à legatione vacuus, & ſolum mentitus retulit, Vitam Virginis pendere in ſagacitate Confeſſoris.

a *ſubmittuntur ei Roma exploratrices,*

B

quas illa patienter tolerat,

171 Rurſus Scribæ noſtri & Phariſæi tentabant ab ea ſignum videre: & feminam quamdam fiſtulitam cancri morbo, incurabilem probatam judicio phyſici, cujuſdam Hebræi neophytam, jumento impoſitam, cum una puella, è Roma direxerunt Peruſium: quas penitus ſeculares, ſimulato habitu Religionis ſuæ indutas, depoſuerunt ex improviſo, curandam in ipſo Virginis monaſterio, quaſi de tam evidenti miraculo non poſſet dubitari: quæ itidem pietate ſimulata, non fidei devotione, ſed ambitione curioſitatis alienæ, miſerabiliter lamentabatur. Cumque B. Columba eam videretur horrere, inſcius Confeſſor eorum quæ ipſa præcognoverat, ſuadebat pro hoſpite. Cui Chriſti Virgo reſpondit: Peccatrix ſum, Pater, nequaquam tanti meriti: etiam vobis ſecreto denuntio, eas nullius eſſe profeſſionis, & puellam ſpuriam, & in brevi morituras. Sicut & contigit. Ipſe tandem oneri obvius, coëgit eas ſibi providere extra ſepta monaſterii. Nec aliud ſignum illa adultera generatio meruit, quam ſignum vomitus ſanguinis, ſicut narratur inferius. Equidem prophetia injuſtis aliquando, ſed non incredulis datur; & pariter ſigna humiliter implorantibus ac devote credentibus, tentantibus minime. Damnabile prorſus judicium, quia tantę innocentiæ & auſteritatis exemplo non confunderentur: validiora enim ſunt exempla quam verba.

rurſus alias ſimulato habitu ſubmiſſas

C

quales ſint cognoſcit.

172 Quidam præterea de ipſa civitate viri, quibus imminebat cura monaſterii, dubii de ſucceſſu, ſenſu proprio & opinione tentaverunt, præter voluntatem B. Columbæ, alterare ſuavem rigorem Virginum Chriſti ritumque ſimplicitatis, & inductam ab ea communitatis paupertatiſque Apoſtolicæ normam frangere, inceptum profitendi modum variare, grammaticalibus inſtruere & cantu, conſuetudineſque nonnullas ſuſpectas innovare, arbitraria præſumptione flagitabant. Quamobrem afflicta plurimum ancilla Chriſti, dicebat cum Apoſtolo: Timeo, ne ſicut ſerpens Evam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Jeſu. Quo tempore liliorum faſciculo de polymito *b* ope donata fuerat, in quo præſidens columba inſidiatur clandeſtino ſerpenti. Curaverat enim pia in Chriſto nutrix, ut ſibi amore non timore jungerentur, in omni dulcedine & cordis deſiderio in Religione eas nutrire ac firmare; ut ſic ex amore ſtabilitę non de facili propter tribulationes evellerentur. Sed de grege inſurrexerunt morbidæ quædam pecudes, utpote quæ faſtidirent latratus canum, nec horrerent ululatus luporum rapacium, [ut audirent] ſibilos ſerpentium, Eritis ſcilicet ſicut dii, ſcientes.

D

Dum diſciplinam monaſterii innovari vetat,

2 Cor. 11

b

aliquæ ab ea deficientes

173 Noviſſime ancilla Chriſti facundum ſermonem audierat ipſa die de invicto Martyre Divo Vincentio, domumque repetebat, ubi nephias *c* ventus ſubito turbine ſuperbiret; importunus videlicet nuntius, qui ex improviſo eam cenſuris invaſit, & à cura puellarum Sororumque ſuarum depoſuit, & pœnis eccleſiaſticis aſtrinxit: ne amodo alloqueretur aliquem ex Fratribus ſui Ordinis, præter quemdam ſanctæ ruſticitatis virum, cui tantummodo etiam confiteretur. Receptis igitur mandatis patentibus trepida venit ad eccleſiam, & ſeni ſuo conſueto Confeſſori protulit. Dum autem legerentur, ut audivit, ſub pœnâ privationis gratiarum, illico ingemuit, dicens: Heu! privare me gratia! Sic me penitus ſolam dereliquiſtis? pieque lacrymata eſt. Vere ex magna adverſitate etiam juſtorum corda interdum commoventur, & ambiguitate anxietatem incurrunt mœſtitiamque. Remanſerat namque pia Virgo quaſi infans negata matre, quaſi ovis per devia ſine paſtore, quaſi invalidus ſenex deſolatus omni podio. Pridie Confeſſorem ipſum præoccupaverat in verbo Domini Jeſu pendentis in cruce, Heli, heli, lamaſabathani (nec ab re), & ipſe plures ſenſus adduxerat ex dictis Sanctorum, nil iſtiuſmodi ſuſpicatus adverſi. Fatetur nihilominus, illico ſe acerbe confoſſum ſupremoque dolore, ex compaſſione pietatiſque zelo. Simplex autem Columba, demiſſis quidem piis luminibus, ſenem ipſum conſuetum Confeſſorem etiam intueri timebat, neque de cetero ei loqui auſa fuit aut reſpondere. Et ſi quorumdam Dominorum nutus cooperarentur, magis quam iniquorum malitia (ut conſtat ex ſequentibus) paſſio ejus propter hoc non minuebatur; quam enim non prævaluerant promiſſis blandis à Peruſia extorquere, avellere ſatagunt adverſis, ut ſaltem incommodis perplexam conſequerentur. Ipſi vero Superiores, truces, favoris cupidi, & forte *d* majeſtate oppreſſi, non uſquequaq; caritatis normâ [tenuere] pietatiſque regulam, ſed juxta malitiæ impetum ſecundavere profanè: cum poſtmodum affirmaverint, importunis quorumdam civium petitionibus ſatisfeciſſe; & fortaſſis eorum, qui monaſterium B. Columbæ etiam in horrea publica tentaverant abdicare. Sed amentia potius quidam percuſſi, aliqui ſuis caris orbati membriſque privati, dederunt evidentia ſigna perſecutionis iniquæ. Quidam dum ordirent ſuccifi ſunt, perinde non nullis etiam [accidit] ſuprema calamitate confuſis.

E

c

faciunt ut à regimine depoſita

etiam ſuo Confeſſario privetur;

F

ut tandem Peruſia poſſet avelli.

d

174 Maxima quidem tribulatione oppreſſa Chriſti ſponſa B. Columba electum ex millibus, ſuper

CAP. I.

omnia

A omnia unice ſibi dilectiſſimum, decorum ſponſum Jeſum Chriſtum, orationibus pulſat lacrymiſque, atque ad illum oculos figit. Nititur, quemadmodum conſueverat, poſtpoſitis quibuſcumque ad conſenſum præcipientis. Obedientia namque omnes virtutes includit, redditque meliores: quam utique Doctores ſancti cenſuere eo majorem, quanto magis contra motum proprium ſequitur alterius imperium. Igitur patienter exequitur quæcumque injuncta, neque ceſſit etiam ſuaſa replicare. Patientia equidem cum caritate cuſtos eſt & ipſa virtutum. De ſupernis inſpector Deus & D.N. Jeſus Chriſtus, qui ſibi dicatas ſponſas omnibus membris cautius ſervat ut pupillam oculi, diligenti cura obumbrat ſcapulis ſuis ne æſtus peccatorum noceat, ne ventus tribulationis conturbet, quin potius gaudium præbet & conſtantiam; ubi deficimus ipſe ſupplet, ſuis pennis de virtute in virtutem proficere facit, atque in ſuis humeris gaudens ad cæleſtia portat. Ideo etenim ille ſanctus Antiſtes *e* pię Virgini Columbę de Pſalmo. Qui habitat, olim præfinierat. Et ipſa nimio gaudio quandoque prorumpens eructavit; Eſt mihi & Pſalmus ipſe dulciſſimus, In conſpectu Angelorum pſallam tibi, Domine Deus meus; & Multiplicabis in anima mea virtutem.

ſolatio habens Pſalmos aliquos:

e

B

175 Supervenerant itidem de Reate litteræ cujuſdam devote mulieris, Cæciliæ videlicet, de qua *f* præmiſeram, quod pia cuſtodia ſervaſſet præfatæ Virginis nonnulla relicta; quæ nihilominus terrore nimio exturbata, cuncta depoſuerat in monaſterio Sororum, eo quod iconam ipſam B. Mariæ affatim lacrymantem diutius conſpexiſſet. Signum profecto evidens adverſitatis B. Columbæ, nec non & poſtmodum ipſius civitatis Reatinæ: quod pro certo & contigit. Exarſerat admodum [gravis ſeditio] quorumdam artificum, lue ſequente, nec non & Sacerdotum. Denuntiaverat ideo pia mulier, ut de tam ardua re conſuleret B. Columbam. Sed nec ipſa neque plures alii meruerunt habere reſponſum; quia parvipenderentur, ſive à proximis civitatibus veniſſent aut à remotis: nam ad arbitrium eorum [urbs] devenerat, qui ſigna & viſiones illius tamquam ſomnia vana exprobraſſent; ſimplicitatemque ejus ſuperſtitiones arguebant, & omnibus ſua ſingularitate gravem, quaſi totam ejus vitam faſtidirent. Quæ à garrulis femellis didiciſſent iſtiuſmodi monitis regulabant; non Sacerdotali gravitate, ſed rudi ſermone atque inſipida dicacitate remordendo ſtimulabant; murmurationes quorumcumque ei veluti petræ ſcandali improperabantur; adductoque ſupercilio ad communem ciborum paſtum pervertere, & commodi uſum proſequi, inſtantius ſuaſerant: ſicque profani patientiſſimam Chriſti Virginem prolixius tormentabant.

f

Intelligit B.V. imaginem illacrymaſſe

ſua & Reatina urbis calamitati.

C

176 Spectabat ſenex in magna compaſſione eximiam virtutem Virginis & longanimitatem, ſui iterati ſermonis memor, quo aliquando piæ Virgini fuerat imprecatus; videlicet, Det tibi Deus, Virgo Chriſti, hic amplius ſemper adverſa, & miſericordiæ proventum quod poſſis ſuſtinere, ut tandem in cæleſtibus celebrioribus triumphis potiaris. Expertus quidã paſſim quia continue ingruentia mala ſuccederent, de tranquillitate omnino diffidebat. Hic Conſolationis gratia, per quamdam matronam venerandam, Virgini multa devotione junctam, tale ænigma detulit. Aromata quanto amplius conte-ntur, tanto magis olent & diffunduntur: quaſi dixiſſet, Exagitatus tribulationibus, meritis effertur, & coactus innoteſcit in exemplum. Verum ipſa humilis admodum illico reſpondit: Plerumque, ſi nimis terantur, vento diſſolvuntur: Id eſt, in tribulatione deficimus, ſi Dei adjutorio non ſublevemur. Quæ nequaquam de ſe præſumens, addidit: Orate pro me. Etenim Dei timor occupaverat eam: timor quidem Domini ſanctus, quo juſtus quanto ardentius diligit, tanto ſolertius offendere cavet. Illuſtris perinde Duciſſa Vigiliarum D. Lucretia *g* Borgia, Gubernatrix eo tempore Spoleti & Fulginei, cui propitia admodum fuerat Pontificia majeſtas, utpote filiatione junctæ, ſagacius obſervabat, ſi quo modo piam Virginem hinc avellere potuiſſet, vel devotione ſua, vel ut applauderet inſtantiis alterius communitatis: tentaveratque eam clam litteris per Theſaurarium Apoſtolicæ Camerę; Primoreſque civitatis aſtrinxerat precibus, magnamque inſtantiam fecerat, ut ſaltem circa confinia & Montemfalconem *h* pauliſper crederent alloquendam. Sed ſenior obſtitit, ſatisfecitque Duciſſæ prudenter, ſæpiuſque intentatum exturbaverat.

A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

g impedit ne Perusia evocetur.

h

177 Communicaverat eidem ipſa Chriſti Virgo, cum nutaſſet de ejus diſceſſu, ſub ſecreta revelatione, quod numquam à Perusia civitate diſcederet. Ad præſidentes autem ſui Ordinis iterato querelas ipſe depoſuerat, idcirco quod Chriſti ſponſam penuria congrui Sacerdotis tot annis afflictam neglexiſſent, ut ſaltem jam maluiſſent ſua pietate providere, quam diutius reſiſtere Spiritui ſancto. Profecto Spiritui ſancto reſiſti eumdemque contriſtari ſacri Doctores aſſerunt, quando ille in quo eſt Spiritus ſanctus contriſtatur: non ſolum enim eorum apoſtatarum ſacrilega & execranda teſtimonia profanum fuit aliquo modo admittere; verum etiam & Paſtoris auctoritas fuit indiſcreta. Sive enim voluerint experiri acerbius, ſeu cupiditate favoris adducti tentarint præbere occaſionem, juxta optatum præfati Potentatus, quocumque pio eorum deſiderio, Sanctam pro certo Chriſti ſponſam angariaverunt, & adeo Spiritui ſancto reſtiterunt, ut hactenus pietati minime acquieſcerent. Qui tandem veritate correcti, reſcripſerunt; Deus patientiam ejus & conſtantiam voluit ita probari, ut fulgentior auro eluceſcat: ego quoad potero piis illius votis veſtriſque numquam me defuturum polliceor. Relaxaverunt cum ea rigorem; quod poſſet de cetero ad nutum Confeſſoris loqui etiam cum Fratribus Ordinis, cum præfato vero ſene minime. Qui licet, ut præfertur, tantæ ſanctitatis contubernio ſe judicaſſet indignum (quia etiam alios irreverenter amoverat, fatebaturque ſe merito à familiari ejuſdem obſequio reprobatum) numquam tamen fuit in caritate diminutus, ſed cultus reverentiam devotius auxit, quam veluti veræ ſponſæ ſui Domini ſperat continuare etiam in æterna vita. Extimuerat pro certo eam neglexiſſe, quia & quoſdam noverat, qui propoſuerant corde aliquando ac expreſſerant verbo eam deinceps cum omni caritate proſequi, eam adverſis tepidos deſpexiſſe, heu! in brevi percuſſos à Deo quaſi repentina morte.

informat denuo Superiores

E

ſeque amotum fert patienter

F

178 Multa tamen ſigna per idem tempus ſopita, & plures revelationes neglectæ fuerant, vel melius ut dixerim ſuffocatę. Signum, velut inquit S. Baſilius, eſt alicujus rei mirabilis & occultæ indicativum, viſum quidem à ſimplicioribus, intellectum vero ab habentibus exercitatum intellectum. Qui igitur hujuſmodi imaginarias viſiones ſanctalque apparentias intuentur, indigent viris validam mentem habentibus in ſacris eloquiis, niſi communicaretur alicui interpretatio per donum Spiritus ſancti. Qui videlicet intellexerint naturas rerum proprietatemque, nec non ænigmata Sanctorum caſtigata interpretatione, cum auxilio ſanctæ diſcretionis ac doctrinæ; his contingit plerumque, ſicut ei qui ſimul dictat pluribus ſcriptoribus diverſas materias, ubi etiam exigitur experientia perſonarum. Rurſus, quia non ſemper

dolet interim defectu directoris multa occultata fuiſſe,

semper prophetis adest spiritus prophetiæ, ideo & ipsa Virgo fuisset locuta sæpius juxta simplicitatem suam puellaremque notitiam; revelassetque miranda aliquando etiam infimis personis, prout agebatur à Spiritu sancto, quæ neque postmodum ostentando replicasset. Quare multa referuntur quę omnino ignoravimus. Amplius, nuper visione passa, non interpretabatur: vel quia non accepisset, sive quia ipsa opportunis causis suspenderet: unde & cum importunitate instantibus aliquando respondebat, Non plus: cedebatque molestiæ. Tamquam expertus refero. Nempe cuidam Reverendissimo Cardinali & Legato de latere, interroganti de sedente eo tempore summo Pontifice & de suo immediato Successore, post aliquot dies præstolanti respondit, fecitque inter alia de anteriori medietate galli replicatum sermonem, iterabatque figuram: cujus si intellexissemus convenienter naturam, juxta interpretationem Sanctorum, præcognovissemus utique etiam novissima illius Pontificis, quibus ignorantibus fuit etiam successus occultus. Nam anteriori parte galli figuratur basiliscus, qui ideo à sacris Doctoribus mitrati filius describitur, ut Pontificis genitus significetur. De successore etiam præviderat consequenter: quia scilicet coram ea hinc inde armatis exercitibus, ipsa puerum, vestibus azurinis *i* indutum, super suum gremium pultæ *k* pabulo cibaret, quam tamen ipse illico revomeret. Namque frequenter in ejusmodi visionibus ipsa rationalis Virgo Columba significaverat sanctam Matrem ecclesiam: sed quis alumnus puer, & qui fuerant pugnaturi coram ea, & quid per vomitum subitum pultæ significaretur, ignoravimus omnino: ea tamen Pontificatum Pii Tertii expresserant *l* evidenter. Induxerim hoc exempli gratia, quia Legatus seorsum & ego suo nutu pariter, cum de interpretatione perplecteremur, ipsa subridens, elevatis scapulis ac demisso capite dixit, Non plus. Tanto itaque majoris longanimitatis & patientiæ Christi sponsa clarior probatur, quanto rusticioribus incredulisque viris diuturnius ac structius religatur, acerbiusque retunditur.

A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

cum illa sæpe se non explicaret,

Pii 3 Papæ Papatum prædixit.

B i k l

ANNOTATA.

a *Balestra hæc omnia quæ sequuntur refert lib. 2 cap. 4, tamquam gesta ante accessum Pontificis Perusiam, quod probare nequeo.*

C b *Existimo flores illos, ex versicolori serico factos indicari; quod non satis assequens Leander, eorum mentionem facere prætermisit.*

c Nephias ventus, *puto legendum* Cæcias, *qui est Euroboreas, nubes non dispellens, sed adducens.*

d *Auctoritatis scilicet Pontificiæ aut ministrorum ejus.*

e *Vtique Hispanus ille, de quo supra num. 29.*

f *Vide num. 49 & 131.*

g Lucretia, *Alexandri VI filia notha, à Ioanne Sfortiâ Mediolanensi repudiata, Aloysio Arragonio Alphonsi filio elocata fuerat (à quo videtur retinuisse titulum* Ducissæ Vigiliarum, *vulgo* Bisegli, *in Capitanata regni Neapolitani provincia) quo forte jam tum occiso, ad ditiones Pontificias se reverterat, postea Alfonso Estensi Ferrariæ Duci nupta, ut refert Platina.*

h Mons-falconis, *jam inde ab anno* 1300 *corpore* S. Claræ *nobilis, & hinc forte prætextus sumptus illuc invitandi* Columbam, *quasi causa devotionis. Colitur illa* 17 *Augusti.*

i Azurinus *id est*, Ceruleus *seu* Violaceus.

k Pulta *Italis*, Puls *est.*

l *Etenim mortuo Alexandro, Cæsar Borgia, suas; Cardinales, suas quique copias habuerunt, nec tamen ad manus ventum est; sed pacifice celebratis comitiis electus quidem fuit Franciscus Picolomineus; ita tamen senex, ut nihil firmior esset puero; unde etiam obiit ante expletum primum sui Pontificatus mensem, secundum Platinam.*

D

CAPUT XIX.

De mystica quadam illius pictura; & aliis nonnullis ejus actis consideratione dignis.

179 COnvenienti loco hic introducitur de icona quadam & conformi imagine B. Columbę, firma admodum conjectura sanctitatis ejus, virtutique illius omnino consentanea; quam generosa quædam Domina, re & nomine Honesta, è Senis clarissima civitate Perusiam detulit. Opinor equidem eam ejusmodi visionem passam. Constat pro certo cælesti nutu depictam, & quocumque modo processerit instinctu Spiritus sancti, eamdem fere Virginis staturæ: [Hanc] annuis diebus Divæ Catharinæ Senensis in medio ecclesiæ, ante suum altare, floribus lauroque cultam, celebrem, cellamque pendentem consueverant elevare; quatenus cælitus emissam patulo describerent, ejusdemque Virginis omne certamen prædicarent: quam denique rosis redimitam, post felicem ipsius Virginis obitum, primam super altare veneramur; in qua profecto mirum Dei opus ostenditur, & tanto majus quanto amplius cogitatur. Patet itaque in lata quadam superficie, circa medium cujusdam desertæ convallis, imago stelligeri Divi Patris Dominici, humi quiescentis in crepidine montis super manum dextram, & servantis codicem sinistra: inde cujusdam cultæ ac putatæ vitis magnitudo consurgit, elevata à cacumine montis, fere contigua cælo, cujus palmites pubescunt in gemmas, in quibus rutilant ejusdem Ordinis Professores egregii, Doctores mundi, cœlibesque Virgines liliis candentes. In fastigio mediat Maria Dei Mater, præferens manibus habitum candentem & mantellum nigrum. Ad lævam vero est imago B. Columbæ, in campestri veste, id est habitu de pœnitentia, capite revoluta sudario, elevatis brachiis extensisque manibus: erecta facie fixisque luminibus suspicit de convalle; quæ quasi tracta currens pedibus nudis, almæ vitis afflagitare videtur accessum. Ex opposito est effigies ipsius Dominæ Honestæ, flexis genibus manibusque junctis, orationis a signetis pendentibus quasi precaretur.

CAP. LI

Pictura mystica,

repræsentans vicem Dominicanam,

ad quam Beata videtur accurrere,

a F

180 Ultra se objicit quasi virens & amœna quædam planities, irrigata amne segetumque ferax, ac floribus vernans, onustisque fructicibus. Est quidem primo & hoc mirabile: utpote si voluisset quis Reatinum solum describere, B. Columbæ patriam, nequaquam melius expressisset, quam icona ipsa præferat. Sed age obsecro perspiciamus mysteria. Namque mons in deserta convalle, est ipse Deus & Dominus noster Jesus Christus, maximus ille magister ac de humilitate cordis præcipuus doctor, qui clamat, Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Et pro certo placet justitia & caritas, sed specialiter placet humilitas; Respexit, inquit Maria, humilitatem ancillæ suæ. In eo requiescit vespertinus Stelliger, clarum scilicet lumen Ecclesiæ, in dextra videlicet recubans æternæ vitæ, ubi potitur cæleſtibus bonis; eo tamen loco relatus in Sanctorum Catalogo sub Gregorio Nono Pontifice maximo, humillimus ipse Dux Ordinis Prædicatorum. In crepidine montis: quia in omni austeritate voluntarius mendicus, residet meditus, tamque prædilectus filius, in officio Filii Dei veridicus successor, & Apostolicus. Sinistra, id est in suæ præsentis successionis Catholica seriæ, doctrinam veritatis: approbatam

plantatam in convalle humilitatis,

Matth 11, 29 Luc. 1, 48

& palmites instar candelabri extendentem,

A approbatamque Sanctorum ſanctiſſimam in aſſiduo conflictu conſtantiſſime conſervat. Palmites autem ex vite procedentes ita conſequenter utrimque multiplicantur, ſicut calami candelabri luminis in tabernaculo Dei, ejuſque formant figuram & ſortiuntur miniſterium. Namque & illud ductile puriſſimi auri, liliis, ſphærulis, ſcyphis atque lucernis perfectum legimus. Lilia namque redolent caſtitate imputribili, Deo per bonam conſcientiam, proximo per bonam famam: Sphæra paupertatem aſtruit, ideo & palmites flectuntur in rotundum: unica enim clauditur ſuperficie, & planum tangit in puncto. In Scypho recipitur ſalutis potus, Doctrina, quæ calet in ſe & inflammat lucetque aliis, ac lenit & urit, ſicut linguæ canum tuorum. Culti ſunt palmites & purgati ſuperfluis, ferro ſuæ ſanctæ inſtitutionis: ideo filios ſuos non degeneres, ſed ſanctitate perfectos, puritatis & doctrinæ magiſtros, omnique genere virtutum ornatos extollit, ut ſincerum cæleſtis lætitiæ vinum indeficienter mundo propinent.

181 Innocentes itaque virgines cum claritate doctrinæ, de ſtipite humilitatis ac de culmine caritatis Chriſti, tranſcendunt ad faſtigium omnium gratiarum, honoriſque & ſupremæ honeſtatis; circumdantes proinde Sanctiſſimam Dei Matrem, alumnam ſpecialem, per quam divinæ bonitatis ſortiti ſunt habitum, & aſſiduæ protectionis cuſtodiam. Qui florem oſtentant & lilium, eum videlicet qui dixit, Ego flos campi & lilium convallium: Chriſtus nempe Prædicator fuit, & Virgo, & Martyr perfectiſſimus in omni genere virtutum: Chriſtus flos omnium florum, & non ſolum montium, id eſt ſublimium Sanctorū, ſed etiam vallium id eſt ſimplicium: ſic enim habet Eccleſia flores electorum, ſicut cælum ſtellas. Rubet quidem in Martyribus, candet in Virginibus, viret in Confeſſoribus, pallet in Pœnitentibus, rutilat in Prædicatoribus. En lilium convallium, id eſt decus & gloria humilium: Ego, inquit, ſum flos campi: vox tubæ clangentis, vocantis ad ſtrenuitatem certaminis. Accingaris, ô Columba: illis fragro ſuavius & verno jucundius, qui pro me certant fortius & laborant fructuoſius. Ego, inquit, ſum flos campi: vox tubæ vocantis ad laborem agriculturę ſpiritualis, qui palam me exhibeo omnibus ad cognoſcendum, inveniendum, & obtinendum. Campi, eorum ſcilicet qui per caritatem ad alios ſunt extenſi, per æqualitatem juſtitiæ & latitudinem benevolentiæ in operibus pietatis. Hinc profecto colligimus, utilius fore quibuſdam & magis expedire eorum ſaluti ſic collegiatim convivere, quam in ſolo contemplationis otio arctari clauſura.

182 In ſiniſtra igitur fuerat eo tempore B. Columba, id eſt in adverſitatibus præſentis vitæ; in medio deſerti, id eſt regularis pœnitentiæ; in veſte candente & mantello nigro, quia teſte Ambroſio, Nemo ad certamen virtutis admittitur, niſi ablutus maculis gratiâ conſecretur: Chriſtus enim in deſerto provocat diabolum, & in athletis jubet agones, qui victor in æternum tandem Sanctorum vertices coronat. Jungitur ergo fortibus B. Columba, & vigilat in caſtris, ſtatque in acie innocentium. Candor talaris veſtis, eſt perſeverantia innocentiæ; interius videlicet candida & formoſa decore virtutum in oculis Dei, exterius nigra tribulationibus & preſſuris ventiſque urentibus ac rigore pœnitentiæ inſipientiumque opinione. Capite revoluta ſudario, id eſt ſtabilita fide; Elevatis brachiis, id eſt conſtanti ſpe & forti conatu; Extenſis manibus, id eſt multiplicatis ſanctis operibus; Facie erectâ, nulla ſcilicet brutali inclinatione curvata; Fixis lumminibus, intellectu videlicet & affectu in Deum tantummodo ordinatis; Suſpicit, id eſt ſe ad cæleſtia erigit; De convalle, de profunda ſcilicet humilitate cordis; Quaſi tracta currens, videlicet per infuſionem gratiæ blandita beneficiis & exemplo provocata. Et nihilominus trahimūr, cum tentationibus ac tribulationibus exercemur: currimus, cum internis conſolationibus & inſpirationibus viſitamur. Peregrinatur nudis pedibus, quia affectu manifeſto ſeculi blandimenta calcaverat, & velut fugiens terrena deſpexit. Æſtuans ferebatur ad umbram ſpectatæ vitis, id eſt in imitationem operum: ideo etiam prę-cucurrit, ut ſodales adoleſcentulas, imbecilles & novitias, quas Honeſta ipſa ibidem repræſentat, provocet ad curſum: qui enim amat ardentius, currit velocius: ibi enim ſunt repoſita omnia ſpiritualis vitæ neceſſaria; diverſę videlicet intelligentiæ Scripturæ ſacræ ad reficiendum, opinio & odor converſationis & prædicationis ad delectandum.

A.SEBAST. CONFESS. EX MS.

183 Eja, Sorores, non terreat nos afflictio nec tribulatio: quia per hoc virtutum pulchritudinem acquiretis. Sequamini veſtigia, tenete normam, æmulamini virtutem, & morum apprehendite diſciplinam. Vineæ florentes dederunt odorem ſuum. Audite dicentem, Ego ſum vitis vera, & vos palmites: & rurſus in Canticis: Surge, amica mea, ſpecioſa mea, & veni; columba mea, in foraminibus petræ, id eſt in vulneribus pedum & manuum Chriſti; & in caverna maceriæ, id eſt in foſſura lateris Jeſu Chriſti. Hanc vitem etiam figurat arbor pereclixion, quam columbas incolere dicunt phyſici ſicut ante præmittitur, illiuſque fructu refici, umbra requieſcere, ramis protegi, atque à crudeli dracone tueri. Ipſe eſt procul dubio lignum vitæ, plantatum ſecus decurſus aquarum, qui floret & fructificat in medio paradiſi. Sub umbra ejus reclinaverat B. Columba, ſub protectione videlicet & refrigerio ſui dilectiſſimi Sponſi: ſub illius protectione ſecura, ſub refrigerio quieta, ſub odore lætabunda. Chriſtus Jeſus fortis protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, umbraculum meridiani. Fructus ejus, id eſt Corporis & Sanguinis illius perceptio, dulcis gutturi, id eſt intimæ affectioni ſuæ: qua reficiebatur ſuſtentabaturque in via peregrinationis: quæ ultra, quaſi per interminatam incomprehenſibilemque diſtantiam, apparet. Planities, ſemper virens & irrigua, multiplici florum varietate decora, ac plurimorum fructuum feracitate referta, indicat cæleſtem patriam, ubi eſt dilectionis æqualitas, pax & ſecuritas, ac omnis pulchritudinis diverſitas, & omnium bonorum laborum pleniſſima & ſuperabundans retributio: quoniam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe. Inde Chriſti ſponſa, ut primo præfertur, de deſerto videlicet, Sanctorum Patrum dulciſſimam audierat harmoniam.

quam ut imitentur filiæ,

E

Joa. 15, 1

Cant. 2, 14

F

184 Opinor pro certo & aliud ibidem myſterium contineri. Etenim gregatim volare, alienos pullos nutrire, errantes ſibi aggregare, etiam lapillos comedere, proprietates columbarum ſunt. Et B. Columbæ in revelato deſerto quondam apparuerant trium Religionum approbatiſſimi Fundatores, quos aliquo modo debuiſſet imitari: & rurſus apud ſacrum regenerationis fontem, eccleſiam quamdam protinus ſupra montem ei delegaverant. Hic vero de convalli ad montem in germen Sanctorum jungitur, & volucres cæli habitant in ramis ejus. Ex minimo quidem ſemine ſinapis, fit

CAP. LII

deinde meditatur quomodo ipſa electa ſit ad reformationem 3 Ordinis,

in qua Virgines circumſtant deſuper ſedentem Deiparam,

tamquam florem campi,

his autem jungitur B. Columba:

ſub umbra Sponſi, auctor hortatur.

A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

fit quasi munita civitas posita supra montem. Puto igitur munere Dei eam fuisse exordium reformationis Collegiatæ vitæ Sororum de pœnitentia B. Dominici, observantium tria vota, præter otium clausuræ; vacantium videlicet contemplationi & operibus misericordiæ, in exercitio manuum ac mendicitate: qui modus à quibusdam judicatur securior, reddeturque in tempore celebrior. Idem astruit hoc quod sequitur. Nam sub eodem tempore, ardua quadam vehementis terroris causa perurgente, Primates nostri & Magistratus refugium fecerunt ad B. Columbam: qui frequenti conventu convenerunt in oratorio monasterii, ubi aderat ipsa cum pluribus matronis. Primores igitur exorditi precibus instabant, reliquis pariter subsequentibus, ut ipsa consueto orationis patrocinio succurreret imminenti periculo. Quibus omni cum mansuetudine auditis, aperuit ipsa os suum, & magna quadam auctoritate loquebatur, sicut etiam erat apud omnes in magna veneratione: fecitque gravem perfectumque sermonem, exprobrando blasphemias Dei & Sanctorum, nec non calumnias in servos Dei, execrando similiter eorum ingratitudinem de impetratis per eam sæpius beneficiis: quoniam Collegium suum, quod in patrocinium publicum adoptaverant, ipsamque obsequiosam nutricem piamque in Christo matrem eorum filiarum, nihilominus negligerent, incommodis potius recognoscerent ac pressuris, ita ut etiam Sacramenta mendicasset. Petitioni tandem eorum misericorditer annuens, exposuit summe opportunas, ad securam custodiam civitatis, Religiosorum *b* fortellitias, Dei arces contra spirituales nequitias; atque devotis precibus cum puritate vitæ placare vim justi judicii Dei, servare justitiam ac pietatem proximi, & indulgentes sumptibus vanitatis essent liberales cultui Sanctorum. Induxitque nonnullas populares processiones, ad quas non solum de conventibus, sed etiam de monasteriis utriusque sexus Religiosi convenerunt, plene tandem assecuti quod optabant. Quod igitur sua monasteria ecclesiastica fortellitias nominavit, hoc itidem signo comprobatur, quoniam primum ejusdem Virginis monasterium, ex lapidibus cujusdam vetustæ eminentisque fortellitiæ, fundatum fuerit.

quem à Perusinis non satis foveri ipsa queritur,

b dicens monasteria pro arcibus esse.

185 Suspicit Christi sponsa, quasi in aëre rapta, quæ sola sederat, id est fuerat in amaritudine; admirans circa collum (id est firmum propositum, quo Deo jungimur sicut capiti) varios colores, id est diversitatem donorum & gratiarum; & rostro, id est oratione, fulcierat plumeculas, id est internas inspirationes ordinaverat; in regimen volatus, scilicet altæ contemplationis atque permodicę degustationis & umbratilis æternæ suavitatis. Neque enim anima in hac vita pati potest ut summis jugiter insistat, eo quod terrestris corporis & gravis conjugium sit sortita. Oculi ejus sicut columbæ super rivulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & residunt juxta fluenta plenissima. Lacte sunt lotæ, per sermonis dulcedinem & vitę innocentiam: residunt, id est jugiter irrigantur, juxta fluenta plenissima divini eloquii: ubi cognoscuntur insidiæ accipitris, id est rapacis hostis innocentiæ. Quod autem Columbæ potantes non resupinant, hoc est, quia innocens credit omni verbo, neque vacillat elevato capite; auditumque verbum Dei in patientia custodit, avide hauriit, & ad cor suaviter attrahit. Die nocteque meditatur, in prosperis scilicet & in adversis; quemadmodum omnes præfatæ Virginis Confessores testificantur in Christo Jesu; ipsam Christi sponsam B. Columbam, multis annis, cupido corde, hilari animo atque supremo conatu, certâ facti evidentiâ ultra quam valuerint explicare, in omnibus virtutibus perseverantem, devotione integerrimam, oratione ferventem, meditatione assiduam, & in divinis laudibus semper occupatam; & quod videtur mirabilius, neque prosperis favoribus vulgaris adulationis, seu importunis instantiis popularis auræ, neque adversis, neque cruciatibus unquam à sanctis operibus reddebatur suspensa, aut assiduitate fastidita.

Rursus auctor considerat in ea proprietates columbæ,

186 Cruciabatur utique & sæpius intenso dolore dentium ac maxillarum, eo quod cum magna vehementia & affectu hortaretur proximum, nec satiaretur colloquiis divinis. Affligebatur perinde & dolore stomachi, quia, propter assiduos raptus, arida nimis reddebatur via anhelitus & multum sicca, quam refocillasset potu aquæ, cujus denique frigiditate vecordia plurimum reddebantur allisa. Referunt præterea præfati Patres in Christo, quosdam eorum priori tempore, ob tenuem exiguamque complexionem talium, sæpius festinasse prævenire horam celebrationis Missæ, eo quod non possent præ debilitate differre; cumque postea gustassent de mellitis micis spiritualis sermonis præfatæ Virginis, robustiores deinceps effecti, extincto fere omni appetitu, post Vesperas etiam soliito parcius reficiebantur: quia divinæ pabulo lectionis intenti, famem corporis ita neglexerant, quod æquinimiter expectassent alteram diem; pinguiori alimento, condito verbis suæ sanctæ collocutionis, admodum saginati. Gaudebatque Christi Virgo ultra quam credi possit, si quem eorum, exponendo vel interpretando, dulcedine spiritus vidisset lacrymantem: nam carbones desolatorii mutuo se incendunt & inflammant; solus quisque relictus, extinguitur. Comminiscitur eorum pius ipse senex, quando illis annis ad pedes ejus totum majus Breviarium Christi Virgo perlegerat. Interrogantem vidisse, & quandoque respondentem de maximis Dei beneficiis, creationis scilicet & redemptionis ac de suprema caritate Christi; & dicto, Dominus meus & Deus meus, illico raptam in extasim; de fide & spe ac longanimitate Patriarcharum, sicut per annum occurrisset, ac de tolerantia Martyrum; de munditia Sacerdotum, præcipue Sanctorum sui Ordinis, atque de eximia virtute Sanctarum Virginum. Congaudensque sæpius, Beati, inquit, vos Sacerdotes Dei: manusque devotius deosculata fuisset pro gratiarum actione (de quo superstitiosi quidam scandalizabantur, quod tamen observatum legimus diligenter à S. Francisco) pro quibus etiam prævenisset *c* S. Laurentium, si de cælo descendisset. Hilari facie Christi Virgo congaudebat etiam parvulis, & admodum ei complacuit infantilis simplicitas. In Vovendis *d* frequentius superaddebat, Credo in Deum, & injungebat imagines cordis. Si quis suas simplices meditationes & sancta colloquia derisisset, tristabatur: nec ingeminasset exempla Sanctorum, sed quasi respiciceret quod inter porcos jeciisset margaritas. Et talia multa essent, de quibus potuisset ædificari caritas vestra: hæc jam pro parte dicta sufficiant: ad Historiam revertamur.

explicat ejus corporales dolores.

colloquiorum piorum energiam,

& reverentiam ergæ Sacerdotes.

ANNOTATA.

a Signetum *Italico Idiotismo diminutivum à signo, hic autem* Signeta orationis *intelliguntur sphærulæ precatorii serti.*

b Fortellitias, *Itali hodie* Fortezzas *vocant, Galli* For-

A Fortreſſas, *Hiſpani* Fortalezas, *id eſt arces, munitiones, caſtella; à communi Latina radice* Fortis, *quaſi* Fortitudines; *quemadmodum etiam & in aliis linguis, juxta cujuſque idiotiſmum, vulgariter appellantur.*

c Prævenire *hic ſumi videtur, pro* dimittere, deferere.

d Vovendas, *intelligo* Miſſas votivas.

CAPUT XX.

Novum Confeſſarium nacta Beata, mortis ſuæ diem intelligit: ſeque ab Epiphania ad Aſcenſionem Domini diſponit, extrema monita Sororibus relinquens.

CAP. LIII *Favente Cardinale Legato*

187 LEgitime certaverat ancilla Chriſti, ideo acceſſerunt Angeli & miniſtrabant ei. Teſte etenim ſancto Hilario, Victo à nobis calcatoque diaboli capite, Angelorum miniſteria & virtutum in nos cæleſtium officia non defutura, in Chriſto præfertur. Itaque Reverendiſſimus D. Raymundus *a* Cardinalis Gurcenſis, Peruſiæ tunc Legatus de latere, vir utique virtutibus ac probitate clarus, grandævus, & ipſe admodum Chriſto devotus, opinionem percontatus de ſanctitate præfatæ Virginis, eximiamque virtutem ipſius expertus, paterna caritate junctus in Domino, quadam familiari ſinceritate apud ipſam eccleſiam conſolabatur ſæpius ancillam Chriſti, & confidebat admodum in meritis illius & precibus, reficiebanturque pariter ſpiritualibus colloquiis, qui ſimiliter indubitata fide ſuas revelationes approbabat. Ut autem cognovit eam idoneo interprete deſtitutam, privatamque ſubſidio ſpiritualis refrigerii, detulit Superioribus efficaci diligentia, quatenus etiam interpoſita auctoritate ſummi Pontificis opportune ſibi provideretur. Securitati quoque contemplationis ejus & quieti conſulens, impetravit ipſo anno centeſimo, in feſto ſancto *b* Paſchæ, præfatæ Virginis ejuſque Sororibus & miniſtris, plenariam Jubilæi indulgentiam, injunctis ſolummodo in propria eccleſia aliquotiens Oratione Dominica & Angelica ſalutatione. Ratificavit inſuper nonnullas Indulgentias annuis diebus ſui altaris, eiſque ſuccurrit pluribus commodis; optima denique proviſione facta, de venerabili videlicet Angelici nominis ſacræ Theologiæ Profeſſore Fr. Michaele de Genua, ejuſdem Ordinis egregio Prædicatore. Is eam utique omni veneratione proſequebatur: qui licet ultimus ejuſdem Virginis Confeſſor fuerit omniumque noviſſimus, caritatis nihilominus obſequio & pietatis fructu prædeceſſores exceſſit.

188 Perſeveravit revera ferventiſſimus, quouſque præfata Chriſti ſponſa, eo concernente, aſſumpta fuit in Reginam *d*. Hic quidem prudenter ſcrutabatur quę de illa ſaperent prædeceſſores. Quem ſtatim tota peſtilentiæ conventiuncula ſiniſtra ſuggeſtione prævenerant, adeo quod de omnimoda illius ſinceritate ſubagitaſſet. Oppoſuerant præterea, quia præcedenti Confeſſori, interroganti ſi quid manducaret, reſpondiſſet; Manduco omnia. Ideo eam circumvenientes, quaſi redargutam increpaſſent; Tu dixiſti quod comedis omnia: & quod tu non comedas, vulgaris fama volat: pro certo nefas eſt ſeducere turbas. De hoc quidem eo tempore eorum opinio pendebat ambigua, licet ipſa plene reſolviſſet; Pater, ideo dixi, Manduco omnia, quia in ſanctiſſimo altaris Sacramento ſentio omnem deſideratam dulcedinem & ſuavitatem, ſatiaturque penitus omnis apetitus. Igitur præfatus Pater Fr. Michael Dei præſidium optat & lumen, quod ut aſſequeretur diſpoſuit ſe ipſum devotius, & generali Confeſſione præmiſſa omnino abſtinebat à carnibus; atque indictis ſibi quotidiano jejunio, rigidiorique obſervantia diſciplinæ, ac cilicii tormento, ſingulis diebus orabat Pſalterium: ad tantam denique laſſitudinem devenerat, quod alter videbatur. Et quia virtus ſemper fuit exoſa vitioſis, ac luxurioſis ſemper adverſa frugalitas, nonnulli exprobratores fabulabantur, perſeverantem deridentes improperiis: Hæccine, inquit, Soror Columba, quæ etiam devorat pauperem in abſcondito? Tandem circa Adventum Domini Chriſti Virgo ſedebat in eccleſia ad pedes ejus: quæ hilari quadam & ſancta exhortatione dixit: Optimum eſt utique, Pater, in melius proficere, ſed ordinate: & opinor quod nequaquam oporteat ſubito ita acerbe aggredi, ſed taliter quod proſequentes valeamus perſeverare. Cui prorſus celanti replicavit: Pater, ſancta Catharina revelavit mihi omnia: retulitque ad plenum quæcumque prę cogitaverat: nec reprobavit, ſed addidit: Pater, mihi placet ſolicitudo veſtra, orabo & ego pariter, & ſcio quod certificaberis ante annum novum. Qui etſi diſſimulaverit affirmare, cogitabat nihilominus omnia verba ejus, & ante oculos mentis ſæpius revolvebat.

189 Nocte itaque Natalis Domini B. Columba venit ex more collegiatim ad Matutinas: quæ cum celebratis divinis perſeveraret in extaſi, remanſit in eccleſia cum honeſta matronarum ſocietate, redeuntibus Sororibus ſuis ea circumſpectione qua venerant. Præfatus vero Pater quam citius juſſit afferri patinam prunarum, & ſedens hortabatur devotius de myſterio ſanctæ Incarnationis. Et Chriſti Virgo in raptu exordita, multa dixit: præfatumque Patrem in ſuis petitionibus recommiſit, & de illo conſequenter audivit, Hodie habebit; ſicut læta poſtmodum eidem ipſa retulit. Mane eo devotius Confeſſor ipſe ſe præparavit, quo ferventius impetraverat: & requiſitus ab ipſa Virgine acceſſit ad altare. Qui facto Introitu in tantum fervorem exarſit, quod præ dulcedine prorupit in lacrymas, à quibus ſe cohibere haudquaquam poterat, ſed reſolutus eſt in ſudores quaſi corde deficeret, Cumque ad ſanctam Communionem perveniſſet, tantam perinde dulcedinis plenitudinem hauſit, quantam neſciret explicare aut poſſet. Divinis expletis, reſperſus lacrymis, redit ad cellam: tanta denique ſpiritus pinguedine laginatus, cibum omnino horrebat & potum. Die altera Chriſti Virgo admodum lęta occurrit illi, dicens: Pater mi, ſumme gaudeo, quoniam guſtaſti cibum meum: nempe ſi perſeveraveris, erit utique tibi ſemper dulcior. Sis obſecro jam certus de refectione mea: ipſe pro certo eſt meus cibus, ſuavis & dulciſſimus. Sic itaque Pater ipſe de incredulitate utiliter corrigitur, & de veritate expertus certificatur: qui ferventiori amodo cultu atque firmiori affectu ipſam in omnibus proſequebatur, & nil de ea vile aut ſiniſtrum patiebatur audire.

190 Liquet præterea Sanctorum dogmate, quia perfecte Conditoris ſui ducatum ſequitur, qui etiam proximi quantum poteſt habere comitatu nititur. Quamobrem pia Chriſti Virgo, cum beneplacito Fratrum ſui Conventus Superiorumque, obtinuit, præfato Reverendiſſimo Legato procurante, ipſum germanum ſuum, Religionis novitium, deputatum haberi in celebri ac reformatiſſimo Conventu Bononienſi ipſius ſanctæ Congregationis Lombardiæ ejuſdem Ordinis: quem carius hortata, cũ pariter oraſſent ante majus altare, deoſculatum illuc ejuſmodi litteris caute tranſmiſit. Per miſericordiam Dei de gratia ſpeciali obtinui, germanum fratrem

a Cardinalis Gurcenſis, Peruſiæ tunc Legatus de latere

b Paſchæ

c Prævenire *hic ſumi videtur, pro* dimittere, deferere

d Vovendas, *intelligo* Miſſas votivas

cum alias plures gratias.

cum Fr. Michaelem de Genua Confeſſarium impetrat.

qui cum de ea dubius pro impetrando lumine

A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

indiſcretas pœnitentias aſſumpſiſſet,

eas ſibi revelatas moderari ſuadet.

ipſique in nocte Nativitatis prædicit

quod Euchariſticas delicias ſecum eſſet experturus.

fratrem ſuum Bononiam dirigit,

A. SEBAST. CONSESS. EX MS. *cum epistola commendatitia.*

fratrem meum, nostræ Religionis novitium, assignari in almo conventu vestro, fonte clarissimo totius sanctimonię bonorumque morum doctrinæ: ad quem non minus me inflammat præsentia Sanctissimæ reliquiæ Divi Patriarchæ Dominici, cui præfatum fratrem ego una cum nostra genitrice devote dicavimus. Humiliter igitur supplicamus, ut vobis libeat eumdem recipere, receptumque benigne prosequi ad optatum finem. Ætati quidē ipsius agni, suppleat consueta discretio pastoris. Quem nec vidit amplius, sicut ipsa præcognoverat. Sed ut reor nulla est propinquitatis utilitas, nisi similitudo bonitatis existat, quod nobis Deus concedat.

CAP. LIV *Deo solari ipsam volente,*

191 Laborum bonorum optimus ac superaffluentissimus retributor Deus, citra æterna præmia supremæ beatitudinis quæ præparavit diligentibus se, etiam hic ex superabundanti blandis occurrit promissionibus & allicit, labentemque hujus vitæ miseriam citius transituram sæpius denuntiat, ne simus animo pusillo, utpote à Deo dignati tot bonis. Certator quoque, etsi hebetior sit, cum tamen intelligit certamen propemodum terminatum iri, parumper respirat & vires resumit. Itaque per idem tempus apparuit Christi sponsæ B. Columbæ inclitus Pater S. Dominicus, cui plurimum congaudens dixit: Summe gaude, filia, quoniam jam venit tempus & prope instat, quo dilecta sponsa jungetur clarius suo æterno ac desiderato sponso: quæ tanto affectu cordi adscripsit, quod voce exultanti ac etiam gestu iterato referret, Euge, sponsa protinus adjungetur sponso. Completo igitur anno sancto Jubilæi, in Epiphania proxima *e* raptum passa Christi sponsa, membris contractis palloreque obscuratis, videbatur extincta. Accersitus itaque Pater Confessor obstupuit, astititque quousque in ipsa extasi sermocinabatur: addidit consequenter, Domine, ex quo vis adhuc differre usque ad Ascensionem, fiat juxta beneplacitum Majestatis tuæ. Quod Pater prefatus, qui diligentius observabat, verbum quidem notavit, de obitu minime suspicatus, quam utpote longioris ævi judicasset. Decreverat autem Christi Virgo B. Columba iterare quamdam illi sæpius consuetam abstinentiam, qua etiam sermonem sibi interdixerat, & nil prēter Sacramentum sumeret aut etiam lamberet; sed monasterium ipsum quasi desertum haberet, ubi pœnitentiam rigidiorem etiam plurium hebdomadarum silentio perficeret, devotius contemplationi divinisque laudibus vacans. Inchoasseteque libentius immediate post Epiphaniam, nisi Sacerdos ipse discrete negasset: quæ nihilominus obedientia prēstans suaderi non recusavit, distulitque in *f* Septuagesimam.

B

infesto Epiphaniæ intelligit,

e

victuram se usque ad Ascensionem:

C

f

192 Nec aliter præsumpsit tam laudabile, opus aggredi, quam se prius humilitate probaverit. Namque mendicavit veniam etiam à quibusdam nec dicendis hominibus, qui eam accusaverant cultu suspectam, innocentiamque ejus pro posse perverterant: viri utique pressi vitio carnalitatis utriusque sexus, quorum mentis habitus erat ita corruptus, similiter & affectus depravatus, & in Christi fide vagus, ut pariter patientiam Job & veritatem Historiæ illius deriserint. Quorum pro certo scelera ignis sufficienter haudquaquam vindicasset: qui tantum in cathedra pestilentiæ rementiti temeraverint, ut etiam piam ipsam Virginem exprobraverint, impropera-

& postulata etiam à suis calumniatoribus venia,

renturque ream ignis, veluti Fratrem *g* Hieronymum: quod æqualiter pertulit & omnem ignominiam, optasseteque sic frequentius vilipendi. Numquam profecto integerrimæ Virgini pius quis Christi servus detraxit, cum potius cuncti eam devotius prosequerentur. Divino itaque consilio de suo fine certa, voluit consequenter Virgo Christi, id est cum

g

senioribus Patribus sui Conventus, specialiter habere colloquium, quatenus à singulis veniam impetrasset, si quo modo aliquando offendidisset. Habuit præterea & ad multos spectabiles cives, admodum sibi devotos, in ipsa ecclesia perjucundum sermonem, diutius loquens de regno Dei, quasi jam superna gaudia attigisset. Fecit postremo in communi capitulo sui monasterii spiritualem exhortationem saluberrimamque, videlicet de religione ac de sanctis moribus & æterna retributione. Ultimo, prostrata humi, veniam humiliter flagitabat ab omnibus, & singulas osculata est. Scisciantibus vero quare hoc fecerit, respondit: Quia nescio si mihi fuerit amodo tempus similia peragere.

D

adhortata cives

atque Sorores,

193 Dum per idem tempus præfatus Confessor de sua Quadragesimali *h* prædicatione mente agitaretur ambiguus, nec tentasset quocumque modo eam relinquere cui se devote dicaverat, & Christi Virgo cognovisset in spiritu, dixit illi: Pater, utique faciam bene pulsare ipsam campanam. Is pro tunc non intellexit: sed diebus paucis succedentibus, qui eo anno in ipsa ecclesia *i* fuerat deputatus in prædicatorem, per litteras proprias se legitime impeditum excusavit. Itaque instante Quadragesima Patres conventus una cum Præsidente coguntur exponere eidem officio præfatum Confessorem, omnino tamen renitentem, tum quia noluisset subtrahi à pio obsequio præfatæ Virginis, tum quia in majestate tantę ecclesiæ reperiebatur improvisus, seque proprio judicio arbitrabatur insufficientem. Verumtamen astrictus obedientia cum Virgine contulit, quę ei subblande respondit: Pater, jam dixeram vobis, faciam bene pulsare campanam: licet non intellexeritis. Sed quoniam caritas anteponit communia propriis, præsto sum quidem ego pati, quia multo magis opto salutem proximorum. Est quidem congruum, Pater carissime: exequaris igitur officium quod est præcipuum; officium videlicet ipsius magni magistri filii Dei, Domini mei Jesu Christi; Officium spirituum supernorum Sanctorumque Apostolorum atque Divi Patriarchæ Dominici. Itidem de insufficientia replicanti, respondit; In Domino confidas: pariter orabimus: fiat voluntas Dei. Qui cum rursus instaret pro suffragio, obtinuit ab ipsa Virgine tunicam ejus, in signum præsidii & protectionis: qua indutus bonus Pater vires concepit, & mirabiliter laboravit, atque laudabiliter & fructuose profecit, cum maxima populi frequentia & singulari gratia.

h

Confessarius prædicatore per Quadragesimã

i

E

animos & vires suggerit:

F

194 Pro certo præterea constat, præfatam Christi sponsam fide justisse in propriam personam referre pœnas pro salute populi Perusini, quem tamquam clientulum summo pietatis affectu ipsa prosequeretur; quousque assiduis orationibus, jugi fletu, uberrimis lacrymis, crebrisque flagellis, misericordiam impetrasset & veniam. Sicut enim ipsa prædixerat, & terribilibus signis cunctis innotuit, justo judicio Dei, malignantium spirituum solutis habenis, civitati ipsi imminebat ruina magna & suprema calamitas. Nam cum intestinis nobilium homicidiis etiam furerent in aëre turbinum vertigines fragoresque & nimia procella ventorum, præcipitesque pluviæ, quæ viderentur subvertere civitatem; Christi sponsa in extasim rapta ante altare S. Catharinæ, in frequentia utriusque sexus, clamabat, Optime magister & Domine mi Jesu Christe, exaudi nos pro populo tuo Perusino, & fac nobiscum misericordiam & hanc gratiam. Expectare digneris usque ad sanctum Pascha, in quo saltem conversus populus confitebitur peccata sua, & faciet pœnitentiam: piissime Domine, propitius esto & facias hanc gratiam. Et protinus ipsa precatrix se innocentem Virginem ideo obtulit pœnitentem supremo conatu. Quæ denique exaudita,

pœnas civitati imminentes avertit,

emendationem in Paschate pollicita.

exaudita, quaſdam ut præfertur ſolennes & populares proceſſiones indixerat, pro liberatione populi, ad laudem Dei & ſanctum præfatæ Virginis teſtimonium.

CAP. LV

Dominica Septuageſimæ ſe reludit,

195 Erat itaque Virgo Chriſti in Deum jugiter ardens, & proxima Septuageſima adveniente, quemadmodum & præſtolabatur, aggreſſa eſt deſertum in ſilentio & pœnitentia, uſque ad diem ſanctum ſabbati Reſurrectionis. Quo tempore habuit viſiones multum mirabiles, quas nihilominus communicare Confeſſor ipſe, officio prædicationis intentus, omiſit. Die quadam cum Chriſti ſponſa ceſſiſſet in extaſim, in qua vacavarat ultra biduum; Sorores præ foribus tugurii excubantes, obſervabant intentis auribus: & nil motus aut ſoni audientes, de tranquillo ſilentio triſtabantur: non tamen præſumebant [facere] ſtrepitum. Verum die altera quædam venerabiles matronæ, & familiari caritate conjunctæ, ibidem convenerunt: quæ zelo ſuccenſæ, accerſito egregio Phyſico, aperuerunt oſtium. Et ingreſſi intra, invenerunt piam Virginem flexam; quæ ſiniſtra quidem manu ad cor amplecteretur Crucifixum; in dextera vero haberet aptum libellum, quem defixis oculis intueri, ſed tota ſtabilita videretur in lapidem, nec alicujus ſenſus haberet officium. Qui terrore nimio ſtupefacti, & præ affectu devotionis lacrymantes, oſtio reclauſo dimiſerunt eam intactam. Senior, ob laſſitudinem Virginis, qua jam non valeret genuflexa cellulam circuire, compoſuerat ex lineis & bombice ſimulacrum calvarii montis, in quo excuderat ſeriem conſuetæ meditationis de paſſione Domini noſtri Jeſu Chriſti, quam quotidie rememorando ſe diu affligebat. In quo pariter & imaginem ſui cuſtodis erexerat, beatiſſimi videlicet Principis Eccleſiæ ſanctæ S. Michaelis Archangeli, cui ſpecialiter eam devoverat: ipſumque montis inſtar collocaverat à dextris ſui altaris, ut ibidem commodius conſueta perſolveret. Namque exeſa jam, laſſis defectiſque viribus, oportuiſſet pedetentim, motam utcumque ſubſtentari. Conabatur nihilominus à cultu eccleſiæ non ſe abſtinere, & ſanctæ prædicationis ardore, & ne Confeſſorem ipſum prædicantem impediret *k*.

196 Die vero ſancta ſabbati Reſurrectionis Jeſu Chriſti, B. Columba ad eccleſiam anticipavit, diviniſque omnino interfuit. Senior namque fontem ſacri delubri benedixit, & celebravit Miſſam, quæ ea die meridie ac ſingularis in majori altari colitur. Contigit eum perveniſſet in oratione Dominica ad verbum, Sanctificetur nomen tuum; ſubito facula de cera dealbata, quæ in ſacri altaris candelabro ardebat, adeo flexit, quod liquore luminis verbum ipſum, Sanctificetur nomen tuum, in Miſſali totaliter occupaſſet: & rediit ad locum ſuum, ubi noviſſime eam communicavit devotiſſime, & ejuſmodi miniſterii actum ultimum fecit, eamque reliquit orantem. Sacerdotalibus autem depoſitis in ſacrario, rediit ad Virginem renuntiare ſanctum Paſcha Domini, quodque abſolveret ſilentium, multis aſtantibus generoſis dominabus etiam nobilioribus noſtræ civitatis, quæ præſtolabantur audire eam loquentem; eique obtulit roſarum *l* primitiem. Quæ devote annuit & placide. Poſt hac tantum ſemel ad eccleſiam venit, quando coram altari S. Catherinæ prolixe oravit, & Prædicator ejus Confeſſor Magiſter Michael, imaginem ſculptam infantis Jeſu Chriſti, quaſi vagientis in præſepio, ſibi obtulit, pariterque de myſterio meditabantur, ut ipſa feſtiva multum lætaretur & gauderet. Circa horam Completorii Confeſſor, Filia, inquit, jam redit tempus quo valeamus familiarius vacare ſpirituali cibo. Quæ reſpondit: Jam parum reſtat, Parer. Quod tamen Sacerdos ipſe non intellexit; ſed ipſa domum rediens, unde vivens de cetero non exivit: quod etiam infantile munus bene præfiguravit. Chriſtus enim verus cibus eſt fidelium: & quoniam parum hinc remanſerit, ideo modicus apparebat, & noſtros vagitus repræſentabat. Ipſa lætabatur & gaudebat, eo quod jam immineret ut ſimplex ipſa innocens Virgo, omnibus paſſionibus exuta, in humili parvoque ſepulcro, eodem loco ſicut in præſepe, ad refrigerium noſtrum & patrocinium, cito fuiſſet tumulanda. Ideo ſimiliter primitiem roſarum involutam *m* ſpico ei ſenior præſentaverat: quoniam conſummata jam pugna, ſuæ patientiæ victricia ſigna, cum bono Chriſti odore, ſtatim omnibus erant palam promulganda, atque ipſius frameæ vagina aromatibus fuerat inungenda.

A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

& multas deinde extaſes patitur.

Sabbato ſancto progreſſa ad eccleſiam

Communione reficitur,

ſeque non diu ſuperfuturam prædicit:

197 Domi deinceps in ſuo oratorio ſuper ſtratas tabulas jugiter manebat, ibique humiliter Miſſam audiebat & devote communicabatur. Et quoniam præ laſſitudine aſſurgere de ſtratu laboraret, quidam ſuaſerant ſuſpenſo fune ſolevari; quod ſenior negavit, prærorrens quaſi capiſtrum deſperatorum; & novum peregrini baculum procuravit, pileumque cinctum corona ſpinea, & alligavit ſupra caput ad aſſerem, pendentemque præ manibus demiſit *n*: ſicque eam peregrino Chriſto ſociavit. Quod pia Virgo gratum valde tenuit, & per veteranam ex Sororibus dictum remiſit; Pater, dicit Soror Columba, quod ipſa optat, & vult eſſe Rachel. Qui ſuſpiciens reſpondit: Comminiſcor, & placitum habeo quod fiat. Quando enim in Breviario legerant, præter ſimplicem hiſtoriam occurrentem, ut ad laborem curæ eam hortaretur, myſticam intelligentiam aliquando expoſuiſſet, quo citius uterque inflammarentur. Plures enim carbones intenſius inflammantur, ſi hæreant candenti, & fiunt deſolatorii: ſi vero ſolus is ſequeſtratur, ut plurimum exſtinguitur. Id eſt de quo ſenior poſtmodum amare lamentabatur. Denique Rachel, Videns Deum interpretatur, & ſignificat contemplativam vitam, quæ ſibi cara erat & jucunda; eo quod pulchra ſit, tuta, & quieta, ac in veritate melior, magiſque diligit eam verus Jacob Jeſus Chriſtus. Activa vero vita eſt utilis & fœcunda: unde Chriſtus, non de Rachel, ſed de Lia natus eſt: & Martha recepit Chriſtum in hoſpitio, non Maria. Invenimus ſimiliter opera activæ magis neceſſaria: verum quanto magis laboribus activæ intendimus, tanto magis miſerias ſeculi intelligimus: velut etiam facto opus expreſſit.

& ſuper tabulas decumbens.

totam ſe contemplationi dedit.

dimiſſa pœnitus actione.

198 Nimirum in medio hebdomadæ ipſius Paſchæ, Virgo ægrotavit, & confecta magis laborabat: quæ circa ſecundam vigiliam noctis conabatur ad vomitum, & ſpuit primo quidem merum ſanguinem, & non parum, itidem quaſi per fruſta coagulatum; poſtremo vero ſanie commixtum. Cumque mane Confeſſor eam vidiſſet nimis laborantem, perfuſus lacrymis, Sororibus circumſtantibus dixit; Orate, Filiæ, Deum: quia dubito ne cito recipiat Matrem noſtram, & impleatur eulogium, ſponſa cito ſponſo conjungetur. Senior audiens admodum admirabatur, unde tantus ſanguis ex attenuato corpore ſcaturiret: & convocaverunt Phyſicos peritiores civitatis, medicos probatos, quos conſulerent, opportuniſque remediis obviarent: qui cum diverſa ſaperent, & is apoſtema, alter fractam venam opinarentur, tandem cura negligitur. Ipſa vero patientiſſime tacebat: & ſumpto Sacramento, quod ob reverentiam dilatum fuerat, mente exceſſit. Cum poſtmodum multis aſtantibus exorſa viſiones nonnullas & figuras ediſſeret, etiam dixit: Dulciſſi-

Vomitum ſanguinis varii paſſa

A. SEBAST. CONFESS EX MS.

me Domine & optime magiſter, tu facis me ancillam tuam, per varia ſigna mei ſanguinis, demonſtrare illa ſigna quæ in cælo, id eſt in Eccleſia futura ſunt: & noſti, quomodo ipſa differentia ſanguinis præſignat diverſa flagella, quæ in ipſa Eccleſia tua in brevi ventura ſunt. Crudelitatem videlicet, necem atque ſanguinolentiam multorum Chriſtianorum, luem, contagionem & ruinam plurium populorum. Nos autem evidentia facti jam certi ſumus, quid ſignificaverit ſanguis innocens Columbæ. Columba enim velut præmittitur, Eccleſiam ſignificat; ſanguis vitam, & præcipue ſpiritualem. Primo itaque ſanguis merus, primos Sacerdotes; conglobatus per fruſta, capita factionum; commixtus ſanie, vulgares homineſque culpabiles. Heu! poſt impias exactiones, ſucceſſit ſacri capitis *m* Eccleſiæ repentina calamitas: ac primorum Sacerdotum violentus interitus, jugulationes Dominorum, Heroum clades, Procerum crudele exitium, divitum pernicies, excidia civium, ut nobiles virgines venderentur in ſcorta, nobiliumque militum copiæ verterentur in miſeriam; penuria & fames, diraque peſtis: & utinam jam finis!

ex eo prænuntiat futuras Eccleſiæ calamitates.

m

CAP. LVI

199 Gravabatur conſequenter ancilla Chriſti febre valida, & jugiter dolore capitis torquebatur triginta tribus diebus, & ſuper ſtratas tabulas repauſabat in hirto cilicio. Reficiebatur tantummodo pura aqua: ſemel per obedientiam, proprio Sacerdote jubente, oblatum juleb *p* guſtavit, poſtea omnino neglexit. Fuerat quidem indifferens medicorum conſilia præterire. Cum rurſus Prioriſſa zelo ſimulaſſet in cyatho aquam puram, clam tamen juleb mixtam, dum propinaret, illico cyathus fractus crepuit: quare de cetero nemo tentavit. Accidit & proprio Sacerdoti pluries, ſi quomodocumque aquam vino mixtam propriis manibus obtulerit, prius quam appropinquaſſet, ipſa advertens dixerit; Pater, Deus vobis indulgeat: ac refuravit. In ardore diræ febris aliquando ſuccaſſet fruſtulum acris *q* arancii, vel aliqua grana *r* ceraſonis. Sed Sacramento altaris Chriſti Virgo refecta, prorſus confortabatur: ideoque Sacerdotem ipſum exoraverat celebrare tempeſtive, quoniam ſolo ejuſmodi medicinali refugio ſolata ſtatim convaleſcebat. Stupendum ſpectaculum, O bone Deus! quod jam intuebantur omnes, maximam ſcilicet ſacræ Virginis tolerantiam, quam nemo valeat quomodolibet explicare lingua vel calamo. Quæ ſi calamitate languoris premeretur, & cruciaretur infirmitatis ærumna, tranquillâ nihilominus patientiâ tota ſuavis in omni manſuetudine perſeverabat, nec à colloquiis ſanctis & orationibus ſe ſubtraxit, aut tædio tepuit: quando enim nimio dolore dentium ac maxillarum ita torqueretur quod ſæpius conſtat, ut flere cogeretur; nec querula reclamaſſet: potius dulceem ſuum Jeſum ardentiſſime invocabat, ſupremum ejus refugium & concupitum ſolamen.

B *Quantumvis infirma*

p.

non niſi puram aquam recipit:

q r

maximos dolores patientiſſime tolerat:

C

200 Cultam præterea imaginem Crucifixi prope habere voluit ſemper præ oculis, quam frequenter amplecteretur alloqueturque. Dulcis magiſter meus, ſalubre refugium meum, ac ſponſus meus dilectiſſimus. In cæleſtem patriam vehementer anhelans, dilationem & moram ſuſpiriis arguebat, & mortem precibus irritabat: Cur ô, mors ſancta, non venis? quare me cum omni inſtantia te vocantem deſpicis, & eos inſequeris qui in te conantur antidotis pretioſis gemmarum & auri, eraſſanturque ſplendidis vivacibuſque pigmentis? Cur me tam dura expectatione afficis? Cur, ô bone Deus! ſic protrahitur incolatus meus? Obſecro avellas me de caduco iſto & miſero mundo. Sacerdos autem ſuæ Confeſſionis auditor Magiſter Michael, eam attentus perſequebatur, exponendo quotidie in pſalmis & canticis ſpiritualibus, quibus plurimum conſolabatur. Obnixe nihilominus rogaverat, ne omnino quis pro illius valetudine oraſſet: quoniam & reſponſum acceperat, quam pateretur ægritudinem, jam fore ultimam. Et quia nimis frequentaretur cellula ipſius & importune, domeſticis impoſuerat aditum differri, præmiſſa excuſatione, quoniam jam non poſſet mundanis vacare ſolicitudinibus, & orare pro reliquis, quæ maluiſſet apud Deum aliorum precibus promoveri. Multi quidem & utriuſque ſexus inſtabant pro conſequendis gratiis à Domino, ut ſcilicet ſuffragaretur eis ſalutis opem, aut filios, ſeu alia ſecularia commoda, & nonnulli ut ſaltem proſpicerent ancillam Chriſti ſupra tabulam in tanta patientia, plurimi etiam quia venerarentur illam. Ideo, ut puto, prælegerat eſſe Rachel, quia de cetero non valeret temporalibus negotiis diſponendis eſſe ſimul attenta & cæleſtibus contemplandis: quoniam adeo ingruerent aliquando, quod impatiens ipſe Sacerdos (ut par erat) eos redargueret execrando, ut velut infeſtos exclulerit, & pia ipſa Virgo dixerit: Perpendite, Pater, ſibi commoda diligunt: me autem, ſicut nec vivere, ita neque mori in pace permiſerint. Orate pro me, & ſponſum meum hunc fulcite roſis & ornate decorum.

D

deprecatur frequentiæ accedentium,

E

201 Ideo de cetero quotidie ex roſis & floribus ſe ita renovabant, ſalutarem ipſam imaginem cultius venerantes: in quam devotius ipſa tendebat, uberiuſque ac dulcius fundebat lacrymas, non quemadmodum patibulo ſuſpenſus fuerat in oculis impiorum, aut miſeri damnati deflere ſolent ignominiam ſuæ necis, vel crucis ſimulacro fingunt nonnulli ſuam ſtultitiam rementire: ſed ipſa defixis oculis ſpeculabatur ſignum ſupremæ caritatis Chriſti, abyſſumque divini amoris: utpote quæ nec ſatiaretur corporeis oculis intueri, quod alta mente ſervabat; dulce ſcilicet lignum, perfectæ virtutis exemplum, in quo fixa erant membra patientis; cathedram videlicet ſui dulciſſimi magiſtri Jeſu Chriſti, docentis veritatem, obedientiam, paupertatem & innocentiam, manſuetudinem ac patientiam, dicentis; Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Spectabat quoque & in eminenti altare ſanctiſſimæ crucis (non templi ara, ſed mundi) commune totius terræ ſacrificium, ſalvatorem noſtrum, Deum exaltatum, refugium noſtrum; in quem omnes fide aſpicientes curantur à morſibus igniti ſerpentis, & hauriunt conſolationem, ac recreantur ut poſſint reſiſtere, & virtutem conſequuntur ut valeant ſuſtinere, & tandem quaecumque ignominia contempta ſecum triumphare. Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.

Crucifixum ſuaviter contemplatur:

F

Matth. xi. 28

202 Contuebatur denique & ſuum amantiſſimum ſponſum, Dominum Jeſum Chriſtum; ideo pariter convocatis Sodalibus ſuis adoleſcentulis, quæ utique ſimplicius fervent & amant ardentius, oſtentabat majeſtatem ſponſi & gloriam: quia ipſe à ſempiterno Patre Deus, candor æternæ lucis, gradiens in multitudine ſuæ virtutis, ac ſpecioſus in millibus, in quo ſunt omnes theſauri ſcientiæ & ſapientiæ Dei, per quam cuncta creavit & nos mirabilius redemit: qui potentiſſimus, Cruce ipſa accinctus, mortem devicit, diabolumque captivavit, ac robuſtiſſimus cælos aſcendit: ubi decore circumdatus, atque in ſublimi erectus, potitur paternis bonis, Rex æternæ vitæ: ibi nos fecit ſuos coheredes & commenſales, quem deſiderant Angeli proſpicere, cujus pulchritudinem omnis creatura miratur, aſpectu deſiderabilem & verbis gratioſum.

convocatas Sorores

ad amorem Jeſu inflammat:

Eja

A Eja Sorores dilectiſſimæ, ipſe eſt dos noſtra & pretium, æterna noſtra poſſeſſio & præmium. Confidite, Sodales, & perſeverate conſtantes in caritate Chriſti: quoniam ipſe protegit, adjuvat, atque promovet deſponſatas ſibi Virgines. Si videatis de auro vel argento illius imaginem, notate cultus reverentiam; & nequaquam ſuſpicemini, hominem fuiſſe delicatum, mollibus aut regiis veſtitum; ſed noveritis factum pro nobis verum humilem, pauperem & egenum, contemptum atque omni ignominia affectum. Conſpicite quoniam ubique pulcher, ſed in ligno dulcior; ubique fortis, ſed in cruce potentior; ubique amabilis, ſed in cruce amoroſior; ubique fragrat, ſed in cruce omnia aromata ſuperat. Qui, inquit, vult venire poſt me, Matth. 16, 24 tollat crucem ſuam & ſequatur me. Congaudete mecum, obſecro, dilectiſſimæ filiæ, & feſtinate: quia in cæleſtes nuptias vado ad deſideratiſſimum ſponſum meum. Eja & tu, Pater mi, ducite choream & pſallite: præparate flores & ſtipate me roſis, atque ſertis redimite: pulchram ſpecioſamque reddite in conſpectu ipſius pulcherrimi ſponſi. Hæc namque ardentiſſimo quodam affectu loquebatur,

B ſed ſapidiori ſermone atque exemplo efficaci. Virgines autem, amare admodum flentes atque in *ſolatur ipſas & Confeſſarium.* uberrimas lacrymas profundoſque ſingultus erumpentes, poſtquam pie ac ſalubriter commonefecerat, emiſit, ſua materna benedictione ex more ſignatas: & allocuta eſt Sacerdotem pariter lacrymantem, quæ (quia de nimia illius amaritudine compatiens ſibi) non poterat ſe à lacrymis continere, & conſolabatur eum. Poſtremo ſenſim verbiſque ſapidis hortata eſt ipſum ad profectum virtutum optimis documentis.

ANNOTATA.

a Raymundus Perauldi, *legatione Germanica fungens*, Goritienſem, *vulgo* Gurcenſem, *in Foro-julienſi provincia Epiſcopatum indeque cognomentum adeptus fuit; factus* Cardinalis *anno* 1492, *& poſt alias plures Legationes, Legatus denique Patrimonii (ut vocant) obiit anno* 1505. *Albertus, neſcio quo errore,* Cardinalem Garonnam *nominat.*

b *Paſcha anni* 1500 *celebratum fuit* 19 *Aprilis.*

C *Pro hac aliiſque gratiis impetrandis, quemdam Fr. Colmanum Ordinis Prædicatorum, diverſa forſitan ex cauſa euntem in Vrbem, delegaverat* Columba, *eumque commendatitiis litteris inſtruxerat: quarum quantum fuerit Romæ in curia pondus, idem declarat per epiſtolam, quam* Venerabili viro D. Conſtantio Lucio, uti Majori honorando, *Peruſiam ſcripſit idem Frater, his ipſis Latinis verbis:* Licet haberem litteras à Caritate Sororis noſtrę ad R. P. D. Generalem noſtri Ordinis, ut me reciperet in conventu S. Mariæ Minervæ; tamen nullam gratiam habere potui à ſua Paternitate: quo viſo perrexi ad D. N. Legatum, qui benigne me intuitu Sororis Columbæ recepit. Deinde pergens ad devotiſſimos filios, obedientiſſimos ſervitores præfatæ Sororis Columbæ, videlicet Joannem Fayent & Zachariam Seriotti, inveni tantam gratiam in oculis eorum, ut nihil ſupra dici poſſit. Receperunt enim me & tractaverunt, & ſingulis diebus tractare non deſinunt, ac ſi eſſem pater eorum carnalis, aut ſi eſſem propria perſona ipſius Sororis Columbæ; & omnia intuitu prædictæ Sororis Columbæ. Non enim cogitaſſem, neque aliquis cogitare poſſet, verum, ſincerum, & integriſſimum amorem, quo proſequuntur ipſam Sororem Columbam. Utinam Deus retribuat eis vices! Oro vos ut has præſentes communicetis & legatis devotioni ipſius Sororis Columbæ, & ſibi declaretis & *Magna Columbæ auctoritas Romæ,* intimetis bonam mentem prædictorum ſuorum devotiſſimorum filiorum erga eam: quia non poſſem A. SEBAST. ſcribere minimam partem illius bonæ mentis. In- CONFESS. ſuper facietis me & ipſos recommiſſos ſuis devotis EX MS. precibus & ſuarum devotarum Sororum. Valete *occaſione petendi Iubilæi,* felix. Romæ IX Aprilis MD. Fr. Colmanus fecit manu propria

Hanc epiſtolam, non ſine multis mendis refert Baleſtra pag. 163, *acceptam ex Proceſſu pag.* 580; *& mox ſubjungit, prædictorum duorum Dominorum Fayent & Seriotti epiſtolam, qua ſignificant ſe tranſmittere Breve deſiderati Iubilæi, Italico idiomate inſcriptum hoc modo*; Venerabili in Chriſto Sorori, Matri ac Benefactrici Venerandæ. Perugiæ. *Tum exordiuntur ſalutem ei dicere. Latine,* Venerabilis Mater obſervandiſſima, humiliter commendamus: *ſic autem progrediuntur Italice,*

Ut impleamus partem obligationis noſtræ, ſolicitavimus Reverendiſſimum Dominum (*Miniſtrum videlicet Pontificium, ad cujus munus tunc pertinebat ejuſmodi gratias expedire*) pro veſtro Jubilæo, quod *epiſtolis nonnullis declarata,* Reverendiſſ. Dominatio ſua per præſentes mittit. Oramus te pro Dei amore, ut digneris eum orare E pro nobis, nobiſque imperare, & uti tamquam filiis & famulis: qui licet alioqui tuo mandato indigni, conabimur nuſquam deeſſe noſtræ obligatæ ſervituti. Interim commendamus nos precibus tuæ Caritatis, quam Deus in ſua gratia conſervet. Romæ XIV Aprilis MD. Humiles filii & obedientiſſimi famuli, Joannes Fayent & Zacharias Seriotti. *Cum vero de invaletudine Columbæ nuntius perveniſſet Romam, mox* XX *die Aprilis, id eſt feria* 2 *Paſchali, ſic ſcripſerunt,* Venerandæ in Chriſto Sorori, Columbæ de Peruſia, tamquam Matri in Chriſto obſervandiſſimæ; *& ſic Latine ſalutare ipſam exordiuntur,* Veneranda & metuendæ reverentiæ Mater in Chriſto dilectiſſima, humiliter. *Italice autem ſic deducunt Epiſtolam:* Quamquam infelicia mancipia & pro ſceleribus noſtris mille ſuppliciis digna nos agnoſcamus, culpa tamen & periculo vacare nobis videmur, quia habemus in conſpectu Dei ardentiſſimas preces & acceptiſſimas orationes tantæ Matris in Chriſto, à qua gratanter agnoſcimus nos, quantumvis indignos, nominari filios: & in qua pro ſpirituali noſtra affectione magnam fiduciam habemus collocatam, tamquam in munimento inexpugnabili. Quia autem hiſce diebus intelleximus te infirmari, & timuimus tam grandi theſauro privari; adeo F afflicti fuimus, ut nullam quietis partem capientes, oraverimus Deum, ut vel te nobis concedere, vel nobis concederet mori ante tuam dilectionem, vel denique ablatam à nobis ſanitatem tibi reſtaurandæ ſanandæque conferret. Deo autem gratias, quia poſt mille vota ipſi facta, intelligentes bonam *eorum maxime qui ſe ejus filios ſpirituales dicebant.* valetudinem veſtram, magis fuimus recreati quam ex noſtra ſalute propria. Exoretur Deus per ſuam ſanctam clementiam, ut tamdiu te conſervet, quantum deſiderat anima noſtra, eorumque omnium qui diligunt devotionem & ſanctimoniam, & ſecundum veſtrum deſiderium, in bona gratia Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Credimus quod dilectio tua acceperit Indulgentiam Jubilæi: alia negotia, quamvis Fr. Colmanus omnem adhibuerit diligentiam nec labori pepercerit, necdum expediri potuerunt. Ipſe autem vobis per ſe referet, quid factum ſit, quidque adhuc reſtet faciendum. Certa porro ſit dilectio veſtra, quod nos plus faciemus collaborabimuſque, quam ſi cauſa noſtra propria ageretur: quia magis tibi obligamur quam nobis ipſis. Itaque rogamus Deum, ut nos efficiat humiles famulos tuos, & affectuoſos imitatores ſanctimoniæ tuæ: quam rogamus propter amorem Dei, ut nos dignetur habere com-

commendatos in ſuis ſanctis orationibus, uti nos ipſos iiſdem humiliter commendamus.

B-SEBAST. CONFESS. EX MS.

d *Dubitanti an recte ſic ſcriberetur, & non potius eſſet legendum* in requiem, *recurrit vox eadem in eodem ſenſu iterum num.* 214; *ut vix poſſim dubitare quin mens auctoris fuerit, quod quæ æterni Regis* Sponſa *fuerat in via eſſet poſt mortem* Regina *in patria. Vide etiam num.* 206, *ubi S Catherina Senenſis B Columbæ apparet* cum multa comitiva Reginarum & ſanctarum Virginum: *& num.* 216 *dicitur expoſitam jacuiſſe in templo* quaſi ſponſam Reginam.

e *Anno* 1501 *non vero* 1500 *in ipſo Iubilæo, uti perperam notavit Cæſar.*

f *Septuageſima anni jam dicti* 1501, *qua Paſcha celebrandum erat* 11 *Aprilis, incidit in* 7 *Februarii.*

g *Nempe Savanarolæ corpus poſt ſuſpendium igni traditum fuit, cineresque in fluvium ſparſi.*

h *Ad quam, inquit Cæſar, extra Peruſiam deſtinatus erat.*

i *Eccleſiam Cathedralem paſſim omnes intelligunt.*

k *Hoc etiam tempore factum eſſe debuit, quod narrat Albertus in hunc modum:* Die quodam ad monaſterii januam venit homo ignotus, pulſatoque vehementius oſtio petiit ſibi accerſiri Columbam: quam cum excuſans janitrix infirmari diceret nec poſſe venire, ille vero inſtaret urgeretque; monita Columba prorepſit ad crates, nec ibi quemquam reperit, ſed involutam telam impoſitam rotæ: quam cellulæ inferens explicanſque, conſpexit in ea imaginem Chriſti, crucem verſus calvarium laborioſe bajulantis. Exiſtimant aliqui cælitus allatam illam fuiſſe, quia neſcitur quis eam attulerit, & plurium poſtea fuit miraculorum effectrix. Nam Sor. Maria Vincentia Danzetti in Proceſſu retulit, quod cum poſtea Monachæ quædam, coram ipſa imagine, parum modeſte religioſeque fabularentur; viſus ex ea Chriſtus ſit brachium dexterum proferre, & earum uni alapam infligere: eidemque rei atteſtata fuit Sor. Maria Angelica Meniconi.

B

l *Academici dela Cruſca dicunt* Pentecoſten *paſſim vocari* Paſcha Roſatum, *quia tunc Roſæ floreant, fortaſſis & invicem donari ſoleant; ſed hic de* Paſchate Reſurrectionis *agitur.* Primitiem *vero & infra num.* 223 Primitia *in ſingulari, pro* Primitiis *alibi nuſquam legi: hic bis recurrit: menſe tamen Majo abundare magis in Italia roſas ſatis liquet ex earum copioſo uſu in ipſius Virginis extremo malo, hic conſequenter deſcripto.*

C

m Spicus, *vulgariter* Spigo, *Dioſcorides* Nardum Italicam appellat, *Cruſcani* Chamomillam, *eſtque herba odorifera, humilis, & albos floſculos proferens. Sic infra num.* 215 *nominatur* ſertum roſarum ſtipatum floribus Spici. *Etiam Spicam vocant aliqui, & compoſite* Spicam-nardi.

n *Eo ergo baculo ſic pendente, ipſa ſe non nihil ſulciebat erecta, & per cellulam removebat, inquit Cæſar.*

o *Etenim* Alexander VI, *anno* 1503 *veneno extinctus eſt* 18 *Auguſti: de ceteris ex Guicciardino ſic commentatur Albertus:* Sedecim deinde annis conſequenter calamitoſiſſima fuerunt tempora. Cæſar Borgia, Dux Valentinus, totius Italiæ monarchiam affectans, non ſolum Urbinatem ditionem Guidubaldo, Camerinam Julio Varano, Dominiſque Ariminenſi & Piſaurenſi urbes ſuas ademerat, ſed totam etiam Romandiolam ſibi acquiſivit. Senogalliæ per proditionem captivos cœpit Paulum & Franciſcum Urſinos, duces ſtrenuos, quos ideo ſolum in vivis reſervavit, quia non omnes Urſinos in poteſtate habebat: Vitellotium vero & Oliverottum Firmanos, ejuſdem factionis Milites egregios, in furcam egit. Senogalliam direptioni dedit, totam Umbriam inſtar fulminis populabundus percurrit, omnibuſque tantam ſui incuſſit formidinem, ut D. Julius Votelli Tiferno ubi erat Epiſcopus, & Proceres Balionii Peruſiä, atque alii plures, Venetias fugerint, quo etiam Dux Urbinas ſeſe receperat. Cæſar vero regreſſus in Peruſinam ditionem, Paulum denique & Franciſcum præfatos morti addixit, eodemque tempore in caſtello S. Angeli Romæ veneno necatus eſt Cardinalis Urſinus; Columnenſes vero atque Savilli indidem Pontificiis armis expulſi; quos plurima nobilitas in voluntarium exilium ſecuta eſt: regnum vero Neapolitanum lacerabatur inter Hiſpanos & Gallos. Denique mortuo Alexandro, nec non & Pio III paucorum dierum Pontifice, ad Papatum evectus fuit Julius II, bellicoſus Pontifex; qui tali in ſtatu Italiam reperiens, non potuit recuperare amiſſa pacemque Eccleſiæ reſtituere, niſi cum multa ſanguinis effuſione.

D

p Juleb *Conſtantino Africano, ſeculo* XI *ſcribenti de morborum curationibus, dicitur,* Zyrupus ex aqua cocta & zuccharo: *paſſim vero ſumitur pro quavis diſtillata aqua, ſeu decocta ac dulcorata.*

q Arancium *pomum, interpretantur Cruſcani Academici* malum Medicum, *à loco originis; ſive* Aureum, *à colore.*

E

r Ceraſones, *grandiora Ceraſa dici videntur.*

CAPUT XXI.

Vltimæ viſiones Columbæ, & felix obitus.

CAP. LVII

Iucundâ viſione invitatur ad cæleſtes nuptias:

203 IMminebat tempus nuptiarum & ſponſus ſe abſconderat, ut non inventus quæratur ardentius: quia quanto magis deſideratus, tanto gratior habitus: ſicut inquit divinus Gregorius, quærens ſponſa differtur ne inveniat, ut ſua tarditate cautior reddita, multiplicius quandoque inveniat quod quærebat; & quanto jam jamque appropinquare exiſtimat, tanto delectabilius in opere exſudat. Dulciſſimus verumtamen Sponſus proſpicit de abſconditis, & quibuſdam amœnis præludiis allicit pariter & inflammat. Igitur B. Columba diebus illis viſiones videt. Nempe intuebatur eminus latam quamdam viam, quam mundabant ſpecioſa quædam inventus, ramiſque virentibus ornabant & floribus. Quoſdam quoque adverterat juvenes decoros diverſa præparare inſtrumenta muſicorum: alios ſaltores frequentare tripudia, ac nonnullos pariter intonare melodias. Et ecce poſtmodum gradiebatur ei obvius quidam pulcherrimus peregrinus, purpura roſea ſubcinctus, fulcitus baculo, pileoque munitus. Qui ut ſibi aſtitit, dixit: O Columba mea, præpara te, voloque cito venias. Quam viſionem cum tanto jubilo retulit Virgo Chriſti, ut loqui videretur omnibus membris. Summeque gaudebat atque replicabat iterato: O quam pulcher eſt peregrinus! ipſe tam pulcher. Ego quidem tota die peregrinor, non inveniens hoſpitium quod mihi placeat, præter tabernaculum ſpiritualis Patris mei, qui me mane cæleſti viatico ſumme reficit & ſolatur. Apte quoque per idem tempus contigit, quod de pavimento ſtratuque tabularum ejus quaſi congaudentes formicæ ſcaturirent, & agmine congeſto trequentatis vicibus piam Virginem circumirent; ſignificantes, quemadmodum tantillum animal, ductorum carens ac expers ratione, tantum natura duce ita ſe providet in futurum; ſic & admodum femella, pia tamen virgo, B. Columba, monſtratore carens, expers apicibus legis, tantum duce Deo, intra greges Virginum congregaverat in præſenti vita bonorum operum fructus, quibus viveret in æternum. Fuit nihilominus & alterius rei indicium, quod

F

ſub ſtrato ejus ſcaturiunt formicæ.

A quod ipſa Chriſti Virgo verbo expreſſit : quoniam ipſę formicæ, capite rubentes, mordaces erant; ſic poſtea circa ipſam ſanctæ matris Eccleſiæ Sedem pugnaces Gallorum copiæ, victum mendicantes, ſparſim interierunt.

Ipſa puſillanimitatē quarumdam in ſpiritu cognoſcens,

204 Quædam prærerea ex Sororibus, quæ hactenus non opinarentur ipſam ea infirmitate reſolvi, et jam ſecus ſentirent ; diffidentes amodo ſubmurmurabant, Quandocumque Mater Columba deceſſerit, nolumus per horam hic remanere. Quod cum Chriſti Virgo cognoviſſet, convocatis omnibus, hortabatur eas ſalutiferis documentis : Eſtote, inquit, conſtantes, dilectiſſimæ filiæ, & perſeverate in operibus bonis, neque ſiniſtris cogitationibus exturbemini. Pro certo ſciatis, quod vado ad locum ubi potero magis vobis prodeſſe quam hic, quod quidem aſſidue curabo. Non dubitetis, ſit vobis unus zelus & una in Chriſto concordia, quia proſequar vos per omnia. Adeo vos colligate caritate mutua & pace, quod non valeatis qualicumque diſcrimine ſeparari. Et ego vobis nihilominus præcipiendo indico, atque parentibus & affinibus veſtris, quoniam væ, væ iis quæ præſumpſerint ex vobis intentare diſſidium : quoniam invadam eos furore Dei omnipotentis, & deſuper impingam igne tribulationis & ruinæ atque interitus. Fuerunt autem verba ſua tantæ virtutis atque efficacis miraculi, ut omnes firmiter proteſtarentur numquam ab ejuſdem monitis declinare, quin velle potius mori. Aſtrinxit poſtmodum, in Chriſto & obnixe, præſtantes quoſdam nobiles viros, & de auctoritate cives ſibi devotos, ad ſubſidium & protectionem monaſterii ſuarum Virginum efficacibus admodum verbis. Tandem & ſpiritualibus Patribus ſuis, quibus ſe ipſam in Chriſto crediderat, etiam dilectiſſimas ſibi filias in Chriſto Jeſu recommittere non dubitavit : quos iterata prece aſſentire coëgit, quod ſemper pro poſſe patrocinarentur in Chriſto Jeſu & eas adjuvarent.

viſitatur à S. Catharina Senenſi.

205 Habuit præterea B. Columba aliam viſionem. Namque apparuit ſibi Beatiſſima mater S. Catharina Senenſis, ſpecioſa valde, cum magna comitiva Reginarum ac ſanctarum Virginum Chriſti : quæ omnes inductæ erant ſtolis intextis auro cum candore lucis, margaritiſque & floribus coronatæ, flavis comis terga petentibus, & torques cultu regio ac monilia precioſa erant à collo pendentia ; quæ admodum congaudentes, videbantur eam præſtolari. Aſtitit quoque ibidem ſtatim ſtrenuus ille athleta Chriſti, S. Petrus Martyr, oſtentans vexillum fidei : quem ſequebatur acies magna intrepidorum militum Jeſu Chriſti, qui feſtivi nimis atque præcincti in armis candentibus, & roſis rubentibus coronati, adduxerant equum album regiumque, opertum phalera *a* purpureâ auro texta : B. vero Columba dixit ſuo Confeſſori : Sciatis, Pater, quoniam jam impoſuerunt me ſuper equum, & tantummodo exſpecto duas alias *b* ſocias, & poſtea vado. Quod cum Confeſſor ipſe retuliſſet ſeni, ille reſpondit : Opinor, Pater, hanc viſionem annuere Virginis obitum, circa feſtum S. Petri Martyris & S. Catharinæ. Cumque Confeſſor id contuliſſet cum Virgine, non recuſavit ſuaderi : ſed, inquit, lætor ſumme, quot dies interſunt ? Ille reſpondit octo. At ipſa, Utinam : numerabatque dies magna cupidine. Quamobrem vulgi more in civitate dicebatur, B. Columbam migraturam in die proxima S. Catharinæ. Verumtamen ipſa à Confeſſore interrogata, quando opinaretur in Domino obdormire, dixerat : Ne velitis, Pater, hoc inveſtigare : ſed rejicite omnem curam & ſolicitudinem in Sponſum meum dilectiſſimum. Sed nos jam clarius videmus quod aliud ſignat ipſa viſio. Nam cum aliquando fuerit inter nos de Martyribus ſanctis quædam devota collatio, Chriſti Virgo reſpondit : Pater, magna eſt conſtantia Martyrum, & grandis efficacia caritatis. Et vere non minoris eſt meriti ſemper cruciari, quam ſemel mori. Liquido utique enituerit, quod Martyr fuerit : quia crucem Domini, per ſui corporis afflictionem & proximorum errantium compaſſionem, diutius portaverat, & ſancto fine conſummavit. Et ideo quoniam ſancta virginitas rebus magnis comparatur, ac parificatur Angelis ; merito ſibi occurrit Virginum chorus. Quia rurſus argumento maximæ patientiæ ſupergrederetur, juſte reſidet in legione triumphantium.

A.SEBAST. CONFESS. EX MS.

unde intelligitur Martyribus & Virginibus ſociandis.

Viſitans eam auctor,

206 Denique appropinquante ſuæ vitæ termino, affectus ſenex, caritate æſtuans, tulit ſecum roſarum flores non paucos ; & una cum præfato Confeſſore viſitavit eam, ſalutaramque reſperſit roſis, extenſam videlicet ſuper tabulas. Poſtea illius illuſtris matris B. Rachelis verbum propoſuit ; quæ ſimiliter verno tempore, in terra quæ ducit Ephrata cum parturiret, ob difficultatem partus periclitari cœperit. Ideo quiſque contemplativus hic periclitatur dum parturit, quia meditatur & laborat. Deum quidem in hac vita contemplari non poſſumus aut diu intueri, potius forte ad inferiora recurvi ac tranſeuntes hauſtum ſorbere æternæ dulcitudinis : cum autem pervenerimus ad patriam æternæ felicitatis, nos inebriari oportet ab ubertate domus Dei. Eſto in Chriſto filia dilecta, eſto conſtans in caritate, & noli timere : fructum enim quem hic congregaſti per gratiam, jam jamque illic poſſidebis cum gloria. Quæ licet premeretur languore, tamen avidius intenta, devotiuſque hortabatur & ardentius. Congaudenti itaque ſeni ac uberius lacrymanti, ipſa amplius congaudebat, dicens : Eſto & tu, Pater, bonus luctator & fortis, dilectus Dei, qui valeas ſupplantare hoſtem. Qui reſpondit : Libentius, quod opto, mallem vos illac præire. Cui Virgo, Laborabis, inquit, adhuc per aliquos annos : & ſicut amodo animæ meæ, ita deinceps curam mei corporis habeas. Qui dixit, Quo loco ? Et B. Columba reſpondit, Ubi Deus inſpirat, & tibi videtur. Qui ait, Si jubes, pia Mater, mihi libet ante veſtrum altare S. Catharinæ Senenſis. Illico ipſa dixit : Ita mihi placet, Pater : ubi etiam ſummus Pontifex genuflexit, ſub ſcabello Sacerdotis. Prioriſſa vero ac ſingulæ Sorores reclamavere cum lacrymis, dicentes : Nolite auferre matrem à filiabus ſuis : quoniam ipſa eſt pretioſus fundus paupertatis noſtræ : & ſi quidem pro nunc humilis ſit locus iſte noſter & arctus, potens eſt Deus ipſum reddere celebriorem, ac condignum templum ſuæ laudis nobis erigere. Noluit pia Virgo mutare ſententiam, ſed in ſancto delubro ſui ſanctiſſimi Patris Dominici, ut præfertur, ſemper haberi : verumtamen ad ſubſidium Sororum & ſolamen, procurante Magiſtratu urbis ac Primatu, obtinuerunt Nobiles præſtantes monaſterii, à Præſidente & Capitulo dictæ eccleſiæ, præfatum ſacellum & altare, una cum ſuo venerabili corpore, in perpetuum jus Sororum ac monaſterii, ſolenni ac publico inſtrumento, B. Columba vivente.

ipſam confortat,

& ſepulturam curandam ſuſcipit.

quæ cedit in jus filiarum ejus.

207 Tranſmigrare ex toto contendit elevatis pennis Columba Jeſu Chriſti in ſupercæleſtem thala- C. LVIII.

B. SEBAST. CONFESS. EX MS.

mum, ubi firma fide cuncta crediderat, ac ſpe indefeſſa ſervari non dubitabat; & quo toto mentis affectu pergere conſueverat, jam per ſe ipſam nititur intueri. Igitur prima die c Rogationum B. Columba enarrabat, ſe paſſam viſionem perjucundam: vidiſſe videlicet Triumphantem Jeſum, elevatum in magnificentia, intra innumerabilem multitudinem Angelorum, obſequentium dignitati majeſtatis ſuæ: & clangentibus tubis gradiebatur propria virtute, aſcendens in jubilo ſuper excelſa cælorum, trans omnem creaturam: quem ſequebatur ſenatus innumerabilium Patrum, viri videlicet proceri & grandævi, illuſtres & authentici, quos Patriarchas dixerat & Prophetas; nec non ſpectabiles ac generoſæ matronæ, in togis albis reſperſis auro, & in decore coronatæ: omnes junctis manibus ferebantur in altum pariter, poſt victorioſiſſimum Regem, reſerantem paradiſum. Et illico vidit ſcalam auream, tangentem ſummitate cælum, per quam ſcanderet anima quædam pulchra valde, ultra quam dici poſſit decora: quam comitabantur divus Patriarcha S. Dominicus & illuſtris Virgo S. Cathatina Senenſis. Cumque pervenerant ad faſtigium, dulciſſimus Dominus Jeſus Chriſtus, cum Regina cæli Dei matre Maria, amplexati ſunt eam, & cum magno triumpho in gremio immortalitatis receperunt.

c *17 Maji videt triumphantem Jeſum,*

B

208 Seni ipſa die, Divina celebranti, ac pro ipſa pia Virgine devotam memoriam facienti, contigit, quod cum conſequenter Sacramentum ex more diviſum ſiniſtra teneret, & altera parte calicem ſignaret, eo dicente, Pax Domini ſit ſemper vobiſcum, ſtatim ex ſecunda parte, quæ manu ſiniſtra caute ſervabatur, quædam Hoſtiæ particula, per ſe ipſam abſciſſa, ſacro Calici ſe immerſit. Admodum miratus ſenex, quid portenderet, poſtea intellexit: & Divinis expletis collectiſque floribus, ad Virginem acceſſit, quæ jam Divina libaverat: eamque reſperſit roſis, & aqua benedicta & Cruce ſignavit, præfatam viſionem devoto affectu ſincere narrantem. Subintulit ſenex figuram de felici reditu Patriarchæ Jacob cum duabus turmis, ſanctam illam collationem rememorans, quam olim habuerant in ſacello ſancti Archangeli Michaelis de Aſcenſione d Chriſti, ac de periodo ſuæ vitæ. Hortabatur denique ad firmitatem ſpei, humilitatemque cuſtodiendam, ne contigua portui forte de ſe præſumpſerit; quia non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Omnes quidem currunt, ſed unus, id eſt perſeverantia, accipit bravium: & qui dedit nobis fidem & caritatem, ipſe retribuet voluntatem, atque operationes ex iis provenientes remunerabit, labores videlicet in continuatione boni, longanimitatemque & conſtantiam. Et aperiens os ſuum B. Columba, humillime Deo cuncta detulit coluitque gratias. Conſequenter Sacerdotibus dixit: Patres optimi, veſtris auxiliis ſaluberrimiſque conſiliis fuerit, ſi quid boni feci, & evaſi pericula. Tantamne humilitatem, bone Deus! tantamque reverentiam! Devios, quos ſuis orationibus & meritis ad viam reduxerat, de ſua potita jam victoria laudat; & Paulum intitulat ipſum ſenem, ut forte priſtinam duritiem argueret, & ſequentem conſtantiam approbaret; vel quia Paulus verus Bennoni fuerit, qui Jacob per Rachel ſucceſſit. Interpretatur enim Bennoni, filius doloris mei. Et addidit, Patres, vos facietis feſtum poſt feſtum, in quo etiam erit magna aquarum inundantia, & ad dies quinque aperietur pectus. Quod pro tunc nullus intellexit.

& miraculoſe participat de Sacrificio auctoris,

d *ab eoque confortata,*

C

gratias agit:

208 Hortabantur ſe pariter, ſed ipſa ferventius: læta gaudebat, ac mirabiliter qui convenerant aſtantes præ devotione flentes afficiebat, dum colloquerentur de felici illa ſocietate cæleſtis patriæ, de innumerabilibus ipſis ſanctis ſpiritibus angelicis & animabus, in qua inenarrabilis eſt ſpecies & decor pulchritudinis, cum tanta ordinis melodia quod nec in cor hominis aſcendit. Profecto ſicut in terra quam incolimus ſive in aquis, germinantium diverſitas alietaſque animalium cum diſtinctione ordinata [cernitur]; & ſicut intuemur pulchritudinem ſtellarum in participatione lucis, & ſicut intelligimus ſpecies rerum in ſuo eſſe, ubi nullus gradus perfectionis intermittitur, ſed paulatim de imperfectis ad perfecta procedit; ſic ibi diſpar eſt gloria ſingulorum, ſed communis eſt lætitia omnium plena atque perfecta: ibi jugis pax & ſolennitas, ac pulcherrimi Dei, domini ac regis univerſorum indeficiens contemplatio, quæ totaliter replet & dulciſſime quietat deſiderium. Ibi ſanctiſſima Dei mater Maria, Angelorum glorioſiſſima Regina, ſceptrigera ſanctarum Virginum, tranſcendens culmen omnium ordinum. Ibi judiciarius ſenatus Apoſtolorum & Euangeliſtarum, ac veteranus conſeſſus eorum qui à principio ſunt Patriarcharum & Prophetarum. Ibi victor exercitus ſtrenuorum ac innumerabilium Martyrum, ac ſacer conventus Sacerdotum, Confeſſorum, Monachorum, Religioſorumque. Ibi decorę Virgines Chriſti ſanctęque mulieres, quæ ſua probitate vicerunt voluptates ſeculi. Ibi pueri & puellæ, qui annos ſuos moribus tranſcenderunt. Ipſa eſt Eccleſia triumphans, ſponſa Agni, circumamicta varietatibus: ubi regnat caritas, quæ Deus eſt, omnia in omnibus: quem ſine fine vident, & ſemper videndo in ejus amore ardent, & ſine defectione & labore laudant; quod nobis conceſſerit æternus ipſe ſponſus, Dominus Jeſus Chriſtus. Amen.

D

& Sanctorum ordines varios contemplando exultat.

E

CAP. LIX.

209 Veſpere autem diei ſequentis B. Columba dixit Sacerdoti; Vellem, mi Pater, de thure bono. Et percunctanti, Ad quid? reſpondit: Quoniam venturus eſt Sponſus meus dilectiſſimus accipere me: opto exhibere illi honorem. Dignum eſt, inquit, en præſto ſum. Et venit concitus ad ſenem, dicens; Chriſti ſponſa Soror Columba poſtulat vos thus boni odoris, ut infumet tugurium, quia venturus eſt ſuus dilectiſſimus Sponſus. Qui ſtatim protulit de thure ſancto, quod ipſe litaverat Sabbato ſancto in Cereo paſchali. Quod ipſa devote recepit, & pridie Aſcenſionem Domini, libatis Divinis & cæleſti Viatico devotiſſime ſumpto, cellulam ipſam thure ſancto boni odoris Deo perfumavit, ac dulciſſimum Sponſum devotius præſtolabatur. Iterato fieri juſſit, & poni thuribulum ſupra feneſtrulam lucis. Confeſſor domi ſeceſſerat ad comedendum, & circumvenit eam antiquus hoſtis: qui cum diu diſceptaſſet, tandē improbe eam irritaverat; quod ſcilicet fruſtra laboraſſet, quod in vanum ſe diſponeret; neq; ut opinaretur jam obiret, ſed longiori miſeria degeret. Cui intrepida reſpondit: Sicut voluerit ſapientiſſimus Magiſter meus Jeſus Chriſtus, ita fiat, & mihi libet. Statim Confeſſorem acerſiri fecit: qui eam flentem invenit, quia diſſolvi capiebat & eſſe cum Chriſto. Et narranti ut præfertur, ipſe reſpondit, quoniam maximus ipſe Magiſter Dominus Jeſus Chriſtus mentiri non poteſt, ille vero netarius mendax eſt & pater ejus. Obſecravit illum in Dominum ne deinceps illam relinqueret, eo quod tempus immineret quod dixerat, quando oporteret eum orare ſecum & vigilare.

Sacro thure cellam infumat:

F

& diabolum ſe tentantem vincit:

210 Ipſa

A 210 Ipſa die, dictis Veſperis, B. Columba dixit: Laboro, Pater, ac patior vehementer. At ille, Filia, inquit, oportet pati, nec quiſquam poteſt ſine magno dolore mori: & ipſa acquievit. Et quoniam gravius langueret, vocaverunt ſenem, qui feſtinus eam ex more reſperſit ac benedixit: indutuſque ſacris veſtibus, ſervato cultu religionis & ritu, contulit ei ſacramentum extremę Unctionis; piis ſuis Virginibus ac in Chriſto Sororibus devote aſtantibus & orantibus, cum pluribus matronis & dominabus. Deinde proſecutus eſt Officium commendationis animæ, ipſa Chriſti Virgine bene & ſenſim percipiente ac gaudente, atque verbis devotius intenta pariter & reſpondente. Illius memor eulogii, cum reliquum Breviarii legiſſemus, & ego de commendatione animæ paverem, ipſa prædixit, In obitu legemus. Qua autem devotione quantiſque lacrymis completum fuerit illud Officium, Deus novit. Quibus expletis, ſenex dixit: Pia Virgo, Chriſti ſponſa, pie obſecro ac deprecor humiliter, quod ſis noſtri memor cum perveneris ad regna cæleſtia. Et ſiquidem anima abſoluta fuerit & cæleſtibus potiatur, habet nihilominus naturalem habitudinem ad ſuum quod depoſuit & reſumere habet corpus. Igitur quandocumque ad corpuſculum ipſum converſi oraverimus, benigne annuas & vota porrige. Ultimo pius ipſe ſenex, zelo ſuccenſus & confiſus in Domino, affectu vehementi exultatoriiſque verbis eam ſolicitavit ad Deum, & à monaſterio ceſſit, dimiſſo ibidem e Confeſſore.

Extrema Vnctione munitur ab auctore:

quo poſt ſui commendationem digreſſo,

B

e

211 Ipſa vero Chriſti ſponſa, propriis manibus accepta imagine Crucifixi, dicebat: Dulcis mi Jeſu, totus ſuavis! Dulcis mi Jeſu, ſuper omnia amabilis! Dulcis mi Jeſu, ſuprema ſpes mea! Ac deoſculabatur eam, atque cum magna compunctione percutiebat pectus, ſimul dicens: Crux ſancta. Corona ſancta. Clavi ſancti. Rurſus, Præceptor mi Jeſu, qui pro me paſſus es, ac ſpinis coronatus & mortuus, dimitte peccata mea, & indulgeas mihi peccatrici: & amplectebatur eam oſculabaturque. Deinde dixit Confeſſori, Pater, legatis Paſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti juxta ſingulos Euangeliſtas, ita diſtincte quod poſſim percipere: & intenta valde audiebat devote. Cumque perlegiſſet, Emiſit ſpiritum; ipſa dixit, In manus tuas Domine commendo ſpiritum

Ipſa Ieſum invocans

C meum. Perlecta vero Paſſione ſecundum Matthęum, antiquus hoſtis adſtitit, & exturbavit eam, circumvenientibus tartareis legionibus, & mentem Virginis offuſcantibus inſidiis multis, puta, maneam fuiſſe Virginis fidem, caritatem fictam, humilitatem mentitam, & humanam laudem magis quam Dei gloriam quęſiviſſe, & ſimilia. Sed Virgo reluctabatur indignans, & oſtentans manibus Crucifixum dicebat; Non, non. Cumque eam ad deſperationem forte illi nequam impingerent, ipſa præferebat vultum nimis perturbatum, iterando, Credo in Deum. Poſtquã per dimidium horæ ſtrenue pugnaverat, coram omnibus ſuis Virginibus ac Sororibus cum candelis orantibus, tandem victrix dicebat; Domine Jeſu, adjuva me: & Sacerdoti, Iterate, inquit, Credo in Deum: qui fide roboratam verbis ſanctis hortabatur. Continuavit deinde ſecundam Paſſionem ac tertiam, & in ſingulis ſuo loco ad, Expiravit, replicavit, In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum. In fine vero tertiæ Paſſionis, nocentiſſimus ipſe acerbius invaſerat, & malignorum turba ſpirituum magis magiſque invaleſcebant adverſus Virginem, eamque peſſimis immiſſionibus ſtimulantes perplectere nitebantur. Quæ admodum laborans, frequentabat, Credo in Deum: pięque Sorores cum Sacerdote pariter orabant. Et cum annuente Deo ipſa Chriſti Virgo iterum triumphaſſet, invocabat Jeſum;

luctatur cum ſpiritu deſperationis:

interim dum legitur Paſſio Chriſtiː

Domine mi Jeſu, adjuva me, & miſerere mei peccatricis.

A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

212 Sacerdos hortabatur eam ad conſtantiam: ſed jam læta vultum exhibuit, quaſi rutilo ſplendore radiantem: & tamquam robuſta victrix dixit, Spero in Deo Jeſu meo. Sacerdos autem perlegit & quartam Paſſionem: & cum perveniſſet, ad illud, Tradidit ſpiritum, ſimiliter ſuum ſpiritum Deo commendavit. Quibus completis, Confeſſore de æterna felicitate loquente, B. Columba dixit: Pater jam lætor valde & gaudeo: & ſplendenti facie defixis oculis dicebat: O Regina Angelorum, dulciſſima Mater Dei. O mi Pater S. Dominice, & S. Catharina Mater mea, commendo vobis animam meam. Neque à motu linguæ ceſſabat: ſed commendabat Chriſtianos omnes, & ſanctam Eccleſiam Dei, ac ſuum Ordinem & Sorores, etiam in particulari, benefactoreſque & amicos. Media autem nocte diei Aſcenſionis Dominicæ, coram poſitis Sacerdote Confeſſore ac Virginibus & Sororibus ſuis de pœnitentia S. Dominici, & cum candelis albis accenſis orantibus, Sponſus venit. Quem Chriſti Virgo & ſponſa videns, clamavit hianti ore, Sponſe mi, Sponſe mi, optime veneris. Jam tempus eſt: recipias ancillam tuam. Domine, Domine mi, recipias: &, Recipe, dicendo, ipſa benedicta ac ſancta anima migravit, vocantemque Jeſum Chriſtum ad cæleſtia regna ſecuta eſt, remanentibus oculis apertis, ore laſſo, & facie colorata tamquam vivens obdormiſſet in Domino, die xx menſis Maji, anno ætatis ſuæ trigeſimo tertio completo: vixit autem annis triginta tribus, menſibus tribus, & diebus *f* decem & octo. Ex infimis denique & humiliter B. Columba reddidit ſpiritum viventi Deo, qui eam mirabiliter creaverat, mirabiliuſque redemiſſet, atque adoptaverit ſanctiſſimis donis.

ac demum victrix hilariſque

B

moritur 20 Maji 1501.

f

ANNOTATA.

a Phalera *hic ſumitur pro* Ephippio.

b *De his duabus ſodalibus, quia non fuit interrogata, nihil amplius dixit, inquit Baleſtra, unde neque nunc ſciri poſſumus, quænam fuerint. Veroſimile mihi eſt, eodem circiter tempore duas alias ejuſdem inſtituti, nec multo inferioris meriti, obiiſſe; quarum nomina Deus novit, in cælis glorioſius revelanda.*

c *Id eſt* 17 *Maji, cum dies Aſcenſionis eſſet* 20.

d *Vide ſupra num.* 103, *ubi in prima perſona loquitur Auctor, qui hic ſub perſona Senis innominati latet: quod etiam agnoſcit Leander variis locis, ac nominatim capite* 47 *ſecundum ipſum, nobis numero* 210; *ubi agens de extremæ Vnctionis miniſtro* Venerandum Senem, id eſt, Magiſtrum Sebaſtianum *nominat: ipſe vero ibidem rurſus ſemel loquitur in prima perſona.*

e *Cæſar, non ſatis Auctorem & Confeſſorem diſtinguens, imaginatur ſibi quod digreſſus ad monaſterium, ſtatim reverterit, Crucemque porrexerit.*

f *Ita merito poſterius correctum fuit (eâdem Auctoris manu qua cetera) pro eo quod antea neſcio per quem errorem ſcriptum erat* quindecim, *conſentitque Epitaphium ſecundum, numerans* dies XVIII: *& omnino ſequitur ex die* 2 *Februarii, Purificationis feſto, quo natam Columbam habemus num.* 1. *Leander tamen, exemplar necdum correctum ſecutus,* quindecim *ſcripſit, & ceteros hic poſt ſe in errorem traxit: à quorum nemine initam fuiſſe rationem temporis, ut viderent inter* 2 *&* 20 *plus quam* 15 *intercedere, mirum ſane eſt.*

A. SEBAST. CONSESS. EX MS.

CAPUT XXII.

Exequiæ, inſpectio corporis, ſepultura.

CAP. LX

213 BEda teſte mos apud Chriſtianos obtinuit, ut mortui qui reſurrecturi non dubitantur, Dormientes vocentur, eo quod in Domino requieſcunt & reſurgent regnaturi. Corpuſculum autem, quod Virgo ipſa ſuprema caritate Chriſto litaverat, diſcretioni ſui ſenioris dimiſerat. Ideo quantocius expiraſſet, vocatus ſenex affuit, ferens flores roſarum, thura & aquas boni odoris: & circumſtantibus omnibus Virginibus ac Sororibus multiſque venerandis matronis ac dominabus, cum candelis albatis accenſis in manibus, & orantibus, videns quaſi obdormientis corpuſculum, tenentis ſtricta manu Crucifixum, genuflexus clamavit ſuperundantibus lacrymis: Laus Deo: laus Deo; laus Deo: quia perveneris, filia benedicta, ad regnum Dei; filia ſancta, & ſponſa Jeſu Chriſti, quæ jam tranſieris in Reginam; aſperſitque eam ac benedixit. Et narrante Confeſſore optimum finem, ultra quam credi poſſit congaudens, piis lacrymis declaravit. Cor namque ingenti perfuſum gaudio dulces per oculos ſtillat guttas, & lacrymamur devote gaudentes. Quod de Apoſtolo Petro fertur, quia quando dulcedinis, locutionis, & potentiæ *a* Domini memor erat, præ nimia amoris ſuavitate lacrymas continere non poterat. Itidem ipſe cum duobus aliis Confeſſoribus & venerabili Prioriſſa, nec non ejuſdem Virginis genitrice, ſicut pia Virgo indixerat, nudaverunt corpuſculum: ita videlicet, quod jubente ſene genitrix ejus & Prioriſſa cooperuerint linteo prius inferiores partes; demum ipſe manibus propriis diviſit veſtes & aperuit. Et viderunt omnes cremium holocauſti, tamquam corpus antiquæ imaginis Crucifixi, involutum cilicio & accinctum ferro, & catenulas pendentes à collo in tranſverſum pectoris. Quod non ſolum muliebris *b* corporis pectus non habuerit aut veſtigium, verum parum omnino humani corporis: in quo omnia oſſa poſſent numerari, quaſi involuta telâ bombyceâ.

214 Stupuit ſenex, admiratus ſapientiam Dei in compoſitione corporis humani: & ſoluto baltheo ferreo, quod etiam renibus hærebat, lavit corpus citra linteum aquis odoriferis; ultra vero lavit Prioriſſa cum ſuis matronis: & thure ipſe perfumavit, ac genuflexus à parte capitis oſculatus eſt pectus; & induerunt veſtimentis, cingentes zona cum *c* oſſe cervi, ſicut petierat; ponentes Crucem in manu ejus & lilium: impoſuitque capiti ſertum rubentium roſarum, fulcitum floribus ſpici, cum floribus lauri & *d* mirtæ. Et [juſſit ut] extenſum funus ſupra menſam deferretur in oratorium. Quo præveniens ſenex, orabat alternatim ante altare cum Sororibus Pſalmo, Laudate. Cum autem deveniſſent ad illud, Omnis *e* ſpiritus laudet Dominum, contigit ut inferretur funeris corpuſculum. Quod ante altare aqua benedicta aſperſum ac roſis, thure perfumatum Cruceque ſignatum, dimiſit, Sacerdote una cum Sororibus Pſalterium reſumentibus. Fuit autem corpus in oratorio, ut præfertur, tota die Aſcenſionis Domini cum debitis luminibus & orationibus, in magna frequentia virorum ac mulierum. Viderunt omnes & Magiſtratus & Nobiles utriuſque ſexus corpuſculum, facie quidem pulchra & manibus pariter & pedibus, reſiduum vero quaſi cremium: & in renibus pellis incalluerat quaſi collum bovis jugo [aſſueti] propter flagella, cunctis ſtupentibus ſuper tolerantiam ejus.

Advocatus auctor

B

a

nudatum corpus

b

lavari curat, & habitu Ordinis indutum

C

c

d

e

deferri ad oratorium Sororum:

215 Primo mane poſt Aſcenſionem Domini, facto ſigno, juxta ritum ſanctæ Religionis, convenit ad eccleſiam noſtram omnis populus. Senex poſuerat corpus ſuper feretrum novum, in quo nullus poſitus fuerat, ornatum purpura & auro ac imaginibus Sororum, quaſi ſponſam Reginam in habitu ſui Ordinis, ut præfertur. Hora autem diei *f* tertia, omnis Clerus inceſſit illuc proceſſionaliter, cum cereis & candelis, de publico ærario comparatis, ſequente Magiſtratu populi ac Primatu magnaque populi frequentia. Tulerunt inde corpus ad eccleſiam, portantibus feretrum Primatibus, & *g* baldachinum Collegio Doctorum, ſequentibus Sororibus immediate. Cum autem valvis appropinquaſſent, impletum eſt eulogium & irrefragabile vaticinium, quod prædixerat: Facietis feſtum poſt feſtum, aquis ſuperundantibus, quaſi fluvius de nubibus. Sic etiam de S. Stephano legimus, hora qua illius Reliquiæ poſt tricenos annos in Sion transferrentur, pluviam *h* magnam deſcendiſſe: nam & ipſa noſtra eccleſia baptiſmalis eſt, & tituli ipſius ſtrenui *i* Protomartyris. Poſito igitur venerando corpore ante majus altare, ſub magno apparatu luminum, ſenex cantavit Miſſam: & unus alius, ſacræ Theologiæ Profeſſor & Prædicator egregius ejuſdem Conventus, concionatus eſt declamatorie de laudibus B. Columbæ Virginis, in magno ſpectaculo, cum beneplacito omnium & gratia. Et Miſſa completa, proſecutus eſt ſenex Officium funeris, non ſine lacrymis *k*. Dilatum fuit Officium ſepulturæ ad quartam *l* diem, nec potuit corpus humari, inſtante maximo concurſu virorum ac mulierum civitatis & comitatus ac circumſtantium urbium, oſculari volentium manus & pedes ipſius beatæ Virginis Columbæ, ac ſuffragia invocantium. Et cum fuiſſet frequentius & abunde reſperſa roſis, ſumma veneratione pro Reliquiis colligebantur. Et aſtante diligenti cuſtodia Sacerdotum ſpectabiliumque civium die & nocte, nihilominus non poterant cuſtodiri veſtes illius à raptu; inſtantibus perinde turbis cum ſignetis, panniculis & Pater-noſtris pro contactu venerandi corporis. Fuit quidem facies illius jugiter roſea, & labia erant rubentia: digiti & brachia, collum & crura, & alia membra, ſimiliter ad motum habilia, ac boni odoris, ita ut nonnulli ſuſpicarentur quod vivens pateretur extaſim.

D

unde poſtridie effertur ad parochiam,

f

g

non ſine pluvia quã prædixerat;

h

i

E

ibi de laudibus ejus habetur oratio,

k

l

& magnus fit concurſus toto triduo.

216 Reverentiæ memor reverendus *m* ſenex ac debiti cultus theſauri crediti, convocatis pluribus Sacerdotibus, die ſabbati, admiſſo quodam peritiſſimo phyſico, Doctore egregio, præfatæ Virginis devoto, piæ decrevit ipſum venerandum corpus aromatibus condire: nec abs re. Nam in Geneſi legitur, Joſeph filius Rachel, ſuis medicis præcepiſſe ut aromatibus patrem ſuum Jacob condirent: ac de ipſo Joſeph ſcriptum eſt, & conditus aromatibus repoſitus eſt in loculo: quodque magis aſtruit, etiam in Euangelio dicitur, Emerunt aromata ut venientes ungerent Jeſum: & rurſus: Acceperunt ergo corpus Jeſu & ligaverunt eum linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Judæis ſepelire. Legitur ſimiliter, Marcellum & Apuleum corpus ſancti Petri Apoſtoli lavaſſe vino & lacte, ac aromatibus condiviſſe: & Maximillam Chriſto amabilem corpus S. Andreæ Apoſtoli optimo loco cum aromatibus ſepeliviſſe: nec non & ſacrum corpus S. Agathæ aromatibus conditum in ſepulchro novo Chriſtianos poſuiſſe: & Rectores Tifernates balſamantes corpus B. Margaritæ, noſtræ provinciæ, ejuſdem profeſſionis & habitus de pœnitentia B. Dominici, invenerunt in canna cordis quoſdam lapides, mirabilibus Sanctorum figuris *n* inſignitos, & ſuper unum quaſi ſculpta quædam albiſſima columba erat;

CAP. LXI

m

F

Sabbato condiendum aromatibus corpus

Gen. 50, 2, & 26

Mar. 16, 1

Joa. 19, 40

n

erat : & reor illam utique hanc mente prævidiſſe.

aperitur in pectore ſicut ipſa prædixerat,

217 Veſpere igitur ſublatum corpus de medio multitudinis intulerunt ſacriſtiæ, clauſis ſtatim januis : & depoſuerunt illud ſuper menſam. Et opportune deferentes honeſtati, exuerunt illud veſtimentis; & horrentes culpam necis, circumſpexerunt corpus : & quatriduani *o* ſigna probantes, feſtinaverunt expeditionem. Idcirco egregius Magiſter phyſicus dixit : Cogitaveram aperire corpus à tergo ; ſed inſtrumenta non ſuppetunt, & importunum vulgus inſtat : ideo expedit magis aperire pectus. Illico ſenex, memor verbi quod Virgo ipſa prædixerat, reſpondit : Utique, egregie Doctor, aperite pectus : quoniam ſic pia ipſa Virgo prædixit : Hinc ad quinque dies aperietur pectus. Quo facto depoſuit ſeorſum in vaſe novo væcordia, & omnia inteſtina. Et vivit Jeſus Chriſtus, quoniam omnia erant aëre tantummodo plena, & invenimus ſolummodo modicum liquoris in ſtomacho, tantumdem aquæ in veſica, & parumper luti quod reſidebat in fundo alvi : quod ipſe peritiſſimus Magiſter anatomiſta digitis levavit, & dedit in palma ſeni. Et dum corpus reſcinderetur, unus ex Sacerdotibus viſus fuit horrere, delaniatu videlicet vel odore : Cui Magiſter phyſicus, Eſt, inquit, ſuus naturalis odor, Pater. Senex vero intentis oculis obſervabat cor, quoniam circa illud invenerant ſanguinem, fluidum, vividum, clarum, & purum, ac ſi puncto tunc jugulo viventis columbæ vivus fluxiſſet : quia Theophilo *p* teſte, ſanguinem de corpore extincto manare miraculoſum eſt. Cor erat quaſi marſupium cereum, tenax & aridum, intus vacuum. Cujus myſterii aliam pro nunc neſcio cauſam, niſi quod potuerit veraciter dixiſſe; Factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcens in medio ventris mei : & iterum, Aruit tamquam teſta virtus mea. Et arbitror ex vehementia affectus caritatis Dei proveniſſe, quod in ſuis meditationibus potuiſſemus conjecturaſſe. Ipſum venerandum cor corpori introcluſimus, totumque myrrha & aloë ac pretioſis aromatibus condivimus, & ſupra caput & corpus ipſum effudi plenum vaſculum puri olei ſpicati, quo numquam uſus fueram; linitumque involvi veſtimentis ſuis, & in loculo novo de lignis abiectinis recondidi, claviſque firmaveram.

& inteſtina fere vacua eximuntur,

Ita loculo clauſum corpus,

218 Sed noviſſime ſupervenerant quidam ſacræ Theologiæ Profeſſores noſtri Ordinis, quos ipſa pie adoptaverat in advocationis filios, qui erant flentes præ foribus : quibus Chriſti Virgo à diu prædixerat, quod ſuo funeri etiam interfuiſſent. Nec non & nobiles quidam cives convenerant, præſtolantes ipſam exanimem venerari, cui fuerant devotione juncti, & ſimiliter ſanctimoniales quædam : quos propter turbam introduximus per poſticum. Aperuimus itaque loculum, nec faciliter, & videndam conceſſimus : ac junioribus noſtris porrigentibus, duos lateres capiti ejus ſuppoſuimus, ſicut mihi indixerat, quod perplexus tumultibus ſecus feceram. Reverenter igitur omnes, nec quiſque aromatum nidorem horruit, ſed genuflexi oravimus ipſam, habitum de pœnitentia veſtitam, zona cinctam, velato capite floribus redimitam, Cruce munitam ac pater-noſtris & liliis, oſculatiſque manibus demiſimus : & omnibus aſtantibus tandem videntibus, clavis ferreis firmiter clauſimus : dicto denique Completorio, Prior conventus celebravit ſolemniter Officium ſepulturæ, non in modica frequentia populi utriuſque ſexus. Foderant ad nutum [ejus] ſub ſcabello ſui ſacri altaris S. Catherinæ Senenſis, in medio eccleſiæ, ubi olim ſtrata fuerant firmiſſima fundamenta turris mediæ ipſius eccleſiæ, de vivis lapidibus ac tenaci cæmento : ideoque ferro & ſcalpellis, importuniſque admodum viribus hominum, foveam in altum deſcendere laboravimus. Liquet equidem profecto quod columba in petra nidificet & turri, qui eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus : & de illo ſcriptum eſt, Poſuit eum in monumentum quod erat exciſum de petra ; & Turris fortiſſima nomen Domini, ad quam confugiet juſtus & ſalvabitur. Humavimus denique ibidem cunctis videntibus loculum ipſius venerandi corporis, & lapidibus vivis ſepulcrum obſtruximus : ubi etiam veneratur & caute cuſtoditur, ſicut ſcriptum eſt : Mortua eſt Rachel, & ſepulta eſt in via quæ ducit Bethleem, & erexit Jacob titulum ſuper ſepulcrum ejus. Interpetratur namque Rachel, Videns Deum; Bethleem, Domus panis. Bigitur Columba, videns Deum, ſepulta eſt in via, id eſt ſub ſcabello ad ſanctum altare, ad verum panem qui de cælo deſcendit : ſicut illa in partu, ipſa pariter in fructu bonorum operum terminatur, dum & ipſa pro peccatis populi in holocauſtum crematur. Et Jacob ita *q* Dei dilectus titulum erexit ſupra ſepulcrum ejus. Et hic eſt titulus monumenti B. Columbæ uſque in præſentem diem *r*.

A SEBAST. CONFESS. EX MS. Mar. 15, 46 Prov. 18, 10

Gen. 35, 19.

q

r

ſub imagine etiam ſua

219 Proſtat imago B. Columbæ, figurata decenti quantitate, ſupra menſam ipſam, in qua fuerat venerandum corpus extenſum, dum aromatibus condiretur. Demum hæc duo Epitaphia ſequuntur.

AD LAUDEM DEI ET IESU
ET GLORIAM DOMINI CHRISTI

& duplici Epitaphio

Beata Columba de Pœnitentia S. Dominici, invicta Virgo Chriſti, innocens hic & humilis, patiens, devotiſque prædita exemplis, jam felix fulget in excelſis, inter Angelicos choros æthereis redimita roſis : Peruſiamque urbem inclitam, quam ſua præſentia claram fecerat, apud Deum advocatione protegit, ſuiſque piis Reliquiis ditat.

Optimæ Virgini ac benemerenti
F. S. P. Magiſter.

220 Virtute comite, Divo Dominico duce, Virgo Columba, A Deo Opt. Max. die quo Jeſus opimis ſpoliis ad Superos rediit immortali gloria donata. Tuæ igitur Peruſinæ urbi fer opem.

Vix. An. XXXIII. men. III. dieb. XVIII *s*
Obiit An. ſalut. M. D. I. XIII Kal. Junias
F. B. F.

s

CAP. LXII

221 Atteſtantur titulo ac ſanctitati B. Columbæ quædam authenticæ revelationes ; & in primis Nobilis ac clariſſimæ Virginis B. Oſannæ de Mantua Ordinis de pœnitentia ſancti Dominici, quod etiam vulgatum ferunt publicis regiſtris, XII Capitulo primi tractatus *t* ſuæ Legendæ, ubi ſic dicit : Nunc volo vobis dicere de Matre noſtra, beata Sorore Columba, totum illud quod ego vidi. O bone Jeſu, ante feſtum Pentecoſtes ſurgente aurora, me orante, ego vidi Sororem Virginem, indutam habitu noſtro, cum duabus coronis in capite valde reſplendentibus : quam comitabantur Epiſcopi multi in Epiſcopali habitu, qui cum magno ordine devotoque inceſſu gradiebantur. Cumque propius acceſſiſſet ipſa ſacra Virgo, ſtetit coram me, & aſpectu admodum Angelico mihi annuit, intuitu quodam amabili valde; ac flexo capite ſalutavit, atque dixit : O cara Soror, diſponas te & eſto parata : quoniam cito poſt me ſequeris, & veniens recipies immortalia præmia æternæ vitæ, quæ ſunt & vobis parata à noſtro fideliſſimo ſponſo Jeſu Chriſto, ad quem nunc cum hac ſacra comitiva vado. Quo dicto ipſa Chriſti Virgo B. Columba, cum omni illa ſocietate, quo præfertur ordine, gradiebatur. Etiam, Tractatu ſecundo capitulo LXXIIII, B. Oſanna dixit, O in Chriſto fili, ipſa Mater Soror Columba præeminet magna ſanctitate in paradiſo. Cui ille : Mater, vidiſtiſne eam poſt

F

t

B. Oſanna narrat bis ſibi viſam B. Columbam,

à qua fuerit præmonita de morte ſua:

denuo ſpectandum exhibetur,

& ſub ſcabello altaris S. Catharinæ Senenſis ſepelitur,

B

C

eodem ſupervenientibus pluribus reſerato,

p

ex corde autem arido manat vivus ſanguis. Pſ. 21, 15, & 16

A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

post illius obitum ; Utique, inquit, ad minus bis. Hæc, ut præfertur, ipsa clara Virgo Osanna de B. Columba revelavit: in quibus duo mens mea præponderat, quoniam videlicet duabus fulgentibus coronis resplendeat, eamque comitetur Pontificatus. Equidem de corona Virginitatis scio, & veridicus testis sum : Martyrii vero non parum præsumimus, quia in ea fuerunt indicia multa, & præcipue quia se cremium dederit pro Dei caritate & proximi, ideoque etiam invictam in titulo diximus.

vidisse cum duplici corona

u Quod autem in Episcopali habitu u omnis illius comitiva fuerit, arbitror quoniam habuerit semper Sacerdotes in maxima veneratione, volueritque sub pedibus eorum suum corpus deponi. Comminiscor, eam frequentius iteratoque dixisse, Beati vos Sacerdotes. Rursus quia & Pontificum etiam summorum, nec non & Ecclesiasticę Curiæ indefessa semper fuerit ancilla, & pro eis humillime advocaverit, ideo ad beatitudinem sacra ipsa, sacros Pontificaliter habuisse [duces debuit] Sacerdotes ; ut quos clientulos habuit, habeat quandoque relatores, præcones, & testes.

in comitatu Episcoporum.

x 222 Est præterea Ferrariæ quædam clara x Virgo, matrona integerrima magni monasterii Ordinis de pœnitentia S. Dominici : & quoniam degit adhuc in hac vita mortali, malui de probitate ejus & sanctitate differre. Nec obstat : quoniam quæ dixit secus esse non potuerunt, utique revelante Deo. Nam ferunt, quod ipsa die Ascentionis Domini, quo aurora præcedente B. Columba obdormierat in Christo, Illustrissimus tunc Dux y Ferrariæ, devotus senex præfatæ Sanctimonialis, videlicet Sororis Luciæ de Narnia ejusdem professionis de pœnitentia, accesserat ad ecclesiam sui monasterii audire divina : quibus expletis astitit ipsi venerandæ Sanctimoniali : Quæ cum quadam mera ac permixta lætitia congaudens, dixit ei : Noveritis, Illustrissime Dux, claram Virginem beatamque Matrem meam, Sororem Columbam, hac ipsa die cælos ascendisse cum Christo. Cumque de re ipsa percunctasset Dux; iterato respondit : Sciatis pro certo quoniam sic est. Qui accito Cancellario, & notato die, ac facta diligentia, invenit de facto ita fuisse : obieritque ipsa die. Quod postmodum nobiscum collætantes retulerunt duo venerandi Sacerdotes, non minus in laudem revelantis, quam in commendationem B. Columbæ.

B *similiter B. Luciæ Narniensi*

videtur in hora sui exitus.

y

C 223 Inniti possumus etiam quibusdam signis & argumentis, quoniam scriptum est, Dedisti metuentibus te significationem. Non solum enim Deus infundendo interius lumen, per quod homo cognoscit ; sed etiam per sensibiles creaturas suæ sapientiæ signa exteriora proponit, nec incongrue quidem & ipsi sexagenario, Christi caritate ferventi, in diligentia curæ præfatæ Virginis. Si præterea testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est. Igitur quia dies sancta sabbati requiei est & triumphi, sicut ipsius diei Missa probat; in qua, sicut præfertur, dum in oratione Dominica cantaretur, Sanctificetur nomen tuum, liquor cremii faculæ dealbatæ benedictæ, quæ à dextris eminebat in altari, nullo visibiliter tangente, effusus est supra dictiones ipsas, Sanctificetur nomen tuum, in Missali, neque de cetero Virgo ipsa venit ad Missam in ecclesia. Hoc argumento liquet, nomen ejus sanctificandum, quod etiam Angeli in nativitate prędixerant, Nolite tangere quousque discedemus (quod simile est huic, Neminem per viam salutaveritis) sed cum pervenerit ad patriam. Hujus testimonii signum geminatur, dum in fine ejusdem Missæ primitia rosarum rubentium ei consequenter offertur, tamquam ipse æternus Sponsus annuerit; Surge; propera, amica mea, columba mea, formosa mea, & veni: jam enim hiems transiit, imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra.

Psal. 59, 6 *Explicat auctor etiæ alia signa mortem pręgressa,*

de cereo super Missale stillanti,

fasciculo rosarum ipsi oblato,

D

224 Est rursus & aliud signum admirabile non minus, quod apparuit (sicut narratur) etiam in Missa in Rogationibus, quia ad Pax Domini sit semper vobiscum, dum supra Calicem Sacramenti figuraret ex more cum parte Hostiæ signum Crucis, quædam particula, absque manibus abscissa, à sinistra in dextram mergeretur vini Sacramento : quasi expresse daretur intelligi, quod jam divina vocatione de hac vita transiret ad patriâ felicitatis æterni Sponsi, quem tandem vocantem secuta est suo transitu. Portiones namque Sacramenti, quæ in sinistra Sacerdotis servantur, militantis sanctæ Ecclesiæ peregrinos significant, & eos qui jam sunt in purgatorio ; pars vero quę à sinistris ad dexteram Sacramento sanguinis Christi immergitur, triumphantis Ecclesiæ filios significat, qui videlicet ad ubertatem gloriæ Dei transferuntur, sicut scriptum est, Læva eis sub capite meo, dextera illius amplexabitur me : & alibi, Inebriabuntur ab ubertate Domus Dei. Argumentum prorsus magnæ evidentiæ, quod Virginem ipsam suus æternus Sponsus introduxerit in cellam vinariam.

particula Hostiæ ultro Calici immersa,

Cant. 2, 6

Psal. 35, 9

E

225 Reliquum est etiam evidens signum facti, quia scriptum est, Ubi Congregati sunt duo vel tres in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Cum igitur exanime corpus ejus de tugurio inferretur per portam oratorii ad altare, illico chorus Virginum, quæ Psalmos Laudate absque superstitione alternatim vocabant, ipsam ultimam Psalterii particulam dicebant, videlicet, Omnis spiritus laudet Dominum: quæ, teste S. Augustino, vox vitæ æternæ est. Tria quidem sunt sonorum genera : fit enim sonus voce, ut per chorum; flatu, ut per tibias ; pulsu, ut per citharam. Hæc omnia ad hymnos nuptiales pertinent, quando traducitur sponsa in domum sponsi, in cælestem scilicet Hierusalem; & per similitudines, non proprietates, referuntur ad laudem Dei in Sanctis ejus : ideoque, ne putemus ibi cymbala sine anima intelligi, additur, Laudate eum in cymbalis jubilationis. Est enim jubilatio ineffabilis laus, quæ non nisi ab anima proficiscitur : unde bene subditur, Omnis spiritus laudet Dominum, qui non nisi spiritualiter laudandus est. Igitur de medio chori æternus ipse Sponsus annuit, Omnis spiritus laudet Dominum ; ut manifeste daretur intelligi, totam cælestis Hierusalem curiam immensa tunc lætitia exultare & congratulari, ad quam etiam nos conducat, qui est benedictus in secula seculorum. Amen. Amen.

Matth. 18, 20

illatoque corpore dum caneretur omnis Spiritus laudet Dominum.

F

ANNOTATA.

a *Scriptum erat*, pœnitentiæ.

b *Deficientibus scilicet uberibus, quæ verosimile est numquam* Columbæ *provenisse, propter admirabilem illam alimenti congrui abstinentiam, quam exorsa fuerat fere ante initium pubertatis.*

c *Leander vertit*, induerunt eam habitu tertii Ordinis : *sed nescio quid eo faciat* os cervi, *nisi fibulæ circulus ex ea materia fuisse concipiatur.*

d Mirta, *aliis passim terminatione masculina* Mirto, *aut diminutive* Mortella, *Græcis ac Latinis* Myrtus.

e *Ergo sub finem Laudum Matutinarum.*

f *An hora Tertiarum ? an vero necdum assumpserant Perusini illum nunc tota Italia receptum incommodissimum morem, & omnium per Europam nationum aliarum consensu damnatum, auspicandi horas ab occasu solis ? & adhuc, ut olim, distinguebant diurnas horas à nocturnis, & illas cum aurora ordiebantur ?*

g Baldachinum, *umbella quadrata ex panno, super quatuor*

A *quatuor haſtilia, ad quatuor angulos fixo.*

h *Vide Surium* 3 *Auguſti ſub finem hiſtoriæ, ubi dicitur,* Jugis & infinita ſiccitas erat, ſed eadem hora pluvia magna deſcendit, & abundanter inebriata eſt terra.

i *Eccleſia Prædicatorum, haud valde remota ab oratorio monaſterii, tunc quidem vulgatius S. Dominici dicebatur, tamen etiam ſub nomine S. Stephani conſecrata erat ut dicitur num.* 230: *quæ autem ſub eodem nomine nunc habetur eccleſia parochialis Peruſiæ, ad oppoſitum plane civitatis partem ac Portam S. Suſannæ pertinet.*

k *Addit Baleſtra, ex depoſitione Teſtis* 70 *in Proceſſu, quod, dum corpus expoſitum in templo ſtaret, columba advolans, poſt gyros aliquot, capiti ejus aſſederit, nec receſſerit, prius quam ferendum eſſet ad ſepulturam: idem antea etiam Albertus ſcripſerat.*

l *Id eſt uſque in feriam* 2 *ſequentem: interim autem geſta ſunt quæ ſequuntur de exenteratione corporis.*

m *Notabilis valde eſt* Senis, *id eſt* Auctoris *noſtri primaria auctoritas in omnibus quæ ſepulturam Beatæ ſpectant, ac rurſum in aliis eam ſecutis: ut non ſolum Magiſterii gradu, ſed etiam ætate tunc videatur ceteros præceſſiſſe.*

B n *Vide* 13 *Aprilis in Vita num.* 7 *ubi dicuntur inventi* tres lapides, quaſi ſculpti globi meſpilorum magnitudine, in quibus imaguncula quædam, Chriſti nativitatem cum beata Virgine ac præſepe, nec non S. Joſephum cum alba colomba repræſentantes, inſpiciebantur.

o *Id eſt, corporis quartum jam diem mortui: quod videtur addi propter eos qui ſuſpicabantur non eſſe mortuam, ſed ſolum raptam in extaſi.*

p *Hic eſt* Theophilus Protoſpatarius, *cujus* libros 5 de fabrica humani corporis *Iunius Paulus Patavinus in Latinum ſermonem tranſtulit; eſtque credibile in Italia multo prius excuſos libros iſtos fuiſſe, etſi Gneſnerus in Bibliotheca ſolum meminerit editionis Peruſinæ factæ an.* 1540.

q Jacobitæ *namque per totam Franciam dicuntur Prædicatores, à platea S. Iacobi, in qua eſt præcipuum eorum monaſterium, quod hic in rem ſuam trahit Auctor.*

r *Quod ſequitur, inſertum puto ab eo, qui ſecundum Epitaphium compoſuit, Prior forſitan ipſius conventus, infra notatus litteris F. B. F, forte legendis,* Frater Bartholomæus Florentinus, *vel potius,* Fecit.

s *Mixor quomodo Baleſtra hæc duo referat per modum*
C *unius Epitaphii, quodque ſcribat dies XV, quaſi ibi ita legerit; cum dies nativitatis exigat XVIII, & hic numerus habeatur in Ms. quod ipſemet vidiſſe potuit, non jam poſt lituram prioris numeri, ſed ab initio clare & diſtincte ac ſolus ſcriptus.*

t *Obiit* Oſanna *anno* 1505 18 *Iunii, quo eodem anno die* 19 *Novembris Mediolani abſoluta fuit impreſſio Legendæ ejus Latinæ, jam ante mortem ferme prælo paratæ, quam habemus auctore Fr. Franciſco Silveſtro Ferrarienſi Ordinis Prædicatorum, cum privilegio Franciſci Marchionis Mantuæ, ſignato* 26 *Octobris. Nihil hic de* B. Columba, *loca autem à Fr. Sebaſtiano allegata inveniuntur in Legenda Italica, biennio poſt Latinam impreſſa Mantuæ* 1507, *quam ſimiliter habemus, auctore Fr. Hieronymo Montolivetano, ſicut indicat Leander Alberti,* adoptato in filium ab ipſamet B. Oſanna: *qui quidquid narrat ex certiſſima ſcientia ipſiuſque Beatæ ore habuit.*

u *Quid ſi comitatus ille fuerit Fratrum Prædicatorum, ideo Pontificali in habitu apparentium, quia ex inſtituto ſuo functi ſunt munere prædicandi, quod eſt munus Epiſcopale. Vita Oſannæ nominat abſolute Epiſcopos.*

x *Cum Auctor ipſam mox infra nominet* Luciam de Narnia; *nemo tamen recentiorum ſcriptorum ipſius hic nomen exprimat, videntur ſolo Leandro uſi plerique, nec ſolicite Ms. examinaſſe. Agebat autem hæc in morte* B. Columbæ *annum ætatis* 25, *utpote nata an.* 1476 13 *Decembris, & novi Ferrarienſis monaſterii Fundatrix ac Mater exiſtens, rectius hic* Matrona, *quam ab illis vocatur* Virguncula, A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

y Hercules 1 *ab anno* 1473 *Ferrariæ Dux, uſque ad annum* 1505 *ſuperſtes vixit: quem grandævum fuiſſe oportet, quandoquidem Pariſina ejus mater, anno* 1418 *ducta, an.* 1430 *è vivis ſublata fuerit.*

CAPUT XXIII.

Miracula ad corpus exanime facta. Animæ beatitudo variis modis & locis revelata.

226 FIdeliter aſtruunt ſigna, quæ præmiſimus in pluribus Capitulis; vigeſimo primo videlicet, & ſecundo, ac nono, atque trigeſimo nono, quadrageſimo primo & tertio, & ut melius dicam in omnibus. Ipſa quidem Chriſti Virgo, nobiſcum convivens, dederat ſemper indicia perfectæ virtutis, & potentiſſimus Deus etiam multa ſuis precibus miraculoſe donavit, nec in ejus obitu defecit & jugiter operatur. Quamdiu igitur venerandum corpus illius manſit inhumatum, multi teſtantur ſe conſecutos fuiſſe ſanitatem. Nobilis quidem vir, Ludovicus Orlandini de Monte-ubiano, febre laborabat & dolore capitis etiam pluribus hebdomadis. Conatum fecit illis diebus, & cum multa devotione illuc acceſſit: qui etiam inde ſanus diſceſſit. Spectabilis vir Berardinus Colæ, Aromatarius, civis Peruſinus, conſueverat quatuor annis pati dolorem ſtomachi: & mane Aſcenſionis illuc devote acceſſit, & converſus ad corpus ſe devotius recommiſit, & ſanus ac liber evaſit. Bartholomæus Franciſci cognomento Roſcio, ejuſdem urbis & Portæ Eburneæ, audiens quod Virgo ipſa obierit, interrogavit ſi faceret miracula. Et ſibi reſponſum fuerat quod ſic: ipſe tamen dubius nutabat. Fuerat quidem tribus annis ita doloribus oppreſſus quod ambulare nequiverat: cui B. Columba pulcherrima apparuit, & ipſe illico ſe devotiſſime recommiſit, & conſequenter liberatus eſt. Cujuſdam Joannis Ser-Petri civis Peruſini ancilla, eo tempore graviſſime laborabat apoſtemate pleuris: vovitque B. Columbæ, & ſtatim liberata eſt. Similiter per idem tempus ancilla, cujuſdam cognominatæ la Perna, eodem morbo laborabat, & facto voto curata eſt. c. LXIII *expoſito in eccleſia corpore ſanantur.* E *dolor capitis* *& ſtomachi* *triennalis impotentia gradiendi.* *pleuritis.*

F

227 Honorabilis quædam mulier, Lionora Angeli de Martellinis, fuerat multis diebus febrem paſſa, & dolorem ſtomachi: pro qua voverunt B. Columbæ ſui honorari filii: qui voti compotes cereum ſimulacrum appenderunt Reliquiis B. Columbæ. Innocentia Angeli Mei de la Nonna, Portæ S. Petri, maleficiis faſcinata, ut nec valeret loqui, neque manibus operari, & fuiſſet tota ſtupida; facto voto, continuo liberata eſt. Venerabilis mulier Lucretia Petri Soccii, mortuis pluribus de ſua familia morbo, tandem ipſam & etiam incidit in idem. Quæ ut audivit quod B. Columba obierat, ſe ei devote recommiſit, & liberata eſt. Mulier, Pellina nomine, uxor cujuſdam Angeli, caſu guttæ viginti duabus horis mutuerat: facto voto curata eſt. Filius cujuſdam Guidonis in extremis laborabat: emiſſo voto liberatus eſt. Franciſcus Simonis Anſidei acriter peſte percuſſus, una cum Berardina genitrice ſe B. Columbæ devote recommiſit, & ſtatim ſanatus eſt. Filia cujuſdam Berardini Scachiaſſi & Lucretiæ, civium Peruſiæ, patiebatur fiſtulam horribilem à parte poſteriori, abominabilis fœtoris, venti, & materiæ, neque poterat curari diligentia medicorum: B. Columbâ præſenti vitâ functâ, illa devote acceſſit ad corpus ejus & oravit: ac ſuis manibus reverenter *febris.* *maleficium.* *& alii plures gravis morbi.* *item horribilis fiſtula.*

A. SEBAST. CONFESS. EX MS.

verenter tetigit: & acceptis de rosis respersis potuit caute super fistulam, ac ceream imaginem sui vovit, & consequenter liberata est. Eorum filius domum rediit cum magnis febribus & glandulis in *a* submuntoriis brachiorum: invocaverunt B. Columbam, & liberatus est.

& pestilens febris.

a

228 Cujusdam Felicis dallé Corde filius patiebatur in gutture apostema ad instar unius panis: quod judicio cerusicorum debuisset incidi, non sine periculo: accessit, oravit, ac salutem obtinuit. Ejusdem alter filius, superstite B. Columba habuerat tibiam altera breviorem, carne desertam, ita quod non potuerit ambulare. Eam Christi Virgo propriis manibus tetigerat, cum invocatione nominis Jesu Christi, & absque defectu rectus incessit. Cujusdam Sororis de pœnitentia B. Dominici, nomine Felix, filia quæ vocabatur Eusebia, peste percussa sub brachio periclitabatur. Cujus mater misit pro oleo lampadis B. Columbæ, quo eam linivit cum invocatione nominis Jesu Christi, & orabat. Cui Puella dixit: Mater, apparuit mihi Soror B. Columba, & peste fracta evellit quamdam nigram glandulam, nec habeo plus mali. Filius Benedicti de Guidalottis, dum de fenestra suæ domus in præceps rueret, B. Columba ante altare S. Catherinæ in S. Dominico erat: & videns spiritu casum pueri, clamavit apertis brachiis, Adjuva, Adjuva. Qui cum in via cecidisset, caput illæsum servavit, & cito est liberatus. Venerabilis mulier Domina Bonifacia, præfati mater, infirmabatur ad mortem: ad quam cum B. Columba accessisset, potum obtulit, & sanata est. Nurui ejus, uxori Angeli Alberti prægnanti, Christi Virgo prædixit, Paries feminam, habeas patientiam. Bonifacia interveniens dixit, Orate pro ea, ne semper pariat feminas. Cui Virgo respondit: Confidas, quoniam & masculos pariet. Quæ postmodum gemellos genuit.

Quædam adhuc viventis miracula

de curata peste,

lapsa cognito,

B

prole promissa,

229 Filius cujusdam civis Perusini Portæ S. Petri, qui vocatur Joannes Lucæ, ceciderat de equo, capite fracto letaliter, ita ut febre urgente periclitaretur: mater vero pueri lamentabatur. Quod B. Columba percipiens, quoniam erat monasterio contigua, misericordiâ mota illuc accessit. Invento ibidem Sacerdote & patre, dixit, Nolite flere. Da mihi filium hunc tuum: & voto fieri facies S. Catherinæ argenteum caput & tabellam miraculi: quod genitor promisit. Christi Virgo alligavit collo ejus breve S. Vincentii, Super ægros manus imponent, & bene habebunt: atque ingressa monasterium, convocatisque puellis Sororibus suis, cantaverunt Letanias. Illis cantantibus petiit puer patrem, Da mihi bibere. Quo hausto dixit, Mater mea plangit quasi morerer: non moriar. Et cœpit etiam ipse cantare Letanias, & liberatus est. Ejusdem alter filius de fenestra domus cecidit: genitrix B. Columbam invocavit: casu dato puer obdormivit, ita ut extinctum suspicarentur. Post quatuor horas puer apparuit validus: & interroganti genitrici qualiter valeret, respondit: B. Columba manus ad pectus apposuit, & timorem excussit.

vita duobus lapsis servata,

C

Item alia post mortem,

230 Præstans vir Silvester Petri Cecharini laborabat in extremis: tactu catenulæ quam Christi Virgo portaverat supra corpus, emisso voto sanatus est. Cujus nurus stupefactis membris reddebatur immobilis, sed tactu piæ Virginis restaurata est. Filius honorandi viri Francisci Cartolarii, civis Perusini, de quadam scala proruerat: & fracto capite ac discooperto cerebro, invadente febre, multiplicatisque variolis, absolutus *b* erat judicio medicorum: voto emisso ad B. Columbam liberatus est. Donna Rosata, uxor cujusdam Francisci de Cerqueto, civis Perusini, signeta quædam orationis secum ferebat,

b

de curato lapso

quam Coronam dicunt, qua usa fuerat aliquando Christi Virgo. Contigit eamdem immergi fluvio Tiberis, nec diu apparuerat: cumque de illa opinaretur secus, de eodem loco quasi sublevata sospes emersit. Filius Basilii de Deruta & Christophoræ de Berona, cæcus natus quatuor mensium, in ecclesia S. Martini de Eugubio nostri Ordinis, tactus catenula, quam prædiximus, manu Magistri Michaelis de Genua, visum recepit. Quædam persona sæpe opprimebatur à diabolo: cui quidam Reverendus Pater compariens, confisus in Domino, partem Reliquiarum præfatæ Virginis supra personam posuit, & liberata est: hoc authentice habui de Bononia. Hæc quidem manu sui novissimi Confessoris collegi. Quid plura? Rara vel nulla fuit Perusiæ familia, quæ non fuerit experta ejusdem Virginis beneficia. Quot infirmi, quot in adversis perplexi, quot mulieres periclitantes in partu, invocatis suffragiis B. Columbæ convaluerunt, communis plebs est testis, & publica vox & fama. Accuso ego ingratitudinem meam, quoniam perplures mihi narrantes sua miraculosa beneficia patienter audire non potui, undantibus lacrymis præ gaudio; & illa neglexi.

D

liberata submersa.

cæco illuminato

aliisque attactu Reliquiarum adjutis.

E

Alterius ecclesiæ turri imponenda cuspis fundata

231 Est præterea in clarissima civitate Perusiæ in Porta S. Petri magna quædam & pulchra ecclesia, fundata in eminenti loco qui dicitur Castellare, à sanctissimo Domino D. Benedicto Papa XI, *c* sub titulo S. Stephani Protomartyris & S. Dominici, Confessoris Ordinis Prædicatorum, de quo etiam ipse assumptus fuerat; & jam sumptibus publicis est perfecta: quæ à dextris habet turrim campanariam, eminentem ducentis cubitis, ex sculptis lapidibus & vivis. Fueramus igitur erecturi in summo illius *d* aculeam conquadratam, cacuminis de quinquaginta cubitis, in gloriam & titulum sanctissimæ Crucis. Statuta ergo die misimus Confessorem ejus Magistrum Michaelem B. Columbæ, cum vivo ac rubenti lapide, scilicet pro primario, ut videlicet ipsa Christi Virgo signo sanctæ Crucis sua manu oleo liniret. Jam ipsa quidem infirmabatur: quæ piissime annuit, & cereos sacros Agnos obtulit pro fundamento: & dixit, Et ego faciam bene pulsare campanam. Iterato ac me audiente redixit, nullus tamen intellexit, quia vel de prædicatore vel funerali utpote suspicatus fuerim. Opportuno tempore Reverendi Professores conventus, una cum Priore operariisque architectoribus summum ascendentes, mensi fuere extremas quadratæ areæ costas, quamlibet triginta septem cubitorum: qui repetentes medium, lineaverunt fundamenta lateris cujuslibet triginta cubitis, ut ita ex ductu tali numerus consurgeret, qui ad protectionem etiam novem choros *e* Angelorum advocaret. Jecit senex linitum ipsum filicem, manu Virginis signatum, in angulo ad Septemtrionem & sacro Agno munivit. Prosecuti fuere consequenter per Orientem reliquos angulos, ceteri sacræ Theologiæ Professores cum hymnis & laudibus, cæmentariis superædificantibus, ac molem struentibus de vivis lapidibus tabulatam: quam in anno perfectam, vexillo sanctissimæ Crucis in fastigio fecimus munitam.

benedicente Beata,

F

c

d

in qua post quadrienium

232 Post quatuor annos decreverunt præfati Professores cum Conventu, campanam quamdam veterem fractam, heberis etiam soni, in melius refundere molis duorum *f* miliariorum: fuitque solicitudo hæc injuncta seni. Hic denique confisus in Domino suffragiisque B. Columbæ & meritis, arbitratus est amodo veterem refundere: quam nominari voluit Virtutem, ab Angelicis virtutibus: & aliam in duplo majorem expedire, intitularam Claræ Columbæ, juxta illud in nomine tuo laxabo rete.

f

Suffra-

posita sub ejus nomine campana

A Suffragante igitur ipsa sacra Virgine, & annuente Deo optimo, concessis opportunis, facto cultu, fusilque devotis precibus; emersit campana jubileia, quinquaginta centenariis mensurata, pulchra, dulcisona, & perfecta, omnibus gratissima, etiam infantibus, quam ex nostris quidam Glorioſam cognominant. Eam in die g Pentecostes, in medio ecclesiæ, in magno spectaculo Magistratus & populi, nec non & frequentia utriusque sexus, auctoritate pariter & præsentia Reverendi Domini Troyli Balionii, tunc Episcopi Perusini, Senex ipse solenniter & devote *h* baptizavit, sacravit Deo; ac benedicens, Claram Columbam intitulavit: atque super ipsam sacram turrim collocare fecimus, in omni successu prospere ac in fine gaudentes, ad laudem & gloriam Dei viventis & omnium Sanctorum, & ipsius sacratæ ecclesiæ S. Dominici: ecclesiæ videlicet baptismalis, Parochialis tituli S. Stephani, Conventualis, Claustralis, Magistralisque Cathedræ sacræ Theologiæ, atque ad perpetuum nomen B. Columbæ Virginis, quæ nos ditavit suis Reliquiis.

g

h

complet ejus prophetiam.

233 Septimo anno à beata vocatione Virginis, contigit venisse Perusiam Reverendissimum quemdam Antistitem *i*, magna auctoritate & fastu: qui cum voluisset in sua Cathedrali Sacrificiorum offerre primitias, non in alio cantare elegit quam in Missali præfati Reverendi Senis, Demetrio quodam instante. Expedita Missa præfatus Demetrius rediit cum Missali, quod anxius Senex præstolabatur, illudque statim aperuit ad Secreta, si quid immutassent, quoniam prohibuerat. Et videns abrasam ceram inde, ingemuit, dixitque, O Demetrie, quid fecistis? servabatur pro signo magni miraculi. Et casu dicto, & intuens splendere circum, addidit; Opinor istum Reverendissimum, clarum notumque facere nomen beatæ Virginis Columbæ. Celebrato per eumdem Reverendissimum Dominum Festo sanctissimi Corporis Christi in ecclesia nostra, sicut semper à principio consueverat populariter solennizari, quorumdam adversantium pessima suggestione secus attentaverat: ideo in caulam canis urget ovem. Rigore namq; cujusdã subreptitii Brevis, in quo non erat data diei, citatos fecerat Antistes Priorem conventus ac Reverendum Senem: quibus astantibus palam in media ecclesia Cathedrali, indixit seorsum per suum Reverendum Locumtenentem, ecclesiam S. Dominici de facto interdictam, ob quamdam veterem causam decimarum. Impetraverunt tres horas ad probandam innocentiam: quo tempore iterum astantes, probaverunt innoxium fuisse Capitulum: purgata denique omnis contumacia, quodque, si immineret aliqua culpa, non ecclesiæ, sed reatus fuisset Senis: prosequeretur adversus, juxta formam juris. Indixit Antistes Seni silentium, quem culpabat in pluribus; & nutu capitis negantem oppressit censuris, atque stans alta voce execravit mandatis terribilibus: Vadatis, & claudatis statim ecclesiam, quia estis interdicti. Qui surgentes abierunt: & vocatis testibus consequenter clausserunt ecclesiæ valvas vectibus ferreis, ac firmaverunt clavibus. Censura quidem, justa vel injusta, timenda est.

i

B

Postquam Episcopus ex Missali auctoris, signum ceræ abrasit,

& ecclesiam Prædicatorum interdixit:

C

234 Interposuerunt nihilominus Fratres advocatos & procuratores, nobilesque cives & benefactores, suadentes quia absque causa, & extra formam juris, & tantummodo violentia facti, innocentem abdicasset ecclesiam. Cumque nec precibus flecterentur, & aëre sereno abiret; non multum ab urbe discesserat, quod ab Occidente tempestatis procella consurgens, repentinis ac præcipitibus pluvils, turbinis vertigine, ac vehementi flatu nimborum, valvis ipsius nostræ ecclesiæ occurrit, quadam alba columba duce: quæ facto congressu excindit de facto in

hanc clausam subitus turbo duce columba aperuit,

frusta spissa ligna portæ, excussit vectem, & toraliter aditum patefecit, quod adeo cito non potuissent fecisse sexaginta homines. Et furor turbinis magnam quamdam figuram S. Sebastiani, quæ à sinistris in capite ecclesiæ eminebat altari, verso capite deposuit in scabello: & quod fuit mirabilius, imago lateritia & grandis Crucifixi, quæ eminet à dextris juxta introitum ecclesiæ, omnium judicio ac publica voce & fama, erecta cervice habuit deinceps caput magis elevatum: & Columba ipsa in altum à dextris introitus ita se exposuit, quasi omnium observasset adventum. Nocte sequente solarium palatii ipsius Antistitis à quatuor angulis subito ruit, non sine periculo Reverendi Locumtenentis ac casu familiarium. Qui territus, quosdam secretarios examinatores portenti ac miraculi destinavit: quibus approbantibus ut præfertur, cum altero eorum Priorem nostri Conventus cum litteris ad Antistitem direxit, quatenus dignaretur à sui mandati rigore innocentem ecclesiam absolvere.

A SEBAST. CONFESS. EX MS. *S. Sebastiani imaginem evertit,*

ac deinde palatii Episcopalis partem

235 Noluit tamen durus Antistes, quibusdam adversantibus, ac mentientibus Senem sua sagacitate fuisse talia machinatum, & magicis superstitionibus procurasse: quibus libentius annuit; & jussit iterato ipsam ecclesiam quasi interdictam sequestrari. Columba vero ipsa triduo sustinuit, inde discessit: quasi voluerit signo suæ præsentiæ evidentissime promulgasse suæ ecclesiæ innocentiam; quodque fama pariter suæ protectionis & nominis longe lateque clarescceret. Nam ad portentum tanti miraculi, tantus fuit illis diebus concursus hominum & frequentia utriusque sexus civitatis & comitatus & vicinarum urbium, quasi ibidem fuisset venia Jubilæi. Clausa iterum ecclesia, Senex dixit ante valvas: Notate, cives, Sebastia, ipsa est Antiochia, quæ fuit prima sedes Petri. Crucifixus qui manet à dextris Jesus Christus, cujus imaginis caput Papa beatissimus: qui erecto judicio, Sebastianum, ipsum videlicet qui à sinistris est, in loco Petri, abdicabit, in scabello, id est curia, capite verso: ipse cito luet, non ego. Sicut de facto infra *k* annum ad plenum omnibus innotuit. Statimque affuit de Roma præsidium à Reverendissimo Protectore nostro Cardinali Neapolitano, Domino Oliverio Caraffa, & patefacta est ecclesia.

factoque illuc concursu magno,

ruinam Episcopi abactor prædicit.

k

236 Devota Virgo Soror Stephana, de comitatu Perusino, Ordinis de pœnitentia S. Dominici, alumna B. Columbæ, & à piis personis in bona veneratione habita; post obitum ipsius Christi Virginis, ut fertur, passa fuerat plurimas visiones de beatitudine & gloria B. Columbæ. Quadam igitur die misit venerabilem quamdam matronam, Donnam Luciam videlicet Ser Matthæi Coradini, civis Perusini, ad Reverendum Senem, dicens; Pater Reverende, hocte præcedente apparuit mihi venerabilis Mater Columba, pulchra valde & gloriosa, quæ post dulcia quædam colloquia ostendit mihi Paternitatem vestram, quasi intriveritis in alveolo optimum cibum, auro conditum, quem super ignitos carbones confecereris. Ostendit consequenter quod habueritis in manibus octo magnos panes candidos, quos & caritative dispensaretis: rogo igitur largiri dignemini & mihi fructum vestri optimi panis. Senex vero, non intelligens mysterium, subrisit, ejusque dicta neglexit; & matronæ ipsi detulit, ut ei providereret. Pie [deinde] obiit Soror ipsa.

F

Visionem de hujus Vitæ historia cuidam Sorori facta,

237 Parum post contigit novissime duos venerabiles monachos Montis-oliveti quæsiviſſe Reverendum Senem Legendam B. Columbæ. Quibus ipse respondit, illam jam diu compleviſſe sermone Latino, & jam jam lucubraret in calce ejusdem, quam transtuliſſet patrio vulgari: quodque eam non communicasset

intelligit auctor ex numero quinternorum suorum

A.SEBAST. CONSESS. EX MS.

muntcaſſet penuria ſcriptoris. Eiſdem interrogantibus, quanta fuiſſet: Ecce, reſpondit: & numeraverunt octo quinternos. Illico ſenex ingemuit, nec poterat loqui. Memor namque illius oraculi, & ſtatim aperto ſenſu, conſtantior factus, diu præ gaudio lacrymatus eſt. Conſequenter interpretatus eſt oraculum. Cibum videlicet optimum, in alveolo aureo conditum, hiſtoriam ipſam, morali ſermone expreſſam & Latino. Carbones ignitos, præſcriptos Patres veridicos, & in Chriſto zelantes exempla adducta Sanctorum; arbitratus omnino ipſum alveolum (illam enim de qua præfertur pyxidem dictitant noſtri albarellum) fuiſſe, quod ſibi pro medietate Chriſti Virgo *l* promiſerat: qui enim verbo Dei & Sanctorum doctrinis alios reficit, etiam paſcit ſe & impinguat. Octo vero panes magnos & candidos, ſignificant iterato *m* hiſtoriam ipſam, exaratam communi ſtylo & vulgari in octo quinternis. Numerus quidem octo eſt numerus Beatitudinis, qui in ſe ductus in quatuor & ſexaginta conſurgit; qui eſt numerus Capitulorum ejus, quia hoc ultimum *n* bene æqui pollet duobus. Et ipſa devota Virgo Soror Stephana fruſtum ac fractionem ipſius optimi ac candidi petiit: quæ & hanc unam *o* jam à me recepit; utinam aliam, quia pulſans perſeveraverit. Completi *p* ſunt. Deo gratias.

quibus continebatur illa vulgariter reddita.

l

m

n

o

B

P

ANNOTATA.

a Submuntoria, *vel forſitan* Submotoria, *hic videntur dici* Axillæ, *in quibus ſolet ſæpe ſe peſtis prodere, ſicut ad inguina.*

b Abſolutus à medicis, *id eſt* depoſitus: *eo modo quo abſolvi is dicitur, qui dimittitur data venia abeundi.*

c Benedictus XI *anno* 1303 22 *Octobris creatus Pontifex, ſolum menſes* 10 *dies* 15 *Sedem tenuit, defunctus Peruſii* 6 *Iulii ſequentis, & apud Prædicatores ſepultus.*

d Aculea *id eſt, cuſpis, pyramis, obeliſcus; vulgari Italico, per familiarem linguæ illi aphæreſim primæ ſyllabæ,* Guglia.

e *Nempe numerus* Tricenarius, *ter replicatus,* Nonagenarium *conſtituit: ſed quid de quarto latere?*

f Milliarium *intelligit,* mille pondo librarum.

g *Anno* 1505, *quo Paſcha celebratum fuit* 23 *Martii, Pentecoſte incidit in* 11 *Maji.*

C h Baptizari campana *metaphorice dicitur, cum ei ſolenni ritu conſecratæ nomen imponitur: quo de ritu Alcuinus Caroli Magni Magiſter:* Novum videri non debet campanas benedici & ungi, eiſque nomen imponi. *Plura vide in Gloſſario Cangii verbo* Campana.

i *Fuit hic, ut ex infra dicendis apparebit,* Antonius Ferrerius Savonenſis, *anno* 1506 7 *Februarii ab Eccleſia Eugubina ad Peruſinam tranſlatus, & mox Vmbriæ Legatione functus, teſte Vghello, tomo* 1 *Italiæ ſacræ.*

k *Ait enim idem Vghellus, quod Bononienſem Legationem adminiſtrans,* eum impotenter ſe gereret, abutereturque Pontificis (*Iulii II, itidem Saonenſis, ideoque Antonio tam faventis*) patientia, Romam tandem evocatus, in mole Hadriana concluſus, privatuſque conſpectu Pontificis, ac viginti millium ſectatorum pœna mulctatus, brevi dolore tabeſcens, exceſſit è vita anno 1508 12 Auguſti, ſepultuſque eſt apud S. Auguſtinum, in pœnam pervicaciæ omni funerali pompa proſcripta.

l *Vide num.* 98 *ubi Auctori, rem tunc non capienti, Beata fatetur accepiſſe cælitus* Albarellum, plenum refectione optima, quam communicet ipſi pro medietate.

m *Hanc verſionem inter Sanctimonialium manus periiſſe crediderim, cum nemo illius meminerit, nequidem Baleſtra, enumerans quos invenerat Auctores, ſolumque Latinam Legendam nominans.* D

n *Scilicet Capitulum* LXIII, *quod incipit cum hoc noſtro ultimo* XXIII, *& videtur auctum ſucceſſivis additionibus, quæ omnes, incipiendo à num.* 230, *acceſſerint, poſtquam fuit deſcriptum exemplar, quod Leander Albertus interpretatus eſt: utinam vero ſcire poſſemus, quo anno obierit prædicta* Sor. Stephana! *conſequenter ſciremus, quando completa hæc fuerint.*

o *Videtur intelligere ipſam Legendam, ſeu potius fructum inter ſcribendum à ſe collectum, & cum filia ſpirituali communicatum: alteram vero partem, quam eidem optat, conjectare poſſumus ipſam eſſe beatitudinem cæleſtem, octonario numero figuratam.*

p *Subintelligo,* quinterni, *qui in Codice nobis miſſo duodecim numerabantur.*

APPENDIX

De cultu & miraculis B. Columbæ ex Proceſſu Ms. E

Italice excerpta à Ioſepho Baleſtra Lauretano.

238 EMinentiſſimus Coſmus Cardinalis Torres, *anno* MDCXXIV *Epiſcopatu Peruſino donatus ab Vrbano VIII, decimo autem poſt anno tranſlatus ad Archiepiſcopatum Montis-regalis in Sicilia, ſicuti ex Vghello conſtat; dum Peruſiæ reſideret, fabricari fecit Proceſſum de ſanctitate ac miraculis B. Columbæ: qui etiamnum in Archiepiſcopali Archivio ſervatur. Eſt quidem hic pluſquam duplo prolixior Vitâ, id tamen non impediviſſet quo minus eum deſcribendum curaremus, ſi ſperaſſemus dignum impenſæ & operæ pretium. Sed hanc ſpem nobis ſuſtulit Ioſephus Baleſtra, libro* 5 *de Vita Beatæ miracula colligens, quæ ex dicto Proceſſu habere potuit, non admodum multa præter jam relata; multo etiam pauciora ſuggerens addenda factis ante mortem. Quare ſufficere poſſe exiſtimo, ſi quæ ſummatim ille ſuis verbis excerpſit Latine hic reddam. Plenius libenter ea daturus ſi quis laborem ſumere velit excerpendi ipſa juratorum teſtium verba; nec minus libenter additurus recentiora, tum quæ Gregorium Bolognettum ab anno* MDCXXXIX *Epiſcopum Reatinum collegiſſe multa, teſtatur Albertus Fabri in Præfatione ad partem* 2 *Vitæ; tum quæ Peruſini Conventus Patres potuerint colligere, ſi ſubminiſtrentur. Centum ſexaginta ſeptem Teſtes in ordine ad Canonizationem auditos eſſe ſcribit Baleſtra, eoſque ſic numerat,* Doctores XVI, Sacerdotes XI, Nobiles XLVII, Canonici IV, Fratres XIX, Monachæ XX, Cives XXVI, Plebani XXIV. *Quid illi depoſuerint habetur ex articulis inde excerptis, & per cauſæ Procuratorem Romæ (uti videtur) ad probationem oblatis hoc ordine.* F

Ex Proceſſibus hoc ſeculo fabricatis

valde pauca haberi poſſunt. diverſa à jam relatis.

1 Quomodo Virgo Columba nata ſit Reate anno MCCCLXVII, 11 Februarii, ex Catholicis parentibus, legitimo matrimonio, nuncupataque in baptiſmo Angelella, propter Angelos qui apparuerunt ante domum ubi edita in lucem fuerat: poſtea vero dicta Columba, ab ea ave quæ inter baptizandum ſupra caput ejus deſcendit.

Articuli inde excerpti & Romæ propoſiti,

11 Quomodo hæc Beata à ſua pueritia vitam inſtituerit modeſte, prudenter atque devote; in eaque reſplenduerint omnes virtutes, vera fides, ſpes firma, fervens caritas, vigilans prudentia qua omnes dæmonis inſidias declinabat, ineffabilis temperantia, fortitudo in tolerandis adverſis ſibi à Deo immiſſis ſemper invicta, humilitas profundiſſima, obedientia prompta,

de Beatæ virtutibus,

prompta, pœnitentia rigida, excalceatio perpetua, jejunia continua: quodque ad mortem uſque ſolita fuerit corpus affligere diſciplinis, ciliciis, catenis ac circulis ferreis; zelans ſalutem animarum, frequens in ulurpando Euchariſtiæ Sacramento, quod ſæpe ei manibus Angelicis præbebatur, ipſiuſq; Jeſu Chriſti Domini noſtri; ulque eo ut multis etiam annis non alio cibo ſuſtentaretur. A

III Quod illuſtriſſima fuerit dono prophetiæ: extaſeſque ejus frequentiſſimæ ac fere continuæ: quodque divinæ viſiones affatim ei ad ſolatium obvenerint.

profeſſione, IV Quomodo ab anno XIX ætatis ſuæ, qui fuit Chriſti MCCCCLXXXVI, in Dominica Palmarum ſuſceperit Habitum de pœnitentia S. Dominici, per manus R. P. Fr. Thomæ de Fulgineo tunc Prioris Reatini; & anno MCCCCXC ætatis ſuæ XXIII fecerit ſolennem Profeſſionem, inter manus R. P. Fr. Stephani de Vio. Quodque eo tempore æſtimabatur Sancta, & ut talis honorabatur ac celebrabatur; multæque virgunculæ, odore eminentium ejus virtutum illectæ, dimiſſis mundi vanitatibus, ipſam ad Religionem ſint ſecutæ.

B *operibus publicis,* V Quomodo propter famam ſanctitatis ejus Nobilitas & Univerſitas Peruſina ædificari à fundamentis fecerit monaſterium expenſis propriis: in quod ipſa cum ſociabus poſtea ſe recepit, ibique ſanctiſſime vixit. Imo quod multa fuerint impendiis publicis facta ex ſuggeſtione Columbæ, ac nominatim vexillum, quod juſſit circumferri tempore peſtilentiæ; quodque hodiedum defertur pro obtinenda ſerenitate aut pluvia, conſequente deſiderato effectu, ſervaturque in Archivio publico.

VI Quomodo monaſterium, quod hodie Columbarum dicitur, ab ipſa Beata fundatum ſit, ſub nomine S. Catharinæ Senenſis.

miraculis, VII Quomodo etiamnum vivens Beata plurima miracula fuerit operata, ac nominatim peſtem ab urbe Peruſina depulerit, eamque ab inimicis aliiſque calamitatibus ſæpe præſervarit: quæ quidem miracula ſufficienter comprobata reperiuntur per ſcripta publice aſſervata.

accurſu ad funus: VIII Quomodo obierit Peruſiæ anno MDI, receptis ſanctiſſimis Sacramentis, annis expletis triginta tribus, quemadmodum prophetaverat: quodque ſanctiſſimum ejus corpus honoratum fuerit à fidelibus, omnis ſexus & conditionis, turmatim

C accurrentibus, ut ipſum vel viderent vel tangerent, vel etiam de veſtibus præſcinderent aliquid: cum ejus contactu ſanarentur multi, publiceque proclamaretur Sancta: quodque funus factum ſit expenſis publicis, quemadmodum conſtat ex Annalibus urbis.

IX Quomodo, cum ante ſepulturam, aperto ſacro corpore, exempta fuiſſent inteſtina & præcordia, quæ modo ab ejus filiabus devotiſſime aſſervantur in monaſterio, publiceque ibidem exponuntur in feſto S. Catharinæ Senenſis, multus illuc accurrat populus ad eadem veneranda.

honore ſepulcri, X Quomodo ſtatim ad ejus ſepulchrum delata fuerint anathemata, accenſæ lampades, & candelæ, poſitum Epitaphium cum titulo Beatæ ſupra ipſum ſepulchrum, ſicut legitur in Vita Latina, per ejus Confeſſarium ſcripta.

imaginum, XI Quomodo ſtatim ab ejus morte variis in locis viſæ ſint ſculptæ pictæque illius imagines, cum radiis liliiſque & inſcriptione Beatæ, & cum ſanctis Reliquiis ejus: atque inſcriptione B. COLUMBÆ: taleſque etiam poſitæ ſunt in eccleſiis, uti hodiedum videre eſt.

cellæ, XII Quomodo cella Beatæ converſa ſit in Oratorium cum altari, ubi & imago ejus cum radiis ſanctiſque Reliquiis, ad quod celebrantur Miſſæ: quemadmodum etiam fit Reate, ubi eſt imago ejus. EX. ITAL.

XIII Quomodo in eccleſia S. Dominici Peruſiæ eſt tabula altaris, ubi inter alias Sanctas depingitur Beata: atque ad illud altare fiebat Miſſa, donec eccleſia corruit.

catenarum: XIV Quomodo in Proceſſionibus, inſtitui ſolitis prima & ſecunda Dominica cujuſque menſis, ad honorem ſanctiſſimi Roſarii & ſanctiſſimi Nominis Jeſu, Reate in eccleſia S. Dominici, à tempore immemorabili circumferantur catenæ, quibus corpus ſuum flagellabat Sancta: quæque ibidem honorantur velut Reliquiæ.

XV Quomodo ibidem Reate, ipſo die S. Catharinæ Senenſis, benedicatur aqua in honorem prædictæ Sanctæ, deinde immergatur ei ferrum prædictæ catenæ: quæ aqua cum maxima devotione expetitur à fidelibus, & ad miraculoſos effectus plurimos efficax invenitur.

continuato cultu, XVI Quomodo ab ejus morte ad ſepulturam ſemper arſerint lampades duæ: ſicut invenitur in libro ſacriſtiæ S. Dominici Peruſiæ: qui liber nuncupatur Regiſtrum rerum pertinentium ad eccleſiam prædictam, jam inde ab anno MDXLVIII, E folio 24.

XVII Quomodo anno MDXIX facta fuerit campana in honorem B. Columbæ, ac nominata Clara Columba, cum inſcriptione, PATRIÆ LIBERATIONEM &c: in qua ſculpta cernitur columba in cælum ſubvolans: cujus campanæ mentio etiam fit in Vita Latina per Mag. Sebaſtianum ſuum Confeſſarium ſcripta.

XVIII Quomodo ad inſtantiam D. Vincentii Herculani Epiſcopi Peruſini anno MDLXVI, vivæ vocis Oraculo conceſſum ab Apoſtolica Sede fuerit, ut in monaſteriis Columbarum & S. Dominici, die ſui feliciſſimi tranſitus, ad Miſſam & Officium ipſius diei adderetur Commemoratio de Beata; quemadmodum hodie obſervatur.

per annos 146, XIX Quomodo per ſpatium annorum centum & viginti octo, hæc Chriſti ancilla perſeveraverit in opinione ſanctitatis operationeque miraculorum, quemadmodum etiam nunc, decurſis ab ejus obitu annis centum quadraginta ſex.

XX Quomodo continua veneratio Beatæ, tolerata fuerit & approbata à Superioribus & Epiſcopis: ipſique perſonaliter acceſſerint ad honorandas ejus ſanctas Reliquias in die feſto S. Catharinæ Senenſis, F quando illæ publice exponuntur, ſuaque præſentia proceſſiones honoraverint.

cum tolerantia Apoſtolicæ Sedis: XXI Quomodo anno MDCXXV Urbani Papæ VIII decreto ordinatum fuerit, ut ab omnibus ſepulchris perſonarum cum opinione ſanctitatis mortuarum auferrentur anathemata argentea cereaque & votivæ tabellæ: ſed anno MDCXXVII ordinatum declaratumque ea lege non comprehendi Beatam, quemadmodum non comprehendi cenſuerant Eminentiſſimi Cardinales ſacræ Congregationis Sancti Officii; propter diuturnitatem continuati tanto tempore cultus: ſicut patet ex litteris Eminentiſſ. Cardinalis Mellini, ad Epiſcopum Reatinum & Inquiſitores Peruſinum ac Camerinenſem.

XXII Quomodo hæc omnia ſint vera, certa, publica, & notoria, nec ſolum probata voce publicâ & famâ, ſed etiam teſtimoniis fide digniſſimis authenticiſque ſcripturis.

conſtanti fama ſanctitatis, XXIII Quomodo B. Columba ſpatio annorum centum viginti & amplius & per immemorabile tempus ſemper habita, honorata, & adorata fuerit ut Beata & Sancta: quodque imagines, altaria, reliquiæ & cultus, omnia ſuperioribus articulis contenta

ex ital. semper perſeveraverint: & quod ex teſtimoniis examinatis, quorum alii ex memoria propria, alii ex relatu alieno depoſuerunt, nullus penitus deſcrepaverit; ſed in prædictis omnibus conformes fuerint: eademque etiam hodie conſtent publica voce & fama.

& ſcriptoribus vitæ. XXIV Quomodo glorioſa geſta & actus heroici hujus celebris Sanctæ fideliter conſcripta fuerint, non ſolum à modernis hiſtoricis, ſed etiam ab antiquis; non ſolum Ordinis Prædicatorum, ſed etiam aliis: videlicet 1. Leandro Alberti Dominicano, per Opuſculum B. Columbæ dictum, impreſſum anno MDXX. 2. Mag. Sebaſtiano Peruſino Confeſſario Beatæ, per Vitam Latinam, quæ ſervatur in Bibliotheca S. Dominici Peruſiæ. 3. Ambroſio Taëgio, parte tertia Monumentorum Ordinis in Bibliotheca Mediolanenſi. 4. Antonio Luſitano in Chronica anno MD. 5. Seraphino Razzio, in libro de Sanctis ac Beatis Ordinis Prædicatorum. 6. Joanne Lopez, Epiſcopo Monopolitano, in Centuria parte 4. 7. Michaele Pio, de Perſonis illuſtribus Ordinis Prædicatorum part. 1 col. 473. 8. Thoma Porphyrio de Signis eccleſiaſticis lib. 12 cap. 23. 9. Antonio Davroultio Societatis Jeſu, in Catechiſmo
B Hiſtorico cap. 1 text. 58 num. 1. 10. Chronica Conſtitutionum Ordinis Prædicatorum ad annum MD. *Alios ſeptemdecim jam nominatis addit Albertus Fabri, in Syllabo Auctorum præfixo Vitæ, inter quos Fr. Dominici Baglioni liber Ms. anno* MDXLVIII, *aliique partim novi partim antiqui.*

Ex Baleſtra Proceſſibus uſo habetur, 239 *Collecti fuerunt Articuli iſti, ſicut apparet ex fine artic.* XIX *anno* MDCXLVII, *quando Peruſinam Cathedram jam tenebat Horatius Monaldus, ex ceſſione germani ſui Benedicti Cardinalis, facta anno* MDCXLII *: nec ultra ſcitur quidquam promotum in cauſa, quod referri mereretur à tribus, qui poſtea Vitam ſcripſerunt, Italicis Auctoribus. In his prolixior ceteris Baleſtra, hiſtoriam vitæ duobus libris interpolans, uno de eminentibus Columbæ virtutibus, altero de gratiis ei conceſſis, aliud non agit quam retexere quædam ſingularia facta, jam ante narrata vel poſtea narranda, eaque reducere ad certa capita: ex quibus ad ſupplementum ipſius hiſtoriæ hæc pauca addi poſſunt rebus actis in vita.*

de damnis incendii oratione reparatis, 1 Roſati Ciabattæ domus triſti conflagrabat incendio, ſicut depoſuit teſtis XXI: hoc cum intelleC xiſſet Columba, compatiens boni viri damno tanto, in terram ſe proſtravit, multoque cum affectu ſponſum ſuum oravit, ut ejus miſereri ipſique ſuccurrere dignaretur. Res mira! Dum reſtaurantur ædes, allata ſunt illuc (neſcitur à quo vel unde) ligna omnia, conſummandæ fabricæ neceſſaria.

Sanctorum conſortio, II Depoſuit Teſtis LV: quod cum ejus cellulam tranſirent Sorores, ſæpe intra eam audierint, plurium quaſi monacharum voces cum ea pſallentium: nec dubitabant, quin eæ Sanctorum vel Angelorum eſſent, eamdem cum ſponſo ſuo Jeſu viſitantium.

viſa trium Fratrum beatitudine, III Teſtis XIII aſſeruit, quod cum Florentiæ injuſta morte necarentur Fratres, Julianus, Dominicus, & Silveſter, Ordinis Prædicatorum; eodem quo ad furcam ducebantur tempore, viſa ſit Columba amare plangere, velut quæ in ſpiritu cuncta intueretur: mox vero ſerenato vultu præferre haud modicam animi lætitiam, eo quod conſpiceret eorum animas ferri in cælum.

prædictione facta nupturæ puellæ. IV Barnabæa Maſſoletti, prout retulit Teſtis XXI, in eo erat ut in monaſterio ipſius Beatæ Habitum ſuſciperet, ad quam accedens Columba ait: Quid agere intendis, Barnabæa? Reſpondit illa: Monacha fieri. At ego, inquit Columba, pro certo tibi aſſevero quod Monacha numquam eris, ſed maritum accipies: diſplicet autem hoc mihi, ſortieris enim matrimonium inquietum & ærumnis plenum. Nec aliter accidit. Nupta enim puella viro ſuo undecim filias, tres filios peperit; qui omnes patri ſupervixerunt, cum gravamine immodico matris viduæ. D

Poſt mortem Columbæ *Quinto libro Baleſtræ, poſt relata miracula novem, patrata eo tempore quo adhuc in eccleſia Sanctum corpus proſtabat, ſicut ſuperius cap.* 23 *eadem relata leguntur, conſequenter ex proceſſibus hæc ſubjuncta inveniuntur.*

ea invocatâ ſanantur, pedibus impedita, X Soror Dorothea Signorelli, quatuor menſibus affixa lecto, eo quod movere ſeſe non poterat, impedita catarrho, in genua totumque corpus dilapſo; cum omnia medicorum conamina vinci pertinaciâ mali videret; commendavit ſe caræ ſuæ matri Columbæ, ſubitoque ſanata fuit; profeſſa inſuper tres ſingulares, quas nominare nolebat, gratias per ejuſdem interceſſionem accepiſſe.

& moribundus: XI D. Hieronymus Baldelli, Nobilis Peruſinus, ad mortem æger depoſituſque à medicis, poſtquam extrema ſuſcepiſſet Sacramenta, matrem ſuam Portiam miſit ut Beatæ commendaretur; quo facto de lecto ſurrexit è veſtigio ſanus, nec deinceps male habuit.

juvatur puerpera, XII Joanna, uxor Balthaſaris Joachimi Peruſina, inter dolores partus difficilis ad extremum vitæ adducta articulum, jam jam credebatur expiratura, eo quod fœtum monſtroſe complicatum eniti non poſſet: ad ſolam autem invocationem Columbæ egreſſus ille eſt, ſicut erat in ventre, & periculo liberata Joanna remanſit. E

reus abſolvitur, XIII Soror Cleopha Vibii, Peruſina, in monaſterio ipſius Beatæ, ſolicita de quodam ſuo cognato captivo ac mortis reo, cui liberando nulla humanitus ſpes affulgebat; Beatæ cellulam confidenter ingreſſa, ibidem aliquoties flexis genibus ipſam oravit, addito voto, quod ſi vita cognato indulgeretur, ibidem locatura eſſet anathema argenteum ſex ducatorum aureorum: tertio autem captivitatis anno prædictus Nobilis abſolutus crimine, liberque dimiſſus fuit: illa vero exolutura ſe voto, ipſum fecit per occaſionem Jubilæi commutari, & pallium altaris argento phrygiatum obtulit, æſtimationis ducatorum decem.

curatur febris, XIV Soror Benedicta ejuſdem monaſterii Converſa juravit, quod pro ſuo quodam conſanguineo, febri continua laborante, votum fecit, quod ſi ſanaretur, lignea aliquot candelabra facienda curaret ad uſum arulæ intra cellam prædictam conſtitutę: votique rea ipſum fideliter ſolvit.

liberantur & educti ad mortem, XV Soror Thomaſſa Lucæ Bricardi Peruſina, Sanctimonialis ibidem, duobus ſuis nepotibus Peruſiæ captivis capitiſque damnatis conſultum volens, horis aliquam multis produxit orationem in camera Beatæ: cumque educendi eſſent ad mortem, fuerunt illi educti è carcere, & neſcitur quomodo liberati. F

ſanatur peſtis, XVI Anno MDCXXIX menſe Auguſto, ægrotabat ad mortem D. Dionyſius Criſpolti, Nobilis Peruſinus & Doctor medicus, vir eximiæ æſtimationis ac probitatis; hunc puſtulis peſtilentibus coopertum deſperatumque de vita frater ſuus Beatæ commendavit, cumque expiraturus jam crederetur convaluit.

dolor capitis, XVII Soror Maria Laura Platoni, intenſiſſimo capitis dolore cruciata menſes complures, denique facto Beatæ voto ſenſit continuo ſe perſanatam.

& aſthma XVIII Sor. Maria Vincentia Danzetti, undecim annos laboraverat aſthmate tam moleſto, ut lecto decumbere poſſet nunquam, noctuque ac interdiu quietem vix ullam caperet, donec in auxilium advocavit Columbam: tunc enim ſtatim ſana fuit. Eadem collum ſic aliquando dolens, ut affectam partem neque tangere neque movere poſſet; admovens eidem cilicium Sanctæ, remedium tulit.

XIX Hortenſia Peruſina maritum habebat tam difficilem intractabilemque nec non vitioſum, ut impoſ-

impoſſibile videretur diutius eidem commorari: recurrit ergo ad opem à B. Columba petendam, & brevi ſic mutatus ille eſt in virum alium, ut finem nullum facere poſſet Hortenſia, agendis Patronæ ſuæ gratiis.

A *corrigitur maritus intractabilis,*

xx Franciſcus ..... panum ferebat in oculo quo viſus omnis impediebatur; rogavit ergo ſororem ſuam, in ipſo Beatæ monaſterio monacham, ut ſe illius interceſſioni commendaret. Paruit hæc, & duos ex cera oculos in camerula Beatæ appendendos vovit: moxque viſus rediit patienti, qui ex adhibitis remediis omnibus ſemper pejus habuerat. *panus ab oculo tollitur;*

xxi D. Antonius Angelotti Peruſinus, invocando Beatam, diſpulit intolerabilem cephalalgiam, qua uſque ad mortem eruciabatur.

xxii Fabius Badiali Peruſinus, febri maligna correptus, quam puſtulæ aliaque mortifera ſymptomata comitabantur, cum viam ſibi ad mortem piè obeundam muniſſet ſuſceptis Catholicis Sacramentis, à domeſticis eo reductum cernentibus commendatus Beatæ non ſine voto, melius continuo habere cœpit convaluitque. *curantur malignæ*

xxiii D. Armenia della Corgna, inter Nobiles Peruſinas ſpectatiſſima, uxor D. Perſiani Anſidei, gravi detenta febri, per Sororem ſuam in Beatæ cœnobio Monacham ei commendata, haud irritas cecidiſſe ſororias preces experta eſt, exindeque devotiſſima Columbæ manſit. B

xxiv D. Scipio Anſidei, ejuſdem matronæ filius, multis annis difficili cum morbo luctatus, ſubito ſanus effectus eſt, mox atque Beatæ ſe commendavit. *& letales febris:*

xxv D. Hieronymus, filius D. Lucii Baldelli Peruſini, extrema ſucceperat Sacramenta, propter acutam febrim conclamatus. Lugebat ingentem jacturam familia; quando Sor. Maria Victoria della Corgna, ad preces Sor. Dorotheæ Signorelli, Monachæ in ipſo cœnobio Beatæ, uti & prior erat, atque materteræ ipſius infirmi, votum pro eo concepit, & ſubitam illi ſanitatem impetravit.

xxvi D. Doctor Dionyſius Criſpolti, graviter infirmus, Beatæ ſe commendavit; cumque ſequenti mane convenire deberent medici, veſicatoria applicaturi, congeminavit preces: & interius vocem ſibi inſonare audivit, Ne metuas; ipſoque puncto temporis melius habere incipiens, cito integre convaluit. C

xxvii Eâdem interceſſione vitam ſervavit Coſmus Fundini, propter malignitatem febrium ac peſtilentium puſtularum, deſperatus de vita.

xxviii D. Franciſcus Platoni, Medicus Peruſinus, ex oppilatione lienis trigeſimum quintum diem æger, cum quadam ſpecie hydropis ac febri, Sacramenta demum extrema ſuſcepit, quia de vita ejus multum dubitabatur: convaluit tamen mox atque B. Columbam invocavit. *item obſtructio lienis,*

xxix Auguſtinus Marci Antonii Mancini Notarius, cum juramento depoſuit, quod cum mater ſua Ludovica colicis doloribus vehementiſſime torqueretur, quædam amita ſua, Monacha ex monaſterio B. Columbæ, hujus aliquam Reliquiam admovit pectori infirmæ, quæ ſtatim priſtinam ſanitatem recepit. *dolores colici,*

xxx Sor. Angela Meniconi, laborans incurabili morbo, eo ſtatim liberata eſt, atque attigit ſtragulum quo lectus Beatæ operiebatur.

xxxi D. Valentinus Martelli architectus, occaſione profeſſionis ſuæ in monaſterium Beatæ ingreſſus, cum graviter ex renibus laboraret, conjecit ſe ſupra ejus lectulum ligneum; nec diutius ibi moratus quam nomen Jeſu ſemel pronuntiaretur, aſſurrexit ſanus, neque poſtea unquam ea parte doluit. *& nephritici:*

xxxii Sor. Maria Angelica Meniconi, ibidem Monacha, crudelem patiens infirmitatem cum atrociſſimis doloribus, eoque gravioribus ipſi quod malum aperire alicui verecundaretur; ſtraguli illius fruſtillum parti laboranti admovit, & omnis illa paſſio evanuit.

xxxiii Urſinus Richardi, febri gravatus, eodem remedio adhibito convaluit.

xxxiv Galeotta Bovarini, duodecies puerpera, affirmavit, quod ſtatim ac ſentiebat dolores partus, cingulum Beatæ fuerit ſolita petere, eoque cincta feliciter ac cito liberari. *juvatur puerpera,*

xxxv P. Mag. Andreas Benincaſa Dominicanus, calculo & arenarum doloribus gravis, ut particulam de tunica Beatæ contigit, levatum omni dolore ſe ſenſit.

xxxvi Alexander Vincentii Baldi, graviter infirmus, à matre ſua delatus eſt intra camerulam Beatæ, necdum enim in monaſterium inducta clauſura erat, & ingreſſus vetitus ſecularibus: ſtatimque dormire ibidem cœpit & experge factus eſt ſanus: quod idem accidiſſe memorant ægris omnibus qui iſtuc inferebantur.

xxxvii Teſtatur etiam D. Franciſcus Senſi, Nobilis Peruſinus & Protonotarius Apoſtolicus, quod ante inductam clauſuram præfatam, puer ipſe eodem adductus ſit, propter capitis dolores quos patiebatur; & ligneo impoſitus lectulo, ſurrexerit omni prorſus dolore liber. E *aliaque infirmitates, per reliquias*

xxxviii D. Bernardinæ Cicci, graviter infirmæ, germana ſua Sor. Thomaſia miſit pauxillum olei, ſumpti ex lampade in ſuo monaſterio intra cellulam prædictam ardere ſolita: quod eo inunctæ mox profuit ad ſalutem.

xxxix Mag. Sebaſtianus Bona-dote, enſiarius Peruſinus, urgente calculo & doloribus colicis in extremum vitæ diſcrimen adductus, eodem oleo mortem evaſit. *vel oleum lampadis;*

xl D. Cæcilia Angeletti Peruſina ſimili unctione liberata eſt à dolore pedum, quo ambulare impediebatur.

xli Denique Sor. Maria Joanna Doni, ibidem Monacha, juravit quod cruciatum dentium, continuis annis quatuor toleratum, abegerit uſu iſtius olei.

240 Eſt autem prædicta B. Columbæ cellula ea ipſa, quam Nobilitas Peruſina quadratam humilemque ex aſſeribus conſtrui fecit: intra quam habentur illius lectulus, ſuppedaneo altaris non diſſimilis, cum vili ſtragulo; inteſtina item Beatæ, pileuſque & cilicia duo ex crinibus equinis; duæ catenæ, quæ per humeros pectuſque & dorſum ductæ ſuſtinebant totidem circulos ferreos latitudine digitorum quatuor, ſimiliter ibidem conſpiciendos: uti etiam ibi videre eſt diſciplinas duas, ex ferreis catenulis compoſitas; tunicam albam groſſioris panni, Mantellum nigrum itidem laneum, filum quod ipſa nevit, menſula, ceroma vulneri quondam illius applicatum, peregrini baculus, & aliæ nonnullæ Reliquiæ: imprimis autem illa Crucifixi imago ſupra telam depicta, quam Peregrinus (de quo alias) attulit; quæque inauratis limbis pulcherrimis circumducta, majoris venerationis ergo oppanſo velo cuſtoditur, cum multis ex omni parte anathematis argenteis: quæ omnia & ſingula ipſe meis oculis ſæpe conſpexi, in prædictam cellulam frequenter ingreſſus, commoditatem mihi ad id præbente arte medendi quam profiteor: infinitæ autem gratiæ ibidem à fidelibus relatæ ſunt, quemadmodum ex meipſo teſtari etiam poſſum. *Hactenus Baleſtra, in Præfatione vero libri, ad Prioriſſam & Sorores monaſterii, cauſas exponens quibus adductus eſt ad ſuam hiſtoriam conſcribendam, primam allegat debitum gra-* F *ardentis in ejus cella ubi iſtæ ſervantur:*

titudinis pro beneficiis multis acceptis, quorum præcipuum sic refert:

EX ITAL.

241 Anno MDCXLVIII, die x Octobris in Dominica, hora noctis VIII, doloribus nephriticis in dextro latere cœpi urgeri vehementissime, istic enim erat calculus, egressum moliens. Hoc in tormento cum integra fuissem hora, nullâ quietis partem recipiens; ad caram meam Matrem, sanctam, inquam, Columbam recurri, meque oleo unxi, quo dum viveret utebatur, quodque mihi dederat Sor. Maria Joanna Doni, infirmaria in monasterio Columbarum cui medicus serviebam. Unxi autem, & denuo me unxi magna cum fiducia, quam habebam in illo cælesti liquore collocatam, neque spe mea fraudatus fui. Etenim vix medio horæ quadrante post dictam unctionem elapso, in cubitum dextrum elevatus, tentavi si possem vomitu levare stomachum: statimque omni dolore liberum me sensi, qui tamen tam acerbus est, quam in hac vita pati homo possit. Deinde quatuor horis quievi, & expergiscens sensi calculum à renibus per ureteres meare ad vesicam: gratiasque liberatrici meæ reddidi: cum aliàs dolores istiusmodi durare mihi soleant ad duas plureſve dies ac noctes; tunc vero post invocatam Sanctam intra horæ quadrantem cessaverunt. D

Auctor eadem unctione utens

expellit calculum.

242 *Hic finis esse nobis poterat agendi de* B. Columba: *ut tamen dies hic* XX *Maji, quarto Tomo designatus, quando inceperat imprimi quintus; deinde vero huc translatus, apte connectatur cum initio diei sequentis, propterea recudendo; placet vacaturam alias sesquipaginam implere Epistolâ Dedicatoriâ illâ, quam primæ suæ eique antiquissimæ versioni Italicæ, cujus in Commentario prævio facta mentio, Leander de Albertis præfixit eadem Italica lingua, cum insigni ipsius* Beatæ Columbæ *commendatione.*

ADMODUM HONORANDÆ MATRI

D. SOR. HIERONYMÆ TEPPOLÆ VENETÆ

ORDINIS S. CLARÆ DE MURANO

FR. LEANDER DE ALBERTIS BONONIENSIS

ORDINIS PRÆDICATORUM S. D.

QUam proficua sit lectio præclararum actionum, à personis sapientia & virtute insignibus editarum, Mater semper veneranda, non equidem existimo posse me, rudi incultoque meo stylo idonee explicare. Per illam enim humanus animus, quodam veluti letargo pressus aut ærugine obsitus, excitatur aut expolitur: neque fieri potest, ut vitiorum criminumque suorum pelago quantumvis profundo immersus, non concipiat aliquod inde emergendi desiderium, mentis suæ oculos intendens in considerationem virtutis, quam laudari tantopere conspicit; festinetque assurgere, dimissis operibus peccaminosis, & transire ad mores vitamque meliorem; ut in iis de die in diem proficiens, annumerari aliquando etiam ipse mereatur hominibus illustribus atque præclaris. Hac de causa antiqui illi totique mundo laudatissimi Romani, statuas, colossos, triumphales arcus, aliaque publica ædificia, ex ære aut marmore, conficienda decreverunt; quorum aspectus continuus jugem conservaret memoriam virorum, celebri aliqua actione commendabilium posteritati, sive ea effectus esset eximii subtilisque ingenii, seu partus fortitudinis raræ roborisque corporei; ut ex iis discerent spectatores, quanto etiam apud mortales in pretio sit virtus; itáque ad eadem decora, imitatione exprimenda, excitarentur etiam ipsi. Nec minus illis bene consulti fuerunt sapientissimi fundatores celeberrimæ nostræ Christianæ Religionis: nam & ipsi constituerunt aras & templa erigenda invictis fidei intemeratæ propugnatoribus, & horum actus excellentes describendos curarunt; ut in iis, velut in speculum per omnia deinceps secula intuerentur generationes venturæ; & intuendo stimularentur, ad sequenda eorum vestigia, sequendo autem pertingerent ad finem tantopere concupitum. Hæc ego considerans, & animadvertens quomodo ætate nostra apparuit rutilans quædam stella, genuina imago, & tersum speculum omnis virtutis, inclita scilicet Christi Virgo Soror Columba Reatina, operum suorum admirabili splendore illuminans mortalium mentes; ut exinde perficere C possent, non solum Umbri atque Etrusci ac Litterati, sed quicumque per omnem Italiam homines, ii præsertim quibus Latinarum litterarum cognitio nulla suppetit; eidem beatæ Virgini hanc pulcherrimam statuam ac velut arcum triumphalem erexi, non ex candido marmore, aut petris aliis, vel duriori metallo; sed litteris in omnem posteritatem legendis. Etenim nactus librum, de vita hujus Christo amabilis ac sapientis Sponsæ, Latine scriptum & compositum à venerando Patre Fr. Sebastiano Petrusino, sacræ Theologiæ Doctore eximio, antiquæ probitatis magnæque auctoritatis viro, nihil à se narrari professo, nisi quod vel suis ipse vidisset oculis, vel à testibus fide dignissimis accepisset; libenter assumpsi mihi qualemcumque laborem, traducendi eum in linguam vulgarem, & aliquantulum contrahendi; iráque ad metam mihi præstitutam perveni, haud mediocriter delassatus in opere. Tum F vero cogitare cœpi cuinam munus tantum præsentarem; & continuo menti meæ occurrit Tua semper honoranda memoria atque eximia caritas. Recordatus enim sum mutuæ dilectionis, inter nos cœptæ à decem retro annis, in civitate Pisaurensi, cum ibi per sacras Dominici Adventus ferias prædicarem seu concionarer, vivente etiam tum dilectissimo marito tuo, videlicet Illustrissimo Domino Joanne Sfortia, viro non minus prudente quam docto. Post tam bene auspicatum initium amoris nostri, cum ad meliorem vitam transiisset ille, & patrem non multo post secutus esset secundo genitus D. Constantius, puer bimulus; oculo tui excellentis ingenii sagaciter considerans fluxum & refluxum perpetuum fragilis hujus vitæ (si vita potest nominari) animumque subrigens ad sublimem istam atque felicem mansionem, ubi cum plena desiderii omnis sui satis-factione requiescunt & lætantur beatæ Sanctorum animæ, semper absorptæ prædulci contemplatione supremæ ac divinæ Majestatis; falsas, fallaces ac fragiles mundi hujus calamitosi promissiones generoso conculcasti pede, raptimque te recipisti in securum sanctissimæ Religionis azylum, & habitum monasticum induisti, spretis possessio-

A possessionibus, pompis, divitiis atque honoribus; utpote certo persuasa, quod servire Deo regnare sit: ideoque mundum cum vanitatibus suis dimisisti infelicibus amatoribus ejus. Exhinc multo magis inter nos crevit illa jam olim inchoata dilectio, atque augmentum adhuc capit quotidianum. Quamvis enim sub diversis duorum præstantissimorum sacræ Christo militiæ Ducum vexillis mercamus, Sancti inquam Patriarchæ Dominici & Seraphici Franciſci, nihil id potest obesse caritati, quia ipsimet eâdem inter se cum viverent ita fuerunt conjuncti, ut duobus in corporibus una duntaxat anima spirare videretur. Quapropter jure merito munusculum hoc mittere Tibi volo; exiguum illud, quatenus à me est; regium vero, pro eo quod tractat argumento: ut cognoscant omnes in perpetuum, quousque divinus amor provehere animos hominum possit, non intuentium sub quo habitu, sed quali cum affectu quis Deo & Domino communi serviat. Conspicies hoc in libro admirandam verissimamque imaginem candidæ ac puræ sinceritatis, nulla simulatione inquinatæ: quantoque magis leges, tanto majori admiratione capieris, scio; quia reperies multa quæ videantur impossibilia effectu, B non solum teneræ adolescentulæ, sed etiam maturæ ætatis mulieri. Verum oculos tollens ad supremum rerum omnium fabricatorem Deum, apud quem non est impossibile omne verbum, ejusque immensam virtutem considerans, exclamabis cum Psalmista, Mirabilis Deus in Sanctis suis. Itaque in præclarissima ista Virguncula contemplaberis severissimæ pœnitentiæ constantem rigorem, profundam demississimamque humilitatem, visceralem atque incensam dilectionem erga Deum & proximos. Inter cetera autem, admiratione non minima dignam judicabis victus illius rationem quotidianam; quandoquidem sustentata fuerit continuâ ac fere solâ sumptione sacratissimi corporis Jesu Christi: rem enimvero raram, & paucis, quemadmodum scripta reperitur, concessam! Sic autem, ô Mater mihi jugiter observanda, devore legens Vitam hanc B. Columbæ Sponsæ Christi, senties procul dubio efflorescere in tuo præstantissimo animo, desiderium illius imitandæ, quatenus tamen divinitus tibi concessum fuerit (nec enim in talibus meréque gratuitis tentandus cuiquam Deus est) imitando autem dignabitur Caritas Tua, meminisse humilis tui in Christo filii, Fr. Leandri; ut possimus aliquando ab hoc ærumnoso corpore soluti, pervenire ad præclaram victoriam, in amabili ac dulci societate sanctorum Angelorum; claraque & fulgida in luce videre & contemplari Deum, cum ipsa beata Virgine Columba, tamquam supremum remuneratorem & mercedem nostram magnam nimis. Id quod per suam misericordiam dignetur indulgere Tibi Deus, ut æternum vivamus. Vale, Mater semper veneranda. In Cœnobio S. Dominici Bononiæ, die xx Novembris, anno ab Incarnatione Domini MDXX. E

DIES VIGESIMA PRIMA MAII.

SANCTI QVI XII KALENDAS IVNII COLVNTVR.

Sanctus Timotheus, & S. Polius, S. Eutychius, } Diaconi in Mauritania.

S. Epolus, seu Polus, } Martyres in provincia Cæsaria.
S. Vitus, }
C S. Jocundus, }

S. Victus, }
S. Maurella, }
S. Quintus, }
S. Primulus, } Martyres in Africa.
S. Salustius, }
S. Fortunatus, }
S. Mircella, }
S. Primus, }

S. Polyeuctus, }
S. Victorius, }
S. Donatus, } Martyres Cæsareæ in Cappadocia.
S. Quintus, }
S. Lucusa, }

S. Timotheus, Diaconus Martyr in Britannia.

S. Martyria seu Martyrius, Martyr Ravennæ in Italia.

S. Secundus, Martyr Cordubæ in Hispania.

S. Vales seu Valens, Presbyter Autissiodori in Gallia.

S. Valens Episc } Martyres.
Pueri tres }

S. Fabius, } Martyres Romani, F
S. Beinius, } Viennam Austriæ
S. Emmanuel, } cum aliis Reliquiis
S. Firmus, } translati.

S. Hilarius, Episcopus Tolosanus in Gallia.

S. Constantinus Magnus, Imperator, Constantinopoli.

S. Secundus Presbyter, Martyr in Ægypto.

SS. Martyres Alexandrini sub Constantio.

SS. Episcopi Confessores in Ægypto, Libya & Pentapoli, sub Constantio.

S. Mantius Martyr, in territorio Eborensi & Burgensi in Hispania.

S. Ortarius, Abbas Landeccis in hodierna Normannia.

A S. Florentinus, Abbas Arelatenſis in Gallia.
S. Hoſpitius, Recluſus Nicææ in Italia.
S. Maurelius Presbyter, in diœceſi Galliarum Trecenſi.
S. Eleutherius, Theate in Aprutio.
S. Itisberga Virgo, Ybergæ in Arteſia.
S. Theobaldus, Archiepiſcopus Viennenſis in Gallia.
B. Erenfridus, Comites Palat. ad Rheſive Ezo, } nũ, Fundatores Brawi-
B. Mathildis, } lerenſes prope Coloniã.

B. Richeza, ſive Ricza, Poloniæ Regina, eorum filia Coloniæ Agrippinæ. D
S. Silaus, Epiſcopus Hibernus, Lucæ in Hetruria.
S. Godricus Eremita, Finchalæ in Anglia.
S. Petru Parentius Martyr, Urbe-veteri in Hetruria.
B. Joannes Bonviſius, Ordinis Minorum de Obſervantia, Aſſiſii in Umbria.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

B S Ancti Adelardi Abbatis tranſlatio ſacrorum pignorum, ex urbe Galliæ Corbeja ad montem Latinum prope Carthaginem Spartariam, *inſcripta eſt Martyrologio Hiſpanico Tamaji Salazar, citatis Iuliani Petri Adverſariis & Chronico, nuper adornatis. Imo de eo ſecundo die Ianuarii egerat, & ubique dat cognomentum* Geneſii *ac titulum* Epiſcopi, ut creditur, *inquit*, Ureitani in Hiſpania: *aitque quod* à Ludovico Pio in exilium actus in dicto monte Latino delituerit, *pro quibus citatur* Uſuardus, *eo multo junior, ad hunc* XXI Maji. *Quæ omnia impudenter conficta ſunt. Exul vixit* Adelardus Abbas *in* Heri inſula Aquitaniæ, *& corpus ejus fuiſſe Corbeiæ adhuc ſeculo* XII *conſtat, proinde non fuit in Hiſpaniam tranſlatum circa annum* DCCCI. *Conſule Acta illius varia & Miracula cum Tranſlationibus à nobis edita* II Januarii.

SS. Syneſius & Theopompus Martyres *inſcripti ſunt Martyrologio Romano, & in Notis allegatur Petrus de Natalibus, qui libro* 5 *cap.* 33 *aliquod elogium habet. In Ms. Senatoris Strozzi Florentiæ vocantur* Geneſius & Theopontus; *in Ms. Trevirenſi* Zeneſius & Theopontius. *Hiſpani ipſos pari fingendi audacia ad ſe traxerunt, ac Nortobrigæ adſcripſerunt. Sed iidem ſunt, qui ad* III *Ianuarii appellantur* Theopemptus Epiſcopus & Theonas, Syneſius etiam dictus, Martyres Nicomediæ ſub Diocletiano; *de quibus* C *ad iſtum diem, & potiſſimum in Addendis pag.* 1087 *& ſequenti actum eſt. Poſtea vero nacti ſumus Acta Græca, prolixiora quam Latina ibi edita, cum Tranſlatione Reliquiarum Nonantulam facta, ſervamuſque pro Supplemento ad dictum* III Januarii.

S. Matthiç Apoſtoli Natalis *eſt in apographo Lucenſi S. Hieronymi: Vitam ejus dedimus* XXIV Februarii.

S. Zenonis Epiſcopi Veronenſis Tranſlatio *indicatur à Galeſinio & Ferrario. De ea egimus ad illius Vitam* XII Aprilis.

S. Paternus, Epiſcopus Venetenſis in Britannia minore, *colitur hoc die in ſua diœceſi officio Eccleſiaſtico ſub ritu duplici, ob Corporis Tranſlationem de quâ ad ejus Vitam egimus* XV Aprilis.

S. Eleutherius, Epiſcopus in Apulia, & Martyr ſub Hadriano Principe anno ſalutis 119. *Ita Ms. Florarium. Ejus Acta dedimus* XVIII Aprilis.

Euſtella, filia Reguli Santonenſis in Gallia, à S. Eutropio ad Chriſtum converſa, ut Virgo & Martyr *memoratur à Sauſſajo & Arturo du Monſtier. Necdum reperimus nomen in antiquis Faſtis. De ea egimus in Vita S. Eutropii* XXX Aprilis.

S. Valerianus, Epiſcopus & Confeſſor Autiſſiodori, *memoratur in Ms. Florario, & abſque loco* Valerianus Presbyter *in Auctario Greveni: forſan qui hoc die* Valis Presbyter *colitur, aut de quo ut Epiſcopo eſt actum* VI Maji.

S. Secundinus Martyr Romanus, *Officio colitur eccleſiaſtico ſub ritu duplicis Monachii in Bavaria in Eccleſia Carmelitarum Diſcalceatorum, ob corpus Ro[illegible] eo delatum cum corpore* E

S. Laurentiæ, Martyris *item* Romanæ *(quæ colitur* VIII *Octobris) & vaſis ſanguinem eorumdem continentibus. Ea Reliquiæ fuerunt anno* 1680 *illuc delatæ, velut acceptæ ex Cœmeterio S. Cyriacæ, juxta teſtimonium Reverendiſſ. D. Ioſephi Euſanii Aquilani, Epiſcopi Porphyrienſis, Sacrarii Apoſtolici Prafecti Solio aſſiſtentis; atque à ſacra Congregatione Indulgentiarum Reliquiarumque recognitæ & approbatæ.*

Expectatus Martyr *nominatur in Nicia illuſtrata Petri Ioffredi, velut cujus Depoſitio hoc die colenda ſit. & quoniam obiit circa ann. Chriſti* 78, *à Vandalis aliiſve barbaris Narbonenſẽ Provinciã infeſtantibus occiſum fuiſſe exiſtimat. Totum argumentum ſumitur ex veteri marmore, quod in vinea Domini de Gubernatis invenitur ſic inſcriptum.*

HIC REQUIESCIT BONAE MEMORIAE
SPECTABILIS ☧ EXPECTATUS. Q. VIXIT ☧
ANNIS L.M.VII ☧ CUIUS DP. EST SUB ☧
DIE VIII. KAL. IUNII. DN. LEONE IVNRE.
V.C. SS. F

Sub monogrammate nominis Chriſti Piſcis ſculpitur, qui quid ſignificet nõ divino: unum ſcio, nullum hic eſſe martyrii alicuis indicium: cordis enim tranfixi notæ ☧, ſicut alibi dixi, etiam Gentilium epitaphiis communes (quas hoc non valde abſimili ſigno ☧ expreſſi) gemitus ſunt, quos ſuper mortuo requirit à lecturis Epitaphii auctor; idemque valent quod interjectio Heu! *Sed &* Leo junior, *à Leone avo adhuc in cunis nominatus Auguſtus, decimoq; poſt menſe defunctus an.* 474, *ideoq; nec numeratus inter Imperatores, non poteſt hic intelligi: vivente enim & regnante avo per hunc ſolum notabantur tempora: quare intelligendus eſſet Leo Iſauricus, cujus quintus annus ſeu Conſulatus notatus hic videri poſſet, eſſetq; annus* 722. *Sed quid ſi notetur hic aliquis urbis ipſius Nicienſis Conſul? Viderint id alii, mihi ſatis eſt, nõ eſſe illud Sancti alicujus Epitaphium. Sardorum ſomnia, in relatione Eſquivelii Calaritani Archiepiſcopi expreſſa, Ioffredum deceperunt, ut corda tranſfixa Martyrii ſigna eſſe crederet. Interim agnoſcit obſtare temporis rationem, quo minus hic intelligatur Forojulienſis ejus nominis Epiſcopus, per Diaconum ſubſcriptus Synodo Aurelianenſi V anno* 549.

Anſuinus Presbyter, Aymannus, Geneſius, Berardus, Sifardus, Rodio, Adalricus puer, Monachi Beſuenſes

A Beſuenſes in diœceſi Lingonenſi à Normannis anno 888 gladio interfecti, ſacrificium Deo effecti, *referuntur in Chronico Beſuenſi pag.*528, *edito tomo* I *Spicilegii apud Lucam Dacherium. Horum dies natalis quoniam non indicatur, nomina eorum ordine Alphabetico inſeruit Hugo Menardus Appendici alteri poſt Martyrologium ſuum Benedictinum. At Bucelinus in ſuo Menologio Benedictino hos pro ſuo arbitratu diſtribuit per varios menſes & dies, cum potius ſimul fuerint omnes occiſi. Et ex his* Anſuinus *cum aliquo ab eo confecto elogio relatus eſt ad hunc diem* XXI *Maji, quando ſimul alios placuit conjunxiſſe. Sed nullam illis datam venerationem ſacram fuiſſe, ſatis ob memoriam fere oblitteratam conſtat.*

S. Elemura Virgo } ex civitate Syriæ, *referuntur in*
S. Geninus Martyr } *ſcriptis Additionibus ad Grevenum, nobis hactenus incogniti.*

Barrinus ſive Barrindus de Druim-chulin *indicatur in Ms. Tamlachtenſi. Colganus putat hunc eſſe* Barrinthum *auctorem navigationis ſeptennalis S. Brendani, & latè de eo agit* 22 *Martii, quo recolit egreſſionem familiæ S. Brendani: quæ ibi videri poſſunt, nec enim digna prælo ad Vitam S. Brendani* 16 *Maji cenſuimus.*

B Colmanus leproſus de Magh-eo, & Colmanus Cron, *inſcripti Martyrologio Tamlachtenſi. Colganus ad* XVI *Martii in Notis ad Vitam S. Finani Leproſi num.*2 *aſſerit*, Colmanum Lobhar coli XXI Maji, *additque* Lobhar ſignificare, leprâ aut ulceroſa diuturna infirmitate percuſſum. *Nec plura de his potuimus aſſequi.*

Finbarrus Corcagienſis *profertur in Ms. Hibernico Tamlachtenſi. Colganus* 13 *Martii in Notis ad Vitam S. Mochœmoſi num.*14 *meminit* Finnbarri ſeu Barrii, Epiſcopi & Patroni Corcagienſis, *cujus Vitam inquit extare. An de eo hic agatur, cum hanc Vitam non viderimus, neſcimus judicare.*

Brigida, filia Dimani, *indicatur in Ms. Tamlachtenſi, quæ dicitur* Brigida filia Dimæ *in Martyrologiis Dungallenſi, Mariani Gormani, & Catbaldi Maguir apud Colganum in Appendice* 4 *ad Vitam S. Brigidæ cap.*1 *claſſe* 2.

Comineus filius Lugadii, }
Moenninnus ſeu Moenennus, } *referuntur in eodem*
Moeldodius de Liſmor, } *Ms. Tamlachtenſi.*
Polanus, }

Chroniacus, vita ſancte, exemplo ſincere, & doctrina ſolide illuſtraſſe Scotiam tempore Donaldi,
C IIII Regis Scotorum, *ſeculo ſeptimo, dicitur apud Leſlæum lib.*4 *de Rebus geſtis Scotorum pag.*159. *Imo & à Boethio lib.*9 *Hiſtoriæ Scotorum fol.* 176, *cum aliis habetur* eximiæ pietatis Epiſcopus, & vitæ ſanctimonia illuſtratus. *Is Dempſtero lib.*3 *Hiſt. Eccl. gentis Scotorum pag.*151 *traditur* Epiſcopus fuiſſe nulli certæ Sedi alligatus. *Interim ad hunc diem ab eodem Dempſtero inſcriptus eſt Menologio Scotico, & hinc Calendario Ferrarii* Chroniacus Epiſcopus & Abbas Manuallo monaſterio. *Omittitur à Camerario & aliis.*

Quatuor filii Haymonis in Neapoli, *inſcripti ſunt Ms. Florario. Veremur ne ex fabuloſis narrationibus deſumpti.*

Joannes, monachus & Prior monaſterii Claravallenſis, *cum titulo* Beati *memoratur ab Henriquez & Bucelino: ſolum* Venerabilis *appellatur à Chalemoto.*

Jacobus de Rupe in Alvernia, Fulienſis, ut Venerabilis *indicatur ab Henriquez & Bucelino. Ab omni titulo abſtinet Chalemotus*

Joannes Abbas Burſfeldenſis, ut Reformator venerabilis, *indicatur à Bucelino.*

Guilielmus à S. Lazaro, Epiſcopus Nivernenſis in Gallia, vir eximiæ in pauperes caritatis, mortuus eſt anno 1221, *hoc die; à nonnullis recentioribus refertur ut* Sanctus *ad diem* 5 *Martii, uti tunc inter Prætermiſſos diximus; ſi quid certius occureret, hic daturi quando eum ſolum* Piis *adſcribit Sauſſajus.* D

Catharina Cardona Carmelita in Hiſpania, anno MDLXXVII cum opinione ſanctitatis mortua, ut Beata *inſerta eſt Gynæceo ſacro Arturi du Monſtier. Philippus à Viſitatione Carmelita in Acie bene ordinata, cui quoad hoc potior fides habenda, refert illam ad* XII *Maji; ita ut videatur, Arturus, facile ignoſcendo lapſu commutaſſe cyfras & 21 pro 12 ſcripſiſſe, dum ſuo illi Gynæceo materiam undequaque decerperet. Idem Philippus in Mss. Notis addit, quod* nata anno 1519, Paſtranæ tertium Carmeli habitum publice accepit, in quo virtutibus & miraculis effulſit, & defunctæ cæleſtem gloriam ipſo die videre meruit S. Thereſia, illam titulo Beatæ honeſtans. *Eſt autem* Paſtrana *oppidum in Caſtellanova,* Paterniana *quibuſdam dictum, Ducali titulo inſigne,* 26 *leucis diſtans Abula, ubi vivebat tunc Sancta Mater.*

Bonaventura Molchis occiſus an. 1514, }
Joannes de Penna in Apulia an. 1525, } Ordinis
Joannes de Palo } Mi-
Andres de Corduba } in India Occidentali, } norum E
Maria à Montalua in Hiſpania an. 1544, }
ut Beati *referuntur in Martyrologio Franciſcano Arturi, &* Maria *etiam in ejus Gynæceo*

Lucia Paſalli à parentibus, quod ſtupida videretur, in monaſterium S. Matthiæ Ordinis Prædicatorum Bononiæ intruſa, ita in virtute profeciſſe dicitur, ut à Chriſto in ſponſam annulo accepto fuerit adoptata; ejuſque morti & vulneribus addicta, *laudatur à Ioanne de Rechac de S. Maria Tomo* 2 *lib.*1 *cap.* 5, *& in Anno ſancto ejuſdem Ordinis.*

Jaquelina Virgo Romana, ſoror Comitis Apuliæ, *ut* nuptias effugeret, pedibus mare tranſivit, *relata à Cantipratano lib* 2. *Apum cap.*29 § 38, *& in quodam Kalendario ad hunc* XXI Maji.

S. Januarius Martyr *inſcriptus eſt Ms. Vltrajectino Eccleſiæ B. Mariæ & alicui Ms. Kalendario. Quam plurimi occurrunt hujus nominis Martyres, etiam hoc menſe, & ſequenti etiam die* XXII Maji.

S. Romanus Monachus *inſcriptus eſt Ms. Florario & antiquo Vſuardi apographo & aliis. Vitam damus* XXII Maji.

Iulius Martyr, *nulla re addita, indicatur in Ms. Florario Sanctorum. Forſan ſcribi debuit* Iulia, *ſequenti die ſolenniter culta,* XXII Maji. F

SS. Caſtus & Æmilius, Martyres in Africa, *indicantur in Martyrologio ſub nomine Bedæ excuſo: ab aliis* XXII Maji.

S. Iulia Virgo in Corſica *memoratur à Galeſinio & auctore Bedæ ſuppoſititii: ab aliis* XXII Maji.

S. Guiteria Virgo, miraculis celebris, præſertim erga rabie laborantes, *dicitur habere* commemorationem in Aquitaniæ cœnobiis de Bona-cumba & de Bona-valle, de Candelio in Waſconia, de Groſſo-Boſco in Petragorio. *Ita Claudius Chalemot. Meminerunt horum monaſteriorum Sanmarthani, ſed nihil addunt de hac* Guiteria, *cujus etiam non meminerunt Henriquez aut Sauſſajus. Videtur nobis eſſe* S. Quiteria, *Virgo Martyr in Hiſpania, quæ colitur* XXII Maji.

Cainon, Epiſcopus & Martyr, anno ſalutis 299. *Ita Ms. Florarium non indicata Sede Epiſcopali: unde ignotus nobis, niſi tranſpoſitis litteris ſit* Canion, *referendus* XXV Maji.

Paulus, Anteon, & Quadratus *referuntur in apographo Lucenſi Martyrologii Hieronymiani, quaſi obiiſſent Autiſiodori. Conſule dicta infra de S. Vale Presbytero Autiſiodorenſi. Sunt hi,* Martyres

Afri, *referendi* xxvi Maji.

S. Reſtituta, Virgo & Martyr, *memoratur in Ms. Antverpienſi S. Michaelis. Videtur eſſe quæ Neapoli ſub Valeriano eſt paſſa* xvii Maji. *Alia refertur Soræ ſub Aureliano cum aliis paſſa* xxvii Maji.

B. Bartholomæus, Epiſcopus Vicentinus, Ordinis Prædicatorum, *in Catalogo Sanctorum ac Beatorum Vicentinorum M. Antonii Thienæi adhuc inedito dicitur referri ad hunc diem, propter elevationem incorrupti corporis: de eo quod chronologicum eſt dabimus in ſupplemento ad Seriem Patriarcharum Ieroſolymitanorum, inter quos locum videtur habuiſſe ab anno* 1264 *ad* 1267, *vel (ſi ad Vincentinum Epiſcopatum vivus non rediit) etiam ultra. Pleniorem de eo tractationem ex Hiſtoria Vicentina Barbarani, cum probatione alicujus cultus à tempore elevati corporis ſub annum* 1354, *dabimus ad diem, quo obiiſſe eum ſtatuit Barbaranus,* i Iunii.

S. Feliculæ, Virginis & Martyris, tranſlatio capitis Ulyſiponem ad Conventum Salvatoris noſtri Ieſu tertii Ordinis Regularis, *refertur in Hagiologio Luſitano Cardoſi. Dies ejus natalis eſt* xiii Iunii.

S. Raymundus, Epiſcopus Barbaſtrenſis, *refertur hoc die à Marietta lib.* i *de Sanctis Hiſpaniæ cap.* 92, *quod etiam indicat Ferrarius: ſed addit in Eccleſia propria coli, quando & ipſe & plures eum celebrant,* xxi Iunii.

S. Pauli Martyris tranſlatio, de Conſtantinopoli in civitatem Venetiarum ad monaſterium S. Georgii majoris, anno Domini 1222 Indictione 2. *Ita Ms. Florentinum Senatoris Strozzii. Acta hujus Tranſlationis cum Actis martyrii dabimus* viii Iulii.

Nicoſtratus & Antiochus tribuni cum aliis militibus, *ut* Cæſareæ *paſſi, inſcribuntur hodierno Romano ex Actis* S. Procopii, *quæ Acta (licet in Synodo Nicæna* ii *laudata) nobis tamen vehementer ſunt de fictione ſuſpecta, propter Euſebium Cæſareenſem Epiſcopum, longe alia de* Procopio *ſuo narrantem lib.* 8 *cap.* 12: *quare etiam Baronius cogitur duos agnoſcere* Procopios, *eadem perſecutione, eodemque loco paſſos. Difficile nobis eſt probare ejuſmodi geminationem, adeoque fateri Euſebio præteritum eum eſſe, qui (ſi vera hæc Acta ſint) fuerit infinitis modis clarior altero. Itaque cum præfati martyrii fides tota pendeat ex fide iſtorum Actorum, totius rei judicium differimus uſque ad* viii Iulii.

Euſtathius, Epiſcopus & Martyr apud Antiochiam, *indicatur in Ms. Florario. Eſt is ſub Conſtantio Imperatore in exilium miſſus ibique mortuus; qui ut* Confeſſor *refertur ab aliis & in Martyrologio Romano* xvi Iulii.

SS. Firmi & Ruſtici Martyrum Tranſlatio Bergomi facta, *refertur à Galeſinio & Ferrario. Eorum dies natalis eſt* ix Auguſti.

S. Helena, una cum S. Conſtantino Magno Imperatore ejus filio, *celebratur officio ſolenni apud Græcos, & refertur à Molano & variis Latinis: at ſeorſim à Latinis colitur* xviii Auguſti.

S. Hildegrandis, Virgo in Germania, *memoratur à Ferrario & Arturo du Monſtier in Gynæceo ſacro. Citatur Hiſtoria monaſtica Petri Ricordati, qui Diario* 3 *pag.*328 Hildegrandem *habet, ſed quæ diverſa non eſt à* S. Hildegarde *referenda ad diem* xvii Septemb.

S. Matthæus Apoſtolus *memoratur in apographis Epternacenſi & Corbeienſi S. Hieronymi, & aliis Mss. Colitur potiſſimum* xxi Septembris.

SS. Coſmæ & Damiani Martyrum tranſlatio *inſcripta eſt Ms. Antverpienſi S. Michaëlis, & aliis Additionibus ad Grevenum. Eorum dies natalis cenſetur eſſe* xxvii Septembris.

S. Sidonius, Confeſſor in Normannia, *cum aliquo elogio refertur in Menologio Scotico Camerarii. Arturus du Monſtier in Neuſtria pia late* monaſterium S. Sidonii *vulgo* S. Saens *deſcribit. Feſtum ejus à Sauſſajo, Menardo, Bucelino aſſignatur* xiv Novembris.

S. Maximi Epiſcopi Regienſis triumphus, ob corporis tranſlationem & miracula tunc facta, *celebratur officio Eccleſiaſtico ſub ritu duplici. At dies natalis eſt* xxvii Novembris.

S. Sifridus, Epiſcopus Carpentoratenſis, *inſcriptus eſt Florario Sanctorum: at mortuus eſt & colitur* xxix Novembris.

S. Eligii Epiſcopi tranſlatio *indicatur in Ms. Antverpienſi S. Michaëlis. Dies ejus natali eſt* i Decembris.

S. Proculi, Epiſcopi & Confeſſoris, Tranſlatio *indicatur à Galeſinio, qui ejus in Notis non meminit, uti nec* SS. Firmi & Ruſtici Martyrum *quibus illum ſubjungit, quaſi eſſet Epiſcopus Bergomenſis, Verum inter illos non reperitur ullus* Proculus. *Eſt* Proculus *Epiſcopus & Confeſſor Veronæ, alius Ravennæ. De priore egimus* xxiii Martii *De poſteriore agendum erit* i Decembris.

S. Hildemandus, Epiſcopus Bellovacenſis & monachus Corbeienſis, *indicatur in Kalendario Ms. Benedictino. Hujus inventio corporis refertur* iii Maji *at dies natalis eſt* viii Decembris.

SS. Firmini, Fuſciani, Victorici, Gentiani, Acii, Acioli, Honorati, Walerici, item Firmini adventus reliquiarum in baſilica S. Quintini *memoratur in Ms. Latienſi. Ex his colitur* S. Walericus Abbas i Aprilis.

SS. Acius & Aciolus, Martyres Ambianenſes, i Maji.

S. Honoratus, Epiſcopus Ambianenſis, xvi Maji.

S. Firminus, Epiſcopus Ambianenſis Confeſſor, i Septembris.

S. Firminus, Epiſcopus Ambianenſis Martyr, xxv Septembris.

SS. Fuſcianus, Victoricus, Gentianus, Martyres, xi Decembris.

DE SANCTIS MARTYRIBVS
TIMOTHEO, POLIO, ET EVTYCHIO
DIACONIS IN MAVRITANIA.

G. H.

Ex Martyrologiis pluribus.

XXI MAII.

Vſpicantur hunc diem paſſim omnia Martyrologia Latina ab his tribus Martyribus, de quibus iſta habet Ado: In Mauritania Cæſarienſi SS. Timothei, Polii & Eutychii Diaconorum, qui apud præfatam regionem verbum Dei diſſeminantes, pariter coronari meruerunt. *Notkerus & Petrus de Natalibus, eadem habent: ſed prior* civitatem Cæſarienſem *ſcribit, quæ regionem alteram Mauritaniæ aliis indicat. Hac voce omiſſa reliqua referuntur in hodierno Martyrologio Romano, imo & apud Vſuardum, qui tamen non utitur plurali* Diaconorum, *ſed ſingulari* Diaconi, *quaſi ſolus eſſet talis* Eutychius. *Conſentiunt ei antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa; è quibus Corbeienſe Pariſiis excuſum & Blumianum iſta habent:* In Mauritania Timothei, Poli, Eutici Diaconi. *In Lucenſi codice*

A *codice habetur* Poliæ; *& in Epternacenſi, quaſi unus idemque eſſet*, Polientici Diac, *quod feſtinanti amanuenſi condonandum. In Ms. Vaticano S. Petri legitur:* In Mauritania Cæſarienſi natalis ſanctorum Martyrum Timothei, Polii & Eutichii Diaconorum. *Quæ eadem traduntur in Mss. Colonienſi S. Mariæ ad Gradus, & Leodienſi S. Lamberti, niſi quod* Diaconi *vox in ſingulari addatur, ac* Polii & Eutici *ſcribatur in priore, in altero* Polei & Euticii. *In Ms. Divionenſi* Timotheus Presbyter & Eutycius Diaconus *nominantur. In Ms. Caſinenſi antiquo, omiſſa palæſtra, omnes tres habentur* Diaconi; *uti etiam in Mss. Trevirenſi S. Maximini, & Adone Leodienſi S. Laurentii. Ibidem additur ſupra indicatum elogium, quod in Mss. Atrebatenſi, Tornacenſi & Latienſi eſt hujuſmodi:* In Mauritania natale SS. Polii, Euctici Diaconi, Timothei & Victi, qui in una die meruerunt coronari: *ex quibus* Victus *ad ſequentem Afrorum claſſem ſpectat. Omittimus recenſere Mss. Richenovienſe, Rhenovienſe, Auguſtanum, Labbæanum, & alia recentiora Martyrologia, quod fere ſimilia habeant. Ex iſtis Maurolycus & Felicius ſecundum appellant* Hippolytum, *qui aliis eſt* Polius. *Bononiæ in eccleſia S. Dominici aſſeruari aliquas reliquias* S. Timothei Martyris *tradit Maſinus in Bononiâ perluſtratâ ad hunc diem; qui videtur electus, quod memoria* S. Timothei Martyris *nunc ſit Martyrologio Romano inſcripta.* AUCTORE G. H.

DE SS EPOLO SEU POLO VITO, JOCUNDO,

MARTYRIBVS IN PROVINCIA CÆSARIA.

G. H.

Ex Martyrologio S. Hieronymi.

XXI MAII B *Secundo loco referuntur hi Martyres in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis, & in Corbeienſi Pariſiis excuſo tres referuntur hoc modo:* In provincia Cæſarea Epoli, Eutici, Iocundi. *Sed omiſſo* Iocundo *in Ms. Blumiano ſunt nomina* Poli, Eviti: *in Lucenſi* Politæ, Viti: *in Epternacenſi* Cæſaria Polievicti, *quod nomen dividendum videtur, ut ſit* Poli Evicti *ſive* Eviti; *aut certe*, Politæ, Viti *ut in aliis legitur. Difficile eſt autem certi aliquid conſtituere, cum nullum ex aliis Martyrologiis lumen accedit, &* Polyeuctus *cum aliis Martyribus referatur hoc die* Cæſareæ in Cappadocia *paſſus. Hi autem* provinciæ Cæſariæ *ſeu* Cæſarienſi *attribuuntur: & forſan id nomen præcedentibus Martyribus Mauris perperam tributum eſt.* E

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS

VICTO, MAVRELLA, QVINTO, PRIMVLO, SALVSTIO, FORTVNATO, MIRELLA, PRIMO.

Ex eodem Hieronymiano Martyrologio.

G. H.

XXI MAII C *Hæc Martyrum claſis tertio loco proponitur in apographis Martyrologii Hieronymiani, his fere ubique verbis:* In Africa natalis SS. Victi, Maurellæ, Quinti, Primuli, Saluſtii, Fortunati, Mirellæ, Primi. *In apographo Corbeienſi Pariſiis excuſo omiſſum eſt nomen* Victi. *In Epternacenſi eſt* Primuli, *in Blumiano* Primoli: *& loco* Mirellæ *in dicto Epternacenſi eſt* Marcellæ, *in Corbeienſi* Nirillæ. *In Blumiano additur nomen* Euti, *forſan à* Polieucto *in ſequenti claſſe referendo huc tranſlatum. Sex priores referuntur etiam in Mss. Vaticano S. Petri, Caſinenſi, Altempſiano, Leodienſi S. Lamberti, & Auctario Greveni ad Vſuardum: item in Mss. Barberiniano & Trevirenſi S. Maximini: ſed ſecundo loco eſt* Marcella, *aliis* Maurella. *In Ms. Pragenſi omittitur* Africa *palæſtra, & primus* Victus *appellatur. In Ms. Reginæ Suecia per Holſtenium laudato iſta ſcribuntur:* In Africa natalis SS. Victi, Marcellæ, Quinti, cum aliis quinque: *quos ſcilicet ſuis nominibus damus. In Ms. Richenovienſi iſta ſunt:* In Africa Victi, Maurellæ. *Eſt &* Victi *nomen in Ms. Colonienſi S. Mariæ ad Gradus. In antiquo Ms. Caſinenſi die* XXIII *Maji, recoluntur* SS. Victus & Quintinus Martyres, *forſan hic* Quintus *dictus.* F

DE SS. POLYEVCTO, VICTORIO, DONATO, QVINTO, LVCVSA,

MARTYRIBVS CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA.

Item ex Martyrologio Hieronymiano.

G. H.

XXI MAII *Etiam hæc claſis quinque Martyrum in antiquis S. Hieronymi Martyrologiis refertur: ex quibus tres memorantur apud Adonem & Notkerum his verbis:* Apud Cæſaream Cappadociæ SS. Polyeucti, Victorii, Donati. *Quæ eadem leguntur in hodierno Martyrologio Romano, & aliis. Aſt in apographis Vſuardi, loco* Polyeucti, *legitur* Polioti, *&* Poliucti, *uti etiam in antiquo Breviario Capuano & variis manuſcriptis atque excuſis Martyrologiis. In Ms. Aquiſgranenſi ſunt nomina* Euti, Victoris, Donati: *in Ms. Colonienſi S. Mariæ ad Gradus,* Victorii, Donati: *in Ms. Pariſienſi Labbæi* Victuri, Donati: *in Ms. Auguſtano S. Vdalrici*, Inchoati, Veturi, Donati. *In antiquiſſimo Epternacenſi iſta habentur:* In Cæſarea Cappadociæ, Polieucti, Victori, Donati, Quinti, Locuſtæ. *Quæ ultimo refertur loco, deeſt in Corbeienſi & ſcribitur in Lucenſi ac Blummiano* Lucuſæ, *primo autem loco* Policuri, *pro* Polieuti. *In Blumiano vero inſuper eſt nomen* Victoriæ *uti etiam legitur in Ms. Lucenſi Kalendario. Iterum*

AUCTORE G. H. Polyeuctus *ſive* Polioctus, in Cæſarea Cappadociæ, *refertur* XXII *Maji, in eiſdem apographis S. Hieronymi & Appendice Adonis & aliis. Aliquas* S. Victorii *reliquias aſſervari Bononiæ apud Franciſcanos Conventuales, indicat ad hunc diem Maſinus in Bononia perluſtrata; ſed eas eſſe hujus Sancti Cappadocis, difficile probatu foret. Aſſumptus dies eſt, quod tabulis Martyrologii Romani eſſet* Victorius *inſcriptus.* D

DE S. TIMOTHEO DIACONO,

MARTYRE IN BRITANNIA.

G. H. Ex variis Martyrologiis.

XXI MAII *Ultimus hic recenſetur in quatuor apographis Martyrologii Hieronymiani, item in Mss. Richenovienſi, Barberino, & alio Reginæ Suecia: ubi iſta habentur:* In Britannia natalis Timothei Diaconi. *Additur in Ms. altero Corbeienſi,* Et alibi Timothei, *quem ſupra in Mauritania paſſum diximus. Dubitare proinde merito quis poſſet, an* Britannia *ex* Mauritania *facta non ſit.*

DE S. MARTYRIA SEV MARTYRIO,

MARTYRE RAVENNÆ IN ITALIA.

G. H. Item ex Martyrologiis variis.

XXI MAII *Vimus anno* MDCLX *Ravennæ ſumma humanitate excepti, ubi quidquid de Sanctis iſtius urbis adſervabatur in archivio Eccleſiæ Cathedralis ad nos delatum fuit, excepturos ſi quid ad ſtudia hæc noſtra ſpectans inveniremus. Verum nihil fuit ad* S. Martyriæ *ſive* Martyrii *veneration commendandam conducens. Anno deinde poſt noſtrum diſceſſum quarto ſacras Memorias antiquæ Ravennæ juſto volumine Italico edidit Venetiis Hieronymus Fabri, eccleſiæ Metropolitanæ Canonicus Theologalis: ſed neque hic uſpiam aliquid reperit, ne nomen quidem. Quæ ergo alibi habentur proferimus, & ipſis Ravennatibus ad ulteriorem diſcuſſionem proponimus. Vetuſtiſſimum Martyrologii Hieronymiani apographum, ante mille fere annos exaratum, quod Epternacenſibus reſtituimus, ita habet ſecundo loco.* In Ravenna Martyriæ. *Deſunt ea quidem in tribus aliis ejuſdem Martyrologii apographis, ſed Rabanus ante annos pluſquam octingentos in ſuo ſcripſit:* Et in Ravenna Martyriæ. *Quæ plane eadem leguntur in Ms. Martyrologio Eccleſiæ Aquiſgranenſis. Præterea Mss. duo antiqua, Rhinovienſe in Helvetia & Richenovienſe ſive Augiæ-divitis prope Conſtantiam in Suevia, ita hunc diem auſpicantur:* Ravenna Martyrii. *At ſequenti die* XXII *Maji in Martyrologio ſub nomine Bedæ excuſo,* natale S. Martyriæ in Ravenna, *annotatur.*

DE SANCTO SECVNDINO,

MARTYRE CORDVBÆ IN HISRANIA.

G. H. Ex Uſuardo & recentioribus.

XXI MAII C *Antiquiſſima eaque præcipua hujus ſancti Martyris memoria extat in Vſuardi Martyrologiis manu exaratis & typo excuſis, his paucis verbis;* Cordubæ S. Secundini Martyris. *Vſuardum deſcribunt Bellinus, Maurolycus, Grevenus, Felicius, Molanus, Caniſius, Galeſinius, aliique, cum hodiernis tabulis Martyrologii Romani. Petrus de Natalibus lib.* II *Catalogi cap.* 130 *num.* 145 *eadem ita refert:* Secundinus Martyr eodem die (XII *Kalendas Iunii*) Cordubæ paſſus eſt. *Ambroſius Morales lib.* 10 *Chronici Generalis Hiſpaniæ cap.* 25 *aſſerit, nihil aliud de illo ſciri, quam* Martyrem Cordubæ extitiſſe. *In titulo tamen innuit paſſum videri eodem tempore, quo alii capitibus præcedentibus dicti libri* X *relati, ſcilicet in decima perſecutione à Maximiano & Diocletiano cœpta. Ioannes Marietta etiam ſcribit,* videri ſub Ethnicis paſſum. *Ioannes Vaſæus in Chronico Hiſpaniæ anno* MDL *conſcripto, cum ad annum* CCCVI *egiſſet de perſecutione Diocletiani, refert Martyres in variis urbibus Hiſpaniæ interemptos, atque inter illos Cordubæ ultra quadraginta occiſos cum* S. Secundino, *quorum aliquos tradit ſub Decio, alios temporibus Gothorum ab Arianis martyrio coronatos; ut mirum ſit ab aliquibus attribui Vaſæo, quaſi is anno* CCCVI *aſſerat* S. Secundum *obiiſſe Martyrem. Martinus de Roa, in libello de Antiquitate & auctoritate ſanctorum Martyrum Cordubenſium Latine edito, ait* de B. Secundino atque Sandalio præter nudum nomen (de quo in Romanis, aliiſque Martyrologiis, & Cordubenſis Eccleſiæ monumentis) aut parum aut nihil haberi. *Interim* D. Franciſcus de Regnoſo, Epiſcopus Cordubenſis, anno MDCI vita functus, ſpirituali recitantium ſolatio conſulens, juſſit ſuas cuique lectiones adſcribi, in quibus illa ipſa quæ reperta fuerant inſcriberentur. *Ita ex dicto Martino de Roa, Tamajus-Salazar in Martyrologio Hiſpanico, ubi Acta* S. Secundini *iſta recenſet ipſe, uti Hiſpanice dictus Martinus in libro de Sanctis Cordubenſibus. Poſſunt ea apud ipſos auctores legi, cum paſſim Martyribus omnibus queant applicari. In Eccleſia Conchenſi colitur ipſe Sanctus* XXXIX *Maji.* F

DE

DE S. VALENTE EPISCOPO ET TRIBVS PVERIS MARTYRIBVS.

COMMENTARIVS HISTORICVS,

quo dubia nonnulla de Valente expenduntur. G. H.

XXI MAII *Elebratur hoc die* depoſitio S. Valis *ſive* Valentis, Presbyteri & Confeſſoris *apud* Autiſſiodorenſes, *& nomen* Valentis *eſt in antiquiſſimo Martyrologii Hieronymiani apographi Epternacenſi. Item pro eodem* S. Vale Presbytero *collocatur nomen* S. Vitalis Epiſcopi *in Ms. Romano Ducis Altempſii; unde dubitatur, an non potuerit idem* Valis Presbyter & Confeſſor, Autiſſiodori depoſitus, *per errorem fuiſſe dictus* Valens Epiſcopus Martyr, Augiæ *requieſcens. Talem certe hunc celebrat Wandelbertus monachus Prumienſis in ſuo metrico Martyrologio, ante annum* DCCCL *conſcripto, ſic canens:*

Dubium proponitur an alius à S. Vale.

B Bis ſenâ Polius, Eutychius atque Timotheus,
Præſul & hac Martyrq; Deo Valens venerandus,
Augia, te lætis ducit per gaudia votis.

De tribus Martyribus, priore verſu relatis, ſuprà egimus. De Valente *hic quæritur. Wandelberto aliquanto junior S. Notkerus Balbulus, qui circiter triginta annis poſt illum ſuum Martyrologium conſcripſit, iſta ad hunc diem habet:* Autiſſiodori depoſitio B. Valis Presbyteri: à quo noſtrates æſtimo nomen Valentis mutuaros. *En* Augienſes noſtrates *dixit, ut qui in S. Galli monaſterio haud procul diſſito ſcripſit, potuitque accuratius iſta examinaſſe. Ita etiam in Ms. Martyrologio Augiæ-divitis ſolum legitur:* Alibi S. Valentis Martyris & Epiſcopi: *& in Ms. Rhinaugienſi,* Alibi Valentis: *ubi tamquam de ignoto loco agitur abſque mentione* S. Valis. *Interim cum Wandelberto in Ms. Vltrajectino Eccleſiæ S. Mariæ dicitur:* In Augia Valentis Martyris; *& in Ms. Trevirenſi S. Martini* Nugia Valentis Epiſcopi Martyris: *in alio vero Ms. S. Cyriaci,* In cœnobio Augunenſi natalis S. Valentis Martyris. *In Appendice etiam Adonis, præter elogium* S. Valis, *additur,* & Valentis Martyris: *quod etiam alia manu factum ad apographum Blumianum Martyrologii Hieronymiani. In Kalendario antiqui Ms. Breviarii, cujus uſus fuit ad partes Rheni, eſt inſertum nomen* S. Valentis Martyris.

C 2 *Auctor Martyrologii ſub nomine Bedæ editi ſocios junxit hoc modo:* Et S. Valentis Martyris & Pontificis cum tribus pueris. *Secuti Molanus, Galeſinius, Baronius. Elogium adjunctum eſt in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ ſub annum* 1490 *excuſo: item in Viola Sanctorum Hagenoæ anno* 1508, *& in Auctario Greveni anno* 1515 *&* 1521 *impreſſis, ubi iſta habentur:* Ipſo die B. Valentis Epiſcopi & trium puerorum, cum eo Martyrum: qui primo pro Chriſto pedibus ſunt vincti, deinde in eculeo levati, ac ſæpius torti, finaliter gladio percuſſi, coronam martyrii adepti ſunt. *His ſimilia latè explicantur de tribus pueris, ſimul cum S. Babyla Epiſcopo Antiocheno occiſis,* XXIV *Ianuarii. Ms. Florarium ad diem* XXII *Maji ſic habet:* Item paſſio S. Valentis Epiſcopi & Martyris cum tribus pueris. *In Kalendario Breviarii Moguntini anno* 1495 *&* 1505 *excuſo celebratur memoria* S. Valentis Martyris.

S. Valens cum 3 pueris.

3 *Sauſſajus, neſcio quo uſus auctore, in ſupplemento ad hunc* XXI *Maji,* Autiſſiodori, *inquit,* natalis tanctorum Martyrum Valentis Prætoris, & ejus ſocii annonymi. *En* Prætor *appellatur, qui aliis* Epiſcopus; *&* unicus ſocius *jungitur loco* trium puerorum. *Palæſtra quoque, ab aliis omiſſa, dicitur* Autiſſiodorum. *De innumera multitudine cum SS. Priſco & Cotto in dicta urbis territorio paſſa, agimus* XXVI *Maji: ſed abſque* Valentis *mentione.* E

S. Valens an recte Prætor habitus,

4 *Quia autem* S. Valens cum tribus pueris, *nullo aſſignato loco, indicatur in Martyrologio Romano & aliis, arrepta eſt occaſio transferendi illos in Hiſpaniam, & inſcribendi Pſeudo-Dextri Chronico ad an.* 300 *his verbis:* Pampilonæ S. Valerius Pampilonenſis Hiſpaniæ Epiſcopus & Martyr: quocum paſſi ſunt tres pueri comites coronæ. *Tamajus Salazar arguit editores hujus Chronici, quod* Valerius *legatur, cum ſit* Valens: *& eum ob auctoritatem Martyrologii Romani & aliorum hoc exornat elogio:* S. Valens, civis & Epiſcopus Pampilonenſis Hiſpaniæ, proptet Chriſti fidem, cum viriliter fortiterque pugnaret, carceri mancipatus, tandem cum tribus pueris martyrium conſummavit: *ac poſtea, quia* ejus Acta periere, aliqua ſe aſſuere *ait. Prudentius Sandoval Epiſcopus Pampelonenſis, edidit in ſua urbe anno* MDCXIV *catalogum Epiſcoporum Pampelonenſium, neque novit hunc* Valerium *ſive* Valentem: *ſed necdum Pſeudo Dexter prodierat. Proinde & nos certiora monumenta requirimus.*

aut Epiſcopus Pampelonenſis?

F

DE S. VALE AUT VALENTE

PRESBYTERO AVTISSIODORENSI IN GALLIA.

Sylloge hiſtorica de ejus cultu. G. H.

XXI MAII *Notatur* Memoria S. Valis Confeſſoris *in antiquis Breviariis Eccleſiæ Autiſſiodorenſis, nobis à Petro le Venier ejuſdem Eccleſiæ Pœnitentiario donatis, & indicitur Officium* de Communi unius Confeſſoris. *Item* Vali Presbyteri & Confeſſoris memoria *præſcribitur in Senonenſi Breviario. Eadem conſervatur in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis, Blumiano & Corbeienſi, his verbis.* In civitate Autiſſiodoro depoſitio B. Valis, Presbyteri & Confeſſoris. *Eadem habentur apud Rabanum, Notkerum, Adonem in Appendice Moſandri & Roſweidi, Grevenum & Molanum in Additionibus ad Vſuardum: item in antiquis Mss. Barberiniano, Centulenſi S. Richarii, Leodienſibus S. Lamberti & S. Laurentii, Lobienſi, & triplici Reginæ Sueciæ, item in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſis, & aliis; in quorum aliquibus nomen* Confeſſoris *omittitur. Non appoſito loco, nomen* Valis *eſt in Ms. Aquiſgranenſi,* & Valis Confeſſoris *in Mss. Auguſtano S. Vdalrici & Pariſienſi Labbæi. In Ms. Romano Ducis Altempſi iſta leguntur:* Autiſſiodoro depoſitio S. Vitalis Epiſcopi Confeſſoris, *ubi cum aliis*

Memoria in Breviaris & Martyrologiis.

AUCTORE G. H.

aliis legendum Valis Presbyteri. *In apographo antiquiſſimo Martyrologii Hieronymiani Epternacenſi ſcribitur:* Civitate Autiſſiodoro depoſitio Valentis Presbyteri, *ubi aut etiam* Valis *aut ubique* Valentis *ponendum. Eodem modo in apographo Lucenſi refertur*, in civitate Autiſſiodorenſium depoſitio B. Valeri Presbyteri & Confeſſoris; *ubi iterum* B. Valis *aut* Valentis *ſcribendum. Nam qui perperam ibidem interponuntur* Paulus, Anteon & Quadratus, *huc non ſpectant, in Africa paſſi* XXVI *Maji. Demum* Valeriani Presbyteri *nomen reperitur in Auctario Greveni, loco alterius ante relati. Hæc placuit curioſius deducere; ut lector dijudicet, an à* Valente Martyre, *qui hoc etiam die refertur, poſſit Presbyter iſte diſtingui.*

2 *Acta* S. Valis *aut* Valentis *nulla legimus, aliquod ei elogium ſed generalibus verbis appoſuit Sauſſajus in Martyrologio Gallicano, hoc modo:* Autiſſiodori depoſitio S. Valli, Presbyteri & Confeſſoris egregii, qui ſic in carne vixit, ut humanum modum excederè videretur; cæleſtiſque vitæ deſiderio incenſus, proculcatis terrenis omnibus, in perfecto Dei famulatu obdormiens, beatitudinem conſecutus eſt ſempiternam. D *elogium Sauſſaji.*

3 *Auctor Martyrologii, ſub nomine Bedæ editi, ad* XXII *Aprilis iſta refert:* In civitate Autiſſiodorenſi B. Walis Presbyteri & Confeſſoris. *Secuti, Molanus in prima editione Vſuardi cum additamento, Caniſius & Ferrarius. At Sauſſajus in ſupplemento Martyrologii Gallicani, ut alium à* S. Vale *ſeu* Valente, *appellat* Vitalem. *mentio 22 Maji.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS ROMANIS

FABIO, BEINIO, EMMANUELE, FIRMO,

UNA CUM PLURIMIS VARIORUM SANCTORUM RELIQVIIS

VIENNAM AVSTRIÆ TRANSLATIS.

D. P. Singulorum diſtincta ratio & approbatio.

XXI MAII

Vener. M. Paula-Maria de Ieſu Carm. Excalceata,

Viennenſi ſuæ eccleſiæ multas acquirit Reliquias,

C

quæ Philippo Ep. exhibita,

Vienna, *Cæſarum Sedes Auſtriæque Metropolis, inter recentiora ſacrarum ædium decora, veteribus pluribus hoc ſeculo addita, Imperialem numerat Parthenonem, Carmelitanis Thereſianis fundatum ſub Præfectura* Venerabilis Matris Paulæ Mariæ de Jeſu: *quæ ibidem anno* MDCXLVI *cum celebri ſanctimoniæ fama diſceſſit* XV *Ianuarii, atteſtante eidem prodigioſa incorrupti etiamnum corporis integritate, & non exiguo numero miraculorum, ejus interventu, ut creditur, patratorum. Vita ejus, admirandis virtutibus diviniſque chariſmatibus illuſtris, bene ſpiſſo volumine, in quatuor libros diſtincto & dedicato Clementi Papæ* IX, *Romæ prodiit anno* MDCLXIX, *ſuppreſſo nomine auctoris, qui fuiſſe dicitur R. P. Alexius Maria: ejuſdem compendium Italica lingua, in tres libros partitum, antea ſub annum* MDCXLVIII *vulgaverat Genuæ R. P. Ioannes Andreas Alberti ex noſtra Societate Ieſu ſub hoc titulo,* Theopiſte erudita ad exempla Vener. Matris Paulæ Mariæ Centurionæ Carmelitanæ Diſcalceatæ. *Augeat Apoſtolica Sedes judicio ſuo tantæ Virginis honores, tum aliis de cauſis, tum quia zeloſiſſima fuit ad Sanctorum veneratione promovendum in ſui Parthenonis eccleſia S. Ioſepho dicata, quorum bene multorum lipſana ab Eleonora Auguſta, Ferdinandi II Imperatoris vidua, munificentiſſima ipſius loci fundatrice & Ferdinando III Auguſtiſſimo Cæſare aliiſque eminentis dignitatis perſonis accepit, digneque veneranda expoſuit, approbante Epiſcopo Viennenſi, cujus integrum inſtrumentum, ex Germanico Latine redditum, hic placuit exhibere, ad tanti theſauri notitiam aliquam piis lectoribus impertiendam.*

2 Philippus Fredericus, Dei gratia Epiſcopus Viennenſis & S. R. I. Princeps, univerſis has inſpecturis, lecturis vel legi audituris ſalutem in Domino. Notum facimus & atteſtamur præſenti publico inſtrumento cunctis, qui illud legerint; quod Rev. Soror Thereſia à Jeſu, Prioriſſa Carmelitarum, Diſcalceatarum, una cum Venerabili hujus Urbis Conventu S. Joſeph dicato, humiliter nobis expoſuerit, qualiter ſacræ Cæſareæ Majeſtates Ferdinandus III Hungariæ Bohemiæque Rex Archidux Auſtriæ, atque Eleonora Ferdinandi II auguſtiſſima conjunx, piiſſimæ memoriæ, velut Fundatores hujus cœnobii, ex ſingulari & eximio in illud affectu, non modicam, quantitatem, tum integrorum ſanctorum Corporum, tum majorum ac minorum oſſium ac ſacrarum Reliquiarum eidem donaverint, & morientes reſpective teſtamento legaverint; quarum etſi nomina & Cæſarearum donationum inſtrumenta adſint, non tamen omnia autographa & authentica ipſarum Reliquiarum teſtimonia: ideoque, ad tollendam omnem apud poſteros de iis ambiguitatem, obnixe ſupplicaverint, quatenus illas auctoritate ordinaria recognoſcere, inſpicere, diſcutere, una cum aliis authenticis ſacris lipſanis, ab Eminentiſſ. D. Cardinale ab Harrach, Archiepiſcopo Pragenſi, & à nobiſmet ipſis, ac Domino Auguſtino Centurione Genuenſi, eidem parthenoni donatis, de novo authentizare, & pro legitimis habendas eſſe declarare, & de diverſis, uti infra dicetur, Officium recitare, benigne concedere vellemus. Cum ergo de nominibus & veritate dictarum Sacrarum Reliquiarum nullatenus dubitemus, licet non omnium adſint authentica teſtimonia & inſtrumenta; ad aſſentiendum præfatarum Sanctimonialium petitioni, F vel ideo permovemur, quod ſupra memoratæ Cæſareæ Majeſtates illos indubie ex aliis ſacris & ſecuris locis ac perſonis obtinuerint, eximia ſemper veneratione ac devotione proſecutæ fuerint, &, ut patrocinio atque interceſſione illorum Sanctorum jugiter potirentur, perpetuo ac liberaliter dicto monaſterio donaverint: ideoque tenorem ac deſcriptionem illorum, pro Confirmatione nobis exhibitam, hic ſubjiciemus. *tamquam vere donata*

3 *Ab Auguſtiſſ. & Pientiſſ. Imperatrice Eleonora primum donata huic Monaſterio fuere* octo capita è Societate S. Urſulæ, *cum duobus majoribus & uno minore oſſe tibiarum, aliiſque majoribus minoribuſque particulis: de quibus Officium duplex recitandum* XXI Octobris. *ab Aug. Imp. Eleonora,*

S. Victorini, Epiſcopi & Martyris, *os integrum cruris: qui Officio Eccleſiaſtico ſub ritu ſemiduplici colendus* V Septembris.

S. Innocentii, Martyris è legione Thebæorum, *ſimile cruris os integrum: fit de eo officium ſemiduplex* XXII Septembris.

S. Pontiani Martyris, *ſimile os integrum: Officium ſemiduplex* XXV Auguſti.

S. Beinii Martyris *duo integra oſſa tibiarum, cum aliis minoribus Oſſibus: Officium ſemiduplex* XXVII Maji.

A E Societate S. Gereonis Martyris *duo integra majora & alia minora ossa, Officium semid.* x Octobris.

Eadem Imperatrix Eleonora, hujus Parthenonis Fundatrix munificentißima, XXVII *Aprilis an.* MDCXLII *donavit gemina corpora* Sanctorum Martyrum Fabii & Pontiani, *qui coluntur Officio duplici;*

Fabius xxi Maji.
Pontianus ii Decembris.

ab ipsomet Episcopo 4 *Anno* MDCXLVI, VII *Septembris, nos ipsi dicto Monasterio donavimus, corpus* S. Sixti Martyris, *colendum Officio duplici* VII Septembris.

Anno MDCXXXIX, III *Martii, donavit huic Parthenoni Eminentiss. D. Cardinalis Matthæi, Nuntius Apostolicus apud Sac. Cæs. Majestatem, sacra lipsana* S. Vitalis Martyris, *colendi Officio semiduplici* x Julii.

ab Imp. Ferd. III *Anno* MDCL, XVI *Iulii donavit Ferdinandus III huic monasterio corpus* S. Maxentii Martyris, *& integrum caput* S. Lucii Martyris; *quas sacras Reliquias à nobis habuerat eadem Cæsarea Majestas, colendas Officio ecclesiastico sub ritu duplici*

S. Maxentius xxix Aprilis.
S. Lucius. xxv Octobris.

à Monialibus Colon. B x *Septembris ejusdem anni miserunt ac donarunt huic cœnobio Sanctimoniales Colonienses ejusdem Ordinis duo cruris ossa majora* è Societate S. Mauritii, *de quibus Officium semid. faciendum* XXII Septembris.

Anno MDCLI, XVII *Octobris donavit huic suo monasterio Eleonora Augusta caput integrum* S. Claudii Martyris, *colendi Officio duplici* VII Aprilis.

ab Augustino Centurione, *Anno* MDCXLIII *donavit huic Parthenoni Illustris Dominus Augustinus Centurio, Româ allatas & habitas, subjectas sacras Reliquias, cum authentico illarum testimonio; corpus pene integrum* S. Firmi *Martyris, de quo recitandum Officium sub ritu duplici,* I Junii.

Item sacra lipsana Sanctorum Martyrum Soteris, Ansani, Patritii, & Labiniæ, *de quibus Officium sub ritu semiduplici recitandum;*

De S. Sotere xxviii Februarii.
De S. Ansano I Decembris.
De S. Patritio xx Junii.
De S. Labinia v Julii.

Item ab Eleonora Aug. 5 *Fuerunt etiam mox referendæ sacræ Reliquiæ à sua Sac. Cæs. Majestate præfata Eleonora Augusta sæpius memorato Monasterio donatæ, quarum pleraque particulæ; demptis eis de quibus specialiùs fiet mentio.*

Particulæ aliquot Ligni Sanctæ Crucis; Sanguinis Christi; & Lactis B. V. Mariæ.

De Spinea Corona Christi Domini.
C De Sudario Christi Domini.
De Arundine Christi Domini.
De Columna, in qua Christus flagellatus fuit.
De Tunica B. V. Mariæ.
De Sepulchro B. V. Mariæ.

Particulæ Reliquiarum Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, Andreæ, Matthæi, & Matthiæ, ac S. Marci Euangelistæ.

Duæ particulæ S. Faustinæ Martyris.
Particulæ aliquot de Ossibus S. Sigismundi Regis.
Duæ costæ S. Elisabethæ Viduæ.
Varia ossa Innominatarum Reliquiarum.
De visceribus & spongia S. Caroli Borromei.
De Visceribus S. Felicis Capucini.
Cor & unum os S. Othiliæ Virginis.
De corde, hepate, & habitu B. Francisci Bergomensis Capucini.
De brachio S. Melitæ *Virg.*
De Cranio S. Eugeniæ *Virg. & Mart.*
Fragmentum S. Maximinæ *Mart.*
Item S. Prisstrati Martyris.
Aliquot majora & minora ossa Martyrum Trevirensium.
Aliquot particulæ S. Livii Martyris.

Item dnæ partes S. Linii *Mart. de crure ejus.*
Dens S. Fabiani Papæ & Mart.
Dens S. Alexandri Martyris.
Dens B. Matthæi Carerii Mantuani.
Dens B. Osannæ Mantuanæ.
De cranio cum aliis particulis ex Societate S. Mauritii Martyris.
Duo magna cruris ossa ex Societate S. Zenonis Mart.
SS. Ducentorum Martyrum Ordinis S. Benedicti.
SS. Felicis & Adaucti MM.
Ex Societate S. Gereonis Mart.
SS. Gordiani & Epimachi MM.
SS. Fratrum M. M. filiorum S. Felicitatis.
De Pallio S. Joseph.
De habitu B. Joannis Capistrani.
De habitu B. Joannis Bergomensis.
De Casula, Ossibus, tumba, & cingulo S. Wolfgangi Ep. & Conf.
De Capillis S. Francisci Conf.
De Pallio & indusio S. Ignatii Loiolæ Conf.
De Pallio S. Claræ Virg.
De habitu S. Francisci de Paula Conf.
De Pallio S. Gertrudis Virg. *sororis S. Caroli Magni Imperatoris.*
De Velo S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virg. Ord. E Carmelitarum.

6 Partes aut particulæ Reliquiarum.

S. Policarpi Mart.
S. Suniduni Mart.
S. Valentini Mart.
S. Valentini Ep. Mart.
S. Simplicii Mart.
S. Faustini Mart.
S. Gereonis Mart.
S. Januarii Mart.
S. Christophori Mart.
S. Innocentii Mart.
S. Felicissimi Mart.
S. Soteris Papæ Mart.
S. Mauritii Mart.
S. Alexandri Papæ Mart.
S. Stephani Proto-Mart.
S. Paulini Mart.
S. Cosmæ Mart.
S. Sebastiani Mart.
S. Maburii Mart.
S. Placidi Mart.
S. Hermagoræ Mart.
S. Georgii Mart.
S. Laurentii Mart.
S. Lucii Papæ Mart.
S. Nili Mart.
S. Marii Ep. Mart.
S. Justi Mart.
S. Nicostrati Mart.
S. Vitalis Mart.
S. Columbani Mart.
S. Zephyrini Mart.
S. Bonifacii Mart.
S. Felicis Mart.
S. Eusebii Mart.
S. Hilarii Mart.
S. Blasii Ep. Mart.
S. Severi Mart.
S. Constantii Mart.
S. Modesti Mart.
S. Zephani Mart.
S. Fidelis Mart.
S. Nicetæ Mart.
S. Hippolyti Mart.
S. Fabiani Mart.
S. Cornelii Mart.
S. Basilii Mart.
S. Quirini Mart.
S. Petri Mart.
S. Stephani Mart.
S. Battionis Mart.
S. Cristanti & Soc. MM.
S. Fortunati Mart.
S. Hyacinthi Mart.
S. Honorati Mart.
S. Maximi Mart.
S. Victoris Mart.
S. Vincentii Mart.
S. Achatii Mart.
S. Caji Papæ Mart.
S. Maximiliani Mart.
S. Gaudentii Mart.
S. Secundini Mart.
S. Honorii Mart.
S. Caproli Mart.
S. Viti Mart.
S. Felicis Ep. Conf. F
S. Amandi Episc. Argentinensis.
S. Oswaldi Regis.
S. Benedicti Abb.
S. Hilarii Ep. Conf.
S. Fortunati Archid.
S. Marci Patriarchæ Antiocheni.
S. Mauri Ep. Conf.
S. Sebaldi Conf.
S. Severini Ep. Conf.
S. Galli Abb.
S. Antonii Abb.
S. Simeonis Justi.
S. Morandi.
S. Cyriaci Conf.
S. Leonis Conf.
S. Wilibaldi Ep. Conf.
S. Augustini Ep. Conf. & Doctoris.
S. Ruperti Ep. Conf.
S. Leonis Papæ Conf.
S. Wilhelmi Ep. Conf.
S. Huberti Ep. Conf.
B S. Udalrici

AUCTORE D. P.

AUCTORE D. P.

S. Udalrici Ep. Conf.
S. Franc. Borgiæ Conf.
S. Franc. Xaverii Conf.
S. Lazari Ep. Conf.
S. Bennonis Ep. Conf.
S. Ludovici Regis.
S. Catharinæ V. Mart.
S. Apolloniæ V. Mart.
S. Anaſtaſiæ V. Mart.
S. Techlæ V. Mart.
S. Margarethæ V. Mart.
S. Dorotheæ V. Mart.
S. Euphemiæ V. Mart.
S. Spinoſæ V. Mart.
S. Ulpiæ V. Mart.
S. Fenegariæ V. Mart.
S. Chriſtinæ V. Mart.
S. Dinonæ V. Mart.
S. Mariæ Magdalenæ.
S. Richildis V.
S. Uſapiæ V.
S. Venerandæ M.
S. Balbinæ V.
S. Afræ M.
S. Brigittæ Viduæ.
S. Ludmillæ M.
S. Chunegundæ V.
S. Portianæ M.

7 *Tandem Eminentiſſ. D. Cardinalis ab Harrach ſequentes Reliquias, quas ſecum Româ attulerat, per ſuum Nepotem D. Leonardum Comitem ab Harrach, huic monaſterio donavit, ſcilicet:*

& à Card. ab Harrach

S. Piæ Mart.
S. Caji Mart.
S. Pii Mart.
S. Sanctæ Mart.
S. Felicis Mart.
S. Luclumii Mart.
S. Etymii Martyris.

8 Cum nos ergo omnes ſupra recenſitas ſacras Reliquias ſingulatim ocullariter inſpexerimus, manibus luſtraverimus, & apprehenderimus, & juxta nobis exhibitum illorum catalogum ac deſcriptionem recognoverimus, atque reipſa deprehenderimus; ſimul perpendentes ſingularem pietatem, devotionem, & affectum, quo præfatæ Carmelitanæ Sanctimoniales Excalceatæ in Dei Sanctos, ac præſertim in illos quorum ſacra lipſana in ſuo cœnobio poſſident, impenſius feruntur; ut accedente permiſſione ac facultate noſtra Epiſcopali, fidelium veneration ac cultui in ipſarum templo publice exponere valeant, ad majorem Dei gloriam & Sanctorum honorem promovendum, atque efficax eorum patrocinium facilius obtinendum; præſenti publico inſtrumento & auctoritate noſtra Epiſcopali decernimus ac declaramus, prædictas omnes Sanctorum Reliquias ab omnibus, uti tales, habendas ac venerandas eſſe, publiceque in eccleſia exponi poſſe, ac Sanctos ipſos invocari; atque de illis, quorum ſupra ſpecifica mentio facta, Officium duplex aut ſemiduplex recitari poſſe; quod jam alias indulſimus, & nunc denuo ſcripto concedimus ac confirmamus. In quorum omnium fidem præſens hoc inſtrumentum per Secretarium noſtrum expediri juſſimus, à nobis ſubſcriptum & ſigilli noſtri majoris ſubimpreſſione communitum. Actum Viennæ Auſtriæ, in Curia noſtra Epiſcopali, XV Kalend. Januarii, anno poſt Chriſtum natum MDCLVII

B *approbantur & exponi jubentur,*

an. 1657. C

PHILIPPUS EPISC. VIENNENSIS.

9 *Hactenus inſtrumentum iſtud, nobis ſubmiſſum à R. P. Paulo ab Omnibus Sanctis, Carmelitarum Diſcalceatorum per Germaniam Definitore & variis editis libris claro: qui ſui cognominis implere ſatagens notionem, enixe nos rogavit, ut quemadmodum ad* XV *egimus* de SS. Conſtantio ac Feliciano Martyribus Romanis, *ad eccleſiam Thereſianarum Antverpiam apportatis, ſic ad hunc* XXI *Maji, quo apud ejuſdem Ordinis Sanctimoniales Viennæ ſub ritu Officii duplicis colitur* S. Fabius, *illius vel inter Prætermiſſos faceremus mentionem, quoniam intellexerat, propoſitum non eſſe nobis de Martyribus, recentiori memoria Romæ editis, operoſe ac ſigillatim agere. Ita ſane indicavimus in Notitia brevi totius Operis, edita poſt Notitias triplicis ſtatus, Eccleſiaſtici, Monaſtici & ſecularis, ante hos* XIV *annos ex primo Trimeſtri noſtro deſumptas. Si tamen contingat notabiles aliquas, nec talibus paſſim communes circumſtantias loci, temporis, vel perſonarum ejuſmodi Tranſlationibus intervenire, quæ ſpeciali memoria videantur dignæ; oblatam ultro, licet non ſtudioſe quæſitam occaſionem, de communitatibus, præſertim religioſis, bene merendi haud illibenter arripimus arripiemuſque; ſicuti non uno exemplo, etiam poſt editum Martium, in Aprili ac Majo declaravimus.*

Eorum integer Catalogus hic relatus

D

10 *Placuit autem in præpoſito titulo, præter* S. Fabium *qui hodie colitur, etiam nominare* S. Beinium, S. Emmanuelem, & S. Firmum, *quod intra proximos decem dies colantur:* S. Beinius *quidem* XXVII *Maji officio ſemiduplici, ob gemina integra oſſa tibiarum aliaſque particulas;* S. Emmanuel *vero duplici ad diem* XXXI, *&* S. Firmus *ad* I *Junii: menſe quidem diverſo, non tamen hinc ſeparandus, eo quod illius ſacrum corpus, ſeu præcipuæ corporis partes, donatæ huic Parthenoni fuerint ab Illuſtriſſimo D. Auguſtino Centurione, prælaudatæ Venerab. Matris Paulæ Mariæ germano fratre, ac poſtea etiam Duce Genuenſi. Facta ea donatio eſt anno* MDCXLIII: *longe autem poſterior eſt illa, qua Viennam pervenit, quod dixi* XXX *Maji coli, corpus* S. Emmanuelis Chriſti Martyris, *acceptum ex liberali donatione Eminentiſſ. D. Caſpari S. R. E. Cardinalis de Carpineo, S. D. N. Innocentii Papæ XI Vicarii Generalis, & in alma Vrbe ejuſque diſtrictu Iudicis ordinarii, anno* MDCLXXVIII *die* XXXI *Octobris. Donationis iſtius litteras ipſaſque Reliquias ſacras anni ſequentis menſe Auguſto ac die ejus* VIII *recognovit, & publicæ venerationi exponendas approbavit Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. D Wildericus Epiſcopus Viennenſis. Aliud quod de his dicere poſſim non ſuppetit, niſi quod* Emmanuelis *nomen, ex deſignatione inventoris vel donatoris inditum credi poſſit, quamdiu certioribus nullis exemplis probatur ipſum fuiſſe uſurpatum inter Chriſtianos, ſub Gentilium Imperatorum tyrannide gementes. Quibus porro indiciis crediti ſint illi, quorum ſic tranſlata ſunt oſſa, vere Martyres Chriſti fuiſſe, tacentibus Donationum inſtrumentis dicere nequimus: fidem tamen haud illibenter tribuimus eorum prudentiæ, quibus eam haberi jubent tantæ rei præpoſiti Cardinales Eminentiſſimi.*

& S. Fabio adjuncti alii tres.

ex quibus Emmanuel M. ceteris acceſſit an. 1678.

E

11 *Quod ad ipſum monaſterium attinet, de ejus fundatione præfatus* P. Paulus *in hunc modum mihi ſcripſit, præcipua illius decora ſummatim complexus.* Cum Auguſtiſſima Romanorum Imperatrix Eleonora Ferdinandi II conjux, dudum in votis habuiſſet, ex impenſo quo ferebatur affectu in Deiparam Virginem Mariam de Monte Carmelo, ac Seraphicam Matrem Thereſiam, Sanctimoniales Carmelitas Diſcalceatas Viennæ fundare; tandem anno MDCXXVIII, XXX Maji, ad hoc facultatem per diploma Pontificium ab Urbano VIII impetravit, & à Superioribus Ordinis quatuor Moniales, ad hoc opus inchoandum; duas ſcilicet ex Conventu Genuenſi, V.M. Paulam Mariam à Jeſu, & R. M. Mariam Thereſiam à S. Onuphrio, & duas ex Conventu Interamnenſi Provinciæ Romanæ, videlicet R. M. Catharinam à S. Dominico, & Mariam Electam à Jeſu: quæ II Novembris MDCXXIX Viennam appulere, & honorificentiſſime ab Auguſtiſſima ac pientiſſima Imperatrice receptæ fuere: quas etiam ex ſingulari in eas affectu, à II Novembris uſque ad VIII ejuſdem penes ſe in aula Cæſarea detinuit, & abunde de omnibus neceſſariis providit. Domus etiam locumque coëmit opportunum, ad monaſterium & templum in eo erigendum. Sacri hujus ædificii primum lapidem ipſa poſuit anno MDCXXXIII, XII Octobris, præſente Ferdinando II totaque Cæſarea Prole. In lamina lapidis impoſita, hæc legebantur verba.

Fuerat monaſterium fundari cœptum an. 1628

F

& templi S. Joſephi dicati primus lapis

12 Ad honorem ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis, ad perpetuam rei memoriam. Eleonora Sereniſſima & Auguſtiſſima Romanorum Imperatrix, Hungariæ & Bohemiæ Regina, Archiducilla Auſtriæ &c. nata Ducilla Mantuæ; aſſiſtentibus Ferdinando II Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rege, Archiduce Auſtriæ, Duce Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Principe

A Principe Sueviæ, Marchione Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, Moraviæ &c. Comite Habſpurgi, Tyrolis &c. Domino Marchiæ, Portus-Naonis & Salinarum; una cum Ferdinando III Rege Hungariæ &c. ac Sereniſſimo Leopoldo Argentinæ & Paſſavii Epiſcopo, & Sereniſſimis Archiduciſſis Maria-Anna, & Cæcilia-Renata, ſacræ hujus ædis & monaſterii RR. MM. Carmelitarum Diſcalceatarum Congregationis S. Eliæ Ordinis Beatiſſ. Virginis Mariæ de Monte Carmelo, prima Viennę fundamina ſolenniſſime locavit, maximoque pietatis ac benevolentiæ affectu Sanctiſſimo Patriarchæ Joſepho, ejuſdem B. Virginis Sponſo, devotiſſime dicavit, die XXII Octobris MDCXXXIII. Sacrum cecinit lapidemque conſecravit Eminentiſſimus D. Cardinalis de Dietrichſtein, miniſtrantibus ei duobus Epiſcopis. Deſiderabat Eleonora, defuncto Conjuge Ferdinando II his ſacris Virginibus ſeſe aggregare, atque in Religione hac Sanctiſſima reliquo vitæ ſuæ tempore Deo Deique Parenti inſervire; at permiſſa non fuit. Quoties tamen licuit ad cœnobium hoc ſuum ſe conferebat, & magnifica pietatis humilitatiſque exempla Sanctimonialibus ſemper præbere ſolita fuit; de quibus legenda vitæ virtutumque ejus hiſtoria, Viennæ edita per R. P. Hermannum Horſtium Societatis Ieſu ejus Confeſſarium. Longo etiam ante piiſſimam ſuam mortem tempore illis cohabitare voluit, cum non modico animæ ſuæ ſolatio; & habitu hujus Ordinis amicta, in communi earum humari crypta. AUCTORE D. P.

ſolenniſſime poſitus an. 1633.

DE SANCTO HILARIO

EPISCOPO TOLOSANO IN GALLIA.

SYLLOGE HISTORICA.

Ejus Officium, cultus die vario, inventio, elevatio. G. H.

XXI MAII

Officium proprium

INter *Officia Sanctorum propria Eccleſiæ & Diœceſis Toloſanæ, juſſu Caroli de Montchal Archiepiſcopi Toloſani recognita & anno* MDCXLVII *in lucem edita, continetur ad hunc diem* XXI *Maji Officium* S. Hilarii Epiſcopi Toloſani *ſub ritu ſemiduplici, & propria hæc Oratio præſcribitur.* Omnipotens ſempiterne Deus; qui B. Hilarium Confeſſorem tuum atque Pontificem nobis æternæ ſalutis dediſti miniſtrum, quæſumus ut ejus ſuffragantibus meritis pietatis tuæ gratiam conſequamur. *In ſecundo Nocturno ad Matutinum hæ de ejus Vita præſcribuntur recitandæ Lectiones.*

2 Hilarius, Toloſanæ civitatis Epiſcopus, vitæ ſanctitate conſpicuus fuit & celebris. S. Saturnini, primi Antiſtitis Toloſani ac Martyris, recordatione & ſtudio tantopere capiebatur; ut poſt multum temporis ab obitu S. Saturnini, Pontificalis dignitatis inſignia geſtans, quod minus decorum videbatur hominibus, à Deo tamen honoratum Saturnini corpus ipſe Hilarius ſummo in honore habuerit, habeque rique voluerit à populo Toloſano ſibi credito & commendato. Quamobrem cum ipſius Reliquiæ ſub terram defoſſæ multis annis delituiſſent, tanti Martyris ſanctitatem miratus Hilarius, quod nullus ante tentare auſus fuerat, ipſe aggreſſus eſt. Terram enim effodi ad ligneum uſque ſepulcrum S. Saturnini mandavit: ejus tamen ſanctum corpus commovere non auſus, lateritio opere fornicis inſtar ambiri tumulum curavit; & ad excitandam populi pietatem, juxta ſancti Martyris reliquias ædiculam ligneam orationis gratia ſuperne extruxit. Tandem Hilarius Paſtorali munere diligenter perfunctus, vita mortali ſimul defunctus eſt. Cujus ſanctum corpus anno ducenteſimo ſupra milleſimum apud S. Saturnini fanum in lapideo tumulo repertum eſt, & trecentis poſtea & ſeptemdecim annis inventum eſt in eodem tumulo plane integrum; &, quod ſtupendum eſt, nullo ſqualore obſitum, ſed ita luminoſum & fulgidum, ut hoc pro ſummo miraculo omnes venerarentur. *Hactenus dictæ Lectiones. At quo tempore vixerit, non liquet.*

in quo dicitur elevaſſe corpus S. Saturnini.

C

& juxta illud ſepultus

refertur ab aliis 20 *Maji.*

3 *Guilielmus Catellus, in Memoriis Hiſtoricis Occitaniæ ſeu Langedociæ lib.* 5, *deducit hiſtorias Epiſcoporum; & inter Toloſanos tertium ſtatuit* S. Hilarium, *allegatis Officiis propriis Eccleſiæ Toloſanæ: aſſeritque* feſtum celebrari die XX Maji; eoque die dicit è vita deceſſiſſe. *Proinde arbitramur errorem typographicum irrepſiſſe vel apud Catellum, vel in titulum Officiorum propriorum, aut vero poſtea feſtum in diem ſequentem fuiſſe tranſlatum. Ferrarius in Catologo generali eumdem refert etiam ad diem* XX *Maji; citatis tabulis Epiſcopalibus ejuſdem urbis, cum libello Officiorum propriorum dictæ Eccleſiæ. Sauſſajus contra ad eumdem* XX *Maji elogium profert* S. Hilarii II, *his verbis:* Eodem die Toloſæ S. Hilarii Epiſcopi & Confeſſoris. Hic Mennæ repleta vice, omnium virtute laude refulgens, nobilis hujus Eccleſiæ gubernacula geſſit: poſtque felicem divini muneris executionem, æterna ad præmia evocatus, ſanctitatis refulſit in tumulo (quem apud S. Saturninum nactus eſt) mirificis indiciis. *Hæc ibi, quæ fere de quolibet Sancto Epiſcopo dici poſſunt. Qualia iterum idem Sauſſajus habet ad Kalendas Iunii; quo itidem die priorem* S. Hilarium *longo exornat elogio, ex Lectionibus relatis deſumpto. Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana de Epiſcopis Toloſanis, utriuſque* Hilarii *meminit, quorum alterum in ordine tertium collocat, alterum ſucceſſorem Mennæ decimum quartum conſtituit, & utrumque aſſerit coli Kalendis Iunii. Verum Ioannes Chenu unicum dumtaxat* Hilarium *nominat; eumque decimum Eccleſiæ Toloſanæ Epiſcopum; cujus* natalem diem coli Kalendis Junii *affirmat. Vnicum etiam ſtatuunt Catellus & San-marthani; omiſſoque ſecundo, qui poſt Mennam ſediſſet, priorem tantum referunt, tertiumque volunt fuiſſe Epiſcopum. Nulla etiam ſecundi alicujus* Sancti Hilarii *mentio fit in Officiis propriis dictæ Eccleſiæ Toloſanæ.*

aut 1 *Iunii & plures Hilarii indicantur.*

F

4 *Nicolaus Bertrandi, in* Geſtis Toloſanorum, *editis anno* MDXV *& præcedenti die ad Vitam B. Guilielmi Eremitæ Auguſtiniani prolixe laudatis, fol.* XLVI, *poſtquam egiſſet de Sanctis* Honorato & Silvio, *in cryptâ eccleſiæ S. Saturnini ſepultis, ita pergit:* Sanctus pariter Hilarius fuit Epiſcopus Tholoſanus. Ejus corpus in dicta eccleſia infra eamdem cryptam jacet, in proprio tumulo collocatum: ejuſque natalis recolitur [XII] Kal. Junii. Anno vero Domini MCCLXV Nonis Octobris, in eccleſia ſancti Martyris Saturnini, ſubtus cryptam ejuſdem Martyris in terram, fuerunt inventa quatuor ſepulcra Sanctorum, Honorati, Silvii, Hilarii, Epiſcoporum Toloſæ, ac etiam S. Papuli Martyris, qui fuit B. Saturnini diſcipulus & collega. Erant autem ſinguli inſcripti & intitulati nominibus ſuis, ſubtus terram in circuitu hinc & inde.

AUCTORE G. H. Fueruntque inde elevata corpora Sanctorum, cum ſuis tumulis intitulatis, & in tumulis ibidem repoſita ſuper terram: ubi (ſicut nunc cernitur) infra eamdem cryptam, ſubtus corpus S. Saturnini, eorumdem magiſtri, veneranbiliter in Domino requieſcunt. *Catellus in elogio S. Honorati II Epiſcopi, ex libro cui titulus* Præclara Francorum facinora, *rem eamdem ita contractius tranſcribit:* Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quinto, Nonis Octobris, inventa fuerunt in Eccleſia S. Saturnini Toloſæ, quatuor corpora Sanctorum, ſcilicet Silvii & Hilarii, & Honorati & Papuli Martyris, juxta ſepulcrum Protopræſulis & Martyris. *De qua inventione Molanus ad diem* VII *Octobris iſta habet:* Toloſæ inventio Sanctorum Confeſſorum Silvii, Hilarii, & Honorati Epiſcoporum, & Pappoli Epiſcopi & Martyris. *Eorumdem inventionem ad dictum diem recolit Sauſſajus, & Hilarium ſeniorem appellat, quia alium juniorem intruſerat. Ex aliis Epiſcopis coluntur* Silvius XXXI *Maji,* Honoratus XXV *Decembris, &* Papulus III *Novembris: quo die in Lectionibus propriis ſolum* Martyr *compellatur, & de inventione jam dicta fit mentio.*

inventio corporis 7 Octob. an. 1265.

cum corporibus SS. Silvii, Honorati & Papuli

5 *Sauſſajus præcitatus etiam in ſuo Martyrologio ad* XXIV *Martii* Toloſæ, *inquit,* relevatio S. Hilarii Epiſcopi & Confeſſoris, facta in baſilica S. Saturnini, ubi quieſcit congruo cum decore in ſacello ſanctæ Crucis. *Antea vero ad diem* XXVI *Martii ſic habet:* Toloſæ feſtiva elevatio corporum SS. Papuli, Silvii, Hilarii, Honorati, & Gilberti in eccleſia S. Saturnini. *Feſtum* S. Saturnini *ſolennißimo cultu celebratur* XXIX *Novembris cum octava. De* Gilberto *agit Sauſſajus* IV *Februarii his verbis,* Toloſæ in eccleſia S. Saturnini, feſtivitas S. Gilberti Abbatis & Confeſſoris, qui ibi corpore quieſcit. *Verum alibi de eo nihil reperientes, non fuimus illum auſi jungere Sanctis iſtius diei, propterea quod ſciremus Sempringamenſem ejus nominis Abbatem in Anglia tunc coli; neque veroſimile nobis videretur hujus corpus aliquando eſſe tranſlatum Toloſam. Utrumque certe diſtinxit ipſe Sauſſajus: ſed neſcio quid novæ confuſionis ingeßit, cum* monaſterium Sempigamiæ (*ſic enim aliquando etiam nominatur* Sempringamum) *dicit fundatum in* Hunonis-curia. *Si talis locus aliquis prope Toloſam aliquando eſſet in Abbatiam erectus, & iſtius nominis ſanctum Abbatem habuiſſet, poſſemus ſuſpicari datam hinc occaſionem Sauſſajo Franciam cum Anglia confundendi: nunc neque quo eum excuſemus ſuppetit; neque de* S. Gilberto Toloſate *alia occurrit conjectura, quam quod Baſilica S. Saturnini (cujus Præſules ab anno* MCXVII *ſolum enumerant Sammarthani) ab initio ſuæ fundationis, cujus meminit Venantius Fortunatus lib. 2 cap. 9 in confinio ſexti ac ſeptimi ſeculi, habuerit Monachos, vel ſaltem intermedio aliquo tempore; quorum aliquando Abbas,* Gilbertus *dictus, meruerit nomen & cultum Sancti; ſed cum dies obitus ignoraretur, à poſteris aſſumptus is ſit qui Synonymi Abbatis erat. Ceterum de iſta tam* Elevatione *quam* Relevatione *vellem plus dicere, ſi Auctores ſuos Sauſſajus nominaſſet, aut eos uſpiam ipſe inveniſſem.*

relevatio 24 Martii B

26 Martii elevatio eorumdem & S. Gilberti:

D *Quis his-*

B

DE S. CONSTANTINO MAGNO

IMPERATORE ROMANO

COMMENTARIUS HISTORICUS.

D. P. De ejus cultu, baptiſmo, converſione, imagine, Conſularibus nummis.

CAPUT PRIMUM

Sepultura & cultus Sancti Conſtantinopoli & alibi.

AN. CCCXXXVII C *Poſtquam* Conſtantinus Imperator, *vere* Pius, *vere* Magnus, Imperii curriculum duobus & triginta annis explevit, *inquit Euſebius in Vita ejus lib. 4. cap. 53,* exceptis menſibus ac diebus paucis, vitæ vero ſpatium duplo fere longius, *vel ut Eutropius habet* Imperii anno XXXI, ætatis LXVI, *Æra autem vulgaris* CCCXXXVII, in ſolennitate venerandæ & ſacratiſſimæ Penrecoſtes circa meridiem migravit ad Dominum, mortalibus quidem partem ſui mortalem relinquens, eam vero animæ partem quæ intelligentia & amore Dei prædita erat Deo ſuo conjungens..... *Poſt prima funebris planctus officia in eodem in quo obierat loco,* Achirone *videlicet* villa publica *Nicomedienſis ſuburbii, à Tribunis exercituque ſplendide perſoluta;* ſublatum milites è lecto corpus in area aurea depoſuerunt, eamque purpurea veſte obtectam Conſtantinopolim deportarunt, atque in præcipuo Imperialis palatii cubiculo ſublimem collocaverunt. De hinc aurea ſuper candelabra luminibus undique accenſis, admirabile ſpectaculum intuentibus præbebatur, & quale in nullo unquam mortalium ab ipſo orbis conditu viſum in terris fuerat. Quippe in medio conclavi funus Imperatoris, in area aurea ſublime jacens, regiis inſignibus, purpura ſcilicet ac diademate ornatum, multi circumdantes noctu atque interdiu vigiles cuſtodiebant. Ceterum totius exercitus Duces, Comites quoque & reliqui Judices, qui etiam antea Imperatorem adorare ſoliti erant, priſtini moris obſervantiam nullatenus mutantes, ſtatis horis ingrediebantur, & Imperatorem in arca depoſitum, perinde ac vivum & ſpirantem genu flexo poſt obitum ſalutabant. Poſt primores autem illos, idem deinceps & Senatores & honorati omnes introeuntes fecerunt. Innumerabilis deinde vulgi multitudo, cum pueris & mulieribus, ad hujus rei ſpectaculum acceſſit. Atque hæc longi temporis ſpatio aſſidue geſta ſunt; cum militares funus ad hunc modum jacere & cuſtodiri decreviſſent, donec Imperatoris filii eo advenientes, ipſi paternum funus honoris cauſa proſequerentur. . . . . .

Mortui corpus expoſitum CP. in Palatio.

& conſuetis honoribus frequentatum, F

2 Aſt [Romæ] in urbe Regia Senatus populuſque, comperta Imperatoris morte, graviſſimum hunc nuntium & quavis calamitate acerbiorem rati, nullum luctui modum fecere..... Omnes Imperatorem beatum, Deo carum, & prorſus Imperio digniſſimum prædicabant: neque hæc tantum voce nuda declarabant, ſed imaginibus dedicatis mortuum perinde ac ſuperſtitem honorabant: in quibus cum cæli ſimilitudinem expreſſiſſent in tabula, ipſum ſupra cæleſtes fornices in æthereo domicilio requieſcentem pinxere: quin etiam. . . . magnis clamoribus poſtulabant, ut Imperatoris ſui funus apud ſe haberent, & in regia urbe ſepelientes deponerent. Sed ſecundus ex filiis [Conſtantius] cum adveniſſet, in urbem [Conſtantinopolitanam] illud deduxit, exequias

(Romanis etiam ut ſanctum pingentibus)

A quias ipſe præcedens. Præibant per catervas & agmina diſpoſiti ordines militares, pone ſequebatur innumerabilis hominum multitudo: haſtati vero ſcutarii ipſum Imperatoris corpus medii cingebant: & poſtquam in Apoſtolorum Servatoris noſtri eccleſiam deventum eſt arcam illic depoſuerunt..... Ubi vero novus Imperator, cum militaribus ordinibus abſceſſit, miniſtri Dei cum turbis & tota fidelium plebe in medium prodiere, & divini cultus ceremonias precationibus peregerunt. Ac beatus quidem Princeps, alto in ſuggeſtu jacens, laudibus tum celebrabatur: innumerabilis autem populus, una cum Sacerdotibus Dei, non ſine gemitu ac lacrymis pro Imperatoris anima preces offerebant Deo, gratiſſimum pio Principi officium exhibentes. Porro in hoc etiam Deus prolixam erga famulum ſuum benevolentiam declaravit..... quod locum juxta Apoſtolorum memoriam ei conceſſerit; ut ſcilicet beatiſſimæ animæ illius tabernaculum Apoſtolici nominis atque honoris conſortio frueretur, & populo Dei in eccleſia ſociaretur, diviniſque ceremoniis ac myſtico ſacrificio & ſanctarum precum communione potiri mereretur.

infertur in eccleſiam Apoſtolorum,

3 *Hactenus Euſebius Cæſareenſis lib.4 de Vita Conſtantini Capitibus ultimis: antea autem cum jam dictam Apoſtolorum eccleſiam, totamque illius fabricam & ornatum deſcripſiſſet*, Hunc, *inquit*, ſibi locum poſt mortem deſignaverat, incredibili fidei alacritate proſpiciens, ut corporis ſui tabernaculum communem cum Apoſtolis appellationem ſortiretur, quo ſcilicet precationum, quæ in honorem Apoſtolorum ibi celebrandæ erant, etiam mortuus particeps fieret. Cum igitur duodecim illic capſas, quaſi ſacras quaſdam columnas, in honorem ac memoriam Apoſtolici collegii erexiſſet; ſuam ipſius arcam in medio conſtituit, quæ ſenas utrimque Apoſtolorum capſas diſpoſitas habebat. *Paulus Diaconus & Ms. Catalogus regiorum ſepulcrorum apud Cangium lib.4 Conſtantinopolis Chriſtianæ cap.5, ſepulcrum illud fuiſſe* Porphyreticum *indicant: & Catalogus quidem addit*, primo loco verſus Orientem *poſitum. Gyllius autem in Topographia Conſtantinopoleos lib.4 cap.2 ait*, quod ſecundum viam quæ tendit per dorſum promontorii ad ædem Sophiæ ad portam Adrianopolitanam (*prope locum ubi fuiſſe templum Apoſtolorum ante dixerat*) hodie monſtratur ſolium ex porphyretico marmore factum, ſed vacuum & carens operculo, longum decem pedes, altum quinque & ſemiſſem, quod Græci & Turci dicunt eſſe magni Conſtantini. *Et ille quidem eo dubitat, quia Euſebius Socrateſque arcæ aureæ meminerunt: ſed nihil vetat, imo congruum fuit, hanc lapidece incluſam fuiſſe.*

B *quam ipſe ſibi in ſepulturam extruxerat,*

& porphyretico ſepulcro includi-tur,

C

unde ſemel ablatum

4 *Ex eodem Gyllio, loco jam citato videtur intelligi, Mahometum qui Vrbem occupavit templum illud idcirco deſtruxiſſe; monumentaque Regalia omnia, cum ipſis quæ intus continebantur oſſibus, diſſipaſſe eo conſilio, ut Imperium Græcorum penitus extinctum crederetur, abſque ulla ſpe aliquando reſurgendi eo loco, ubi nec ſepulcra quidem priorum Imperatorum amplius eſſet invenire. Vt autem novum Imperium Turcarum ibi à ſe conſtitutum demonſtraret, ex ipſa illius templi aliarumque vicinarum ædium ſacrarum materia, ſuæ ſuperſtitionis ornatiſſimum fanum in proximo ſtruxit, ſupra ciſternam quæ Apoſtolicæ baſilicæ aquam miniſtrabat; plantavit & hortum muris cinctum, in cujus medio ſepulcrum ſibi magnificentiſſimum ſtruxit, nequid minus aut diſpar faceret à magno Conſtantino, quod perpetui Flamines ibidem noctu diuque aſſidentes obſervant. Quid autem ſacris oſſibus* Conſtantini *factum ſit ignoramus, niſi forte in Calabriam ſunt tranſlata, de quo infra. Ea cum olim Macedonius, Conſtantinopolitanus Epiſcopus Arianus, quia eccleſia Apoſtolorum ruinam minari videbatur, in S. Acacii ædem tranſtuliſſet, repugnantibus nequidquam civibus, imprimis orthodoxis; iratus eſt Conſtantius Imperator, quod ſe inconſulto fuiſſet loco motum patris cadaver, idque non ſine multorum cæde. Vtrum autem id reponi juſſerit, non dicunt quidem Socrates atque Soſomenus; juſſiſſe tamen credibile eſt, ſaltem poſt cautelam ruinæ formidatæ adhibitam. Quotquot enim deinceps ſepulturæ Conſtantinianæ meminerunt, de ea loquuntur ut apud Apoſtolos exiſtente, nec quiſquam poſterioris relationis meminit; quæ ab aliquo poſteriorum Imperatorum curata non caruiſſet ſua memoria in Faſtis Græcorum. Iuſtinianus quidem, cum pene à fundamentis hanc eccleſiam reſtauraſſet, monumenta Imperatoria, in ejus porticu exteriori poſita, reſtauraſſe atque exornaſſe dicitur: ſed circa illud quod intus erat Conſtantini ſepulcrum, nihil legitur innovaſſe; utpote diligentiori ſtudio conſervatum, tamquam res quædam ſacra, æque ac Apoſtolorum circum poſita cœnotaphia.*

AUCTORE D. P. *ac mox reſtitutum*

5 Cum *enim, ſicut inquit Euſebius, libros de Vita Conſtantini finiens*, ſolus ex Romanis Imperatoribus Deum omnium Regem excellenti quadam pietate coluiſſet, ſoluſque doctrinam Chriſti ore libero univerſis prædicaſſet; eumque Eccleſiam Dei honore & gloria in tantum auxiſſet, quantum antea nemo; & errorem hominum plures Deos colentium ſolus evertiſſet, omneſque hujuſmodi ſuperſtitionis ritus ac modos confutaſſet; *memoriam ejus ſuſcepit Eccleſia Chriſtiana, potiſſimum Orientalis, non ſolum ut optime meriti Imperatoris, ſed etiam ut Apoſtolis comparandi, communique cum iis veneratione digni, una cum memoria Chriſtianiſſimæ ac religioſiſſimæ matris Helenæ, de qua cum Latinis agemus* XVIII *Auguſti. Græci vero feſtum utrique agunt die* XXI *Maji; neſcio cur non potius* XXII. *Cum enim anno* CCCXXXVII *Paſcha celebratum fuerit die* III *Aprilis, neceſſe eſt Pentecoſtalem feſtivitatem, qua ad meridiem perducta obiit* Conſtantinus, *uno die ſerius eluxiſſe: Itaque poſt Chronicon Idacii legitur apud Sirmondum & Labbæum, quod* Feliciano & Tatiano Coll. Conſtantinus Auguſtus ad cæleſtia regna tranſlatus eſt XI Kalendas Junias, *& ſic inſcribitur Auctariis ad Vſuardum Greveni atque Molani, nec non Germanico Martyrologio Caniſii. Alii vero eo die celebrant Elevationem* S. Helenæ *Romæ, cum Tranſlatione corporis in Gallias: ſed Græci filio conjunctum corpus matris habuiſſe ſe dicunt, Romæ forſitan allatum* XII Kal. Junias; *& hoc fuerit principium ſacri iſtius atque annui cultus. quo Græci uſque hodie proſequuntur* Τὴν μνήμην τῶν ἁγίων, ἐνδόξων, θεοσέπλων καὶ ἰσαποστόλων Βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης, Memoriam Sanctorum, gloriioſorum, à Deo coronatorum, atque Apoſtolis æqualium Imperatorum, Conſtantini & Helenæ.

ibidem annuo feſto celebratur

21 *Maji*

una cum Helena matre.

F

6 *Eorumdem elogio ex Synaxariis recitando hoc in Menæis præponitur diſtichon:*

Ὡς κοινὸν εἶχον γῆς Βασιλεῖς τὸ σέφος,
Ἔχουσι κοινὸν καὶ τὸ τῆς πόλεως σέφος.

quo ſcilicet indicatur conſortes eſſe cœleſtis coronæ, qui fuerunt terrenæ. *Qui autem utrique compoſitus eſt Canon, ſane antiquus (ut pote qui nec Acroſticho eſt alligatus, nec auctoris nomen adjunctum ſibi habet) alternis fere ſtrophis nunc filium nunc matrem appellat, & Odes in eo nonæ hoc eſt principium.* Sepulcrum in quo jacet ſanctum ac venerabile tuum corpus, Conſtantine, ſplendores divinarum ſanationum palam effundit omnibus undequaque accedentibus contra omnigenos morbos. *Idem paucioribus verbis aſſeritur ad Veſperas, in uno Tonorum ſic deſinente*, Ora pro animabus noſtris, Apoſtolis æquande Conſtantine, ex cujus arca ſanitates emanant. *Tonus quoque Prophetias Lectiones præcedens, concluditur orando, ut* non deſinat ſupplicare Chriſto pro celebrantibus memoriam ſuam, tamquam fiduciam quidvis obtinendi apud eum habens, poſtuletque eis peccatorum remiſſionem, & magnam illam miſericordiam, *quam ſcilicet poſtulare*

Clarus miraculis ad arcam illam factis.

AUTORE D. P. *invocatur ut ſanctus.*

docet Pſalmus L. *Denique S. Methodius Patriarcha ſubjungit totius diei Officio hanc concluſionem*: Regum Rex & Deus, qui copioſis donis ornat dignos ſe, per ſignum Crucis cælitus te ſibi lucratus eſt te, Conſtantine, ſicut venerabilem olim Paulum, dicens, In hoc vince inimicos tuos, ut ipſum deinde quæras cum tua ſapientiſſima matre. Cum ea ergo intercede pro orthodoxis Imperatoribus, Chriſtique amante exercitu, & omnibus memoriam tuam fideliter celebrantibus, ut ab omni plaga præſerventur. *Notabile eſt etiam quod Euangelium præſcribatur pro Liturgia ſeu Miſſa ex Ioannis* X. Amen, amen dico vobis qui non intrat per oſtium *& definit*; Ego ſum oſtium per me ſiquis introierit ſalvabitur.

Ms. ubi nomen notatur die XIX *Aprilis, utique minime communi aliis.* D

CAPUT II.

Controverſia de Baptiſmo Conſtantini diſcuſſa.

8 *His quæ extra controverſiam omnem ſunt propoſitis, ut abunde ſufficientibus ad probandum conſenſum totius præſertim Orientalis Eccleſiæ, circa piam ac ſanctam Imperatoris Conſtantini memoriam, quam etiam Deus miraculis multis creditur confirmaſſe; tranſeo ad illius Baptiſmum, haud eodem ubique modo deſcriptum, quoad locum, tempus, atque miniſtrum. Prælaudatus Euſebius, poſtquam cap.* 60 *libri* 4 *de Vita Conſtantini expoſuiſſet, quo fine Apoſtolorum ædem conſtrui fecerit Imperator*, pro certo ſibi perſuadens horum memoriam, eo in loco, ubi corpus ſuum poſt mortem deponendum eſſet, non parum utilitatis animæ ſuæ eſſe allaturam; Nec vero, *inquit*, Deus eum voto atque expectatione ſua fruſtratus eſt. Nam cum primas Paſchalis feſti exercitationes obiiſſet, ipſumque Servatoris noſtri diem, tum ſibi tum aliis omnibus lætum atque hilarem reddidiſſet; his illum rebus intentum, & in hujuſmodi operibus perſtantem uſque ad exitum vitæ, Deus, cujus auxilio cuncta hæc gerebat, opportune tandem eum ad meliorem ſortem transferre dignatus eſt. Principio quidem inæqualis corporis intemperies, poſt hæc morbus eum invaſit. Itaque ad aquas calidas civitatis ſuæ progreſſus, inde Helenopolim delatus eſt, urbem matris ſuæ nomine appellatam: ibique in templo Martyrum diu commoratus, ſupplicationes & preces obtulit Deo. Cumque extremum vitæ diem ſibi jam imminere ſentiret, tempus tandem adeſſe exiſtimavit, quo totius vitæ delicta expiaret, firmiſſime credens, quæcumque humanitus peccaviſſet arcanorum verborum efficacia & ſalutari lavacro penitus eſſe delenda.

Celebrato Paſchate morbo correptus Conſtantinus,

Helenopoli initiatur impoſitione manuum,

9 Hæc cum apud ſe reputaſſet, genu flexo humi procumbens, veniam à Deo ſupplex poposcit, peccata ſua confirens in ipſo Martyrio. Quo in loco manuum impoſitionem, cum ſolenni precatione primum meruit accipere. Hinc ad ſuburbana Nicomediæ digreſſus, convocatis Epiſcopis ſic ad eos verba fecit: Hoc erat tempus, quod jam dudum ſperabam, cum incredibili cupiditate arderem, votiſque omnibus deſiderarem, ſalutem in Deo conſequi. Jam tempus eſt, ut ſignum illud quod immortalitatem confert nos quoque percipiamus. Tempus eſt ut ſalutaris ſignaculi participes fiamus. Equidem olim ſtatueram id agere in flumine Jordane, in quo Servator ipſe ad exemplum noſtrum lavacrum ſuſcepiſſe memoratur: ſed Deus, qui optime novit ea quæ nobis utilia ſunt, hoc in loco nobis idipſum exhibere dignatur. Proinde omnis removeatur dubitatio: nam ſiquidem Deus, vitæ mortiſque arbiter, hic me diutius vitam agere voluerit, idque ſemel decretum eſt, ut impoſterum una cum populo Dei permiſcear, & in Eccleſiam adſcitus cum reliquis omnibus orationum particeps fiam; eas vivendi leges mihi præſcripturum me eſſe ſpondeo, quæ ſint Deo dignæ. Hæc cum dixiſſet, illi ſolenni ritu divinas ceremonias peregerunt; injunctiſque ei quæcumque neceſſaria erant, ſacrorum Myſteriorum participem eum fecerunt. Solus igitur, ex omnibus qui umquam fuerunt Imperatoribus, Conſtantinus in Chriſti martyriis renatus & conſummatus eſt; & divino donatus ſignaculo exultavit ſpiritu, renovatuſque eſt, ac divina luce repletus. Et animo quidem maximam capiebat voluptatem ob fidei excellentiam; evidentiſſimam autem divinæ potentiæ magnitudinem attonitus mirabatur.

& in Nicomedienſi ſuburbio moritē præſentiens

baptiſmum petit impetratque;

10 Poſt-

tribus locis urbis;

item in Anglia,

Sitilia

Calabria,

Bohemia

Moſcovia,

Syria.

A 10 Postquam omnia rite impleta sunt, candidis ac regiis vestibus lucis instar radiantibus est amictus, & candidissimo in lecto recubuit, nec purpuram contingere amplius voluit. Post hæc sublata altius voce, precabundus gratias egit Deo, & finita precatione hæc subjecit: Nunc me revera beatum esse, nunc immortali vita dignum, nunc divinæ compotem lucis factum esse cognosco. Miseros quoque & infelices esse ajebat, qui tantis bonis privarentur. *ac letitia plenus* Cumque Tribuni ac Duces militarium copiarum introgressi vicem suam dolerent, quod orbos ipsos relinqueret & longiorem ipsi vitam comprecarentur; his etiam respondens, nunc demum veram se vitam adeptum esse dixit: seque unum optime nosse, quantorum bonorum particeps factus esset: proinde properare se, & profectionem ad Deum suum nulla tergiversatione differre. Singula deinde pro arbitrio *in Pentecoste moritur,* suo disposuit: ac Romanis quidem Regiam urbem incolentibus annua quædam munera legavit; suis autem liberis Imperium, velut paternam hereditatem reliquit, cuncta prout ipsi videbatur constituens. Porro hæc omnia gerebantur in maxima illa solennitate venerandæ & sacratissimæ Pentecostes, quæ septenario hebdomadum numero decorata, unitate B obsignatur: in qua & communis Servatoris ascensum in cælos, & sancti Spiritus in terras descensum contigisse sacræ litteræ testantur.

juxta Eusebium: 11 *Hæc Eusebius, ipsimet S. Hieronymo, licet alioqui propter defensionem Orginis infensissimo,* in historia ecclesiastica *tanti habitus, ut nullam ejus partem unquam vel minimo verbo sugillandam censuerit, imo opuscula varia eo spectantia Latine reddiderit, & in Epistola 65 ad Pammachiũ quærat,* quis inveniri possit eo prudentior, doctior eloquentior? *Non solum autem Hieronymus, sed totus Oriens Occidensque maximi semper Eusebium fecit, passim eum ut historiæ ecclesiasticæ parentem veneratus: unde Gelasius II Romanus Pontifex Ep. 3 ad Episcopus Istriæ etiam quærit:* quid in Historiographis inveniri Eusebio Honorabilius possit: *& Gelasius Cyzicenus lib. 2 cap. 1 appellat eumdem* Ecclesiastici fundi præstantissimum aratorem, veri studiosissimum & inter veteres Ecclesiasticæ historiæ scriptores fide dignissimum. *Scio equidem Eusebium, non solum ante Nicænam Synodum, sed etiam postquam huic subscribendo consensit aut consensisse simulavit, ita faviſſe Arianis, ut inter eorum Duces haud immerito numeretur, quidquid eumdem excuset Valesius: scio multam magnamque laudem Constantino addere potuisse, integre sincereque narrando quæ contra* C *Arianorum perfidiam proque Nicæna professione egit, adeoque nec panegyristæ quidem officio plene perfunctum. Sed* *qui in istis præsumi vix potest voluisse mentiri,* *si cavit, ne operi de Vita* Constantini *ea insereret, quæ Constantio Imperatori Ariano Eusebioque Nicomediensi & sequacibus ejus disciplicitura noverat; ex adverso tamen nihilo minori studio videtur cavisse, ne ad eorum gratiam quidquam scriberet quod falsitatis posset redargui. Hoc enim nisi voluisset cavere, obsecro te quam multa alia ex eorum mente scribere potuisset de causa S. Athanasii, quæ affirmari ac vulgo credi infinities pluris intererat Imperatoris totiusque factionis Arianæ, quam quæ scripsit de baptismo Constantini, ad summam rei quæ ab illis studiis ardentissimis agebatur parum aut nihil facientia? Vt autem fingere voluisset, qui potuit in re gesta coram tanta* Curialium *multitudine, non unius horæ momento, sed plu-* *aut impune potuisse.* *rium dierum vel etiam hebdomadarum decursu? An nullus in toto numero Episcoporum, Constantini in Persas moventis castra sequentium, fuit sincere orthodoxus, qui technam Eusebianorum (nec enim illi tum se adhuc gerebant pro Arianis, sed Nicænam fidem tenere simulantes solum suadebant Ὁμοούσιος appellatione abstinere) an nullus, inquam, in tanto numero fuisset inventus, qui turpissimum mendacium palam faceret; & historicum, ei postea subscribere ausum, omni fide pronuntiaret indignum?*

12 *Quod ad præsentem quæstionem attinet, Eusebio fidem habuerunt ex præcipuis Latinis Doctoribus duo, Hieronymus & Ambrosius. Et Hieronymus quidem plus etiam quam oportebat, cum scripsit in Chronico, quod* Constantinus, extremo vitæ suæ tempore ab Eusebio Nicomediensi Episcopo baptizatus, in Arianum dogma declinavit: *neque enim ille dicit, vel ab Eusebio baptizatum, vel Arianum dogma amplexum; sed id consequens esse Hieronymus credidit. Melius Ambrosius in funere Theodosii ait:* Nunc sibi Rex est Augustæ memoriæ Theodosius, quando in regno Domini Jesu Christi est, quando recipit filium Gratianum..... quando ei Placilla sua adhæret, quando adhæret Constantino, cui licet baptismatis gratia in ultimis constituto omnia peccata dimiserit, tamen quod primus Imperatorum credidit, & post se hereditatẽ fidei Principibus dereliquit, magni meriti locum reperit. *Hieronymum porro & Ambrosium habuisse Eusebio fidem, nihil ultra indagantes in re tali, etsi difficile creditu sit (cum ambo diu Romæ habitarint, & contrarium, si verum erat, centies audisse debuerint) credamus tamen. Credamus etiam S. Athanasium, adeo sagacem exploratorem omnium quæ mala fide agebantur à suis & Ecclesiæ hostibus, in hoc puncto, velut ad se minus spectante, incuriosum plane fuisse. Quis credat integram Synodum Occidentalium Episcoporum, Arimini* E *congregatorum, idem dicturam fuisse de* Constantini *baptismo, si is non primum Nicomediæ, sed diu antea Romæ fuisset peractus? Non ego verba Synodi proferam, ut apud Theodoretum, Socratem & Sozomenum leguntur (excipit enim contra eos Baronius) sed ex Athanasio in libro de Synodis, apud quem ea putat integre ac sincere legi: sic autem leguntur, absque ullo discrimine in octo Codicibus Mss. ex quibus concinnata est Græco-Latina editio anni* MDC. Ἄτοπον καὶ ἀθέμιτον ἐφάνη τῷ ὀρθῶς καὶ δικαίως ὡρισμένων μεταλλάσσειν, καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ κοινὴ μετὰ τῆς ἐνδοξοτάτης Κωνσταντίνου, τοῦ πατρός σου καὶ βασιλέως ἐσχεμμένων ..... ἐγνωκότες καὶ τὰ μελὰ τελευτὴν ἄξιον μνήμης Κωνσταντῖνον μελὰ πάσης ἀκριβείας καὶ ἐξετάσεως τὴν Συγγραφεῖσαν πίστιν ἐκτεθεικότα, ἔπειδὴ καὶ ὡς ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο βαπτιζόμενος καὶ πρὸς τὸν ὀφείλομένον ἐρῶν ἀνεχώρησεν, ἄτοπον εἶναι μετ' ἐκεῖνόν τι καινοτομεῖν. Indecens & injustum videtur immutare aliquid eorum, quæ recte ac juste definita sunt, atque Niceæ communiter constituta, coram glorioſissimo Constantino, patre tuo (*Constantium alloquuntur*) & Imperatore..... *Deinde iterum:* Cum sciamus etiam Constantinum, post mortem quoque memoria dignum, conscriptam cum omni diligentia deliberatione neque fidem exposuisse; atque adeo absurdum fore, post quam ille migraturus baptizatus est & ad debitam sibi requiem transiit, innovare quidpiam. F

13 *Hæccine, inquies sic apud Athanasium?* Quis ergo vel ipso judice Baronio, non intelligat causam Eusebio adjudicandam, nec ullum reliquum esse defensioni locum? *Hæc, tamen, ut dixi, Athanasius in octo Græcis Manuscriptis, quorum tria nec alia habuit interpres Nannius in sua Latina editione anni* MDCLXIV. *Sed is, nescio qua socordia prolapsus, secundo loco* Constantem *nominavit pro* Constantino; *fortasse suspicatus efficacius fore, si post Patris exemplum Constantio proponeretur etiam exemplum Fratris, licet junioris; neque considerans huic, parũ congruere verba Synodi, qui violenta morte sublatus fuit, & fortasse diu ante baptizatus. Nec est quod dicas supervacaneam fore iteratam mentionem Constantini. Primo enim ejus auctoritas prætenditur resolutioni Arimini formatæ, deinde ratio redditur antea Actorum in Concilio Mediolanensi contra Vrsatium & Valentem, ex eodem respectu Constantini. Nicænæ fidei mox atque baptizatus erat immortui. Interim Baronio ignoscendum, quod objectæ ex Ariminensi illa epistola auctoritati, alias ut fatetur peremptoriæ, congruam*

AUCTORE D. P. *Assentiuntur Hieronymus & Ambrosius*

totaque Synodus Ariminensis

apud Athanasium Græce lectum.

AUCTORE D. P.

congruam ex Athanaſio reſponſionem nactum ſe eſſe crediderit Nannio, Græcæ ipſemet imperitus linguæ, fortaſsis etiam nec exemplaria Græca ad manum habens quæ alteri legere ſcienti exhiberet.

Acta S. Silveſtri illis contraria

14 *Vide nunc an ea, ex quibus prætenditur diu antea Romæ baptizatus à S. Silveſtro* Conſtantinus, *vel auctoritate vel antiquitate poſſint conferri cum Euſebio, eique adſtipulantibus ejuſdem ac ſequentis ſeculi teſtibus Latinis & Græcis. Primum in contrarium afferuntur Acta S. Silveſtri Papæ, ut quidem nunc habentur ipſomet ſæpius fatente Baronio* depravata in nonnullis, *imo abſurdiſſimis farta figmentis, antiqua tamen, & quæ Gelaſius Papa, annis poſt Conſtantini obitum dumtaxat* CLVIII, à multis in urbe Romana Catholicis legi *teſtatur, quod* pro antiquo uſu multæ imitentur eccleſiæ. *Non tamen ex hinc recte confeceris, ea Acta Gelaſii ætate non laboraſſe iiſdem quibus nunc vitiis: nam etiam* ſcripta de inventione ſanctæ Crucis, *immediate poſt Actus Silveſtri nominata à Gelaſio, ut quæ* nonnulli Catholici tunc legebant, *non minus tunc, quam nunc habentur, fabuloſa erant, uti patet ex Catalogo Pontificum à nobis edito ante Aprilem, utpote paulo poſt Gelaſii Pontificatum collecto. Qui Actis S. Silveſtri credidiſſe videtur S. Gregorius Turonenſis aliique poſt illum, ſimiliter ſcriptis de Inventione Crucis crediderunt: nec quidquam poteſt excogitari veroſimilis rationis pro unis, quod non etiam poſſit aptari aliis jure eodem, ſic ut eatenus nihilo plus credi unis quam alteris poſſit, contra evidentem auctorum antiquiorum & in ipſis rebus propius verſatorum conſenſum. Nec refert quod recentiores Græci ſeculo nono ac decimo ſiverint ſe in ſententiam Occidentalium adduci, tunc paſſim credentium baptiſmi Conſtantiniani Romæ facti monumentum eſſe baptiſterium, Conſtantinianæ Baſilicæ Sancti Salvatoris Palatioque nominis ejuſdem conjunctum. Facile enim fuit occaſione nominis vulgo uſurpati invaleſcere opinionem, quaſi fuerit baptizatus* Conſtantinus *in porphyretico quod ibi eſt labro, quod tamen nec ipſe quidem Baronius credit.*

æſtimanda ſunt ſicut ſcripta de Inventione Crucis:

in illis improbatur latebra Silveſtri,

15 *Multum hic Baronius vehementerque laborat, ut probet Silveſtri Papæ anno* XI, *Conſtantini* XIX, *vehementiorem aliquam, licet non diuturnam procellam perſecutionis incumbere Chriſtianis potuiſſe, etſi tot legum faventiſſimarum promulgatione, poſt ſtabilitum victo Maxentio Imperium, ornatis à Conſtantino munitiſque. Sed quando nec unus quidem Martyr nominatur tunc Romæ paſſus, nec alterius Romani Pontificis invenitur exemplum, qui ſævientibus quantumcumque tyrannis urbem dimiſerit, poſt Petrum ne id faceret divinitus monitum; neſcio qui poſſit videri credibile, periculum illud tantum, quod compulerit Silveſtrum ad quærendas latebras in monte Soracte* XVIII P. M. *ab urbe Roma. Lepra etiam quæ Conſtantinum coegerit Pontificem revocare in urbem, ſanitatis per baptiſmum ab eo accipiendæ cauſa, antiquioribus illis ſcriptoribus ignota, eo fit incredibilis magis, quo Iulianus Apoſtata fidentius objecit Chriſtianis, quod eorum* baptiſma lepram leproſi non aufert. *Si enim adeo recenti memoria leproſus Conſtantinus lepra ſordes baptiſmo deterſiſſet, Cyrillo Alexandrino id refutaturo libro 7 contra Iulianum, illius ſucceſſorem ac generum, ecquid poterat offerri ſpecioſius atque ad illius convictionem potentius? Nihil tamen ejuſmodi Cyrillus: ſed cum Chriſtum etiam leproſos mundaſſe dixiſſet, excuſat baptiſmum ejus ad emundandus ſordes, non corporis, ſed animi inſtitutum eſſe. Quod in Collectione Canonum Creſconiana, circa annum* DCC *ſcripta, ex neſcio quibus Liberii Actis dicitur, hic veniſſe in odium Conſtantii; quia dixerat patrem ejus fuiſſe à lepra mundatum dum baptizaretur à Silveſtro; id tanto minus credimus, quanto ex melioribus auctoribus certius ſcimus cauſam perſecutionis Liberio motæ: & ſuſpectus merito eſt* liber Silveſtri, *cui talia Liberii Acta dicuntur intexi. Sed de his ad ipſius S. Silveſtri diem Natalem, eumdemque anni ſacri ultimum, diſputare poſteris noſtris licebit.*

B *nec prodeſt recentiorum aſſenſus.*

& lepra Conſtantini.

16 *Reſtat ut ſatisfiat Theophani, in ſententiam Occidentalium ea potiſſimum ratione moto, quod* ſi non erat in Nicæna Synodo baptizatus Conſtantinus, ergo nec divinorum particeps myſteriorum, nec orabat cum Sanctis Patribus: hoc autem *ei videtur* nequiſſimum & dicere & ſentire; *addunt Baronius aliique, ipſius met etiam Euſebii teſtimonio non uno utrumque refelli. Expendi accurate capita quæ allegantur omnia, & ex omnibus aliud nihil potui conficere, quam quod pius Imperator, qui militibus nondum initiatis formam comprecationis communis præſcripſerat, ad quam diebus Dominicis convenire deberent in patentes ſuburbiorum campos; idem in ſuo Palatio (ut legitur lib. 4 cap. 17) inſtruxerit* ἐκκλησίας Θεῷ τρόπον, formam aliquam eccleſiæ Dei, *ubi* omnibus ſecum congregatis, diligentia & alacritate præibat, ἐξαρχῶν αὐλὸς τὸν ἔνδον ἐκκλησιαζομένων, & ſumptis in manu libris, ſacrorum verborum conſiderationi applicabat animum, deinde ſolennes perſolvebat preces, cum iis qui Regiam domum implebant, μετὰ χεῖρας γέτοι λαμβάνων τὰς βίβλους τῇ τῶν θεοπνεύστων λογίων θεωρίᾳ προανεῖχε τὸν νοῦν, εἶτ' ἐυχὰς ἐνθέσμους σὺν τὸν βασίλειον ὄικον πληρῶσιν ἀπεδίδε. *Ibi (ut dicitur cap. 21) ſtatis quotidie temporibus ſolus cum ſolo Deo agebat* ὅιά τις μέτοχος ἱερῶν ὀργίων velut aliquis qui divinorum myſteriorum revera particeps foret, *ut mentem auctoris paraphraſticῶς reddam. Ibi ergo celebritatem Paſchæ agebat, eo quo ſequenti capite narratur modo: nuſquam autem invenire eſt verbum, quo ad ſacros eccleſiarum conventus (quamvis etiam hi, excepto ſacrificii tempore, non initiatos admittebant) ingeſſiſſe ſe intelligatur.*

D *neque his probatur ante morte*

Chriſtianorum myſteriis interveniſſe,

E

17 *Quod autem ad Nicæni concilii conventus pertinet, ad quos etiam gentiles Philoſophos admiſſos novimus, cur à fundendis ſecum ibi precibus eum excluſiſſent Patres, qui eis & hanc conveniendi facultatem, & ferendæ ſententiæ libertatem faciebat, ſuoque etiam zelo ad fidem ſtabiliendam præibat? Teſtabitur hoc apud Gelaſium Cyzicenum illius Oratio ad conventum habita, quæ tamen immerito objicitur, quaſi in eo plus dicat, quam ſe Chriſtianam tenere & prædicare fidem, cui omnem ſuam felicitatem acceptam referat, & cujus ſtabiliendæ cauſa iſtuc pariter cum iis convenerit: propter quod etiam* Chriſtianus *paſſim & credebatur & dicebatur: ſicuti revera erat, firmum propoſitum habens ſuſcipiendi tempore opportuno baptiſmi. Et hoc omnino credo multo citius facturum fuiſſe, niſi meditatæ ad loca ſacra per matrem exornata profectioni nova ac nova identidem impedimenta interveniſſent, Euſebio forſitan Nicomedienſi nonnihil eo conferente, ne de iis quæ contra Athanaſium perperam acta erant in Syria certius aliquid præſens cognoſceret. Cum autem ſuſcepta in Perſidem expeditio eo quaſi per ſe duceret; vix mihi eſt dubium, quin tali conſilio Epiſcopos voluerit habere in bello præter morem comites, ut eorum præſentia baptiſmus ſuus honeſtaretur. Sed valentem robuſtumque adhuc virum prævertit mors, veneno (ut creditur) accita à patruis, certe à Deo permiſſa, quo citius tot ſuorum bonorum operum fructum caperet, & de revocando ad Sedem ſuam Athanaſio cogitaret, prout fecit,* idque præſente Euſebio, *inquit Theodoretus, Nicomedienſem intelligens,* & ne hoc fieret magnopere diſſuadente, *utpote illius ablegandi auctore primario.*

eſto cum Patribus Nicæa ſederit,

fidei profeſſione Chriſtianus

F *& propoſito baptiſmi ſuſcipiendi:*

18 *In ea ablegatione quamvis Conſtantinum vehementer culpent recentiores aliqui, facile tamen ab omni graviori culpa excuſatur, qui ſicut idem Theodoretus ait,* Epiſcopis credidit, malitiam ſuam tegentibus, & alioqui claris atque illuſtribus. *Quid autem credidit? Non ſatis orthodoxum eſſe Athanaſium, aut reum criminum de quibus delatus per calumniam fuerat? Minime vero. Neque Euſebius ac complices ſui, fidei cauſam contra Athanaſium prætendebant, & ſciebant de ejus innocentia perſuaſiſſimum eſſe Imperatorem; ſed dumtaxat ſuggerebant, quod immodico prædicandi* Ὁμοουσίου *zelo tantum omnium incur-*

excuſabilis etiam in cauſa Athanaſii.

A *incurriſſet odium, ut niſi ablegato illo pax Eccleſiis reſtitui non poſſet, imo nec vitæ ipſiuſmet Athanaſii aliter conſuli. Hoc tamen facto, nec alia ulla graviori cauſa motus fuiſſe videtur Hieronymus, ut ſuo illo aſperiori ſtylo utens, in Chronico ſcriberet, quod* Conſtantinus extremo vitæ ſuæ tempore, ab Euſebio Nicomedienſi Epiſcopo baptizatus, in Arianum dogma declinavit, *id eſt, inclinare viſus eſt in eorum ſententiam, qui* Ὁμοούσιον *vocabulo abſtinendum cenſebant, non ut hæretico, ſed ut novo, ideoque ſcandalum generante apud eos qui Nicænæ fidei omnino ſe adhærere profitebantur, perſuadebantque Imperari ut crederet, eos qui vocabantur Arianos, voce illa ſuppreſſa, ad concordiam redituros. Talium, non vero ipſorum Arianorum, tunc princeps erat Euſebius iſte, poſt obitum* Conſtantini *dumtaxat ad Arianorum partes apertius tranſgreſſus in conciliabulo Antiocheno anni* CCCXL I. *Simili modo alibi Hieronymus ſcripſit, propter receptam Valentis & Vrſacii confeſſionem in ſpecie Catholicam, quod* ingemiſcens orbis terrarum miratus eſt ſe eſſe Arianum. *Cæſarienſis quidem Euſebius nominatim non exprimit Conſtantiniani Baptiſmi miniſtrum; ſed ob hoc illius ſilentium, tantum ab eſt ut eum fuiſſe Nicomedienſem Euſebium ſuſpicer, ad cujus laudem id ceſſiſſet, adeoq; ab ejus amico minime tacendum fuiſſet; ut econtra idoneum videatur*

B *præbere argumentum aſſerendi (quod velut ex Gelaſii Cyzicini hiſtoria refert Photius in Bibliotheca Cod.* 88) Conſtantinum *morituram* baptiſmate tinctum ab orthodoxo Sacerdote ſacroque ritu, non, ut quidam prodiderunt, ab hæreticorum aliquo. *Et hunc Sacerdotem fuiſſe Hoſium ex Hiſpania, utpote maximæ apud Principem auctoritatis & in ejus comitatu frequentem poſſet aliquis opinari, quando apud Zoſimum infra redarguendum leget, id adſcriptum perſuaſioni cujuſdam ex Iberia Ægyptii, ſic enim potuit calumnioſus idololatra Hoſium appellaſſe, Ægyptii nomine intelligendo Magum. Sed demus Nicomedienſem Epiſcoporum, in cujus diœceſi quia res agebatur ad ipſius jus ea ſpectaſſe videbitur, fuiſſe Sacramenti miniſtrum: non tamen id contaminaviſſet baptizatum, quandoquidem tunc communicare cum Euſebio, non erat adhuc communicare cum hæretico.*

& communione cum Euſebio necdum palam hæretico,

multo minus rebaptizante,

19 *Hinc porro intelligitur inanem eſſe conatum quorumdam paucorum, qui utramque de* Conſtantini *baptiſmo ſententiam conciliaturi, Romæ quidem à Silveſtro baptizatum eſſe dicunt; ſed Nicomediæ rebaptizatum ab Euſebio. Rebaptizationem tentatam ab Arianis ante Wandalicæ perſecutionis tempora nemo cum fundamento dixerit, nec debet in totius antiquitatis ſilentio recipi: multo minus eam jam inde à tempore* Conſtantini *Imperatoris uſurpatam.*

C *Quis enim eo vivente auſus fuiſſet Nicænæ fidei profeſſores, quam ille ſemper & ubique ſpectabat & omnino ſartam tectam volebat, affirmare hæreticos, quorum proinde baptiſmus invalidus crederetur? Vt autem Ariani, jam tunc tale quidpiam clam auſi concederentur, necdum poſſet dici quod Euſebius, Arianiſmi notam conatu omni à ſeſe tunc adhuc amoliri ſtudens, partem habuerit in ea impietate. Conturbaverat quidem ſuperiori ſeculo haud leviter Eccleſiam ea de hæreticorum baptiſmo quæſtio, valere eum negante Cypriano cum pleriſque Africanis Epiſcopis: ſed affirmante Stephano Romano Pontifice veritatemque invictiſſimo traditionis clypeo defendente, per hujus decretum conſtituta eſt fides; neque Cypriano mortuo, amplius in dubium revocata ſeculo illo* III. *Sed neque hoc* IV *ſeculo id adeo cito feciſſe Arianos, quantumvis clanculo, veroſimile eſt: contrarium enim perſuadet ſilentium SS. Athanaſii, Luciferi, Hilarii, imo & Hieronymi & Ambroſii, nihil tale illis objicientium uſpiam, etſi in iſto haud leviter arguere ipſos potuiſſent. Fruſtra igitur Catalogum antiquorum Pontificum, quem ſupra dixi & oſtendi fabuloſis interpolationibus inquinatum, pro ſtabilienda ſecundi baptiſmi apud Arianos vetuſtate aliquis allegabit, dum ibi dicitur* Liberius conſenſiſſe Conſtantio hæreti-

quando nec Ariani rebaptizabant.

co, non tamen rebaptizatus. *Nam ibidem etiam dicitur quod Felix,* declaravit, Conſtantium hæreticum & rebaptizatum ſecundum. *Atqui certiſſime conſtat ex S. Athanaſio & aliis, Conſtantium in ordine Catechumenorum hæſiſſe uſque ad annum* CCCLXI, *qui poſt expulſionem Felicis ſecundus eſt; quomodo ergo hic eum potuit ut rebaptizatum condemnaſſe? Si quæris unde id ſumpſerit auctor Catalogi; reſpondebo quod ex apocrypho quodam S. Felicis martyrio, nunc quidem deperdito, olim tamen ſatis vulgato, ex quo multo plenioremcontextum deſcripſerunt alii, quos ſecutus eſt Anaſtaſius Bibliothecarius. Hi autem omnes quidem legerunt ſcripſerunt-*que Conſtantium, *& addiderunt,* filium Conſtantini, *manifeſte tamen relabuntur ad* Conſtantinum *Magnum* filium Conſtantii, *dum ſubjungunt* rebaptizatum ab Euſebio Nicomedienſi, juxta Nicomediam in Aquilone villa. *Qui vero eis omnibus præluxit auctor apocryphi quod dixi Martyrii, continuatorem Euſebii Hieronymum omnino videtur habuiſſe præ oculis. Hic enim ſic ſcribit ad ultimum annum* Conſtantini, *qui eſt annus Chriſti* CCCXXXVIII: Conſtantinus extremo vitæ ſuæ tempore ab Euſebio Nicomedienſi Epiſcopo baptizatus, in Arianum dogma declinat..... Conſtantinus..... in Achyronè villa publica juxta Nicomediam moritur. *Sed iſte auctor Martyrii, ætate Damaſi necdum audiri cœpti,* E *& ſeculo ut ſummum quinto primum excogitati à Lucifer ianorum diſcipulis, necdum plane eliminatis ab Italia; ex utroque iſto Chronici Hieronymiani articulo acceptæ verba volens in unam ſententiam conflare (nec enim dubitabat quin uterque locus de uno eodemque eſſet, & abſurdum videbatur utrumque de* Conſtantino *intellige-re) intellexit ſubſtituitque* Conſtantium *pro* Conſtantino, *parum curans ad quem annum ea in Chronico legerentur. Niſi dicere malimus, depravationem iſtam antiquiorem eſſe; nam licet codex noſter, anno* DCXXIII *ſcriptus, diſtincte utroque loco nominet* Conſtantinum: *in eo tamen quo uſus eſt Scaliger ſcripto ſub annum* DCXXVII *primo loco ſcribitur* Conſtantius: *& ſic ille edidit, & erant forſitan alii codices multo antiquiores in quibus utrobique ſic legebatur. Quidquid de hoc ſit, Hieronymi verbis, vel ab ipſo primum vel jam ante à ſciolo quopiam in nomen* Conſtantii *flexis, uſus eſt auctor, Martyrium S. Felicis componens, & ubi Hieronymus originaliter ſcripſerat* Conſtantinum baptizatum, *ſcripſit* Conſtantium rebaptizatum, *Arianorum rebaptizandi conſuetudinem, ſuo tempore notam, male transferens ad tempora quibus minime quadrabat.*

nam quod Conſtantius rebaptizatus dicatur.

ex depravata Hieronymi lectione hauſtum eſt.

CAPUT III.

De converſione Conſtantini Magni ad fidem Chriſti.

20 *DVm volui à notioribus certioribuſque ad minus certa explicataque progredi, coactus fui ordinem temporis, quem alioqui ſequi conſuevimus, hoc loco invertere, ultimoque tractare, quod alias primum eſſe debuerat; quia quæſtio de loco oſtenſæ in cælis* Conſtantino Crucis, *ſi verum fateri volumus, conjecturaria omnino eſt. Euſebius rem ipſam diſtinctiſſime explicans, de loco tacuit: ipſum juvat loquentem audire libro* I *de Vita* Conſtantini; *ubi poſt relatam Conſtantii patris mortem, & filii ejus evectionem ab exercitu factam in Britannia anno* CCCVI *die* XXV *Iulii;* Primum, *inquit cap.* 25, Imperii partibus ſibi à patre tranſcriptis proſpicere cœpit, univerſas cum ſumma humanitate perluſtrans; *Britannicas ſcilicet, Gallicaſque & Germanicas Provincias:* ſed & barbaros, qui ad Rhenum & Occidentalem oceanum novos motus auſi erant ciere, cunctos ſuæ dominationi

Patri ſuffectus in Britannia an. 306,

pacatis provinciis ſibi commiſſis,

AUCTORE D. P. subjiciens, ex feris manſuetos reddidit: alios vero reprimere contentus, tamquam feras beſtias ab Imperii ſui finibus abſterruit..... quibus ex animi ſententia confectis, interim quidem adverſus Britannicas gentes, in intimo Oceani receſſu ſitas, trajecit: eas vero cum ſubegiſſet, ad alias mundi partes oculos convertit....

moturus contra Maxentium

21 *Tandem vero ad extinguendam tyrannidem, qua Roma Maxentius graſſabatur, ſeſe accingens; cum intelligeret quam male id ceſſiſſet Galerio Maximiano Imperatori Caſarique Severo*, cum Deorum multitudine ad pugnam profectis..... ſolum Deum genitoris ſui ſibi eſſe colendum cenſuit. Hujus ergo opem implorare cœpit, orans atque obſecrans ut ſe ipſi noſcendum præberet, ac præſentibus negotiis adjutricem manum porrigeret. Hæc precanti ac ſuppliciter poſtulanti Imperatori, admirabile quoddam ſignum à Deo miſſum apparuit, quod ſiquidem ab alio quopiam diceretur, haud facile auditores fidem eſſent habituri. Verum cum ipſe Victor Auguſtus, nobis qui hanc hiſtoriam ſcribimus, longo poſt tempore..... id retulerit, & ſermonem ſacramenti religione affirmaverit, quis poſt hac fidem adhibere narrationi huic dubitabit?..... Horis diei meridianis, ſole in occaſum vergente, Crucis trophæum in cælo ex luce conflatum, ſoli ſuperpoſitum, ipſis oculis ſe vidiſſe affirmavit, eum hujuſmodi inſcriptione: HAC VINCE. Eo viſo, & ſeipſum & milites omnes, qui ipſum neſcio quo iter facientem ſequebantur, & qui ſpectatores miraculi fuerant, vehementer obſtupefecit. Interim ipſe, ut aiebat, addubitare animo cœpit, quidnam hoc ſpectrum ſibi vellet: cogitanti autem, & diu multumque apud ſe reputanti nox ſupervenit. Tum vero Chriſtus Dei dormienti apparuit, cum ſigno illo quod in cælo oſtenſum fuerat; præcepitque ut militari ſigno, ad ſimilitudinem ejus quod in cælis vidiſſet fabricato, tamquam ſalutari præſidio in prœliis uteretur.....

vidit in cælo lucidum Crucem

B

22 Tunc admirabili viſione obſtupefactus, cum nullum alium præter eum quem viderat Deum ſibi colendum eſſe ſtatuiſſet, Sacerdotes, arcanæ illius doctrinæ myſteriis inſtructos, ad ſe accerſivit, & quiſnam ille Deus eſſet interrogavit, & quidnam ſigni illius viſio ſibi vellet. Illi hunc quidem Deum eſſe dixerunt, unius ac ſolius Dei unicum filium: ſignum vero quod oſtenſum fuiſſet, immortalitatis ſymbolum eſſe & trophæum victoriæ, quam ille in terris olim verſatus de morte retuliſſet: ſimul cauſas illius adventus eum docuerunt, accuratam Incarnationis rationem ei reddentes. At ille hos quidem ſermones diſcendi cupidus auſcultabat; ceterum Dei præſentiæ ſuis conſpectibus exhibitæ admiratione tenebatur. Cumque cæleſtem illam viſionem & Sacerdotalium ſermonum interpretationem inter ſe contuliſſet, confirmatus eſt animo, harum rerum cognitionem Dei ipſius magiſterio ſibi tradi pro certo habens. Exinde ipſemet divinorum librorum lectioni vacare inſtituit; & cum Sacerdotes Dei ſibi aſſeſſores aſciviſſet, Deum illum quem viderat omni obſervantia colendum eſſe duxit. Poſt hæc munitus ſpe bona, quam in illo collocaverat, tyrannici furoris incendium reſtinguere eſt aggreſſus..... Et licet Maxentius cuncta in circuitu urbis Romæ ac totius Italiæ loca, oppida, regiones innumerabili armatorum multitudine & diſpoſitis ad inſidiandum exercitibus undique muniiſſet; in primam, ſecundam, ac tertiam tyrannis aciem invectus Imperator, cunctis primo ſtatim impetu fuſis ac fugatis, in interiora Italiæ penetravit. *Hactenus Euſebius, à capite 24 libri* I *ad caput* 38 *in pauciora contractus, ac mox ſubjungens extremam victoriam, in conſpectu Romanæ urbis relatam ad pontem Mileium, die* XXIV *Septembris anno* CCCXII.

D

& ipſum in ſomnis Chriſtum,

quater hoſtem profligat,

cujus fidem edoctus & amplexus

C

23 *Tres priores victoriæ ubinam fuerint relatæ neſciremus, niſi doceret Nazarius in Panegyrico, ad* Seguſium, Taurinum, *atque* Veronam *pugnatum fuiſſe. Sed & ex eodem Nazario ſcimus, ipſo glorioſæ ſimul ac periculoſæ expeditionis initio pugnandum* Conſtantino *fuiſſe adverſus* Bructeros, Chamaſos, Cheruſcos, Vangionas, Alamannos, Tubantes, *qui* omnes ſigillatim, deinde pariter armati, conſpiratione fœderatæ ſocietatis exarſerant,..... ſed uno impetu Conſtantini fuſi, dum collativam vim comparant, compendioſam victoriam contulerunt. *Et hoc, Euſebio obſcurius dictum vel etiam præteritum, factum eſſe etiam poſt viſam Crucem, tanto veroſimilius poſſet videri, quod Nazarius, licet de Cruce taceat homo ethnicus, præmittat tamen huic victoriæ, ut rem verſatam* In ore omnium Galliarum, exercitus viſos, qui ſe divinitus miſſos præferebant..... Flagrabant verendum neſcio quid, umbone coruſci, & cæleſtium armorum lux terribilis ardebat..... hæc ipſorum ſermocinatio, hoc inter audientes ferebant, Conſtantinum petimus, Conſtantino imus auxilio. *Cenſeo nihilominus hanc pugnam cum barbaris fuiſſe commiſſam, prius quam Crux illa appareret, aut omnino à Rheno ſe moveret* Conſtantinus; *in ipſo tamen belli Italici procinctu, poſtquam Treveris hiemem egiſſet cum exercitu. Siquidem barbariei tantæ, licet ſemel victæ, fidendum minime ratus Imperator; prius quam* Rhenum *trajiceret, cum legionibus in Italiam ducendis, ipſum* toto limite diſpoſitis exercitibus *munivit, imo &* claſſibus (*ut ſcribit alterius Panegyrici auctor coævus ſed incertus*) *magis de Imperii quam ſua ſecuritate ſolicitus: diviſiſque in eam rem copiis,* liberandæ urbi ſufficere *ſe* cum paucis *credidit.* Cum *ſui vero* exercitus parte vix quarta, contra centum millia armatorum, *millia circiter viginti quinque ducens* (*ut ex Zoſimo colligitur*)..... tam cito à Rheno ad Alpes pervolavit, *ut* qui ſub ipſis eorum jugis munitiſſimum muro ac ſitu tenentes oppidum, *Seguſium ſcilicet*, auſi fuerunt reſiſtere ac portas claudere, *id fecerint* non credentes ipſum adeſſe, *propter incredibilem adventus illius celeritatem: Ita auctor ille, nulla cujuſquam pugnæ inter Rhenum & Seguſium mentione facta.*

ſicut antea profligaverat barbaros confœderatos.

ipſam vero conſpectam antequam à Rheno moverit,

24 *Sane ſi gentium nomina à Nazario indicata conſideres, apparebit eam fere omnem barbariem conſpiraſſe, quæ intra Rhenum Albimque, Oceanum Germanicum & Danubium in quadrum clauditur. Tot autem gentes ut in Alemannia, omnium regionum quas confœderati incolebant propinquiori Italiæ, conveniſſe dicantur* (*quod omnino incertum eſt*) *aliud non ſequeretur, quam in Alemannia fuiſſe pugnatum eo tempore, quod inter hiberna Trevirenſia fluxit & curam Rheno muniendo impenſam: aliud etiam non ſequeretur, quam apparuiſſe Crucem dum munitiones Rhenanas luſtrans Imperator, de loco in locum ſedulus diſcurrit, non cum exercitu, ſed cum expedita militum prætorianorum cohorte. Tantum enim dicitur quod apparitio illa in admirationem ſui traxit* αὐτὸν τε καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἅπαν, ὃ δὴ σκεδομένῳ ποι πορείαν συνέπετο καὶ θεοῦ ἐγένετο θαύμαστος, traxit, *inquam* in admirationem ipſum & omnes eos milites, qui eum aliquò iter intendentem ſequebantur, ſpectatoreſque miraculi erant. *Circa Rhenum igitur agenti* Conſtantino *oblata Crux fuit, ſed loco tam incerto quam ille eſt longus, quidquid aliis lubeat conjectare in gratiam patriæ. Sacerdotes, autem illi Chriſtiani, quos Euſebius* τῶν θεοῦ λόγων μύστας *appellat, ſive ille Epiſcopi fuerint, ſive* (*quod magis credo*) *convocati è proximis vicis Presbyteri, non alio loco à* Conſtantino *auditi videntur, quam ubi proximam*

F

loco incerto,

& ibidem de fide edoctum Imperatorem.

A *proximam noctem egerat, quem æque vanum ſit conjectando quærere. Illi autem non fecerunt Imperatorem* Catechumenum, *ſicut videtur velle auctor titulorum Euſebii libros diſtinguentium, non ipſe Euſebius, diſerte ſcribens id diu poſt per impoſitionem manuum factum eſſe Helenopoli ab Epiſcopis; ſed ſolummodo primam ei dederunt notitiam Incarnationis Dominicæ. Hanc porro notitiam proprio deinde ſtudio ac lectione ſic auxit provexitque, ut Chriſtianæ doctrinæ paulatim evaſerit ſcientiſſimus. quemadmodum demonſtrat Oratio illa, quam ab eo compoſitam Euſebius operi ſuo ſubjungit,* ad Sanctorum cœtum *inſcriptam; & alia, quam coram Nicæni Concilii Patribus pronuntiatam exhibet Gelaſius Cyzicenus.*

qui jam vexillū Chriſti nomine inſigne fieri juſſerat

25 *Sed hæc diu poſtea. Mane autem ſalutiferam Chriſtique ipſius viſionem ſequente, prius etiam quam Sacerdotes prædicti adeſſent,* ſurgens diluculo *Conſtantinus*, arcanum omne amicis expoſuit. Convocatis deinde auri ac gemmarum fabris, medius inter eos ſedens, ſpeciem ſigni eis ſermone depinxit, juſſitque ut auro ac lapillis ſimilitudinem ejus exprimerent: quod & nos aliquoties videre meminimus, *inquit Euſebius, formam ejus capite* 31 *ſic explicans.* Haſta longior, auro contecta, tranſverſam habet antennam inſtar crucis. Supra in ipſa haſtæ ſummitate corona erat

B affixa, gemmis & auro contexta: in hac ſalutaris appellationis ſignum, duæ videlicet litteræ nomen Chriſti primis apicibus deſignabant, littera P in medio ſui decuſſata ; quas quidem litteras

ob aſſixum haſtæ pannū quadratum

Imperator in galea geſtare poſt hæc etiam conſuevit. Porro ex antenna, quæ oblique per haſtam trajecta eſt, velum quoddam dependebat, textum videlicet purpureum, pretioſis lapidibus inter ſe junctis & luminis ſui fulgore oculos perſtringentibus coopertum, multoque intertexto auro inexplicabilem quamdam pulchritudinis ſpeciem intuentibus præbens. Atque hoc velum antennæ affixum latitudinem longitudini æqualem habuit. Ipſa vero recta haſta, ab infima ſui parte in magnam longitudinem producta, in ſuperiori parte ſub ipſo Crucis ſigno, ad ipſam veli variis coloribus depicti ſummitatem, auream Deo cari Imperatoris & liberorum ejus imaginem, pectore tenus aſſurgentem, geſtabat. *Ita locum hunc ceteris longe accuratior Valeſius reddidit, de nomine ipſius ſigni nihil dixit, quia Euſebius id non expreſſit. Eſt quidem forma ejuſmodi non ignota etiam Auguſtæo ævo, ut apparet ex nummis ab ejus ætate uſq; ad* Conſtantinum *cuſis; & inter militaria ſigna quadratum velum ex haſta pendulum repræſentantibus;*

Germanica voce dictum Labbarum.

C *quæ credo* vexilla *dicta Romanis fuiſſe, quando alia nunc vox apta apud ſcriptores nulla occurrit.* Conſtantini *autem ætate cœperunt primum* Labbara *ſeu* Labara *dici; de cujus vocis etymo multi multa, ingenioſe magis quam ſolide: recte Cangius, Germanorum ea ut inventum, ſic nomen eſſe:* Lap *enim ſive* Lab *ſegmentum panni,* bare *ferculum, longurium, perticam, omnibus ad Rhenum populis dicuntur; ut* Lab-bare, *ſit pertica pannum ex ſe pendulum ferens; & vel ipſo nomine intelligatur inter Germanos primo fabricatum illud, quod ſpecie longe auguſtiori & addito Chriſti ſigno fabricari juſſit Conſtantinus;* aliaque ad ejus ſimilitudinem expreſſa cunctis poſtea exercitibus præferri: *quibus etiam nihil eſt in ipſius ac poſterorum nummis frequentius.*

CAPUT IV.

Figmenta jam dictis contraria, & novæ quædam in iis fundatæ ſententiæ.

26 DEdimus *ad diem* IV *Maji ex quatuor Mss. & Mombritio, memorata ſuperius* Scripta de inventione Sanctæ Crucis; *& quam ea ſint per omnem modum fabuloſa demonſtravimus. Quia tamen novæ quædam & à noſtra valde diverſæ ſententiæ iis inædificatæ reperiuntur, tamquam monumentis non prorſus contemnendis; quæ huc ſpectat pars hic iterum referenda videtur, itaque confirmandum quod diximus non eſſe mirum, ſi, ut hæc adeo brevi poſt rem geſtam tempore confingi & credi potuerunt, ſic fingi & credi etiam potuerint quæ ſunt in Actis S. Silveſtri eadem fere ætate ſcriptis. Illa poſt Prologum ſic inchoantur* Anno ducenteſimo triceſimo tertio, poſt paſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti, regnante venerabili Dei cultore magno viro Conſtantino, in ſexto anno regni ejus, gens multa barbarorum congregata eſt ſuper Danubium, parati ad bellum contra Romaniam. Nuntiatum eſt autem Regi Conſtantino. Tunc congregans & ipſe multitudinem exercitus, profectus eſt obviam; & invenit eos qui vindicaverant Romaniæ partes, & erant ſecus Danubium. Videns autem quia multitudo eſſet innumerabilis, contriſtatus eſt, & timuit uſque ad mortem. Ea vero nocte veniens vir ſplendidiſſimus ſuſcitavit eum, & dixit: Conſtantine, noli timere, ſed reſpice ſurſum in cælum, & vide. Et intendens in cælum vidit ſignum Crucis Chriſti, ex lumine claro conſtitutum, & deſuper litteris ſcriptum titulum, In hoc vince. Viſo autem ſigno hoc, Rex Conſtantinus fecit ſimilitudinem Crucis, quam E viderat in cælo: & ſurgens impetum fecit contra Barbaros, & fecit antecedere ſignum Crucis. Et veniens cum ſuo exercitu ſuper barbaros, cœpit cædere eos proxima luce: & timuerunt barbari, & dederunt fugam per ripas Danubii, & mortua eſt non minima multitudo: & dedit Deus in illa die victoriam Regi Conſtantino per virtutem ſanctæ Crucis. Veniens autem Rex Conſtantinus in ſuam civitatem, convocavit omnes Sacerdotes omnium deorum vel idolorum: & quærebat ab eis cujus vel quid eſſet hoc ſignum Crucis, & non poterant dicere ei. Reſponderunt autem quidam ex ipſis, & dixerunt: Hoc ſignum cæleſtis Dei eſt. Audientes autem hoc pauci Chriſtiani, qui erant eodem tempore, venerunt ad Regem, & euangelizaverunt ei myſterium Trinitatis & adventum Filii Dei, quemadmodum natus eſt, & crucifixus, & tertia die reſurrexit. Mittens autem Rex Conſtantinus ad Euſebium, Epiſcopum urbis Romæ, fecit eum venire ad ſe, & catechizavit eum fidem Chriſtianorum & omnia myſteria: & baptizavit eum in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & confirmatus eſt in fide Chriſti. Juſſit autem ædificari ubique eccleſias, templa vero idolorum deſtrui. F

AUCTORE D. P.

Prædicta fabuloſe alterata in ſcriptis de Inventione S. Crucis

27 *Sextum Conſtantini Imperatoris annum incidere in annum vulgaris æræ* CCCXI, *jam patet ex dictis. Romanum Euſebium menſibus aliquot prius, anno* CCCX, *obiiſſe, in comperto eſt. Certum quoque, ante Conſtantinopolim conditam, nullam fuiſſe quæ ab ea tamquam altera* Roma *vocaretur* Romania. *In hanc, ideſt in veterem Thraciam ſeu latius ſumpto nomine in Pannoniam Illyricumve, irrupturos trajecto Danubio Sarmatas, fuſos fuiſſe à Conſtantino anno* CCCXIX, *in confeſſo eſt: nec videtur dubitari poſſe, quin hanc victoriam tam inepte conjunxerit auctor cum apparitione Crucis, quam cum inventione ejuſdem Crucis facta anno* CCCXXVI *conjuxit Pontificatum Romani Euſebii, qui fictitium vitalis ligni indicem Quiriacum Hieroſolymis Epiſcopum ordinarit. Nihilominus Petrus Franciſcus Chiffletius noſter Veſontionenſis, præ oculis habens quoddã patriæ ſuæ Eccleſiæ ſcriptum multo recentius, quod ipſemet fatetur juxta ſuperius recuſa procedere, in ea quam nuper edidit Diſſertatione, de loco, tempore, ceteriſque adjunctis Converſionis Magni Conſtantini, ſperavit ſe probaturum mundo, apparitionem Crucis priorem fuiſſe victoria Conſtantini de barbaris à Nazario nominatis, licet eos faciat, non ad Danubium, ſed ad Rhenum in agro Briſacenſi confligere. Quo autem conſilio? Vt perſuadeat*

pridem de falſitatis damnatis

Veſontionenſem Euſebium pro Romano ſuggeſſerunt Chiffletio,

AUCTORE D. P.

ſcilicet, *pro* Romano Euſebio *ſubſtituendum* Veſontionenſem, *à quo per viam inſtructus de fide* Conſtantinus *ſit*, *expeditiſſimo itinere Briſaco Veſontionem progreſſus cum exercitu*, *atque ad fauces Alpium* hoc fere *manſionum ſtationumque ordine*; Veſontione, Urba, Lauſanna, Agauno, Auguſta prætoria, Ciniſio monte. Segulio.

occaſione ſucceſſoris Hilarii

28 *Laudandum eſt enimvero ornandæ patriæ ſtudium, ſed neſcio an ulli moderandum magis quam hiſtorico; niſi enim id fecerit, quanto fuerit eruditior, tanto pronior erit ad patrias traditiones qualeſcumque animoſius fidentiuſque propugnandas, nec poterit quam eæ ſint male fundatæ agnoſcere. Nihil quidem Veſontionenſes tabulæ habebant de Euſebio, ſed nominabant ejus ſucceſſorem Hilarium, quicum de fabricanda Veſontione eccleſia egerit Helena, filii Imperatoris contra Maxentium euntis veſtigia perſequens, interim dum filio offertur ſpectandum cælitus victoriæ pignus. Sed quomodo ſibi potuit perſuadere Chriſtletius,* Conſtantinum, *quem ſciebat à Rheno ad Alpes adeo cito pervolaſſe, ut Seguſienſes credere nequirent ipſummet adeſſe, iter per Burgundiam inſtituiſſe, tranſeundo quos caviſſe potuerat Voſagi montes, inutili pluſquam centum milliarium Italicorum circuitu; cum longe brevior via nec magis impedita eſſet per Helvetiam Sabaudiamque, relicta procul ad dextram Veſontione? Quod autem Helenæ cum Hilario congreſſum attinet, oportet ut eum aliquamdiu differat, niſi velit fateri ipſam prius Chriſtianam quam* Conſtantinum *fuiſſe, quod Veſontionenſe ſcriptum omnino ſupponit; ſed negat Euſebius fide dignior teſtis, lib.3 de Vita Conſtantini cap.46, pietatem Imperatoris vel ex eo laudans, quod* matrem, cum antea Dei cultrix non eſſet, tam piam ac religioſam effecit, ut à communi omnium Servatore inſtituta videretur.

quicum egiſſe dicitur S. Helena.

B

Sed hæc an. 291 repudiata relictaque in Bithynia

29 *Acturi de* S. Helena *cum Latinis* XVIII *Auguſti, nihil neceſſe habemus de natalibus ejus nunc operoſius diſputare; interim tenemus, non Britannam, ſed Bithynam fuiſſe, ex eaque veroſimiliter urbe, quam deinde filius ejus in matris honore reſtauratam voluit Helenopolim dici. Ibi eam Conſtantius adhuc privatus, circa annum* CCLXXIV, *imperante Aureliano, uxorem duxit, ut volunt aliqui, certe matrem* Conſtantini *fecit; & vel illam vel aliam (ſiquam habuit magis legitimis nuptiis ductam) dimittere coactus anno* CCLXXXI, *cum Cæſar crearetur, duxitq; Theodoram Maximiani Herculii filium; ex qua genuit alios qui in hiſtoria nominantur liberos, Conſtantium Iuliani Apoſtatæ avum, Anaballianum, Gallum, & Conſtantiam Licinii deinde uxorem. Non eſt igitur credibile quod Conſtantium Cæſarē, alteri uxori jam junctum, in Britanniam bienio poſt ſecuta ſit Helena, ibidemque ei adhæſerit; ſed potius, quod in patria ſua quieta conſederit, donec filius ſuus libero tandem potitus Imperio, poſt extinctum Maxentium, vel in Italiam accerſivit matrem, vel ipſe tranſgreſſus in Aſiam ſecum aſſumpſit Chriſtianamque effecit. Quin illam deinde cum Criſpo filio in Galliam Belgiumque miſerit, ut Veſontione ac Treveris aliquamdiu ipſa habitaverit (quod utriuſque urbis ſcriptores contendunt) inſignium utroque in loco eccleſiarum fundatrix atque dotatrix, nolim ire inficias; ſatis eſt ſi perſuaſero, alieno nimium tempore referri, quæ Veſontione dicitur tractaſſe cum ejus urbis Epiſcopo Hilario: nec inde quidquam haberi poſſe, quo vel Veſontione tranſiſſe Conſtantinus, vel cum ejus Epiſcopo ante Hilarium Euſebio egiſſe probetur.*

non niſi poſt an. 312 potuit vidiſſe Gallias.

C

Zoſimi de Conſtantini converſione mendacia,

30 *Quam multa deinde, pro Eccleſia ac Religione Chriſtiana, pie juxta atque potenter fecerit edixeritque Imperator, toto reliquo libro primo ac ſecundo proſequitur Euſebius Cæſarienſis: tacet autem quæ ad annum* CCCXXIV *intervenerunt triſtia circa filium Criſpum & uxorem Fauſtam. Ea gentilis hiſtoricus Zoſimus lib.2 ſic exaggerat, ut Baronio dederit occaſionem ſtabiliendi, quod ex qualibuſcumque Silveſtri Actis acceperat de Chriſtianorum perſecutione circa idem tempus, eamque ſecuta lepra atque baptiſmo* Conſtantini. *Ipſa Zoſimi verba, licet maledicentiæ & calumniæ plena, ad Græci textus fidem exacta, proferantur in medium. Sic ergo habet.* Poſtquam *devicto Licinio* univerſum Imperium ad unius Conſtantini rediit poteſtatem; non hic amplius inſitam à natura malitiam tegere, ſed pro imperio agere omnia: nam qui patriis ſacris eatenus uſus fuerat, non honoris, ſed utilitatis cauſa; & vatibus crediderat, expertus eos veraces in omnibus quæ ſibi feliciter futura prædixerant; ubi Romam venit, omnis arrogantiæ plenus, ab ipſo domeſtico lare ſumendum ſibi impietatis exordium putavit. Itaque Criſpum filium, Cæſaris (ut ante dixi) ornatum titulo, in ſuſpicionem adductum quaſi cum noverca Fauſta conſueſſet, nulla ratione juris naturalis habita, de medio ſuſtulit: eumque mater Conſtantini Helena tantam calamitatem ægro ferret animo, & intolerabilem ex cæde juvenis dolorem perciperet, conſolaturus eam Conſtantinus, malum malo majori ſanavit: nam cum balneum accendi ſupra modum juſſiſſet, eique Fauſtam incluſiſſet, mortuam inde extraxit. Horum ipſe ſibi conſcius, & contemptorum inſuper ſacramentorum, acceſſit ad Sacerdotes, poſtulans piacula criminum. Sed his reſpondentibus, quod nullus traditus inveniatur expiationis modus, quo tanta crimina poſſint expurgari; Ægyptius quidam ex Iberia delatus Romam, palatiniſque mulieribus factus familiaris, in Conſtantinum incidit; eique affirmavit, Chriſtianorum fidem expurgativam eſſe peccati cujuſlibet; quippe cui promiſſum eſſet, quod etiam impii eam ſuſcipientes continuo extra omnis culpæ reatum ponerentur. Hunc ſermonem cum facile ſuſcepiſſet Conſtantinus, & patria quidem ſacra dimiſiſſet, iis vero ſe tradidiſſet quæ docebat Ægyptius, principium impietatis fecit, habere divinationem ſuſpectam. Nam quia multæ res proſperæ per eam ſibi fuiſſent prædictæ, eventumque reipſa ſortitæ; verebatur ne aliis quoque, ipſam contra ſe conſulturis, quod futurum erat prædiceretur: ideoque convertit ſeſe ad abolenda ejuſmodi omnia. Appetente autem patrio quodam feſto, quo oportebat ire exercitum in Capitolium, ejuſmodi aſcenſum impudenter explodens, & ſacram religionem conculcans, incurrit odium Senatus populique. Non ferens autem omnium in ſe propemodum jacta convitia, quærebat urbem Romæ æquandam, in qua palatium ſibi conſtitueret..... Byzantiumque conceſſit.

D

quibus fingitur expiationem à Gentilibus negatam petiiſſe à Chriſtianis,

E

jam ante ex Gentilibus audita

31 *His ſimilia ac fere eadem cum ſæpe audiviſſet eodem quo Zoſimus tempore, centum annis poſt rem geſtam, ſcribens Zoſomenus lib.1 cap.5, ſic reſpondit.* Scio quidem Gentiles vulgo narrare ſolitos, Conſtantinum, cum quoſdam genere proximos interfeciſſet, & in necem filii conſenſiſſet, pœnitentia ductum de expiatione ſcelerum conſuluiſſe Sopatrum Philoſophum, qui tunc temporis Plotinianæ ſcholæ ſucceſſionem tenebat; illum autem reſpondiſſe, nullam eſſe ejuſmodi ſcelerum expiationem; qua repulſa conturbatum Imperatorem, incidiſſe in Epiſcopos, qui pœnitentia & lavacro baptiſmi ipſum ab omni ſcelere purgaturos ſe eſſe pollicerentur. His igitur, quoniam ex animi ſui ſententia reſpondiſſent, illum delectatum, religionem eorum ſuſpexiſſe, & cum ipſum Chriſtianum factum eſſe, tum ſubditos ut idem facerent impuliſſe. Verum hæc mihi videntur eſſe ficta ab illis, qui Chriſtianam religionem vituperare ſtudent. Etenim Criſpus, cujus cauſa Conſtantinum luſtratione opus habuiſſe dicunt, anno Imperii patris ſui viceſimo mortem obiit; qui dum adhuc ſuperſtes eſſet, utpote ſecundum Imperii obtinens locum, & Cæſaris dignitate decoratus, multas una cum patre leges pro Chriſtianis tulerat, ſicut temporum notæ ſingulis legibus ſubjectæ & legiſlatorum

F

refutavit Zoſomenus

torum nomina etiamnum teſtantur. Sopatrum vero primo quidem haud quaquam veroſimile eſt in colloquium veniſſe cum Conſtantino, qui tunc temporis in illis dumtaxat partibus, quæ circa Oceanum ac Rhenum poſitæ ſunt, Imperio potiebatur..... Haud quaquam etiam credibile eſt eum ignoraſſe, Herculem Alcmenæ filium, poſt cædem liberorum & poſt necem Iphiti, quem licet amicum atque hoſpitem inique interfecerat, Cereris ſacris Arbenis expiatum fuiſſe. Gentiles igitur hujuſmodi ſcelerum expiationem pollicitos eſſe, ea quæ dixi ſatis evincunt; ſimulque mendacii eos coarguunt, qui Sopatrum affirmant contraria prorumtiaſſe; neque enim auſim dicere iſta neſciiſſe Philoſophum, qui eruditionis cauſa apud Gentiles ea ætate nobiliſſimus habebatur.

à Baronio in favorem Zoſimi conſurgente,

32 *Hæc tam rationabilis reſponſio Zoſomeni nemini non ſatisfeciſſet, credo, niſi Baronius, ſuis de Romano Conſtantini baptiſmo præjudiciis velificans, inveniſſet quo tueretur commodum, ex Zoſimi calumnia in ſuas partes tracta proveniens, dum illum* ex Iberia Ægyptium advenam, *credit fuiſſe advectum ex Hiſpania Hoſium Cordubenſem Epiſcopum, Ægyptium, id eſt, Magum, Gentilibus creditum, qui ſuaſerit baptiſmum à Silveſtro petere. Ergo Zoſomenum primo* incredibilis ſtupiditatis *arguit, qui* Criſpum occiſum à patre neget, eo uno argumento, quod Criſpus vivens ad vigeſimum uſque patris Imperii annum pervenerit, multas interea cum eo leges ſtatuens. *Aſt ego de Criſpi cæde nec dubitaſſe quidem Sozomenum video; ſed ex legibus, quas illo tempore pro Chriſtianis cum patre condidit, rectiſſime argumentatũ contra Gentiles, mutandæ religionis eam cauſam Conſtantino non fuiſſe qui diu antea Chriſtianus probabatur. Contra Gentiles, inquam, non contra eos qui ab initio quidem Chriſtianum fuiſſe* Conſtantinũ *dicerent, diu autem poſt ſuſceptam fidem denuo ad Gentilium ritus imo & ad Chriſtianos perſequendos reverſum, illius infelicis facinoris horrore adductum, ad expetendum baptiſmum eatenus dilatum: tales enim futuros aliquando non potuit divinare Zoſomenus, qui de Romano illo Baptiſmo nihil audiverat, aut ſaltem nihil credebat.*

ſtupiditatis,

aniſtoria,

33 *Miſeratur deinde Zoſomenum Baronius, Zoſimo opponentem, quod non potuerit cum* Conſtantino, *tam procul agente, initio Imperii, colloqui Sopater; quaſi Zoſimus dixerit, tunc Criſpum occiſum, qui expreſſe id refert poſt victum Licinium: &* En, *inquit,* in quos errorum aufractus ipſum ignoratio rerum conjecit & temporum. *Sed verbis & pace Baronii eadem quam ipſe petit à Zoſomeno, dixerim,* quid hoc inſulſius aut ineptius *quam Zoſomenum Zoſimo reſpondentem fingere, qui eodem quo ille tempore, diverſa in regione vivens ac ſcribens, Zoſimi fortaſſe nec nomen audivit unquam; & Sopatrum nominans ignotum Zoſimo ea refutat, quæ Gentiles vulgo narrare ſolitos palam erat, non quæ legerat apud aliquem: nam præter Zoſimum, prudentius metitum tempora, nemo ſcitur ſcripſiſſe talia de Converſione* Conſtantini, *non magis in hoc fide dignus, quam in eo quod mentitur eum ad id uſque tempus divinationibus uſum. Quomodo autem ſic ineptire potuerit Gentilium vulgus, ut Criſpi necem confuderit cum initiis* Conſtantini, *in quibus factum eſſe Chriſtianum conſtare illis poterat; non quæret is qui viderit, quomodo etiam Chriſtiani, eodem quo Zoſomenus ſcribebat ſeculo, ineptire potuerint circa hiſtoriam inventæ Crucis & Acta Silveſtri.*

& inadvertentiæ perperam accuſatus,

34 *Denique inadvertentiæ vel oblivionis accuſat Zoſomenum Baronius, in eo quod Plotinianæ ſchola magiſtrum appellans Sopatrum, non cogitaverit, eam ſcholam ex Platonis diſciplina tenuiſſe,* quod divina juſtitia in homines invigilante, qui cædem perpetraſſent; non aliter à diis veniam conſecuturi eſſent, niſi ipſi eamdem quam aliis intuliſſent paterentur; quamobrem ſi abſque tali expiatione animæ à corpore ſolverentur, eas apud inferos ſupplicia perpeti, atque iterum detrudi in nova corpora, ut neceſſario idem ſubirent quod antea in alios patrarant. *Sed hæc Zoſomeno improperans Baronius, obliviſcitur vel non animadvertit ipſe, paucis lineis ante ex Eunapio ſe ſcripſiſſe de Sopatro, quod* natura ſublimium appetens, animoque magnus & ferox, aſpernatus reliqua in turba ætatem agere, magna celeritate ad aulam Imperatoris accurrit, quaſi Conſtantini propoſitum & impetum domiturus ac ratione ſuperaturus: certe eo æſtimationis potentiæque pervenit, ut Imperator delinitus captuſque ab homine, aſſeſſorem eum ad dexteram publice habuerit: res auditu viſuque incredibilis. *Hunc talem credere potuit Baronius adeo fuiſſe ſcrupuloſum, ut illud ſuæ unius ſchola peculiare dogma non fuerit diſſimulaturus, oblata occaſione tam cupita tamque certa revocandi ad patrias ſuperſtitiones Imperatoris? adeo etiam parum politicum ut non viderit, quam facile poſſet ex ſublimi illo favoris gradu deturbari, ſi duriori reſponſo Principem contriſtaret, cum* proceres aulici, invidia diſrupti, quod Regia Philoſophiam diſceret, nihil omitterent quod ei per inſidias tollendo commodum foret? *Idem de idolorum* Sacerdotibus, *quorum meminit Zoſimus, multoque majori jure dictum crede; qui abſque controverſia expiationem deſideratam & ſuis ritibus familiarem continuo promiſiſſent, ſi eum fuiſſent requiſiti. Interim valde incongruum videtur, quod is qui tam inſignis Crucis in cælo Chriſtique per viſum apparentis miraculo adductus fuit ad fidem Chriſtianam; in eadem colenda factus languidior, vel potius ab eadem apoſtatans, auctoribus talibus fuerit quaſi compellendus ad eamdem redire. Et hoc fuerat conſiderandũ eruditiſſimo Baronio prius quam pro Zoſimo, in aliis manifeſte mendaci, tantopere contenderet contra Zoſomenum. Sed hoc pio ejus erga ſententiam, Romanæ (ut putabat) Eccleſiæ utiliorem, affectui libenter ignoſcimus; tantum viciſſim ignoſcatur mihi, quod Cardinalis Perronii & omnium fere per Galliam eruditorum virorum receptiſſimam nunc ſententiam, prætulerim ejus auctoritati, alias mihi venerandæ.*

AUCTORE D. P.

cum nonnulla injuria Conſtantini,

35 *Iam quod exaggeratam adeo Conſtantini, ab optimis principiis nimium quam deficientis, crudelitatem attinet, quam etiam in Chriſtianos cadere potuiſſe ac debuiſſe idem Baronius contendit; quæque occaſionem alicui dedit, vulgandi mordaciſſimum hoc Epigramma,*

Auguſti aurea ſecla quis requirat?
Sunt hæc gemmea, ſed Neroniana.

cujus ſeveriora quædam Acta

Fuerit hæc Gentilium petulantia, domeſticos luctus Conſtantino improperantium, quia dolebant ſacra ſua ſub eo aboleri. Chriſtiani vero excuſent Imperatorem Chriſtianum, cum Euſebio lib. 4 cap. 14, & dicant, quod inſita ei humanitas ac bonitas, & fidei morumque ſinceritas, eo ipſum adduxit, ut crederet fictæ in ſpeciem pietati hominum illorum, qui vel pro Chriſtianis habebantur, vel ſinceram erga ipſum benevolentiam callida mente ſimulabant. Quibus ille cum ſemet ipſe credidiſſet, interdum fortaſſis in ea quæ parum decora erant impegit, maligni dæmonis invidia hanc velut maculam reliquis ejus laudibus aſpergente. *Et hæc quidem ille univerſim de cunctis in quibus* Conſtantinus *utcumque culpabilis videbatur aliquibus: de cædibus autem ſi rationem reddere voluiſſet in particulari, dixiſſet forſitan cum ipſomet Baronio, Licinium Iuniorem, ex ſorore Conſtantia natum, etſi cauſa vulgo ignoraretur, veroſimiliter tamen complicem patri ſuo fuiſſe; in Criſpo filio, infelicem magis quam reum; in Fauſta conjuge, etiam juſtum Iudicem appellandum.* Numeroſos amicos, *quos ſucceſſive interfectos ſcribit Eutropius lib. 10, juxta antiquiſſimam editionem anni 1545, quoſque Baronius (exerrante, ut credimus, per imprudentiam calamo)* innumeros *appellat, pleroſque id commeritos crediderim, quod nimia Principis facilitate tandem deprehenderentur fuiſſe abuſi,* ob ſuam exuberantem malitiam, *ut loquitur*

poterant & debebant excuſari,

AUCTORE D. P. *certe nullam habebant connexionem cum fide.*

Euſebius, & inſatiabilem cupiditatem; *qualis procul dubio fuit Sopater ille Philoſophus, tandem Ablario agente interfectus; idque juſta Dei diſpenſatione, quia Conſtantinum conatus à vera religione abalienare. Sed ex illis pauciſſimi forſan, aut etiam nemo, illo anno mortem ſubiit, quo ſaviiſſe magis Conſtantinus prætenditur; verum ut dixi ſucceſſive ſublati de medio ſunt, etiam diu poſt mortem Criſpi atque Fauſtæ, & eum qui prætenditur Romanum baptiſmum: neque enim tempus Eutropius ſignat. Et ut plures quam alias tunc fuiſſent ea ratione occiſi; quid hoc ad fidem Chriſtianam ſpectat, impingendumque Conſtantino nomen perſecutoris, quandiu nec unus quidem nominatur, cui ea cauſa vel pilus capitis tactus fuerit?*

36 *His ſcriptis venit in manus meas inſigne opus Selectorum eccleſiaſticæ hiſtoriæ capitum, Pariſiis editum à R. P. Natali Alexandro Ordinis Prædicatorum, ubi Diſſertatio 22 & 23 tota eſt de Baptiſmo & fide ſemper orthodoxa Conſtantini, accurateque refelluntur etiam minutiſſimæ quæque Baronii inſtantiæ, & Silveſtrinorum Actorum fabuloſitas evidentius demonſtratur; exploditur etiam Anſelmus Havelbergenſis Epiſcopus lib. 3 Dialogorum, quos Eugenio III nuncupavit anno* MCXLV, *primus aſſertor iterati à Conſtantino baptiſmi, tamquam in hiſtoria Arianorum peregrinus. Denique ex recentioribus hujus noſtræ*
B *ſententiæ aſſertoribus allegat Æneam Silvium in Dialogis, biennio ante Pontificatum ſuſceptum editis, & Cardinalem Cuſanum lib. 3 Concordantiæ Catholicæ cap. 2. Equidem non exiſtimo alterutrum hanc quæſtionem ex profeſſo ſcrutatum: neuter tamen vulgarem opinionem ignoraſſe potuit, nec potuit eidem contradicere, niſi judicarit, quidquid pro ea allegabatur auctoritatis vel traditionis nullius eſſe momenti, præ Euſebio, Hieronymo, & Ambroſio, quos contrarium ſciebant ſcripſiſſe. Poterit hæc omnia Lector, in prædicto opere Selectorum plenius explicata invenire, nec inutiliter cum noſtris conferre, ſi quidem lucem mutuo accipient & dabunt. Qui porro res toto orbe geſtas à* Conſtantino *volet cognoſcere diſtinctius præter Euſebium, panegyrim potius quam ordinatam hiſtoriam ſcribere conatum plurimaque diſſimulantem; ac præter auctores Græcos & eorum Latinos interpretes, habet Annales Eccleſiaſticos, maximo ſtudio collectos à Baronio, quibus ſuo tempore præcipua materies* Conſtantinus *eſt, æque ac recentioribus aliis eccleſiaſticæ antiquitatis ſtudioſis hujus ac ſuperioris ævi. Templa in Veteri ac Nova Roma (quarum alteram Pontifici Romano dimiſit, alteram ſibi ædificavit ipſe) Conſtantiniana liberalitate extructa magnifice, Anaſtaſius Bibliothecarius in Vita Silveſtri, & Codinus in Originibus Conſtantinopolitanis diligenter enumerant. Ne*
C *autem nummariæ eruditionis curioſus lector, ex tam feraci talium deliciarum campo, omnino vacuum ſe dimiſſum quæratur, lubet hic duplex Parergon pro coronide ſubtexere, veluti extremum teſtamentum Alexandri Wilthemii noſtri, ſacræ ac profanæ antiquitatis ſcientiſſimi viri, unico quidem ſpecimine quod Diptychon Leodienſe & Appendix ad illud inſcribitur celebrati dum vixit; magis vero poſt mortem celebrandi, ſi aliquando in lucem prodeant pridem elucubrati San-Maximianenſes Annales & Antiquitates Luciliburgenſes. Primo Antverpiæ excudendo ſub annum* MDCLXXI *occaſionem dederat* Conſtantinus, *in frontali imagine ante novam Annalium Trevirenſium editionem longe alio quam par erat ſchemate expreſſus. Poſtremum dabunt Annotationes noviſſimæ Leodii vulgatæ anno* MDCLXXVII, *poſt quem ſcribere amplius nihil licuit impediente paralyſi.*

Plura de eo quærenda alibi

hic Parerga duo dantur.

PARERGON I

Icones Conſtantini Maximi & D. Helenæ Auguſtæ, ex eorum nummis ab Alexandro VVilthemio S. I. illuſtratæ.

37 *Animorum imagines non ſunt*, inquit C. Plinius Secundus; quæ ſi eſſent, præſtabilius ſane foret eas pingere quam corporum, malletque ſæpe numero vir bonus noſci, quam conſpici. Nunc vice animi, quod de homine potuit, faciem vultumque ars tranſtulit in tabulas, propagatis ſic in ævum quam maxime ſimilibus figuris. Sed injuriam nobiliſſimo invento confeſtim intulit inſcitia mentitis imaginibus, tantum ſibi indulgente licentia, ut in monſtra etiam convertat pulcherrimum & ad ſimilitudinem Dei factum animal. Addit injuriæ crimen aliud, veſtitu cultuque circumpoſito, in quo neque perſonæ, neque loci, neque temporis diſcrimen.

Quæritur auctor depravari imagines,

38 Conſtantini Maximi veram imaginem, nummi ejus innumeri conſervaverant. Poterat vel hinc E ducere exemplum imperitus ſculptor, qui pro Conſtantino Maximo Getam nobis aliquem, aut Scytham, aut ludorum, quos *torneamenta* vocant, Equitem, ſchemate prorſus ridiculo propoſuit. Vide enim monſtrum imaginis. Vultus barbatus, & (ni fallit obtutus) labra miſtacis horrentia. Tobalea in capite Scythica: circum eam, corona radiata, infixis ardeæ pinnulis. In manu dextra, lancea ludorum, quos dixi, equeſtrium: in læva, ſcutum cum vultu Gorgonis: ad latus, acinaces Perſicus. Lorica, braccæ, ocreæ, quales in *torneamentis*, ex lamina perpetua ferrea. Paludamentum plane ingens, auræ & ventis permiſſum, ceu in hoc veſtitu Romano exultante inſcitia. Hiccine eſt Conſtantinus Maximus, ſemi-Geta, ſemique *torneamentarius* Eques? O fictorem (pictorem enim quis te dicat) ô fictorem, inquam, egregium! Quid ſi Gothum aliquem ex hiſtoria veteri efformandum ſuſcepiſſes? Quid ſi Athalaricum, aut Vitigem, aut aliquem barbaræ illius gentis principem? Quæ tu hic prodigia conſarcinares! Athalaricum ſaltem, ſi barbarica veſte indueres, toto cælo aberrares. Habeo nummum ejus, viſendum in paucis, quem præludii ſpecie in tabulam contuli. Quod in averſa parte eſt muliebre caput cum criſtata galea, profitetur ſe titulo, niſi quod trunca vox TA, explenda eſt, legendumque INVICTA ROMA: quomodo etiam inſcribitur in pecunia Attali & Theodorici. Sed converſo nummo Athalaricum intuere. En ut cultu habituque totus Romanus adſtitit! Mater enim Amalaſuentha, moribus & diſciplina Romanorum eum à pueritia imbuendum curaverat, ut Auctor eſt Procopius. At tu, Sarmatam, cenſeo, aut Heluetum, aut neſcio quem efficeres. Sed habe tua tibi figmenta. Conſtantini Maximi iconicam, id eſt veram imaginem accipite, quicumque verum amatis; veram, inquam, quia ex nummis ejus. Nummis enim Romani Principum vultus ex vero imponebant. Unde illa peritorum monetæ Romanæ lex, vel inſpecta leviter pecunia, ex vultu Cæſaris continuo pronuntiare, cujus ſit. Nummos autem Conſtantini non alios proponam, quam qui cuſi Treviris; non quod alibi ſignatis ſit forma diſpar, ſed quod illi magis ad rem ſint.

etiam Conſtantini: cui affictum barbaricum ſchema,

quale nec Athalarico Gotho conveniret.

Sumendum illud ex nummis erat.

39 Horum



39 HOrum porro Conſtantini nummorum obſervatio duplex, in facie, in habitu. Illa ſemper eadem, hic varius. Facies luculenta, maxime jam ſenioris; naſus aquilinus, barba raſa. Nec aliter fere deſcripſerunt Cedrenus & Nicephorus; *cervice craſſa, capillo non denſo, barba rara, naſo paululum incurvo, oculis leoninis.* Habitus, triplex; ordinarius, militaris, & conſularis. In primo nummo Conſtantinus ordinario & quotidiano cultu induitur, caput ambiente lauro. Hac enim eſt uſus prioribus Imperii annis, in poſterum (ut tradit Aurelius Victor) *habitum regium gemmis, & caput exornans perpetuo diademate*; & nummus eſt inter noſtros P. CONST. hoc eſt, percuſſus Conſtantinopoli, in quo Conſtantinus cum diademate. Cauſam autem *diadematis perpetui* adfert Patmeus Silvius in laterculo, quem conſcripſit Poſtumiano & Zenone Coſſ. anno epochæ vulgaris CCCCXLVIII, ediditque anno ſequenti, Conſule Protogene. Ita enim de Conſtantino, *Diadema capiti ſuo, propter reſluentes de fronte capillos (pro qua re ſaponis ejuſdem cognomine odorata confectio eſt) quo conſtringerentur invenit, cujus mos hodie cuſtoditur.* Averſa hujus nummi facies, intra lauri ſertum has continet litteras PLUR.NATAL.FEL, quas ego quidem ita legendas cenſeo: *Plures natales felices*, vel *feliciter*; formula, ante hunc diem (quantum quidem lectu comperi) numquam audita, eoque digna excuti.

I nummus Conſtantino exhibet ordinario cultu

C

cum voto plurium Natalium,

40 In egregio illo Philocali Kalendario, quod ex bibliotheca avi mei Joannis Brenneri acceptum publico dedit vir doctiſſimus Ægidius Bucherius, duo notantur Conſtantini Maximi natales, alter ad XIII Kal. Martias, alter ad VIII Kal. Auguſtas, quorum natalium unum ad nummum noſtrum pertinere, facile dictu eſt; non item, uter duorum. Quâ de primo die quæritur, eſt is ille quo Conſtantinum D. Helena feliciſſimo partu in lucem edidit. Certum id ex Kalendarii principio, cui hic titulus: *Natales Cæſarum.* Subjiciuntur deinde in menſes diſtributi dies, quibus quiſque bonorum Imperatorum natus eſt; & de Conſtantino quidem menſe Februario ita ſcriptum: *D. Conſtantini*, XIII *Kal. Martii*; prorſus eodem die, quo in Kalendario, quod ita habet; XIII *Kal. Martias Nat. D. Conſtantini* C.M. XXIV hoc eſt, *Natalis Divi Conſtantini. Circenſes. Miſſus viginti quatuor.* Nec modice aberravit à vero, qui ad Conſtantium Juniorem, Maximi filium, natalem hunc traxit. Obſtat quippe *Divi* appellatio; quam Conſtantinus Junior mereri non potuit, poſtquam indicto Conſtanti fratri civili bello, in acie ad Aquileiam miſerabili cædè occubuit. At patrem Conſtantinum cælo receptum, non hiſtoria modo, ſed & nummi profitentur. Atque ut hæc deeſſet ratio, ſuppetit errori penitus tollendo præclara Faſtorum Hydatii & Laterculi Silvii auctoritas. In Faſtis ita eſt, Gallicano & Baſſo Coſſ. *His Coſſ. levati tres Cæſares, Criſpus, Licinius, & Conſtantinus, die..... Kal. Martias.* Diei numerum in Faſtis præteritum, aut lacunæ immerſum, ita repræſentavit Silvius: III *Kal. Martias. Natalis Conſtantini.* Hæc autem accipienda non ſunt de die natali imperii Conſtantini Junioris, cum & alterum ejus natalem Silvius adnotaverit, hoc modo, VII *Idus Aug. Natalis Conſtantini Junioris.* Cum enim hic dies ad ortum ejus Imperii, ut ante dicta demonſtrant, pertinere non poſſit; relinquitur, ut ſit natalis vitæ; ac proinde alius à natali Conſtantini patris *genuino*; ita enim cum Silvio appellaverim diem, quo naſcimur. Siquidem de nato Placidio Valentiniano, hæc notat: VI *Non. Iulias, Natalis genuinus Domini Valentiniani.* Atqui de

Hic autem eſt duplex: Vitæ, XIII *Kal. Mart.*

F

AUCTORE WILTEM. * Lege VI.

de eodem die, ita Marcellinus Comes indictione II Monaxio & Plinta Coss. *Valentinianus Iunior apud Ravennam patre Constantio & Placidia matre*, v. * *Non. Iulias natus est.*

Imperii, VIII Kal. Augusti.

41 Venio ad alterum, in Kalendario Philocali notatum, Constantini Maximi natalem, cujus hæc formula, à priore nihilo dispar: VIII *Kal. Aug. Nat. D. Constantini C.M.* XXIV. Est hic Imperii natalis. Cum enim Constantius Chlorus Constantini pater Eboraci in Britannia moriturus decumberet, heredem imperii atque successorem nominavit Constantinum *Pium*, adnitente inprimis Chroco, Allemannorum Rege, qui tum erat in stipendiis. Continuo miles Constantinum, renitentem licet, Cæsarem levavit. Factum id VIII Kal. Aug. Constantio & Galerio VI Coss. anno vulgari CCCVI. Ita Constantinus creatus Cæsar, mox ad constituendas Imperii res trajecit in Belgium. Repressi ibi Rheno imminentes barbari: restaurari cœpta Augusta Trevirorum. Hic degentem Constantinum adiit ex Italia veniens Maximianus Herculius, filiamque Faustam dedit conjugem, & cum conjuge titulum Augusti; ex quo die Constantinus, Cæsaris appellatione deposita, Augustus nominari cœpit. Tradunt autem Eusebius
B & Zosimus, anni unius intervallo Constantinum pro Cæsare tantum se gessisse, ambitionem vincente modestia. Atque intra hoc temporis spatium (ut hoc primo definiam) cujus est nummus noster, cui Constantinus inscribitur NOB. C. hoc est *Nobilis Cæsar.*

Hujus anniversario

42 At de die (quod maxime quæritur) illud quoque extra controversiam est, haud quaquam eudi & in publicum proferri potuisse VIII Kal. Augusti, quo die Constantinum Eboraci repugnantem, & subditis equo calcaribus fugere conantem (ut tradit Panegyrista) milites Cæsarem, non tam fecerunt, quam esse coegerunt. Reliquum ergo, ut primo annuo die Natali Imperii à Constantino initi, hoc est, VIII Kal. Augustas anni CCCVII, promulgatus esse videatur, cum voto plurium deinceps Natalium felicium. Etsi enim non alii, quam quinquennales, decennales, quindecennales, vicennales, tricennales, & id genus inchoati Imperii dies celebrati solerent (ut historia nummique demonstrant) credibile tamen, primum hunc annuum Imperii Constantini natalem, singulari quodam populi studio peractum, Circensibus non modo tunc editis, sed etiam in perpetuum decretis, eaque re in Fastorum tabulas atque
C kalendaria publice relatâ; atque ut celebritati ejus diei accederet, publicatam Constantini monetam, cum voto plurium Natalium felicium, unde exstet noster ille nummus.

an cujus Treviris nummus?

43 Mihi tamen nescio qua sua saliva aliud sapere videtur nummi formula, prorsus singularis, neque satis apta Natalium Imperii votis, per quinquennia tantum & decennia instaurari consuetis. Sane si quinquennales & decennales, ceterosque votivos ejus generis nummos attenderis, nullum facile videris cum vocabulo *Natalium*. Ut mihi prope persuasum sit, inscriptos nummo nostro Natales, vere id esse, quod sonant, hoc est, vitæ primos anniversarios dies. Est enim illa simplex obviaque interpretatio. Proinde crediderim Constantinum, postquam VIII Kal. Augusti in Britannia Cæsar factus est, domito mox ad Rhenum hoste barbaro, inde Treviris apparentem, summa omnium gratulatione in hibernis acceptum, proximoque die XIII Kalendarum Martiarum, Natalem ejus, quo editus ab Helena, fervente adhuc aditi Imperii & recentis victoriæ lætitia, non modo celebratum, sed & in perpetuum decretum cum ludicro Circensium, & votis publice conceptis & pecuniæ inscriptis, ut felicissimus hic nati Constantini dies, pluries deinde annuis spatiis recurreret; unde in Kalendaria idem ille dies cum ludis Circensibus relatus est, & ex pecunia illa tum signata nummus ille ad nos pervenit, cum formula votorum *plurium Natalium felicium*. Hæc opinio mea: aliis, quod libitum fuerit, opinari integrum liberumque esto. Ad cæteros Constantini nummos progredior. D

Nummus II & III habitum militarem,

44 Secundi nummi & tertii, militaris est ornatus; non genere, sed forma varius. Nam scuto subinde munitur sinistra manus, spiculo dextra: pectus semper loricatum, & galeatum caput: crista galeæ imposita, nunc erigitur & spargitur flabelli specie, nunc sinuata secundum galeæ supremæ flexum vergit in occiput. Memorabile, quod in galea primi nummi & in aversa facie secundi, spectantur nominis Christi monogrammata. Quartus nummus Constantinum habet Consulem in Trabea, sceptrum aquiliferum de more præferentem manu, lauro etiamnum ambiente caput, & capillis velut in cincinnos crispatis summam frontem velantibus, arte, ut arbitror, tonsoria, ob crinium raritatem atque defluvium, de quo supra. Conspiciatur etiam Princeps maximus toto corpore. Signa militaria ei in utraque manu: paludamentum restrictum, non veli modo turgidum: lorica, genuum tenus promissa. Brachia, modice ultra cubitum; crura, surarum tenus, nuda, cum caligis gemmatis. Principes juventutis in Romana republica fuere, qui in equestri decursione (Troiam appellabant) ducebant agmen. Postea id ambivere munus subinde Cæsares, & pro magno habuere, titulis Imperatoriis inseri *Principatum juventutis*, sicut hic Constantinus jam Augustus, sed adolescens, probante id juvenili ejus in nummo vultu.

IV *Consularem representat.*

V *Principem juventutis.*

E

Helenæ matris nummus distinguendus ab Helena Iuliani Vx.

45 Ita restituto sibi in imagine Constantino, matris quoque imagini scribamus vindicias: nam & pro hac suppositione aliam homines non indocti. Et quamquam jam huic malo providerat Jacobus Chifletius, vir eruditione clarissimus, propositis trium Helenarum nummis, matris Constantini Maximi, uxorum Crispi & Juliani Cæsarum; non satis tamen id animadversum à secutis scriptoribus, in quibus Alfordus, Divæ Helenæ Constantini matri suffectâ Helenâ Juliani conjuge. Sed hasce turbas discutiunt vel soli nummi, probe inspecti. En ergo Theodoræ Augustæ, Constantii Chlori secundæ uxoris, pecuniam. Hanc compone parumper cum nummo D.
F Helenæ, conjugis ejus primæ, quæ Constantinum Maximum edidit. Animadvertis opinor eodem prorsus cultu comptum structumque utriusque caput, modico aurium tenus demisso crinium sinu & cirris in frontem dependentibus; hoc solo discrimine, quod Theodoræ capillum cingit laurus, Helenæ caput ambiente fascia seu diademate; forte quod religiosa mulier lauream dicatam Apollini repudiaverit. Dignissima porro observatione est Crux, quam duo nummi manifeste in aversa parte repræsentant.

ex capitis ornatu.

46 Contemplare nunc & Helenæ Juliani conjugis monetam. Vides longe aliter compositum capillum; strictum nempe & terse pexum, nullo aurium tenus demisso crinali sinu. Fascia quidem comam transversim coronat, sed præter hanc alia à media fronte subit verticem, unde inclinata in occiput eum cultum efficit, quem cernere est in pecunia Æliæ Flaccillæ & Gallæ Placidiæ, conjugum Theodosii Magni. Cultu itaque & ornatu capitis iis omnis dirimitur, haud dubia fide, eam esse oportere Helenam Constantini matrem, cui cum Theodora par capitis ornatus: at cui similis cum Flaccilla & Placidia, Helenæ esse Juliani conjugis, quæ posterioribus illis Augustabus tempore vicina est.

Discernite

A Diſcernite itaquè, viri docti, & Helenas alteram ab altera ſeparate, nec imagines earum ſuppoſititias invicem permutate.

PARERGON II

Nummi Conſulares Conſtantini ac filiorum ab eodem Alexandro Vilthemio S. I. illuſtrati.

Trabeæ Conſularis forma

47 COmparatis Capite quinto Diptychis noſtris & nummis aliquot Imperatorum Conſularibus, effeciſſe videor ut invicem ſibi lucem non modicam preberent. Huic augendæ alios nunc profero Cæſarum Conſulares nummos. Quod ergo Trabeas, ſeu Togas pictas Conſulum poſteriorum, monui multum abiiſſe à Toga veteri, id jam à Probi Auguſti temporibus invaluiſſe reperio, & forma quidem longe alia ab ea quæ eſt in Diptychis noſtris Anaſtaſii & Aſtyrii. Horum enim Toga ex veteri retinet geminum ſinum: illa abſque ullo fere ſinu ex humero pendet, ad eam propemodum imaginem, qua ſunt, quæ nunc in ſacra veſte appellamus *Pluvialia*. Tales porro Trabeas videre eſt in nummis quam plurimis. Habemus Probi undecim generum, Diocleriani unum, Maximiani trium generum; & uni quidem horum inſcripta Vota ejus decennalia, reſpondentia Conſulatui ipſiuſmet & Conſtantii Chlori, anni CCXCIV; Galerii unum, Conſtantini Maximi unum, Criſpi & Conſtantini filiorum ejus ſingulos; in qua omni pecunia ſunt vultus Principum pectore tenus, circumdata humeris *Pluvialis* ad inſtar magnifica Trabea, & inſerto dextræ manui ſceptro Conſulari aquilifero; unico dempto Conſtantini Junioris nummo, in quo ipſe ſine ſceptro, ſed ſola Trabea velatus humeros, & corona radiata evinctus caput; ad denotandum forte, quod tum Occidentis imperium ſub patre regeret, atque ita & Conſul & Cæſar, & Rex eſſet. Proinde & hunc, & omnes quos enumeravi nummos, aio eſſe Conſulares, ſeu in Conſulatibus eorum percuſſos. Adde his nummum Licinii ſenioris, inter Arſchottanos ab Henrico Rubenio exhibitum, ſimiliter trabeata ejus imagine; ſed pro ſceptro, indita manui ſiniſtræ mappa Circenſi convoluta. Ex noſtris juvat nummos Conſtantini Maximi filiorumque ejus Criſpi & Conſtantini ſpectandos proponere, pictos elegantiſſima manu Alexandri Leclerquii, antiquitatum ſtudioſiſſimi, amici mei.

B *ex nummis Conſularibus diſcenda:*

C

Ex his quidam Conſtantini ac filiorum ſunt,



Votis Vicennalibus inſcripta:

48 Vides tribus hiſce nummis inſcripta Vota Vicennalia; quæ fuiſſe Conſtantini Maximi, participato filiis ejus ſolennium illorum honore, age nunc oſtendatur. Vicennalia Conſtantinus pater bis egit: primum Nicomediæ, dein Romæ. Vicennalium Conſtantini Romanorum meminit Hydatius ad Conſulatum ejus VII & Conſtantii Cæſaris filii ejus, anno CCCXXVI. *His conſulibus occiſus eſt Criſpus, & edidit Vicennalia Conſtantinus Romæ*; anno nempe Principatus ſui vigeſimo; ſiquidem Conſtantio patre & Galerio VI Conſulibus, anno CCCVI, Eboraci in Britannia, VIII Kal. Auguſtas creatus eſt Cæſar. Hydatio de tempore Vicennalium Conſtantini Romanorum, conſentit Chronicon Euſebii; ut mox dicam. Quadrant ergo probe omnia; nempe idem annus & Vicennalium Romanorum, & Conſulatus Conſtantini Maximi, exprimente utrumque uno eodemque nummo, hoc eſt, inſcriptis aræ Vicennalibus ejus votis, efformataque ejuſdem imagine habitu Conſulari. Eſt itaque plane ille nummus Conſularis, cuſus Conſtantino Conſule, Vicennalibuſque ejus Romanis. Præter hoſce Conſtantini Maximi Conſulares ſimul & Vicennales nummos, cuſos Vicennalibus ejus Romanis, ſunt & alii in Bibliotheca noſtra Conſtantiniani nummi, mere Vicennales, & trium quidem generum. Unius generis ſunt ii, in quorum facie antica vultus eſt Conſtantini galeatus, habitu militari: alterum genus cultu Imperatorio ordinario Conſtantinum exhibet: utrumque genus in poſtica facie habet aræ impoſitum orbem, cum titulo *Votorum vicennalium*, & circumſcriptione *Beatæ tranquillitatis*. Tertium genus inſculptum habet Conſtantinum, in eodem ordinario Auguſtali habitu, & circumſcriptum, *Conſtantinus Maximus Auguſtus*: at parti averſæ intra ſertum laureum adnotata *vota Vicennalia*, & circum in orbem *Domini noſtri Conſtantini Maximi*. Quos omnes Vicennales nummos, quoniam Conſtantinum abſque Conſularibus ornamentis repræſentant, ad Vicennalia ejus Nicomedienſia, quo tempore Conſul ipſe non erat, referri debere puto.

AUCTORE WILTEM.

aliqui ſpectant ad Vicennalia Romæ celebrata.

E

49 Aſt, quid de Criſpi & Conſtantini filiorum ejus, quam etiam ſupra poſui, pecunia? An & ipſa Conſularis? Eſt. Non quidem cuſa Vicennalibus Conſtantini Romanis, ſed Nicomedienſibus. Adſtruatur dicto fides. De tempore Vicennalium Conſtantini Nicomedienſium, hactenus perplexe & varie à veteribus traditum. Euſebius, libro 4 de vita Conſtantini cap. 4, tam in titulo quam ipſo capite, tradit Vicennalia Conſtantini celebrata tempore Nicænæ Synodi, hoc eſt, anno CCCXXV. Ad quem etiam annum in ejus Chronico, prout Latine illud edidit D. Hieronymus, ita ſcriptum: *Vicennalia Conſtantini Nicomediæ acta, & ſequenti anno Romæ edita*; quæ verba Proſper & Caſſiodorus Senator arripuerunt; & ille quidem appoſuit Conſulibus Conſtantino VII & Conſtantio, hoc eſt, anno CCCXXVI; hic autem Januario & Juſto, ſive anno CCCXXVIII: male uterque & intempeſtive. Euſebius porro interpretationis indiget. Anno ſiquidem CCCXXV, VIII Kal. Auguſtas, Conſtantinus annum principatus ſui XX exorſus eſt, cum jam tum Nicææ à XVII Kal. Julias Patres in concilium coiviſſent. Ac proinde, ſi annorum tantummodo habetur ratio, ſubſcribendum erit Euſebio: erat enim vere annus ille CCCXXV, Imperii Conſtantini vigeſimus exoriens, ac proinde merito (quod idem tradit Euſebius) preces & vota ob illum annum oblata ſunt, & quidem *in Vrbe*, ut idem loquitur Euſebius, *victoriæ cognomine*, hoc eſt Nicææ; quamquam & de Nicomedia id dici poteſt. Euſebio accedit auctor chronici Alexandrini, ita ſcribens de Conſtantino ad Conſulatum Paulini & Juliani, hoc eſt ad annum ſæpe dictum CCCXXV, *Eodemque tempore Vicennalia celebravit.*

nummi filiorum ad Nicomedienſia.

Hæc an celebrata anno 325.

50 Sed quæſtio eſt, non de votis precibuſque, toto orbe terrarum variis locis atque temporibus ob Vicennalia Conſtantini oblatis; ſed de votis ſolen-

vel potius anno 324.

D nibus

AUCTORE WILTEM. nibus illis, quæ deinde in Annales publicos & in Faſtos æternæ memoriæ cauſa referrentur, quæ fuerunt Nicomedienſia illa & Romana, de quibus in libris de vita Conſtantini non agit Euſebius. Reliquum ergo eſt, ut eorum tempus, præſertim Nicomedienſium, aliunde eruamus; non tamen ex Chronico Euſebii Hieronymiano, & multo minus ex Proſpero ac Senatore, quos erraſſe manifeſtum eſt; etſi minor eſt culpa Hieronymiani Chronici, ut quod propius acceſſit ad verum annum Vicennalium Conſtantini Nicomedienſium, qui eſt CCCXXIV.

quo filii Conſulatum gerebant.

Rem novam, inquis, & hactenus à nemine traditam; addo ego, veram tamen. Id enim probant nummi Criſpi & Conſtantini Junioris, in quibus duo illi Cæſares habitu cultuque Conſulum, inſcriptaque aræ vota Vicennalia. Cum enim Conſularis ille habitus haud dubie efficiat eos nummos pecuniam Conſularem, ac proinde Criſpo & Conſtantino Juniore Conſulibus ſignatam; fatendum ſane, adnotata eidem Conſulari pecuniæ vota Vicennalia pertinere ad Criſpi & Conſtantini Junioris Conſulatum, actaque eſſe eodem Conſulatu, hoc eſt anno CCCXXIV. At Vicennalia ipſi ſua egere nunquam. Quocirca (cum hæc Vicennalia eorum non
B ſint, nec eſſe poſſint) ſequitur utique, ut ſint Vicennalia paterna, dante hoc Conſtantino liberorum ſuorum Conſulatui, ut cohoneſtaretur pompa & celebritate Vicennalium ſuorum. Cum vero Romana Conſtantini Vicennalia, ut conſtat ex Hydatio, acta ſint ipſo Conſtantino VII & Conſtantio filio ejus Cæſare Conſulibus, hoc eſt anno CCCXXVI, reliquum eſt, ut Vicennalia ejuſdem Conſtantini Maximi edita Criſpo & Conſtantino Juniore Conſulibus, ſint illa Nicomedienſia, anni CCCXXIV, non anni CCCXXV; quo conſules fuere, non Criſpus & Conſtantinus Junior, ſed Paulinus & Julianus.

Inveniuntur etiam anticipata vota in nummis,

51 Sed contra pugnas: Itane, inquis, Vicennalia Conſtantini Maximi anno CCCXXIV, id eſt anno uno ante, quam vigeſimum Imperii inchoaret annum? Quid facias, ſi id cogunt nummi, teſtes irrefragabiles? Quamquam non fuere tam religioſi ſemper Imperatores, ut inchoati vel exacti Imperii annis vota Quinquennalia, Decennalia, Vicennalia, & cetera deinceps ad perfectum reſponderent; ſed, ut erant vere vota, atque adeo futura magis reſpiciebant quam præterita tempora (nemo enim vovet optatve præterita) anteveniebant ſæpe diem incepti aut
C expleti Imperii; quin adeo concipiebant interdum eorum vota annorum, quos vivendo ne attigêre quidem. Nummos noſtros in teſtimonium producere liceat. Probi, in quo intra ſertum laureum hæc ſcriptura: VOTIS X. PROBI AUG. ET XX. cum ipſe non modo non vicennium, ſed neque decennium egerit in purpura, cæſus infra annum imperii ſeptimum. Galerius octavum imperii annum vix attigit, habet tamen nummus ejus inſcripta vota decennalia, hac memorabili forma VOT. X. F. K. hoc eſt, *votis decennalibus felix Kartago.* Sic in nummo noſtro Maximiani Herculii legitur SALVIS AUGG. ET CÆSS. FEL. KART. ſeu, *Salvis Auguſtis & Cæſaribus felix Kartago.* Severus, imperatoribus Diocletiano & Maximiano cum Conſtantio Chloro vix quatuor annorum Cæſar, præfert in nummo Decennalia. Magnentius & Decentius fratres vix in tertium annum extendêre tyrannidem, & tamen eorum nummi ſunt cum votis Quinquennalibus. Julianus Apoſtata functus Principatu tantum octennali, vota nummo argenteo inſcripſit Tricennalia, multiplicanda Quadricennalibus. Jovinianum Auguſtum pauci videre menſes, & nummus ejus incuſſa habet vota Quinquennalia. Adeo non ſemper illa vota ſuis annis aut ſolvebantur, aut concipiebantur.

52 Sed reſumis arma, iterumque pugnas. Quid ad Criſpum & Conſtantinum Juniorem Vicennalia Patris? Cur nummi eorum, Cæſarum tantum & nondum Auguſtorum, vota Vicennalia præferunt, pareſque eos faciunt hac in re patri, Auguſto, Principi vicennali? Opportune! Ita enim pugnando præbes veritati vincendi materiam. Negas ergo vota Vicennalia Conſtantini Maximi quidquam pertinere ad ejus filios Criſpum & Conſtantinum Juniorem, ac proinde rogas cur horum nummis Vicennalia paterna inſcribantur. At rationem ego reddidi, dixique, honoris cauſa id factum, patre cohoneſtante filiorum Conſulatum editione nummorum, qui inſcripta haberent Vicennalia ſua Nicomedienſia, celebrata filiorum antedicto Conſulatu. Verum ratione haud opus, ipſis pro ſe loquentibus rebus. En aſpice hunc Criſpi nummum. D

Romana Vicennalia inſcripta nummis Criſpi



Cernis ei clare inſcripta *vota Vicennalia Domini noſtri Conſtantini Maximi Auguſti.* Ejuſdem formæ & figuræ numiſma Conſtantini Junioris nobilis Cæſaris ſervat bibliotheca noſtra, cui inſcripta pariter *vota vicennalia Domini noſtri Conſtantini Maximi Auguſti.* Numiſmatis imaginem, niſi figuras corrupiſſet ætas, ſalvis tantum litteris, ſpectare poſſes.

poſt ejus Conſulatum,

53 At, quid tu jam? Pergeſne negare, Vicennalia, ſuperioribus nummis Criſpi & Conſtantini Junioris inſcripta, eſſe Vicennalia patris eorum Nicomedienſia, nec ad eos pertinere, aut quod ad eos pertineant, ratione evinci poſtulabis? Haud opinor: ſed ſicut in hoc Criſpi nummo vota Vicennalia Conſtantini Maximi vides oculis; ita Vicennalia ſuperiorum nummorum eſſe Conſtantini Maximi mente intelliges; hoc diſcrimine, quod illa nummorum, ſint Vicennalia Conſtantini Maximi Nicomedienſia, cum Conſules eſſent Criſpus & Conſtantinus Junior, unde & habitu Conſulari in iiſdem nummis efformantur: at Vicennalia, quæ in hoc nummo Criſpi, ſint Vicennalia paterna Romana, quibus Conſul erat ipſe pater Conſtantinus, quo- F
circa Criſpus in hoc nummo caret ornamentis conſularibus. Et ne quid huic materiæ deſit, moneo, Criſpum & Conſtantinum Juniorem, præterquam quod paternorum Vicennalium honori in nummis participaverunt, ipſos ſua quoque decennalia celebraſſe, quod hæc eorum pecunia demonſtrat.

qui etiam ipſe decennalia ſua nummis inſcripſit.



Veſtitus in his nummis & in præcedenti non exactiſſime autographo reſpondet: levi damno. Sat eſt in aliis reſpondere ad exactum unguem.

Legis eſſe inſcripta *vota Decennalia Cæſarum noſtrorum*, ſcilicet Criſpi & Conſtantini Junioris. Annus autem decimus inchoatus, à quo Criſpus & Conſtantinus

A ſtantinus Junior Cæſarum titulo condecorati ſunt, reſpondet anno CCCXXVI, claro paternis Vicennalibus Romanis. Siquidem Conſulibus Gallicano & Baſſo, hoc eſt anno CCCXVII, *levati fuere Cæſares, Criſpus, Licinius, & Conſtantinus, die Kal. Martias*, inquit accuratiſſimus Hydatius. Itaque Criſpus & Junior Conſtantinus eodem anno celebravere & vicennalia patris Romana, participes honoris paterni, & propria decennalia ſua, cuſa in ejus rei memoriam pecunia proxime ſuperius appoſita, in qua ſpectantur illi Principes abſque culto Conſulari, eo quod non ipſi tunc, ſed Conſtantinus pater & Conſtantius frater eorum, Conſulatu emicarent, uti dictum.

Prioribus nummis cur inſcripta Beata tranquillitas?

54 Summa nunc ſubducatur, & quod diſputatum, pronuntietur per capita. Primo, Nummi, in quibus à Probo uſque ad Conſtantinum Maximum, Principes ſpectantur cum ſceptro aquilifero & trabea, ſunt omnes Conſulares, ſignati in eorum Conſulatibus. Deinde Vicennalia Nicomedienſia Conſtantini Maximi, acta ſunt Criſpo & Conſtantino Cæſaribus, utroque tertium Conſule, anno CCCXXIV, paulo poſt devictum ultimum hoſtium Conſtantini Licinium, qui hactenus Nicomediam Bithyniæ metropolim pro regia habuerat. Et quoniam domito B Licinio, qui inter æmulos Conſtantini Principes fuit poſtremus, pax ubique ſumma ſequebatur, omniſque Imperii Romani tranquillitas; hinc merito nummis illis Conſularibus Conſtantini filiorumque ejus inſcribitur BEATA TRANQUILLITAS; quem titulum hactenus in nullis Auguſtalibus nummis vidi (vidi autem prope innumerabiles) præterquam in his Conſularibus Vicennalium Conſtantini. Tertio, iidem Cæſares Criſpus & Conſtantinus, cum patre Auguſto Conſule, egere Vicennalia Romana paterna, & Decennalia ſua, anno CCCXXVI. Et hanc novam hiſtoriæ lucem acceptam, ſi lubet, referte imposterum eruditi Diptycho Leodienſi, ex cujus Anaſtalio, Conſularibus omnibus ornamentis exculto, didicimus Conſulares illos agnoſcere nummos, & hinc tempora Vicennalium Conſtantini. Præter hos porro Conſulares Conſtantini nummos, alios adhuc æque conſulares, beneficio Diptychorum Leodienſium noſcere diſcimus, à paucis aut à nullo forte hactenus intellectos. AUCTORE WILTEM.

55 *Hactenus eruditiſſimus Wilthemius noſter: qui, an non etiam antici-*
dum hæc prælo apparo, anno MDCLXXXI *eatenus ſibi reſti-* *pata vota?*
tutus, ut non videre tantum & intelligere (quod potuit ſemper) ſed etiam reſpondere aliquid interroganti poſſit; haud moleſte feret, ſi eum interrogem, Quare Euſebii, Proſperique, & Caſſiodori ſententiam, de Vicennalibus Nicomedienſibus ad annum CCCXXV *referendis, tenere mihi non licebit, dicendo, nummos Conſtantino & Criſpo Coſſ. cuſos anno* CCCXXIV, *æque ac illos de quibus ipſe id aſſerit, vota expreſſiſſe præambula Vicennalibus, ſequenti anno celebrandis: nam & hoc decere potuit, pios erga optimum parentem filios, à quo fuerant Conſules renuntiati, ut in illo ſuo magiſtratu gaudendæ pecuniæ, Vicennalibus toti Imperio optatiſſimis præluderent. Vivat utinam ſenex optimus, mentis ac corporis oculis integer, donec propoſitam ſibi quæſtionem legere typis excuſam poſſit, pro ſua erga diſcipulum ac filium indulgentia; & ſummo candore animi a pertinacia alieniſſimi, magnaque ad aliena ſenſa haud ægre inclinantis facilitate, fortaſſis etiam hoc mutari paſſurus, ut Vicennalium Nicomedienſium tempus, non moveatur ab eo loco quo ipſum fixit is, qui optime noſſe ac meminiſſe poterat, quia & debebat, Euſebius.* E

DE S. SECUNDO PRESB MARTYRE,

ALIISQVE MARTYRIBVS ALEXANDRINIS. D. P.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

Acta Paſſionis ex S Athanaſio illiuſque tempus & circumſtantiæ aliæ.

SUB CONSTANTIO.

Athanaſius in Epiſtola ad ſolitarios,

S*Anctus Athanaſius, cujus Acta ad* II *Maji fuſe deduximus, anno* CCCLVI *coactus cedere Arianorum furori, ſeque ad deſerta eremi loca recipere; ut ſanctis ſolitudinum Ægyptiarum incolis, inter quos latebras identidem mutans utcumque ſalvatus fuerat, gratiam redderet, eiſque in ſua & Chriſti vera fide confirmatis animos adderet contra hæreticorum violenta conſilia, ſcripſit ad eos prolixum tractatum, de quo in Prologo ad ejus Acta egimus. Hujus tractatus pars ſolum ſecunda ut ibi diximus, eaque non integra, habetur ſub nomine Epiſtolæ ad Solitarios, continens hiſtoriam perſecutionum à Sancto toleratarum, poſtquam conſpiratione eorumdem Arianorum in Conciliabulo Tyrio damnatus abdicatuſque fuit ſub Magno Conſtantino, uſque ad hanc ſuam fugam & paulum ultra; adeo ut Martyrium* S. Secundi (*cujus cauſa, in Romanum Martyrologium ad hunc diem à Baronio adjuncti, hæc præfati ſumus*) *differri non poſſit ultra Quadrageſimam anni* CCCLVII, *quo ſcripta epiſtola eſt.*

deſcribens perſecutionem ab Arianis motam

2 *Oſtenderat Sanctus, perſecutionem illius temporis immaniorem eſſe quam fuerat ſub ethnicis Imperatoribus, quando ſaltem apud gentiles vicinos & amicos latere Chriſtiani abſque maximo receptantium periculo poterant; quod ne nunc quidem orthodoxis liceret, perſecutoribus æqualem recepti recipientiſque cauſam æſtimantibus. Deinde ſubjungit:* Non eſt mihi poſſibile pro merito explicare cuncta quæ faciunt mala; unum dicere poſſim, quod ſcribere & enarrare volenti perverſitatis F iſtius nefarios actus ſuccurrit cogitare, num forte ejus, de qua in Proverbiis, ſanguiſugæ filia quarta ſit hæreſis hæc, quæ poſt tot injurias tantaſque cædes Prov. 30, 15 neſcit dicere, Sufficit. Adhuc enim ſævit & circuit quærens necdum ſibi notos; quibus autem nocuit ſemel, iisdem ſtudet iterato nocere. Ecce enim poſt *anno 356,* nocturnam graſſationem, poſt mala inde propagata, poſt factam Heraclio Duce perſecutionem, non intermittunt apud Cæſarem criminationes ſtruere: ſciunt enim exaudiendum quidquid impie propoſuerint; ideoque petunt ut ultra exilium decernatur aliquid; & qui nolunt ſuæ impietati conſentire deinceps occidantur, & huc uſque eorum nunc proceſſit audacia.

Conſtantis jubente interfici fautores Athanaſii,

3 *Hoc eſt quod comminabatur Conſtantii Epiſtola, poſt Athanaſium abactum, & lanienam illam circa feſtum Paſchatis perpetratam, de qua & de S. Eutychii Martyrio egimus* XXVIII *Martii, quæ Alexandrinis ſcripta ſic concluditur.* Abſurdum foret perditiſſimum Athanaſium, regionem commutare ex regione; ejus autem aſſentatores atque miniſtros, homines circumforaneos & quos vel nominare nefas ſit, negligi cum turba movent: quapropter iterum præcipitur judicibus eos interficere. Fortaſſis autem, niſi à prioribus delictis matûre reſipiſcant, nec ſimpliciter quidem interi-

AUCTORE D. P.

bunt ii, quorum dux fuit impuriſſimus Athanaſius. *Talibus reſcriptis extimulata impietas, quid non auderet contra pios; non tantum Alexandriæ, ubi crudelitatis ſanguinariæ ſedem habebat Georgius; ſed & in Ægypto reliqua & vicinis regionibus, ubi ſimiles Georgio miniſtros habebat hæreſis Ariana?*

narrat S. Secundi Martyrium

4 Ergo, *inquit Athanaſius præcitato loco*, Secundus ille peſſimus Pentapolita eique conjuratus Stephanus, ſcientes pro excuſatione ſibi fore hæreſim, quideumque demum injurioſe feciſſent; videnteſque ſibi non conſentire eum qui Barcæ erat Presbyterum, Secundum item appellatum, & hæretico Epiſcopo eatenus ſimilem, diſſimilem vero ſententia & fide, eumdem calcibus conterendo interfecerunt. Ille autem cum occideretur, imitabatur Sanctum dicens, Nemo me apud judices vindicet: habeo vindicem Dominum, propter quem hæc ab iſtis patior. Ipſi vero neque ſic loquentem miſerati ſunt, neque ullam temporis rationem habuerunt: in ipſa enim Quadrageſima interfecerunt hominem. *Vnicus hic eſt character temporis quem poſſimus reſpicere, ex eoque colligere, ſi acta hæc ſunt poſt decreta de interficiendis etiam Athanaſii fautoribus promulgata, uti videtur Athanaſius innuere, ad ſequentem potius annum* CCCLVII *ea ſpectare, quando Paſcha celebratum eſt die* XXIII *Martii, & Quadrageſima initium habuit menſe Februario.*

in quadrageſima anni 357.

B

5 *Interim in Romano Martyrologio ſic hodie legimus.* Alexandriæ commemoratio Sanctorum Martyrum Secundi Presbyteri & aliorum, quos ſacris diebus Pentecoſtes, ſub Conſtantio Imperatore, Georgius Epiſcopus Arianus ſæviſſime occidi præcepit. *Pentecoſte anni* CCCLVI, *de quo hic ſermo, in diem* XXVI *Maji cadebat: neque tamen vel tunc acta res eſt, ſed peracto jam feſto: ſic enim accurate eam tragœdiam deſcribit ipſe Athanaſius in Apologia de fuga:* Hebdomade poſt ſacram Pedtecoſten, cum jejunaſſet populus, orationis cauſa egreſſus eſt ad cœmeterium, eo quod omnes averſarentur communionem Georgii. Hoc autem intelligens nequiſſimus ille, extimulat Ducem Sebaſtianum, hominem Manichæum, qui deinde ipſa Dominica die cum multitudine militum, arma nudatoſque gladios & arcus ac ſagittas ferentium, contra populum exiit. Cumque ſolum paucos inveniſſet (plerique enim ad horam receſſerant) talia fecit, qualia ab ipſis facta ſciri convenit.

poſtquam anno 356

Dominica poſt Pentecoſten.

orantes aggreſſus Dux cum militibus,

Virgines in facie cedi,

C

6 Rogum ſiquidem luculentum accendens, & ante eum Virgines conſtituens, cogebat dicere quod eſſent fidei Arianæ. Ut autem ab iis vinci ſe vidit, & nihili fieri ignem, nudatas earum facies ita conſcidit, ut neque diu poſtea niſi ægre cognoſcerentur. Viros autem quadraginta comprehenſos novo modo laceravit. Statim enim virgas ex palmis ſcindi jubens, quæ adhuc haberent adhærentes aculeos, eorum tergora ſic exaravit, ut alii quidem à chirurgis ſæpius contrectandi fuerint propter infixos aculeos, alii cum ferre curationem non poſſent, oppeterent mortem. Omnes deinde qui comprehenſi fuerant, una cum Virgine relegarunt ad magnam Oaſim. Mortuorum autem corpora nec amicis quidem tradi in principio fecerunt, ſed inſepulta abjicientes occultabant pro libitu, eo quod ſperarent ejuſmodi immanitatem poſſe latere. In quo ſane vehementer errabant; conſanguineis enim ſuper mortuos ſuos, hinc quidem propter confeſſionis gloriam gaudentibus, inde vero dolentibus propter corpora, evidentior exiſtebat accuſatio crudelitatis & impietatis eorum.

40 cives dëve flagellavi,

D

occiſorum corpora inſepulta relinqui juſſit

7 *Hactenus eo loco Athanaſius: eadem deinde in Apologia ad Conſtantinum ſummatim perſtringens, ait,* plus quam tria armatorum millia *fuiſſe educta contra inermes, etiam* pueros feminaſque, & ſola ad Deum oratione occupatos; corpora autem interfectorum, ad ſepulturam negata, aliquamdiu jacuiſſe canibus objecta; donec clanculum ſubducerentur à familiaribus, poſt diutinam miſeriam; adeo ut in iis dignoſcendis multus eſſet quærentium labor. *Denique etiam in Epiſtola ad Solitarios eadem retractans, manifeſtum nobis facit prioris loci errorem, ubi una tantum* Virgo *in exilium cum viris acta dicitur, per ſocordiam, ſoli librario veroſimiliter imputandam: nam & de pluribus hic loquitur, & quod antea non indicarat, etiam ad ipſas monſtrat immanem illam flagellationem pertinuiſſe: ſic enim ſcribit.* Laicos & Virgines, quas prius ante rogum ſtatuerant, ejecerunt in exilium, poſtquam ita eas concidiſſent plagis virgarum è palmis acceptarum, ut poſt dies quinque illarum aliquæ morerentur, aliæ curari diu deberent ab hærentibus intra membra aculeis, & cruciatus morte graviores ſuſtinere.

ad dies plures,

E

ceteros in exilium ejecit.

Sabbati jejunium,

8 *Iam vero, quod ad jejunium attinet ante Synaxim ipſa Dominica celebrandam; nemo exiſtimet, de eo hic agi, quod ſolenni quatuor temporum ritu, ipſa Pentecoſtali hebdomade, uſurpatur nunc in Latina Eccleſia. Potius videtur indicari, quod, quemadmodum* Romæ ſingulis ſabbatis jejunabatur, *uti ſcribit Socrates lib.* 5 *cap.* 21, *ita etiam fieret Alexandriæ; uſu fortaſſis per ipſummet Athanaſium, aliquamdiu Romæ commoratum, recens inducto. Nam & in modo congregandi eccleſiam (quod Sabbato æque ac prima Sabbati ſive Dominica Conſtantinopoli & alibi fere ubique per Orientem fiebat, Alexandriæ non item) Romanam eccleſiam ſequebantur Alexandrini, uti ſcribit Sozomenus lib.* 7 *cap.* 19; *in hoc credo, quod poſt diei Sabbatini jejunium circa veſperam tumtaxat inchoabantur conventus, in iiſque perſeverabatur uſque ad completam Matutinam Synaxim: poſt quam domum ſe plerique recipiebant, tunc primum corpus curaturi. Et hæc videtur eſſe hora, ad quam receſſiſſe pleroſque indicat Athanaſius, cum Dux Sebaſtianus irrueret in eum locum, in quo conventus habitus fuerat; paucis in oratione ibidem perſiſtentibus: quibus partim martyrii corona obtigit, partim confeſſionis laureola, uti ex ſupradictis apparet. Iejunium autem iſtud Alexandrinorum in die Sabbati, eo merebatur ſpecialius à S. Athanaſio notari, quod, ſicuti iidem Socrates & Sozomenus eodem in loco teſtantur,* apud Ægyptios in multis civitatibus ac pagis Sabbato ad veſperam conveniunt pranſi, & ſic divinis participant myſteriis, *contra aliarum fere omnium regionum conſuetudinem.*

Alexandrinis & Romanis commune,

F

non item Ægyptiis pleriſque aliis.

DE

DE SS. EPISCOPIS CONFESSORIBUS

IN ÆGYPTO, LIBYA ET PENTAPOLI. D. P.

COMMENTARIUS HISTORICUS

Eorum exilium ex S. Athanaſio: nomina ſingulorum illuſtrata.

SUB CONSTANTIO. POſt S. Secundi *Presbyteri & civium ac virginum Alexandrinorum, ſub impio Georgio paſſorum, memoriam, Martyrologio Romano inſertam*; item *facere voluit Cardinalis Baronius mentionem* Sanctorum Epiſcoporum & Presbyterorum, qui ab Arianis exilio relegati, ſanctis Confeſſoribus ſociari meruerunt. *Ex edicto Conſtantii* *S. Athanaſius in Epiſtola ad Solitarios poſt annum* CCCLVI *ſcripta, motam ab Arianis, Conſtantii poteſtate & auctoritate ad libitum abutentibus, perſecutionem prolixe deſcribens, ipſumque comparans Antichriſto*; Ecce, *inquit*, nunc denuo Alexandriæ & in Ægypto atque per univerſam Libyam turbavit Eccleſias, & propalam edixit, ut pii Catholicique Epiſcopi ejicerentur, & omnes illæ traderentur Arianæ opinionis ſequacibus. Hoc autem facere Dux exercitus cœpit: *jubentis orthodoxos Epiſcopos pelli, Arianos ſubſtitui,* jamque Epiſcopi vincti, Presbyteri item ac monachi ferro conſtricti, & plagis uſque ad mortem cæſi relegati ſunt, omniaque ubivis conturbata, & Ægyptus ac Libya univerſa periclitatur; indignantibus populis propter edictum propoſitum, quo vident viam Antichriſto paratam, & ſua ſibi eripi atque hæreticis tradi. . . . . .

idque univerſim atque adeo inexcuſabili furore, 2 Eſto contra Athanaſium, & alios quos ſigillatim relegarunt Epiſcopos, falſas quaſdam occaſiones commenti ſunt; quo tandem pacto novum hoc inventum excuſant, aut quem prætextum habent contra totam Ægyptum, Libyam & Pentapolim? Non enim cœperunt ſeorſim inſidiari ſingulis, ut cauſam aliquam, quamvis falſam, contra eos adducere poſſent: ſed ſubito univerſos ſimul ſunt adorti; ut ridiculi debeant apparere, ſi quid fingere voluerint. Ipſorum igitur mentem hic obcæcavit malitia, ut ſimpliciter poſtularent omnes Epiſcopos eliminari, nullius excuſatione admiſſa. . . . . Sebaſtianus *deportantur in exilium etiam ſenes & egroti;* vero Dux quaquaverſum ſcripſit Præpoſitis & militaribus Magiſtratibus: jamque ii qui vere Epiſcopi erant fugati ſunt, pro iiſque ſubinducti ſunt impie ſentientes. Ita relegati fuerunt qui conſenuerant in Clero, plurimorum annorum Epiſcopi, jam inde à tempore Alexandri; Ammonius in Oaſim ſuperiorem, Muïs, Pſenoſiris, Nilammon, Plenes, Marcus & Athenodorus in Ammoniacam, nullo alio fine, quam ut per deſerta loca oberrando conficiantur. Nam neque ægrotantium ſunt miſerti; ſed graviter laborantes arripuerunt; adeo ut lecticis quoque portandi eſſent, & funebria ſubſequi inſtrumenta deberent. Quamquam nec hæc fuerunt uſui: cum enim unus eorum obiiſſet, non permiſerunt amicis ipſum cadaver habere ſibi.

alii aguntur in fugam, 3 Eumdem in finem Dracontium quoque Epiſcopum relegarunt in deſerta quæ ſunt circa Clyſma, Philonem vero in Babylonem, & Adelphium ad Phinabla Thebaidos; Hieracem vero & Dioſcorum Presbyteros in Soïnam, nec non Ammonium, Agathum, Agathodæmonem, Apollonium, Eulogium, Apollo, Paphnutium, Gaium, Flavium, veteres Epiſcopos. In fugam quoque egerunt Dioſcorum, Ammonium, Heracliden & Plain, ſimiliter Epiſcopos: & alios quidem addixerunt lapidibus eruendis, alios interficere cum vellent, perſecuti ſunt; plurimos vero ſpoliaverunt. *Hæc ibi: in Apologia autem de fuga ſua, uno minimum anno citius & ſtatim poſt cœptam Epiſcoporum perſecutionem ſcripta, ita paucis eadem perſtringit Sanctus.* Ex Ægypto & Libya egerunt in exilium Ammonium, Muïum, Gaïum, Philonem, Hermem, Plenium, Pſenoſirin, Pelammonem, Agathum, Anagamphum, Marcum, Ammonium, & alterum Marcum, Dracontium, Adelphium, Athenodorum Epiſcopos; & Hieracem atque Dioſcorum Presbyteros; quos tanta cum acerbitate traxerunt, ut quidam eorum per ipſam viam, alii in exilio oppetierint mortem: plures autem quam triginta Epiſcopos compulerunt ad fugam. *quibuſdam per viam morientibus.*

4 *Paulo poſt, ſuam ad Conſtantium Apologiam ſcribens,* E *numerum vexatorum Epiſcoporum extendit, & eorum qui relegati erant diſtincte notavit, hiſce verbis:* Atrox fama de Ægypto & Libya nobis allata eſt, quod Epiſcopi circiter nonaginta perſecutionem paterentur, ex quibus ſedecim quidem acti eſſent in exilium, ex ceteris autem pars acta in fugam, pars diſſimulare compulſa. *Atqui ex Epiſtola ad Afros habemus, quod ii, qui Alexandrino Metropolitæ ſubeſſent* in Ægypto & Libya, omnes nonaginta *cenſerentur dumtaxat: quorum pars circiter dimidia fuerit ad diſſimulationem compulſa.* *Vexatis univerſim nonaginta, relegati ſedecim,* Queritur *præterea in dicta Apologia Athanaſius, quod* cum humanitas *Imperatoris (ut præſentem enim verecunde alloquitur)* ſolum jufſerit extra urbes & provinciam Epiſcopos ejici; admirabiles illi, ſupra mandatum auſi aliquid, ultra tres provincias, in loca deſerta, inculta & horribilia ejecerint homines ſenes, & annoſos Epiſcopos: nam qui ex Libya, *inquit, erant,* in magnum Oaſim; qui vero ex Thebaide, in Ammoniacam Libyæ deportati ſunt. *An vero omnes qui vel exilium ſubierunt, vel inierunt fugam, conſtantiam tenuerint, & quam ſancte mortui ſinguli ſint, quia definire non poſſumus; non ſuimus auſi, indicata ab Athanaſio nomina, & à Baronio in Notis ad Martyrologium expreſſa, proponere in titulo velut Sanctorum; minus timide proceſſuri in iis, qui in via aut exilio confeßionem bonam ſua morte ſignarunt, ſi eos nominatim Sanctus diſtinxiſſet.* *& quidem ad loca deſerta.* *Cur ſigillatim non adſcripti ſint Sanctis.*

F

5 *Plerique ex hic nominatis, anno* CCCLXII *adhuc ſuperſtites ſub Apoſtata Iuliano, ejuſque permiſſu ad ſuas reverſi Sedes, interfuerunt Concilio per S. Athanaſium tunc Alexandriæ celebrato, quos tamen non eſt poßibile deſignare ſingulos, dum latent nomina omnium præſentium, & paucorum dumtaxat nota habentur; eorum ſcilicet qui ceteris in Provincias digreſſis Alexandriæ ſubſtiterunt, & cum eo epiſtolæ ad Antiochenſes datæ ſubſcripſerunt.* *Ammonii tres,* *In his eſt* Ammonius, Epiſcopus Pachnemuneos & Elearchiæ pro parte reliqua: *altera namque ejus pars Phragoneos Epiſcopo ſuberat, ſecunda Ægypto accenſa.* Ammonii *nomen etiam inter eos reperitur, qui anno* CCCXLVII *Sardicenſis Concilii Epiſtolæ ſubſcripſerunt.* *Ipſe autem forſitan idem eſt, qui ſimpliciter* Ammon *dicitur, inter eos qui Athanaſio Tyri adſtiterunt, pro eoque proteſtati ſunt anno* CCCXXXV: *& ſic ſcriptum nomen in kalendario Coptico, quod Romæ apud Maronitas invenitur. bis legere eſt cum titulo Sancti, ſcilicet* XXXI *Auguſti &* XV *Martii abſque alia diſtinctionis nota.* *quorum unus forte Ammonius;* *Tres autem omnino* Ammonios *Epiſcopos exules nominat epiſtola ad Solita-*

AUCTORE D. P.

rios: quorum primus in Oasim relegatus, esset dicendus fuisse ex Libya, juxta Athanasii querelam ad Constantium: alius, duorum fortassis appellatur Ammonianus *inter Episcopos Tyri protestantes & inter Sardicenſi epistolæ subscribentes* Ammonanus.

6 Gajus ex Paretonio proxime ad Libyam, *similiter Concilio Alexandrino Sedi suæ restitutus interfuit & epistolæ subscripsit; eumque oportet admodum senem tunc fuisse, si idem est qui sub hoc nomine Tyri adfuit Athanasio & Sardicenſem epistolam subsignando approbavit: magis suspicor hæc competere Episcopo Thmueos etiam* Gajo, *qui Synodo Nicænæ adfuit.* Muïs *sive* Muius *in Thebaide superiori Episcopus, ut constat ex S. Athanasii epistola ad Dracontium, etiam utrobique subscripsit; non item Alexandriæ; ut inter seniores numerari posit, & exilio ærumnisque immortuus præsumi, sed præsumi tantum: nam, ut dixi, pauci solummodo ex multis qui interfuerunt subscripserunt epistolæ. Idem ob similes iisdem in occasionibus subscriptiones, præsumatur licet de* Apollo, Dioscoro, Heraclide & Psaë, *nam nec horum nomina reperiuntur inter Alexandriæ subscriptos, uti nec nomina* Psenosiris, Nilammonis, Apollonii, Anagamphi: *qui tamen omnes confirmavere Synodicam Sardicenſem præfatam; sub qua miramur non etiam inveniri nomen* B Flavii, *cum inter veteres Episcopos eum nominet Athanasius, & hac ex causa videri posit exilio immortuus.*

Gajus, Muïs,

& alii novem

7 *Utrumque* Marcum, *nusquam antea nominatum, & nunc primum inter exules aut fugitivos positum, habes infra Synodicam Alexandrinam; priorem quidem, ut* Zugrorum proxime ad Libyam; *alterum, ut* Philorum *Episcopum, utique in secunda Thebaide.* Hermes *etiam Alexandriæ adfuit, si ipse est qui inter Alexandrinos vocatur* Hermion, *Episcopus* Taneos: *sed hoc æque incertum est, atque ipsum esse qui Sardicenſi subscribitur* Hermias. De Agathodæmone *exule probabilius conjectaveris, inter Alexandrinos numerari, tum titulo* Schediæ & Menelaiti, *quæ sunt duæ urbes propinquæ sibi, nec longe ab Alexandria. Idem tenendum de* Agatho, *qui notatur ibidem fuisse Episcopus* Phragonis & Eleatchiæ, pro parte *ea quæ ea ad Ægyptum secundam, uti diximus, pertinet.*

Marci duo & alii tres.

8 Draconcius, parvæ Hermopolis *ad primam Ægyptum pertinentis Episcopus, Synodicæ ad Antiochenſes subscribitur. Fuerat hic monachorum quorumdam Hegumenus, eorumque suasu renuntiare volebat electioni de se factæ: sed prohibuit Athanasius, scripta ad eum de non recusando Episcopatu epistola illa insigni, quæ inter Sancti opera extat, & scripta fuit ante Pascha anni* C CCCLII.

item Dracontius,

9 *Extat similiter ejusdem Sancti Epistola ad* Adelphium, *inter priores exules hic nominatum: quem subscriptio Synodicæ ad Antiochenſes indicat fuisse Episcopum* Onupheos, Lychnonum *dicta, in eadem prima Ægypto, qua hæc in ipsum Delta Ægyptium penetrans, Onuphitem nomum, totius veluti Ægypti umbilicum,* D *concludit. Hæc epistola insignem continet de Verbi divini Incarnatione doctrinam; estque responsoria ad priorem* Adelphii, *significantis qua ratione confutasset Arianos aliques, arguentes non posse adorari Dei filium, quem constaret habuisse carnem, quin adoretur creatura. Glorificat autem ipso exordio Sanctus Deum,* qui *Adelphio* eam largitus est gratiam, ut rectam habeat mentem, nec ignoret insidias diabolicas; *concludens autem permittit ut eamdem epistolam legendam præbeat* Hieraci Presbytero; *quem inter Confessores hic quoque nominari possumus credere. Ipsum vero* Adelphium, *uti nec* Eulogium, *alibi usquam inter Episcopos nominatum invenimus ab Athanasio.*

Adelphius,

Hierax Presb. Eulogius,

10 Paphnutium *fugitivis hoc loco adscriptum, nihil vetat opinari eum esse, qui Alexandrinæ Synodo postea interfuit Episcopus* Saëos, *ad primam Ægyptum pertinentis intra ipsum Delta; idemque videtur Sardicenſis Epistolæ subscriptionibus addidisse suum nomen. Non tamen confundendus est cum eo qui Tyri adfuit Athanasio, & XI Septembris colitur, insigni jam olim confessione decoratus. Nam hic si etiam præsentem sub Constantio persecutionem sustinuisset, majori cum encomio fuisset ab Athanasio commemoratus; uti facit cum alibi meminit* Potammonis *ac* Serapammonis, *simili sub Diocletiano confessione glorioſorum.*

Paphnutius.

E

11 *Ceterum omnes hactenus memorati nihil habent quod alicujus finem, quin bonus fuerit, posit suspectum facere. De solo* Philone Libyæ *Episcopo scrupulum injicit Hieronymus, ne tandem in Luciferianam duritiem conceſſerit; qui cum Lucifero Calaritano & Gregorio Episcopo Hispaniarum laudatur in Chronico, quod* numquam se Arianæ miscuit pravitati, *quæ erat Luciferianorum, cum pœnitentibus communicare nolentium, gloriatio non bona; contra quam postea ipse S. Hieronymus necesse habuit depugnare. Sed scrupulum minuit ipse S. Athanasius: qui (sicut narrat Synesius, Cyrenenſis in Libya Episcopus, epist. 67) non dubitavit Siderium, quem ipse.* Cyrenenſis *etiam Episcopus* Philon, *consecrarat Episcopum, & quidem non satis canonice electum, ipse solus, facere Metropolitam Ptolomaidis,* cum oporteret rectæ fidei scintillam, quæ ibi adhuc parva erat, fovere & amplius succendere: *quod non videtur facturus fuisse Sanctus, si* Philonem *Siderii ordinatorem censuisset à communione sua alienum; & in schismate, quod tunc formatum erat, pertinacem. Ipse quoque Synesius non dubitavit* Philonem Beatum *appellare; & quamvis verecunde fateatur quod* in imperando atque parendo confidentior *fuerit* quam legum obſervantior; in reliquis *tamen fuisse ait,* qualis esse solet discipulus Christi: *atqui hujus præcipuam notam Christus esse voluit* dilectionem ad invicem: *non est igitur quod hanc ei omnino negemus adfuisse.* F

Philon.

DE

DE S. MANTIO MARTYRE

A IVDÆIS OCCISO IN LVSITANIA.

COMMENTARIUS HISTORICUS

Ad genuina ejus Acta à fabulosis secernenda.

D. P.

CAPUT PRIMUM

Passio, Translationes & cultus hoc die.

SECULO V AUT VI.

Florus Lugdunensis

S. Mantium à Iudæis occisum tradit:

ex antiquis Actis.

Beda continuator

Florus Lugdunensis

Colebatur Eboræ officio 9 Lect.

nunc Villa-nova ubi corpus:

locum nominant additiones ad Vsuardum.

GEnuinum *Venerabilis Bedæ Martyrologium, desideratum multis, ignotum omnibus, ex profunda octo seculorum caligine, cui immersum jacuerat, prolaturi in lucem ante secundum Tomum Martii; ostendimus auctorem diligentissimum, ita illud contexuisse, ut quorum descripta invenerat Sanctorum Acta, horum compendiosum elegium ex iisdem Actis inscripserit ipso quo passi erant aut colebantur die: eos autem dies reliquerit Sanctorum nominibus vacuos, pro quibus ejusmodi Actorum materia ad illius manus nondum venerat. Ita ex totius anni diebus, dies circiter centum ab eo contigit alicujus Sancti ac fere Martyris exornari passione; restabant similiter exornandi dies ducenti quinquaginta aut plures, quando opus imperfectum dimisit. Huic studio applicuit sese* sanctus ac nominatissimus Florus, Ecclesiæ Lugdunensis Subdiaconus, authenticorum librorum non mediocri copia & veritate abundans, *quemadmodum de eo testatur Wandelbertus, anno* DCCCXLII *metricum suum kalendarium contexens, ipsiusque Flori* ope & subsidio præcipue usus. *Hic ergo scriptor, non integro seculo junior quam Beda, & sub Carolo Magno diu ante Adonem atque Vsuardum florens, cum varia invenisset Sanctorum Acta, Bedæ incognita; conatus est ipse ex his accipere, unde suppleret hinc inde vacuitatem, in Martyrologio Bedæ relictum, atque ita haud parum accrevit opusculum istud: quod demum prædicti Ado & Vsuardus, nihil alter scientes de altero, conati sunt suo quisque modo complere & absolvere, ita ut dies singuli haberent aliquid quod de Sanctis in ecclesia recitaretur. Quæ Bedæ sunt, ea ex octo Mss. codicibus, discreta ab alienigenis additamentis, dedimus istic majusculo charactere: Supplementum Flori exhibuerunt tria insignia Mss. quorum unum, videlicet Atrebatense, solum ea habet quæ Florus conatu primo Bedæ adjunxit, Tornacense ac Latiense etiam ea quæ secundo.*

2 *Hæc, in præfatione ad prædictum Martyrologium deducta prolixius & certis probata documentis, fuerunt hic summatim regustanda, ut constaret quanta sit vetustas auctoritasque eorum verborum, quæ ex vetustioribus* S. Mantii *Actis accepta leguntur apud prædictum Florum in Tornacensi ac Latiensi Mss. & sunt hujusmodi:* XII Kal. Junii. In territorio Heburrensi, passio S. Mantii, qui passus est à Judæis, quem ob filii Dei confessionem extensum funium vinculis, plagarum ictibus verberabant: postmodum totum corpus arctissimis vinculis alligaverunt, tantisque corpus vulneribus affecerunt, ut membra vermibus pascerentur: [hisce adjiciunt ut ab ortu solis usque ad occasum exercendi ruris in graviorem culturam pœnalis numerus adderetur]: sed istis omnibus invictus, Deo spiritum reddidit. *Hactenus verba duorum Mss. quæ dum codices alii ex aliis desumuntur, haud parum vitiata fuerunt ab inertibus librariis; nam quæ [ ] inclusa dedimus in solo Letiensi inveniuntur; Tornacensis scriptor, nullum sanum sensum ex iis elicere valens, omittere eadem maluit: nos ea integritati suæ utcumque restituimus, acceptis tandem ipsismet Actis, ex veteri septingentorum circiter annorum codice transcriptis, manu eruditissimi viri & ejusmodi thesauris locupletis, Don Ioannis Lucæ Cortez anno* MDCLXXIV: *quibus vicissim sua accedit auctoritas ex ætate Flori ipsis usi.*

3 *Quicumque post hunc applicuere animum supplendo Bedæ Martyrologio, aut potius eorum exemplo nova sed integra Martyrologia descripsere, latiori alii, alii strictiori phrasi; cum* S. Mantii *Passionem, quam præ oculis habuerat Florus, nusquam reperirent, & totis Galliis Germaniisque ignotus alias Sanctus esset; suppeterent autem alii illustriores, quorum encomia inscriberent huic* XXI *diei; omittendum prorsus judicavere. Postea non nulli, qui Vsuardi Martyrologium successu temporis auxere Sanctis aliunde adductis, etiam ad hunc diem addidere in aliquibus exemplaribus Mss.* In Lusitania villa Miliana passio S. Mantii, à Judæis perempti. *Ita reperisse se profitetur Molanus in suis ad Vsuardum Additionibus, littera* Q *dicta verba notans, ut significet ea haberi* ex quodam ecclesiarum Martyrologio confuse, *cum scilicet dicere non poterat, cujus proprie id ecclesiæ esset, ut sunt apud nos antiqua plurima; quæ ad usum alicujus ecclesiæ descripta fuisse constat, licet ignoretur cujus, propterea quod in Mss. id numquam exprimatur. Interim quisquis illa scripsit, patet non ex Floro descripsisse, qui martyrii locum non nominavit; sed accepisse aliunde, ex ipsis scilicet vetustis Actis, vel etiam ex Martyrologiis, olim in Hispania descriptis & auctis.*

4 *Ebore*nsis *Ecclesia, in cujus districtu res contigit, festum* S. Mantii *solenne celebrare solebat, & (nisi mutatum recentius circa diem est aliquid) etiamnum celebrat* XXI *Maji Officio novem Lectionum; sed quas dolemus inquinatas fabulis, venerandæ antiquitati inauditis, quod quidem ad Passionis historiam attinet: nam* VIII *lectio &* IX *fere desumuntur ex invariatis Actorum verbis, continentibus modum inventi elevatique corporis: supra cujus denique marmoreum jam tumulum, propter miraculorum frequentiam, insignis ædificata basilica sit. Addit Thomas de Trugillo, Thesauri concionatorii Tom.* 2 *Col.* 1129, *quod* in destructione Hispaniæ facta per Saracenos fuit corpus inde translatum: nunc vero reperitur in quodam oppido dicto Villa-nova, in quodam monasterio Ordinis S. Benedicti, de ejus nomine nuncupato, quod templum frequentatur assidue ab omnibus vicinis regionibus. *Mariana vero noster, lib.* 4 *de Rebus Hispaniæ cap.* 5 *verba Laurentii Padillæ, in Catalogo Sanctorum Hispaniæ anni* MDXXXVIII *rem eamdem tractantis, sic Latine reddit:* Corpus ex vario errore in Astures, quo tempore Mauri occuparunt Hispaniam, tandem ad Villam-novam S. Mantii constitit, celebri monasterio dicato, à Medina, quæ à Rivo-sicco nomen habet, quatuor passuum millibus. *Georgius Cardosus, in suo Hagiologio, ad diem* XXVI *Maji collocat ecclesiæ dedicationem, ex fide hujusmodi tituli ibidem in pilarum una positi.* In Æra MCCCXXIII consecrata est ecclesia S. Mantii VI Kal. Junii. *Addit autem quod fundator ejus fuerit,* D. Alfonsus Tellus Menezes, *qui* uxorem accipiens D. Teresiam Sanchez, filiam

AUCTORE D. P. *ab anno 1195.*

filiam naturalem D. Sancii hoc nomine primi, Regis autem Luſitaniæ ſecundi, ad nobilitandam Villam-novam, quam pater ſuus Tellus Telli de Menezes fundaverat, obtinuit à ſocero Rege facultatem accerſendi corporis ſancti: qua impetrata magnificam ei eccleſiam erexit, & conſecrari fecit anno MCXCV, triennio poſtquam ipſam Villam-novam donavit monaſterio Sagumenſi, ea conditione, ut ibi ſemper alerentur duodecim monachi Presbyteri cum Abbate ſeu Priore. Iſtic ergo ſub altari majori requievit corpus S. Mantii uſque ad annum MDLXV, quando Didacus de Sotto, Abbas Regalis monaſterii Sagumenſis (tamquam Patronus Villa-novani Prioratus à ſuo monaſterio pendentis) per Breve Pii Papæ V, licentiam obtinuit illius transferendi in arcam argenteam valde ſpecioſam: quam collocavit intra eamdem capellam ad latus Euangelii, poſtquam particulas exinde varias partitus eſſet per Abbatias vicinas, & ſacrum caput ſuo intuliſſet monaſterio; ubi ipſum in die feſti anniverſario celebri concurſu populorum, Indulgentiæ plenariæ illicio excitorum, frequentatur.

5 *Eſt Medina illa, cui vicinam Villam-novam dicit eſſe Mariana, Palentinæ diœceſis in regno Legionenſi oppidum, diſtatque ab urbe Burgenſi viginti milliaribus Hiſpanicis, paucioribus ab Aſturicenſi & Legionenſi. In harum urbium antiquis Breviariis nihil reperiſſe Tamajum de* S. Mantio, *probat piſius de iis ſilentium: Palentinum allegat, quod non habemus; ſi tamen ejuſdem cum Burgenſi antiquitatis eſt, vix dubitamus, quin ſimilibus fere verbis deſcriptum habeat totidem Lectionum Officium, trium ſcilicet, earumque brevium, acceptarum ex principio vetuſtorum Actorum: quales Lectiones multæ Eccleſiæ in Gallia Hiſpaniaque cœperunt uſurpare, poſtquam Actorum prolixitatem inter divina Officia importunam eſſe judicantes, & jam pridem ſolum initium eorum ſolitæ recitare, conficere ſibi cœperunt commodioris uſus Breviaria; quibus inſcripſerunt, vel ipſa quæ dixi principia Actorum in modicas Lectiunculas diviſa, vel eorum Epitomen ad eumdem finem confectam. Ex Caſtella veteri ad novam adjunctaque ei regna tranſlatus aliquando* S. Mantii *cultus fuit. Nam Galeſinius, citato in Annotationibus Cordubenſi Breviario, inſeruit memoriam* S. Mantii Martyris in Luſitania *Martyrologio ſuo; & conſueta ſibi levitate divinando addidit,* ſub Maximiano: *idque non ad* XXI, *ſed* XXII *Maji. Galeſinium ſecutus eſt Germanici Martyrologii auctor Caniſius, uti monemus ſequenti die in Prætermiſſis. Deinde apud Reginam Sueciæ Chriſtinam invenimus Breviarium, ſecundum regulam B. Iſidori Mozarabes dictum, & juſſu Franciſci Ximenez Archiepiſcopi impreſſum Toleti anno* MDXI, *cujus kalendario ad hunc diem ſimpliciter inſcriptum erat nomen* Mantii Mart. *ſic ut nuda videatur præſcribi Commemoratio vel Officium totum de communi. Tale Breviarium habuiſſe debuit is, qui ad uſum Eccleſiæ Baſileenſis prope Helvetiam, juſſu Epiſcopi ſui Iacobi Chriſtophori anno* MDLXXXIV, *recognovit & undequaque auxit Martyrologium Friburgi Briſgoiæ excudendum: ſic enim ibi legitur,* Toleti paſſio S. Mantii Martyris: *quod non de loco Martyrii, ſed cultus intelligendum eſſe, habetur ex jam dictis. Gonſalvus Davila Theatri Eccleſiaſtici Tom.* 2 *pag.* 250 *recitat conſecrationem altaris, anno* MCCLIV *factam à Benedicto Epiſcopo Abulenſi; ubi cum aliis incluſæ dicuntur Reliquiæ* Mantii Martyris.

B *olim etiam in utraque Caſtella,*

C

6 *Verum iſte qualiſcumque apud Toletanos* S. Mantii *cultus, nequaquam ipſi diuturnus fuit: nam ſicuti ejus nomen abfuit à Kalendario, quod præfigebatur Miſſali Mozarabico, cura ejuſdem Archiepiſcopi Ximenez antea impreſſo ſub annum* MD, *ita etiam abeſt ab eodem recuſo cura Archiepiſcopi Silicæi ſub annum* MDLI, *nec non ab omnibus cuſis ac recuſis hoc ſeculo propriis Officiis Eccleſiæ Toletanæ. Neque in hac tantum, ſed etiam in Eccleſiis Cordubenſi, Burgenſi, ipſaque Palentina antiquatus idem cultus eſt, ut patet ex Ordine recitandi Officium divinum, quem pro tota Hiſpania ſingulique diœceſibus & ordinibus religioſis habemus excuſum annis variis hujus ſeculi; in quo pro Cordubenſi & Burgenſi eccleſia & diœceſi, itemque pro Palentina, nullum verbum præſcribitur de* S. Mantio: *adeo ut videatur nihil jam de eo tota Hiſpania fieri, præterquam iſtic ubi eſt corpus, & in Luſitania. Hæc vero tum demum cœpit, cum deſierunt provinciæ aliæ: quam ejus erga ſe pietatem, poſt tot ſecula reviviſcentem, ſanctus Martyr viſus eſt inſigniter comprobaſſe, quando* Theotonius Brigantinus, Eborenſis Archiepiſcopus, Philippo Hiſpaniarum Rege ſecundo & Portugalliæ primo ſuam interponente auctoritatem, ſanctiſſimi Martyris brachium accepit, & in templo maximo Eborenſi ſolenni pompa collocavit. *Ita Tamayus de Salazar ad diem* XV *Maji, quo inſcribitur Romano Martyrologio, quia ſic ad Marginem libri ſui notaverat Truxillus; licet præcitata Breviaria antiqua in Annotationibus allegata, diem* XXI *ſignent. Georgius Cardoſus in Hagiologio Luſitano* Tranſlationem brachii Eboram, *non* corporis Bracaram *(quod neſcio quo modo obrepſit nobis in Aprili inter Prætermiſſos) refert ad* XII *Aprilis, cum prolixa epitome fabularum inferius diſcutiendarum; & indicat eam factam eſſe anno* MDLXXXII; *atque in Notis deſcribit Oden Sapphicam noſtri Emanuelis Pimenta, qua reduci ad ſuos Martyri plaudens, inter alia ſic canit:*

D

Ebora autè reſumpto occaſione recepti brachii. 12 *Aprilis.*

E

Oſſa gemmato religamus auro;
Ore libamus cineres receptos,
Pyramis raras tibi quos reſervat
Facta per artes.

Quod ad diem XV *Maji attinet, credidérim hunc eſſe anniverſarium Tranſlationis primariæ ad Villanovanum cœnobium, ubi (ſicut præcitato loco ait Cardoſus, & iterum ad hunc* XXI *Maji) ante annos non multos, eodem vel alio die, facta fuit nova tranſlatio corporis, in arcam argenteam, per tralucentes in lateribus cryſtallos, ipſa ſacra oſſa ſpectanda venerabundo populo præbituram, in parte dextra Capellæ majoris. Quandonam autem hoc Monaſterium fundatum ſit, & ſacro iſto pignore nobilitatum, libenter diſcemus. Interim ex Ordine recitandi Officii, ſub annum* MDCXVII *Olyſipone excuſo, animadvertimus, non tantum in Eborenſi, ſed etiam in ei vicina Helvenſi eccleſia, receptum* S. Mantii *cultum die* XXI *continuari.*

prior Tranſlatio 15 *Maji.*

7 *Porro tam ex Actis quam ex inde ſumptis Burgenſis Breviarii Lectionibus colligitur,* Mantium, *in Iudæorum ſervitutem emptum vel alio caſu traditum mancipium, religione Chriſtianum, atque à Dominis ſuis Roma traductum in Luſitaniam fuiſſe. Quamvis enim Conſtantinus Imperator anno* CCCXXXIX *legem tuliſſet Conſtantinopoli, ut* ſi venerandæ fidei conſcia mancipia Judæus mercari non dubitet, omnia quæ apud eum reperiuntur protinus auferantur; nec interponatur quidquam moræ, quin eorum hominum, qui Chriſtiani ſunt, poſſeſſione careat. *Quamvis etiam eamdem legem renovans Honorius anno* CCCCXVII *edixerit, quod* Judæus ſervum Chriſtianum nec comparare debet, nec largitatis titulo conſequi; *ipſam tamen legem eatenus parum rigide obſervatam fuiſſe indicat, quando indulgenter ſubjungit,* ut quos rectæ religionis participes conſtitutos in ſuo cenſu nefanda ſuperſtitio jam videtur eſſe ſortita, ſub hac lege poſſideat, ut eos nec invitos nec volentes cœno propriæ ſectæ confundat; ita ut ſi hæc forma fuerit violata, ſceleris tanti auctores capitali pœna proſcriptione comitante plectantur. *Sed quod Romæ in frequentia urbana non fuerat auſa impietas pertinax, id procul ab illo orbis theatro in longinquæ peregrinationis ſolitudine facere non exhorruit, ea quæ in Actis deſcribitur acerbitate. Quod ſcelus longe etiam fidentius patrare potuerunt, ſi eorum adventus in Luſitaniam accidit iis temporibus, quibus illam poſſidentes Suevi, aut adhuc gentiles erant, quod fuerunt ab anno* CCCCVIII *uſque ad*

Fuit ſanctus Iudæorum mancipium

F

occiſus ſeculo 5 *aut* 6

ſed cultu nunc antiquato,

regnum

A *regnum Rectiarii primi Regis Chriſtiani, anno* CCCC-XLVIII *creati; aut hæreſi Ariana infecti, quam circa annum* LXXX *ſeculi jam dicti amplexantes, non depoſuerunt, niſi ſub Theodemiro, promoto ad regnum anno* DLVIII, *uti oſtenſum die* X *Martii agendo de S. Matrona Luſitana Virgine num.* 16. *Manifeſtationem certe corporis non arbitramur factam niſi re Chriſtiana prorſus reſtituta atque florente: eamque manifeſtationem non paucis poſt annis ſequi potuit ædificatio eccleſiæ.*

& revelatus ſec.7

8 *Hariolari tamen videtur Tamayus, cum dicit, Iulianum Comitem, templi auctorem, mortua conjuge ſua Iulia (quod rurſum hariolantis more aſſumitur, cum nullibi conjux ejus vocetur) factum eſſe monachum, ac deinde Abbatem monaſterii S. Michaelis, qui Concilii Toletani* XI, *æra* DCCXIII *id eſt anno Chriſti* DCLXXV *celebrati, Synodica ſcripta, primus inter Abbates ſua ſubſcriptione firmavit. Quamvis enim jam deſtiſſet Suevorum in Luſitania & Galecia regnum, ſub Leovigildo Gotthorum Rege extinctum; perſeverabat tamen diviſio provinciarum, nec quiſquam eorum qui primatui Bracarenſi ſuberant, Toletano jam dicto Concilio interfuit. Quod vero quinto ſexto*

ex veroſimiliori conjectura.

ve ſeculo S. Mantii *paſſionem accidiſſe putemus, potius quam aliquo ex prioribus; ideo ſit, ut quam fieri proxime poteſt accedamus ad tempus, quo exiſtimamus revelatum eſſe corpus: tum etiam quia tribus primis Æræ Chriſtianæ ſeculis, quibus in ſanguine Chriſtianorum ludebat gentilium tyrannorum immanitas, nihil tale legimus uſpiam à Iudæis, communi plurium ſcelere deſignatum; utpote habentibus in quo paſcerent oculos animoſque, quamvis ſuas*

B *ipſi manus non cruentarent. Sed nec quarto quidem ſeculo tale quidpiam adhuc invenimus; quod ipſi æque ac Chriſtiani tunc primum reſpirarent; eo autem procedente paulatim opulentiores facti, inſolentiores quoque adverſus Chriſtianos reddebantur, ut ex præcitata Honorii lege apparet: quæ tantum abeſt, ut eorum compeſcuerit feritatem, ut denique Heraclius Imperator & Dagobertus I Francorum Rex neceſſarium duxerint, eos qui baptizari nollent ſuis Imperiis pellere, quemadmodum indicavimus* XXV *Martii, occaſione S. Richardi ab iiſdem Pariſiis occiſi. Sed prius quam porro pergamus ad refutanda figmenta, concluſioni præmiſſæ contraria, exhibenda ſunt ipſa antiqua Acta ſub hoc titulo inventa*, Paſſio S. Mantii Martyris, qui paſſus eſt à Judæis die XII Kalendas Junias. *Stylus inflatus ſimul & rudis pro ſeculi genio, tranſcribentium vitio factus aſperior, benigna ſubinde eguit conjectura, quam ſic adhibuimus, ut multa dimittentes quæ vel ſupplere vel*

C *corrigere facile non fuit, optemus plura inveniri Mss. ex quorum inter ſe collatione res ſuccedat felicius fundatiuſque. Interim obſerva à recentioribus ſemper* Mancium *ſcribi pro* Mantio.

CAPUT II.

Acta ex veteri Ms. D. Ioannis Lucæ Cortez benigne communicata.

9 INter hos Martyres, qui ſublimi paſſione coronati, perpetuam vitam præſenti morte quæfierunt, Sancti Mantii religioſa paſſio digno eſt honore celebranda. Hic namque incola fuit natione

a Urbis Romæ ..... *a* præſertim cum Judaicæ perfi-

A Iudæis in Luſitaniam ductus,

diæ repagulis duri eſſent, qui Domini putabant religionem non in corde credentium eſſe, ſed carne:

b qui cum ad *b* Spanias in Provincia Luſitania cũ eo-

c dem Beatiſſimo veniſſent, in Elborenſi *c* territorio,

d e in fundo cui nunc Miliana *d* eſt nomen, in *e* aggere commeantium medio conſtituto; cœpit ſacrilega ſævientium obteſtatione compelli, ut fidelis famulus Chriſti, qui pia mente quotidianum Dei corpus ſu-

ſolicitatur ad fidem deſerendam:

mebat & ſanguinem, imperio fallentis zabuli, qui duris eorum pectoribus mortifera venena ſuffuderat Judaicæ ſuperſtitionis, & confeſſionis ſumeret volup-

tatem. *f* Ad hæc Sanctus Mantius interritus miles *g* ..... arma, galeam, vel loricam in Crucis collocans ſigno, confidenti ſermone reſpondit: Falſos Deos *h* audire non poſſum, teſtis mendax eſſe non debeo, ſupplicia penitus non recuſo, mortem magis quæro per quam mihi vitæ æternitas conferatur. Si confeſſionem quæritis, non poſſum aliud confiteri, niſi Patrem ingenitum, Filium à Patre genitum, Spiritum vero ſanctum proceſſiſſe ex uno Patre & Filio ſuo, unde non tres ut Patres, neque unum ſolitarium, & non tres: ſed inde vere tres, quia unum ſunt; & vere unum, quia tres ſunt.

AUCTORE D. P.

f g h

in eaque conſtans

10 Hoc audito *i* validiori ira zabulus ſuſcepit ſervorum ſuorum corda ſuccendere. Rapitur ad ſupplicium devotus Dei famulus; detractoque omni corporis indumento, divaricatis membris, extenſus funium vinculis, innumeris plagarum ictibus verberatur; quaſi veſte *k* nudari poſſint membra quæ jam fides & confeſſio veſtierat; quaſi truces ..... tiſſe poſſit, ſpiritus cujus promptior creverat in coronam. Ne parum eſſet tanta perpeſſus, diverſo vinculorum genere omne corpus adſtringitur, ut non magis illis ſolueretur vinculis, collo, manibus, pedibuſque catenis inter vincula dura currentibus; ita accepit ferrum pedibus, ut amplius diſſiparentur vincula, cum membra affectu corporeo immania cœperant ulcera ſuſtinere; adeo ut membra vermibus paſcerentur, quos ad vicem Sancti Job collectos manu in ſuis vulneribus recondebat. His illud adjicitur, ut ab ortu ſolis uſque ad occaſum exercendi ruris in graviorem culturam *l* pœnalis numerus adderetur. Ille autem inter hæc omnia, ſancti Spiritus il luminatione provectus, cum labore ſuo concipiens hymnos per dies ſingulos tranſigebat; illud adjiciens, ut ſola nocte, quam tenebræ darent, paucum tunc à labore quieſcens religio, fugato à ſe ſomno, ſalutaribus benedictionibus perſonaret; dum inter hæc omnia eſſet vultu ſemper hilaris, de corde ſecurus, corpore ſicut debebat affecto, ſpiritus, qui in hac confeſſione durabat, terreno liberatus de carcere, ad martyrium ſibi debitum deveniſſet.

i

dire flagellatur.

k

E

l

eiſque & operi ruſticano immoritur.

11 Hoc ab illis in ſummo dolore cognoſcitur, in hac confeſſione beatum Martyrem receſſiſſe, gementes pariter & putantes mortuum vincere, quem vivum ſuperare nequiſſent. Trahitur corpus, atque ita vinculatum in vicino publico aggere parca terræ diſperſione cooperit humus, ut non eſſet illud magis ſepelire, quam prodere. Merito hujus actum, quod diu latere non poterat. Hæc ad Chriſtianos non poſt multos annos eſt devoluta poſſeſſio, dumque tam famoſiſſimum lateret admiſſum, pater-familias quidam nobilis iter agebat in aggere non longe à via, qui pro patrimonio ſuo, extra cogitationum exitiorumque diſpendia, fortunas ſuas *m* expendiſſe videbatur. Hic cum ibidem *n* reſediſſet, quieſcenti ei Mantius Sanctus occurrit, dormientem pulſat, vigilare præcipit, audire compellit; ita ut ſignificatione vultus, habitudo corporis, ſtatus, ætas & veſtis Martyris, inſpicientibus oculis cerneretur: nomen ſuum publicat, notari jubet, monet, teſtatur completurum ſe eſſe promiſſa; omnem *o* paſſionis ſuæ ordinem prodit, martyrium loquitur, quod ex priſtinæ ſuperſtitionis iniquitate, familia illius viri diſſimulatione ſupprimebat. Negotium illius omne percurrit, præterita narrat, præſentes cogitationes lætitia revelat, futura deſignat; victoriam, quam nec poſt longo annorum tractu ſperare litigator poterat, intra ſeptem dierum ſpatia pollicitatur; admonet redeuntem corpus ſuum honoratius ſepelire.

Difficilem litem habenti apparens

F

m

n

corpus ſuum tollere jubet.

o

& victoriam pollicetur.

12 Surgens ergo non tantum è ſomno, quantum ex viſione glorioſus, omnia in eadem poſſeſſione ſigna perquirit; nomen, ætatem, vultus, membra,

EX MS. passionem, sepulturam quærit: designatur vocibus omnium commanentium. O res mira! O fides cognita! Approbantur quæ suppressa fuerunt, quasi Martyrem Christi humana celare possit invidia. Agit gratias Deo, iter lætus aggreditur, congeminat mansiones de victoria jam securus. Nec mora. Palmæ *p* is in itineris longinquitate constituit fidem, [fidem] promissa comitatur victoria, reditus non tricatur, signa recoluntur, sepulcrum quæritur, vincula & corpus Martyris in compedibus invenitur tam integrum, ut crederes nunc sepultum: pretioso lapide felicia membra conduntur, quæ delicati Martyris in crystalli facturam ornabat aspectus: templum non magni operis pro celeritate construitur. Statim divulgatio perquirit, devotas aures pernix fama complet, fit conventus omnium ibi, crescunt desideria pœnitentium, & vota invicem promittentium: inter quos multa beneficia, diversis quibusque in locis [divina] largitate concessa, paucis describimus, ne legentibus fastidium faciamus..... *q*. Vice alia Julianus, homo nobilissimus, in gravi ad *r* Comitatum quærebatur offensa: interea fecit dignam Basilicam: quippe non solum de hac necessitate liberatur, verum etiam eo tempore diversa (quod ad ipsius laudem pertinebat) in eo palatio *s* dignatus est dignitate: comitatus est Martyris voluntatem, quam obtinere promeruit: regressus avide, delideriorum membra disquirit. Ad aliam vero *t* senem, nomine Juliam, religiosæ mentis & professionis bonæ, devoluta possessio est.

P *Ille integrum invenit & sepelit honorifice,*

q

r *A Iuliano per sanctum liberato*

B

s

t

13 Disponens ille ingenti opere Basilicam, supra memorata sene in parte operis ambiente, devota mente consentit. Construitur Basilica fidelium *v*,... ædificia per octagonum columnarum admirabili opere disponuntur. Catechumenum *x* quoque Basilicæ superadjungitur: sancti Martyris corpus sub beato altario consecratur. Non illic terrenum formatur aliquid, sed infinitæ ædis longe lateque spatia celsis culminibus educuntur: pretiosa atria columnarum suspenduntur ornatibus, parietes cuncti marmoribus vestiuntur, solum musivo ridenti decoratur, mirandis *y* trabibus tecta texuntur: & ne inhonoram in tam pretiosum altare fabricam quisque crederet, ligna cum ara ipsa metallis auri & argenti in sublime decorantur. Quanta illic in vasis dona, gemmarum pretiosa monilia in ministeriis, pocula paterarum divina videantur esse collata, scribi inde non expedit, quia nec beneficia possunt numerari *z* nec munera. Ne parum esset; circa Basilicam, muri in latum dispositis turribus instruuntur, ut quisque de longe conspexerit, splendidam judicet supercrevisse civitatem. Disponuntur nemora, quæ amœno commeantium vias..... Non solum in possessionibus ædificiorum circuitur, sed prope in ipso itinere ministranter inveniuntur noviter currentes aquæ, largis de fontibus manantes; adeo ut ex Martyris merito & extra prædicationem superampliationis, honore creverit tam famosa possessio. Hæc comprehensa parva de plurimis impartiens * bonorum laudibus sermo non tacuit, ne quisque, qui hunc ordinem legerit, facile judicet plura præterita fuisse quam dicta. Hæc sunt Sanctorum digna commercia, quod zabulus vincitur, & Omnipotens collaudatur; Dominus noster Jesus Christus, cui est gloria in secula seculorum. Amen.

& Iulia matrona,

v

x

y *struitur nobilis basilica.*

z

C

*

ANNOTATA.

a *Existimo deesse aliquid. Interim hic desinit prima lectio Burgensis Breviarii, & sequuntur aliæ duæ, quarum finem distinximus* **

b *Breviarium* Hispanias: *sed usitata medii ævi aphærisis est in Ms.*

c *Ferrarius in Lexico geographico ejusque locupletator Baudrandus*, Elboram *distinguunt ab* Ebora, *quasi illa fuerit urbs olim Episcopalis ad Tagum in Castella, hodie nuncupata* Talavera la Reina, *ad fluvium Tagum, decem leucis infra Toletum notata in tabulis: sed ex hac tam antiqua legenda erroris convicuntur.* D

d *Didacus de Rosario appellat ex Eborensi Breviario* Castra-Malliana, *quod forte verum ex antiquitate Romana nomen est.*

e *Breviarium* Itinere. *Romanis autem via publica nominabatur* Agger, *ut in Actis S. Servatii 13 Maji ex Gregorio Turonensi num. 11, ubi ille* ad Aggerem publicum *sepultus dicitur.*

f *Hic desinunt tres Breviarii lectiones.*

g *Deest aliquid, quod legi in Ms. non potuit, sicut etiam in mox sequ.* §.

h Falsos Deos *colendos Iudæi non asserebant, sed Auctor eo modo loquitur, quem passim legebat in Actis Martyrum à tyrannis Gentilibus cruciatorum.*

i *Hinc sumpta occasio fingendi* Validium Præsidem.

k *Ms.* Vestis nudari possit membra.

l *Mallem legere*, ut exercendi ruris in graviorem cruciaturam pœnale munus adderetur.

m *Ex sequentibus apparet, homini huic litem fuisse pro jure suo tuendo: & sic in Breviario Eborensi dicitur*, homo lite quadam diuturna detentus. E

n *Ms.* Recessisset.

o *Ibid.* Possessionis.

p *Ms.* Palmenis in itineris longinquitate constituens fidem promissa comitatur, victoria obtinetur.

q *Verosimile est nonnulla hic subjuncta miracula, quæ librarius prætermisit.*

r Comitatus *in illius ævi scriptis idem est quod* Curia regia. *Interim Breviarii Eborensis compilator hinc sumpsit occasionem inducendi* Comitem Julianum, *intelligens fortasis eum, qui filiæ suæ illatum à Rege Ruderico stuprum est ultus initio seculi 8, inductis in Hispaniam Mauris.*

s *In Ms. additur*, plenarum.

t Senex *hic videtur poni pro* Domina, *Hispanis* Señora: *in Breviario Eborensi*, Religiosa Matrona, *Tamajo prædicti* Juliani conjux.

v *Deleo reperta in Ms. hæc verba*, Juguntur beati fontis; *interim eorum sensum hunc suggerit Breviarium Eborense*, Basilicam construxerunt..... cum xysto, quod largo fonte. subterraneis canalibus deducto, rigabatur. F

x *Ms.* Caticuminum..... subter adjungitur: *sed ad* Catechumenium *(quod media ætas* Caticuminum *scripsit) ascendi, non descendi debuisse, ipsoque nomine significari porticus ecclesiæ superiores, more suo erudite ostendit Cangius in Glossario.*

y *Ms.* Cratibus. z *Ibid.* Mirari.

* *Ibid.* Impatiens bonarum.

CAPUT III.

Rejiciuntur fabulæ, S. Mantio affictæ posterioribus seculis.

14 *Vidisti, lector antiqua Acta; nunc etiam vide fabulas, quas imperiti vulgi loquacitas, & posterorum nimia credulitas illis admiscuit. Apparent ea primum vulgari lingua in Legendis per Hispaniam impressis, quarum una apud nos est, post alias plures excusa Hispali per Ioannem Cromberger anno* MDXXXII *& hanc quinquentio post Laurentius Padilla inseruit Catalogo Sanctorum Hispaniæ. Apparent deinde etiam Latine in Breviario Eborensi anni* MDXLVIII, *cum augmento fabulositatis non*

Fabulæ Breviario Eborensi insertæ

A *non minimo, distributæ in Lectiones, quas postea in linguam Lusitanam vertit Fr. Didacus de Rosario, inseruitque historiis ac vitis Sanctorum, excusis anno* MDLXXXV. *Lectionum istarum, quæ novem sunt, hoc est exordium:* Inter Christi Martyres, qui sanguine laureati perpetuas coronas meruerunt, Beatissimi Mantii felix passio tanto ampliori honore nostræ urbi celebranda est, quanto peculiarius prædicatam susceptamque Christi Jesu fidem, ex ipso statim nascentis Ecclesiæ exordio, illi debemus *Dicitur deinde, verbis aliquanto prolixioribus, sed sensu iisdem, quod* Mantius Romanus, cum Romanis in Judæa agens, cum Hebræorum turba intranti Domino in Jerusalem obviavit, ejusque discipulus factus cum ceteris in cœna recubuit, atque Apostolorum pedes lavanti ministravit, & vivum à mortuis conspexit; tum Spiritu sancto inflammatus, perrexit ad ulterioris Hispaniæ fines; eumque Eboram devenisset, & fidem prædicans, multosque convertens, ac sacramenta intra urbem extraque ministrans, in gentilium oculos odiumque incurrisset, adductus fuit ad Præsidem Validium; *eaque & alia plura passus, quia Deos nolebat adorare, quæ Florus ipsum dicit sustinuisse à Iudæis. Solum ubi in Actis dicitur* exercendi ruris graviori cultura pressus, *ibi legitur*, B in latomiis saxis cæmentisque cædendis in opus publicum à mane usque ad noctem fatigari solitus; denique inter tormenta expirasse, & in sterquilinio jacuisse inhumatus, donec mutata loci facie in oblivionem veniret sic abjectum corpus.

faciunt Christi discipulum, 15 *Vide ut occasione Iudæorum, in veris S. Mantii Actis commemoratorum, infelix hæc machina assurrexerit; qua Roma Hierosolymas, atque inde Eboram adduceretur Mantius; & quidem ex ipso discipulorum Christi collegio; non jam homo laicus, cujus magna laus esset post habito impiorum Dominorum respectu Sacramenta frequentare Christiano more, in regione jam pridem illis assueta; sed ipsorum minister Sacramentorum, adeoque Sacerdos, fidei prædicandæ causa profectus ad gentes, quæ nihil de ea ante hac inaudierant. Consequens porro erat, ut talis tantusque Apostolus fingeretur sub aliquo Romano Præside ea passus, coram Tribunali, in publico Eborensi foro, quæ passim de variis Martyribus leguntur: fabricatum est etiam Præsidi illi, qui tam valide Christianos torqueret, congruum nomen: eademque opera factum est, ut Lusitania crederetur inter primas, non tantum suscepisse Christi fidem, sed eamdem Martyriali sanguine subsignatam vidisse. Huic porro tam ruinoso & nulla verosimili auctoritate nixo fundamento, inædificantes quidam, sibi aliisque persuaserunt,* S. Mantium *fuisse* primum Episcopum Eborensem: *asseverandi quidem fiducia tam magna, ac si testatissimam loquerentur veritatem; veri autem dissimilitudine tam evidenti, si quis advertere voluerit animum, ut quæ non ita pridem dici credique cœperunt de S. Petro Ratensi Martyre, tamquam primo Episcopo Bracarensi (qui forte nec Episcopus quidem magis fuit quam Mantius) sub* Nabuchodonosore *in Hispanicum exilium relegato, ibidemque ad vitam per S. Iacobum Apostolum suscitato, quæque ad* XXVI *Aprilis exposita à nobis sunt; non magis absona videri possint, quam ista de* S. Mantio *Martyre.*

sub Præside Validio martyrizatum.

Addunt alii fuisse Episcopũ Ebor.

C 16 *Non ita absurdum, imo ei quod de S. Wernhero, Wesaliæ à Iudæis occiso* XIX *Aprilis narravimus quadamtenus simile, est apud Tamayum; ubi dicit, quod* prope *in foro ad columnam cæsum* torum Eborense est pila quædam parva, inclusa cellulæ, positis circum cratibus ferreis & lampade appensa, quam mortales religiose ac pie venerantur, quod ei pilæ alligatus fuerit Christi Martyr cum flagellis cæderetur. *Vereor tamen ne hæc persuasio ortum habuerit ex ea fictione, quæ de Martyrii loco & modo ut diximus, recentius obtrusa est credulo vulgo, jam pridem oblito veræ causæ, quæ longe forsan alia talem istius pilæ veneration*em *induxit, cum* S. Mantio *commune nil habens. Nihilo melius fundatum videtur, quod opinatur Trugillus;*

scilicet in hujus Sancti honorem, plurimas tota Hispania feminas appellari Mentias. *Nec enim à* Mantio *dicitur* Mentia, *sed usitata plerarumque gentium in nominibus pr priis aphæresi prioris syllabæ, idem est quod integre diceretur a scriberetur* Clemencia: *quo modo ipsum* Mantii *nomen (si vere Romanæ aut originis aut linguæ Sanctus fuit) usurpatum esse pro* Amantio *libenter crediderim: nam hoc nomine plures etiam Sancti in Italia dicti inveniuntur, ac nominatim* S. Amantius *ecclesiæ Tifernatis Presbyter, die* XXVI *Septembris recolendus; & mense Aprili die* VIII, S. Amantius *Comensis Episcopus, qui ambo seculo* V *Floruerunt; ut taceam varios variis locis Martyres, & Gallicanos ejusdem nominis Sanctos, in nostro opere commemoratos*

AUCTORE D. P. *à quo passim nominentur Mentiæ;*

17 *Quia autem fabulæ, similiter ac devolutæ per nives pilæ, crescunt identidem, formâ tamen non semper eâdem; ideo qui toti antiquitati solum fuerat notus ut Martyr, & hoc solo titulo colendus olim proponebatur, cœpit* Episcopus *dici & credi, æque ac plerique alii ex primis, Christi & Apostolorum discipulis. Quis enim dubitaret, cum de Sacramentis ab eo administratis meminissent Breviarii Lectiones? Ergo etiam Mariana noster persuaderi potuit, ut cap.* 5 *libri* 4, *agens de Christianis sub Trajano interemptis, ita scriberet:* In his fuit Mantius, Eboræ in Lusitania primus Episcopus, in Æmilia E quidem natus, ut nonnulli perhibent, atque unus ex septuaginta Christi discipulis. *Habemus nos varios horum Christi discipulorum Catalogos; sed nusquam* Mantii *nomen, aut aliud ipsi vicinum invenimus.* Romanum *cum diceret Eborense Breviarium; quid causæ fuerit, ut* de Æmilia natum *dicerent ii, quos Mariana secutus est, non divinamus.*

unum ex 70 Discip.

in Æmilia natum,

18 *Pseudodextrini Chronici & similium quisquiliarum sub nomine Iuliani fabricator, grandius adhuc aliquid productus in medium, gemino nomine* Memmium Mantium *commentus est, Gallis Hispanisque communem Sanctum; qui tamen apud hos constanter* Mantius, *apud istos vocetur* Memmius, *& pro utrisque ordinatus Episcopus ab Apostolis, primum Cathalaunicam in Gallia fundarit Ecclesiam, deinde transgressus in Hispanias Eboræ prædicaverit atque obierit Quod commentum adeo placuit Lusitanis, ut ne soli Eborenses hoc primo Episcopo gloriarentur, eidem contenderint etiam primum locum in Olisiponensi cathedra dandum. Imo Rodericus de Acunia conatur probare, etiam antequam S. Iacobus Apostolus veniret in Hispaniam, Lusitanos suos fuisse à* Mantio *fidei Christiani rudimentis imbutos, statim à martyrio S. Stephani. Contra hunc acriter Tamayus insurgit, contradictionis etiam arguens Iuliani Petri Chronicon, in quo dicitur Sanctus à S. Clemente ad fidem prædicandam missus, primo eam Hispanis, deinde Cathalaunis annuntiasse. Sed nihil novum est fabulas fabulis adversari; easdem vero hoc loco confutare operosius superfluum & importunum foret, cum id fieri debeat proprio die* S. Memmii, *Episcopi Cathalaunensis, in sua Sede mortui ac sepulti Augusti mensis die* V; *ubi etiam agendum de tempore missionis ejus, verosimilius ad seculum Christi* III *referenda, ut de pluribus Galliarum Apostolis jam sæpe dictum.*

& eumdem qui Gallis est S. Memmius Ep. Catalaun.

F

denique civem Cæsenatem,

19 *Finieram, plenus nausea atque fastidio, ex tot ineptiarum cruditate collecto, cum ex Italia nuntiatur,* Cæsenates *laborare, ut* S. Mantium *civem suum fuisse probarent, eique ut tali cultum in suis ecclesiis proprium impetrarent. Hoc autem tanto magis novum & inexpectatum accidit, quod pridem in manibus nostris esset Cæsenæ Chronologia, à Fr. Bernardino Manzonio de Cæsena summo collecta studio, & anno* MDCXLIII *vulgata; Titulus autem secundus primæ partis,* Sanctorum ac Beatorum civitatis Cæsenæ recensio *est; secundus,* Enumeratio civium Cæsenatum, ad Pontificias infulas aliasque ecclesiasticas dignitates assumptorum. *Hic ergo auctor, cum in suæ patriæ laudem congerat quidquid etiam populari incerta; traditione in utroque genere circumfertur, si quod*

AUCTORE D. P.

nunc prætenditur, antiquissimus fuisse ejus Sancti veluti gentilis inter Cæsenates cultus, idemque Episcopus Eborensis habitus, non omisisset eum sub utroque titulo collocare. Aiunt quoque hanc suam opinionem confirmari ex Pisano Chronico. Varia sub hoc nomine Vghellus edidit Tomo 3 Italiæ sacræ, alia autem Pisana Chronica alibi edita extare non puto. In nullis Mantii *nomen occurrit. Quod illuc trahi possit est insulsa quædam lacinia, ex quodam Romano Ms. propter historiæ quam percurrit universalitatem Pantheon dicto, & sub Clemente IV circa annum* MCCLXVI *inter secretaria Pontificia libros reperto, quæ continet narrationem multis locis apocryphan, de adventu S. Petri Antiochia Pisas ac deinde Romam,* comitantibus discipulis Marte, Apollinare, Martiale, & B. Dionysio aliisque compluribus. *An hic pro* Marte, *omnibus ignoto qui forte irrepsit loco* Marci, *Cæsenates conjectent legendum* Mantium, *ignoramus; nec porro aliud invenimus quod favere dicta eorum prætensioni possit. Fortassis, quia nomina quarumdam ejus urbis familiarum aliquam cum nomine hujus Sancti habent affinitatem, excogitata est hæc stropha, plaudentibus* Manzoniis, Manziniis, Mancinis *&* Mancellis; *sed recentissima illa est inventio, utpote ignota Fr. Bernardino, qui ipse quoque ex* Manzoniis *erat. His autem visis, speramus mutanda consilia, & certis magnisque Ecclesiæ suæ Sanctis contentos fore Cæsenates.* D

DE S. ORTARIO ABBATE

D. P.

LANDELLIS IN NORMANNIA.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

Acta ex Officio proprio, cultus, ætas vitæ, distinctio à S. Gualterio Pontisarensi.

E

ANTE SEC. VI.

Sepultus in capella propria,

LAndellensis *Parochia in Constantiensi extrema Normanniæ diœcesi haud procul à Viria flumine, Patronum agnoscit* S. Ortarium: *quem eo loci Abbatem fuisse habet traditio incolarum. Non est ibi nunc quidem monasterium ullum, sed nec fuisse aliquando superstitibus reliquiis ostendi potest: solum in cœmeterio ipsius ecclesiæ ac circumcirca inveniuntur grandiores lapides complures variarum formarum, qui à majori aliqua mole residui, suspicionem faciunt Landellensem Dominum, Abbatiæ S. Severi leuca una distantis fundatorem, ad novam illam fabricam avexisse materiam, quæ Landellis stabat aut jacebat otiosa.* De S. Ortario *quod ibidem sepultus fuerit clarius demonstratur: cum in Constantiensis diœcesis libro matriculari, circa annum* MCCLI *scripto, dum de prædicta parochia sermo est, ita legatur:* In dicta parochia sunt duæ capellæ, iuxta ecclesiam sitæ (*ita scilicet ut una ad dextrum sit, altera ad sinistrum latus, ab ea tamen separata & ad cœmeterii oram extremam*) quarum una est de Beata Virgine. Ibidem est alia capella, in qua corpus B. Hortarii jacet: & conjunctæ sunt dictæ capellæ ecclesiæ, *idest ab eodem à quo ecclesia Presbytero administrantur: ita nos docuit epistola quædam D. Michaëlis Iouenne, ibidem Curati, & R. P. Petrus Champion Societatis nostræ, qui post illam scriptam locum ipse adiit, & omnia ita se habere coram notavit.*

C

celebriter colitur per Normanniam.

2 *Porro non istic tantum: sed in quam pluribus aliis Normanniæ ecclesiis celeberrimus est hujus* S. Ortarii *cultus, idque ad hunc* XXI *Maji, vel etiam solennius in Pentecostalibus festis, cum magno peregrinorum advenarumque concursu: nominatim in vico* Estaveaux *dicto, haud longe ab urbe Cadomensi trans Ornam fluvium. Accidit autem ut sub annum* MDCXXXVII *Plesiacensis cœnobii Suppriot, ante annos viginti in eam curam intentus, ut cognosceret quis qualisve esset* Sanctus Ortarius, *ad vicum prædictum mitteretur, habiturus de eodem Sancto sermonem. Cui parando ne materia deforet, oblatum eidem est vetus ipsius Sancti Officium, non ita pridem descriptum ex antiqua membrana, cujusdam parochialis ecclesiæ, sesqui leuca à Novoburgo distantis, à quodam ipsius Plesiacensis cœnobii Subdiacono; quem Parisiis redeuntem, & multos peregrinos* S. Ortarii *honorandi causa collectos in dicto vico intuentem, pius quidam zelus commonuerat, ne prætermitteret eam occasionem propius aliquid de* S. Ortario *cognoscendi. In hoc Officio secunda & tertia Lectio præcipiebantur hujusmodi.*

LECTIO II

3 Ortarius, nobilibus parentibus ortus, ab ipsa infantiæ suæ ætatula semper frequentans ecclesiæ catholicæ limina, desideravit monasterium, dilexit monachos, amavit præ omnibus Christum. Nam cum liberalibus disciplinis puer institueretur, divina benedictione præventus, duodecimum ætatis annum attingens, relictis parentibus, monachus efficitur. Brevi in tantum profecit, ut ceteris admirationi esset. In hoc itaque degens monasterio, insistebat jejuniis & vigiliis, attentius super omnia humilitatem servans. Cibum, quem accipiebat à monastico Præposito, latenter egentibus tribuere procurabat; sæpiusque veste sua exutus, nuditatem eorum studebat operire. Cujus virtutibus invidens diabolus, B. Ortarium variis tentationibus aggreditur; quas oratione & jejunio vincebat. Cum ergo non posset eum à Dei servitio deflectere, cœpit saltem insequi præsto corporali, & aliquando eum [mulctabat] verberibus, aliquando in portentosis & monstruosis formis ad eum deterrendum apparebat.

Duodennis factus monachus,

virtutem insignem assequitur:

4 Non est prætermittendum, quod cum Abbas Landellensis monasterii è corpore esset abiturus, B. Ortarius in somnis est admonitus, ut ad officia funeris illi Patri præstanda properaret. Cumque ad fores ejus perveniisset, vidit cælestium agminum choros sanctæ illius animæ occurrere, eamque cum ineffabili gaudio ad cælum deducere. Mox vir Dei Ortarius ad cellam ingreditur, ubi corpus sancti Abbatis exanime jacebat; Fratribusque debita obsequia decantantibus, ejus funus curat. Peracto sepulturæ officio revertitur ad monasterium suum: at monachi, penes quos jus erat de eligendo Abbate, uno omnium ore Ortarium in Abbatem designant. Quod cum Ortario nuntiaretur, timens ne sub tanto pondere deficeret, sexto milliario à monasterio ad cujusdam montis rupem se latitavit. Quæritur autem, & cum à nullo inveniretur, de revocanda electione decernitur. Ardum eligentium corda in ambigno versarentur, audita est vox desuper dicens, Elegit Deus Ortarium: ecce enim in rupe proximi montis orat, ibique illum invenietis. Mittuntur ad montem Fratres: & Ortarius, cognita Dei voluntate, onus constanti animo suscepit.

F

Divinitus dirigitur Landellas:

ubi Abbas electus

eductusque è latebris,

LECT. III

5 Factus igitur Abbas anno ætatis suæ quinquagesimo, incredibile memoratu est quanta vitæ sanctimonia floruerit. Mulierum colloquia, tamquam vitiorum semina, magno studio fugiebat: tanta vero erat abstinentia, ut panis hordeacei, quem ipse suis manibus

Prælaturam gerit in magna vitæ austeritate,

A manibus conficiebat, non niſi unciam unam in cibum ſumere diceretur: & cum præter aquam nullum omnino potum admitteret, ea ipſe tertio quoque die parciſſime utebatur. Veſtes ei ſaccus & cilicium: ſubtus tunicam, ſuper nudo corpore, catena cingebatur. Nec defuerunt ei miracula, quæ ſanctitatis ejus non dubia eſſent documenta. Quædam puella nobilis, manus aridas & debilia habens genua, ad eum venit; cadenſque ad pedes ejus, ſibi reſtitui petiit. Ille humi ſe proſternens, Dominum rogat: inde ſurgens, manus & genua puellæ benedicto oleo perungit: illa, Chriſti benignitate, mox revaleſcit. Subſequenti tempore quamdam feminam, lepræ vitio aſperſam, ita emundavit, ut priſtinæ infirmitatis veſtigia minime apparerent in ea.

& miraculis claret:

6 Crevit hinc fama ſancti viri, & in omnem regionem illam per vagata eſt, ita ut mire eum venerarentur: per multi quoque mundo valefacientes ei adhæſere, ut diſciplinis ejus inſtruerentur. Eximia erga virginem Mariam devotio in eo reluxit, ut in ejus honorem prope ſuum monaſterium pulcrum ſacellum ædificaverit, ubi cæcis viſum, ſurdis auditum, claudis greſſum; multaque infirmitatum genera patientibus, Chriſto invocato, ſanitatem reſtituit: magnam quoque catervam captivorum de oblationibus redemit devotorum. Inerat ei magnum animarum ſalutis deſiderium, quare quam plurimos infideles ad fidem convertit. His virtutibus & aliis miraculis B. Ortarius ad maturam pervenit ætatem.

D. Virgini oratorium extruit.

B

in eoque mortuus ac ſepultus

7 Anno igitur ætatis nonageſimo octavo, ſentiens finem vitæ ſuæ appropinquare, in oratorium ſuum, quod ſacræ Virgini Mariæ dicaverat, orationis cauſa ſeceſſit. Ibi gravi correptus morbo, ad ſe tamen vocatis Fratribus, quos ad caritatem, pietatem, virtuteſque omnes adhortatus eſt, decimo ſeptimo Kalendas Maji, clarus miraculis, migravit ad Dominum, & ſepultus eſt in dicto oratorio. Sed quanta Dominus per ſervum ſuum oſtendere dignatus eſt miracula, longum eſt ire per ſingula: nam multi à diabolo vexati, liberati ſunt; & quicumque habens infirmitatem, devoto animo & promptiſſima voluntate ad ejus ſepulcrum expetierit ſanitatem, lætus redit ad domum ſuam cum magna hilaritate. Ad illud ſacellum, dicta die XVII Kalendas Maji, adire ſolet quotannis frequens populus, & podagricos, qui eo deducuntur, B. Ortarii opem experiri ferunt.

15 Aprilis honoratur.

contra podagram Patronus.

8 *Ergo contra podagram præcipue uſurpata videtur populorum erga hunc Sanctum devotio; quam ut virtutum miraculorumque ejus ſcientia plenior excitaret, putamus ſcriptam à principio fuiſſe uberiorem vitam; cujus ſolum compendium Lectiones hæ habeant. Etenim in Reſponſoriis Antiphoniſque, quas æque ex Vita prima ſumptas non dubitamus, occurrunt aliqua in hiſce Lectionibus præterita, quorum hiſtorica fragmenta, ne pereant, hic ſubjiciemus.* B. Ortarius amans præ omnibus Chriſtum, oblita cognatione parentum, feſtinus tetendit ad monaſterium. Inſpirante Spiritu ſancto ad pedes Abbatis corruens, cum magna humilitate habitum poſtulavit. Abbas conſiderans ſinceritatem cordis ejus ſuſcepit in monachum, & inſtruxit eum quaſi bonus pater filium ſuum. Beatus Pater Ortarius, ſacris Religionis veſtibus indutus, in dies magis ac magis in amore divino flagrabat, & abſtinentia terrenas cupiditates ſuperabat. Vir inclytus Ortarius, Confeſſor Domini glorioſus, cæleſti rore perfuſus, terrenas cupiditates pedibus ſubjecit: tantæ fortitudinis fuit, ut cunctas animi perturbationes ſuperaret. Tanti ſilentii factus eſt, ut non niſi opus eſſet loqueretur. Pauperes omnes litteris demandabat, quibus clanculum præbebat alimoniam: nemo umquam miſer ab eo ſine eleemoſyna diſcedebat. Ecce vir egregius, qui numquam eſt lapſus verbo, & non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti. Ecce virum admirabilem, quem * homines propter invidiam circumdederunt in deſerto: ſed numquam ſuperari potuit. Ideo dedit illi Dominus hereditatem ſuam: panem ipſius imprimis paravit in ſatietatem. Beatus es, Confeſſor Dei Ortari, quia cum Sanctis gaudebis, & cum Angelis exultabis in æternum.

C

Alia Vitæ fragmenta ex Reſponſoriis &c.

AUCTORE D. P. * *an dæmones*

9 *Hactenus ipſa verba Officii proprii, cujus forma omnino ſingularis eſt, nec exiguam præfert antiquitatem: nam ad Matutinum, poſt Invitatorium Hymnumque, unicum præcipitur Nocturnum, ſub unica Antiphona ritu Paſchali: ſequuntur autem Lectiones tres, quarum prima continet Lectionem Euangelii ſecundum Lucam,* Sint lumbi, *cum Homilia S. Gregorii Papæ: quod ſane præter morem eſt Officiorum de ſanctis alibi obſervari ſolitum: Secunda & tertia Lectio ſuperius integre notata eſt. Omnibus autem Lectionibus etiam ultimæ ſubnectitur proprium de Sancto. Reſponſorium, ac denique cum Hymno,* Te Deum, *concluditur Matutinum. Habemus plurima variarum eccleſiarum Gallicanarum impreſſa antiquitus Breviaria, ſed in nullo eorum ſimilem formam hactenus obſervare licuit, ut merito inde videamur conficere, ipſum eſſe iis omnibus vetuſtius: quod etiam ſuadet prolixitas Lectionum: quas niſi ex pleniori vitæ hiſtoriæ acceptas verbotenus arbitraremur, haberemus occaſionem ſuſpicandi, Officium eſſe compoſitum in eo monaſterio, in quo monaſticum habitum aſſumpſit Sanctus; nunc vero quod non poſſumus de Officio dicere, auderemus affirmare de Vita, eo quod in principio Lectionum expreſſe dicatur,* In hoc itaque degens monaſterio; *niſi rurſum appareret τὸ* hoc *referri ad aliquid in hac epitome brevitatis cauſa omiſſum.*

peculiaris & veteris Officii proprii,

D

10 *Potius igitur dixerim & Vitam & Officium ex eo fluxiſſe loco, ubi nunc ejus ſepulcrum viſitur, & olim requieviſſe corpus nemo dubitat; & ubi, deperditis quamvis litterarum monumentis, per fidelem memoriæ traditionem eadem narrari omnia, quæ ſupra in Lectionibus inveniuntur deſcripta, aſſeruit ipſe loci Parochus. Hic Lectiones, ſimili qua Pleßiacenſis Supprior eas habuit, occaſione nactus fuit, ex eodemque fonte unde Eſtavallenſes acceperunt, videlicet ex parochiali circa Novoburgum eccleſia, ubi ipſas recitantibus ſupervenit quidam Franciſcanus, & multitudine ad feſtum accurente motus petiit deſcribendas.* Landellis *ſane, uti jam diximus, juxta eccleſiam capella ſeu oratorium eſt* S. Mariæ, *quale ab* Ortario *extructum, & in propriam ſepulturam electum, docent jam prolatæ Lectiones. Quod autem jam non amplius* XVII *Kalendas Maji feſtum ejus agatur, ſed* XII *Kalendas Iunii aut in Pentecoſte: id crediderim factum occaſione tranſlationis, ex oratorio S. Mariæ in aliud, ex altero eccleſiæ latere ſub ipſius proprio nomine erectum; cum traductis ad fidem Chriſti Normannis, Chriſtiana religio ibidem diu multumque preſſa reſloreſceret. Ejus rei teſtis etiamnunc eſt lapidea arca, vacua illa quidem ſacris oßibus, ab eo tempore quo debacchata per Galliam eſt exorientium Calviniſtarum rabies; ſed tamen ab omni retro memoria in honore habita, tamquam ſepulcrum* S. Ortarii, *atque epigraphen etiamnunc talem inciſam repræſentans vernacula lingua,* CY GIST LE CORPS DE MONSIEUR S. ORTAIRE. Hic jacet corpus Domini Sancti Ortarii.

Novoburgo accepti.

Obiit 15 Aprilis tranſlatus 21 Maji.

E

F

11 *Imago ipſius, valde antiqua, in habitu monaſtico eum repreſentat, cum potentia ſeu bicipiti pedo: quale apud Orientales magis in uſu fuit, apud Occidentales vero eos dumtaxat, qui vivendi ordinem canonemque monaſticum immediate ex Oriente acceperunt. Hinc magna Sancti illius vetuſtas colligi poteſt, multoque etiam certius, ex eo quod ipſe* S. Ortarius *num.* 6 *ſuperius dicatur,* quam plurimos infideles ad fidem Chriſti convertiſſe: *id enim ea ſapit tempora, quibus paganiſmi reliquiæ multæ tota Gallia adhuc ſupererant, non dico ſub Francis Regibus, ſed ſub Romanorum Imperatorum Præfectis ante adventum Francorum. De præſenti ejus cultu ita ſcribit prælaudatus Curatus, Parochiam illam circa annum* MDCXL *adeptus*

Videtur ante Francos in Gallia floruiſſe.

AUCTORE D. P.

gubernandam. Dies feſtus eodem quo dies Dominica cultu apud nos agitur XXI Maji (*quem credimus Tranſlationis fuiſſe, & quidem in Pentecoſtalibus feſtis peracta, ut propterea aliqui religionem ſuam eidem feſto alligatam retinuerint, ad majus commodum ruſticanæ plebis*) Invocatur contra paralyſim, arthriticos morbos, & quaſcumque membrorum infirmitates. Populorum autem erga hunc Sanctum devotio tanta eſt, ut uno quandoque anno viderim ipſe plures quam quadraginta proceſſiones, multaque narrantur miracula, ſed per nudam traditionem, nullo deſuper ſcripto confecto: adeoque per totam Normanniæ provinciam diffuſa eſt veneratio S. Ortarii, ut ſub ejus nomine plurima inveniantur ſacella & altaria, ad quæ recurrentibus æque ac Landellis promptus in vota venire creditur Sanctus, & gratias miraculoſas conferre.

magna populi devotione colitur.

12 *Porro is per quem Lectiones de* S. Ortario *primum accepimus, Pleſiacenſis monaſterii Supprior, cum in animum induxiſſet ſuum, fieri non poſſe, ut adeo celebris in Normannia Sanctus locum nullum haberet in duobus Martyrologii Gallicani tomis (quod eſſe opus abſolutiſſimum credebat, contra quam nos experiamur utendo) nec tamen in illo reperiret* S. Ortarii *nomen; conſtituit totum denuo recognoſcere, ſi forte ejus memoriam ſub alio nomine latentem inveniret. Ergo die VIII Aprilis prolixiſſimum S. Gautherii Pontiſarenſis Abbatis elogium ex Vita acceptum iuveniens, in eoque obſervans quædam vitæ aut virtutum capita, non abſimilia ab iis quæ in lectionibus inveniebat de* S. Ortario; *ſtatuit apud ſe eumdem eſſe* Gautherium *&* Ortarium, *atque binominem fuiſſe Sanctum: ſuæ autem opinationis motiva collegit ſcripto quod apud nos eſt, una cum Officio miſſum à R. P. Cellotio, circa annum 1640 Rectore Collegii noſtri Rotomagenſis. Qui idem cum ipſum communicaſſet Martyrologio Gallicani Auctori Andreæ Sauſſayo, obſtupuit ille audacis conjecturæ novitatem inexpectatam, reſcripſitque nulla ratione; ſibi factum eo ſcripto probabile, quod poſſent in eamdem perſonam conflari* Ortarius *atque* Gautherius; *judicium tamen velle ſuſpendere, dum ex parochia quadam, leucis ſexaginta & pluribus diſita Pariſiis, ubi* S. Ortarius *Patronus colitur, accepiſſet promiſſa ſibi illius Acta, quæ an ſint ab Officii lectionibus diverſa necdum ſcimus, &, ſi ſint, nanciſci optamus.*

Qui eumdem cum S. Gauterio Pontiſarenſi credidit,

B

D

13 *Credimus autem, quod ſi Pleſiacenſis Supprior pro Sauſſajano elogio ipſam antiquam* S. Gautherii *Vitam legere potuiſſet, non fuiſſet tam diſparata copulaturus, ut quem Officii Lectiones dicunt electum ſucceſſorem ejus Abbatis, ad cujus funus curandum cælitus fuerat acceſſitus; crederet eum eſſe poſſe, qui in Vita num.* 5 *dicitur poſtulatus ex Resbacenſi monaſterio Abbas, à Fratribus,* inſtinctu & providentia Dei juxta Pontiſaræ caſtrum monaſterium quoddam conſtruere exordientibus, *ne Sarabaitarum inſtar extra cujuſquam obedientiam viverent. Prior antequam manus admoveret regimini, per alterius mortem vacanti, in rupem haud procul diſiti montis fugit, & inde protractus humiliter ſuæ acquievit electioni, ad extremum uſque ſpiritum curam monaſterii gerens: poſterior, in ordine Pontiſarenſium Abbatum nulli ſecundus, geſtam aliquammultis annis Præfecturam deſeruit, Cluniacum ſecedens; indeque Rothomagenſis Archiepiſcopi inſtantia reductus, identidem oneri ſubduxit humeros, modo in crypta monaſterio vicina latitando, modo Romam proficiſcendo &c. ut pluribus in Vita ejus legere eſt. Hæc autem ſufficiunt ut nominibus, locis, temporibuſque credamus fuiſſe diverſiſſimos.*

neutrius Acta integra vidit.

E

DE S. FLORENTINO ABBATE,

D. P.

ARELATE IN GALLIA.

SYLLOGE HISTORICA

Acta, Epitaphium, & monaſterium ejus.

ANNO DLIII.

Cultus

C

Compendiũ in Lectionibus,

EXtant *Officia propria Sanctorum Eccleſiæ Arelatenſis, anno* MDCLVI *excuſa, in quibus præcipitur feſtum* S. Florentini Abbatis *ſub ritu duplici celebrandum; & ex Annalibus Eccleſiaſticis & ex Chartulariis Arelatenſibus iſta in ſecundo Nocturno recitantur.* Florentinus monachus, doctrina & ſanctitate clariſſimus, primus præfectus eſt Abbas monaſterio regio Arelatenſi, quod tempore Vigilii Summi Pontificis Childebertus primus Francorum Rex ædificavit. Ejus corpus anno quinto ſupra triceſimum, poſt animæ tranſitum, multa & inſignia miracula edidit. Ex eo autem cœnobio jam dudum advectum, Conſtantinus Abbas illud honoris ergo in eccleſia ſanctæ Crucis, quæ ſita eſt in antiquo ſuburbio Arelatenſi, collocavit, & ſepulcro marmoreo condidit. Hilarianus monachus Sancti hujus elogium, à Januarino item monacho heroicis & acroſtichis verſibus conſcriptum, ſculpſit in marmore: atque ita tanti viri monumentum, ex variis hujus antiquæ urbis ſæpe dirutæ reliquiis, in hæc tempora integrum remanſit. Cum vixiſſet Florentinus annos plus minus ſeptuaginta, præfuiſſetque illi cœnobio annos quinque & menſes totidem, migravit ad Chriſtum pridie Idus Aprilis, anno duodecimo poſt Conſulatum Baſilii Junioris. Ejus vero feſtum Arelate duodecimo Kalendas Junii magna populi veneratione colitur, quo ejus oſſa in dictam eccleſiam ſanctæ Crucis tranſlata fuerunt. *Hæc ibi. Euangelium tertii Nocturni incipit:* Nolite timere puſillus grex. *Oratio communis de Abbatibus, Præſcriptus* annus duodecimus poſt Conſulatum Baſilii *convenit in* annum Chriſti quingenteſimum quinquageſimum tertium. *Ad diem* XII *Aprilis, quo dicitur mortuus, inter Prætermiſſos de eo egimus; quando & ſtatua ejus argentea in proceſſione defertur. Vtroque die ejus meminerunt Sauſſajus, & Ferrarius. Ille vero etiam in Supplemento ſuo, ad* XXII *Martii, ita ſcribit,* Recolitur Arelate inventio & elevatio S. Florentini Abbatis, cujus eſt ibidem ſolennis depoſitio pridie Idus Aprilis, Tranſlatio autem XII Kalendas Januarii, *ſed lapſus hic calami eſt, & ſcribendum,* Junii.

F

2 *Omnis quæ de hoc Sancto haberi poteſt notitia, deſumitur ex ſepulcro ingenti marmoreo, quod hodiedum extat in ſanctæ Crucis Parochiali eccleſia. Primus hoc in lucem protulit Petrus Saxius in ſuo Pontificio Arelatenſi, ad vitam S. Aureliani Epiſcopi: ex quo illud tranſcripſerunt Cæſar Baronius & Carolus le Cointe in Annalibus ſuis, uterque ad annum* 553, *cum eiſdem fere quæ apud Saxium ſunt mendis, quæque oculata fide corrigenda monuit illius eccleſiæ Curatus D. Maſſon, ſingulos apices accurate ſcrutatus: quod rurſus poſt eumdem per ſe fecit noſter* P. *Carolus Faber, & correctiones eaſdem omnes iterum ſuggeſſit. Acroſtichis, verſibus prænotata, habet hæc verba,* Florentinus Abbas hic in pace quieſcit. Amen.

ex veteri Epitaphio ſumptis,

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ

S. FLORENTINI ABBATIS

AUCTORE D. P.

Fulgida regna petens, cæleſti ſorte vocatus,
Lucis & æternæ penetrans faſtigia lætus,
Optimus atque pius, nunc Florentinus in iſto
Reſplendet tumulo, meritis ſanctiſſimus Abbas:
Effera qui quondam linguæ diſcrimina calcans,
in quo laudatur à linguæ cuſtodia, Nec optare malum ſtuduit, nec lædere quemquã.
Herruit ipſe tamen faciles, nec publice, verbis,
Iuſtitiæ tramitem ſervans cum pace paterna.
Neſcia jurandi pandens colloquia cunctis,
Verba Dei ſolers toto de pectore prompſit,
Sancta quibus Domini reſonãt præconia ſemper,
Atque peraſſiduis concentibus æthera plaudunt.
Bella gerens, carnis peſtifera vitia contra,
Belligeranſque palam, ſæviſſima prælia vicit.
Aſt hinc, celſa poli capiens jam præmia felix,
Sanctorum ſocius fruitur cum laude coronam.
Hujus namque viri corpus, per cuncta ſacratum
B *& dicitur tranſlatus ad S. Crucis,* Iam dudum, advectũ Domini cũ laudibus amplis,
Conſtantinus ovans poſuit feliciter Abbas,
Intra beata Crucis condens faſtigia ſacræ:
Nec non & tumuli pretioſa tegmina firmans
Perſtruxit ſolide cruſtato marmore fulcra.
Attamen exactis jam ſeptem denique luſtris,
Condita quo fuerant præfati membra ſepulcro,
Effulſere Petri tandem de ſede beati,
qui antea ad S. Petri mirvculis coruſcaverat. Quæ propriis meritis pandunt hic ſigna ſalutis,
Virtutumque ſimul præſtant & commoda larga,
Infirmis validum dantes per cuncta vigorem.
Ergo, potens Paſtor, compenſa præmia voti
Splendida: ſed Chriſto commenda ſæpe Poëtam,
Cujus parva tibi prompſerunt carmina laudem;
Ianuarinum ex hoc, quẽ candida mente nutriſti;
Tantillumque ſimul, ſculptorem marmoris hujus,
Ad nixis precibus Domino, per ſecula cuncta,
mortuus 12 Apr. 553. More tuo placidus commenda jugiter: hinc jam,
Eſſe quoq; & monachũ noſti quẽ Sancte benignũ,
Nunc & in æterno Hilarianum ſemper adorna.

Primus itaque fuit S. Florentinus Abbas monaſterio noſtro per annos v, & menſes VI. Qui vixit annis PL. M. L^{xx}. Obiit prid. Id. April. duodecies P. C Baſilii V.C. Junioris, Indictione prima. Poſt hunc ſecundus fuit Domnus Redemptus Abbas. *Vbi nota ab aliis ſcriptum dumtaxat fuiſſe ſolum* PL. M. L. *id eſt* plus minus quinquaginta, *pro* ſeptuaginta, *quia* XX *minutiſſimis litterulis ſuper* L *ſculpta, oculos Saxii fugerant: ſicut etiam in ejus calamum non venerunt* menſes VI.

C

Primus Abbas non alibi fuit

3 *Quæritur quodnam fuerit monaſterium iſtud, in quo tum ipſe* S. Florentinus *tum* Conſtantinus *tranſlationis auctor & marmorei illius tumuli conditor Abbates fuerint. Nihil audet definire Saxius*; Baronius *eumque ſecutus Sauſſajus* S. Crucis monaſterium *appellant: alii celebrem Majoris montis abbatiam, ſub nomine S. Petri conſecratam, uno ab urbe lapide. Archangelus Guin, Auguſtinianus Arelatenſis (qui prædicto D. Maſſon ſuo ex ſorore nepoti, manum commodavit Epitaphio tranſcribendo, notaſque adjecit quibus S. Florentinum Ordini ſuo aſſerit, æque ac SS. Hilarium Cæſariumque & Caſianenſes in Lerino monachos) ſuburbanum ſui Ordinis monaſterium, à S. Hilario conditum fuiſſe arbitratur, atque ex ejus nomine dictum* Hilarianum, *nixus Saxii auctoritate conjectantis, nomen hoc in ultimo Epitaphii verſu expreſſum, non eſſe Monachi, ſed monaſterii, quod à Gothis deſtructum,* Childebertus *à fundamentis reſtaurarit potius quam primum ædificarit. Ego nihil horum credo. Nam Hilarius ſeculo uno præceſſit* Florentinum, *proinde non potuit hic fuiſſe primus Abbas conditi ab eo monaſterii. Ædes ſanctæ Crucis non niſi pridem mortui corpus accepit, aliunde advectum: unde autem? niſi (ſicut* ℣. 18 *innuit Epitaphium ex* Sede B. Petri, *ubi anno* XXXV *poſt* S. Florentini *obitum ac ſepulturam, id eſt anno Chriſti* DLXXXVIII, *invento elevatoque corpore* effulſere ſigna, *quorum cauſa cœpit paſſim dici & coli ut* Sanctus: *idque* jamdudum *ante tempora Conſtantini Abbatis, & tranſlationem prædictam. Monaſterium vero S. Petri, Montis-majoris dictum, primum fuit edificatum circa medium ſeculi* X (*uti patet ex inſtrumento Manaſſis Archiepiſcopi, de fundo ad illud ſtruendum per commutationem fundatoribus conceſſo & à Sammarthanis relato*) *adeoque antiquius aliud eſt quærendum.*

4 *Ipſum ſuggerit S. Gregorius, lib.7 epiſt.*117 *ita ſcribens ad Vigilium Epiſcopum Arelatenſem:* Glorioſæ memoriæ Childebertus Francorum Rex, Catholicæ Religionis amore ſuccenſus, intra muros Arelatenſis civitatis monaſterium virorum, ut ſcripto reperimus, pro ſua mercede conſtituens, quædam ibidem pro habitantium ſuſtentatione conceſſit..... quæ Apoſtolica petiit auctoritate firmari..... Unde, quia effectum & regia voluntas & res valde deſiderata poſcebat, à prædeceſſore noſtro Vigilio, Romanæ Sedis Epiſcopo, ad predeceſſorem veſtrum Aurelianum ſcripta tranſmiſſa ſunt. *Regnavit* Childebertus, *Chlodovæi I filius tertiogenitus & regni ſibi à fratribus relicta parte, & Arelate ſedem imperii habuit, ab anno* DX *ad* DLVIII. Vigilius *ab anno* DXXXVII *ad Majum anni* DLV *Eccleſiam univerſalem Pontifex gubernavit.* Aurelianus *dicitur Arelatenſibus præfuiſſe ab anno* DXLVI *uſque ad* DLIII: *quæ omnia ſic conveniunt, ut illi monaſterio Abbas præfectus* Florentinus, *gubernare illud cœperit, anno* DXLVIII, *& ſic obierit anno prænotato* DLIII. *Quod autem S. Hilarius exſtruxiſſe, & à ſuo nomine appellaſſe fingeretur, minime quadrat ei, cui primus Abbas fuerit* Florentinus; *ſiquidem ille ab anno* CCCCXXIX *creatus Epiſcopus, ultra* XX *annos non ſedit, toto uno ſeculo ſenior* S. Florentino.

an. 548 in urbe conditum,

5 *Porro S. Cæſarius, anno* DII *factus Epiſcopus, ab Æonio cognato ac deceſſore ſuo vocatus è Lerinenſi monaſterio,* defuncto in ſuburbana civitatis inſula Abbate, *ſicut in ejus vita legitur,* miſſus erat ut monaſterium rectore deſtitutum ipſe, eadem reverentiæ auctoritate ſuccedens, monaſtica diſciplina informaret, *prout fecit, ſcripta etiam propria Regula. Cur autem non dicemus? quod* ſuburbana *illa* inſula, *fuerit eadem quæ in præcitato Manaſſis inſtrumento dicitur,* Inſula S. Petri quæ nominatur à Monte-majori, *unde tranſlati fuerint monachi, ſervato eodem* S. Petri *titulo,* intra muros Arelatenſis civitatis; *ita ut hoc novis quotidie incrementis aucto, inſulare illud eſſe deſierit, & per aliquam tranſactionem venerit in poteſtatem Præpoſiti Arelatenſis; à qua rurſum ad monachos eoſdem redierit ſub jam dicto Manaſſe. Hic ita poſitis, videor haud inveroſimili conjectura omnia ſic poſſe ordinare, ut urbano S. Petri, quod* Childebertus *fundaverat, monaſterio flammis aut alia fortuna conſumpto, monachi tranſierint ad eccleſiam Sanctæ Crucis, dimiſſo inter rudera corpora* S. Florentini: *quod poſt annorum aliquot decurſum, tempore Abbatis Conſtantini inventum elevatumque die* XXII *Martii, hoc demum die* XXI *Maji fuerit ſolenniter tranſlatum ad ſepulcrum, quod etiamnunc extat, marmoreum idque ſeculo* IX, *cum litterarum ſtudia, etiam Græcarum, ſub Carolo Magno jam Imperatore, ejuſque filio Ludovico Pio, cœpiſſent refloreſcere: Græci enim medio illo ævo ut plurimum Acroſtichis utebantur, & Græciſmi affectationem ſapit ipſe titulus, Græcis litteris expreſſus. Deinde ſeculo* X *tempore Manaſſis Archiepiſcopi, cum monaſterio præeſſet Garnerius Abbas, & anno* DCCCCLII *Teucinda Deo devota redemptam per commutationem alterius ſui allodii poſſeſſionem Inſulæ S. Petri, novo monaſterio extructo ornaſſet, remi-*

deductis illuc ex Inſula S. Petri monachis;

qui illuc ſec. 10 redierunt,

E

F

AUCTORE D. P.

remigratum à Monachis ſit in inſulam, relicto corpore S. Florentini *apud eccleſiam ſanctæ Crucis, Monachos autem illos tunc vixiſſe ſub Regula S. Benedicti nemo dubitaverit; nemo etiam prudenter dixerit quod eam SS. Cæſarius Florentinuſve ſint profeſſi; quandonam vero ea ſit ab illorum ſucceſſoribus recepta, num ante vel poſt Conſtantinum Abbatem, quærant alii.*

6 *Fundamentum noſtræ de poſtrema migratione conjecturæ præbent Sammarthani, cum dicunt, quod apud Montis-majoris monaſterium hodieque habeatur* capella ſanctæ Crucis, *cum* vetuſta epigraphe, *in qua dicitur*, monaſterium à Carolo Magno renovatum poſt Sarracenorum excidia. *Mendoſam eſſe Epigraphen arguunt illi ex inſtrumento Manaſſis, tribus fere ſeculis recentius eſſe monaſterium Montis-majoris demonſtrante. Sed ſi ad urbanum ſanctæ Crucis monaſterium referas, quia vel ex eo allata, vel ejus memoriam conditores novi monaſterii voluerint ſervari, in titulo ſacelli ibidem erecti etiam poſt migrationem monachorum, minime fallax cenſeri debebit; & habebimus tempus corporis tranſlati ex Childebertini monaſterii ruderibus; eſto nunc ad ſanctam Crucem nulla ſuperſit notitia monachorum qui ibi fuerint; ſicut nec in urbe Arelatenſi tota ſuperſunt veſtigia Childebertini illius monaſterii, quod tamen in ea fuiſſe conſtat. Annales Francorum referunt paſſim Caroli de Saracenis Hiſpanis victorias ad annum* DCCLXXVII, *eoque videtur ſpectare Alcuini Epiſtola, à Malmesburienſi relata lib.* I *cap.*4, *quod* ejuſdem Chriſtianiſſimi Regis Duces & Tribuni multam partem Hiſpaniæ tulerunt à Saracenis, quaſi trecenta millia in longum per maritima: *alioqui ante annos fere quadraginta Carolus Martellus, Magni avus, exciderat Saracenos Galliæ incumbentes.*

prius in S. Crucis ab an. circiter 800 *morati.*

Sauſſaji hallucinationes.

7 *Iam quod auctorem Epitaphii attinet, is ſeipſum haud obſcure videtur* Januarinum *appellare, ſculptorem* Tantillum; *tertio autem loco commendare* Hilarianum, *ut* benignum monachum, *id eſt, benignitate eximium, velut ab utroque diverſum, licet ab aliis cum ſculptore confuſum, forte quia Abbati Conſtantino in monaſterii regimine proximus gradu, multum contulit ad fabricam ſepulcri prædicti. Hoc unum ſi excipias, conſiſtunt & cum Epitaphio congruunt omnia, quæ in Proprio Arelatenſi leguntur. Ab eo autem & à veritate longius & pluries abit Sauſſayus, quando ſcripſit, quod* S. Florentinus, *S. Cæſarii diſcipulus in veteri Arelatenſi monaſterio, & quidem ſub S. Benedicti Regula, ab eodem conſtitutus ſit Præfectus in novo, quod ille conſtruxerat, ſanctæ Crucis monaſterio; deinde vetus monaſterium rexerit, in quo mortuus ac ſepultus anno poſt obitum trigeſimo tertio, revectus ſit ad cœnobium ſanctæ Crucis; quæ prolixe ad* XII *Aprilis deducta piget referre verbotenus, quamvis eleganti ac florida periodo aures impleant; cum Epitaphii ſtylus nullo modo poſſit ad ſeculum* VI *referri.*

B C D E

DE S. HOSPITIO RECLUSO

D. P.

NICÆÆ IN PROVINCIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus cultu, titulo Abbatis, patria an Ægyptus?

CIRCA DLXXX.

Nicæa, *urbs ampla eſt cum portu capaci & arce munitiſſima, in ora maris Mediterranei, duobus milliaribus ab oſtiis Vari fluminis ac limite Italiæ & Galliæ, vulgo* Nice de Provence, *quia olim fuit ſub Comitibus Provinciæ, à quibus tranſlata eſt ad Duces Sabaudiæ cum Comitatu ſui nominis. Haud procul ab urbe hac floruit ſeculo Chriſti ſexto* S. Hoſpitius Recluſus, *auſteritate vitæ, gratia miraculorum, ac dono prophetiæ clarus; cujus* Vitam à multis fuiſſe conſcriptam ſe audiviſſe *teſtatur Gregorius Turonenſis lib.*6 *Hiſtoriæ Francorum cap.*6, *ubi præcipuas ejus virtutes ac pium obitum deſcribit, & ex illo Paulus Warnefridus lib.*3 *de Geſtis Longobardorum cap.* 1. *Idem Gregorius lib. de Gloria Confeſſorum cap.*97, *narrat miraculum, quod occaſione pulveris de ſepulcro ejus ſumpti fuit patratum. Quæ & nos hic ſubjungimus. Mortuus eſt* S. Hoſpitius *circa annum* DLXXX *aut ſequentem, quo refertur in Chronico Sigeberti. Ejus ſepulturæ adfuit Auſtadius Epiſcopus Nicæenſis, cujus deceſſor Magnus ut Epiſcopus Cemelenſis ſubſcripſit Arelatenſi* V *Concilio anno* DLIV, *ſub quo Nicæa & Cemela jam deſtructa unius Epiſcopi regimini anno* DLXV *commendatæ fuerunt. Auſtadio in Catalogis omiſſo ſucceſſit Catulinus, qui anno* DLXXXV *ſubſtitutum miſit ad Matiſconenſe Concilium II. Poſt Catulinum rexit dictam Eccleſiam S. Siagrius; cujus Acta infra die* XXIII *Maji damus.*

Tempus vitæ.

Acta unde edita.

C

Sepultura per Auſtadium Ep. Nicæenſem.

2 *Memoria* S. Hoſpitii *inſcripta eſt hodiernis Martyrologii Romani tabulis ad hunc* XXI *Maji hac phraſi:* Niciæ in Gallia S. Hoſpitii Confeſſoris, virtute abſtinentiæ & prophetiæ ſpiritu inſignis. *Eumdem dicto die referunt Grevenus & Molanus in Additionibus ad Vſuardum, Maurolycus, Felicius, Caniſius, Galeſinius, & longiore encomio Ferrarius in Catalogo Sanctorum, Sauſſajus in Martyrologio Gallicano, & Petrus de Natalibus lib.*5 *Catalogi cap.*27, *enormi mendo quod Maurolycus transcripſit,* Nuceriam *Neapolitani regni urbem pro* Nicæa *Provinciæ ſubſtituens. Memoratur in Martyrologiis monaſticis Wionis, Dorganii, Menardi Bucelini. Verum Mabillon in Seculo primo Benedictino retulit inter Sanctos prætermiſſos. Baronius in Notis addit,* Venerandum ejus corpus dici in eccleſia Cathedrali Nicæenſi adſervari, colique die decima quinta Octobris: *ad quem diem longiſſimo eum colit Elogio Sauſſajus. R. D. Petrus Ioffredus, Sacerdos Nicienſis, in opere cui titulus, Nicæa civitas ſacris monumentis illuſtrata, excuſo Taurini ſub annum* 1658, *Parte* I *quæ eſt de viris ſanctis & pietate illuſtribus tit.*10, *proponit vitam* S. Hoſpitii, *atque ſub finem addit, quod* in eccleſia S. Mariæ, per multa ſecula ſunt ſervata ſacra S. Hoſpitii lipſana, incluſa decenti capſula; licet modo aliqua ejus parte tam eccleſia Cathedralis S. Reparatæ, quam eccleſiæ parochiales Villæ-liberæ, & Turbiæ, aliæque per diœceſim gaudeant. *Præterea in Annotationibus docet, in antiquiſſimo, quod archivium ejuſdem Cathedralis ſervat, Kalendario, ad* XV Octobris *notari nomen* Hoſpitii Abbatis: *quodque* in loco Villæ-liberæ, ubi dicta die jam pridem feſtus ejus dies colitur, Sacerdotes Miſſam de Abbate, & non de Confeſſore tantum, celebrant.

Cultus ſacer 21 *Maji*

& 15 Oct.

F

cum titulo Abbatis.

3 *Locum ipſum hoc modo idem Petrus Ioffredi deſcribit:* Peninſula eſt tribus circiter paſſuum millibus diſſita à civitate Nicæa, prope Herculei ſeu Villæ-liberæ portus fauces ad plagam Orientalem, à mora quam ibi S. Hoſpitius traxit corrupto vulgariter vocabulo dicta San Soſpir, ubi adhuc extant monaſterii rudera, à quibus in peninſila ſummitate multis paſſibus ſejuncta ſtabat turris, *intra quam Recluſus vixit. Sed hujus turris templique ibidem* S. Hoſpitio *fundati rudera, ſolo dejecta fuiſſe dicuntur, in ædificatione arcis, iſtic conſtrui juſſa à Sereniſſimo Victore Amedeo Sabaudiæ Duce, ut indicant Annotata, adeoque intra annum*

Locus recluſionis ejus.

A annum MDCXXX & XXXVII, *quibus ille dominatus eſt. Aſt vero* prope locum monaſterii ſucceſſu temporis, *ut eadem Annotata docent*, ædificata eſt eccleſiæ S. Joannis Baptiſtæ, in antiquis monumentis dicta eccleſia S. Joannis de Olivo, quam circa annum Domini MLXX, cum jam monachis deſtitutus eſſet locus, Langerius Roſtagni, Nicienſis, redditibus à patre ſuo Roſtagno auctam, remiſit Archinbaldo Epiſcopo Nicienſi: qui paulo poſt, anno ſcilicet MLXXVIII eamdem ceſſit monachis S. Pontii & Elrardo Abbati, conſentientibus Canonicis.

& monaſterii.

An hujus ille fundator & Abbas?

4 *Prædicti porro monaſterii, in quo Lerinenſium Regulam ætate* S. Hoſpitii *viguiſſe cenſet Petrus Ioffredi, idem æſtimat Fundatorem & Abbatem ipſum S. Hoſpitium fuiſſe: ſed hujus aſſerti, quoad primam quidem partem, nullum profert fundamentum: pro ſecunda facere putat Turonenſem, eo quod moniti ab eo de fuga monachi*, Patris *nomine eum appellent. Eidem expreſſius favet Paulus: ubi enim Turonenſis ſolum ponit*, Monachis; *ille ſcribit*, Monachis ſuis: *& Longobardus, quem Turonenſis ait* in eodem loco converſum tonſurato capite monachum haberi; *eum, inquit ipſe*, S. Hoſpitius tonſurato capite monachum fecit: *quod Abbatis erat.* In omnibus *quoque* antiquis picturis S. Hoſpitius non alio quam Abbatiali habitu inſignitus exprimitur, & non Solitarius tantum, ut expreſſit P. Aloyſius Inglans. Videatur S. Hoſpitii antiqua effigies, quæ eſt in primario altari eccleſiæ Parochialis S. Michaelis Villæliberæ; & quæ viſitur Niciæ in templo Prædicatorum, in altari dicato eidem Archangelo Michaeli; ubi conſpiciuntur ex parte dextera S. Antonius, & ex leva S. Hoſpitius Abbates; pingiturque inferius S. Hoſpitius, monachorum ſuorum Capitulum celebrans. Aliam ſimiliter infulatam S. Hoſpitii effigiem coli in ejus propria eccleſia campeſtri, quæ eſt prope caſtrum Bauſſoni (& idem alibi animadverti per diœceſim) retulerunt teſtes omni exceptione majores. *Ita Petrus Ioffredi: quæ referre volui, non tam ut affirmetur* S. Hoſpitius *monachorum vere fuiſſe Superior, licet id ferat traditio, aliud forte fundamentum non habens, quam Ægyptiorum Monachorum conſuetudinem*, Seniores *ſuos vocantium* Patres *atque* Abbates; *quam ut intelligatur per plures eccleſias, ubi ejuſmodi imagines, & quidem ex uſu recentiori infulatæ, conſpiciuntur, diffuſum fuiſſe cultum* S. Hoſpitii.

Ejuſdem alibi imagines in eccleſiis.

B

Videtur in Ægypto prius monachus fuiſſe

C

5 *Ægyptii autem inſtituti & monachos &* S. Hoſpitium *fuiſſe, imo ipſummet in Ægypto factum primo monachum indeque illuc advectum, ſuadet uſus* radicum Ægyptiarum in diebus Quadrageſimæ, exhibentibus ſibi illas negotiatoribus, *ut ait Turonenſis. Quare non magni facio, quod, juxta Petrum*, Niceæ civitatis creditur fuiſſe indigena. *Minoris etiam faciendum, quod in Vita Gallica, quam in prædicta arcis archivo repertam Capucinus quidam miſit Conſulibus San-Torpeenſibus, idem Sanctus dicatur ad calcem fuiſſe* filius Jacobi & Maximillæ, Chriſtianorum ex loco S. Torpetis: *de quo loco multis actum ad hujus Acta* XVII *Maji. Quod enim ſic à recentioribus ſcriptoribus abſque idoneâ antiquitatis auctoritate leviter aſſeritur, prudenter repudiatur, æque ac Aymati Flacci in hiſtoria S. Antonii figmentum de eodem S. Antonio, quod fuerit* Britæ ſeu Guittæ Abintimilienſis filius, *licet hoc ſequantur Bonfinius, Vghellus, Raynaudus, aliique apud Oldoinum noſtrum in Athenæo Liguſtico. Porro ex Ægypto ad haſce partes attraxiſſe non nullos potuit fama diſcipulorum S. Caſſiani, condito prope Maſſiliam S. Victoris monaſterio clari, notique etiam in Ægypto, ubi ſeptennium egerat, per libros Collationum Græce tranſlatos. Sic* S. Ampelius *Eremita Ægyptius (qui colitur Genuæ* IV *Octobris & creditur eſſe Apellen, in Vitis Patrum à Ruſino collectis lib.* 2 *cap.* 5 *laudatus) anachoreſin elegit in Liguſtico littore. Idem fortaſis accidit illi* S. Antonio, *qui eadem in ora inter Lucam & Piſas eremiticam vitam*

ſicut S. Ampelius

coluit; quamvis longe antea eum vixiſſe credi fecerint fabuloſa S. Torpetis Acta, quod conſiderari poterit in retractando Aprili, ad XXVII *quo colitur. Si enim hic ſeculo* V *aut* VI *vixiſſet, poſſet etiam per conjecturam dici Abintimilii natus, formam vivendi in Ægypto acceptam inde in Italiam retuliſſe, & coævus fuiſſe* S. Hoſpitio, *ut proinde cum illo pariter cœperit nominari, licet perperam cum Magno Antonio confuſus.*

AUCTORE D. P. *& forte etiã S. Antonius qui Lucæ colitur.*

VITÆ EPITOME

Auctore S. Gregorio Epiſcopo Turonenſi.

In magna auſteritate vivens,

1 FUit autem apud urbem Nicenſem eo tempore Hoſpitius recluſus, magnæ abſtinentiæ, qui conſtrictus catenis ad purum corpus ferreis, indutus deſuper cilicio, nihil aliud quam purum panem ſumebat cum paucis dactylis. In diebus autem Quadrageſimæ de radicibus herbarum Ægyptiarum, quibus Eremitæ utuntur, exhibentibus ſibi illas negotiatoribus, alebatur. Et primum quidem jus, in quo coctæ erant, hauriens, ipſas ſumebat in poſterum. Magnas autem per eum Dominus virtutes dignatus eſt operari. Nam quodam tempore, revelante ſibi Spiritu ſancto, adventum Longobardorum in Gallias hoc modo prædixit: Venient, inquit, Longobardi in Gallias, & devaſtabunt civitates ſeptem, eo quod increverit malitia Gallorum in conſpectu Domini: quia nullus eſt intelligens, nullus eſt qui faciat bonum, ut ira Dei placetur. Eſt enim omnis populus infidelis, perjuriis deditus, furtis obnoxius, in homicidiis promptus, à quibus nullus juſtitiæ fructus ullatenus gliſcit: non decimæ dantur, non pauper alitur, non tegitur nudus, non peregrinus hoſpitio recipitur, aut cibo ſufficiente ſatiatur: ideo hæc plaga ſuperveniet. Nunc autem dico vobis: congerite omnem ſubſtantiam veſtram intra murorum ſepta, ne à Longobardis diripiatur, & vos ipſos firmiſſimis communite in locis. Hæc eo loquente, omnes obſtupefacti, & valedicentes, cum magna admiratione ad propria ſunt regreſſi. Monachis quoque dixit: Abſcedite & vos à loco, auferentes vobiſcum, quæ habetis. Ecce enim appropinquat gens, quam prædixi. Dicentibus autem illis: Non relinquemus te, ſanctiſſime Pater, ait: Nolite timere pro me; futurum eſt enim, ut inferant mihi injurias, ſed non nocebunt uſque ad mortem.

E

prædicit adventum Longobardorum:

F

à quibus ne occidatur

2 Diſcedentibus autem monachis, venit gens illa: & dum cuncta, quæ reperit, vaſtat, pervenit ad locum, ubi Sanctus Dei recluſus erat. At ille per feneſtram turris oſtendit ſe eis. Illi vero circumeuntes turrem, aditum, per quem ingrederentur ad eum, invenire non poterant. Tunc duo aſcendentes, detexerunt tectum, & videntes eum cinctum catenis, indutumque cilicio, dicunt: Hic malefactor eſt, & homicidium fecit: ideo in his ligaminibus vinctus tenetur. Vocatoque interprete, ſciſcitantur ab eo quid mali fecerit, ut tali ſupplicio arctaretur? At ille fatetur ſe homicidam eſſe, omniſque criminis reum. Tunc cum unus extraxiſſet gladium, ut caput ejus tolleret, dextera ejus in ipſo ictu ſuſpenſa diriguit, nec eam ad ſe potuit revocare: itaque gladium laxans, terræ dejecit. Hæc videntes ſocii ejus, clamorem in cælum dederunt, flagitantes à Sancto, ut quid agi oporteret, clementer inſinuaret: ipſe igitur impoſito ſalutis ſigno, brachium ſanitati reſtituit. Ille autem in eodem loco converſus, tonſurato capite, fideliſſimus monachus nunc habetur. Duo vero duces, qui Sanctum audierunt, incolumes patriæ redditi ſunt: qui vero contempſerunt præceptum

miraculo curatur.

EX GREG. TURON. ejus miſerabiliter in ipſa provincia ſunt defuncti. Multi autem ex ipſis, à dæmoniis correpti, clamabant: Cur nos, ſancte & beatiſſime, ſic crucias & incendis? Sed impoſita ipſis manu, ſanabat eos.

3 Poſt hæc homo erat Andegavenſis incola, qui per nimiam febrem loquelam pariter auditumque perdiderat, & cum à febre convaluiſſet, ſurdus permanebat ac mutus. Igitur Diaconus quidam ex provincia illa Romam directus eſt, ut beatorum Apoſtolorum pignora, vel reliquorum Sanctorum, qui urbem illam muniunt, exhiberet. *ſanat ſurdũ & mutum* Qui cum ad parentes infirmi illius perveniſſet, rogant ut eum ſibi comitem itineris ſumere dignaretur; confiſi, quod ſi beatiſſimorum Apoſtolorum adiret ſepulchra, protinus poſſet aſſequi medicinam. Euntibus autem illis, venerunt ad locum, ubi S. Hoſpitius habitabat: quo ſalutato ac deoſculato, cauſas itineris Diaconus pandit, ac proficiſci ſe Romam indicat, ſeſeque his, qui ſancto viro de naucleris amici eſſent, commendari depoſcit. Cumque ibi adhuc moraretur, ſenſit vir beatus per Spiritum, Domini adeſſe virtutem: & ait Diacono: Infirmum, qui comes tui nunc eſt itineris, rogo ut meis conſpectibus repræſentes. At ille nihil moratus, velociter ad metatum
B vadit, invenitque infirmum febre plenum, qui per nutum aures ſuas dare tinnitum indicabat; elevatum que duxit ad Sanctum Dei. At ille, apprehenſa manu cæſarie, attraxit caput illius in feneſtram: aſſumpto vero oleo benedictione ſanctificato, tenens manu ſiniſtra linguam ejus, ori verticique capitis infudit, dicens: In nomine Domini mei Jeſu Chriſti aperiantur aures tuæ, referetque os tuum virtus illa, quæ quondam ab homine ſurdo & muto noxium ejecit dæmonium. Et hæc dicens, interrogat nomen: ille vero clara voce ait: Sic dicor. Cum hæc vidiſſet Diaconus, ait: Gratias tibi immenſas refero, Chriſte, qui talia per ſervum tuum dignaris oſtendere. Quærebam Petrum, & quærebam Paulum, Laurentiumque, vel reliquos qui Romam proprio cruore illuſtrant: hic omnes reperi, hic cunctos inveni. Hæc eo cum maximo fletu & admiratione dicente, vir Dei omni intentione vanam vitans gloriam, ait: Sile, ſile, dilectiſſime frater: non hæc ego facio, ſed ille qui mundum ex nihilo condidit; qui pro nobis hominem ſuſcipiens, cæcis viſum, ſurdis auditum, mutis præſtat eloquium; qui leproſis cutem priſtinam, morruis vitam, & omnibus infirmis affluentem medicinam indulget. Tunc Dia-
C conus gaudens & valedicens, abſceſſit cum comitibus ſuis.

4 Quibus diſcedentibus, homo quidam Dominicus (uc enim erat viro nomen) à nativitate cæcus, *item cæcum* advenit ad iſtius miraculi veritarem probandam. Qui dum in monaſterio duobus aut tribus menſibus reſideret, orationi ac jejuniis vacans; tandem vocat eum ad ſe vir Dei, & ait: Vis recipere viſum? Cui ille: Voluntas, inquit, mea erat ignota cognoſcere: nam quæ ſit lux, ignoro: unum tantum ſcio, quod ab hominibus collaudatur; ego autem ab initio ætatis meæ videre non merui. Tunc cum oleo benedicto ſuper oculos ejus Crucem ſanctam faciens, ait; In nomine Jeſu Chriſti Redemptoris noſtri, aperiantur oculi tui. Et ſtatim aperti ſunt oculi ejus, & erat admirans cernenſque mirabilia Dei, quæ in hoc mundo videbat. De hinc mulier quædam, ut ipſa declamabat, tria habens dæmonia, ad eum adducta D *& dæmonia* eſt. Quam cum tactu ſacro benedixiſſet, atque ex *pellit e* oleo ſancto Crucem fronti ejus impoſuiſſet, ejectis dæmonibus, purgata diſceſſit. Sed & aliam puellam, à ſpiritu immundo vexatam, benedictione ſanavit.

5 Cum autem jam dies obitus ejus appropinquaret, vocavit ad ſe Præpoſitum monaſterii, dicens: *prædicit diẽ obitus;* exhibe ferramentum, & irrumpe parietem, & mitte nuntios ad Epiſcopum civitatis, ut veniat ad me ſepeliendum: die enim tertio ab hoc egredior mundo, & vado in requiem deſtinatam, quam mihi Dominus repromiſit. Hæc eo dicente, miſit Præpoſitus ad Epiſcopum civitatis Nicenſis, qui ei hæc nuntiarent. Poſt hæc Creſcens quidam venit ad feneſtram, & videns eum catenis vinctum, & vermibus plenum, ait: O Domine mi, qualiter tam valida tormenta tolerare potes? Cui ipſe ait: Confortat me ille, pro cujus nomine hæc patior. Dico autem tibi, quia *pie moritur:* jam abſoluor ab his vinculis, & vado in requiem meam. Adveniente autem die tertio, depoſuit catenas, quibus vinctus erat, & proſtravit ſe in orationem: & cum diutiſſime cum lacrymis oraſſet, collocans ſe ſuper ſcamnum, extenſis pedibus, ele- E vatiſque ad cælum manibus, gratias agens Deo, tradidit ſpiritum. Et ſtatim omnes vermes illi, qui ſanctos artus perforabant, evanuerunt. Adveniens autem Auſtodius Epiſcopus, beatum corpus ſtudioſiſſime ſepulturæ mandavit. Hæc omnia ab ejus ore cognovi, quem ſuperius mutum & ſurdum ab eo ſanatum expoſui: qui multa mihi & alia de ejus virtutibus narravit. Verum ea non recenſui, quia audivi vitam ejus à multis fuiſſe conſcriptam.

6 *Hactenus Gregorius Turonenſis lib. 3 Hiſt. cap. 6, in opere autem de Gloria Confeſſorum cap. 97 hæc inſuper habet:* Fuit in regione Nicenſi Hoſpitius, magnus Dei *Pulvis ſe-* famulus, qui multis virtutibus præditus, ab hoc *pulcri cum* mundo migravit. Cumque ſepeliretur, quidam *inſigni mi-* juxta ipſum ſepulchrum manum ponens, parum pul *raculo dela-* veris elevavit: quod in linteo involvens rudi, ſecum *tus Lerinã,* tulit. Progreſſuſque poſtride, navem, quæ Maſſiliam ire parabat, offendit in littore: ſed hic Lirinenſe monaſterium expetere cupiebat. Viri igitur, quorum erat navis, Judaica erant à ſtirpe progeniti: qua exiſtente cauſa, noluit vir indicare naucleris quæ ferebat. Denique poſtquam progreſſi contra Lirinenſe monaſterium devenerunt, navis in medio pelagi reſtitit; flantibuſque ventis nulla movetur F in parte. Stupentibus vero Judæis, quid hoc eſſet? homo ille veritatem aperuit, dicens: Reliquias B. Hoſpitii mecum habeo, & nunc Lirinum adire deſidero: quod vobis indicare metui: nunc autem ſcio, quia ejus virtute retinetur navis veſtra, nec hinc moveri prorſus poterit, niſi conſenſum illuc præbeatis, quo ego ire diſpoſui. Quod audientes viri, ſtupore permoti, mutatis velis, flante vento ſecundo, jam viro in inſula Lirinenſi depoſito, quo voluerunt, libere abierunt. *Et Addit Petrus Ioffredi:* Monachi autem Lirinenſes, pulverem illum ex S. Hoſpitii tumulo læti ſuſcipientes, inter ceteras Sanctorum Reliquias repoſuerunt: unde, inter alios ejus monaſterii Tutelares, conſueverunt nomen S. Hoſpitii frequentare.

DE S. MAVRELIO PRESBYTERO

IN DIOECESI GALLIARVM TRECENSI. G. H.

SYLLOGE HISTORICA

De ejus morte, tranſlatione ac cultu.

SEC. VI.

S*Anctus Leo, Abbas Mentuniacenſis cœnobii, duabus ab urbe Trecenſi leucis diſſiti, uti diximus ad hujus Vitam* XXV *Aprilis, ab apparentibus Sanctis Epiſcopis Hilario, Martino, & Aniano de inſtante morte monitus, ut certius crederet, hoc accepit reſponſum:* Vir venerabilis Maurelius Presbyter, ab hac luce præreptus, migravit ad Dominum. Igitur ſecunda die primo diluculo ſurge, & cum ea laude, qua dignus eſt, ſepeli eum in baſilica S. Urſionis. Tunc ille pergens velociter, quod ei dictum fuerat, fideliter adimplevit. *Hæc ibi. Nicolaus Des-Guerrois de Sanctis Trecenſibus aſſerit dictam* S. Urſionis

Mors cælitus indicata S. Leoni.

B *baſilicam, ab urbe Trecenſi verſus Meridiem duabus leucis diſſitam, fuiſſe prope Ozam rivum in loco qui* Inſula *& in mappis Geographicis* Iſle *dicitur, Marchionatus titulo hoc tempore honoratus: cujus eccleſiæ Patronus, cum jure præſentandi Parochum, eſt Abbas Moliſmenſis: eo quod S. Robertus, Abbas Moliſmenſis & Fundator Ordinis Ciſtercienſis, ibidem Prioratum condiderit, in locum deſtructi monaſterii, quod olim ibi fuerat, & in quo* S. Maurelius *creditur vixiſſe. Corpora* SS. Urſionis & Maurelii *eidem arcæ incluſa, fuerunt tranſlata ad monaſterium Cellenſe S. Frodoberti Abbatis, de quo egimus ad hujus Vitam die* VIII *Ianuarii, & feſtum tranſlationis celebratur* XXIX *Aprilis: ad quem diem in Martyrologio Cellenſi S. Petri iſta leguntur:* Tranſlatio SS. Urſionis & Maurelii Confeſſorum, de villa quæ dicitur Inſula, ad monaſterium S. Petri, quod vocatur Inſula Germanica. *Celebrantur iidem Sancti in Ms. Martyrologio Ordinis Carmelitani, item in alio Coloniæ & Lubecæ ſub annum* MCCCCXC *excuſo, in Auctario Greveni ad Vſuardum, & in margine Florarii Ms. Ex his proprium diem habet* S. Urſio XXIX *Septembris: at* S. Maurelius *hunc* XXI *Maji, ad quem in Martyrologiis Cellenſi S. Petri, & Trecenſi S. Lupi, aliiſque iſta leguntur:* Trecas, in loco qui dicitur Inſula Germanica, S. Maurelii Confeſſoris: *ubi mallet Des Guerrois ſolum* Inſula *legi, ut prior locus, in quo ex hac vita deceſſit, melius indicaretur. In ſupradicto Martyrologio Coloniæ & Lubecæ excuſo, Auctario Greveni & Ms. Florario, nec non apud Maurolycum, Ferrarium & alios, iſta ſolum habentur:* Trecas S. Maurilii Confeſſoris. *Sauſſajus in Martyrologio Gallicano iſta ſcribit:* Trecis S Maurelii Presbyteri, Monachi & Confeſſoris: cujus vita magnis pietatis exemplis, mors divinæ clarificationis emicuit teſtimoniis. *Vtrumque Sanctum* Urſionem & Maurelium *ſuis Martyrologiis Benedictinis inſcribunt Menardus & Bucelinus; ſed reclamat Des-Guerrois, aſſerens ſe agentem cum Menardo, demonſtraſſe, citius vixiſſe quam ut potuerint eſſe Ordinis S. Benedicti: quod idem de* S. Urſione *obſervat Carolus le Cointe in Annalibus Eccleſiaſticis Francorum ad an.* 525, *num.* 13. *Menardus in Notis fatetur* non adeo certum, an fuerit Benedictinus, *aſſeritque* vixiſſe circa annum quingenteſimum quinquageſimum primum.

Corpora SS. Vrſionis & Maurelii tranſlata, cultus 29 Aprilis

An fuerit Benedictinus.

DE SANCTO ELEVTHERIO,

THEATE IN APRVTIO ITALIÆ PROVINCIA. D. P.

SYLLOGE HISTORICA

De ejus corpore, inventione, & tranſlatione.

XXI MAII

P*Rope* Theatinam *civitatem, quam anno* MDXXXIX *Clemens Papa VII Archiepiſcopalis dignitatis prærogativa ornavit, ipſoque in pomœrio urbis, eſt monaſterium* S. Mariæ de Civitellis, *circa annum* MCCLXXXXV *fundatum monachis Benedictinis Congregationis Cæleſtinorum, religione & diſciplina florens uſque hodie, quemadmodum Doctor Hieronymus Nicolinus Theatinus in Hiſtoria patriæ ſuæ docet lib.* 3 *cap.* 2, *Italice edita Neapoli anno* 1657. *Hic Cæſar Buſdragus, in numero Archiepiſcoporum octavus, ab Alexana Eccleſia tranſlatus* XI *Auguſti* MDLXXX, *nuper repertum* S. Eleutherii *cujuſdam corpus honorificentius recondidit. Repertum autem fuerat quatuor menſibus ante evectionem ejus, cum hujuſmodi chartula:* Hic corpus S. Eleutherii eſt depoſitum, per Reginam Joannam, tempore Fratris Petri Eremitæ: *& quia in vetri Theatinæ Eccleſiæ Kalendario, ad diem* XXI *Maji invenitur* S. Eleutherii *nomen, abſque alia gradus conditioniſque explicatione, judicatum haud inſulſe fuit, ipſum eſſe cujus corpus antiquitus à Theatinis veneratum, tandemque in hanc tranſlatum eccleſiam, denuo venerat in oblivionem.*

Apud Cæleſtinos corpus:

nomen hoc die in Kalendario.

2 *Non æque prudenter factum cenſet Vghellus, quod eumdem fuiſſe Epiſcopum urbis cenſuerint aliqui, cum nequidem addatur titulus* Epiſcopi, *qui tamen in aliis nonnullis, æque ignoti temporis Sanctis, eidem Kalendario inſcriptis, additur. Illos tamen ſeu confectas ab iis recentiores tabulas ſecutus Ferrarius, in Catalogo generali Sanctorum Romano Martyrologio deficientium anni* 1625, *expreſſo perperam nomine, notavit* Helterium *ſive* Eltherium Epiſcopum Teatæ, *cujus Acta deſiderentur. In Florario etiam Ms. noſtro idem titulus* Epiſcopi *additur hoc modo:* In Apulia S. Eleutherii E. & M. ſub Hadriano Principe an. ſal. 119. *Sed apparet hoc addito, confuſum eſſe cum illo, de quo ibidem ad* XVIII *Aprilis legitur:* Apud Meſſanam civitatem Apuliæ Sanctorum Martyrum Eleutherii Epiſcopi & Anthiæ Matris ſub Hadriano Principe an. ſal. 119. *De illis tunc egimus, & errores hic implexos alioſque deteximus: nunc autem monemus,* Eleutherii, Epiſcopi Æcanenſis, *non* Meſſanenſis, *Romæ paſſi corpus, partim Conſtantinopolim tranſlatum fuiſſe, partim* Reate *in Vmbria honorari. Quod ſi non conſtaret integrum corpus* Theate *repertum, merito ſuſpicaremur aliquam in nomine loci ſcribendo*

An Epiſcopus fuerit?

AUCTORE D. P.

bendo confusionem scriptoribus obrepsisse. Nunc cessante omni id suspicandi causa, consequens sit, quod Florarii auctor videri possit, aut etiam debeat, ad nudum Eleutherii *nomen, hoc die repertum, cetera omnia ex Aprili accepisse. Ex quo die meminisse etiam lectorem volo, de* Æcanensi *illius Eleutherii* in Apulia *Episcopatu egisse me, ne forte propter nomen* Apuliæ, *aliquando etiam ad* Aprutios *extensum, dubitet aliquis, num ab eo qui hodie colitur ad istum translatus sit talis Sedis titulus.*

3 *Vt est, Translationis à se factæ memoriam Archiepiscopus Cæsar dimisit ad posteros, sub hac formula. ab Vghello relato Tomo 3 Italiæ sacræ col. 933. impresso sub annum* 1659: Hic corporis S. Eleutherii requiescunt ossa, olim per Reginam Joannam, tempore Fratris Petri Eremitæ, in altari de domo Brigantia, in hac ecclesia sistenti, in quadam capsula (ut in quadam parva chartula, in ipsa capsula inventa, scriptum erat) per Illustriss. & Reverendiss. D. Cæsarem Busdragum Lucensem, Archiepiscopum & Comitem Theatinum, die XXVI Decembris, existente in hoc monasterio Priore Fr. Joanne Andrea Valenzano, inventa in hac capsa die XI Martii anni MDLXXX, recondita per dictum Illustrissimum Dominum, qui dictum corpus dictis diebus (*Translationis scilicet & Inventionis*) cujuslibet anni visitantibus, quadraginta dies de vera indulgentia concessit pro qualibet vice. *Neque dubium quin postea, quando decretum fuit festum præcipuum velut ex antiquo ritu agendum* XXI *Maji, eodem extensa sit eadem aut major etiam Indulgentia, ab Romano Pontifice petita & impetrata.* Joanna Regina, *cujus hic fit mentio, videtur esse hujus nominis prima, quæ varia fama & fortuna regnavit ab anno* MCCCXLIII *ad* MCCCLXXXVI, *à quo usque ad tempus* Joannæ *alterius,* D *aliis* Joanellæ *dictæ, plusquam* XXXIII *anni fluxere. Si quis invenerit certi quidpiam de* Petro Eremita, *qui vel Abbas vel Prior loco præfuisse videtur, poterit certius etiam de tempore prioris translationis judicare.*

Inventio II *Martii, Translatio 26 Decemb.* 1580

B

4 Jacet nunc venerabile istud depositum (*uti scribit Nicolinus*) in capella Canonici D. Joannis Bernardini de Sanctis, Theatini, intra capsam ex ligno inauratam, cujus ampliora latera duo per transparentes crystallos sacrum corpus spectandum exhibent; breviora duo ad caput ac pedes, depictam referunt sancti imaginem, mitratam velut Episcopi. Cum autem multis ab hinc annis Theate venisset D. Jacobus de Neapoli, Abbas Corropolitanus in Aprutio; favore D. Antonii Casole de Galliano, tunc Abbate conventus Theatini, obtinuit os unum hujus Sancti, Salernitanæ civitati donandum: cui recipiendo, cum elegantem statuam conficiendam Neapoli curasset, eidem obviam cum Clero suo progressus est Archiepiscopus Cardinalis Sanseverinus: quanta autem ibidem miracula operetur Sanctus pie invocatus, palam omnibus est & testantur Salernitani. *De istis si quid inde acceperimus, eo hic apponemus libentius, quanto minus speramus consequi notitias relatis vetustiores.* Lucius Sanseverinus, *à Rossanensi Archiepiscopatu ad Salernitanum translatus anno* MDCXII, *Cardinalitia Purpura à Gregorio* XV *ornatus fuit anno* MDCXXII; *electoque post Gregorii mortem Vrbano VIII die* VI *Augusti anni sequentis, reversus Salernum. eodem ipso anno obiit* XXV *Decembris: unde constare posset de anno prædicta Translationis, nisi dubium foret utrum ea facta non sit, prius quam Romam ad Galerum evocaretur Lucius.*

os unum translatum Salernum,

ibidem miraculis claret.

E

DE S. ITISBERGA VIRGINE

G. H.

YBERGHÆ IN ARTESIA.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

De ejus cultu ætate, genere, discussa dubia, refutata apocrypha.

CIRCA DCCC.

C

Cultus antiquus,

YBerghe *parochia seu vicus Morinorum, in confiniis hodiernæ Artesiæ & Flandriæ Occidentalis haud procul à Lisa fluvio, inter Aëriam & oppidum S. Venantii, gaudet patrocinio* S. Itisbergæ, *quæ* Ariæ & in dicto vico, ob ingentem advenarum concursationem, beneficia affecto corpori percipientium, apprime colitur, *teste Iacobo Malbranco lib. 5. de Morinis cap. 4. Hic litteris ex ipsa Aria, ubi diu vixit, ad nos missis, indicavit,* ab omni memoria & traditione constare primævum marmor, in quo primo condita est, numquam illo loco semotum aut translatum fuisse, unde cum anno MDCXXXVI Episcopus Audomarensis (*is erat Christophorus de France*) corpus ipsum in capsam novam transferret, miratus est tantam ossium post tot secula multitudinem. *Secula, inquam, fere novem, quia* S. Itisberga *traditur, ut infra dicetur, octavo Christi seculo floruisse; sed seculis duobus sequentibus, ob crudelem Normannorum incursionem, videntur antiqua rerum gestarum monumenta periisse. Aliquam ejus Vitam nacti sumus ex Ms Lectionario pagi Yberghe descriptam, & in tres Lectiones distributam. Verum quisquis auctor fuerit, satis imperitus antiquitatum, ex vulgi rumore videtur collegisse, quæ obtrusit, non satis digna ut huic operi inserantur. Extat etiam aliqua vitæ relatio Gallice à Ioanne Offanio, Pastore Ecclesiæ* S. Itisbergæ *anno* MDCXXIX *vulgata; qui eam non* Itisbergam *sed* Isbergam *appellat, ejusque exemplo* Ysbergam *vocat Malbrancus: asseruntque ambo* pago ab hac Sancta illud nomen obtigisse, cum prius locus ipse, in monte situs, à Divo Petro templi Præside Theutonice Petersberg audiebat: ubi vero præclara Virginis increbuere beneficia & miracula, non ad Petersbergam sed Gislebergam advenæ itare se dixerunt. *Quorsum velint illi potius* Gislebergam *dici, quam* Itisbergam *sive* Isbergam, *mox patebit. Interim Mappæ geographicæ, quotquot locum repræsentant,* Iberghe *nuncupant. Vestigium prioris nominis inde eruunt, quod Apostolo Petro princeps ejus loci altare adhuc sit dicatum. Addit dictus Offanius, solitam* S. Itisbergam *Teroanæ Morinorum, antequam urbs illa destrueretur, festo duplici majore celebrari, idque ex Breviario liquere. Habemus nos antiqua Breviaria Ecclesiarum Morinensis & Audomaropolitanæ, quorum prius excusum est anno* MDXLII, *posterius anno* MDXVIII, *sed absque mentione* S. Itisbergæ. *Verum videntur intelligi particularia diœcesis collegia Canonicorum, monasteria, parochialesque Ecclesiæ, in quibus asserit etiamnum illius festum celebrari.*

F

ossa in novâ capsâm anno 1636 *translata:*

Officium in Breviariis.

Vita Ms. non satis solida:

alia Gallice edita.

2 *Porro ad* S. Itisbergæ *venerationem fideliumque pietatem augendam, erecta istic jam olim piorum hominum sodalitas est, quæ his fere legibus tenetur.* Sodalitatem Pastor regito & Præpositus: hic à duodecim senioribus nominator: annuus magistratus esto, saltem ultra biennium ne prorogator. Præcipuis Christi ac Deiparæ Virginis festis, omnium Sanctorum, & SS. Itisbergæ & Venantii aut intra horum Octavas; prima

erectæ Sodalitatis leges,

A prima prætereа menſis cujuſque Dominica ſi commode poſſunt, peccata confeſſi, ſacra ſynaxi Sodales reficiuntor. Vitam S. Itisbergæ ſinguli quotannis legunto audjuntove: at ſingulis hebdomadis Roſarium S. Itisbergæ legunto. Eſt id illi ſimile, quod Deiparæ Virgini recitatur, ſed pro Angelica ſalutatione hæc dicuntur: S. Itisberga, ſponſa Chriſti, ora pro nobis peccatoribus &c. Mane ac veſpere ter orationem Dominicam atque Angelicam ſalutationem ſemelque ſymbolum Apoſtolorum pervolvunto. Si quem febris aliave ægritudo corripuit, ceteri pro eo Roſarium S. Itisbergæ legunto, aut ſi commodum eſt, ejus eccleſiam precationis gratia adeunto. Prima cujuſque menſis Dominica ſacrum ac ſupplicatio celebrator, labarum S. Itisbergæ imagine inſigne Præpoſitus geſtato, tædas utrimque ſeniores Sodales duo. Omni Dominica mane ſacrum ſolenne ad honorem Sanctæ pro Sodalium incolumitate canitor. Poſt Octavam S. Itisbergæ piaculare ſacrum pro defunctis Sodalibus offertor. Singulis Sodalibus exequiæ ſacrumque funebre impenditor, præſertim ſi id potuerint, ipſique aut hæredes quidpiam ad ſarta tecta templi conſervanda ornandave contulerint. Sumptus ad rei divinæ procurationem
B è Sodalitatis ærario ſumitor. Ærario præfectus eleemoſynas piaque legata accurato: rationem minimum quotannis coram Paſtore, Præpoſito & duobus ſenioribus redditoinec hoc in conventum ullum remve aliam, præterquam in eccleſiæ altariumve cultum aut pauperum ſubſidium erogator, cum Deo ſaceri ſint nummi. Urbanus VIII Pontifex Maximus anno MDCXXIX, Pontificatus ſui VI, die IV Januarii has leges probavit, ac Sodalibus Indulgentias ampliſſimas conceſſit: plenarias quidem in hora mortis, ſi pie nomen Jeſu voce aut mente pronuntiarint; cum peccata prius confeſſi ac ſacroſancto Chriſti corpore paſti, Sodalitati nomen dederint; & cum feſto S. Itisbergæ ejus templum viſitarint, atque iſthic pro Eccleſiæ incolumitate Deum fuerint deprecati, quod & non Sodalibus idem obeuntibus exercitium pietatis eo die indulgetur. Septem annorum totidemque quadragenarum indulgentiam conſequentur Sodales, ſi diebus Pentecoſtes, Omnium Sanctorum, Annuntiationis, Aſſumptioniſque Deiparæ, confeſſione expiatis peccatis ſumptaque Euchariſtia, eamdem eccleſiam adierint, preces pro pace Principum Chriſtianorum, exaltatione Eccleſiæ, hæreſium extirpatione fuderint. Sexaginta dietum, qui
C Miſſæ diviniſque officiis in eadem baſilica interfuerint, aut ſupplicationi, concioni, publicis privatiſque conventibus; qui pauperem hoſpitio exceperint, diſſidentes reconciliarint, corpora Sodalium aut quorumvis fidelium ad ſepulturam, vel auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, cum ad ægros defertur, proſecuti fuerint; aut ſi eis fas non eſt, orationem Dominicam & Angelicam ſalutationem pro ſalute fidelium legerint, aut cum plus otii eſt quinies dictam orationem & ſalutationem pro vita functorum Sodalium animabus recitarint; qui errantes in viam veritatis reduxerint, rudes docuerint Dei & Eccleſiæ præcepta; qui opus aliquod pietatis, caritatis alteriuſve virtutis obierint. *Hactenus leges & privilegia Sodalitatis, quæ fuſius Gallice deducit Offanius.*

ab Vrbano VIII approbata cum Indulgentiis.

3 *At quibus* S. Itisberga *parentibus prognata fuerit, ita indicat loco ſupra citato Malbrancus:* Hactenus Arienſium lectionaria, membranæ & chartæ ipſius eccleſiæ, item pictæ tabulæ, trecentorum annorum pene ſenium redolentes, continua horum tractuum traditio, cærulea indumenta auream liliorum ſeriem late præ ſe ferentia, Pippini Regis & Berthæ filiam indubie proclamarunt. *Eodem modo ad hunc diem* S. Itisberga *Virgo*, filia Pippini Regis, ſoror Caroli

traditur Itisberga filia Pippini Regis & Bertha.

Magni, miraculis clara, *celebratur à Molano in Indiculo & Natalibus Sanctorum Belgii, Miræo in Faſtis Belgicis, à Wione, Dorganio, Menardo & Bucelino in Martyrologiis monaſticis, & paſſim ab aliis. Interim idem Miræus in Chronico Belgico, plurimis poſt Faſtos Belgicos annis edito, pag.158 iſta ſcribit:* Pippinus Rex ex Bertha conjuge liberos ſuſtulit, Pippinum qui puer obiit, Carolum Magnum Imperatorem, Carolomannum Regem Burgundiæ & Provinciæ, Ægidium monachum in monte Soracte in Italia, & Giſilam Abbatiſſam. *Verum non adeo mirum, ſi* S. Itiſbergam *omiſerit, cum plures alias filias non indicarit. Nam Paulus Warnefridus, auctor fere coævus, teſtatur in Chronico Metenſi,* humatas Metis eſſe duas Regis Pippini filias, quarum una Rodthaid, altera Adelaid appellata eſt. *Wilthemius etiam in Annalibus Sanmaximianis adhuc Mss. lib.3 cap 1 & 3* Symphorianam & Adam *eruit ex Actis S. Maximini Trevirenſis & S. Simperti Auguſtani, quorum hic Pippini nepos fuerit filius* Symphorianæ, *iſte à dæmone liberaverit Cunipertum Pipini ſimiliter nepotem ex filia, utique* Ada, *monaſterii Sanmaximiani benefactrice notiſſima.* Ancilla Chriſti & Caroli Magni ſorore *nuncupata in ipſius loci monumentis. Quidni eodem modo* S. Itisberga *ejuſdem Pippini filia & ſoror Caroli cenſeatur, quam à reliquis diſtinctam agnoſcit Philippus Labbe in Tabulis genealogicis Domus Regiæ Francorum. Verum quod Eginardus in Vita Caroli Magni* XXVIII *Ianuarii num.24 non agnoverit niſi* Giſlam *ſororem Caroli Magni, præfati Malbrancus & Offanius,* S. Itisbergam *in baptiſmo opinati ſunt* Giſlam *ſive* Giſilam *appellatam, & parochiam* Iberge *primo* Petersbergam, *dein* Giſlibergam *dictam, ac prima littera ablata* Isbergam *ſive* Itisbergam. *Hoc autem nobis, rebus accurate diſcuſſis, modo non probatur. Verba Eginhardi ſunt iſta:* Erat Carolo unica ſoror, nomine Giſla, à puellaribus annis religioſæ converſationi mancipata, quam ſimiliter ut matrem magna coluit pietate, quæ etiam paucis ante obitum illius annis in eo in quo converſata eſt monaſterio deceſſit. *Hæc ibi, quibus addit Malbrancus:* Cum nullibi illud ſit reperire monaſterium, Ariæ ſteriſſe nobis fit exploratum è diplomate, cui S. Hunfridus ad annum DCCCLVI ſubſcribit, tamquam in oppido Morinicæ ſuæ diœceſi ſubjacente. Clauduntur tabulæ hiſce verbis: Actum Aria monaſterio. *Vitam S. Hunfredi dedimus* VIII *Martii, ſed integrum diploma non potuimus nanciſci. Sammarthani huic* Giſlæ *aſſignant* monaſterium S. Mariæ Sueſſionenſe, *de conſilio & conſenſu S. Drauſii Epiſcopi Sueſſionenſis, uti ad hujus Vitam die* V *Martii diximus, ab Ebroino ejuſque conjuge Lentrude conſtructum, & ex Schedis Domni Ildefonſi Vrayette monachi Benedictini Congregationis S. Mauri exhibent nomenclaturam Abbatiſſarum, inter quas ſexto loco nominatur,* Giſla filia Pippini Regis & ſoror Caroli Magni, *eadem ipſa, quam à* Conſtantino Imperatore conjugio filii ſui fuiſſe expetitam *ſcripſit Stephanus III Papa ad fratres ipſius Carolum & Carolomannum Reges anno* DCCLXX, *ubi etiam diſſuaſit ne* Deſiderii Regis Longobardorum filio in connubio copularetur. *Si ergo* Giſla *in monaſterio Sueſſionenſi fuit ſanctimonialis & Abbatiſſa, ibidem etiam teſte Eginharto deceſſit, & dicenda* unica ſoror, *quæ uſque ad obitum fere Caroli Magni vixerit, aliis ſororibus jam pridem vita functis, de quibus actum eſt* XIII *Ianuarii ad Vitam* B. *Godefridi Cappenbergenſis* §. 6.

AUCTORE G. H.

D

E

à qua videtur Giſla diverſa,

F

fuiſſe Abbatiſſa Sueſſionenſis.

4 *Cum anno hujus ſeculi quadrageſimo primo urbs Aria eſſet primo Francis dedita, atque ab Hiſpanis recepta, edita fuit aliqua harum obſidionum narratio: in qua cum eſſet facta mentio palatii à Pippino Rege ibidem conditi, iſta adduntur:* Excepit Pippini Regis in hanc urbem affectum Carolus filius, cui ob virtutem Magni cognomentum atque imperium acceſſit. Is ſororem ſuam Isbergam fraterno animo complexus, plurima

AUCTORE G. H.

Privilegia S. Itisbergæ à CaroloM. data.

ei intra extraque Ariam privilegia conceſſit. Ibidem quoque parentem Pippinum matremque Bertham defunctos condidit: quorum etiam nunc oſſa in Divi Petri templum ad chori ambitum delata. *Hinc curioſe inquiſitum de rei veritate. Nam Eginhartus in Vita Caroli Magni num.6 aſſerit* Pippinum apud Pariſios morbo aquæ intercutis diem obiiſſe. *Verum in Vita ejuſdem Caroli auctore incerto, & in annalibus Bertinianis, Metenſibus & aliis tomo 2 Cheſnæi de Scriptoribus Hiſtoriæ Francorum, iſta de obitu Pippini referuntur:* Pippinus Waifero interempto, cum triumpho Sanctonas reverſus eſt: ibique moram faciens per aliquot dies ægrotare cœpit. Indeque ad partes Turonorum revertendo perrexit, orationem ad S. Martinum fecit: & ad S. Dionyſium uſque pervenit, ibique diem obiens finivit VIII Kalendas Octobris. *Addunt Annales Metenſes:* Sepelieruntque eum glorioſi filii ſui in baſilica B. Dionyſii Martyris, ut ipſe voluit, cum ſummo honore. *Hæc ibi. Quantum amaverit Pippinus dictam S. Dionyſii eccleſiam & monaſterium, manifeſtant diplomata huic conceſſa, & relata à Iacobo Dubletio lib.3 Antiquitatum monaſterii Dionyſiani cap.5. Ejus autem ibi ſepulti adhuc monumentum oſtendi teſtantur Claudius Malingræus & Iacobus Brulius in Antiquitatibus Pariſienſibus, indicantes iſta ibidem verba legi:* Pippinus Rex, pater Caroli Magni. Bertha Regina, uxor Pippini Regis. *Sed num ſub mauſoleo adhuc eorum extent oſſa, dubitatur. Arienſes enim utriuſque oſſa apud ſe aſſervari opinantur, à quadam Comitiſſa Flandriæ expetita, & Ariam tranſlata. Et hac de re ſcribens ad P. Alexandrum Wilthemium quidam noſtræ Societatis Sacerdos,* hodie, *inquit,* ad chori ambitum, in muro averſo principis altaris, inter alia verba, quæ pene oblitterata ſunt, legi iſta: PIPPINI REGIS ET BERTHÆ REGINÆ HIC RECUBANT SIMUL OSSA. *Vt autem plenius conſtaret de rei veritate, curavit Decanus eccleſiæ coram aliquot Canonicis utrumque loculum ligneum, trium ſcilicet pedum, aperiri; in quorum uno, præter oſſa ſua brevitate notabilia, repertum eſt folium pergamenum cum hac inſcriptione antiqua & digitali charactere,* PIPPINI OSSA; *in altero* BERTHÆ OSSA. *Ibidem reperta eſt lamina plumbea, medium pedem longa & latitudinis unius pollicis, in qua viſuntur* Oſſa Hulchiæ, filiæ Berthæ *cum ✠ cruce. Huic adjuncta erat altera inſcriptio in pergameno, quæ ſic habet:* Oſſa Helchiæ, filiæ Berthæ Reginæ, remota & poſita cum matre ſua in eodem tumulo ligneo, anno Domini MCCLV, in Vigilia Aſſumptionis B. Mariæ Virginis. *Addo quod à latere nominis* Pippinus Rex, *parieti inſcripti, legantur hæc,* Carolus Magnus, Pippini Regis filius; *uti & juxta nomen* Bertha Regina, *hæc inſcriptio habetur,* Iſiberga, filia Berthæ Reginæ. *Interim conſtat nec* Carolum Magnum, *neque* Itisbergam *ibidem quieſcere. Hæc aliaque dictus Sacerdos: quæ curioſis antiquitatum Francicarum indagatoribus proponimus: & ſolum dicimus, magna cum cautela de traditionibus Arienſibus agendum eſſe.*

Pippinus & Bertha an in S. Dionyſii ſepulti?

B

& in eccleſiam Arienſem tranſlati?

C

relati cum memoria S. Itesbergæ.

5 *Alterum dubium circa ſacras Reliquias* S. Itisbergæ *movetur, eo quod Iacobus Meyerus lib.8 Annalium Flandriæ iſta ſcribat:* Anno MCCXXI transfertur in cœnobio Divi Winoci corpus Divi Oſwaldi Regis, corpuſque Idabergæ Virginis, filiæ (uti accepi) Pippini quondam Regis, ab Adam Epiſcopo Morinorum. Interfuere Abbæ Joannes Bertinicus, Wilelmus Capellicus, Wilelmus Andrienſis, Rogerus Taruannicus, Joannes Alchiacenſis: Præpoſiti autem Wilelmus Watinenſis, Joannes Formoſelenſis, Ægidius Loanus, Joannes ab Eversham una cum Joanna Comite. *Hæc Meyerus ſub dubio,* uti acceperat, *proponit: quæ poſtea, ut certa, ex litteris Petri Walloncapelli Prioris Winocenſis tradidit ad hunc diem Molanus, addens dictas* Reliquias tranſlatas eſſe die XX Junii, & anno MDLVIII per Francorum bella periiſſe. *Contra quem Miræus in Faſtis Belgicis ſcribit,* Reliquias hodieque prope Ariam ſupereſſe, *uti ſupra retulimus. Malbrancus in ſuis olim ad nos litteris aſſerit* (quantum potuit deprehendere è Lantberto Ardenſi Præpoſito & Guilielmo Abbate Andrenſi, circa annum MCC ſcribentibus) extitiſſe in monaſterio Giſnenſi ſanctimonialem ejuſmodi nomine inſignitam & ſanctitate celebrem, cujus corpus credit Winocibergas tranſlatum. *Eodem modo Offanius cap.2 ait,* Bergas tranſlatum corpus S. Adabergæ Virginis & religioſæ Giſnenſis *ſed quæ illa fuerit necdum comperimus. Quid? cum S. Oſwaldo etiam corpus alicujus Virginis Anglicæ, ſive Eadburgæ, aut Edelburgæ, eſſet tranſlatum?*

Ab hac diverſa Idaberga ad S. Winocum tranſlata.

D

6 *Aliud Malbranci argumentum non diſtinguendi* S. Itisbergam *à citata ſupra* Giſla *eſt, quod utraque ad eaſdem nuptias videatur ſolicitata. Verum ideo Acta* S. Itisbergæ *ſuſpecta ſunt, in quibus non dicitur expetita pro filio Conſtantini Copronymi Imperatoris, aut filio Deſiderii Regis Longobardorum, uti de* Giſla *conſtat; ſed à Rege Portugalliæ, qui tunc nullus erat, imo ingemiſcebat Luſitania ſub crudeliſſima Maurorum ſervitute. Malbranco* Portus-Gallia *dicitur* Anglica-Wallia à portu frequentiore: *cujus animadverſioni ſubſcriberemus, ſi alibi harum nuptiarum expetitarum foret mentio. Porro* Itisberga *dicitur in hac neceſſitate* precibus accerſiſſe ſibi febrim & ſtrumas, *& ſic liberata à nuptiis, ac dein ſanata eſu piſcis Liſani, reperti in corpore S. Venantii occiſi & in Liſam dejecti. Quæ omnia apud Malbrancum legi poſſunt. Colitur S. Venantius* X *Octobris. Offanius miraculum, quod aliis quoque ſacris Virginibus accidiſſe ſæpius legimus, ex populari traditione narrat ejuſmodi:* In caſtro Arienſi, quod Salam etiamnum ſive Aulam appellant, ſacellum extrui curarat Pippinus. Tunc S. Itisberga, ut pauperibus ſingulari pietate ſubvenire conſueverat, operas quoque cibo recreare atque ad ſanctum quod moliebantur opus ſtrenue peragendum incitare ſtatuit. Occurrit parens, quærit quid ita ſtudioſe ferat linteo involutum. Illa, fiducia in Dei patrocinio locata, linteum evoluit: & ecce cibi in varios divinitus converſi flores, quos Rex aræ ornandæ lectos à filia credidit. *Hæc Offanius. Quæ ſuſpecta fidei æſtimat etiam Malbrancus, quod nihil de iis uſpiam legerit.*

Alia fides ſuſpecta.

E

7 *Demum Sauſſajus* S. Sitisbergam *commemorat, quæ &* Pippini Galliæ Regis filia & Caroli Magni ſoror *dicitur, &* Archæ in Picardia *colitur,* cujus exuviæ ſacræ ibidem magna honorificentia aſſervantur, hodieque ad beatæ ejus memoriæ veneration-nem perhibentur percolendæ. *Quis omnia conciliabit, ſaltem dum non addentur novæ probationes?* Sitisberga *non videtur alia quam* S. Itisberga *hactenus data. Num* in Picardia *aliquæ ejus* reliquiæ *etiam* in magna honorificentia aſſeruentur, *neque habui occaſionem examinandi, neque rationem negandi, niſi quod Sauſſajus promiſſas probationes non attulerit, aut alius forſitan pro illo nolit ſpondere. Quidni pro* Area in Arteſia, *legerit aut primus ſcripſerit* Archam in Picardia? *Nihil id ab ejus conceptibus videtur alienum. Ita idem Sauſſajus ad* XX *Iunii iſta ſcribit:* Arcæ in Arteſia Tranſlatio S. Itisbergæ Virginis, Caroli Magni germanæ: cujus Reliquiæ ſacræ cum à feſto ejus migrationis XXI Maji, tum hodie in hujus oppidi eccleſia magno fidelium concurſu honoratur. *Hæc Sauſſajus, ubi pro* Aria *oppido poſuit* Arcam, *immemor Picardiæ, ad quam antea ſuam* S. Sitisbergam *relegarat, nec ſcio an cognitas habens* Archas, *vulgo* Arques, *Comitatus titulo inſigne oppidum etiam in Arteſio, ad jus Abbatis Bertiniani pertinens, & Audomaropolitanæ urbi proximum, ſed abſque cultu* S. Itisbergæ.

An ſub nomine Sitiſbergæ colatur in Picardia.

F

tranſlatio 20 Iunii.

DE

DE SANCTO THEOBALDO,

ARCHIEPISCOPO VIENNENSI IN GALLIA. G. H.

Sylloge recentiorum Elogiorum cum vario die cultus apud Neotericos.

SEC. X.

Vm nos anno Christi MDCLXII *Roma per Gallias rediremus in Belgium, acceßimus ad Viennenſem urbem, inquiſituri de variis Sanctis, quorum ſciebamus eximium cultum ac venerationem ibidem haberi.*

Cultus ſacer:

Ac primo deſcripſimus ex antiquo Kalendario Viennenſis Miſſalis aut Breviarii variam notitiam Sanctorum, & ad hunc XXI *Maji mentionem* S. Theobaldi Epiſcopi novem Lectionum. *Obtinuimus etiam aliquod Breviarium Eccleſiæ Cathedralis, Viennæ excuſum anno* MDXXII, *in quo iſta præſcribuntur:* Sancti Theobaldi, Epiſcopi Viennenſis & Confeſſoris. Fiat ut in communi unius Confeſſoris ſecundum tempus. Oratio. Da quæſumus. *Præterea reperimus Martyrologium ſanctæ Viennienſis Eccleſiæ, ex quo quæ erant Viennenſibus propria*

B *excerpſimus. Vienna progreſſi, poſt alias urbes viſitatas, pervenimus Divionem; ibique dono Petri Franciſci Chifletii obtinuimus aliud Martyrologium, cui præfigebatur*

Elogium ex Martyrol. Viennenſi: *titulus:* Ordo ac ſeries Sanctorum ſanctæ & antiquæ Viennenſis Eccleſiæ, Metropolis Allobrogum in Gallia, prout in Martyrologio digeruntur.

2 *In his ergo duobus Martyrologiis illud elogium continetur iiſdem fere verbis:* Duodecimo Kalendas Junii. Viennæ depoſitio S. Theobaldi Confeſſoris, quinquageſimi octavi Archiepiſcopi Viennenſis, qui à ſancta Sede Apoſtolica Sanctorum Archiepiſcoporum Viennenſium ultimus inter Divos eſt relatus. Hic in majori eccleſia, poſt ejuſdem reſtaurationem, ab eo circa annum nongenteſimum quinquageſimum quartum factam, plenus miraculis quieſcit. Ob cujus venerationem plebs Viennenſis devotiſſima capellas quatuor in ſacra majori baſilica ædificavit: quarum præcipua (ubi corpus ejuſdem quieſcit) noſtro tempore decorata & illuſtrata fuit à devotiſſimo Archiepiſcopo noſtro Hieronymo de Villars ſedente. In qua, eodem deprecante, Gregorius Papa quintus decimus firmiſſimas Indulgentias, pro refrigerio animarum in purgatorio exiſtentium, perpetuis ac ſingulis Lunæ diebus, atque etiam

C per Octavas Omnium Sanctorum pie elargitus eſt, ſacro Miſſæ ſacrificio mediante. *Hæc in dictis Martyrologiis: quæ fere eadem habet Ioannes le Lievre in Hiſtoria antiquitatis & ſanctitatis urbis Viennenſis, Gallice anno* MDCXXV *ibidem excuſa, ubi latius deſcribit Eccleſiæ à Sancto conſtructæ ſplendorem, & conceſſas ab eodem Indulgentias conferentibus eleemoſynas ad hanc fabricam perficiendam.*

aliud ex Sauſſajo ad 1 *Iulii,* 3 *Andreas Sauſſajus in Supplemento Martyrologii Gallicani ad Kalendas Iulii iſta ſcribit:* Viennæ Allobrogum S. Theobaldi Epiſcopi & Confeſſoris, qui ſub S. Leone Papa IX & Henrico primo Francorum Rege illam Eccleſiam rexit; omnique ſtudio boni Paſtoris functus, aucto grege, copioſo gratiæ fœnu, plenus ipſe operibus juſtitiæ, ſummi Paſtoris juſſu evocatus, ad emeritum perrexit præmium. *Hæc Sauſſajus, cujus elogium eſt omnibus Sanctis Epiſcopis commune. Quod velit ſub S. Leone Papa IX vixiſſe, non continuo probamus. Dedimus illuſtria hujus Pontificis Acta* XIX *Aprilis, diximuſque menſe Februario anni* MXLIX *Romæ electum & coronatum, & anno* MLIV *vita functum. At ſucceſſor* S. Theobaldi *fuit Burchardus; ad cujus petitionem Rodulphus Rex Burgundionum conceßit privilegium Eccleſiæ S. Mauritii, ſignatum anno* MXIII, *à dicto Ioanne Le Lievre editum. Idem Burchardus præfuit Concilio Anſano anno* MXXV, *eumque anno* MXXVI *cum eximia ſanctitatis opinione obiiſſe* XIX *Auguſti tradunt Sammarthani, cujus Sedi tribuit dictus le Lievre annos triginta. Quæ ſi ſubſiſterent,* S. Theobaldo *ſucceßiſſet Burchardus anno* DCCCCXCVI. *At citius circa annum* DCCCCLIV *floruiſſe Epiſcopum Burchardum jam dictum eſt. Quod autem* S. Theobaldum *Archiepiſcopum Sanſſajus retulerit ad Kalendas Iulii, videtur ob defectum notitiæ de illo fuit avunfeciſſe; & quia illo die retulerat S. Theobaldum eremitam, culus avia huic illum adjunxiſſe: quem tamen addit pridie iſtius diei ſeu* XXX *Iunii deceßiſſe, quo die ejus Acta dabimus.* Hujus nativitatem, *inquit Auctor Vitæ hujus eremitæ,* à S. Theobaldo Viennenſi Epiſcopo procul dubio veracium familiarium ejus relatione, & quod firmius eſt, matris ejuſdem beati viri aſſertione, prænuntiatam comperimus. Is etenim Præſul avunculus aviæ S. Theobaldi extitit, & ab eo æquivoci nominis ſortitus eſt vocabulum. Qui dum aliquando colloquium haberet cum matre Donnæ Willæ, hujus Beati genitricis, inter cetera ait: O generoſa parens, gaude & lætare, quia ex te prodiet mater, quæ paritura eſt magni meriti filium: qui omnibus noſtræ affinitatis hominibus præminebit, & ante Deum & homines magnus vocabitur & erit. *Hæc in dicta Vita.*

cum errore circa tempus vitæ.

S. Theobaldi eremitæ.

4 *Ferrarius etiam in Catalogo generali ad Kalendas Iulii,* Viennæ in Gallia, *ait,* S. Theobaldi Epiſcopi. *Quo etiam die in Kalendario Genebrardi legitur memoria* Theobaldi Epiſcopi Viennenſis, anno ML ſub Henrico II, *citanturque* Nauclerus & Sigebertus. *Verum Sigebertus agit de* S. Theobaldo *eremita; & Nauclerus dicto anno ſilet de quocumque* Theobaldo, *an alibi quidpiam habeat non lubet exquirere. Ad eaſdem Kalendas Iulii in variis Eccleſiis celebratur feſtum* S. Theobaldi *Eremitæ, qui propter hunc* S. Theobaldum *Epiſcopum, in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anni* 1490, *etiam Epiſcopus habetur; & in Eccleſiis Luxemburgenſi, Lindenenſi, & Tenenſi etiam cum mitra, pedo paſtorali, & pluviali pictus eſt, uti indicatur ad Acta ejuſdem* S. Theobaldi *Eremitæ* XXX *Iunii.*

memoria I *Iulii.*

E

F

DE

DE VENERABILIBUS COMITIBUS PALATINIS ERENFRIDO SEV EZONE ET MATHILDE EORUMQ. FILIA B. RICHEZA REG. POLON.

D. P. *FVNDATORIBVS MONASTERII BRAVVILLERENSIS PROPE COLONIAM.*

PRÆFATIO NOSTRA.

Cur olim conjunctim ſcripta & nunc ſimul dentur omnium Acta? Quid recentiores de B. Richeza?

ANNIS MXXV MXXXV MLXIII.

Beati Wolphelmi, in Braunwiller *ſeu* Brunonis-villari (*quod euphoniæ cauſa plerumque* Brawiller *nominatur*) *Abbatis tertii Acta illuſtraturus ad* XXII *Aprilis Henſchenius noſter, de illius nobiliſſimi monaſterii fundatione paucis egit: hic rem ab exordio explicabimus, prout ipſam ad eumdem B. Wolphelmum, ante annum* MXC *ſcripſit, quidam ejus monachus* G. *teſte in ſuis de Colonia Agrippinenſis magnitudine libris Ægidio Gelenio, ſæpius eadem hiſtoria uſo, quam nos à P. Ioanne Gamans ex Brawillerenſi Ms. accepimus, complexam vitas Venerabilium fundatorum.* Venerabilium *dico, quamvis* Beatos *ſubinde Gelenius aliique appellent: ſic tamen ut ſub illo titulo eis inter* Beatos *locum demus, quando patrata ad ſepulcrum miracula oſtendunt, illud à majoribus religioſo ac publico Beatorum cultu frequentatum olim fuiſſe, etſi poſtrema corporum tranſlatio, facta anno* MDCLXVII *non videatur exceſſiſſe limites civiles cultus, qualem filii parentibus bene meritis debent, gratitudinis & obſervantiæ ergo. Genitoribus ſuis* Riczam *ſeu* Richezam *filiam addimus, propter Clotenenſe prædium monaſterio donatum Confundatricis titulo honeſtatam à monachis; & quidem cum expreſſo elogio* Beatæ, *quando etiam* Sanctæ *appellatione dignatam invenimus, quamvis ad* XIX *&* XX *Martii eam inter Prætermiſſos poſuerimus, cum neque de cultu neque de die mortis certi aliquid apud nos ſtatueremus.*

B *Actu ſcripta ante anno 1090,*

ſine titulo beatitatis, ſed non ſine miraculis.

2 *Licet autem diverſis omnes diebus obierint;* Richeza *videlicet, quondam Mieciſlai uxor & mater Caſimiri Poloniæ Regum,* XXI *Martii; Mater vero* Mathildis, *trium* Ottonum *Imperatorum ſoror, filia, neptis,* IV *Novembris: conjungimus tamen omnes hoc* XXI *Maji, quo earum maritus ac pater* Erenfridus, *poſteriori ac celebriori nomine* Ezo *dictus, ab auctore Epitaphii aſſeritur obiiſſe. Nec enim poſſumus ambigere, cum Gelenio in Vita B. Richezæ ad calcem, ſit ne ea mortis an tranſlationis dies: quia cum legitur quod ipſum* Erembertum

Cur ſimul omnes referantur hoc die, quo ſolus Ezo obiit.

C ——— Sub bis ſenis Gemini miſere Kalendis,
Qua fovet ille domo, qui Deus eſt & homo;

cum, inquam, hoc legitur, alia non poteſt Domus *intelligi, ad quam ille ſit* XXI *Maji miſſus, quam* Domus *cæleſtis, in qua Chriſtus fovet piorum animas. Cauſa etiam eoſdem conjungendi ea eſt, quod conjunctim intexta Brawilerenſi (quam dixi) Hiſtoriæ Acta, merebantur ſub unum conſpectum integra dari. Eadem Acta poſterioribus ſeculis, cum jam ſemel iterumque tranſlata eſſent beatorum conjugum corpora, alius Brawilerenſis monachus expolivit interpolavitque: quem contextum ab eodem Ioanne Gamans etiam accepimus, ſicut eum ex archivio Monaſterii verbotenus tranſcribi fecerat, & ſynopſi marginali manu ſua illuſtraverat P. Andreas Schnorrenberg, Profeſſus Brawillerii, & ibidem præſens cum veneranda oſſa poſtremum tranſlata fuerunt, uti loco ſuo indicabimus, plures quoque utiles Annotationes ex prædicto Interpolatore ſumpturi.*

Eadem Acta poſterius interpolata

3 *Secundo, quod dixi, Ms. idem P. Gamans noſter præfixerat hunc titulum.* Divi Palatini, Beatus Ezzo & Beata Mathildis Ottonis Imperatoris II filia, Conjuges, Palatii Rhenenſis Comites: Rhenique Comitum pediſſequus, Beatus Eberhardus de Staleka: nec non Beati Ludewicus Comes de Arenſteinio, & Erckanbertus Camerarius de Wormatia, Corumedæ Ciſtercienſium, Gommersheimii Præmonſtratenſium, Frankendaliæ Regularium Fundatores, Ordinem ſingulorum profeſſi, vita & miraculis, Brauweilerii, Erbachii, Arenſteinii, Frankendaliæ, Benedictinorum, Ciſtercienſium, Præmonſtratenſium, Regularium, Colonienſis, Moguntinenſis, Trevirenſis, Wormatienſis diœceſeon monaſteriis, priſca fide ac manuſcriptis illuſtrati; pariter Palatinatum, per Moguntinæ eis Rhenum Archidiœceſeos eccleſias, monaſteria, familias, illuſtraturi. *Prolixus titulus ſatis oſtendit præclaram collectionem futuram fuiſſe hanc, in cujus limine ponebatur,* Vita B. Erenfridi Comitis Palat. B. Mechtildis conjugis ac prolium ejus, ex eo, *quod dixi,* archivio verbotenus deſcripta. *Sed bono P. Gamanſio contigit quod vulgo dicitur, nimis multa complexum nihil ſtringere: tota enim vita ſua indefeſſo ſtudio atque labore congerens omnia, quæ ſacra profanaque per Germaniam antiquitati illuſtrandæ adjumento videbantur futura, nec unquam ſatis apud ſe ſtatuens quid facere vellet; & modo Monaſteriologiam Germanicam, modo Archidiœceſim Moguntinam cum Suffraganeis, modo aliud neſcio quod præ oculis habens; ad extremam denique ætatem pervenit, diuturnæ operoſaque indaginis fructum nullum aut habiturus ipſe, aut Provinciæ ſuæ longa expectatione fatigatæ daturus, extra opus noſtrum, cui potius inſtruendo quam proprio cuipiam operi conſtruendo, indagatorem impigerrimum & ſagaciſſimum videtur Divina providentia delegiſſe. Demus igitur optime merito quam poſſumus in opere noſtro vitam, qui prioribus officiis non contentus, nuper etiam magnos tres faſces monumentorum ad Sanctos ſpectantium huc miſit quaſi pro teſtamento, interque ea hæc Brawilerenſium Fundatorum Acta.*

& aptata majori collectioni cum Actis

E

BB. Eberhardi, Ludewici, Erkanberti,

F

4 *Quos in prædicto titulo ipſe poſt dictos Fundatores nominat (nam ultra titulum conceptus non proceſſit) eorum Vitas & miracula partim habemus, partim adhuc requirimus. Habemus* Eberhardi *ac* Ludewici, *hanc* XXIV *Septembris, iſtam dandam* XXX *Novembris: requirimus autem poſtremi omnium* Erckanberti *Vitam, quam apud Gamanſium olim vidimus metro Germanico conſcriptam, dandam* XXIII *Decembris, quo obiiſſe diſcimus ex Latino epitaphio. Etenim huic etiam locum ſuum in noſtro opere dari eo impenſius convenit; quod eadem fortuna, quæ ſub Frederico III Palatino hæretico amplam munitiſſimamque urbem circumdedit Frankendalienſi utrique monaſterio; ibidem Catholicæ religionis Sanctorumque cultum, atque adeo* B. Erckanberti *memoriam extinxerit; utinam vero non etiam ſepulcrum everterit, ſacraque fundatoris oſſa diſſiparit, qui primus eo loci Præpoſitum egit; alteri monaſterio*

hujus ultimi Vitam adhuc requirimus.

A *monaſterio quod ſub minoris Frankendaliæ nomine conſtruxerat pro Vuginibus: Priorissam conſtituens ſuam uxorem Richlindem, quæ communi conſenſu una cum viro ſe ſuaque omnia divinis obſequiis mancipaverat; ſicut indicat in ſua Palatinatus topographia Matthæus Merianus, qui eam fundationem adſcribit anno* MCXIX, *licet Trithemius annum* MCXXXV *ſignet, primumque Præpoſitum Bertolfum nominet. Monitus de noſtro illo deſiderio Gamanſius, cum dolore reſpondit, omnia quæ de* B. Erkanberto *apud ipſum videramus (in quibus erant duodecim ejus miracula, nullibi amplius forſan invenienda, & Frankendalienſis fundationis inſtrumentum authenticum) male curioſis amicis commodata, inter ipſorum manus diſperiiſſe; ſperare tamen quod per amicum ſibi Sacerdotem, Domini Dalbergii Satrapæ Hochſtani domeſticum, recuperaturus ſit aliqua, & cetera inſuper quæ requirimus cogniturus. Quod hic juverit annotaſſe, ut, ſi forſan ſpes illa fallat, alius quiſquis poterit ſubſidio veniat, cupientibus conſervare memoriam viri, de re Catholica in Palatinatu bene meriti.*

Quid de Richeza Gelenius

5 *Ægidius Gelenius, Coloniæ ad S. Andreæ Canonicus, in opere ſuo de admiranda ſacra & civili magnitudine Coloniæ Agrippinenſis, tam lib.* 3, *qui Sacrarium, id eſt fundationes, Reliquias, monumenta complectitur; quam lib.* 4, *qui ſacros ac pios Faſtos ad Martyrologii formam digeſtos continet; ſæpius meminit prenominatorum Brawilerenſium Fundatorum, modo* Venerandos, *modo* Beatos *appellans. Annis autem* XXXIII *prius quam opus iſtud vulgaret, id eſt anno* MDCXII, *publicaverat tractatu ſpeciali* Hiſtoriam & Vindicias B. Richezæ, Comitiſſæ Palatinæ Rheni, Reginæ Poloniarum, cum gemina genealogia ejuſdem & antiquiſſimorum Comitum Palatinorum Rheni, atque aliorum Principum & Procerum Europæ, qui ab ipſa & ſexaginta quatuor poſteris ejus Beatis in linea deſcendente progrediuntur, omnia ex vetuſtis Mss. monumentis & diplomatibus poſt ſexcentos annos in lucem ex archivis producta. *Theodorus Rhay Societatis noſtræ, inter Animas illuſtres Iuliæ, Cliviæ &c. ad* XXI *Martii, longum* 3. Richezæ *elogium ex Gelenio texit, ex eodemque illos ſexaginta quatuor Divos ordine Alphabetico enumerat: quos deinde in ſchemate Genealogico repræſentat,* Actii Arioviſti *nomen, neſcio unde acceptum, nec facile à fabuloſitatis ſuſpicione liberandum, aptans ei, quem* vulgo Ezonem Erenfridum *nominatum ait. Ego iſtis omnibus prætermiſſis, æque ac diſputatione de nominis* Richezæ *ſeu* Riczæ *etymologia & inſignibus Gentilitiis, ſolum ex ex Gelenio* Appendicem *addam* teſtimoniorum de Beatitate Richezæ.

& Theodorus Rhay.

C

PROLOGUS

De Loci ac monaſterii Brauwillarienſis origine.

1 OPeræ pretium eſt, ſicut à majoribus nobis traditum eſt, commemorare, unde idem ſacer locus jam olim nominatus fuit Brunwilre, qualiterque ibidem vera rerum inveſtigatione repertum

a ſit, quod S. Medardi *a* ſacrum eidem loco ineſſet

b memoriale. Erat in diebus Hermanni *b* Comitis Palatini, patris, memorabilis ſcilicet Herenfridi (qui, velut Abraham Patriarcha, nomine mutato,

c Ezo appellatus eſt) vir quidam in vico, qui *c* Mane-

Brunoruſticeus, ſcrofam in ſilva requirens,

ſtede dicitur, copioſum habens in ſua poſſeſſione peculium. Caſu contigit, ut die quadam ſcroſa prægnans à ſilva, cujus minabatur ad paſcua, cum reliquo grege porcorum non eſſet domum reverſa, quia ad ejiciendos fœtus ſecretiora ſibi nemoris elegerat loca. Nihil ergo ipſe aliud, quam quod everat, arbitratus; accepta ſecum bipenne, lucum abſciſſis remotiſque vepribus, quaſi viam faciens, ſecretius quam ſoleret, intrat; & ecce ædiculam, ex ligno ſatis curioſe conſtructam, lateribuſque ſtudioſe ab infuſione imbrium defenſam, aſpectat. Explorat itaque aditum, tectum non ſine admiratione novitatis ingreditur; altare (utpote in eccleſia) more conſueto aſpicit, ſuemque ſimul domeſticam ſibi à crepidine altaris cum decem porcorum capitibus occurſantem, lætus ſuſcepit. Poſt hoc ſubmoto lapide ſuperiori, S. Medardi & aliorum venerandas Sanctorum Dei Reliquias, cum charta in faſciculum compoſitas, à foſſa altaris ejicit; & ſecum illas auferendo Præpoſito Indenſis *d* Monaſterii, qui ex more

d eas in partes ſæpius venire conſueverat, oſtendit. Qui

ſacellum reperit, & ſub altari reliquias S. Medardi:

inſpecta charta, & cognita admiranda rei novitate (erat enim cognatus Comitis Palatini, ipſique ob hoc familiaris & notus) ad eum velociter properat, & quam inſpexerat, ex ordine boni eventus, ſalutem illi lætanter annuntiat. Ille inſperatum lætique ominis nuntium gratanter audiens, ruſticum eumdem, cui nomen erat Brun ocius accerſiit, chartam cum Reliquiis inquiſitam & exhibitam reverenter excepit, & hanc illi cauſam ineſſe ſubſcriptam cognoſcit.

Successione allatas:

E

2 Hujus ſacræ fundator ædiculæ & auctor Bruno nomine, germanum habens vocabulo Berechonem, vir potens & nobilis, non procul hinc in ſilva, quæ ex ſui magnitudine Vela *e* dicitur, conſtructa tutiſſima degebat in munitione. Quam quidem tyrannus, Heymo nomine, ſubita invadens incurſione, interfecto ejuſdem fratre Berechone cum reliquis fere omnibus, hunc cum paucis præſidio fugæ vitam ſervantibus, ſuis à finibus extorrem fecit, & in Franciam ire coëgit. Qui Sueſſionis civitatem adiens, & flebilem ſuæ calamitatis hiſtoriam coram omnibus pietatis affectum habentibus edicens, S. Medardi Reliquias ad conſtituendam in ejus honore eccleſiam petiit & impetravit: cujus indubium ad revincendum hoſtem meritum & patrocinium adeſſe ſibi ſperavit. Ad votum omnia ſuffragante illi pio ſalutis ſuæ protectore proſperantur: eccleſiola fundatur & dedicatus. Verum hujus dedicationis auctor quis eſſet, incertum adhuc uſque manet; quoniam aviditate ruſtici, qui maxime pecuniam eſſe ſperabat quod invenerat, fragile ceræ ſignum confractum eſt, ſicque auctoris perſona & nomen abſconditum eſt. Verumtamen ſupradictus, ut fertur *f* Acephala, à multis eatenus timore periculi devitatus, poſtmodum à præfato Brunone impetitus occiditur: & quamvis ejus munitio triumphato hoſte deſtruitur, idem locus tamen uſque hodie Heymenburg dicitur. Fuerunt propere Metropolitano Epiſcopo Warino *g* comperta, quæ fuerant Comiti Palatino jam cognita: altare reparatur: eccleſia inſtructis ex lapide parietibus innovata ab eodem Archipontifice dedicatur, ſacroque illi loco, congruentibus ſibi veteris eccleſiæ & antiqui auctoris & novi ejuſdem inventoris nominibus, Brunwilre nomen aptatur. *h*

ab alio Brunone quodam

e

f

F

g

reſtauratus locus Brauwilre dicitur,

h

3 Fundator monaſterii S. *i* Nicolai in Bruwylre erat præclariſſimus Dominus Herenfridus, Comes Palatinus, qui poſt Ezo nominatus eſt, cum glorioſiſſima conjuge Mathilde, filia potentiſſimi Magni Ottonis, nati de Saxonia. Quod autem Herenfridus primum, ſed Ezo poſtmodum eſt appellatus, hocque nomine inſignior habeatur, præcedentium gratia patrum imbutus eſt: quibus mutatis ſemper nominibus virtus major, meritumque divinitus eſt inſitum. Cujus cum ſacri Deoque frequenti miraculorum illuſtratione dicati loci memoriam litteris, & per eas poſteris mandare curaſſemus, placuit

i

& monaſterium ibi fundatur.

AUCT. G. EX MSS.

nobis eiſdem prius inſerere, quæ viro à pueritia vitæ inſtitutio, quanta in militari virtute ſtrenua actionis perfectio, quamque perfecta ad ultimum in Chriſtiana religione fuiſſet devotio. His etenim & ceteris per paucis, hoc eodem in codice commemoratis, ordo ſignorum congruum acceptat locum, ut veritatem hiſtoriæ habens fundamentum, ſpirituale & præcellens ædificium ſui latius fulgoris prætexat ornamentum.

ANNOTATA.

a *Colitur* S. Medardus, *Noviomenſis Epiſc.* 8 *Iunii: ejus autem* ſcapulam *Brunwillari haberi notat Gelenius.*

b *De eo ſic hiſtoriam ſuam exorditur Interpolator:* Generoſiſſimus heros Hermannus, Comes Palatinus, cognomento Puſillus, non mediocris reputationis inter Magnates illuſtriſſimi Imperatoris primi Ottonis, cui in negotiis regni ac prœliorum periculis tam auxilio quam conſilio fideliſſime adſtitit; & præſertim in prœlio contra efferam Ungarorum gentem commiſſo, ubi hoſtilem pugnando aciem fortiſſime attrivit. Hic & diverſis in locis plura dominia cum amplis poſſeſſionibus habuit, & Brunweilerenſem
B locum primum hominibus habitabilem fieri procuravit, duos autem filios ex Helywiga uxore genuit, videlicet Erenfridum & Ezelinum. *Cum autem prior ac major natu obierit fere octogenarius* 1035, *oportet ipſum in lucem veniſſe circa tempus prædictæ victoriæ de Hungaris anno* 955 *relatæ.*

c Manneſtede, *hodie* Manſſdorff; *dimidiæ horæ ſpatio à* Brauweyler.

d *De Indenſi prope Aquiſgranum monaſterio fuſe actum ad vitam B. Benedicti Anianenſis, in cujus gratiam fundatum eſt à Ludovico Pio,* 12 *Februarii.*

e Vêl *Teutonice* Multus *eſt, itáque olim loquebantur Colonienſes, cum apud illos adhuc lingua Weſtphalica obtineret: nunc mutata dialecto ſilvam* Filk *dicunt: major enim ejus pars adhuc ſupereſt, exciſa quidem circum circa monaſterium culturæ cauſa, deinde vero meridiem verſus grandi terræ ſpatio porrecta.*

f Acephala *hic ſumitur maſculine pro tyranno, qui nulli ſuperiori legitimo paret, ipſe ſibi caput auctorque potentiæ.*

g Varinus, *Colonienſis Archiepiſcopus, ab anno* 976 *ad* 985.

h *Hæc à calce ſequentis Hiſtoriæ, ad initium traduximus, per modum prologi; quia aptius hic legenda exiſtimavi;*
C *alias ſolum quod nunc ſequitur vicem Prologi habebat.*

i *Gelenius de Magnitudine Colonienſi pag.* 387 Digitum & brachium S. Nicolai ac Scyphum, *ibi haberi ait: patrataque per Sanctum iſtum miracula, manuſcripto libello & ad hiſtoriam Colonienſem utili apud Abbatem ſervari: cujus nobis copiam fieri optamus.*

CAPUT I,

Ezonis adoleſcentia, conjugium cum Mathilde, liberi ex ea decem.

Ezo, cujus hic vita propter utilitatem ſcribitur,

4 MUlti cum legunt vel audiunt fortium facta virorum, ad eorum imitationem accenduntur; ſed ſi vitam moreſque Religioſorum, Deo ſcilicet devotorum hominum inſpexerint, multo in his ſalubrius, quid agere, quid vitare, qua diſcretione mentis cuncta perpendere debeant, inſtruuntur. Ut enim ſe res habet, pleraque illorum tantum in viribus ſuis confidentium facta, cum vita depereunt; quia dum domum tuam, quæ eſt ſuæ opus fortitudinis, ſuper arenam labentis humanæ laudis conſtruunt, ſemetipſos (ut ita dicam) ad impulſum miſeri & mortalis lapſus deſtruunt. Sed enim hi fortes in Deo facti, ſuæ conſiderantes curſum naturæ, D
quod ſcilicet vita hominis, qui vapor eſt ad modicum parens, demum exterminabitur; eo proficere deliberant, ubi pro mortalibus æterni fiunt: ideoque in his profectuum conatibus, ut ipſius verbis Domini loquar, domum ſuam ſupra petram ædificant, quam nec ventorum, id eſt dæmonum illuſiones; nec fluctuum, nequam videlicet hominum, inundationes diruant. Nam & ſi quid reipublicæ vel curæ domeſticæ inſervientes fortiter geſſerunt; non hoc ad ſuam, ſed ad illius virtutem & laudem referunt, cui illud Davidicum concinunt: Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem.

5 Fuit itaque præclariſſimi generis Ezo Comes *a* a
Palatinus; qui tum propria virtutum actione, tum etiam glorioſiſſimæ conjugis ſuæ Mathildis pia ac Deo devota religione, venerandus ſemperque prædicandus, manifeſta ſuorum reliquit indicia geſtorum, in quibus nulli ſit ambiguum, eum conſortium tantorum, de quibus paucis prælibatum eſt, adeptum eſſe virorum. Denique totius Galliæ Principum, cum eſſet corporis elegantia veneuſtiſſimus, mentis induſtria prudentiſſimus, animi magnanimitate fortiſſimus, ad diſponenda negotia tam privata quam publica diſeretiſſimus, regalis Palatii apicem jure paterni ſanguinis ſtrenuiſſime gubernando, eo profecit honoris, ut ſuam ſemper gloriam pluris quam acceperiſſet, efficeret decoris. Nam ut altius rerum primordia inchoantes, in ſimilitudinem amnis à fonte decurrentis, uſque ad certum narrationis limitem derivemus; mox ubi primum adolevit, nullis ſe corrumpendum puerilis ineptiæ luſibus dedit *b*; b
ſed ut eſſet tam validus corpore, quam erat animi virtute: etſi præ nobilitate, qua ſumme præditus fuerat, veſtium aureo fulgebat nitore, plus tamen equitatu, venatu, atque quolibet militari corporis motu deſidioſa proterens otia, valitudine armorum delectabatur & fulgore; quatenus inimicis terrori, & amicis eſſet amori. Nullum eſt virtutis exercitium, quod per invidiam ignaviæ non exerceretur vitium. Et quidem ignavia ſe virtuti per livoris æmulationem inimicam oſtendit; & ejus tamen timore percuſſa tabeſcit. Quoniam omnis virtus ad alta ſe ſubrigens, in ſuis ſe indeficienter augeſcit; ideoque memorabilem hunc virum quanto ſecum altius ſuſtulit, tanto fama clariorem univerſis Romani Regni Principibus extulit. Nec mirum, ſi multis ſui temporis potentibus viris, tametſi divitiis præclare pollentibus, potentior eſſe poterat atque præſtantior, qui omnibus procul dubio clarius uxoris generoſitate liberorumque honeſtate fortunatur. Quod enim ingenium, quæ lingua, quæ facundia tantam explicabit gloriam Romanorum, quanta exercuit terra marique Ottonum temporibus Auguſtorum? Quorum prædicta Mathildis, clariſſima ſcilicet femina, primum habuit avum, alterum patrem, germanum alterum.

nobiliter in aula educatus

ad ſummæ proficit claritatem.

E

F

6 Verum quales ſucceſſus ſuperna diſponente clementia ſortiretur ille Vir illuſtriſſimus, ad conducendum ſibi ejuſdem feminæ tam excellentis venerabile matrimonium, hinc ſumatur exordium, quo nullum lætius hac dumtaxat in ſerie audiri poterit eulogium. Siquidem Imperatrix *c*, in diſponendis Galliæ Germaniæque negotiis viri prudentiſſimi Domini Ezonis ſemper intenta conſilio, cujus numquam adhæc decenter perficienda vacabat auxilio, in Aquiſgrani Palatio interim moratur cum filio: qui, inter reliqua admirandæ in eo ſagacitatis indicia, ſatis effulſit peritus in conſtruendo ſive diſſolvendo flexuoſo alearum *d* ſchemate, ut neminem credere

c

Cum Ottonem ludens, eumque ter vincens,

d

A crederet foré, qui in hæc arte prævaleret adversum se. Quadam ergo die Dominum Comitem Palatinum compellat, quatenus secum ad tabulam alearum è regione sedeat, ordinemque disponat, pariterque jocosam congressionis strophan promoveat. Ea vero altrinsecus proposita conditio est, ut cui per tres continuas vices victoria proveniret, alterius potiretur rebus optimis, etiam quibus vellet. Pariter igitur considunt, ludo confligunt, Dominus Ezo, invocato sanctæ Trinitatis auxilio, ter victor extat. Deinde, tametsi impetrare desperaret, quod divinitate procul dubio inspirante diu optaverat, sororem ejus sibi ab ipso dari in conjugem postulat. Cernens ille ludum ad seria processisse, simulque ex consulto eorum qui interfuerant tractans eam rem ex Dei nutu proveniisse; non esse regii honoris, si mendax fieret suæ sponsionis; ipsum etiam apud avum, apud patrem, postremo apud semetipsum plurimum potuisse, propositæ conditionis fidem manus in manum

impetrat sororem ejus Machtildæ,

e confirmat *e* impositione: quatenus juxta Apostolum castum connubium & thorum immaculatum cum sua servaret sorore. Palatinus Comes collectis suo-

f rum copiis *f* Asnide properat, venerabilem puellam edicto Regis ad præsentiam vocat: fratre jubente,

B matre volente, eam suam fore sponsam enuntiat.

g Amita *g* vero ejus pertinaciter obstitit; sed sive ejus potestate, sive regia majestate territa cedit. Mathildis sponsalium more annulo subarrhatur: in Brunwilre prædio Comitis Palatini nuptiæ parantur, atque in ambobus à Sacerdotibus Christi Patriarcharum benedictionibus completis, eumdem ad locum,

& uxorem ducit:

non tam velociter, quam lætanter festinatur. Nam lætitia, quæ tunc secularium more agebatur, Christi Ecclesiæque ibi fore copulam in spirituali conversatione protestabatur; juxta illud Apostoli, quia non prius quod spiritale est, sed quod animale, deinde

1 Cor. 5 quod spiritale: & alio in loco, ad construendum sponsi & sponsæ, Christi & Ecclesiæ cælestem thalamum, trahens à veteri Testamento viri & mulieris

Eph. 5, 31 exemplum; Propter hoc, inquit, relinquet homo patrem & matrem, adhærens uxori suæ: & erunt duo in carne una, Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia.

quæ donatu sibi Brunwilre Deo consecrat,

7 Præterea ubi ad supradictum locum ventum est, fertur quod memorabilis Ezo ramusculum arboris ejusdem terræ involutum cespite acceperit, & eum eodem Brunwilrense prædium & alia proprii juris plura eidem suæ venerabili sponsæ in dotem

C tradiderit. Ubi mox illa, nullam retractionis morulam perpessa, sed ecclesiolam S. Medardi, quæ inibi antiquitus constructa fuerat, ingressa, Christo Deo Salvatori nostro simulque Sanctis ejus, & quorum in suis præsentia Reliquiis aderat, & his etiam quos specialiter honorificare devoverat, eamdem dotem suam solenni traditione condonavit: idemque ramusculus, in boni testimonium facti, longa viroris gratia jucundus permansit. Nuptialis interim apparatus festiva procuratur celebratio, Proceres togatos splendidioris ambit amictus accuratio; pauperes victus recreat, indumentum consolatur: & quo semetipsam liberalitas excedens plus singulis suffragatur, eo laudabilior ab omnibus prædicatur. Apud

& viro decem liberos parit.

omnes ergo gaudium ingens exortum est, quia felicissimi illius proventu connubii multis postmodum gaudere & lætari divinitus provisum est. Siquidem legitimo humanæ procreationis tempore exacto, nati sunt eis filii tres, Hermannus, Otto, Ludolphus *h*:

h filiæ septem, Richiza, Adelheit, Ida, Mathild, Theophanu, Heyleweig, Sophia: quibus talem tantamque gloriam gratia divina contulit, ut memoriam eorum & apud Deum & apud homines immortalem esse nulli dubium sit. Nam & ipse numerus (septem enim & tria decem sunt) cum pro eo, quod ceterorum infra se omnium summam concludat, perfectissimus atque ex decalogo legis idem sit sacratissimus, indicio est, venerabiles eorum parentes non solum in dilectione Dei & proximi sacratos; sed &, quantum cura secularis eos non impedierat, in omni observantiæ mandatorum Dei fuisse perfectos. Alio etiam modo & ipsa VII & III, quæ X constituunt, magnorum in se sacramentorum plenitudinem exprimunt, sive propter vitæ præsentis tempus, quod septem diebus voluitur; sive propter septiformem sancti Spiritus gratiam, quæ Prophetica lectione septempliciter distinguitur; seu etiam propter sanctissimam Trinitatem, qua ad fidem imbuimur: nam ambo in hac vita constituti, & eâdem gratia sancti Spiritus adjuti, fidem suam bonis in se vixisse operibus luce clarius præmonstraverunt, non solum sese videntibus, verum etiam post se futuris cunctis fidelibus.

AUCT. G. EX MSS.

Primogeniti Ludolfi

8 Ludolphus, major natu, quod erat animo acerrimus, & corpore robustissimus, militarique prorsus virtuti aptissimus, præter parentum glorias & divitias, Comitatum seu Præfecturam adeptus est; scilicet ut ingruente bellicosi discriminis articulo, Colonienses Archiepiscopi legionis Signifer, id est E Primipilarius esset. Hic filiam Ottonis Comitis de Sudveno *i* nomine Mathildem in conjugem accipiens, duos æque per omnia sibi simillimos ex ea generavit filios, Henricum videlicet & Cunonem; quorum alter suam post mortem ejus Comitatum, alter vero Bavariæ meruit Ducatum; verum à vita excessit uterque sine stirpis successione. Sed Cunonis interitus hæc causa extitit, quod contempta Imperatoris Henrici filia, quam uxorem accipere debuerat, & ob hoc sui Ducatus honore depulsus, sed propere Ungaris amicitia conjunctus est. Horum etenim auxilio moliebatur eum, non solum bello pulsare, sed & regno privare si posset. Quod tale tantumque facinus frustra conatus est; nam veneno, quod coquus suus per immissionem Imperatoris, pro pactione pecuniæ, prandio ejus immiscuerat, extinctus est: cui Imperator non solum pecuniam non dedit; sed & pro magno munere, ne se deinceps videre præsumeret, concessit. Dux autem ibidem est tumulatus: sed per Colonienſem Archiepiscopum Annonem post aliquot annos Coloniam translatus, atque in Ecclesia S. Mariæ ad Gradus est humatus. Porro Adelheit *k* in Nivella monasterio, Theopanu *l* in Asinde, Heyleweig in Nussia, Mathilt in Didinckirica atque Vylica, Ida in monasterio S. Mariæ Coloniæ, Sophia similiter in monasterio *filiabus & collata Abbatia.* S. Mariæ Moguntiæ atq; *m* Gandersheim Sanctimonialibus feminis sunt prælatæ loco regiminis. Quarum fere singulæ, & pro cælestis vitæ conversatione, & pro Christi amore, in semetipsis habita corporis ac Spiritus sanctificatione, ac si viventes in carne, suis in locis, pro virtutum etiam operatione summo frequentantur bonore. E quibus Theophanu, virum se moribus agens, Asindense monasterium cum universis ejus officinis, jam partim vetustate collapsis, ab ipsis fundamentis novo erigens opere, mirabiliter amplificavit: Unde & ibidem ejus memoria semper in benedictione erit *n*.

i k l F m n

infelix posteritas,

ANNOTATA.

a *Browerus noster, ad Vitam S. Bernwardi, Palatinos Saxonicos à Bavaricis distinguens, hos nunc ait Rhenenses vocari. Browerum Gelenius describit in vita B. Richezæ cap.* 3.

b *Interpolator huc refert, tamquam loco magis proprio, miraculum ramusculi, revirescentis in manu S. Vdalrici, &*

AUCT. G. EX MSS.

ab Erenfrido excepti, quod auctor noſter habet infra num. 16.

c Theophano, *mater Ottonis III*, Theophania *etiam recentioribus dicta.*

d Alearum *nomine* Scaccos *ſeu latrunculos intelligi, in tabula ordine militari diſpoſitos, apparet ex ipſa ſcriptoris phraſi.*

e Aſnide, *aliis* Aſnete, Aſſindia, Eſſendia, *vulgo* Eſſen, *hodie illuſtrium Canoniſſarum Imperiale monaſterium, ab Altfrido Hildesheimenſi Epiſcopo fundatum anno* 876. *Reſtauraſſe illud dicitur Abbatiſſa* Theophano, *& obiiſſe* 5 *Martii.*

f Adelheidi, *Ottonis I filia, ſucceſsiſſe* Mechtildem, *ſcribit in Catalogo Abbatiſſarum hujus monaſterii Bucelinus tom.* 2 *Germ. ſacræ pag.* 343: *ſed erravit, quando ipſam Ottonis II filiam fecit, adeoque cum hac ſua nepte confudit: quæ nomen ab illa in baptiſmo habuiſſe potuit, & ideo huic commiſſa in juventute fuiſſe. Vtramque ſatis clare diſtinguunt verſus deſcripti, in tumba S. Marſi Martyris,* 6 *Octob. recolendi, quos ſic legendos puto, Bucelini editionem cum ecgrapho ad nos miſſo, ſatiſque diverſo, inter ſe conferens.*

Hoc opus eximium, gemmis auroque decorum
Mathildis vovit Theophanū, quod bene ſolvit
B Abbatiſſa bona Mathildt, hæc chryſea dona
Regi dans Regum: quæ res depoſcit, in ævum
Spiritus Ottonis pauſet cæleſtibus oris.
Domina Mathildt me fieri juſſit.

Vivebat autem illa adhuc anno 1003, *quando S. Henricus ipſi confirmavit Eſſendienſis eccleſiæ immunitates & privilegia, ut ipſe Bucelinus ſcribit. Ezonis vero uxor videtur viro juncta fuiſſe, circa an.* 986: *certe ante annum* 990, *quo mater ejus Theaphano obiit, teſte Dithmaro.*

g *Dithmarus, auctor coævus, in Chronico, nulla facta luſus mentione, ita ſcribit de hoc conjugio:* Cæſaris ejuſdem, *Otthonis ſcilicet III*, ſoror Mathild nomine, Hermanni Comitis Palatini filio Ezoni nupſit: & hoc multis diſplicuit: ſed quia id non valuit emendari legaliter, tulit hoc unicus frater illius patienter, dans ei quam plurima, ne vileſceret innata ſibi à parentibus gloria.

h *Non videntur ſuo ordine nominati: nam infra* Ludolphus *major natu fuiſſe dicitur.*

i Sudveno, *vulgo* Sutfen, Sutphania *Comitatus, fœderatarum Provinciarum nunc una ad Iſalam. Videtur autem hic Zutphanienſis Comes Otto, Ottonis primi Imperatoris nepos fuiſſe aut pronepos ex Sorore Gerburga, poſtmodum Franciæ Regina, prius autem nupta Giſalberto*
C *Zutphaniæ Comiti, per quos anno* 935 *reſtauratum eſt Brunvillario vicinum Villæ-regalis monaſterium Virginum, vulgo Koninghsdorff, olim à Carolo Magno fundatum, ſed anno* 881, *caſis omnibus ibidem degentibus, everſum, ſicut in veteri tabella ibidem deſcripta legitur, cum reliqua illius monaſterii fortuna uſque ad annum* 1158.

k *Addit Interpolator: quod* Adelheit, *ut deſideravit in loco Brayweyler apud parentes ſepeliri, tumulata jacet in crypta ante altare B. Virginis ſub lapide elevato.*

l *Bucelinus de* Theophanone *agens, poſt Mathildem amitam, Sophiam atque Gerbergim, Abbatiſſa Eſſendienſis, hanc ejus ſororem, S. Mariæ in Capitolio Abbatiſſam,* Willihaldam *vocat: Gelenius in Faſtis Agrippin. ad* 26 *Novembris, eam ait ſpectari* in honorifica tumba cum titulo Beatitatis, *atque ſub ejus tumulo de fundamentis baſilicæ fons ſtillat,* S. Idæ aqua *vulgo dictus, & devotionis ac ſanitatis cauſa ab ægris ac peregrinis bibitur. Ita Nota Ms. cui addita alia videtur indicare, olim dictum* Fontem S. Plectrudis.

m Gandersheim *in Ducatu Brunſwicenſi, à Saxonia Duce Leutolpho fundatum an.* 862 *ubi ſeptima Abbatiſſa nominatur à Bucelino* Sophia *hæc: ſed idem de Moguntinenſi Nonnarum monaſterio agens, licet ab anno* 840 *fundatum agnoſcat, nullas tamen illius Abbatiſſas nominat ante ſeculum* XI, *quo Mathildis, S. Burchardi Wormatienſis Epiſcopi ſoror, illud rexit: unde intelligitur, ipſum tanto minoris notæ atque opulentiæ fuiſſe, ut ei altera Abbatia jungenda fuerit: qua de cauſa litem Sophia habuit cum S. Gothardo Hildeſienſi Epiſcopo, ut in hujus Vita cap.* 4 *&* 14 *legitur. Obitus ejus à Gelenio in Faſtis notatur* 30 *Februarii.* D

n *Hic inter poſuerat interpolator Caput integrum, quo narratur, quod Otto* 3 *Heriberto Colonienſi commiſerit inſignia Imperii, ad ſororis Maritum Erenfridum deferenda: quæ cum intercepiſſet Henricus, Regnum integro anno vacaverit; cumque inſuper jura Palatini idem Henricus invaderet, hic contra eum arma ſumpſerit, adjunctis ſibi Lotharingis, qui Henrico obedientiam præſtandam pro decennio ſuſpenderint. Interim acta Moguntiæ cauſa, cum pro Henrico judicaretur, diſceßiſſe Erenfridum, ſtativaque fixiſſe in Odernheym; ubi eum invadens Theodoricus Moſellanorum Dux, prælio victus captuſque ſit, cum tanta ſuorum ſtrage, ut in proverbium res abierit, ſoleantque amicis optare, ne in Odernheym unquam veniant: tandem pacem eo pacto initam, ut Henricus Erenfrido Inſulam S. Suiberti, Duysbourg & Salavelt cederet: deinde interventu Henrici Mizeconi Polono junctam Richezam Palatini filiam. Sed hæc figmenta mera ſunt; Dithmarus enim, fere per dies ſingulos initia Henrici proſequens, ſatis oſtendit, eum coronatum eſſe Regem* 7 *Iunii ipſo an.* 1002 *quo obierat Otto III; neque ullius meminit, qui in regnum ingredienti ſe oppoſuerit, præter Hermannum Alemanniæ & Alſatiæ Ducem. Lambertus vero Schafnaburgenſis aliud non dicit anno* 1003, *quam hæc pauca verba:* Pierique Principes à Rege deficiunt, ſed poſt modicum correcti in gratiam recipiuntur. *De Theodorico autem caſo captoque nec verbum quidem Dithmarus & alii.* E

CAPUT II.

Monaſterii fundatio, mors utriuſque fundatoris & miracula.

Comites Roma redeuntes

9. POſt hoc glorioſiſſimus heros, parì nobiliſſimæ ſuæ conjugis voto, tractat quonam in loco Oratorium, Servis Dei divinas excubias agentibus congrua habitacula conſtruat. Cujus voti propoſitum, ſibi divinitus inſitum, ut ratum inveniat conſilium, Sanctiſſimi viri Romani Pontificis Joannis *a* præſentiam ambo Romam profecti expetunt: commiſſa, quæ vel domeſticis occupati curis, vel publicis Regni negotiis obnoxii nullatenus vitare prævaluerant, per confeſſionem aperiunt. Quibus idem Papa poſt abſolutionem, cum pretioſiſſimis Sanctorum Dei Reliquiis, crucem *b* donat auream propter conſummandam in eis Apoſtolicam benedictionem: ſimul ſua eis injungens auctoritate, quatenus, ut voverant Deo, in propria hereditate, Monachorum inſtituant Collegium: quorum & arctioris vitæ converſatio, & jugis die ac nocte profuſa oratio ad Deum, ſibi plenum etiam cæleſtis vitæ conferre poſſet remedium. a F *cum Reliquiis,* b

de loco fundandi monaſterii ambigunt:

10 Reverſis autem ad patriam, quantum reverentiæ, quantum honoris & gloriæ ubique adventantibus impenderetur, poſtremo quam lætis ſuorum animis, quamque feſtivis occurſibus ſuſciperentur, ſatius eſt tacita opinione id æſtimari, quam quibus non valeas verbis juxta modum æſtimationis effari. Igitur ille ſedulus explorat, ubinam locorum, quæ propriæ poſſeſſionis eſſent, placitum Deo in fundando ſanctæ religionis cœnobio ſuum expleat votum. Duysburg *c* præcipue, ſeu Inſulam *d* S. Swiberti, dijudicans adhoc aptiſſimam eſſe, ſeu propter Rheni fluenta, ſeu propter maximæ amœnitatis, locis in ipſis, jucunda quædam oblectamenta. c d

A menta. Nam bene ad collocanda in Duysburg fundamenta deſiderium ejus proveniret, ſi uxor tenacioris animi ipſi non obſtitiſſet, Brunwilre omnibus ante ponens locis, propter revelatam ſibi quamdam viſionem gloriæ cæleſtis. Erat enim ſolennis ei conſuetudo, numquam è vicino loci illius iter facere, quin ſecedens de via in eccleſiolam S. Medardi, orationi ſolito prolixius inſiſteret aut pſalmodiæ. Unde contigit ut quadam die, & itineris labore & ſolis ardore æſtuans, expletis in ſacri ambitus ædicula conſuetæ devotionis ſuæ precibus, refrigerandi ſe gratia, ſub umbra arboris Sicomori, quam Teu-
e tonici Mulbom *e* appellant, quæ è regione ſtabat, ſupra ceſpitis amœni thorum accumberet, & parum dormitans ſomni caperet. Cum ecce (ut ſibi viſum eſt) aperto deſuper cælo globus lucis, ipſo ſole ſplendidior, ſuper eumdem Deo placitum locum deſcendit; tanta eum claritate perfundens, ut omnem circum adjacentem regionem jucundam atque coruſcam in magna ſui admiratione efficeret. Hac viſione venerabilis Heros cognita, moxque omni ambiguitate poſtpoſita, unum idemque ſimul cum ipſa animo voluebat: nullo ſcilicet in loco conſultius divinæ manſionis habitaculum fundari, quam in eo-
B dem: quem & paterni laboris inſtantia jam dudum denſiſſimo arboribus nemore, cum tribulis & vepribus radicitus extirpato, pro beſtiis, quarum prius tuta ibi luſtra fuerant, incolis hominibus habitabilem fecerat; & religioſiſſimæ ſuæ conjugis viſione, cæleſtibus ad hoc eſſe notatum indiciis noverat. Et quoniam per ſemetipſum, qualiter id foret inchoandum, minus diſcernebat; Abbatis *f* Popponis, apud quem nunc temporis maxime religio monachica cum regulari diſcretione vigebat, Patris ſcilicet Monaſteriorum Sanctorum Confeſſorum Chriſti Maximini & Remacli, conſilium atque ſolatium per allegationem Archipontificis Domini *g* Piligrini expetebat. Qui, ut ſemper paratus erat piis obedire precatibus, ſeptem Fratres vita religioſos, doctrina ſimul & actione probos, adhoc opus, non ſecus ac ab ipſo didicerant, inſtituendum ei mittebat. Annus Dominicæ Incarnationis milleſimus viceſimus quartus jam hinc inſtabat, & defuncto apud Babenberg
h Epiſcopium ſuum Imperatore Henrico, *h* Imperium Conradus agebat. Cum illi, accepta paterna benedictione atque fraterna, venerunt ad prædictum locum XVIII Kal. Maji, feria ſimul & hora diei tertia, ut annuntiarent in Sion nomen Domini, in
C conveniendo populos in unum ut ſervirent Domino: quibus ipſe in ſuo nomine diceret congregatis, bonas facite vias veſtras & ſtudia veſtra, & habitabo vobiſcum in loco iſto in ſempiternum. Igitur omnia, quorum gratia eo venerant, certatim accelerant. Fundamenta Monaſterii, non in eo tamen loco, quo eccleſiola ſupra dicta erat, ſed ad ejus Aquilonarem
i partem *i*..... fere paſſibus longius ab ea locantur: ea de cauſa præſertim, quod cujuſdam infantis defuncti corpus, dum terræ ibi fuiſſet humatum, toties egeſta humo tumuli ſit quiete privatum.

ad quod eligendum Brunvillare, per viſum docetur Mathildis:

deductique eo monachi à S. Poppone

Mathildis piis operibus exercita,

11 Dum ergo remotiori loco fundantes Monaſterium, pro ſepultura mortuorum ſoliciti ſunt; inter ipſa læta ſanctæ operationis exordia, ipſius opinatiſſimæ virtutum operatricis Mathildis, Deoque devotiſſimæ Matronæ, triſti morte turbati ſunt. Quæ quidem quamdiu ſano & incolumi corpore valuit, præter ſolicitam intentiſſimamque ſecretæ orationis atq; eleemoſynarum operam; præter hoc etiam quod in ſervis Dei Monachis cum Martha Jeſum excepit in domum ſuam Brunwilrenſem gaudens, circa quorum frequens erat miniſterium; nec minus præter hoc, quod cum Maria ſedulo lectionibus ſacris, velut ipſius Domini, verbis intendens, integrum quotidie decantabat Pſalterium; nullius umquam ſeptimanæ Sabbathum, quo tantum balneo *k* uti li- AUCT. G. ceret, præteriit, quin aliquem de turba inopum, ſibi EX MSS. ſecretius adductum, calidis per ſe ipſam aquis perfun- k dens ſordes ablueret, crines comeret *l*, indutumque l veſtibus ſeu novis, ſeu non multum vetuſtis, conſolatum abire permitteret. Qua de re contigit etiam, ut mundiſſimarum ex hujuſmodi operibus manuum ejus facta in aqua ablutione, aliqui cæcitate prædamnati, ægris orbibus ſuis remedium videndi inferrent, qui hoc ejus merita poſſe indubia fide crederent. Ad quarum teſtimonia virturum quædam Adelburg ad noſtra uſque duraverat tempora, jam veterana, quæ ſolebat nobis referre; quia cum cæca fuiſſet ab infantia, in adoleſcentiæ perveniens ætatulam, eo quo prædiximus modo diu optatam commeruit lucis videre gloriam. Eamdem etiam ſanitatis gratiam in *m* Tonaburg caſtro, ab ipſa quædam cæca coram S. m Cruce, ipſius nimirum (ut indubitanter credi poteſt) crucifixi Domini medicabili dextra adjuvante, conſecuta eſt: propter quod eadem Crux ſancta ad venerationem ſui majorem, per ſeipſam Brunwilre, honorifice tranſlata eſt. Quid plura? omnem curam omnibus ſubinferens miniſtravit in fide ſua virtutem, ſcientiam, abſtinentiam, patientiam, pietatem, E amorem fraternum atque caritatem; ut per bona opera certam ſuam vocationem faciens, introitum ſibi pararet in æternum regnum gloriæ Chriſti Jeſu.

& illuminatione cæcorum clara,

12 Inſtabat jam annus, poſt eum quem ſuperius commemoravimus proximus, Incarnationis ſcilicet Domini milleſimus viceſimus quintus, cum Hezelinus Comes *n*, cognationis, immo impendendæ venerationis atque munificentiæ gratia, illam Aicheze *o* ad ſuum accerſitam convivium, omni quo poteſt honorificat obſequio. Quam non minus, ut credi fas eſt, Chriſtus interim cæleſte vocatam ad convivium lætificare diſponit in gaudio perenniter cum vultu ſuo, ſimulque conſortium Sanctarum, Saræ *p*, P Sephoræ atque Elizabeth honorificare contubernio. Nam explero convivii gaudio, levi mox in primis corripitur febricula; cujus per ſingulos dies acrius ingraveſcente moleſtia, ſeptimo tandem poſt eum diem, quo ægra decubuit, accepto ſalutis Viatico, reliquit ſuos lugentes & flentes; quia de hac convalle lacrymarum tranſivit ad contubernales ſuas, in vera perpetuæ beatitudinis vita ſine fine gaudentes. Cujus tranſitum in Aquis-grani palatio propere cognito (nam ibi tunc Comes Palatinus erat, occupatus cum totius Lotharingiæ Majorum collo- F quio) aſſumptis eis ſecum (quorum alii ſe Domi- *in Brawilre* nam, nonnulli decus & Imperii gloriam amiſiſſe *ſepelitur,* dolerent, gemerent, & plangerent) velocius pervenit ad conthoralis ſuæ corporis exanimi pignus venerabile. Quibus cervices ſuas feretro ſubjicientibus, aliis ex ſacro Ordine pſallentibus, aliis lampades & cereos præferentibus, ad Brunwilrenſe transfertur oppidulum; poniturque extenſo deſuper tentorio infra monaſterialis ambitus medium. Tota Colonienſium turba, ultimum ejus funeri officium redditura, cum Venerabili ſuo Archiepiſcopo Piligrino eo convenit: tribuſque diebus ac noctibus continuis, ad ejus exequias, quæ tantæ dolor feminæ atque amiſſio exigebat, cum pſalmis & vigiliis Miſſarum Sacramenta explevit. Donec demum quarto *cum Epitaphio* die ab Archiepiſcopo, infra ipſum tentorium, altare in honore S. Mariæ conſecratum eſt, ante quod ejus corpus venerabiliter humatum eſt, & epitaphium ſupra eam hujuſmodi ſcriptum eſt.

in Aicheze morbo corripitur & moritur an. 1025:

Otto avus, Otto pater fuerant huic, Ottoq; frater,
Sub queis Roma potens ſubdidit omne nocens.
Hæc hujus tecti ſtructrix, dux femina facti,
Mathildt nobilius ſuſcipit inde genus.

AUCT. G. EX MSS.

Arcitenens ipſam, quarto *q* ſub lumine, fixam,
Tranſtulit ad vitam, lucis in arce ſitam.
Cui quod debemus, quia non implere valemus,
Tu fer ſolamen, Chriſte Redemptor, Amen. *r*

13 Decubuerat autem in eadem prætata Aicheze villa, qua & ipſa, eademque febris moleſtia quidam Miles ejus, nomine Harnic: qui poſt ipſam quidem die ſequenti defunctus eſt, ſed ante ipſam primus ſepulturæ quietem, ante fores adhuc rudis ædificii, ſortitus eſt. Attamen venerabilis Heros tanto inſtabat inchoato operi ſtudio, ut quinto anno perfecto eodem monaſterio, dedicationem ejus ſupradictus Antiſtes VI Idus Novembris conſummaret; atque juxta morem prædia, quæ liberorum ſuorum permiſſione pius ipſe ſacrati loci fundator & auctor præcipuis Chriſti Confeſſoribus, Sancto videlicet Nicolao atque Medardo, delegaverat, quæque liberis relicta, ab eis poſtmodum ablque heredum poſteritate libera fore ſperaverat, banno ſuo rata in perpetuum confirmaret. His ita, non ſecus ac Abba Poppo Reverendiſſimus voluit, patratis; ipſe, aliorum cura monaſteriorum occupatus, providit à ſuis electum Fratribus proprium eidem loco Abbatem, moribus religioſum, verbo vero & opere divino atque humano per omnia inſignem & probum, nomine *s* Ellonem: cui Euangelica quidem vilicatio ab ipſo Domino Ezone commiſſa eſt, & ſic ad curam accepti regiminis agendam, anno Domini Incarnationis milleſimo triceſimo benedictione præfati Archipræſulis ordinatus eſt. Hujus igitur Abbatis & Fratrum: quorum, exceptis minoribus qui ad eorum diſciplinæ formam inſtituebantur, erant . . . *t* religioſam converſationem atque ferventiſſimam omnimodis in divinis cultibus devotionem adeo amplectebatur & diligebat, ut ſub ſerica veſte atque aureo baltheo converſatus, moribus ipſe potius quam habitu Monachus eſſe putaretur.

Ellone Ab. ſub annum 1030 *conſecrato,*

Ezo cum monachis ut monachus vivit.

14 Unde etiam contigit ut quadam vice ſui Militis cujuſdam, qui Monachis libenter detrahebat, oblocutione ſatis procaci offenderetur. Nocte ergo ſequenti, quæ ſolennis erat, ubi ſignum ad explendas laudes divinas ſonat, jubet eumdem, quod ante non ſolebat, accenſa lampade ad eccleſiam ſe cum lumine ſequentem præcedere; atque ibidem, donec perageretur, ſubſiſtere. Juſſa facit: & ut ventum eſt ad hoc, ut Dominica oratio ſub ſilentio diceretur, æſtimans omnia eſſe finita, volebat accenſa, ut advenerat, lampade; ſed, ſine nutu imperantis, non audebat quoquam recedere: arctabatur etenim, ſola ſubſiſtens in camiſia, nimio gelidiſſimæ noctis frigore. Fecit ergo ſecunda vice & tertia ſimiliter; cujus anguſtias ad correctionem ejus pius & prudens Heros ſe ſcire diſſimulans, nuſquam declinavit; ſed ſemper ſolennibus, uſque quo integrum decantaretur, hymnis & ſuis (ut ſolebat) placitis nimium Deo precationibus intentus, fixus eodem loco permanſit. Ita ille correctus artificioſa potius quam aſpera increpantis invectione, cœpit Dominum ſuum aſſidue & vehementer compellere, nihil ſibi reliqui dimittere, ſe ſuaque omnia ſimul Dei ſervis Monachis dedere: ſolos illos ſua etiam ſententia eſſe conteſtans, quamvis Euangelicæ neſcius doctrinæ, qui eum hic deficientem in æterna deberent tabernacula recipere.

iiſdem obmurmurantem efficaciter corrigit,

15 Neque hoc prætereundum eſt, quod ex ejus fidei virtute miraculum factum eſt; opera enim quæ ego facio, dicit Dominus, qui credit in me & ipſe faciet: à cujus verbis neuter ſexus, nulla conditio aut profeſſio, & (ut pace virginum viduarumque dixerim) nec etiam conjugatus aliquis excludi poteſt. Contigit enim, ut villicus ejus, Rudolphus nomine, in ejuſdem Brunwilrenſis prædii agro non niſi parum tritici ſemen ſeminaret; meſſis vero tempore perparum quidem tritici, per totum autem ſiliginis ſementem, atque in execrabile lolium verſum, id ipſum, ad ejus præceptum in horrea recondendum, ad miſſa falce meteret; quod à ſuis excuſſum paleis, exaratis eiſdem iterum ſuleis recommendaret. Factum eſt ergo ut præcepit: & in cujus nomine omnia credenti proſperantur, ſequentis anni meſſe, non ſiliginem aut lolium, ſed puriſſimi tritici ſementem recepit. Non hoc ſolummodo ipſius Rudolphi, ſed omnium ſenum illius regionis accolarum certa narratione nobis relatum eſt.

ſementem multiplicat. Joa. 14, 12

16 Nec mirum ſi ante ſuæ finem vitæ alienus in ſe ipſo non fuit à fidei virtute, qui florens adhuc primæva juvenilis ætatis lanugine, S. Udalrici Epiſcopi, propterea quod ejus erat conſanguineus, familiari miraculorum ipſius frequenter eſt jucundatus dulcedine. Cum Sancto, inquit Pſalmiſta, Sanctus eris, & cum electo electus eris. Contigit enim quadam vice beatum virum, inſtante Chriſti Nativitate, Ottonis Magni Imperatoris, cum reliquo Epiſcoporum conventu [iter ad] Curiam in ipſa hyemis aſperitate feciſſe, cui per quamdam ſilvam ire fuit neceſſe. Verum illi, ut evenire ſolet, equitanti, ramuſculus arboris objectus impedimentum itineris intulit; quem avulſum dextra, Pſalmorum & orationum ſacro ſemper frequens murmure, ſecum in via tulit; qui mox ſanctæ ſuæ manus calore, velut æſtivo ſolis adanimatus fervore, gemmis turgentibus expanſiſque foliis virentibus efflоruit. Quod cum, egregio juvene ſecum familiarius commeante, ſtupefactus ipſe cerneret, volens latere quod evenit, ramuſculum abjecit; quem ipſe protinus equo deſiliens collegit. Sed ut ei vanum favorem vulgi nullum excitaret ex virtute miraculi, à ſancto Pontifice mandatum accepit; quod & omni, quoad vixit tempore obſervavit; ſemperque pignus amabile, conſpicuo virore jucundum ac deſiderabile ſecretius apud ſe ſervatum habuit *x*. Nam poſtea hujus præcipue miraculi gratia, Hermannus Archiepiſcopus, Venerandi Patris ejuſdem filius, in ſancta Colonienſi Eccleſia ſancti Confeſſoris Chriſti ſolennizare inſtituit *y* feſta.

qui juvenis viderat miracula S. Vdalrici,

17 Ut vero ad maturiores ejus actus ſtylum reflectamus: poſt obitum religioſiſſimæ conjugis ſuæ, cum jam decimus annus *z* inſtaret, maximo ſuorum (ut ſemper) comitatu ſtipatus, ad ſuam provinciam *a** Salavelt profectus, & prolixiore ibidem tempore commoratus eſt & infirmatus, LXXX prope annos ætatis ſuæ habens, congruo ſuæ fidei, ſpei & operationi fine defunctus, & vere Beatis qui in Domino moriuntur, in illa qua nemo moritur vita, ſpiritu conjunctus eſt. Corpus vero ejus ad dilectum ſibi locum, quam, ut verus Abraham Patriarcha, non ab indigenis terræ, ſed à Chriſto & Sanctis ejus datis rebus ſuis in ſepulturam emerat, delatum; & ab Archiepiſcopo ſupra dicto, juxta corpus conſortis ſuæ devotiſſimæ Deo Mathildis ſepultum eſt *b** : & hoc Epitaphium ſuper ipſum deſcriptum eſt.

ætatis anno fere 80 *moritur.*

Nomen Erenfridi tribuat ſuper æthera ſcribi,
Nomine pro cujus ſtructa ſtat iſta domus.
Ad quod eum factum conjux clariſſima tractum
Flexit, & hæc obiit: liquit, & hic ſubiit.
Cujus fœcundi dederint cum pignora lumbi,
Subtraxit natis, quod daret hic Monachis.
Quem ſub bis ſenis Gemini miſere Calendis, 21 *Maji*
Qua fovet ille domo, qui Deus eſt & Homo.

ANNOTATA.

a Joannes XIX *ſedit ab anno* 1024 *ad* 1033: *& primus Abbas Ello deſignatus dicitur apud Bucelinum anno*

A *anno* 1028. *Sunt qui Ioannem illum* XX *nominent.*

b *Gelenius, in Theſauro ſacro hujus monaſterii num.* 3, *eam Cruculam nominat inter Reliquias hodiedum ſpectabiles.*

c Duysburgum *in Clivia, fere ad Ruræ Rheno influentis oſtium.*

d Inſula S. Suiberti, *vulgo* Cæſaris inſula, Keyſerwaert, *de qua multa nos ad Sancti illius vitam* 1 *Martii, inter Duysburgum & Duſſeldorpium.*

e *Hodie* Maulbaum, *vel* Maubern-baum *dicitur.*

f S. Popponis *Abbatis Stabulenſis Vitam dedimus* 25 *Ianuarii.*

g Piligrinus, *Archiepiſcopus Colonenſis, ab anno* 1021 *ad* 1037.

h *Obiit* S. Henricus, *Bambergenſis Epiſcopatus fundator, ipſo quidem quo hæc geſta ſunt anno* 1024, *ſed* 14 *Iulii; & Conradus ei primum ſuffectus fuit* 8 *Septembris, venerunt autem Brunvillarium monachi* 14 *Aprilis Feria* 3, *ut mox dicitur: qui concurſus eumdem annum notat, habentem litteras Dominicales* E D.

i *Tranſcribentis vitio deficit in ecgrapho numerus paſſuum, quem ex originali nobis velim ſuggerat aliquis.*

k Balnei *uſum aliquibus diebus ab Eccleſia prohibitum, nuſquam legi: videtur hic tamen ſimilis aliqua in*
B *diœceſi Colonienſi obſervantia indicari.*

l *Addit Interpolator* Pecten quoque, quo Chriſti pauperes comeret, in teſtimonium hactenus in oratorio Braweilerenſi, apud alias Sanctorum Dei Reliquias, reverenter ſervatur.

m *Gelenius* Thomberg *appellat, unde* Simulacrum Crucifixi miraculoſi, argenteis veſtiti laminis, Brunvillerium Fundatrix in proceſſione portavit: *quod uſque hodie ibi in veneratione eſt: diſtat autem caſtrum iſtud, in confiniis Trevirenſibus ſitum, circiter* 20 *p. m. à monaſterio.*

n Ezelinum *Ezonis fratrem faciunt, ut ſupra vidimus, Gelenius & Gamanſius.*

o *Interpolator legit* Ethcheze, *additque forſan eſſe* pagum Eſich prope Nideremb, quia hic Ezelinus poſſidebat Berchem &c. *Synopſis marginalis pagum* Eſch *notat.*

p Sephoram, *uxorem Moyſis, Sanctis adnumeratam, necdum alibi legi.*

q *Braweilerenſia Epitaphia pro menſium nominibus Signa Zodiaci nominant, quæ quoque menſe ſol ingreditur. Itaque hic indicatur* 4 *Novembris, per* Sagittarium *deſignati. Interpolator, neſcio quo argumento,* XII Kal. Decembris *notat: mirum eſt, nec illo nec alio die ipſam*
C *locari in Faſtis Gelenii.*

t *Hic Interpolator tria ad ſepulcrum Mathildis facta miracula ponit cum clauſula &c.*

s *Bucelinus Ellonem deſignatum Abbatem ait, an.* 1028, *& Biennio poſt inauguratum, quod hinc acceptum videtur.*

t *Hic iterum deeſt numerus Fratrum: neque interpolator, hic ſolito brevior, defectum ſupplet, uti nec etiam ſupra ad litt.* i, *ut videatur neutrum in originali inveniſſe, vitio tranſcribentis veroſimiliter omiſſum.*

v *Interpolator* ad integrum: *ſed non diſplicet* Advigilium, *ſumptum pro* Laudibus, *quæ Matutinum ſeu Vigiliarum Officium per tria Nocturna diviſum claudunt. Oratio autem Dominica poſt decantatos ſingulorum Nocturnorum Pſalmos ſecreto recitatur, ante cujuſque Nocturni Lectiones: quod iis ſolis notatum volui, qui Sacrorum Ordinum expertes divini Officii ritus ignorant.*

x *Eadem deſcribens Gelenius, Syntagm.* 15 §. 4 *hæc præfatur:* Præclarum vetuſtatis monumentum eſt in horto, *Braweilerenſi ſcilicet*, adhuc virens morus arbor, plantata olim ab Erenfrido Comite Palatino, in memoriam S. Udalrici Auguſtani Epiſcopi, ex arido ramuſculo, in manibus Sancti vireſcente.

y *Hanc inſtitutionem etiam in Faſtis Agrippinenſibus ad* 4 *Iulii notat Gelenius, & Officium duplex præſcribunt Breviaria Colonienſia antiquiora, quale unum habemus, excuſum an.* 1498. AUCT. G BX MSS.

z *Ergo anno* 1035.

a* Salaveit, *hodie* Salfelt, *ad* Salam *fluvium nobile oppidum, cum adjuncto ſibi ambacto ſeu territorio in Thuringia, à Colonia in Orientem* 80 *minimum leucis horariis diſtat.*

b* *Addit interpolator*, ſcilicet in eccleſiola beatæ Virginis, quæ fuit olim in viridario, ubi poſtmodum ſtagnum factum eſt. Tranſlata deinde ſunt utraque corpora ad medium chori, atque in tumba lapidea elevata decentius & honorificentius recondita. *His verbis in margine hæc adduntur.* Hæc duo corpora, quoad oſſa omnia & caput utrumque, prorſus incorrupta atque integra, ex ſepulcro elevato, in medio chori conſtituto, à moderno Reverendiſſ. Abbate Philippo, in præſentia totius Conventus, decentiſſime levata ſunt, atque ad latus Epiſtolæ in planitie ſummi altaris, ob ſtructuram novam chori, in ſepulcrum item elevatum honorifice tranſlata, anno 1667, 16 Auguſti. Ita teſtor, tunc præſens, ſcriptor horum, P. Andreas Schnorrenberg. *Gelenius in Faſtis ad* 20. *Iunii notat* Tranſlationem Erenfridi Palatini ex Salavelda in Braweiler. E

EMBOLISMUS

De miraculis utriuſque venerandi conjugis.

Qui hiſce Actis ſubtexuit locum de Brunvillarienſis appellationis origine, ſuperius à nobis vice Prologi relatum, idem ut videtur auctor, conſequenter hæc de miraculis addidit. Conſtat autem venerabilem Patrem Ezonem, præcipuum ſacri illius loci innovatorem, nec non & Mathildam religioſiſſimam ejus conjugem, etiam poſt mortem virtutibus claruiſſe: quod eo magis credibile eſt, quo longe ſuperius digeſta oratio, ambos adhuc in carne viventes his non caruiſſe, in teſtimonio eſt. Nam & earumdem virtutum miracula, quæ frequenter illic fiunt, ſi Beatorum Patrum Nicolai & Medardi meritis adſcribenda ſunt; hi tamen alieni illis non ſunt, quibus auctoribus nomina eorum ibidem in ſecula vivunt. Igitur in eodem vico fuit quidam adventitius, nomine Lynmarus, fullonis officio deputatus, habens filiam ſeptennem, cui ab ipſo nativitatis exordio, pedum denegaverat inceſſum contractio genuum. Inſtabat jam annus Dominicæ Incarnationis milleſimus quadrageſimus quartus: illuxerat etiam dies Aſcenſionis Domini feſtus, cum ecce eam ſecum ad quietis amborum (nam ſimul adhuc conditi fuerant) detulit locum; quam mox, cum adhuc pro ea in curatione ejus fidelis volveretur oratio, divina virtus in pedes erexit, & coram omnibus, qui aderant, admirantibus ſanam ei reſtituit. *Anno* 1044 *curatur paralytica,* F

Ex hoc primo miraculo quod accidit XXXI *Maji, quia Paſcha celebratum fuerat* XXII *Aprilis, intelligere poſſumus, in eumdem in quo* Mathildis *fuerat ſepulta tumulum illatum conjugis corpus fuiſſe; poſtea autem, crebreſcentibus ad illum miraculis, cum ampliori honore digni viderentur beati conjuges, elevata humo corpora ſeorſim diverſis in tumbis eſſe collocata, itáque fuiſſe cum iſta ſcriberentur, atque manſiſſe quoad ſtetit parva illa in viridario eccleſia, cujus meminit Interpolator ſupra allegatus. Cum vero eadem inde ad Chorum majoris eccleſiæ tranſferenda eſſent, manſerint illa fortaſſis capſis ligneis diſcreta, in unam tamen lapideam tumbam illata ſunt, in qua etiam nuper fuerunt reperta. Hoc prænotato, quod non exiguum religioſioris cultus indicium videtur eſſe, addo quod P. Andreas Schnorrenbergh ad ſupra ſcriptum miraculum: alterumque,* *cum nec-dum diverſis in loculis poſita eſſent corpora:*

AUCT. G. EX MSS. *alterumque, ab Interpolatore relata ſtatim poſt narratam ſepulturam Mathildis, quaſi ad eam ſolam illa ſpectent, ſic notet in margine:* Hic in eodem Ms. libro vetuſto ſequuntur miracula, quæ poſt mortem patravit B. Mathildis. *Horum quod proximum à præcedenti eſt, accidiſſe videtur poſt ſeparationem corporum in prima tranſlatione factam: ſic enim ab Interpolatore refertur.*

Erat quidam Gunzelinus nomine (cui ſimili modo, ut ſuperius de puella relatum eſt, prima dies exordia vitæ membrorum cum ſtrage dedit) qui, ſi-
anno 1052, cut ille quem B. Petrus curaſſe in Actibus Apoſtolorum legitur, ad portam monaſterii quotidie ponebatur bajulorum manibus, quatenus ad limina Sanctorum aut ſuæ debilitatis plangeret miſeriam, aut ab introeuntibus peteret eleemoſynam. Anno itaque Dominicæ Incarnationis MLII, Dominicæ Reſurrectionis hora matutinali, bajulorum adminiculo, qui, cum reliquo Chriſtianæ devotionis populo, divino aderant ſervitio, in crypta juxta chorum poſitus, videt (ut ipſe poſtea retulit) matronam, operoſis veſtibus indutam, præcedentibus viris duobus Pontificali dignitate fulgentibus, chorum intrare, & ſibi nutu vultus, ut ſequatur, imperare. Qui de viſione admiratus, neſcit an citius ſit curatus: de nutu enim imperantis exiliens medicina potens, protulit inceſſus, quos non ſibi contulit ortus. Tertia de hinc die Dominicæ Reſurrectionis panem non modicum, ſuper ſanctæ memoriæ ſepulcrum Dominæ Mathildis poſitum, arripiens & avide comedens, magnum omnibus Deum laudantibus miraculum præbuit; quia, infantium more, numquam antea ſolido cibo uti valuit. *Paſcha iſtud Cyclo lunæ* VIII, *ſolis* XXV, *litteris Dominicalibus* E D *incidit in* XIX *Aprilis: qui autem Matronam in viſu apparentem comitabantur Pontifices, eos poſſumus opinari, fuiſſe* Sanctos Cunibertum *&* Heribertum, *Colonienſes Archiepiſcopos; hic à nobis illuſtratus* XVI *Martii, iſte* XII *Novembris commemorandus.*

apparente B. Mathilde erigitur alius paralyticus,

B

reliqua miracula deſiderantur.

Plura miracula in eodem Ms ſequi perſuaſus, ad ipſum R. P Schnorrenbergh, jam ſacræ Theologiæ Licentiatum, dedi litteras; qui non niſi eadem duo miſit ſub hujuſmodi titulo, ſequitur de eo quod ipſa Fundatrix noſtra poteſt, propter vitæ merita, Sancta æſtimari, & ejus patrocinium in ſecretis orationibus implorari: *hoc autem poſtquam fuſe probavit Auctor, allegata etiam* Gloſſa in tertio ſexti Decretalium (*cujus Gloſſæ ſcriptor Ioannes Teutonicus obiit Friburgi anno* MCCXLII) Ne quis, *inquit,* ampliori vacillatione de hujus eximiæ virtutum operatricis ſanctitate ſuſpendatur, ipſam etiam poſt mortem carnis miraculis coruſcaſſe, neminem fugere cupio: quorum aliqua, à prædeceſſoribus noſtris in vetuſto libello conſcripta, hic annectere dignum duxi; *videlicet,* De puella quæ fuit ab ineunte ætate contracta, & tandem per merita venerandiſſimæ Dominæ Mathildis extitit ſanata: *&* De claudo, per merita ipſius venerandiſſimæ Dominæ ſanato. *Si libellus iſte vetuſtus alius non eſt ab his quæ modo damus Actis, fruſtra plura miracula requirimus, cum ſcripta non fuerint: ſin eſt aut fuit aliquando alius, iſque jam periit, patienter ferenda jactura quæ reparari non poteſt.*

C

CAPUT III.

De Hermanno Archiepiſcopo, Ottone Sueviæ Duce, & Richeza Poloniæ Regina, Fundatorum filiis.

Otto Patri Ezoni ſuccedit:

18 LUdolphus ſolus filiorum ejus, tribus ante tranſitum ejus annis, in ipſo Brauwilrenſi oppido (cujus advocationem primus poſt patrem habuit, relinquens eam filio ſuo Cunoni) defunctus, & ibidem eſt conditus: juxta quem & Henricus filius ejus ſitus *a* eſt. Otto igitur filius *b* ejus, qui erat aſpectu venuſtus, ſtatura procerus, affatu jucundus, patriis rebus & honore dignus heres ſubſtitutus eſt. Et non multo poſt etiam frater ejus Her-
Hermannus Piligrino Archiep. mannus, Piligrino Archiepiſcopo tranſmigrante *c*, Conrado adhuc imperante, Sanctæ Coloniæ Archipontificatum gratia Dei, & electione totius Cleri, atque favore univerſi populi adeptus eſt.

D a b

c

19 Eodem tempore Richeza Regina, facto inter ſe & Regem conjugem ſuum divortio, per odium & *Richeza maritum adulterum deſerens,* inſtigationem cujuſdam ſuæ pellicis, cum ei jam peperiſſet Chatimerum *d*, cujus generoſa poſteritas divitiis & poteſtate nobiliter inſignis permanet uſque hodie, veſte mutata, paucis ſe fugam clanculo agentem adjuvantibus, utpote faſtus ejus intolerabiles ſimul & barbaros Slavorum pertæſa ritus, venit ad Imperatorem Conradum in Saxoniam: à quo venerabiliter & ipſa ſuſcepta eſt, & ipſe nihilominus glorioſis ipſius xeniis magnifice honorificatus eſt. Accepit namque ab ipſa duarum, ipſius Regiſque ſui conjugis Coronarum *e* inſignia: conceſſitque ei eam-
coronas Poloniæ offert Conrado Imperat. dem gloriam, congrua plane ſibi reddita viciſſitudine, cujus totum venit ex munere, quidquid, ſuum extra limitem, Romanum Imperium magnificentiæ ejus ad ſeſe contraxit in tempore. Nam patrata mox ſuper Polonos expeditione, triumphatoque ſub tributo Miſechone cum tota Slavorum gente, victoriæ trophæum duplici quoque ſub corona ſortitus eſt. Sed hic in brevi functus ſicque defunctus eſt, & Henrico filio ejus ſummam rerum agere conceſſum eſt. Qui cum regnare cœpiſſet, exorta contra eum Godefridi *f* Ducis atque Baldewini *g* Comitis invi-
hujus filio Henrico adeſt Otto Palatinus, dia, ad excitandum plurimis pernicioſiſſimum mortalibus tumultum, multa quidem paſſus eſt adverſa: quæ quamvis cum difficultate, ſupradicto tamen Archipræſule Hermanno & fratre ejus Ottone Comite Palatino, quos præ omnibus ſui ſemper laboris & gloriæ conſortes habuit, laborioſiſſime ſecum decertantibus, ſimul & eum glorioſiſſime in omnibus adjuvantibus, ſuperavit univerſa. Siquidem Imperatori Comitis Palatini non ſolum fidem, ſed & virtutem ſibi ſummopere appetendam fore, ea res maxime ſuadebat, quæ & tunc recens erat, & magnam ubique viro laudem circumferebat.

e

f g

20 Fuit in ſaltu *h* Slavorum (qui, ob denſitatem nemoris umbroſam, juxta linguam eorum, *i* Lovia dicitur, quique ob immenſæ latitudinis & longitudinis vaſtam ſolitudinem infinitam urſorum nutrit multitudinem) urſus quidam, naturali rabie ceteris *famoſus ob immanem urſum* ſævior & crudelior, & ipſa etiam enormi corporis, mole major (ultra quam credi poſſit) & immanior. Hujus tanta rabies erat, ut non ſolum venatus cervorum raptuſque damularum, atque aliarum conculcatio beſtiolarum, ad mitigandam inanem ſui ventris ingluviem, non ſufficeret: quin etiam ſub clara luce diei, ferali auſu, ad nullorum pavidus occurſus venatorum, horrida rictibus ora trahens, in patentes è vicinitate regiones è cubili ſuo pollenter emergeret, & valida jumentorum & fortia boum corpora, ſive adjuncta carpento, ſive ſubjugata aratro invaderet, ſuffocaret, voraret. Compulſa ergo tota gens illa eſt à tali ſuarum rerum, immo vitæ ſuæ execrabili vaſtatore, aut illum, ſi prævalerent, omnes quo quomodo pariter inſequentes ſuis à finibus exturbare ſive necare; aut, ſi id agere non poſſent, alio ſub cælo quieta ſuiſque commoda uſibus habitacula quærere. Afflictis ſuis rabida peſte rebus, tandem, *in Slavia* quamvis ſero remedium, id ſolum fore explorant, *prope Salveld,* ſi Dominum Palatinum Comitem ad hoc humili precatu flectere queant, quo ſe communi hoſti, victoriam à Domini procul dubio dextera & virtute per-

h

i

F

A perecepturus propria, opponat; nam ſuimetipſius provinciam Salavelt maxime devaſtaverat. Quod imploraverant ocius actu conſequuntur: aſcenſo
k equo, atque emiſſario comitante *k* lyciſca, quod eſt genus canum jubis inflexis villoſum atque fortiſſimum, venatum aggreditur: ceteriſque venatoribus cum tubis ranciſonis circa ſpiſſiora ſaltus loca occupatis, beſtia immanis, quidnam circa ſe agatur exploratura, egreditur; & ſolum è vicino cernens ad-
l eſſe, emiſſo horrendo ſatis micatu *l*, ſimulque erectis in altum brachiis, cum plantis minacibus eum ag-
feliciter occiſum. greditur; cujus mox primus impetus, lyciſca gravi aurem ejus morſu lacerante, impeditur. Nam ut eſt injuriæ natura impatiens, dum ad eum verſa planta cum aſperis unguibus ſe ulciſci nititur, abſciſſa protinus eadem, venabulum in medio occipitis excipiens, ad terram eliditur. Paratis poſt hoc, ut par erat, carnibus ejus in eſcam, lætum convivium inſtauratum eſt; corium vero ejus quindecim pedum longitudines ſpatium habuiſſe probatum eſt. Sunt qui dicant, quod non provectioris, ſed recentioris ætatis tempore, has theatrico dignas ſpectaculo monomachiæ patraverat palæſtras; quod eo vicinius laudi eſt, quo conſtat, quod tenuis ætas tale quid agendi
B ſuam virtutem non habet.

qui factus Dux Sueviæ 21 Imperator autem majoris volens dignitatis gloria virum extollere, accepta ab eo Inſula S. Switberti atque Duysburg, munificentiæ gratia Suevorum ei committit Ducatum (Henrico *m* ejus patrui
m filio ad Palatii officium ſubſtituto) qui traditum, omnium fere mortalium favorabili erga eum habita dilectione, glorioſe gubernans, tertio (pro dolor!) ejuſdem Ducatus anno VII Idus Septembris, imma-
n tura morte in Conabs *n* Caſtro diem clauſit extremum. Ea tempeſtate Imperator expeditionem ſupra Flandrenſes acturus, S. Mariæ feſtum celebravit apud
o *o* Xanctum: ubi ejus [frater] Hermannus Archi-
moritur præpropere, præſul exhortationem inſtanti periculo congruam ad plebem faciens, univerſoſque admonens, quatenus à ſuperna clementia pro concinnanda Regni pace
P Imperatori filium *p* dari ſecum implorarent, cognita per nuntium morte fratris, flebili voce finem allocutionis fecit, & omnes ad lamenta perturbatos incitavit. Expletis autem Miſſarum ſolenniis, juxta frequentem omnium & ipſius Imperatoris petitionem, qui nec ad momentum quidem ejus ſolatio carere poterant, retentus eſt, & Epiſcopus Tullenſis
q Bruno, qui ex virtute animi vel fidei Leo *q* appel-
C latus, Papa Romanus poſtea factus eſt, ad tumulandum fratrem ejus Brunwilre miſſus. Qui devo-
& à Brunone Tullenſi Ep. ſepelitur, te, quæ vel juſſus vel poſtulatus fuerat, expleturus adveniens (erat enim iſte vir ipſo corporis ſtatu vultuque terribilis ſimul & amabilis, verbo etiam & opere ad ædificationem corporis Chriſti mirabiliter inſignis) omnia, quæ triſtibus exequiis uſus Eccleſticus ſancivit, pro requie ipſius reverenter & competenter explevit: ſicque eum venerabiliter juxta
r ſuorum oſſa parentum ſepelivit *r*.

ſorore ejus Richza ſacrum velũ ſumente: 22 Qua die ſoror ejus Richza Regina ita etiam deplanxit eum, ut ipſa prope moreretur. Omnem ornatum ſuum, lunulas & torques, & monilia & inaures, & gemmas & vittas, omnia aut auro textilia aut penitus aurea, in divinos converrenda cultus principali altari imponit; acceptoque à ſancto Pontifice ſacro velamine caput obnubit, ſibique ſepulturam juxta fratrem fore diſponit: ſuorumque fidem ſuper hoc, quod id ipſum ſuperſtites ipſi fideliter
cujus opibus fretus Ello Abbas compleant, expoſcit. Qua de re Abbas Ello, ipſius permagno confiſus auxilio, vetus monaſterium funditus deſtruxit, & aliud validioribus fundamentis ambitioſius conſtruendum, novo opere inchoans, imperfectum reliquit. Jam antea eccleſiola S. Me-

dardi deſtructa, ejus altare ſubmotum, ſine læſione infra ambitum prioris monaſterii transferre voluit; ſed non valuit, nam penitus confractum eſt. Et quia locus ſacratus, cui prius inerat, quadam immunditia contaminatus eſt; divino verbere, putredine ſcilicet unius cruris, graviter tactus eſt: alias autem præter hanc cauſam, in omnibus felix & proſpere agens, ex hac luce *s* ſubtractus eſt, & à ſucceſſore ſuo Tegenone, qui jam pridem ordinatus fuerat, honorifice ſepultus eſt.

AUCT. G. EX MSS. *novũ ſtruit monaſterium,* s

22 Verum quid Pius Hermannus Archiepiſcopus pietatis aut potius tutelæ eidem loco prævideri, ſi quis ſcire deſiderat, Apoſtolici Papæ Leonis epiſtolam legat, & contra eam agentes, neque divinas neque humanas leges juſtitiæ cultui commendantes, ſed contemnentes expaveſcat, noſtrique temporis miſerias, totis viſceribus ad Deum converſus, deſleat. Exemplar vero hujus hoc eſt, Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Hermanno S. Colonienſis Eccleſiæ Venerabili Archiepiſcopo, ac per eum ſuis ſucceſſoribus illuc canonice intrantibus in perpetuum. Convenit Apoſtolico moderamini pia pollentibus religione aſſenſum præbere pietatis, ut & nobis proficiat ad æternam beatitudinem, & eccleſiis ad perpetuam defenſionem. Quia nuntius tuus E
Romam veniens, Fili cariſſime, ſollicitavit nos precum ſuarum nimietate, ut per Apoſtolicæ defenſio-
ſibi confirmari impetrat. nis paginam confirmaremus Eccleſiæ tuæ Abbatiam
t ſitam in Brunwilre, ſicut præceptum *t* Cariſſimi filii noſtri Imperatoris Henrici videtur continere. Inclinati igitur tuis juſtis precibus confirmamus & corroboramus tuæ Eccleſiæ prædictum monaſterium noſtra Apoſtolica auctoritate, ut habeat & poſſideat, cum omni ſua integritate, & quod habet modo & quidquid acquirere poterit in futuro, ſecundum definitionem, qua definitum eſt ante præſentiam filii noſtri Sereniſſimi Imperatoris, ſtatuens Apoſtolica cenſura, ut nullus Imperator, Rex, Archiepiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, vel quilibet cujuſcumque poteſtatis exactor moleſtare vel infringere audeat; ſed ſicut à te eſt conſtitutum, permaneat. Si quis autem contra hanc defenſatricem paginam venire tentaverit, noſtri anathematis jaculo perfoſſus ad vitam numquam aſſurgere mereatur; qui vero cuſtodierit immaculatam, noſtram benedictionem habeat cumulatam. Siquidem Henricus Imperator, ſicut hæc charta teſtatur, juxta prædicti Pontificis votum, eumdem jam ſua auctoritate & privilegio confirmaverat locum. Ubi cognita F
prioris & noſtræ *x* ætatis diſtantia, facile diſcernitur, x
in quam periculoſa devenimus tempora, cum à ſtatu ſuo, Deo placito & hominibus commodo, immutata ſunt omnia. Nam ſicut ait veritas: quoniam abun- Mat. 12, 24
davit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum.

quod Hermannus Archiep. à Leone 10

23 Anno etiam Dominicæ Incarnationis milleſimo quinquageſimo ſexto defuncto Pio Archipræſule *illi ſuccedit S. Anno* y Hermanno, ſucceſſit ei in Epiſcopatum Vir Venerabilis Anno: qui quamvis ſanctæ religionis approbatus cultor fuiſſet, interdum tamen proprii plus arbitratus quam juſtitiæ cultus tenax, eidem loco nihil pietatis impendebat aut affectus. Quod ſentiens Richeza Regina, habito prudentum apud ſe conſilio, ratum duxit eſſe, Pontificem beneficiis placare: venienſque ad eum in Inſulam S. Swiberti, commorantem cum Imperatore, S. Petro Saleveld & Coburg z: S. Nicolao vero Clottenum, per manum z
Mundibordis *a** Henrici Comitis Palatini, de pla- a*
cito ſibi ad vitam uſu fructuario, ſub ſolenni dedit *Clotenum probat donari monaſterio,* traditione. Ubi mox Archiantiſtes eodem animi voto eademque ſententia, qua S. Petro & ſibi Saleveld & Coburg; Clottenum, S. Nicolao & Abbati Tegenoni, (ut ipſe Imperator qui præſens erat hoc

AUCT. G EX MSS.

agi juſtum fore dicebat) ſub diro banno ſuo, terribili ſub anathemate damnatis invaſoribus earumdem rerum, perpetuo poſſidenda confirmabat. Super quo etiam piæ actionis negotio ipſius Reginæ Privilegii *b** charta deſcripta eſt; quæ in redargutionem impiorum, quibus juſtitia pœna eſt, ad hunc uſque diem legere volentibus, apud ſacri cultores loci ſervata eſt.

b*

& hoc abſolutum conſecrat anno 1061.

24 Anno autem poſt hoc milleſimo ſexageſimo primo, cum jam perfectum eſſet in Brunwilre monaſterium, idem Reverendiſſimus Archipræſul Anno, quod ſui erat officii expleturus, cum Egilberto *c** Mindenſi Epiſcopo eo veniens, & ſub veneratione Sanctorum Confeſſorum Chriſti pariterque Pontificum Nicolai atque Medardi, ejuſdem monaſterii Dedicationem III Kal. Novembris conſummavit: & ita ut erat Sacerdotalibus indumentis infulatus (Jéſum teſtor) Clottenum ſpecialiter, & reliqua generaliter prædia ſacro illi collata loco, banno ſuo ſecunda jam vice confirmavit. Conſtructum eſt & aliud ex ejuſdem glorioſiſſimæ feminæ atque Reginæ ſumptibus monaſterium per Adelberonem *d** Wirtzenburgenſem Epiſcopum, in loco ubi S. Kiliani Sociorumque ejus ſacrum exſtat Martyrium: utpote cujus Epiſcopium ex ejus numeroſa familiarum clientela, cum omnibus quæ ad oppidum *e** Saltzo pertinent, regia prorſus munificentia adauctum eſt *f**. Verum non multo poſt, anno ſcilicet Dominicæ Incarnationis Milleſimo ſexageſimo tertio XII Kalend. Aprilis, apud Salevelt ipſa defuncta eſt *g**. Corpus vero ejus religioſo tantæque feminæ exequiarum congruo apparatu Coloniam delatum, & Archipontifice inſiſtente, ibidem in eccleſia S. Mariæ, quæ eſt ad Gradus, humatum eſt. Hacque ex occaſione, contra fas juſque divinum, excepto quinque librarum cenſu, ſacer Brunwilrenſis locus, non ſolum confundatricis ſuæ corpore, ſed & Clotteno privatus eſt *h**.

d*

ac mortuam Richezam Coloniæ ſepelit.

B

e*

f*

g*

h*

ANNOTATA.

a *Neutrius extare monumentum, ex ſilentio Interpolatoris & Gelenii colligitur.*

b Otto, *filius ipſius Ezonis.*

c Piligrinus *obiit anno* 1036 25 *Auguſti, quando ejus memoria refertur in Faſtis Gelenianis.*

d Caſimiro *beatitatis titulum tribuunt aliqui, ad diem* 28 *Novembris. Hic, diſpenſante Pontifice ex Cluniacenſi monacho Rex eſt factus an.* 1041: *qui quomodo poſt decem generationes, per Zimburgim Maſoviæ Ducis filiam, Friderici Auſtriaci Imperatoris & Catharinæ Marchioniſſæ Badenſis matrem, omnes fere Chriſtianos Europæ Principes ex ſe produxerit, declarat* Arbor genealogica Principum & Procerum progredientium ex femore B. Richezæ, *edita à Gelenio.*

C

e *Hac de cauſa* Richezæ *nomen fœde proſcinditur à Polonis ſcriptoribus: quod Gelenio occaſionem Vindiciarum ſcribendarum dedit: illi vero, ac nominatim Matthias à Michovia lib.* 2 *cap.* 13, *ſic loquuntur, quaſi Reginam cum filio expulerint Poloni, poſt mariti Miſechonis ſeu Mieciſlai mortem, anno* 1034 *obitam; Teutonici nominis odio cauſam prætexentes, quod ipſa maritum pro voto olim gubernaſſet &c. quare illa ad Henricum Conradi ſucceſſorem confugiens, eidem, traditis ſua ac mariti coronis, regnum prodiderit. Verum, ſicut erravit Matthias in nominando Imperatore ad quem Regina confugit (Moriente enim Mieciſlao uſque ad quintum annum adhuc ſuperfuit Conradus, primum defunctus an.* 1039) *ſic errare potuit in tempore ac cauſa fugæ; adeoque major fides danda huic tam antiquo auctori, maxime cum ipſimet Poloni, non ſolum inertiæ, ſed etiam laſciviæ intolerabilis Mieciſlaum accuſent. Quod autem ad ipſas nuptias Richezæ attinet, dubius hæreo utri plus credam; Matthiæ ne, eas anno* 1001 *conciliatas ſcribenti ab Otthone* 3; *an Interpolatori Brawilerenſi, differenti illas poſt pacem inter S. Henricum & Ezonem Palatinum confectam: utriuſque enim auctoris æque mihi vacillat fides, cum appareat utrumque hic parum comperta ſcripſiſſe.*

D

f Godefridus Barbatus, *Dux Lotharingiæ, Henrico ſæpe reconciliatus, ſæpe rebellis; ut videre eſt apud Lambertum Schafnaburgenſem, ad annos* 1045, 6, 7 *&* 1050, 45.

g Balduinus V, *Cognomento* Friſo *ſeu* Inſulenſis, *Comes Flandriæ, Godefrido confœderatus.*

h Slavos *hoſce ad Salam fluvium, interque eos* Salaveldiam *conſtitui, mox indicatur. Videntur autem illi à mari Balthico (ubi ſeculo* 12 *habuerunt* S. Canutum 7 *Ianuarii à nobis celebratum,* Slavorum Principem & Regem Obotritorum) *ad uſque Bulgariam olim ſe diffudiſſe, longo terrarum tractu inter gentes, quæ Germania tranſitur, utrimque Teutonicas, à quibus in Moravia Bohemiaque adhuc Slavica lingua perſeverat; ſed ita, ut ſicut in ditionem Teutonum, ſic & in linguam paulatim immigrarint omnes, qui ab Hamburgo uſque ad Bohemiæ fines Albis ac Salæ ripas accolebant.*

E

i *Etiam Teutonibus* Loof, Loove, *folium, & condenſitatem foliorum ſignificant, Germani* Laub *pronuntiant.*

k Lyciſca *alioqui diminutivum eſt à Græco,* Λύκος Lupus, *& ut propium potius quam appellativum nomen canibus aptabatur à Latinis, ad individuum, non ſpeciem ſignificandam.*

l *Fortaſſis* Uncatu. *I. A. Comenius in ſua linguarum Ianua,* Villoſus urſus, *inquit,* murmurat & uncat, *ſicut* hinnire *equus,* barrire *elephas,* rugire *Leo dicitur. Sed hactenus requiro antiquum auctorem, qui* uncare *vel* micare *urſum ſcripſerit.*

m Henricus, *filius Ezelonis, Palatinus creatus (uti hic dicitur) an & quem filium habuerit tituli ſucceſſorem, necdum comperi. Bucelinus, agens de fundato per eum Lacenſi monaſterio, Adelhaidem conjugem ei jungit; ſed non placet quod fundationem iſtam differat uſque ad an.* 1093. *Fortaſſe* 1063 *ſcripſit ipſe, ſed typum inverterit negligens typotheta, ſicut in millenario poſuit* 2 *pro* 1. *Ejus,* Pridie Idus Aprilis *mortui, extat ibidem magnifice elatum ſepulcrum.*

n *Interpolator* in Thonaburg-caſtro, *quæ lectio nobis magis placet: meminit illius in Faſtis Colonienſ. ad* 7 *Septembris Gelenius.*

o Xantis *oppidum Cliviæ, vulgo* Santen, *inſigni eccleſia collegiata ſpectabile.*

F

p *Impleta demum hæc vota ſunt anno* 1051, *quo Imperatori filium natum* 3 *Idus Novembris ſcribit Schaffnaburgenſis.*

q S. Leo IX, *cujus Acta illuſtravimus* 19 *Aprilis, factus eſt Pontifex anno* 1049.

r *Interpolator addit:* Sed exuviæ ejus deinde ad eccleſiam tranſlatæ ſunt, & juxta latus altaris S. Joannis Baptiſtæ in elevato ſepulcro collocatæ. Epitaphium ſepulcro tale appenſum:

Virgineum fidus dum ſeptem terminat Idus,
Admonet, huc veniens ut legat iſta gemens.
Heu! Ruit Ottonum flos Regum magnificorum,
Imperiale quibus ceſſit in orbe decus.
Flos hic eorumdem tulit Otto nomine nomen,
Cui Mathild mater, cui fuit Ezo pater:
Dux qui Sŭevorum, moriens fit planctus eorum:
Sed de morte, Deus, hunc repara melius.

P. *Andreas Schnorrenbergh admonet, iſtud olim S. Ioannis Bapt. altare, nunc eſſe Divæ Virginis.*

s *Anno* 1050, 22 *Maji obiiſſe* Ellonem *ſcribit Bucelinus: ſucceſſorem vero ejus* Tegenonem *præfuiſſe uſque* 5 *Ianuarii anni* 1063.

t *Præceptum iſtud ſeu Privilegium legitur apud Gelenium*

A *nium in Vita B. Richezæ pag.*27, *videturque ſimul confectum cum alio præcedenti, ipſum monaſterium directe ſpectanti, ſuper Clotteno aliiſque bonis in tractu Moſellano; hoc autem ſignatur datum an.* 1051, x *Kal. Auguſti.*

x *Reſpiciunt hæc non ſolum ad tempora Hildulphi Archiepiſcopi, propter Clottenum allodium, à S. Wolfelmo repetitum, perquam moleſti monaſterio; uti legitur in cap.* 3 *vitæ; ſed etiam ſucceſſorum ejus: nec enim niſi mortuo Wolfhelmo res plane compoſita fuit.*

y *Obiit* Hermannus 11 *Februarii, quando inſcribitur Faſtis Gelenii; ejuſque imago, ut Sancti, æque ac ſororis Richezæ, viſitur in eccleſia S. Mariæ ad Gradus Coloniæ.*

z *Acceptatio hujus donationis facta anno* 1056 *extat apud Gelenium pag.*34. *Eſt autem* Coburg *Ducatus titulo inſigne oppidum in Franconia, medio fere inter Salefeldiam & Bambergam itinere: porro ex hoc loco intelligitur, quo jure Archiepiſcopus Colonienſis anno* 1071, *expulſis Salefeldia Canonicis, ſubſtituerit monachos Colonia adductos, præteritis iis quos ex vicina Franconia habere poterat, uti queritur Lambertus Schaffnaburgenſis.*

a* Mundibordis, *aliis Advocatus, Patronus ſecularis ad jura eccleſiarum defendenda.*

b* *Chartam hanc exhibet Gelenius in Vita præcitata*
B *pag.*25.

c* *Catalogus Ms. Epiſcoporum Mindenſium hunc, in ordine decimum ſeptimum, nominat* Engelbertum, *cui conſonat Cratepolius de Epiſcopis.*

d* Adelbero, *juxta Democharem, ſedit ab anno* 1045 *ad* 1090, *ſucceſſor S. Brunonis de quo egimus* 17 *Maji.*

e* Soltz *in Hennebergenſi Comitatu, leucis circiter* 20 *Wurtzburgo diſtans verſus Boream.*

f* *Addit Interpolator*, Fecit etiam ipſa conſtrui venerandiſſima Regina capellam in pago Clottenenſi, pro commodo ſuo, ut cum ibidem moram traheret, abſque tumultu populi Miſſas ad nutum celebrari faceret, quas devotiſſime audire poſſet: quæ capella, ut in antiquiſſimis litteris habetur, vocatur Recluſorium Dominarum, ideo quia cum ibidem Miſſa celebrabatur, ipſa cum pediſſequis ſuis ac reliqua familia intus exiſtens claudi mandabat capellam, ne à tumultu ullo turbari poſſet.

g* *Idem addit verbis immediate præcedentibus:* Tandem B. Richeza, poſtquam B. Petro ejuſque ædi Metropolitanæ Coloniæ, coram Annone II Archiepiſcopo, dediſſet Salevelt, Koburg, & Orla (*de quo ultimo loco alibi nihil*) cum omnibus appertinen-
C tiis; cetera vero omnia ſe concernentia, & corpus ſuum cum omni ſupellectile & mobilibus, S. Nicolao in Braweiler legaſſet, vitamque ſanctiſſimam inſtar Sanctimonialis duxiſſet; mortis debitum & ipſa ſoluit anno MLXIII, XII Kal. Aprilis. Cujus corpus cum cimeliis, aliter quam diſpoſuerat ipſa, imo & quam S. Anno juratus promiſerat, idem Archiepiſcopus violenter detineri juſſit, & in ſuo noviter conſtructo monaſterio ad Gradus S. Mariæ Coloniæ ſepeliri, converſis divitiis ejus reliquis ad dotationem Siburgenſis monaſterii & præfati Colonienſis S. Mariæ ad Gradus, haud dubie per conſilia malorum ſuaſorum ad hoc inductus. *Ita ille. Extat apud Gelenium ipſius Richezæ teſtamentum hæc eadem confirmans, quod proinde hic apponendum putavi.*

Teſtamentum B. Richezæ.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Sicut Religioſa ac pia ſemper parentum ſolicitudo quodam affectu dilectis filiis, non ſolum in temporalibus ad præſens, ſed etiam de manſuris providere debet in futurum; ſic devota filiorum ſucceſſio rationabilia parentum Deoque placita inſtituta, non tantum debet inconvulſa cuſtodire, verum, ad inſtar ſervorum fidelium ſibi, creditum à Domino talentum geminando per opera miſericordiæ & ſemper ad meliora pro-

ficiendo, æternæ retributionis præmium fiducialiter exſpectare, Inde eſt quod ego Richeza, Poloniæ quondam Regina, poſt deceſſum Patris mei Domini Erenfridi illuſtriſſimi Comitis Palatini, & Matris meæ Deo devotiſſimæ Mathildis, Brauwilerenſi cœnobio, ab ipſis primum fundato, paternæ donationis intuitu debitam cupiens exhibere reverentiam; poſſeſſiones ad ipſum prædium Brauwiler pertinentes, cum villis, agris, manſis, mancipiis, ſilvis, pratis, paſcuis, molis, molendinis, aquis aquarumque decurſibus, quæſitis & acquirendis, in ipſo termino conſtitutis; Clotteno etiam ſuper Moſellam, cum ſuis appendiciis Meſenich & Rile, cum omnium integritate (ſicut pater meus ea jure proprietatis legitime & pacifice poſſederat, & jam dudum vivus & incolumis pro remedio animæ ſuæ & matris meæ defunctæ, præfato monaſterio cum filiorum conſenſu libere tradiderat; quemadmodum in Privilegio Domini Piligrimi venerabilis Colonienſis Archiepiſcopi continetur) hæc, inquam, Deo ſanctoque Nicolao conſignata, ſecundum patris mei conſtitutionem, non ſolum rata & inconvulſa cuſtodire curavi, verum etiam de meo patrimonio adhuc mihi ſuperſtite Chriſtum faciens heredem, ob ſempiternam parentum & fratrum meorum, in gremio ejuſdem eccleſiæ E ſepultorum, meique memoriam, D. Nicolao præfati Cœnobii Patrono arpennas XXI in Clotteno perpetua traditione adjeci, mihique in eodem loco poſt deceſſum meum locum requietionis & ſepulturæ deſtinando providi. Si quis autem hanc meæ conſtitutionis paginam infringere vel auſu temerario violare præſumpſerit, iram Dei Omnipotentis & Beati Petri Principis Apoſtolorum, Sancti Nicolai & omnium Sanctorum incurrat, & niſi mature reſipiſcat, auctoritate Patris & Filii & Spiritus ſancti perpetuo anathemati ſubjaceat. Verum ne quis huic liberæ meæ traditioni in ſua ſimplici veritate derogare poſſit, in futurum contra perfidorum machinationes præſens ſcriptum ſigilli mei impreſſione munire ac roborare curavimus, teſtibus idoneis, qui hæc viderunt & audierunt, ſubternotatis. Henricus Comes Palatinus, Ruotgerus advocatus, Gerhardus Comes, Goſwinus, Storckero, Sicco Comes, Ruotpertus Capellanus, Embrico, Eppo, Winboldus, Ansfridus, Henno, Data VII Idus Septembris, anno ab Incarnatione Domini milleſimo LI Indictione IV, Regnante Henrico Tertio Romanorum Imperatore Auguſto. *Sunt in hoc teſtamento nonnulla, quæ me dubitare faciant de illius ſinceritate;* F *ſed iis explorandis operoſius immorari non vacat. Ceterum quod hoc S. Anno juratus promiſerit adimplere, nuſquam legitur: ſolum adfertur præcitata acceptatio prædiorum Saleveldt & Koburgh, hoc principio.*

AUCT. C. EX MSS.

Acceptatio prædiorum ab ea Eccleſia Coloniẽſi donatorũ.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Anno ſecundus, divina præſtante miſericordia Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus. Conſiderans ego, quod fecit mihi Dominus magna qui potens eſt, anxius factus ſum, pro eo quod vix invenirem quod retribuerem Domino pro omnibus quæ retribuit mihi. His curis æſtuanti mihi divina pietas viam aperuit, qua pergens eo quo deſideraveram attingere poſſe ſperaveram; ſcilicet ut ampliando Eccleſiam, dono Dei mihi commiſſam, his qui me præceſſerunt, viris, toto pene orbe terrarum tum ſanctitate, tum patrimonio, tum generis claritate conſpicuis (ut pace illorum dicam) me ſtudioſius operantem, parem illis factum eſſe, dicere non formidem Inde occaſione data Dominam Richezam Reginam ſuper quibuſdam prædiis, Saleveldt videlicet & Koburgh, quatenus de his precariam conſentiens, ea S. Petro Coloniæ traderet, convenimus. Quod cum in aditu primo parum ad votum reſponderet, voluntas Dei

AUCT. G. EX MSS.

Juit ut non longo poſt tempore, quod quærebamus proſperum ac felicem haberet exitum. Unde notum eſſe volumus cunctis, tam futuris quam præſentibus, Domini Dei & S. Petri fidelibus, qualiter Starcthare quidam, vir ingenuus & Comes, Miles ipſius Reginæ, præcepto atque petitione Dominæ Suæ, Salevelde caſtellum, cum omnibus & univerſis ad hoc pertinentibus, terris ac ſilvis, foreſtis atque piſcationibus, pratis, paſcuis, & familiis, & quidquid ipſa proprietate habere viſa eſt, exceptis ſervientibus, S. Petro Coloniæ ad uſum Archiepiſcopi Chriſtiano Advocato tradidit jure perpetuo poſſidendum: eo videlicet tenore, ut ipſius prædii uſum-fructum Domina Richeza uſque in finem vitæ ſuæ teneat; ea quoque ratione ac firmiſſimo interdicto, ne unquam aliquis Archiepiſcoporum per concambium, vel cuiquam in beneficium dando, Salefeldt vel ad hoc pertinentia à dominatu ſuo faciat alienam, niſi forte quantum nos cum ejuſdem Reginæ conſilio, pro anima noſtra nec non ipſius ſuorumque parentum, per monaſteria Coloniæ deſtribuendum ex ipſo ſtatuerimus. Sed & decimam veſtimentorum, ſive cujuſque generis pannorum, nec non & lodicum, mellis & ceræ, in uſum Monachorum in Brunwilre
B Regina diſpoſuit. Nos quoque pro devotione Chriſtianiſſimæ Reginæ, non multa quidem à nobis quærenti, quantum tamen ipſa propoſuerat in precariam ejus conceſſimus; has videlicet villas dominicatus noſtri ei tradentes, uſque in finem vitæ ſuæ, cum omni utilitate poſſidendas, Gedtebach, Brikenheim, Wictolo, Moffendorff, Muoterſheim, Blaſsheim, Zuovero: in ſuper annis ſingulis centum marcas argenti de Camera noſtra. Quæ omnia eo tenore facta ſunt, ut ſi quis vel Rex, ſive Epiſcopus, ſive ipſe ego, vel aliquis ſucceſſorum meorum de his omnibus ei aliquid minuere, vel aliquo modo mutare, niſi ipſa petente, tentaverit; odium Dei & S. Petri incurrat, ipſaque ſit potens, Saleveldt & omnia ei per continentia recipere, eiſque ut propriis uti. . . . . Anno ab Incarnatione D. N.
Annus & dies mortis. Jeſu Chriſti MLVII, Indictione X, VII Kalend. Julii facta eſt hæc traditio in Salevelden, ſecundum legem & ritum gentis illius: *quæ verba ſatis clare nobis videntur indicare, gentem eo loci à Teutonica diverſam, & (uti ſupra diximus) adhuc Slavicam. Eadem ultima verba, in quibus annus Chriſti cum numero Indictionis optime convenit (licet Gelenio per neſcio quem errorem aliter viſum ſit) falſitatis convincunt auctores vel corruptores tituli, in*
C *lamella plumbea ad caput defunctæ poſiti, per quos factum, ut in ea ſic videatur legi.* Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo LVII, ſecundo Idus Aprilis, Richeza Regina, ab Annone ſecundo, Sedis hujus venerabili Archiepiſcopo atque præſentis eccleſiæ fundatore, cum ingenti totius Cleri & populi frequentia honorifice ſepulta eſt, & per ipſum inducta Pontificem, duobus ornatiſſimis prædiis S. P. collatis. Nono Kalendas Aprilis obiit. *Fatetur Gelenius, quod fatalis diei nota pene oculos fugiat: quid ni etiam annum ſimiliter fugientem aliquis perperam innovarit & pro* LXIII *poſuerit* LVII? *Certe quæ hujus anni menſe Iunio, nulla adhuc præferebat cito futuræ mortis indicia, uti apparet ex ſuprapoſito inſtrumento Annonis, non potuit mortuis annumerata fuiſſe tribus menſibus citius: & Actis eodem ſeculo exaratis potius habenda fides eſt, quam lamellæ iſti plumbeæ, in aliqua poſteriori corporis tranſlatione aut primum appoſitæ aut temere innovatæ. Quod tamen ne gratis à me fieri quis putet, exhibebo inſita ipſius Reginæ capiti circumductam coronam quæ cum iis Provinciarum inſignibus diſtinguatur, quarum ſaltem aliquas nemo rei Armorialis peritus dixerit tribus aut quatuor ſeculis eſſe vetuſtiores; conſequēs eſt, coronam ipſam diu poſt obitum compoſitam fuiſſe, tunc ſcilicet, quando ipſum ſepulcrum innovatum politumq; eſt, & ex capſa lignea evo fatiſcente, in aliam in qua nunc* D *jacent tranſlata oſſa ſunt: quando ſuppoſita capiti, ſi qua antea fuerat, plumbea lamina, potuit majori ex parte fuiſſe exeſa, & non ſine errore reſtaurata,*

h* *Sequebatur prolixa deductio eorum, quæ pro recuperatione iſtius juris à B. Wolfhelmo acta ſunt, & apud Gelenium poſſunt ex parte legi: integra autem ex originalibus habemus, ſervamuſque ad ipſam ſancti Abbatis Vitam in Supplemento Aprilis die* 22. *Ibi quidem arguitur Anno tamquam contra jus faſque egerit: licet tamen ejus intentionem excuſare: ipſum vero factum retractaturus erat, ſicut in prædicta Vita habetur num.* 16, *niſi immatura morte præventus obiiſſet.* Cui cum poſt mortem, *ut ait Cæſarius Heiſterbacenſis lib.* 8 *cap.* 69 multi detraherent, dicentes eum eccleſiarum fuiſſe diſmembratorem & civium ſuorum excæcatorem, Dominus Deus in tranſlatione illius, quantæ ſanctitatis eſſet, ſignis plurimis oſtendit.

APPENDIX

Teſtimoniorum de Beatitate Richezæ

ex Ægidii Gelenii Vindiciis.

25 *Colophonem operi addant haud pauca de B. Richezæ ſanctitate teſtimonia atque monumenta, à majoribus noſtris accepta. Conradus imprimis Monachus Brawilerenſis in Vita B. Wolfhelmi, quam circa annum* MXCIV *ſcripſit, ita loquitur*; Domina Richeza, cujus genitores Brawil à Fundamentis extruxerunt cœnobium, fidei ac devotionis eorum æmulatrix exiſtens, terrenarum poſſeſſionum ſuarum eccleſias Dei fecit heredes, ut regni cæleſtis ipſa compos effici mereretur & heres. *Deinde martyrologium Vſuardi, ex additione Ioannis Molani,* XIII *Kal. Aprilis die* XX *Martii, de eadem inquit*, Coloniæ ad Gradus obitus Rixæ Reginæ, neptis S. Annonis Epiſcopi, cujus non canonizatæ corpus patet in magnis feſtis. *Cum quo conſpirat & Petrus Cratepolius, ex ordine S. Franciſci Minorum Conventualium in Catal. Sanctorum Germaniæ Litteris, R. S.* Rixa, *inquiens*, Regina . . . . . *Vita S. Wolphelmi, aliique auctores:* conſanguinea S. Annonis Epiſcopi Coloniæ, ad Gradus Mariæ requieſcit. De cujus Canonizatione non conſtat. *Illud tamen obſervandum eſt, labi hic nonnihil Cratepolium, dum in Catalogo Sanctorum tradit, illam Vngariæ fuiſſe Reginam; atque peius hallucinatur in Annalibus, ubi agit de S. Annonis morte. Item in Hermanno III. S. Annonis ſucceſſore, vult eam uxorem fuiſſe Lotharii Auguſti, & Hermanni III ſororem, cum Hermanni II ſoror fuerit, ac ante Hermannum III. tempore B. Annonis ſit defuncta. Denique prioribus ſimilia traduntur, in Sacrario Agrippinenſi folio* 75 *his verbis.* In ſeptima collegiata eccleſia, ad Gradus B. M. V. ante chorum, in elevato mauſoleo, ſepulta jacet Domina Rixa Regina . . . . . S. Annonis Epiſcopi Coloniæ neptis, matrona Deo & hominibus dilecta, cujus non canonizatæ corpus, patet in magnis feſtis. *Philippus Ferrarius Alexandrinus, Ordinis Servorum B. M. V. in novo Catalogo Sanctorum qui in Romano martyrologio non habentur, hæc tradit:* XIII Kal. Aprilis Coloniæ Agrippinæ B. Rixæ Reginæ.

26 *Prioribus teſtimoniis, nonnulla placet à majoribus noſtris excitata ſubjicere monumenta, ex quibus colligamus, quam ipſi majores noſtri, de B. Richezæ ſanctitate poſteritati reliquerint exiſtimationem. Principem inter ea omnia locum obtinet Mauſoleum, in quo ſacræ ipſius exuviæ ſunt recondite à B. Annone Archiepiſcopo, in media eccleſia B. M. V. ad Gradus Coloniæ ædificatum. Quadratum illud è ſaxo Drachenfelſzice elaboratum, quatuor,* *ejus ſepulcrum ipſam & fratrem exprimens cum radiis,* *pedum*

A *pedum altitudine è terra aſſurgit, ac ſeptem pedes longum, latumque duos, ferreis circumdatur clatris. Ad quatuor angulos totidem ænea candelabra eminent. Laterum porro intercolumnia duodecim coronant Apoſtoli, pictoris manu expreſſi. In frontiſpicio orientali* B. Richeza *noſtra* Regina Polonorum, & *frater illius* Hermannus pius Archiepiſcopus Colonienſis, *radiis circumfuſi divinis, conſpiciuntur; ac demum in facie ultima & averſa, occidentem verſus, Angelica ad Deiparam ſalutatio exprimitur. Ipſe ſarcophagus duobus clauditur operculis, altero ferreo, altero quercino, utriuſque tamen perforato ore, ad excipiendam piorum hominum ſtipem. In ſolennibus olim feriis ligneum amovebatur operculum, eſtque id, quod auctores ſupra citati dixere,* corpus patere in magnis feſtis. *Et licet hodie non oſtendatur, ego tamen anno Chriſti* MDCXXXIII, *cum ad hiſtoriæ veteris notitiam curioſius ſacra Coloniæ monumenta perluſtrarem, obtinui ut ſepulchrum B. Richezæ Reginæ Poloniæ,* XII *Aprilis die, in eccleſia B. M. V. ad Gradus, præſentibus Reverendiſſ. D Ottone Gereone, Archiepiſcopo Cyrenenſi, eccleſiæ Decano, & Ioanne Newman ac Ioanne Richarts Canonicis, aperiretur, quo mihi liceret oſſa ſacra accuratius ſcrutari. Deprehendi ergo ea ſine ordine diſperſa, ac goſſypio involuta. Tegebantur ipſa ſtragulo ſerico, ſicut & byſſo veſtiebatur tumba lignea, marmoreo incluſa Mauſoleo. Caput, reticulo aureo aſtrictum, incumbebat pulvinari; ſub quo latebat plumbea lamina, cui inſculptum erat, quod ſupra retuli epitaphium. Caput denique pretioſo ornabatur diademate, ſex fibulis adſtricto, in quibus multa ſane arte, quæ hic exhibeo, inſignia repræſentantur.*

Oſſa inſpecta anno 1633.

Corona capiti circumpoſita.





Monumentum prope ſepulchrum.

27 *Alterum* B. *Richezæ monumentum, in eâdem ad Gradus Baſilica, haud procul ab ipſius tumulo, columnæ appictum, priora repræſentat antiquo opere inſignia, inter quæ duæ exiguo circumplexæ toreumate imagines, quarum una Epiſcopi, altera* B. *Richezæ: utriuſque caput radii circumfulgent: cyclades, quas pluviales dicimus, quadris junguntur pectoralibus. Et quidem pectorale Sanctæ noſtræ, ſicut & liber, quem manu exhibet, præter mediam aquilam, Palatinorum Comitum exhibet Leonem, cum hac inſcriptione* Richeza Regina. *Epiſcopi autem imago, quin repræſentet Hermannum Pium Archiepiſcopum Colonienſem,* B. *Richezæ fratrem Germanum, nullus ambigo; cum in illius pectoralis medio, inſigne Diœceſeos Colonienſis, nigra nimirum Crux, una cum Leonculo continetur, ſicut & infra pedes Leo expreſſus.*

28 *Hactenus Gelenius, oblitus, quod hic potiſſimum requirebatur, judicium ſuum addere de ætate, tam monumenti quam coronæ, a ſe ex ære repræſentatæ. Quamvis enim viri genealogicarum ac teſſerariarum rerum periti, ex iis quæ ipſe Gelenius, circa illas ſæpius graviterque exerrans, ſcripſit in Annalibus Vbiorum, cenſeant habuiſſe ſcientiam talium exiguam, licet ubique ſummam præ ſe ferat; nolim tamen præſumere fuiſſe tam ignorantem, ut potuerit exiſtimare, aut Coronam illam beatæ Reginæ contumulatam à principio fuiſſe, aut Monumentum poſitum eſſe auctoritate Raynaldi de Daſſelle, ab anno* MCLIX *ad* MCLXVII *Colonienſium Archiepiſcopi, propterea ſolum quod ſub eodem compareant Daſſelliæ gentis inſignia, cervina ſcilicet cornua in campo pleno globulis. Necdum enim (quod vel tenuiſſime in talibus verſati norunt) ſeculis iis quibus Richeza obiit & Raynaldus ſedit, emerſerant Fœcialium leges; nec adeo frequens erat inſignium uſus, cum nec ipſi Principes adhuc haberent ſtatas fixaſque teſſeras. Legi de his poſſunt tractatus varii, quos de originibus ſcutariis, inſignium uſu, laterculorum diſtinctionibus, deque tota re teſſeraria ſeu ſcutaria, voluminibus octo edidit ævi noſtri in iſtoc argumento oraculum* P. *Claudius Franciſcus Meneſtrier: ad quem cum retuliſſem ſententiam meam, dignatus eſt in hæc verba reſcribere.*

De ætate Coronæ ac monumenti

conſultus vir talium ſcientiſſimus

F

29 Nullum aliud memini exemplum me vidiſſe Coronæ, cui eſſent affixa hujuſmodi ſcuta, inſignibus ornata. Vidi alicubi Diadema cujuſdam Reginæ Caſtellæ, pinnis muralibus diſtinctum: vidi roſas, lilia, vallorum præacutas ſudes; ſcuta nullibi. Quantum vero ex ipſa inſignium forma licet arguere, ſeculi XIV aut etiam XV opus eſſe arbitror tum Coronam illam tum reliqua cœnotaphii ornamenta. Agnoſco Francorum Regum Lilia, ſeu potius Irides; Andegavenſium & Borboniorum Diſcernicula, Laqueolos & Baltheum; Burgundionum, Tænias & Limbum; Scotorum Regum Leonem, zona gemina liliis efflorescente circumdatum; Namurcenſium Comitum Leonem, cum baltheari Tænia; Leones alios, cum per colores & metalla diſtinguere nequeam, ſuſpicor eſſe vel Flandriæ Comitum, vel Haſſiæ, Miſniæ, aut Thuringiæ, qui quidem in tribus aut quatuor ſcutis ſingulares apparent; qui autem gemini, Brunſwicenſium; qui terni Anglorum Regum aut Suevorum Ducum eſſe poſſunt, quales etiam Truchſeſii retinent. Octodecim ſcuta, Hermanni & Richezæ imagines diadematas circumcurrentia, non exprimunt

cenſet non eſſe facta ante ſec. 14 aut 15.

nec majorâ ſeriem eo indicari;

A seriem avorum utriusque, sed gentilitia stemmata Principum seculo XIV viventium. Imperii Aquila gemina vix ante trecentos annos apparuit; in vetustioribus enim monumentis unius tantum capitis est. Tria Francorum Regum Lilia primum à Carolo VI eo numero sunt definita, cum antea indefenito essent. Subjecta bicipiti Aquilæ Leonum scuta tria, putem esse Angliæ, Palatinatus & Flandriæ; sub Liliis vero tribus, stemmata Franciæ, Scotiæ, & Borboniorum. Dexter ordo Brunswicenses, Saxones, Brandeburgicos, Sabaudos è sanguine Gallico repræsentat: sinister ordo, subjectos Borboniis Burgundos veteres è Regio Gallorum sanguine, Andegavenses Neapolitani regni moderatores, Namurcenseque; postremo Palatinos Schirenses & Bavaros, ex Otthone Witelspachio, Bavaricæ ac Palatinæ gentis auctore, oriundos. Posita tandem, velut appendicis loco Dasselliæ gentis tessera, verosimiliter operis auctorem ex ea gente indicat: inquirendumque esset in monumentis Collegii S. Mariæ ad Gradus, an & quando aliquis ex ea familiæ ibi fuerit Præpositus, Decanus, vel Canonicus seculo XIV vel XV, cui opus attribui possit. In scutulis ante pectus Hermanni & Richezæ, vice lati-clavi seu fi-
B bulæ, utramque pallii oram adstringentibus Leonem Palatinum agnosco quidem, sed non memini ante XIV ejusmodi tesseris ornatas fibulas vidisse me; in feminarum autem palliis ne postea quidem, nisi raro: habent enim illæ plerumque oblongum paludamentum, altera parte maritorum dimidiatis insignibus, altera paternis distinctum: quod quia forte in chlamyde Richezæ distincte satis exprimi non poterat, visum est ei compositum ad pedes scutum ponere; sicut Hermanno Episcopo ad pedes positus est suus Leo. Qui idem ante pectus incumbit Cruci, tesseræ Archiepiscopatus Colonienses: sed nota, novitatis indicium etiam hoc esse. Nam scuta scutis imponere, ante ducentos aut trecentos ut summum annos, primo invaluit.

30 *Ita ille, à cujus erudito calamo nunc accipimus Philosophiam imaginum, curiosissimo opere explicatam: sed ad rem nostram hæc sufficiunt, scilicet ad comprobandum, quod B. Richezæ tumulus recentiori memoria innovatus sit;* D *adeoque sollicitum habere neminem debeat, lamella plumbea; utpote sub ejus caput vel tunc primum posita, vel ut legi denuo posset renovata, prout libuit, ex conjectura: atque ita excusati manebunt errores chronographici, superius Annotatione g à me indicati, ut qui tamdiu post mortem Richezæ facile obrepere potuerint auctori, ad manum non habenti Brauweilerensia certiora Acta. Quid autem ille istis scutulis, vel coronæ intexendis, vel imagini circumducendis intenderit, quis certo divinabit? Verosimillimum est, indicatum voluisse, quod Richezæ præcipuos omnes Europæ Principes, quorum ista sunt insignia, consanguinitate attigerit. Hoc vero quam facile fuit Gelenio ostendere in iis qui per hæc ultima duo secula nati, mediante Zimburgi Mazovienſi possunt ad Richezam usque ascendere; tam est difficile facere de ante natis, ad fidem conciliandam ei opinioni, quam videtur Coronæ ac Monumenti auctor conceptam animo habuisse, & tesseravius scutis, ex usu sui ævi adhibitis, explicuisse. Ad* Dasseliam *gentem quod attinet, dedit ea Colonienſibus Archiepiscopum Raynaldum an.* MCLXIV; *nec dubitare possumus quin ex eo tempore inde habuerit Colonia utriusque sexus plures personas illustres, beneficiis Ecclesiasticis ac publicis muneribus claras: seculo tamen* XV *aut circiter, quo ista facta esse debuissent, nullus in ecclesia S. Mariæ ad gradus eo nomine Præpositus aut Decanus præfuisse scitur; nam qui in ecclesia istius libris aliisque monumentis sæpe nominantur, nominantur absque cognomine gentilitio, sicuti post diligentem inquisitionem à Canonicis factam mihi asseruit noster P. Ioannes Victor, cujus opera ad ista perquirenda usus frustra sum, libenter usurus aliunde allata luce, si quis eam dare possit.* E

sed solum relationem aliquam ad Principes seculi 14.

non ita facile demonstrabilem.

31 *Tertium in eadem basilica monumentum reperi Sanctæ nostræ statutum esse in fenestris Chori, ubi inter duos Collegii illius Tutelares, nimirum inter SS. Annonem & Agilolphum Colonienſium Archiepiscopos, media collocatur Richeza, cum hac inscriptione:* SANCTA RICHEZA. *Similia invenire licet in aliis quoque templis, atque imprimis Brawilerensi & Clottenensi ad Mosellam, aliisque in locis, ad quæ olim B. Richeza sua bona aggesit. Quod autem in Clottenensibus picturis tres enses sub pedibus B. Richezæ exprimantur, fit ad significandum gladii usum in tribus territoriis ab ipsa concessum.*

Imago inter sanctos.

DE S. SILAO EPISC. HIBERNO

LVCÆ IN HETRVRIA.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De sepulturæ loco ac tempore, adeoque & ætate Sancti, Hibernicis figmentis obscurata, nec non de monumentis antiqui cultus.

ANNO MXCIV.

In veteri & nobili monasterio,

Ubi sec. 10 sepulta filia R. Lotharii Armingardis,

tunc S. Salvatoris,

Natus & nobile Lucæ est Sanctimonialium Virginum monasterium, sub Regula S. Benedicti militantium, & ex instrumentorum antiquorum monumentis ibidem asservatis notum jam inde ab an. DCCCCLXIV; *quando* Otto, divina Clementia Imperator Augustus, *anno Imperii sui tertio* IV *Kal. Augusti Lucæ existens, ab Adelehida uxore exoratum se profitetur, quatenus* Grimmæ Abbatissæ, cum monachabus in monasterio Domini ac Salvatoris, quod dicitur Prisciano, militantibus, *eas omnes possessiones omniaque jura donaret ac confirmaret, quæ dicto privilegio, cujus habemus ecgraphum, sigillatim enumerantur. Nobilitatem autem illius monasterii probat* Armingardis, Lotharii Regis filia, *monasticam ibidem vitam professa, cujus hoc ibidem epitaphium legitur.*

Hic jacet in tumulo, felix venerabilis atque,
Armingardis, olim namque dicata Deo.
Quam Rex egregius Lotharius edidit ipse,
Francorumque potens Germaniæque decus.
Hue quisquis veniens Epigrammata legeris ista,
Dic, Famulæ, Christe, probra remitte tuæ.
VIII Idus Augusti feliciter obiit.

Annus non additur: sed si ea (ut est verosimile) filia fuit Lotharii Italiæ Regis atque prædictæ Adelehidæ, post viri mortem Ottoni prænominato nuptæ; contingere potest, ut ea adhuc in vivis fuerit, quando datum est ejusmodi privilegium de bonis, quorum fortasis partem magnam, Armingardis pro dote monasterio attulerat: quod privilegium deinde S. Henricus Imperator, cum S. Cunigunde uxore sua, existens Fasiani Comitatus Pisani oppido, confirmavit Abbatissæ Alpergæ anno MXV, *quando adhuc simpliciter dicebatur* Monasterium S. Salvatoris.

2 *Paulo post, allato istuc Capite* S. Justinæ Virginis & Martyris, *& nova fortasis ecclesia in ejus honorem consecrata, cœpit dici* Monasterium S. Justinæ; *ut est in*

A *in charta anni* MLXI *vel; utroque nomine simul sumpto indigitabatur: & sic anno* MLXXIII, *coram Comitissa Mathilda, comparet* Eritha Abbatissa de ecclesia & monasterio Domini & Salvatoris & S. Justinæ, quæ dicitur Brisciani, sita in Lucensi civitate, juxta muros ejusdem civitatis. *Priori denique nomine abolito, solius* S. Justinæ *remanet hodieque appellatio, quemadmodum distincte prosequitur noster olim amantissimus hospes Franciscus Maria Florentinius, in Vita* S. Silai *cap.* 12. *Hæc autem ideo notare volui, quia in antiquiori ejusdem* S. Silai *Vita, quæ ex Ms. pervetusto ibidem extat manu notariali transcripta, solum nominatur* monasterium S. Justinæ. *Est autem vita scripta circa finem seculi* XII *haud diu (ut mihi quidem videtur) post elevationem sancti corporis, quæ ibi narratur accidisse anno* MCLXXX, III *Nonas Decembris. Transumptum Notariale pro litteris Latinis numeralibus, tunc solummodo usitatis, per zyphras* 1183 *perperam conjargens cum anni numero numerum Nonarum, qui disjungi debuerat, non videtur ante annos* 150 *vel* 200 *scripta: ex illo tamen ipsam damus, juxta editionem prædicti Mariæ Florentinii, collatam cum ecgrapho antea nobis Romæ descripto apud R. P. Franciscum Haroldum, successorem R. P. Lucæ Waddingi, qui Vitam sui gentilis Sancti Luca jam pridem obtinuerat, qualis ibi* B *transcripta extabat.*

post S. Justinæ dicto.

extat, quam damus, Vita S. Silai:

3 *Secundum hanc Vitam* Silaus *ad S. Gregorium Papam consecrationis Episcopalis causa Romam venisset: postea vero tumultis cujusdam Romæ tractandæ causa, tum fororis quærendæ, quam ex simili peregrinatione interceptam Lucæ, ibique viro potenti Soffredo vel Goffredo nuptam intellexerat, eodem regressus; sororem quidem mortuam atque sepultam in dicto monasterio reperisset; ipse autem ibidem infirmatus ac moriens sepeliri se mandasset. Cum autem miraculis multis inclaresceus oblationibus fidelium ditaret monasterium, dicitur idem Soffredus extorsisse à Sanctimonialibus, ut tertiam earum partem sibi cederent; quam iniquam pactionem resciderit tempore prædictæ inventionis pronepos Soffredi Lotharius. Ea omnia si recte considerentur, merito dixeris* Silaum *fuisse Episcopum ordinatum à* S. Gregorio Papa VII, *cujus Vitam dabimus* XXV, *& tempus Sedis definitur ab anno* MLXX *usque ad* MLXXXV; *atque adeo fieri posse, ut cujus festum antiquitus celebrabatur Dominica ante Pentecosten, & inscribebatur Kalendariis quibusdam die* XXI *Maji, obierit sub ejusmodi concursu, quando Pascha fuit celebratum die* IX *Aprilis, quod post Gregorii VII exordia primum accidit* MLXXXIII, *ac deinde iterum* MLXXXXIV, *rursumque* MCV, *nec postea amplius per totos sexaginta annos. Atque ita confirmabitur sententia Franciotti circa annum* MC *statuentis mortem* S. Silai. *Ex tribus autem prænotatis annis magis placet annus* MLXXXXIV, *quia sic prædictus raptus, qui contigit anno nono ante obitum* S. Silai, *ratione turbarum Italiæ tunc maxime ardentium, incidet in annum* MLXXXV *& penultimum Gregorii; nec omnino super adulta debuerit soror Episcopi fuisse, cum formæ causa rapiebatur.*

obiisse anno 1094.

C

licet postea additæ ab Hibernis Lucæ transcuntibus fabulæ

4 *In hac chronologia suadenda nihil foret difficultatis, nisi post scriptam Vitam Lucam adveniset Hibernus aliquis, religionis specie sycophantam occulens; qui interrogatus de* S. Silao *an aliquibus in patria sua claruisset miraculis; nonnulla ex iis protulit, quæ gens ista, nimis quam prona ad fabulas, passim solet commemorare de suæ nationis famosis Sanctis, varia à variis mutuatus; quæ in eodem Lucensi Ms. & ecgrapho nostro post Vitam adnotata leguntur, prorsus hoc opere & loco indigna. Hæc tamen cum fidem obtinuissent, factum est ut* S. Silaus *crederetur, cum S. Patricio Romam veniisse ad S. Gregorium Magnum, primamque Missam celebrasse in Cluancnsi monasterio, cui nepos suus Kieranus præerat; de eoque sacrificio per manum Angeli particeps facta esse S. Itta. Sed hæc omnia ut temere consuta sunt, sic nullo negotio dissoluta ruunt, si ad Chronologicas rationes expendantur. Etenim* S. Patricius *mortuus est anno* CCCCLX; *& qui multo longiorem vitam illi concedunt, ultra seculum* V *eam non extendunt.* S. Gregorius *ejus nominis primus, consecratus est Pontifex anno* DXC. S. Kieranus, *Cluainfertensis Abbas dicitur factus, post mortem S. Braudani fundatoris, anno* DLXXVII, *& anno* XI *post obiisse. De S. Itta egimus* XV *Ianuarii, ubi illa num.* 18 *legitur, prædictis quidem coæva fuisse, sed sacrificium cujus illa miraculose particeps effecta est, Cluainmienosiæ, non autem Cluainfertæ fuisse celebratum.*

socium faciant S. Patricii & à S. Gregorio I ordinatum:

AUCTORE D. P.

5 *Interim, loco ejus quam damus Legendæ, compositæ fuerunt Lectiones novem, cum Responsoriis & reliquo Officio, quas habemus à Florentinio cum ipsa Legenda editas ad calcem Vitæ Italicæ, per ipsum adornatæ: & in his Lectionibus prædicta omnia miracula de SS. Patricicio, Gregorio, Kierano, Itta, ordine temporis admiscentur, aut potius præmittuntur historiæ in Legenda contentæ. His vero ut verosimilitudinem aliquam induceret, in omnem partem torsit se eruditissimus simul ac pientissimus Florentinius: & quam longissime potuit extendens ætatem S. Patricii, loco* Gregorii *substitui jubet* Gelasium Papam, *qui sedit ad anno* CCCCXCII *ad* XCVI. *Puto ego, quod in talibus haud multum operæ posuisset, si notam habuisset Hibernicorum peregrinorum fidem, in celebratis apud se vulgi sermone mirabilibus applicandis ad Sanctos suæ vel alias ignotæ gentis, de quorum gestis, tamquam ea notiora habentes,* E *ab hospitibus nimium credulis interrogabantur, vel ultro suggerere aliquid præsumebant gratiam hospitalitati referentes. Nec opus est longe exempla quærere. Nam quem precipuum urbis suæ Patronum Lucenses colunt* S. Frigidianum, *& cujus antiquior habebatur Legenda absque ulla Hiberniæ mentione, Hibernum esse per similem impostluram fiverunt sibi persuaderi; & S. Finniani Magbilensis Acta, à nobis danda ad* X *Septembris, receperunt tamquam Acta S. Frigidiani, per facilem nominis mutationem, veterique Legendæ adjunxerunt, prout acceperant suo fine mutilatam: quia ex hoc constitisset, eum cujus vita & miracula acta in Hibernia narrabantur, etiam in Hibernia mortuum ac sepultum esse, quod non conveniebat S. Frigidiano Lucensi Episcopo, prout ostendemus ad* XVIII *Septembris, sive in Supplemento Martii ad similem diem. Interim simillimum prorsus exemplum habes* VI *Martii de S. Seznio apud Guic-Seznienses in Aremoricis, cui applicata fuerunt Acta S. Kierani Sagirienſis, data ad diem* V *ejusdem Martii; imo duobus immediate pregressis diebus S. Ioanni Martyri apud Venetos honorato, Acta S. Procopii; & Passionem S. Benedicta applicatam S. Saturninæ Herisiensium Patronæ, solis nominibus mutatis.*

quod sequuntur Lectiones Officii proprii.

Sed non erat facile credendum Hibernis,

per quos etiam S. Frigidiani Vita sic aucta est ex Vita S. Finniani.

6 *Istis igitur libere rejectis, audemus* S. Silaum *à* S. Gregorio, *non* Magno, *sed* Septimo, *ordinatum credere; nihilque in iis quæ accepimus Actis mutantes propter additamenta exotica, tunc mortuum dicere & sepultum, quando abolito nomine* S. Salvatoris *solum nuncupabatur* Monasterium S. Justinæ; *ita ut Sancti Sororius hospesque Soffredus, vere fuerit proavus Lotharii, qui monasterio relaxavit pensionem, quam ille induxerat transmiseratque ad posteros, quod intra unius seculi spatium facile fieri potuit: non item per tot secula continuari, inter tot rerum publicarum æque ac privatarum conversiones, quot sustinuit Italia, ac nominatim Hetruria, identidem Dominos mutare coacta intra quintum & undecimum seculum. Facile etiam fuit Sancti cultum & oblationum frequentiam, propter claritudinem miraculorum ad recentius defuncti tumulum patratorum, etiam his cessantibus continuari per annos quinquaginta vel sexaginta, donec elevaretur de terra corpus; sublatoque quod Soffredus posuerat impedimento, iterum illa repullulare: non item potuit, miraculis per sex integra secula cessantibus permanere memoria veneratioque piæ largitionis conciliatrix. Denique sicut nomen* Soffredi *vel* Goffredi *Lombardicum seu Francicum incongrue pro seculo* V *in Italiam adducitur, posteriori vero ætati convenit optime; sic etiam huic nupta* Mingarda, *Silai soror, aptum eidem ætati nomen habet, licet*

F

Eadem ætas suadetur ex nomine monasterii.

intervallo cessantium & repullulantium miraculorum.

nominibus Soffredi ac Mingardæ.

AUCTORE D. P.

licet Hiberna; quia Dani ſeculo IX *magna parte Hiberniæ potiti, & Angloſaxones in eamdem ſæpe commeantes ex vicina Britannia, haud dubie illuc induxiſſe potuerunt ſui idiomatis nomina, quale iſtud eſt.*

Feſti antiquæ ſolennitas & invitatio Cleri ad illius Officia

7 *Vltima Antiphona in ſolennibus Veſperis S. Silai, teſte Florentinio, ſic cantatur:* Felix locus, felix aula, felix civitas, in qua Chriſti Confeſſor Sylaus requieſcit: cujus precibus ſanantur debiles, cæci viſum recipiunt, paralytici curantur, languor & morbus à fidelibus protinus repellitur. *Ad Officium autem ejuſmodi proprium ac ſolenne, compoſitum ſeculo ſaltem* XIII, *moris erat invitare plures de Lucenſi Clero: quod cum abrogatum fortaſſe vellent aliqui, velut à diſciplina eccleſiaſtica, viros à mulieribus ſolita ſejungere, alienum; ſupplicandum Epiſcopo fuit anno* MCCCXIII, *ut pateretur omnia more antiquo fieri: & ad examen cauſæ deputatus Rector S. Mariæ Filicorbi dicto anno* Indict. X die XXIX menſis Aprilis, *per manum Notarii Bernardi Bonotti, hanc tulit ſententiam.* Attendentes quod feſtum & ſolennitas S. Sylai & SS. Juſtinæ & Agathæ (*hujus enim mamilla, illius caput habetur ibidem*) ſunt in reverentia marium & feminarum, & ab antiquo conſueverunt venerabiliter in ipſa eccleſia S. Juſtinæ celebrari, volens *prædictus Rector*, cultum divinum & devotionem populi augmentari potius quam diminui, ex commiſſione prædicta conceſſit & licentiam dedit Abbatiſſæ & Monialibus S. Juſtinæ, poſſe recipere in dicta eccleſia & navi eccleſiæ, ubi eſt corpus B. Sylai, illos Presbyteros, Religioſos, & alias eccleſiaſticas perſonas, quos & quas dicta Abbatiſſa & Moniales invitare voluerint ad ipſas ſolennitates ſeu invitari fecerint..... & ipſis liceat accedere ad dictam eccleſiam S. Juſtinæ, ad celebrandum in Veſperis in Vigiliis dictorum SS. Sylai, Juſtinæ & Agathæ, & diebus ipſarum feſtivitatum in Miſſa & in Veſperis, & in aliis Officiis, quæ in celebritate feſtorum requiruntur, tam in oſtendendis Reliquiis S. Sylai quam alias, ſicut hactenus moris eſt.

anno 1313 *confirmatur.*

B

Vetus arcis populo exhiberi ſolita cum imagine Sancti,

8 *Hinc intelligimus, jam inde ab anno primæ elevationis, corpus* S. Silai *fuiſſe in media navi eccleſiæ, eodem fortaſſis ubi initio ſepultum fuerat loco; ſed tumulo altius levato de terra; de quo tumulo in die ſolennitatis prædictæ educebatur arca lignea, deaurata, & populo monſtrabatur: in qua quidem arca, dilapſis fere propter diuturnitatem temporis figuris aliis, adhuc conſpectus fuit* S. Silaus *medius inter duos Angelos, Planetam rubram & Pallium Archiepiſcopale indutus, hoc modo:*

C



Pallio induti.

Pallia quidem Archiepiſcopalia, ipſumque Archiepiſcopi titulum ignorabat Hibernia, quo tempore S. Silaus *vivebat, (ut enim ad annum* MCLI *ſcribit Rogerius Hovedenus,* Papa Eugenius quatuor Pallia per Legatum ſuum Joannem Paparonem in Hiberniam tranſmiſit, quo numquam antea Pallium delatum fuerat) *tamen præter Ardmachanum in Vltonia Epiſcopum, S. Patricii (ut vocabant) Comorbanum, in aliis quoque tribus regnis ſinguli veluti Archiepiſcopi erant, quibus ſuberant alii, Dublinienſis ſcilicet, Caſſelienſis, & Tuamenſis. Quare qui* S. Silaum *expreſſere cum Pallio, annis forſitan ſolum* XXX *aut* XL *poſt Pallii uſum Hibernis conceſſum, videntur credidiſſe, Silaum uni earum Sedium præfuiſſe, quæ poſtea Pallii honore dignatæ ſunt.* D

9 *Porro lignea illa arca cum longi temporis ſpatio fatiſceret, ſic ut ſine periculo ſacrorum oſſium aliquando effundendorum tractari non poſſet amplius; compoſita fuit arca plumbea, cui ipſa lignea includeretur, cum hac epigraphe:* ✠ Corpus Sancti Silai Epiſcopi MCCCCLXXXIX. *Sed longe prius quam hoc fieret, & fortaſſis in prima ſancti corporis elevatione, ſeparatum fuit brachium, venerabundi populi oſculis porrigendum. Hoc enim probat brachii argentei cui includitur titulus, ex Italico ſic Latine reddendus:* Iſtud eſt brachium S. Silai, qui fuit Epiſcopus & Confeſſor, & cujus corpus eſt in S. Juſtinæ, factum tempore ſororis Juſtinæ de Bandinis Abbatiſſæ, anno MCCCCLXIV. *Officium proprium, cujus nunc uſus ſuſpenſus manet ex Romano decreto, anno* MDXXVII *excuſum Lucæ, habetur etiam nunc in monaſterio. Apud Fratres vero Minores eſt Collectarium Ms. in pergameno, ubi in prægrediente Kalendario, notatur* XII Kal. Junii S. Silai Epiſcopi & Confeſſoris Lucæ. Duplex minus. *Opinatur Florentinius, cui has omnes notitias debeo, tali die obiiſſe Sanctum, & quidem in Dominica infra Octavam Aſcenſionis, ut ſentit Ferrarius: quia feſtum ejus in ſua S. Iuſtinæ eccleſia quotannis in tali Dominica agitur: quod etiam Franciottus affirmat. Vnde autem Ferrarius in utroque Catalogo acceperit diem* XXX *Maji fateor me ignorare. Allegat quidem in eo Catalogo, quo continentur quos reperit Sanctos Martyrologio Romano non inſcriptos, monumenta & tabulæ Lucenſis eccleſiæ: ſed tam poſſum dubitare, utrum Auctor, in talibus non valde accuratus, invenerit revera diem* XXX *Maji; quam dubito, utrum ibi mortem legerit adſcriptam anno* DCCLXXX; *quod nulla ex parte videtur poſſe ſubſiſtere, & pugnat cum ipſiuſmet ſententia: quia anno illo Paſcha fuit celebratum* XXVI *Martii, atque adeo Dominica infra octavam Aſcenſionis (in qua tamen mortuum S. Silaum dicit) concurrit cum die* VII, *non* XXX *Maji. Quare conſultius exiſtimo retinere, ex nota certaque mihi hominis accuratiſſimi fide, diem* XXI.

Arca anno 1489 *inclusa-plumbea,*

ſicut antea brachium argento.

E

festum 21 *non* 30 *Maji.*

VITA

Ex Ms. Notariali eccleſiæ S. Iuſtinæ Lucæ edita ab Illuſtriſſ. Franciſco Maria Florentinio.

In Hibernia ſtirpe regia natus

1 CUm Deus in Sanctis ſuis, juxta Propheticum vaticinium, laudandus atque mirabilis prædicetur; in Beatiſſimi Silai Confeſſoris & clariſſimi Præſulis, eximii noſtri Patroni, meritis ejus præcipue ſunt attollenda præconia. Hic namque Confeſſor egregius, alta progenie Regum *a* Hiberniæ (Scotorum ſiquidem inſula) nativitatis originem ducens; à pueritia diſciplinis & liberalibus inſtitutus artibus, deinde firmioris ætatis profectum capiens, & ſecundum Apoſtolum, quæ erant parvuli, evacuare cupiens, ut morum probitas nobilitati carnis alluderet; cum jam Clericus eſſet, humilis & manſuetus, totum ſe divinis obſequiis laudibuſque ſubegit; in illo, & ex illo grege eſſe ſtudens, quem Dominus alloquitur, dicens; Nolite timere puſillus grex, quoniam complacuit Patri veſtro dare vobis Regnum; vendite quæ poſſidetis, & eleemoſynam date, facite vobis ſæculos non veteraſcentes, theſaurum non deficientem in cælis. Hujus igitur ſalutaris conſilii vir iſte Domini non ſurdus auditor, ſpretis ſecularibus pompis; rebuſque patrimonii, pro ut mente conceperat, pauperibus erogatis; Chri-

a

1 Cor. 13, 11

& paupertatē Euangelicam amplexus

A Chriſtum pro nobis factum egentem, quatenus egenus ipſe inſequeretur, effecit. Procedente vero tempore, cum Pater monaſterii Sancti Brandani *b* rebus deceſſiſſet [humanis], ejuſdem loci Fratres in unum collecti, Beati Silai doctrinis informari cupientes, eum ſibi Abbatem unanimater præfecerunt. Quam dignitatem vir ſanctus cum fuiſſet adeptus, non in gloriam elatus humanam, tractabilem ſe cunctis Fratribus humiliter exhibebat, exiſtimans ſe non poteſtate dominante, Ecli 32,1 ſed caritate ſerviente felicem, juxta illud: Ducem te conſtituerunt noli extolli, ſed eſto in eis quaſi unus ex ipſis. Et alibi cum ad Epiſcopatum cujuſdam c magnæ civitatis *c* prædictæ inſulæ, totius Cleri plebiſque pari voto & communi concordia, peteretur; extractus à cœnobio, licet invirus, Beatum Gregorium *d*, ſummæ Sedis Præſulem ab eo conſecrandus e *e* reverenter petiit.

2 Quodam itaque tempore ſoror ejus, nomine Mingarda, Scotorum nobiliſſima, utpote Regina; pulcherrima facie, ſed fide moribuſque venuſtior, almorum Petri Apoſtolorum Principis ejuſque Coapoſtoli Pauli gloriola limina, ſicut moris eſt *f* gentis f illius, orationis cauſa corporaliter viſitare diſponens, Lucanam civitatem advenit, ubi tunc temB poris erat civis quidam Soffredus *g* nomine, ſicut g fertur, nobiliſſimus atque ditiſſimus. Hic unum ſolummodo filium uxore defuncta ſuſcipiens, quia conjugii fuerat ſolatio deſtitutus, à conſanguineis & amicis, caſum ſuſceptæ ſobolis formidantibus, aliam ducere uxorem ſæpenumero impetebatur. Quibus acquieſcere noluit: titulo quippe nobilitatis, & gloria divitiarum cum foret elatus, nullam mulierem noſtris in partibus tanti (ut poſt modum claruit) exiſtimabatur, quam non ſuo thoro judicaret indignam. Unde factum eſt, ut deſignatæ Reginæ admirandæ ſpecioſitatis relatione currente, dum Lucanæ civitati hoſpitandi gratia propinquaret, inter innumeros ſexus, tantæ perſonæ receptui occurrentes, ipſe quoque Soffredus cum potentatu maximo greſſibus impigris eam videre properavit. Quam cum fuiſſet intuitus, in ſpecie illius tanto amoris igne accenſus eſt, ut hanc ſibi conjugem fieri (ſicut diximus) poſtpoſitis aliis, omnibus modis eligeret. Gravioris tamen culpæ ſe coram Deo & beatis Apoſtolis reum exiſtimans, ſi à ſuſcepti boni operis executione illam, ſicut incaute deliberaverat, præpediendo revocaret; repente mutato conſilio in nullo ei tunc C reſtitit: diem regreſſionis, quando id quod animus h continebat minus reprehenſibiliter efficere poſſet, *h* diligenter exſpectans.

3 Quam cum reverteretur, Lucanæ civitatis mœnia itineris longi ſpatio nec dum prætergreſſam, cum quibuſdam militibus ſecreti hujus conſciis, vir ille ſecum adhibitis, è veſtigio proſecutus, ab itinere non ſine magna violentia retraxit; & in quædam loca munita, quorum multitudine præpollebat, cum ea ſe contulit. Quo audito Conſules Lucani cum civibus, adverſus eum conſurgentes, in tanti delicti i vindictam plurimas ejus munitiones *i* & domos deſtruentes ſubverterunt. At Regina, ut erat ſapientiſſima, intelligens eum mente obdurata nec ſic à propoſito revocandum, cœpit ei memoriam reducere voce mitiſſima, quod Dei omnipotentis & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli indignationem talia præſumendo incurreret. Cumque illum in conceptu malitiæ perdurare videret, & quod omnis ſermo ejus caſſo labore deficeret; ſeque illius manus evadere poſſe, quippe viribus impar, omnino diffideret; neceſſitatem in voluntatem convertit, & ſapienti uſa conſilio æquanimiter aſſenſum præbuit.

4 Itaque vir ille ſuæ intentionis hilari fine potitus, eamdem venerabilem Dominam, ſecundum quod diu ante eam cupierat, futuram ſibi deſponſavit uxorem; nec multo, poſt furentis populi tumultu ſedato, varii ſexus multis exeuntibus obviam, cum ea in urbem rediit: & magno cum triumpho & tripudio, pompaque receptus, inenarrabiliter toti civitati gaudium peperit. Dei autem nutu, cujus inſcrutabilia ſunt judicia, nono à deſponſatione ſua anno, contigit prælibatam Reginam corporis infirmitate gravari: cujus excreſcente moleſtia cœpit diem ultimum, ne forte inſperato ſurreperet, provida cura penſare. Ut ergo beſtia illa cruenta diabolus, animarum inſatiabilis devorator, nihil in ea funeſtum repe riret; atque ad tremendi conſpectum Judicis, ſpiritualibus armis accincta, quandocumque ſecura procederet; Soffredum virum ſuum, precibus multis & magnis, conſtanter expetiit ejus licentiam ſive conſenſum, in Cœnobio S. Juſtinæ (unde fama boni odoris per plurimas remotaſque mundi partes uſque nunc multorum ad aures extenditur, & largiente Chriſto perpetuis temporibus extenderetur) ſe poſſe monacham fieri: & ex tunc orationibus inſiſtendo, vitam, Deo juvantes, regulari tramite ducere.

5 Cujus poſtulationibus, vir ille *k* nobilis inclinatus, ut qui carnalis adeoque momentaneæ pulk chritudinis aliquando laſcivus amator exiterat, decorem animæ in æternum victuræ manifeſta ratione caſte diligere probaretur; licet graviſſima, ut exiſtimabat, disjunctione amariſſimus, quod tamen rogabatur annuens per vim, benigne aſcenſum tribuit. Demum per honorabiles ideoneaſque perſonas jam dicti cœnobii ſanctimonialibus convocatis, uxorem ſuam in earum contulit poteſtatem; dona quoque oblationum non modica Deo & eccleſiæ illi ſponte largitus. Poſtmodum vero ad monaſterium ducta, corporis invaleſcente moleſtia, diebus paucis elapſis defuncta eſt, & ibidem honorifice tumulata; ipſo, qui eſt vita viventium, ſpes morientium, ſaluſque hominum in ſe ſperantium, faciente reſurrectura cum Sanctis ad gloriam. . . . .

6 Poſt hæc autem Confeſſor Chriſti Silaus, quem ſuper infirmitates varias miraculorum plurima ſigna comitabantur, parvi decurſo temporis intervallo, proficiſcendi Romam iter arripuit. Emergebat illi controverſia cum Rege civitatis, cui Deo auctore præſidebat Epiſcopalibus inſulis decoratus, de quibuſdam ſanctis Eccleſiis propriæ diœceſis, quas ſuæ tyrannidi, contra eccleſiæ inſtituta, Rex ille tentans pertinaciter ſubjugare, novis & indebitis exactionibus affligebat. [Itaque] gloriolus Antiſtes Apoſtolicam Sedem adire conſtituit; fraternæ quoque dilectionis fervore, certius, quid de ſorore ſua contigiſſet, avide ſcire permotus; nam quæ accidiſſe præ miſimus, his qui ejus comitatu juncti fuerant referentibus, aliqua ex parte didicerat. De cujus obitu cum Lucam veniens, à cognato ſuo Soffredo magnifice ſuſceptus hoſpitio, cognoviſſet; & [quod] convenienter apud dictum cœnobium corpus ejus cum grandi honore fuerat ſepulturæ mandatum; Deo gratias egit; accedenſque ad locum ſepulchri, gratias Domino ſimul & preces effudit, ac Hoſtiam ſalutarem immolavit.

7 Deinde Romam proficiſcitur: in reditu ægrotavit: veniens Lucam cognato hoſpitio excipitur. Comitabatur autem illum tanta miraculorum efficacia, ut aqua de ablutione manuum ejus ab infirmis pota, varias ab iis expelleret ægritudines. Cum diem ſuum præſciſſet, ad præfatum B. Juſtinæ oratorium revelante Spiritu ſancto portari ſe facit; ubi poſt aliquot dies onere carnis abjecto, ad gemmea cæli palatia, cum Chriſto perenniter regnaturus, feliciter pervenit. Cujus ſacratiſſimum corpus, intra eamdem

AUCTORE D. P.

b *ſit Abbas.*

Lucam inducitur

c *& Epiſcopus*

& nono poſt anno monaſterii incundi licentiam petit,

d

e

Soror ejus Romam profecta,

f

g

à Soffredo Lucenſi admatur,

& revertens rapitur in uxorem;

h

i

evi tandem conſentiens,

k

eaque impetrata pie moritur.

Iterum Romam proficiſcitur Silaus;

F

& Luca tranſiens, de ſorore quid actum ſit diſcit,

miraculis claret in reditu,

mortuus ad S. Juſtinæ ſepelitur.

AUCTORE D. P.

ecclesiam *l* egregie collocatum, cum non solum de proximis, sed & de remotis etiam locis vel regionibus, ob curationum larga beneficia, cum donariis oblationum munificentissimis, infirmos ac debiles plurimos ad se quotidie traheret; Soffredus, avaritiæ facibus inflammatus, revocavit ad mentem, quot & quanta propter uxorem suam fuisset incommoda passus; & ad Sanctimoniales veniens, petiit ut oblationum medietatem publica cautione sibi largirentur: hospitali enim jure, vel insuper hospitis more, se licite id posse agere infeliciter præsumebat. Illæ cum resistendi copiam non haberent, tertiam oblationum portionem sub chirographo pepigerunt: quod quantum fuerit odibile Deo, & honestati publicæ alienum, indicat pœna secuta. Beatus namque Silaus cuidam Sanctimoniali, nomine Lugithæ, postea per visum apparens, ei se injuste vinculis mancipatum terribili voce improperans, subtractionem gratiæ miraculorum fortiter est comminatus: asseruitque destitura, donec prædictæ pactionis Chartula prorsus irritaretur. Qua revelatione patefacta *m*. . . . . .

Soffredo partem oblationum capiente,

cessant miracula,

m

8 Cum ergo benedictio miraculorum per longissima temporum *n* spatia, secundum dictam comminationem Beati viri cessaret; venerabile corpus ejus non oblivioni tantum, sed etiam cœpit ignorantiæ tradi. Interea nefandæ temeritatis ausu, diuturna pœna mulctato, cum divinæ pietatis immensitas suæ gratiæ dona, subtracta B. Silai meritis, iterum populis indulgenda decrevisset; de illius sancto corpore inveniendo sive transferendo, locoque sepulturæ per oblivionem quodammodo factæ incognitæ [monere]. à monialibus aliisque multis clare per visionem sæpissime cernebatur. Anno Dominicæ nativitatis MCLXXX *o*, III Non. Decembris, superstite Domina Cæcilia Abbatissa, sanctimoniales ejus cum ea, ad revelatum sepulchri locum, cum nonnullis aliis accedunt. Ubi post orationem fodere incipientes, corpus sanctissimum diligentissime clausum, cum *p* Epitaphio, repererunt; quod transferentes, secus altare sanctæ Crucis, sub quo prius requiescebat, decentissime collocarunt. Moniales autem nepotem Soffredi, nomine Loctarium *q*, virum nobilem, de restituenda illis vel potius irritanda pactione convocantes alloquuntur: quibus annuens Loctarius, remisit quidquid proavus Soffredus petierat: & iterum miracula cœperunt coruscare *r*.

B

n

o

donec elevato corpore rescissa est pactio inhonesta.

p

q

r

ANNOTATA.

a *Vti Hibernia in quinque provincias, sic & in regna totidem aut etiam plura divisa antiquitus, plures semper Reges habuit usque ad an.* 1172; *quando septem Reges ultro se subjecerunt Henrico II Anglorum Regi, factum confirmante post annos* 14 *Vrbano III. Nominantur autem in ea conventione apud Cambdenum Reges Corcagii, Limerici, Ophaliæ, Vrielæ, Midiæ & Vltoniæ, sub uno omnium tunc Monarcha Rotherico; cujus similiter peregrinum Hibernis nomen, probat quod dixi de nomine Mingardæ: quæ æque ac S. Silaus potuit patrem habuisse unum ex istiusmodi Regulis. Horum autem quantumvis parva potentia fuerit, haud tamen in ea potest verificari secundum, quod Silao affingitur, miraculum*, quando fecit glaciem & nivem ut ignem ardere, cum ligna non invenisset matri portanda.

b *Diximus* 16 *Maji duos celebres* Brandanos, *totidem monasteriorum fundatores ab Hibernis coli*, Cluainfartensem *in Conactia jam dicta die*; *& paulo seniorem alterum* Birrensem *in Momonia* 29 *Novembris: si constaret in utro monasterio vixerit* S. Silaus, *posset etiam de Sede ejus Episcopali fieri conjectura aliqua: credibile est enim in eadem provincia, in qua Abbas fuit, etiam factum Episcopum.*

c *Si illi qui miracula* S. Silai *ex suo postea cerebro narravere, aliquam habuissent personæ ipsius notitiam, nomen civitatis docere potuissent, & haud dubie certiora tradidissent, quam quæ nimium credulis imposuerunt.* D

d Gregorium VII *intelligo, non* Gelasium, *quem suggerit Florentinius, quasi per solam litteram initialem scriptum dumtaxat nomen fuerit: quod usitatum quidem seculo* XI *& seqq. sed tunc fere tantum, quando ad viventes de viventibus scribebatur.*

e *Ecgraphum Romanum*, considerandus.

f *Nulla fere gens olim ad ejusmodi peregrinationem propensior fuit quam Hibernica; unde vix ullius apud eam Sancti Vitam leges, qui non aliquoties Romam adierit, exemplo S. Patricii, sæpius illuc, etiam extrema ætate, profecti.*

g *Franciottus* Goffredum *legit (quod magis placet; nolo tamen mutare antiquiorem scripturam) & ab aliis ait* Goffredellum *diminutive dici, atque* Lambardæ *familiæ adscribi.*

h *Merito etiam magis formidavit euntem rapere, quo casu à comitibus itineris per omnem Romanam civitatem res vulgari poterat, & tunc adhuc viventis Gregorii excommunicationem personalem in ejus caput adducere: à regredientibus autem in Hiberniam minus videbatur metuendum; maxime si redivit mortuo Gregorio & Sede vacante,* E *uti supra nobis visum.*

i *Hæc omnia bene conveniunt in tempus, quo factionibus Guelforum ac Gibellinorum tota ardebat Italia, & potentiores quique arces munierant & domos, ex quibus impetebant adversarios, sæpe etiam in amicos grassabantur; nec Mathilda Comitissa, tunc Hetruriæ domina, singulos reprimere poterat, gravioribus contra Henricum Imperatorem pro Sedis Apostolicæ libertate curis belliſque implicata. Franciottus Soffredi munitionem, quo Mingardam abduxit ait juxta* Montem-catinum *fuisse, Lambardæ gentis possessionem.*

k *Econtra Franciottus Soffredum præmortuum ait, Mingardam vero redire noluisse in Scotiam, ideoque monasterium sibi elegisse.*

l *Fabulatores illi, qui S. Ittam de* S. Silai *Sacrificio communicasse per Angelum finxerant, occasione similis miraculi ex Sanctæ istius Vita auditi; addiderunt Angelo indignatum ob id fuisse Silaum*, quia scilicet nullum cum feminis proposuerat commercium habere quoad viveret: quodque B. Itta hoc audiens, Deum rogavit, ut corpus B. Silai non nisi inter feminas quiesceret. *Hæc plane sapiunt genium Hibernorum, apud quos Sanctorum Legendæ tam plene imprecationibus sunt, ut vel ob hanc solam causam viris prudentibus suspectæ debeant esse.* F *Quam autem absonum est vel cogitare, quod aliquis, non eremita, sed Episcopus, atque utrique sexui Sacramenta ministrare obligatus ex officio, ne quidem in his voluerit communicare cum femina, idque miraculo factum discens ab Angelo, indoluerit?*

m *Exciderunt aliqua per incuriam librariorum priorum; puta, quod rogatus Soffredus iniquam pactionem remittere, noluerit acquiescere roganti monentique; & sic miracula aliquamdiu cessaverint.*

n *Annos puta octoginta aut circiter, quia hoc satis est ad alicujus Sancti oblivionem paulatim inducendam, ideoque* longissimum temporis spatium *vocari potest.*

o *Ita etiam Franciottus legit, sed Carolus de Ciuffariniis Notarius, propria sua manu ex Ms. antiquo Vitam transcribens, & in zyfras vertens quæ haud dubie Romanis numeris scripta initio fuerant, male collegit numeros, scripsitque* 1183 Non. Decembris: *quem errorem ex monasterii monumentis corrigit Florentinius, in quibus ab anno* 1175 *invenitur nominata* Cæcilia, *ab anno autem* 1181 Basilia Abbatissa.

p *Post Notarialem fidem additur, velut aliunde acceptum*, Epitaphium S. Silai, *in hæc verba*: Divi Silai corpus, qui in Hibernia Episcopus fuit, summa ven-

A veneratione hoc ſepulcro conditum, ob præcipua miracula religioſiſſime cuſtoditur. *Vix auſim credere antiquum illud eſſe, cum quo conditum inventumque eſt corpus: ſed potius ſuſpicor ſeculo* 12 *aut* 13 *poſitum, in aliqua renovatione ipſius tumuli, puta anno* 1489, *quando curatus eſt loculus plumbeus.*

q *Ita medio ævo Itali, quidquid nunc per* tt *pronuntiatur ab eis & ſcribitur, pronuntiabant & ſcribebant per* ct, *unde* Lotharii *nomen hic oportet intelligas.*

r *Addit Franciottus, quod Lucius Papa III, patria Senenſis, ex familia Allucingola (Allucingam in ejus ævi memoriis nominari notat Florentinius) poſtquam in Cathedralem Lucenſis eccleſiæ, morte Guilielmi Epiſcopi vacuam, collocaſſet anno* 1183 *nepotem ſuum Gerardum, rogatus etiam à Lucenſibus* S. Silaum *canonizaverit: ſed idem Florentinius ait, conſtare ſibi ex monumentis Archivii Epiſcopalis, quod Gulielmus ab anno* 1178 *uſque ad* 1194 *abſque interruptione ſederit, proinde nullum locum patere Gerardo Alucingo, quem neque Vghellus agnoſcit in Epiſcopis Lucenſibus. Vereor ut melius fundatum ſit, quod de Canonizatione præſumitur magis quam probatur; præſumitur autem citra neceſſitatem.*

APPENDIX

De noviſſima corporis elevatione.

Ex Italico Franciſci Mariæ Florentinii.

Ornata magnificentius eccleſia,

9 IAm inde ab aliquo tempore Monachæ illæ religioſiſſimæ, quæ ad S. Juſtinam habitant, præcipua intentione ſtudentes ornatui ſpiritualis templi animarum ſuarum, mentem etiam applicaverant ornandæ exteriori domui Dei, ſuæ ſcilicet eccleſiæ, in qua, una cum aliis inſignibus reliquiis, ac nominatim capite S. Juſtinæ & Mamilla S. Agathæ, ſervatur corpus S. Silai. Jam novis altaribus marmoreiſque cruſtis veſtiti parietes loci, non minus ipſum faciebant reſplendere magnifice, quam agnoſci pietatem bonarum iſtarum Religioſarum. Reſtabat ut ſacrum pignus, decentiori quam antea jacuerat modo, ſubtus altare majus collocaretur; quando in mentem iis venit fieri poſſe, ut in modum integri unius corporis componerentur denuo ſacra oſſa. Uſæ ergo ſunt perita manu Doctoris Medici

C Hieronymi Cremonæ; & intra idem cubicellum, in quo ſpiritum efflaverat Sanctus Epiſcopus, delata omnia, inter ſe connexa fuerunt, eo plane ordine, quo conveniebat ipſa extremæ reſurrectioni præparari; monaſterium iſtud tunc regentibus, nobili ac religioſa Matre Abbatiſſa D. Agnete Manſi, Præfecturam autem Sacriſtiæ gerentibus, devotis ac nobilibus Dominabus, Felice Manſi, Victoria Lamberti, Archangela Trenta, Pamphilia Manſi, & Vincentia Nobilii. Deinde ſic reſtauratum corpus, & veſtibus Pontificalibus ſplendide indutum, intra pretioſam cryſtallinam arcam expoſitum fuit venerationi populari, die XXI Maji anno MDCLXII: quæ dies, divina quadam ordinatione, non ſolum erat Dominica ante Pentecoſten, ipſius Sancti feſto annue recolendo deputata; ſed etiam eadem, cui feſtum antiquitus affixum fuerat, non alia veroſimiliter de cauſa, quam quod tali die de vita hac exceſſerit.

reſtituitur compago oſſium S. Silai.

& exponitur 21 *Maji* 1662:

quando Vitæ Italice obtulit Florentinius,

10 Viſitatum ab innumera populi multitudine ſacrum depoſitum fuit, inter ſumptuoſos ejus diei apparatus harmonicoſque muſicæ exquiſitiſſimæ concentus, quibus renovata eſt civium Lucentium devotio erga Sanctum: interque venerabundos alios adfuit etiam is, qui ex debitæ gratitudinis obligatione præſumpſerat de illius geſtis hiſtoriam conte-

xere: & coram ſacro altari proſtratus, pro modulo tepidi ſui affectus, reddidit gratias bonitati divinæ, quod vitam ſibi ſalvatam voluiſſet per ipſius Sancti protectionem, ut poſſet calamum ſuum, licet longe inferiorem meritis tantis, impendere augendæ ejus gloriæ. Letalis lapſus, quo fuerat antecedenti anno præceps dejectus, inter imaginem cælorum Reginæ & ſepulcrum S. Silai, certum reddebat, quod hic à Deipara Maria productiorem ei vitam impetraverat; adjuveratque, ut inter plurima diſtractus negotia, nec valetudine firma utens, poſſet ipſo feſtivitatis prædictæ die gratitudinis ſuæ penſum abſolvere, atque ad aram ejus offerre acceptabile munus. Itaque ratione hac adductus, & ante ſacras benefactoris ſui Reliquias proſtratus, ipſa novi triumphi luce, cum debita gratiarum actione appendit votivam vitæ ipſius imaginem, coloribus imparibus adumbratam, petiitque pro divite anathemate recipi.

AUCTORE D. P.

anathema pro ſalvata ſibi lapſo vita,

11 *Ita ille, tertio poſtquam nos Luca digreſſi menſe, in vicina Sarzanenſis urbis eccleſia Cathedrali, ſub altari, trium ex Sardinia Martyrum oſſa videramus, nuperrime ſuis reſtituta compagibus, filo argenteo mediante, ac Romano more militariter induta, poſt cryſtallinam, quæ frontalis pallii loco altare ipſum claudebat, feneſtram. Ad hoc recens exemplum, opus ſuum potuerunt inſtruxiſſe Lucenſes, quamvis alioqui habeant S. Zitæ,* XXVII *Aprilis illuſtratæ, corpus, ad eum modum compoſitum jam olim, ſic ut ſola manuum pedumque oſſa, cum parte brachiorum ac tibiarum, & frons maxillaque nuda conſpiciantur. Inde per Inſubriam Galliamque regreſſos in Belgium ſecuta eſt cariſſimi Hoſpitis noſtri Epiſtola, beneficium à Sancto acceptum paulo diſtinctius explicans, in hæc verba:* Poſt diſceſſum veſtrum ab Hetruria, per ſacram hebdomadem febricula & vertigine laboravi, quæ me revocaverunt à ſtudiis. Acciderat per illos dies ut è veteri ſepulcro S Silai ſacra pignora educerentur, quo conſpectiora devotis fierent, & ejuſdem vitam pro gratiarum actione meditabar, quod prope Sancti aram à refractario equo in terram alliſus, ſummum diſcrimen ante paucos menſes evaſiſſem; ſed inproſpera valetudo à conatu revocabat. Jam Mediolano acceperam Vitam, ex Waddingi monumentis à vobis Romæ deſcriptam mihique ſubmiſſam: nec diſſimilem nactus Lucæ, ipſum ſcilicet Caroli de Ciuffarinis Notariale autographum, ex perveruſto Originali tranſſumptum, explicare cupiebam: ſed mentis & virium languor calamum attrectare non ſinebat. Mirabilis Deus in Sanctis ſuis! Vix B. Silaum precatus, ut ſi vellet me ejus monumenta colligere, valetudinem opportunam à Domino impetraret, vires perditas rediiſſe cognovi; caputque, frequenti vertigine labefactarum, priſtino ſtatui reſtitutum expertus, feſtino calamo Vitam illam patria lingua contexui, quam ſtatim atque à prælis noſtris exiit, vobis curavi tranſmittendam. *Placeat nunc in gratiam Lucenſium, & eorum quibus res diplomatica cordi eſt, accipere Ottonis Magni Privilegium, initio memoratum, ut illud manu ſua nobis ex originali deſcripſit, dignus tali patre filius, Illuſtriſſ. Marius Florentinius.*

E

& reſtaurata valetudine.

F

Privilegium Ottonis I

12 In Nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis, Otto divina favente clementia Imperator Auguſtus. Omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ noſtrorumque, præſentium ſcilicet ac futurorum, noverit ſolertia, Adelehidam, noſtram dilectiſſimam conjugem, noſtræ Celſitudinis exoraſſe clementiam, quatenus pro Dei amore animarumque noſtrarum remedio, Grimina Abbatiſſa, cum Monachabus in monaſterio Domini ac Salvatoris quod dicitur Priſciano Deo militantibus, in uſum ac ſumptum; in Flexu manentis v, in Tempaniano unam, in Turre quinque & ſundrium; in Caſtagnolo manentes octo, cum dominicato, ſalinaſque omnes quæ ad ipſum pertinent monaſterium,

RE P. nasterium, & alias petias de terra quæ sunt prope Flexum, & olivetum quod ibi pertinet; de Petrucio manentem unam; in Vaccule pecias de vineis duas, in Capragnano manentes tres, in Saltulo manentes quinque & una petia de vinea & unum sundrium dominicatum, in Fruca manentes quatuor, in Piscia manentes decem cum terris & vineis dominicatis; in Frota ecclesiam unam cum massariciis tribus, & cum terris, vineis & dominicatis; in Pacanico manentem unum; petias de prato tres, in loco quod dicitur. Penicato, & alias petias de prato quatuor; in Cassignano massarium unum, in Petrignano massarios quatuor, in Puliciano massarium unum & sortē unam, in Massa-in quiesa massarium unum, à Caprile massarium unum, per nostri præcepti paginam donare, concedere, confirmare, & corroborare dignaremur. Cujus petitionibus aures accommodantes, pro Dei amore animarumque nostrarum remedio, prenominatis monachabus, in præfato monasterio Domini Salvatoris, quod Brixiano dicitur, pro tempore Deo militantibus, in usum & sumptum, in Flexo manentes quinque, in Tempaniano unum, in Turre quinque & sundrium unum, in Castagnulo manentes octo cum dominicato & salinas omnes, quæ ad

datum monasterio S. Iustinæ,

B ipsum pertinent monasterium, Cafagio dominicato in Flexo, terras & vineas in Flexo, cum omnibus quæ ad ipsum pertinent monasterium, & alias petias de terra quæ sunt prope Flexum & olivetum quod ibi pertinet; de Petrucio manentem unum, in Vaccule petias de vinea duas, à Capragnano manentes tres, in Saltule manentes quinque, & unam petiam de vinea & unum sandrium dominicatum, in Fruca manentes quatuor, in Piscia manentes decem cum terris & vineis & pratis in dicta ecclesia, una cum massariciis tribus, & cum terris & vineis dominicatis; in Pacanico manentem unum, petias de prato tres; in loco quod dicitur Pebronacco, & alio de Prato, quatuor; in Cassignano massarium unum, in Petrognano massarios quatuor, in Puliciano massarium unum, sortem unam; in Massa-in quiesa massarium unum, à Caprile massarium unum, prout juste & legaliter possumus per hoc nostrum præceptum donamus, concedimus, confirmamus, & corroboramus, una cum casis, sediminibus, terris, vineis, pratis, pascuis, montibus, vallibus, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, servis & ancillis, aldiis & aldiabus, omnibus rebus mobilibus & immobilibus, ea scilicet ratione quatenus Monachæ in supranominato monasterio pro tempore Deo militantes, in usum & sumptum prædictas res habeant, teneant, & possideant, fruanturque jure perpetuo, omnium hominum contradictione remota. Si quis autē hujus nostri præcepti violator ex- *an. 964.*
titerit, sciat se compositurum auri optimi libras centum, medietatem cameræ nostræ, & medietatem præfatis monachabus in supradicto monasterio pro tempore Deo militātibus. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur, manibus propriis roborantes, & annulo nostro subter annotari jussimus

D

Signum Domni Ottonis Piissimi ac invictissimi Imper. Utgerius Cancellarius vicem Guidonis Epischicancellarii recog- & subscripsi.



suprascripti ad vicem & arnovi,

Dat. quarto Kal. Aug. anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXIV, Indictione VII: Anno vero Domni Ottonis Augusti Imperatoris tertio, Actum Lucæ feliciter. Amen.

E

13 *Sequebatur sigillum cum imagine Otthonis (quale in Propylæo antiquario nostro spectare licebit ante Aprilem) cujus loco malim hic notare, quod* Manentes, *licet cum feminino genere componantur, sicut Latini dicuntur* Operæ, *pro masculis tamen usurpari videantur, qui mancipali jure sint addicti illi, quam Dominis colere tenentur, glebæ; itáque dici, quia obligentur ibi* manere. *Indidem quoque creduntur prædia dici* Massæ *quasi* Mansæ; *& hinc* Massarii *ac* Massaritii, *coloni Massarum.* Dominicatæ *porro dicuntur jura absoluti Dominii. Et de his quidem multa leges in Glossario Cangii, non item de* Sandrio *sive* Sundrio (*ambigue enim scribitur*) *quod sive à* Sand *arena, sive à* Sund *freto ducere velis, Longobardica vox fuerit; sed quia arenariæ frequentes in his locis, freta nusquam sunt, malim* Sandrium *legere.* Aldii *denique & Aldiæ in Longobardorum legibus sæpe nominantur, fere tamquam* Liberti *atque* Libertæ *Latinorum; nexu tamen adhuc aliquo Dominis suis illi obligabantur, incertum an sic dicti quia ex servis* Aldis, *id est fenibus, nati: quod si verum, Latinius* Vernaculi *dicerentur.*

Barbaræ quædam voces explicantur.

DE SANCTO GODRICO

G. H. *EREMITA FINCHALÆ IN ANGLIA.*

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De Vita à Galfrido coævo scripta, ætate & cultu Sancti. Dictæ vitæ compendium ex Neubrigensi.

ANNO MCLXX.

Vita datur post Reginaldum,

& Germanum Priorē à Galfrido scripta.

Vam hic damus Vitam S. Godrici *Eremitæ, nobis submisit ex suo Archimonasterio Cistercienſi Admodum Reverendus Dominus Iacobus Lannoius, dicti monasterii religiosus & omnis antiquitatis studiosissimus, qui nobis ibidem etiam singularia beneficia præstitit, testatus hanc illam ex codice Ms. antiquitatis circiter quadringentorum annorum erutam. Auctor Galfridus fatetur in Prologo, sibi notum fuisse* B. Godricum, *ejusque Vitam se concinnasse ex prolixa relatione* Reginaldi *monachi Dunelmensis, ad quam num. 66 dimittit lectorem miracula plura scire cupientem, & nonnullis scriptis* Germani *ejusdem monasterii Prioris, qui eum cum Fratribus sepelevit: sub cujus & decessorum ejus obedientia vixerat, eremita sive monachus solitarius Ordinis Benedictini. Inscribit Galfridus Vitam Thomæ Priori & Fratribus in Fincalich constitutis: qui locus videtur idem cum Finchale esse, ubi ante vixerat & à morte sepultus sit Sanctus, & opera* virtutum à morte testatus *dicitur in Prologo. Erat ibi oratorium ab eo constructum ad honorem S. Ioannis Baptistæ, sed* locus ille, post ejusdem Patris obitum, gloriosior effectus multiplici glorificatione signorum *dicitur num. 21. Potuit ibidem postea erectus fuisse Prioratus, ob multiplicata* miracula, *quæ* infra paucos annos ab obitu ducenta viginti octo *observata fuisse scribit* Ioannes Capgravius, *in Vita* S. Godrici *à se in Legenda Sanctorum Angliæ late descripta: quam Lector ibidem reperiet, ex jam dictis auctoribus, sed alia sæpe verborum phrasi decerptam.*

alia extat apud Capgravium,

2 *Matthæus Parisius monachus S. Albani, in Historia Angl-*

ana.

A *Anglicana uſque ad annum* MCCLXXII *deducta, anno* MCLXX *inſeruit illuſtre Vitæ* S. Godrici *compendium, addens ſub finem,* glorioſum ejus ſepulcrum uſque in hodiernum diem, *quo ſcribebat,* coruſcare miraculis. *Præterea alium vitæ ſcriptorem indicat his verbis:* Habuit vir ſanctus monachos Dunelmenſes familiares, ſed tamen inter ceteros monachum quemdam, nomine Nicolaum, ſpecialius diligebat. Hic autem cum à multis rogatus eſſet, ut vitam & virtutes S. Godrici poſteris profuturam litteris commendaret; ipſe pro rerum veritate certius acquirenda, acceſſit ad virum Dei, volens ab eo, quid ſcribere deberet, familiarius erudiri. *Sed fruſtra, cum ipſe ſemet ut peßimum aliquem mortalium deſcriberet.* Interjectis autem deinceps aliquot annis, nihil de ipſius vita monachus auſus fuit inquirere; donec ipſe quaſi miſertus ejus, & velut de prædicta pœnitens injuria, ultro cœpit dicere quod volebat. Adjuravit tamen monachum, per dilectionem qua ei conjunctus erat, ut eo vivente nemini libellum oſtenderet. *Hæc ibi. Et forſan hæc ſcripta ſunt, quæ apud Germanum Priorem dicuntur reperta, aut certe inde ſua alii hauſerunt. Eadem Vita, ex Matthæo Pariſio deſcripta à Benedicto Gonono, extat lib.*

B *2 de Vitis Patrum Occidentis pag.*101 *& ſequentibus. At citato Nicolao ſcriptore Vitæ* S. Godrici *Anglice eſt reddicta ab Hieronymo Portero, & inter præcipuorum Britanniæ Sanctorum Acta excuſa, imo & lib.*12 *Hiſtoriæ Eccleſiaſtica Anglicanæ à Nicolao Harpsfeldio inſerta cap.*25. *Præter ante citatos Dunelmenſes monachos, aliquam etiam Vitam ejus ſcripſit Guillelmus Neubrigenſis Anglus, Canonicus ad Regulam S. Auguſtini, qui de rebus Anglicis ab anno* MLXVI *ad annum* MCXVII *libros quinque compoſuit; & Vitæ illius compendium, quod reliquis Actis præponimus, inſeruit libro 2 cap.*20.

& Matthæum Pariſienſem,

citantem libellum Nicolai monachi.

& Guilielmum Neubrigenſem.

3 *Dicto Neubrigenſi citato, Guilielmus Cambdenus in Epiſcopatu Dunelmenſi, iſta ut inſereret digna æſtimavit.* Vedra ſuas aquas ducit per Finchale, ubi Henrico ſecundo regnante, Godricus, vir antiqua & Chriſtiana ſimplicitate, totus Deo defixus, ſolitariam vitam egit & peregit; eodem loco ſepultus, quo (ut habet Guilielmus ille Neubrigenſis) vel orans procumbere, vel ægrotus decumbere conſueverat. Qui tantam admirationem hac ſancta ſimplicitate excitavit, ut ejus memoriam eccleſiola Richardus, frater opulenti illius Epiſcopi Hugonis de Puteaco, honorarit. *Hæc Cambdenus. Fuiſſe Hugonem Epiſcopum Dunelmenſem, nepotem Stephani Regis, tradunt Simeon Dunelmenſis & paßim alii. Weſtmonaſterienſis ad annum*

eccleſia illi erecta.

C 1171 *ſic habet:* Creverunt miracula de S. Thoma Cantuarienſi Archiepiſcopo in toto terrarum orbe. Glorioſus vir vitæ venerabilis Godricus de Finchale eremita, agonem curſus ſui in hoc mundo conſummans, bravium gloriæ recepturus in cælo, ex hac luce migravit ad Dominum: cujus vita & mors tractatus exigunt ſpeciales. *Eodem modo cum Weſtmonaſterienſi in Chronico Clarevallenſi indicavit ſupra laudatus Lannoius iſta legi.* Anno Domini MCLXXI incipiente, B. Thomas Cantuarienſis martyrizatus eſt; & eodem anno S. Gundricus eremita requievit in Anglia, cujus Vita habetur. *Hovedenus, deſcripta vita & martyrio S. Thomæ, addit:* Eodem die paſſio B. Thomæ revelata eſt B. Godrico anachoretæ per Spiritum ſanctum apud Fintzhale. *Quæ eadem apud Baronium ad an.*1170 *num.*49 *leguntur. Verum* S. Godricus *ante S. Thomam mortuus eſt, cujus exequiarum ſolennia hic celebraſſe dicitur infra num.*63, *ubi num.*64 *prædicit* S. Godricus *illius martyrium, at ſe tunc aſſerit in carne non victurum. Obierunt ambo anno* MCLXX, S. Godricus *hoc* XXI *Maji,* S. Thomas XXIX *Decembris.*

Non obiit anno 1171

ſed anno 1170

4 *Inſcripta eſt memoria* Godrici *ad diem* XXI *Maji Auctario Molani ad Vſuardum, Martyrologiis Anglicano Ioannis Wilſon & monaſticis Wionis, Dorganii, Menardi, Bucelini, ac potiſſimum Eduardi Maiheu, cum prolixa rerum ab eo geſtarum narratione. Recte autem adſcriptus eſt dictis Faſtis Benedictinis, ſed perperam Ordini Ciſtercienſi, in Kalendario Sanctorum hujus Ordinis Divione ſub annum* MDCXV *excuſo, & altero Kalendario Bruxellis ſub annum* MDCXX *edito à Chryſoſtomo Henriquez, ac dein in ejus Menologio Ciſtercienſi typis Plantinianis anni* MDCXXX, *uti denique à Claudio Chalemoto in Serie Sanctorum Ciſtercienſium anno* MDCLXVI *Pariſiis impreſſa. Econtra Angelus Manriq; tomo* I *Annalium Ciſtercienſium ad an.*1159 *num.*9 *&* 10 *clare fatetur, eum non poſſe ad Ciſtercium trahi niſi violentur. Habuit* S. Godricus *cum variis monachis Ordinis Ciſtercienſis familiarem notitiam: horum alicui infra num* 53 *indicavit peccata & lapſus, & ab his liberum fore addixit: & num.*54 *Adſæ Abbati Furnaiſenſi expoſuit apparitionem dæmonis ſub ſpecie mulieris potiſſimum autem num.*33 *S. Roberto Abbati Novi-monaſterii, ſæpius ad ſe deſcendenti, prædixit mortem, ejuſque animam vidit in cælum deferri. Si vel ideo velint Ciſtercienſes ſacram ejus memoriam retinere, non poterunt ab aliis redargui. His poſitis quod addiximus compendium, à Neubrigenſi teſte etiam oculato conſcriptum, quia longioribus lucem profert, hic ſubnectimus.*

AUCTORE G H. *inſcriptus variis faſtis at perperam Ciſtercienſibus.*

5 Iiſdem temporibus fere, venerabilis eremita Godricus de Finchala, loco ſcilicet ſolitario ſic dicto, non longe à civitate Dunelmenſi ſuper amnem Wirum, annis maturus & meritis, in Domino requievit: in quo plane cernere erat pium altumque Divinitatis beneplacitum, ad confuſionem nobilium ac magnorum, ignobilia mundi & contemptibilia eligentis. Cum enim eſſet ruſticanus & idiota nihilque ſciens, niſi Chriſtum Jeſum & hunc crucifixum (quod utique quantumvis obtuſis & rudibus in fidei incunabulis traditur) ingreſſu adoleſcentiæ ferveré cœpit ſpiritu, totiſque hauſit oſſibus ignem, quem Dominus miſit in terram. Denique cœlibatum, quem Deo gratum & ſublimis eſſe meriti forte didicerat, devote amplexus; in cibo & potu, in verbo & geſtu homo ſimpliciſſimus, decentem cum gravitate ſervare modum ſtuduit. Velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & in ipſa locutione pariſſimus. Flere cum flentibus doctus, ridere autem cum ridentibus & jocari cum jocantibus neſcius. Juvenis ſepulcrum Dominicum in multa paupertate, nudis incedendo pedibus, viſitavit: reverſuſque ad propria, locum aptum, ubi Deo ſerviret, ſolicite quæſivit: accepitq; in ſomniis, ſicut aiunt, ut locum Finchala dictum quæreret, ibidem Deo volente victurus. Quem tandem poſt multam luſtrationem juvenis, ibidem cum ſorore paupercula primum, & ea defuncta ſolus multo tempore habitavit. Vitæ autem ejus diſtrictio fere ſupra humanum modum fuiſſe perhibetur. Memoratus quidem locus ſilvoſus eſt, ſed modicam habet planitiem; quam ille fodiendo exercens, fructum ab eo annuum, quo utcunque ſuſtentaretur, exigebat: & quantulumcumque poterat, advenientibus exinde caritatem exhibebat. Sane Dunelmenſi eccleſiæ mundiſſimæ vitæ merito commendatus, talem ſancti collegii ibidem conſiſtentis circa ſe providentiam meruit, ut ſenior monachus ad hoc deputatus crebro eum viſitaret, tum ad inſtructionem ſimplicitatis ruſticæ, tum etiam ut participatione ſacri Myſterii certis diebus muniretur. Diu quidem hoſtis antiquus hominem ſimpliciſſimum inſidiando circumvenire tentavit, ut autem inſidias vidit minus procedere, ſimplicitati ſaltem præſtigiis curavit illudere. Sed vir Dei & caute vitavit inſidias, & conſtanter ſprevit deriſitque præſtigias, beatiſſimo maxime Joanne Baptiſta, quem ſpecialiter diligebat, crebrius eum viſitante, informante, & roborante. Hoc modo uſque ad decrepitam vivens ætatem, paucis ante mortem annis,

E *Vitæ compendium ex Neubrigenſi.*

F

A.GALFR. COÆVO EX MS. *teſte oculato.*

ſenilium defectu membrorum decubuit, & diebus plurimis quantulaſcumque in moribundo corpore vitæ reliquias modico lactis hauſtu ſervavit. Illis diebus videre eum & alloqui merui, in oratorio proprio, juxta ſacrum altare jugiter decumbentem. Cumque toto fere corpore quodammodo præmortuus videretur; expedite tamen loquebatur illa ori ejus familiaria verba, ſcilicet Patrem & Filium & Spiritum ſanctum ſæpius replicans. In vultu autem ejus mira quædam dignitas & decus inſolitum viſebatur. Tranſiit ergo ſenex & plenus dierum, idemque loci ſpatium ejus nunc corpus occupat, quo vel orans procumbere, vel ægrotus decumbere ſolebat. *Hactenus Guilelmus Neubrigenſis, ſe teſtem oculatum profeſſus: cujus relationi Vita ſubſequens reſpondet: in qua erant hinc inde tituli cum aliqua capitum diſtinctione: quibus omiſſis, cum ſimilia ad marginem accuratius annotentur, more noſtro in capita & numeros eam damus diſtinctam.*

VITA

Auctore Galfrido monacho coævo.

Ex Ms. codice Archimonaſterii Ciſtercienſis;

PROLOGUS.

Scribitur Vita ex relatione Reginaldi monachi,

1 Dilectis in Chriſto Dominis Thomæ Priori & Fratribus in Finchaluch conſtitutis, Galfridus eorum in Domino conſervus, æternam in Chriſto ſalutem. Petit à me, imo compellit me caritas veſtra, venerandi Patris veſtris Godrici divinos ſuccincte labores perſtringere, ut citius in compendio legentium votis occurrere poſſit, quorum deſiderio tractatus ille prolixior, qui de virtutibus ejus à Reginaldo Monacho editus eſt, moram cum tædio fecerit. Non enim in maſſa paleæ requiruntur, ſed grana. Timui quidem derogationis notam, dum me dicerent aliqui in meſſem alienam falcem mittere, & furtivis ornatum coloribus ſubmutuati honore pallii gloriam quærere. Feci tamen: non enim devotæ tantorum petitioni deeſſe potui: nec quaſi delator aliena reprehendo, ſed quaſi coadjutor eadem affirmo. Oblati ſunt autem mihi à quodam Fratre quidam quaterni, de quibuſdam operibus ejuſdem Patris à bonæ recordationis Germano Priore Dunelmenſis eccleſiæ conſcripti: in quibus quia multa cum libello Reginaldi diſſentire reperi, nonnulla quæ prius ſcripſeram mutavi, nonnulla appoſui. Ei enim quam maxime credendum cenſui, quem vir ſanctus & ex opinione bonę vitæ ſpecialem habuerat, & ex gradus auctoritate & crebræ confeſſionis familiaritate ſpiritualem ſibi in Chriſto fecerat Patrem. Teſtatur hæc idem Germanus ira ſcribens! O quanta in auribus meis ex illius ore ſtillaverunt mirabilia! quanta de conclavi ſecretorum ſuorum crebris collocutionibus mihi expoſuit laude digniſſima. Multa mihi quæ alios latent. Dormiebam in ſinu familiaritatis ejus. Quoſdam igitur ex utriſque manipulos colligens, in unum redegi faſciculum; ea præcipue quæ & ſimplicium fidei ſatisfacere, & veritati magis poſſent convenire. Hoc autem prudentia lectoris advertat, ut quod in Reginaldi conſtat non haberi, in Germani profecto ſchedulis inveniri, & quaſi ſignum in facie nomen cujuſlibet præpoſui ſententiæ, quatenus hiſtoria melius eluceat bipartita, quæ duorum erit aſſertione ſubnixa. Veſtrum igitur eſt, aut brevitati quod ſuppetit addere, aut ſuperfluitati limam ſectionis apponere.

& ſchedis Germani Prioris, C

præfixis auctorum nominibus.

2 Godricum ego vidi magnum parvulus, ſenem puerulus, dulceſcitque animo tantæ viſionis recordatio. Erat ſiquidem corpore permodicus, ſed celſitudine mentis in cælum erectus. Et quidem in juventute coma nigra, in ſenectute vero canitie reſperſus Angelica; fronte lata, oculis glaucis, ſuperciliis hirſutis & ſibi invicem pene occurrentibus: facie producta, naſo longo, barba prolixa, ore decenti, labris turgentibus rubore perfuſis, humeris diſtentis, ventre compreſſo, quia eum jugis minuebat rigor; reliquis in ordine ſuo membris bene diſpoſitis, viribus aptis, & agilitate præſtabili venerabilem brevioris ſtaturæ præferebat habitudinem. Totam ſuæ converſationis ſeriem ſub Priorum Dunelmenſium regimine texuit. Vitabat ſummopere vitium præſumptionis humanæ, dum non ſuæ, ſed potius diſpoſitioni famularetur alienæ. Erat quippe monachus Dunelmenſis, ſexaginta annos in vita ſolitaria habens; obiit ſenex & plenus dierum in loco ſuo in Finchale, & opera virtutum quæ vivens egit, mortuus teſtari non deſinit.

D *Godrici ſancti ſibi viſi ſtaturæ & formam deſcribit auctor.*

CAPUT I,

Ortus, mercatura, peregrinationes, eremitica vita in VVlſinghamo, dein in Finchale fixa.

3 Reginaldus: Venerabilis Confeſſor Domini Godricus, ex Provincia quæ Northfolc dicitur exortus, patre Ailwardo, & matre Ædwen; erant utrique pauperes & laici, ſed Chriſtianæ fidei religione præclari. Annis vero puerilibus domi peractis, cœpit adoleſcens Godricus animo prudentiori ſecularis vitæ ſcientiam exquirere, & mercatoris æmulans ſtudia, lucri temporalis ſolicitus exercere negotia. Vicos & caſtella perluſtrans, fortunam adeo expertus eſt propitiam, quod acquirendi gratia ſuæ creſcens, ſocios excederet, & mercium ſuarum fructu non tam ſuam quam etiam parentum ſuppleret inopiam. Quadam igitur die victum quæſiturus in loco illo, quem a Welleſtrem dicunt, ad littora marina proceſſit. Fluctus quidem in ſeipſos contracti per quatuor jam tunc milliaria arenas ſiccas reliquerant, quos explorator ſedulus proſequens tres delphines reperit; & ex uno, qui mortuus apparuit, aliquot fruſta cultro ſecans, reditum acceleravit. Currentis vero ſolicitudinem undæ revertentes præveniunt, & nunc talos, nunc genua, nunc crura, poſtremo caput cooperiunt: miroque modo aquis reniti cœpit, & ſub tumenti gurgite amplius uno milliari confecto, eodem in loco cum præda ſua illæſus applicuit, de quo ad æquorei ſinus ſecreta deſcendit; eique merito illud Prophetæ congruebat eloquium, Abyſſus vallavit me, & pelagus cooperuit caput meum. In multarum etenim diſcrimine tempeſtatum nulla potuit mentis infirmitate à fidei celſitudine dejici, ſed potius periculis latronum, periculis in mari, periculis in itinere, periculis in civitate, periculis in ſolitudine, divinæ virtutis meruit protectione defendi.

Parentes pauperes

mercaturæ ſublevat:

a

evadit pericula variæ F

Jonæ 2.6

4 Sexdecim igitur annorum curriculo in mercimoniis & navigii regimine completo, negotiationis exercitiis ſacræ peregrinationis laborem adjunxit. Sanctorum enim, quorum in periculis expertus eſt beneficia, memorias frequentare ac venerari ſatagebat; nec eorum loca tantum & membra corporaliter inviſere, verum etiam converſationem & conſtantiam audire, & greſſu cordis ſpiritualiter imitari proponebat. Cœpit repente, unctione edoctus magiſtra, amorem, quem ſolitus appetitus rerum, oculis intuentium foris oſtendit, interius apud ſe in faſtidium terrenæ ambitionis & deſiderium voluntaChriæ

peregrinatur ad Sanctorum Reliquias,

A riæ paupertatis convertere, & ſub ſeculari habitu hubitu humilitatem & ſimplicitatem Monachilem prætendere. Jam etiam comites in eleemoſyna declinabat ut hoſtes, juxta illud, neſciat ſiniſtra tua quid Matth. 6,3 faciat dextera.

item Romæ & Hieroſolymam.

5 Romæ quoque limina Apoſtolorum adiit, & Jeroſolymam peregre profectus eſt: & calceamentis ad Jordanis lavacrum poſitis, nudis exinde pedibus uſque ad diem ſuæ permanſit reſolutionis. Indeque patriam & domum paternam (non dum enim ſeculum perfecte reliquerat) reverſus: cujuſdam ſe Patris familias obſequio ſubdidit, & totius domus ſuæ curam egit. Erant autem ibi quidam conſervi, qui noctu de ovibus alienis & armentis victum quærebant, & mane carnes quaſi ex venatione captas domi deferebant. Cumque Godricus ex his quoque cibum quandoque ſumeret, & venaticæ carnis ſaporem in eo minime deprehenderet; eos furti reos arguit, & erga Dominum ſuum crimine hoc peſſimo b acculavit. Pœnitentia quoque ductus, *b* S. Ægidii memoriam ob tantæ tranſgreſſionis purgationem adiit, & deinde Romam ſecundo inviſere ſtatuit. *iterum cum matre Romam,* Cujus cum mater deſiderium agnoviſſet, filio comitatum, viro permittente, impendit. Illis igitur iter B agentibus, mulier admirandæ pulchritudinis eis tam inſeparabiliter quam ſocialiter adhæſit, & officioſiſſime miniſtravit. Pedes ſiquidem Godrici, quo- *miniſtrante ipſis Angelo;* ties ipſe permittebat, abluit, lectum quoque compoſuit, & ſe familiariter eidem noctibus coaptavit; ſed mentem illius nec ſigno, nec motu, nec ſermone ad illicita provocans, ſoli ſe illi & matri ejus viſibilem reddidit & exhibuit. Unde vir Domini plurimum hæſitare cogebatur, utrum vero eſſet mulier, an ſub femineo latens amictu phantaſma. Peracto igitur peregrinationis ejus itinere, cum Londoniis appropinquarent, mulier eis valefaciens dixit: Ecce diverſa Alpium & viæ longioris pericula meo ducatu evaſiſtis, & ad deſideratam natalis ſoli cognitionem perveniſtis: ego vero regredior unde digreſſa ſum, ubi perpetuæ quietis ſedem habeo & domum Dei cæli inhabito: vos autem benedicite Dominum & timete eum, & quod ab Apoſtolis Sanctis poſtulaſtis in fine gratia Dei percipietis, & his dictis non comparuit. Et hoc virtutis ſignum hiſtoriæ veteri convenit, quia ignoranti Tobiæ ſe Raphael viſibilem præbuit, & ſedulo in omnibus miniſtrans incolumem ad patrem reduxit.

Mat. 19,21 C *omnibus in pauperes diſtributis,*

6 His ſignorum primitiis Godricus ad cæleſtia quærenda, ac promerenda illectus, Dominicum ſecum ſedulo revolvebat eloquium; Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & veni ſequere me. Contempſit quæ acquiſierat univerſa; & diſtractis in uſus pauperum mercibus terrenis, felici commercio mercatus eſt cæleſtia. Parentes & patriam deſerens, petere deſerta decrevit, & *c* Carleo- *c ad eremum diſcedit:* lum Domino diſponente pervenit. Cumque ibidem aliquamdiu moram egiſſet, cœperunt incolæ ejus converſationem venerari. Quorum notitiam cupiens devitare, ſilvarum latebras expetiit, & ferarum cubilia incoluit; non luporum, non conſortia ſerpentium, non quorumlibet indomitorum aſpectus vel contactus abhorruit animantium; nec ſolum ea cohabitatorem ſuum non lædebant, verum etiam cælitus edocta metuebant. Eſca ejus radices & mel ſilveſtre, nuces quoque & poma fuere; & in ſitis ſolatium fluenta dulce præbebant poculum. Vix unius ſtadii ſpatium gradiendo perficere potuit, quin vel humi proſtratus oraverit, vel curvato poplite lacrymoſos ad ſuperna vultus erexerit: & ubicumque ſolis præveniebatur occaſu, ſe pernoctans projecit. Sicque nemoris avia colligens, incidit caſu in ſpeluncam cujuſdam ſolitarii: cumq; ſe antea non vidiſſent, in amplexus mutuos & oſcula irruentes propriis ſe invicem ſalutavere nominibus; & ſedentes ſe divinis refovebant ſermonibus. Inter hæc Godricus, humiliter ſeni proſtratus, exegit ut ſuæ ſocietatis gratiam illi concederet. Cui ſenior reſpondit: Ut me inſtruas, & hoc annoſum quandoque cadaver ſepelias, hanc tibi Dominus ſolitudinem indicare dignatus eſt. Cohabitabant itaq; biennio & novem menſibus, alternis ſeſe ſanctitatis prævenientes exemplis; cœpitque ſenior viribus corporis repente deſtitui. Sed quanto magis ejus creſcebat infirmitas, tanto vi- *ægro inſervit* gilantius ei conſortis aſſidebat ſedulitas: cumque quindecim dies & noctes tranſigeret inſomnes, longis fatigabatur excubiis. Repugnabat omnimodis ſibi, & pepigit fœdus cum oculis ſuis ne ſopor ſubreperet, quo migrantem è corpore ſpiritum non videret. Victus tamen ſomni deſiderio, obdormivit *mortuum deplorat:* in craſtinum: & evigilans ſenem defunctum reperit: & quaſi ſuæ id imputandum eſſet inertiæ, quod defecerat vehementer indoluit: precibuſque lacrymoſis diutius incumbens, ſpiritum ad ſuum revocabat tabernaculum, & qualiter denuo cæli ſecreta conſcen- *& videt cælum petere.* derit intueri meruit. Cœpit enim ſubito exanime corpuſculum contremiſcere, & in anhelo pectore priſtinus inhabitator palpitare: & poſt modicum de- E nuo egrediens, mirabiliter in ſphæra vitrea, immenſo candore circumfuſa, oranti ſe Godrico exhibuit; & ad cæleſtia conſcendens, qualis eſſet meriti & gloriæ in vitri declaravit puritate. Dicebatur idem ſenex d e *d* Ethelricus, & locus manſionis ejus in *e* Wilſingham: corpus Fratres *f* Dunelmenſis cœnobii, antiquæ familiaritatis gratia, Dunelmum tulerunt, & in cœmeterio ſuo condigno honore ſepelierunt. f

A. GALFR. COÆVO EX MS. *cum Ethelrico ſolitario degit,*

7 Orbatus itaque venerandi ſenis ſolatio, de loco illo egreſſus, deſerta ſolus perambulabat: divinamque pietatem, quæ actiones ejus aſpirando præveniret & adjuvando in ſalutem diſponeret, ſedulo *cæleſti voce* implorabat. Factaque eſt vox de cælo dicens: Cum *& S. Cuthberti monitu roboratus,* à Jeroſolymis redieris, expeditius Chriſto militabis. Ad hanc vocem ſtupore repletus, beati Patris Cutberti, de cujus præcipue patrocinio confidebat, invocabat auxilium. Aſtititque ei ſubito quidam Pontificalibus reverenter indutus, & ſe Cutbertum eſſe profeſſus, iter cælitus imperatum proſequi juſſit: & ſui ducatus promittens ubique ſolatium, locum in quo contra hoſtem dimicaturus erat, & quod Fincale diceretur, expoſuit. Cæleſti igitur viſione & allocutione roboratus, gradiebatur exultans & gratias agens; & dolorem quem de amiſſione ſupradicti F fratris conceperat, ſpe promiſſionis divinæ temperans. Eremi vero Dunelmiticæ ſecreta percurrens, *ad locum Finchale venit:* appulit demum loco, dumis & vepribus horrido, vermibus & ſerpentibus pervio & hactenus frequentato; cujus interiora cum ſumma difficultate penetrabat & diligenter explorabat. Clamantibus autem paſtoribus qui in vicinia erant, eamus & adaquemus greges noſtros in Finchale; locum ipſum eſſe advertebat, quem olim ſuæ converſationi revelatio divina prædixerat. Dicitur autem Finchale à quodam Rege Britonum Finch dicto, qui ibidem cum ſuis perhibetur habitaſſe. GERMANUS. Eſt autem locus g ille ſupra ripam Wiri fluminis poſitus, à Dunelmo civitate *g* duobus millibus ſemotus. Hanc igitur h ſolitudinem, donante *h* Ranulfo Dunelmenſi Epi- *eumque à Ranulfo Ep. Dunelmenſi accipit:* ſcopo, incolendam ſuſcepit, & ramos de nemore cædens, exiguam ſub condenſa quercu domunculam erexit. REG. Antiquus itaque hoſtis ſancta illius præpedire cupiens ſtudia, lupinam induit imaginem, & tamquam ſanguinem ſitiens rapido in illum impetu ferebatur. At ille ad orationis arma converſus, ſignum Crucis oppoſuit, & ſævientis belluæ refræna- to conamine, quantocius humiliatum coëgit abire.

8 GERM.

A.GALFR. COÆVO EX MS.

8 GERM. Sed antequam illic anchoram ſtabilitatis fixiſſet, Jerololymam ſecundo nudis pedibus adiit; ſicque completis ſuæ peregrinationis laboribus, ut liberius animo peregrinaretur in cæleſtibus, repetiit locum ſuum; vitamque eremiticam in fame & ſiti, in frigore & nuditate, in jejuniis & vigiliis & orationibus texuit, & patientiæ & perſeverantiæ manibus ad conſummationem fideliter perduxit. Non terruit eum beſtiarum feritas, non vermium multiplicitas, non minæ latronum, non phantaſmata dæmonum, non ſpinarum aſperitas, non loci denique ipſius (quem tot incommoda inhabitabilem fecerant & illic confluxerant) inculta deformitas, quia omnem foras miſit timorem perfecta caritas. Et non ſolum viroſam ſerpentum ſocietatem non expavit, verum etiam circa pedes & tibias hoſpitalitatis gratia ſuſcepit. Habitabant etiam cum eo per biennium horrendæ magnitudinis ſerpentes, ingredientes prout volebant & egredientes: cumque ignis accenderetur in habitaculo, ſe ad calorem extendebant, & quos poterant ſonos congratulationis emittebant, depoſitaq; feritate naturali manſueti & palpabiles apparebant. Comperto tandem commorationis horum vel contemplationis frequentiam, aliquam ſuis ingerere meditationibus injuriam; manibus nudis eos apprehendens foras ejecit, & ſub adjuratione divini nominis perpetuum ſui tugurii indixit exilium. Cumque per aliquot dies locum illum excoluiſſet, & fines ſuos denſitate nemoris evulſa dilataſſet; apparuit eminus planities non modica, ſed ſitu & viſu ad inhabitandum accommoda: ad quam ſe transferens, manſiunculam veterem deſeruit, & oratorium & domunculas ſibi neceſſarias conſtruere cœpit. Procedente vero tempore, creſcente fama cum virtute, confluebant ad eum, tam de remotis quam de vicinis Angliæ partibus, diverſi ordinis & ætatis ſexus utriuſque quam plures; & alii quidem loci mirabantur mutationem, alii converſationis in milite Chriſti venerabantur novitatem, alii ad vitæ emendationem & ſanctitatis ſuccendebantur imitationem. Omnibus ille verbum ſalutis prædicabat; & cum laicus eſſet & litteras non didiciſſet, litterarum tamen in verbis habebat ſententiam.

poſt iter altorum Hieroſolymitanum,

ibi intrepide manens

ſerpentes familiares habet:

accedentibus prædicat.

9 REG. Jactantiæ peſtem ſummopere devitans, humanos declinabat aſpectus: timebat enim ut vel ab eis agnoſci, vel etiam poſſet inveniri. Si quos autem adventuros præſenſiſſet, ad ſecretiora loca confugit, & in foveis vel ſub frutectis, quouſque receſſiſtent, delituit. Vicini tamen hanc edocti conſuetudinem ad præſentiam ejus penetrabant; & cibos ſecum deferentes, ad veſtigia ſua deponebant. Quæ abhorrens confeſtim ſurrexit, & remotiores latebras adiit. Illis autem abeuntibus acceſſit, & ea quæ tulerant Domino libans, & pro eorum ſalute gratias agens; ad eminentiorem collem, quatenus in uſus prætereuntium tranſirent, transferebat, aliquando ea pauperibus & egenis erogabat, quandoque nec manibus contingebat. Nihil aliquando propriæ conceſſit in uſum vitæ: ſolis enim radicibus ſolitariam vitam adhuc agebat in terris. Proceſſu vero temporis ut ſuo ſibi labore ſubveniret, cœpit manibus miricas avellere, ſpineta ligonibus ſubvertere, & frugum ſemina telluri committere. Unde ruſticorum vicinitas indignata eum delirum nominabant, & exprobrantes illi ex livore ſegetes ejus in ſpicas protuberantes depaſcebant. Ille autem cum ſilentio illatam patienter ſuſtinuit injuriam: ſed tempore meſſis non ſolum nullam tenuitatem reperit, verum etiam divino munere ex patientiæ merito multiplicatas accepit.

C *Allatos ſibi cibos relinquit aliis, radicibus vivens.*

fruges injuria depaſtas copioſe meetit.

B *trangreſſus in planitiem*

ANNOTATA.

a Welleſtrem, locus villæ, quæ Spaldinga vocatur, pene contiguus. *Ita Capgravius. Eſt etiamnum* Welles *pagus haud procul ab Oceano Germanico, in Grenehawe hundredu ſeu diſtrictu, ubi oppidum præcipuum viſitur* Walſingamum.

b *Sunt plura loca in Galliis* S. Ægidio *dicata aut ab eo appellata, in Pictavienſi agro inferiori, in Gabalienſi tractu inferiori, in Narbonenſi ditione, de quibus agi poterit ad ejus Vitam Kalendis Septembris.*

c Carleolum, *urbs poſtea Epiſcopalis in Cambrica, ad confinia Scotiæ ſita.*

d Ethelricus, *Capgravio*, Aelricus, *quod nomen coincidit, ac* Godwinus *Harpsfeldio, per errorem dicitur.*

e Wilſingham, *ſive* Wulſingham, *etiamnum locus notus in Epiſcopatu Dunelmenſi ad Wirum fluvium, æque à Cambria atque Dunelmo, vulgo Durham, diſſita.*

f *Dunelmenſem eccleſiam dedicatam 4 Septembris anno 998 docuimus 20 Martii ad Hiſtoriam Tranſlationis S. Cuthberti: huic inſerviebant initio Clerici, in quorum loco anno 1083 ſucceſſiſſe monachos tradit Turgotus lib. 4 Hiſtoriæ Dunelmenſis Eccleſiæ cap. 3.* E

g *Imo duobus milliaribus Saxonicis & Germanicis, at tribus ordinariis Anglicanis infra Dunelmum verſus Oceanum, nunc* Finkelen *conſpicitur.*

h Ranulfus *conſecratus eſt Epiſcopus 5 Iunii feſto Pentecoſtes anno 1099, mortuus anno 1129.*

CAPUT II.

Vita ejus auſtera. Dæmonum oppugnationes devictæ. Imperium in bruta animalia.

A dæmone tentatus,

10 ANtiquus hoſtis exinde ſuam acrius erga militem Chriſti exercebat invidiam: modo namque aggreſſus eſt ſuggerendo quatenus dejiceret in laſciviam: modo ſemetipſum manifeſte exhibendo, ut terrore vinceretur qui ſuggeſtione ſuperari non poſſet. Plerumque autem leonis rugientis, aut lupi cachinnantis, aut vulpeculæ gannientis, aut tauri ſævientis aſſumpſit effigies. Nonnumquam dentibus aprinis, oculis unius cubiti dimenſione porrectis, cruribus diſtortis, pedibus aduncis, beſtiæ deformioris prætendebat informitatem. Prima adverſus illum prælia ſpiritus fornicationis inſtruxit, nec ſolum formas mulierum viſibiles oculis carnis, verum etiam inviſibiles offerebat oculis cordis. Vir autem Domini contra laſciviæ petulantiam nunc biduana, nunc triduana continuans jejunia, ſalutarem oppoſuit abſtinentiam: dies quoque integros ſine cibo tranſegit. Cumque nec his fervor quieſceret, exemplo beati Patris Benedicti, ſe inter ſpinarum & veprium aculeos volutabat, donec ſanguine carnes diffluerent & voluptatem convertiſſet in dolorem. Aliquoties dolio aquis repleto paſſionibus agitatus inſiliebat, quod in oratorio ſuo ſecretius ſepelierat. Crebrius in flumine Wiri congelantis collo tenus orando pernoctabat, ſaxum quippe præparaverat idoneum, in modum vaſis lignei rotundum & concavum: neque brumalis aſperitas eum ab hac conſuetudine, nec inundatio fluminis, nec quælibet intemperies aëris poterat avertere. Ubi illo quodam tempore in orationibus perſiſtente malignus ſpiritus viſibiliter affuit; & veſtimenta ejus, loricam & cilicium, quæ ſuper ripam reliquerat, tulit & receſſit. Quo viſo & illo furem acclamante, confuſus rediit, & ea unde tulerat depoſuit. Sedenteque eo quandoque ad prunas & calefaciente ſe, tentator ei ali-

F *laſciviam vincit jejunio,*

algore:

A alapam dedit, quod præceps in atrium rueret; eo quod tunc in eo otium deprehendiſſet, otioſitas poſtea pro maximo habebatur delicto.

lorica & cilicio amictus,

11 Nudo corpori loricam ferream adhibuit; & deſuper cilicium induens, laneo forinſecus utrumque cooperiebat amictu. His indumentis per quinquaginta annos uſus eſt, multiſque ciliciis tam ſudore quam vetuſtate contritis, tres loricas perhibetur conſumpſiſſe: ſtupendumque quod duritiam ferri rigentis devoraret durities teneræ carnis. Panis ejus hordeaceus cinere conditus. Potus, hauſtus aquæ permodicus: dicebant enim quidam Patri, aquam eſſe vitandam. Olera, herbæ agreſtes, quas per ripam fluminis vel ſolitudinem nemoris colligens, &

pane, aqua & herbis veſcitur.

lapide acuto diſcerpens vel ligno contundens, in ollam miſit, & aqua admixta igne decoxit, ex quibus pillulas facere conſuevit. Die raro ſe refecit: aut orans aut fodiens, aut quippiam operis agens jejunium protelabat in veſperam: tunc vero pane illo & pillulis illis veſcebatur, nec modo gulæ ſatisfecit. GERM. Si urgente aliquando infirmitate piſcem vel lac aut caſeum tangeret, ita videbantur intacta, ac ſi ea non tetigeſſet. Verba ejus conſolationem & ſalutem ſapiebant. Quis illum triſtis adiit, quem

B protinus hilarem non reddidit? Quis famelicus, quem non pavit? Quis nudus, quem non operuit? Et ſi quando deeſſet erogandi facultas, inerat ei ſemper ex caritate pia voluntas. REG. Menſa ejus lapis latus erat, lectus nuda humus ſtrato deſuper cilicio, & cervical lapis qui & menſa fuit: præ laſſitudine aliquoties ſopore depreſſus, parieti acclivis accubuit. His virtutibus ſilentii quoque adhibebat cuſtodiam. Dominicis & diebus feſtis orationi tantum vacabat: ſecunda vero & quarta & ſexta feria ſilentio indulſit. A prima Dominica Adventus Domini, uſque ad tranſitum natalis ipſius diei quintæ; & ab initio ſeptuageſimæ, uſque ad Octavas paſchæ, & hebdomadam ſanctiſſimæ ſolemnitatis Pentecoſtes, cum nemine colloquium habebat, niſi Confeſſionem faceret, vel à Priore Dunelmenſi licentiam in mandatis accepiſſet. Parentes itaque ſuſcipiebat ut debitum ſolueret carni & ſanguini, non tamen derogaret religioni.

duriter cubat;

ſilentium frequens ſervat.

Officio recitando cælitus ſignum accipit,

12 Horas Canonicas tintinnabulum pulſando & Pſalmos decantando obſervabat: hanc ſibi conſuetudinem quamvis laicus inſtituit. Pſalterium longo ante tempore apud Karleolum plene didicerat. Eo igitur aliquando quolibet opere occupato, ne tempus ſtatutum orationis præteriret, ſignum cælitus,

C nullo pulſante, [ſonuit, itáque] orationes ſolitas facere conſuevit: quod multi audientes in laudem ejus accenſi ſunt. At ille metuens, ne favor jactantiam induceret, impetravit à Domino ne id quiſquam præter ipſum ulterius audiret. Nec mirum ſi daret ſigno per ſe ſonitum facere, qui os bruti animalis dignatus eſt aperire. Per quadraginta annos continuum cum ſpiritu luxuriæ gerebat conflictum, deinde divinæ clementiâ pietatis omnis in eo edomita eſt paſſio carnis. GERM. Audiant etiam eremitæ moderni & imitentur, qui cum vix adhuc tenera ſacræ converſionis libaverint primordia, ſeculo ſe produnt, ad popularem frequentiam procedunt, civitates circumeunt, aliena causâ manſionis ædificandæ beneficia requirunt. Godricus ſexaginta annis vitam ſolitariam agens, fixus intra ſe pede cordis, extra fines ſuos pedem non tulit corporis. REG. Fertur tamen ter Dunelmum veniſſe, primo in Nativitate, ſecundo in Reſurrectione Domini, tertio ad mandatum Ranulfi Epiſcopi.

60 annos in eremo permanet,

13 REG. Multimodas dæmonum verſutias in ſpiritu ſæpius agnovit, quomodo quoſdam ſub noctu[rn]o quiete delectationibus allicerent, quoſdam curarum inquietudine vexarent, quoſdam poſt multa colluctamina ad vitiorum voraginem devictos compellerent; quorum nonnullis præmonendo eaſdem decipulas detexit, & verbo piæ exhortationis ad viam revocabat ſalutis. Et licet in ipſum illuſiones varias intenderent, ipſe illuſus non eſt. Quodam enim tempore de horto rediens, oratorium ingreſſus precibus incubuit: aſſiſtens autem deluſor generis humani, cœpit in illum nimio furore debacchari. Cumque vir ſanctus immobilis perſiſteret in oratione, arreptam pixidem, in qua oblationum hoſtiæ fuerant repoſitæ, in jacentem quanta potuit virtute vibravit. Cumque nondum moveretur, cornu cum vino eum percuſſit, & liquorem ſupereffudit: poſtea urceolum cum aqua benedicta, deinde omnia quæ ſupra lignum, in quo Crux affixa erat, ſteterant colligens, poſtremo lignum ipſum de pariete avellens, in faciem orantis projecit, illudenſque illi cœpit elata voce cantare & dicere: O ruſtice! ô delire! tam bene novi ego pſallere, ſicut & tu lingua corvina crocitare. In fumum tandem evaneſcens, fœtorem poſt ſe reliquit teterrimum. Nec his quidem ſuæ malitiæ finem fecit.

A. GALFR. COÆVO EXMS.

illuſiones dæmonis evitandas docet.

& in his immotus perſiſtit:

14 Eo enim aliquoties ad foſſionem horti egreſſo, ad januam aſtitit quidam ſubmiſſo vultu, E Vellem, inquiens, Domine, tecum converſari ſi liceret. Quem juvenem, recentem viribus & aptum laboribus conſpiciens, Remane, ait, quantum volueris & vade operari, & quod juſtum fuerit dabo tibi. Arreptoque de manu patris foſſorio glebas cœpit evertere. Vir autem Domini ad oratorium regreſſus eſt, & quandoque ad operarium de oratione rediens, nec in eo aliqua ſudoris ſigna deprehendens, fodientis perſeverantiam mirabatur: in brevi ſiquidem unius ſeptimanæ laborem expleverat. Quis igitur eſſet, & quam fidem profiteretur per-

Dæmon foſſoris operam ei locat,

& objecta pia imaginis pellitur.

cunctans, imaginem ſalvatoris ſcilicet & Crucifixi, & beatæ Mariæ & Joannis Euangeliſtæ, venerabiles ſuæ Crucis aſſiſtrices in membrana depictas, de ſinu protulit, & ſeductoris ori feſtinanter obtulit, At ille tantæ virtutis impatiens, quia oſculum Crucis ſuſtinere non potuit, irruit in virum Dei: & eaſdem imagines inter manus ejus diſcerpens, cum ſolito fœtore evanuit. Terram vero illam per ſeptem annos incultam eſſe ſtatuens, quaſi ad purgationem demoniaci fœtoris, eam frequenter aqua benedicta aſperſit, & completo ſeptennio denuo excolere cœpit.

15 Adjecit adhuc, ſi quid in virum Dei moliri potuiſſet. In ſpecie peregrini, miſerabilis aſpectu; F villoſo indutus habitu, ſtatura procerus, coma nigra hiſpidus, ad januam ſancti pulſabat; & ut ad illius præſentiam ei concederetur accedere, ſedulus implorabat. Cui ſanctus obviam procedens, aqua benedicta eum aſperſit; factaque oratione, ſe mutuæ ſalutationis refocillabant obſequio. Interrogatus demum ſimulator quis eſſet, Pauper, inquit, vicinam eremum inhabitans, & nullum ibi amicum præter quamdam nobilem matronam reperi, quam in multis mihi paruiſſe & bene feciſſe memini: & ad tua diutius ſuſpirans colloquia, nunc denique te veni viſitare, quantalibet alterius poſtpoſita negotii occaſione, ut aliquid penuriæ meæ gratia tuæ conferat miſericordiæ. Cui vir ſanctus (motus enim erat ejus miſeriis) panem candidum & denarium nuper oblatum porrexit. Quibus acceptis ſui corporis ulcera ei palpanda præbuit: Ecce, inquiens, quanta pro Chriſto paſſus ſum tormenta. Sanctus igitur loca cicatricum ſolerter explorabat, & mollitiem carnis ad omnem tactum fugitivam reperiens, manum citius cum ſtupore retraxit. Cui ſeductor, Ne abhorreas, ait, has meas miſerias, ſed potius imitari ſtudeas; *ſed fruſtra.*

alias ſub ſpecie peregrini ulceroſi,

ei ſe palpandum præbet,

ſemper jejuno & numquam comedo, ſemper vigilo &

A. GALFR. COÆVO EX MS.

numquam dormio, nocte dieque tormenta ſuſtineo, nunc undis gehennalibus me immergo, nunc ad cæli faſtigia me erigo, & huc illucque vagus & profugus per aëra diſcurro. His dictis reſolutus in fœtorem, evanuit. Tanta virum Dei invaſerunt incendia, quod pene ſui reddiderint immemorem; ſed ad orationis ſolitam convolans inſtantiam, omnem devicit laſciviam.

Sub exundante Wiro

16 Quantus extitit in culmine virtutis teſtabatur in populis gratia præpotens operationis. Inundationes enim Wiri fluminis cum totam viciniam præoccupaſſent, & ædificia ejus omnia cooperuiſſent, nec gutta quidem in eis cecidiſſe inventa eſt. Accurrebant è vicino populi loca circumeuntes, & de morte viri Dei ad invicem conquerendo conferentes. Sedata tandem aquarum rabie, mirantibus ipſis invenerunt virum Dei in oratione proſtratum; nec ſolummodo incolumem & ſanum, ſed nullo penitus madore confectum. Interrogatus vero quare fluctus imminentes non fugiſſet, reſpondit, ſe uſque adhuc neſcire aliquam inundationem irrupiſſe: adeo namque fuerat in oratione ſuſpenſa virtus mentis, quod ſopiretur in eo ſenſus carnis. Perpendat caritas veſtra quid horum magis ſtupendum eligat, rorem in univerſa terra, & ſiccitatem fuiſſe in vellere, an aquas Godrici tugurium operire, & Godricum non tetigiſſe. Utrumque divinæ opus eſt virtutis, & eſt mirabile in oculis noſtris. Ad majorem fidem hujus virtutis faciendam libet ad memoriam revocare, quod beatus Gregorius in eccleſia *a* S. Zenonis Martyris perhibet contigiſſe: fluvius enim excreſcens ad feneſtras quæ tectis erant proximæ perveſit, & apertas januas quaſi in ſoliditatem parietis immutatus clauſit, & qui ut aqua hauriri poterat, in aqua defluere non noverat. In tranſlatione quoque beati Patris Cuthberti *b* legitur, quod cum plurima eſſet aëris ſerenitas, ſubito inundatio pluviæ prorupit, nec ornamenta eccleſiæ quæ tunc omnia expoſita erant, nec indumenta eorum qui tunc cultius incedebant læſit. Alio quoque tempore, excedente alveum ſuum flumine, domibus ſuis ruina imminebat; at tunc Godricus ad aquas proceſſit; & virga quam manu geſtabat percutiens, verborum virtute repreſſit: fluvius enim ad vocem viri Dei fluctus ſuos in ſe recolligens, ſe in rupem adverſam potenter retorſit, & ſaxorum multitudinem de rupe violenter extorſit. Aliquando ſævientibus undis Crucem de virgulis factam oppoſuit dicens: Huc uſque vobis contingere liceat, & hujus ſigni terminos ſævitia veſtra non excedat; nec imperium tranſgreſſæ ſunt.

ficcus invenitur,

alias aquis terminum ponit.

17 Ad refectionem pauperum olera plantaverat, quæ *c* lupuſculus furtive depaſcebat. Hanc autem diutius ipſe toleravit injuriam: prodiderunt tandem veſtigia delinquentis perſonam, deprehenditque furem in horto ſuo, & ocius fugientem ſubſiſtere jubet. At miſera beſtia protinus hæſit, & pavens & tremens inſequentis ſuſtinebat adventum. Quem ſanctus apprehenſum virga cecidit, & annonam olerum humeris ſuis alligans in his verbis dimiſit; Cave ne tu vel aliquis de cognatione tua huc ulterius veniat, & quæ pauperum uſibus ſunt profutura invadere præſumat. Et factum eſt ita.

leporem depaſcentem olera corrigit:

18 Plantavit & virgultum, cujus flores & extremas teneritudines cervus prærodere conſuevit: quem ipſe aliquando repertum & fugam attentantem levi protenſione manus præſtolari præcepit; ſtetitque, & velut humanæ pœnitentiæ formam æmularetur deflexa cervice & ſubmiſſo capite ad pedes ejus veniam rogare videbatur. Miſertuſque illius eſt, & manum, quam ad verbera extendit, continuit: zonamque ſuam collo circumponens extra ſepta eduxit, & quo vellet ire permiſit. Animalia quoque indomita oleribus & arboribus damna inferebant: ad quæ venerabilis Pater egrediens, quaſi manſuera & domita virga corripuit, & extra fines ſuos minans, horti ſui perpetuum interdixit introitum. Ex quibus poteſt colligi refloruiſſe in Godrico virtutem *d* Mennæ ſolitarii. Hic enim venerabilis Pater urſos, ex intima ſilva ut apes ejus comederent venientes, deprehendit, & ferula quam manu portare conſueverat cecidit. Ad ejus quoque verba immanes beſtiæ rugiebant & fugiebant: & quæ gladios formidare non poterant, ex ejus manu ictus ferulæ pertimeſcebant. Hæc frequenter ad ſe venientibus exempli gratia referre ſolebat, hominum arguens inſolentiam; quod cum homini elementa & beſtiæ famulentur, ipſe præcepto Dei, ad cujus ſimilitudinem conditus eſt, parere dedignatur.

cervum & beſtias virgultis noxias pellit,

d eorumque obedientiam hominibus objicit.

19 In Auſtralibus Angliæ partibus Scotica rabies longe lateque diſcurrens, prædis & rapinis patriam devaſtabat. Latronum itaque aliqui ad tugurium ſancti viri irruebant, & altaris ornamenta diripientes, Euchariſtiam quoque nefando pede conculcabant. Denique ejus ſupellectilem deprædantes ipſum turpiloquiis provocabant, & poſtremo funeſtis gladiis appetebant: ſed à quodam tamen facinus perpetrare prohibiti, juvencam ſuam, quam abducere non poterant, lanceis ſuis nequiter tranſverberabant. Sed hæc divina protinus ultio ſubſecuta eſt: unus ſiquidem eorum in inſaniam verſus linguam dentibus maſticavit, & in lacum ſe præcipitans mortem ſubiit perpetuã. Alius in tranſitu Wiri fluminis intereptus, ſpiritum exhalavit. Ceteri vero ſicut erant in ſceleribus complices, ita illatæ mortis facti ſunt participes. Alii quidam nonnullam penes virum Dei pecuniam eſſe reconditam audierant, & ut nocte in illum irruerent inſtinctu diaboli dextras dederunt; vicinamque tota nocte peruagantes ſolitudinem, cellam quidem ejus ex adverſo eminus aſpiciebant, & appropinquare autumantes cælitus cæcitate percuſſi, longius recedebant. Mane facto, frigore & labore confecti, in locis nemoroſis ſe aberraſſe cognoverunt; & confuſi & vacui ad propria remearunt, & hæc poſtea viro Dei pœnitentiam agentes humiliter confeſſi ſunt. Renovatur hic antiquum Heliſæi miraculum, qui cum in Dothaïm moraretur eum nocte Syri perſecutores obſederunt, & cælitus excæcati & abducti, craſtino in Samaria inventi ſunt.

Scoti diripientes ſupellectilem ejus,

morte puniuntur:

alii idem tentantes tota nocte oberrant:

20 Temporibus Rainulfi Epiſcopi Dunelmenſis, quidam ex familia ejus venandi gratia egreſſi, cervum quem præ ceteris ſpecioſum elegerant, canibus ſunt inſecuti. Qui cum clamore & latratu urgeretur ad capturam, ad Godrici confugit azylum, & querulis mugitibus flagitare putabatur auxilium. Vir autem venerabilis egrediens, beſtiam labore & tremore confectam præ foribus aſſiſtere vidit, & miſertus ejus mugitibus ſilentium imperare juſſit, & aperiens illi tuguriunculi ſui ingreſſum conceſſit. Qui mox ſe ad Patris veſtigia provolvit. At ille venatores in proximo adeſſe ſentiens, exivit, & clauſo poſt tergum oſtio ſub divo reſedit: canes autem, quaſi de amiſſione prædæ contriſtati, contra Dominos ſuos cum latratu ingenti ſunt reverſi. Illi vero nihilominus cervi veſtigia proſequentes locum circumdederunt, & denſitate ſpinarum & veprium pene inacceſſibilem penetrantes, & ferro ſibi ſemitam facientes, virum Dei vilibus panniculis veſtitum invenerunt; & de cervo requiſitus, proditor hoſpitis eſſe noluit, ſed prudenter intulit; Deus novit ubi ſit. At illi in vultu ejus Angelicam intuentes venuſtatem, & religionis venerantes ſanctitatem, procidebant, & de auſu temerario veniam poſtulabant. Quique poſtea ſæpius de eo quod eis illic acciderat referre cum admiratione conſueverunt, & frequentia

ſuſcipit cervum ad ſe confugientem.

relationis

relationis hujus rei memoriam posteris transmiserunt. Cervus igitur cum Godrico usque ad vesperam habitavit: quem tunc liberum abire permisit, quique multis annis illo solebat divertere, & ad pedes ejus procumbens quo potuit obsequio pro ereptione sua gratias videbatur exolvere. Hoc itaque virtutis signum referre curavi, ad arguendam eorum insolentiam, qui cum à periculis & miseria fuerint erepti, beneficiorum nonnumquam inveniuntur ingrati. Lepores quoque & aliæ feræ silvestres, venatorum instantiam devitantes, ad illum divino edoctæ instinctu divertebant: quas ille misericorditer hospitio susceptit, eumque tempus opportunum adveniret dimisit. Sed & volucres quibus brumalis rigor volatum ademerat, in sinu suo refocillabat, donec ad pristinam reparasset virtutem. Si quam etiam avem aut bestiam à ministris captam & absconditam cognovisset, accessit ad locum, & eorum increpans inclementiam, absoluit. Affluebat namque adeo misericordiæ dono, quod non solum pia gereret viscera [circa] curam hominum, verum etiam circa animalia pietatis exerceret affectum.

similiter erga alias feras misericors.

ANNOTATA.

a *Vitam* S. Zenonis *illustravimus* 12 *Aprilis*, *ubi late deduximus controversiam*, *num Martyr an Confessor sit habitus.*

b S. Cuthbertus *colitur* 20 *Maji*, *ubi Translationis historia*, *à nobis illustrata*, *num.* 13 *continet hic indicatum locum.*

c *Hoc Godrici exemplum de lepusculo refertur in Vita* S. Bartholomæi *anachoretæ* 24 *Iunii*, *num.* 20.

d Mennas *hic* Solitarius, *necdum nobis aliunde innotuit.*

CAPUT III.

Oratorium S. Ioannis Baptistæ constructum. Pisces ultro capti. Mirabilia in effigie Crucis ab eo visa.

Construit oratorium S. Ioanni Bapt. dicatum cælesti monitu:

C 21 His aliisque viro venerabili florente virtutum operibus, instabat devotio fidelium, ut qui famam circumquaque diffudisset, ecclesiolam quoque suam majorem cum opinione faceret. Cessit quidem ille, non quia suas dilatare cuperet angustias, sed ut munera petentium & vota in perpetua ipsorum transirent remedia. Quæ cum ex magna parte constructa fuisset, solicitabatur in cujus honore Sancti dedicaretur. Astititque ei quidam tanta claritate coruscus, quod personæ scientiam oculis splendor

a adimeret *a*. . . . . & ait: Ego sum Joannes Baptista, cui vitæ tuæ custodia à Domino est delegata: nomini meo domus ista quæ ædificatur consecrabitur, & omnibus nomen Domini invocantibus in ea per me placabilis invenietur. Dedicatione itaque facta factus est inde celeberrimus locus ille in Finchale, sed post ejusdem Patris obitum glorioſior effectus est multiplici glorificatione signorum.

qui sub sua protectione esse res Godrici declarat,

22 Cuidam Godrici puero dormienti sanctus Præcursor apparuit, & ut ostensa diligenter notaret persuasit. Vidit ergo sepes corvorum multitudine obsessas, & spiritus malos esse intelligens, vehementer inhorruit. Quem Sanctus consolans in hortum deduxit, & oculos ad ecclesiam dirigere jussit. Quo facto tres dæmones conspexit super portam pomerii residentes, & quemdam Godrici puerum variis cruciatibus demolientes. Cujus cum ille miseriis ductorem suum subvenire postularet, respondit: Ne timeas: Non tu, sed omnes qui res meas & servi mei Godrici furtim diripiunt talia dæmonibus supplicia sustinebunt: ille vero si celerius pœnitentiam egerit, & meam gratiam & delictorum veniam consequi poterit. Hoc ei suadere ne differas, quatenus præparatas sibi evadat miserias. A GALFR. COÆVO EX MS.

23 Requisitus etiam aliquando, quare mediæ noctis silentia modulatis vocibus persolvisset; Joannes, ait, Baptista, cujus solennitatem colimus hodiernam, hanc suam dignatus est invisere ecclesiam. Cives siquidem cælestes ad Oratorium B. Mariæ ducens & reducens, processione solenni præconia nocturni celebrabant Officii: quorum deliciis quia ego miser interfui, à laudibus divinis absistere non potui. Hæc & alia quam plura in eodem loco sanctus Præco Domini ostendit beneficia, tam ad famuli sui consolationem quam ad sacri loci glorificationem; ad excitandum quoque modernis temporibus devotionem fidelium, & cohibendam, si quam in servos suos injuriam moliuntur, malitiam iniquorum. *& ibidem cum Sanctis festum agit.*

24 Idem memorabilis Pater per transversum Wiri fluminis à ripa usque ad ripam stagnum construxerat, in quo alvearia capturæ piscium idonea composuerat, ubi quædam à Fratribus contigisse referuntur miracula. Quidam namque collocutionis gratia crebrius eum visitabat, & quandoque redeundi licentiam postulans vacuus abire permissus non est. Jussus est itaque minister ad alvearia descendere, & piscem si quis ibidem hæsisset deferre: qui nihil in captura testabatur retineri, si quidem inde recessisset in continenti. Cui sanctus: Festina quantocius, quia unus recentissimus & alius macilentus deprehensi tuum præstolantur adventum. Descendit igitur ille, & pisces quales prophetice descripserat reportavit. Dixitque homo Dei: Da meliorem viro recessuro, deteriorem vero tibi reserva, quia meis semper obmurmuras imperiis. E *Godricus prædicit duos pisces inveniendos,*

25 Alio tempore, instante veneranda beati Præcursoris solennitate, directi sunt qui divina mysteria celebrarent duo Fratres Dunelmensis cœnobii: quibus peractis, redeundi veniam à Patre requirunt. At ille ministrum advocans, Convivium, ait, citius instrue, & cibos quales habemus appone, quia filii B. Cuthberti Fratres mei mecum sunt hodie comesturi. Appositoque pane & lacte mensam conspiciens admodum tenuem, jussit ut introferret & piscem. Qui admirans respondit: Unde nobis piscis in tanti ariditate fervoris? sicco possumus vestigio transire ubi retia solebamus extendere. Cui Godricus: Vade, & sagenam meam in locis arentibus extende. Qui præcepta complevit, & nullo pisce invento vacuus rediit. Tunc Sanctus: Aquam in caldariam mitte, & foco suppone, & ad ripam revertere. Veniens sæpius & non inveniens, ex tædio tandem laboris ingrati renuebat ultra reverti. Dixitque ei sanctus: Vade & nunc, quia hac eadem hora salmo peroptimus ibi præclusus est, quem causa suæ festivitatis Sanctus Baptista nobis exhibere dignatus est. Abiit, & cum stupore vehementi repertum retulit, fecuit, & coquendum in caldariam ferventem misit. Refectique sunt Fratres, gaudio simul & admiratione repleti, stupentes qualiter in stagno arido pisces inveniri potuerit; & vir Dei cum eis loquens & in cella consistens, piscem in sagena retentum cognoverit. F *item salmonem in stagno arenti.*

26 Latro quidam de nocte ad eadem alvearia ex more descendit, & salmones in eis prudenter advertens hærere pergrandes, grandioris desiderii facibus exarsit. Vir autem Domini, qui solito pernoctabat in undis, insolitum propius conspiciens sonitum, latenter accessit, latronem invenit; & quia silentio nocturnis horis indulgere consueverat, cœptis insistere manu & nutibus innuebat; cœpit extrahendo furem *furem in salmone ratiendo juvat:*

furem juvare, extractos in ſacco recondere, humeris quoque ſublevando imponere. REG. Viam etiam ſalutis qua diffugeret edocuit, & quo uſque ſepta ſua tranſiſſet iteneris comes eſſe non deſiit. Miniſter vero qui propius in tugurio latebat; & vigiliam noctis ſuper piſcariam cuſtodiebat, videns quæ gerebantur, impetum animi metu cohibuit, nec furem manu contingere, nec verbis etiam arguere præſumpſit. Mane igitur facto ait Domino ſuo; Quare nobis vigilare præcipis, cum tu ipſe tui latronis hac nocte coadjutor extiteris? Cui ille: Dignior fuit ipſe piſcem habere quam nos, quia diligentior & vigilantior ad capturam extitit quam nos: major enim noſtrâ ejus erat indigentia. Dixiſſe quoque putes, Habeat ſibi, nullus nos arguere poterit ſeveritatis aut peccati; omnimodis enim elaborabat ut reum de manibus inſidiantium eriperet, & ad pœnitentiam compungens de manu quoque mortis æternæ liberaret; illius Patris *b* ſecutus exemplum, cujus dum omnia fures tuliſſent, fugientes in lenitate proſequens, ſaccum quoque qui ſupererat offerebat; non ſolum eos ad ſaccum revocans, ſed ad vitæ potius emendationem reducens.

27 GERM. Sedens aliquando in oſtio oratorii ſui, & pſalterium tenens in manibus, audivit poſt tergum repente ſonum quaſi tenuis auræ ſibilum. REG. Habuerat vero colloquium tunc cum amico ſuo. Sed inter verba piæ confabulationis non receſſit animus à ſupernis. Reſpiciens itaque ad altare, vidit Crucis vexillum moveri, & amicum ad tantæ novitatis hortabatur ſpectaculum: rurſumque illud nutare cœpit, & imago Crucifixi ſe quaſi viveret excuſſit, tertio de loco ſuo deſiliens ſuper altare, & deinde ſuper pavimentum deſcendit: & poſtea per alias oratorii regiones mirabili ſe motu transferens, poſtremo ſuper gradus brachiis extenſis procubuit; & peracto unius horæ intervallo, eo quo venit ordine regrediens, in foramine quo prius ſteterat ſe recepit. Intuentes hæc utrique cum ſilentio vehementer ſtupebant; & recedente hoſpite mittens athleta Chriſti *c* Willelmum Epiſcopum ad ſuum accerſivit alloquium, eique quæ viderat expoſuit, & quid eorum viſio portenderet inquiſivit. GERM. Motus autem Epiſcopus in iram, Putabam, ait, te magnæ diſcretionis eſſe hominem; occupabant me multiplicia eccleſiæ meæ negotia, quibus neceſſario ex Paſtorali ſolicitudine debueram intereſſe; accepto autem mandato tuo venire deſtinavi, aliquod ſiquidem verbum ædificationis audire ſperavi; nunc vero quid ad rem ſi Crux tua corruerit, aut quid myſticum in ejus ruina intelligi potuit? Viſionis hujus expoſitio tuum imminere præfigurat exitum è ſeculo. At ille: Non, ait, meum, ſed quod flens dico, tuum: Crux enim illa perſona tua, & illius motio tua eſt de hac vita migratio. Eodem ſiquidem anno Epiſcopus defunctus eſt, & alter in Epiſcopatum ejus, Domnus ſcilicet *d* Hugo Puteacenſis, ſubſtitutus eſt: qui reſiſtente conſecrationi ſuæ Eboracenſi Antiſtite Henrico, Romam ire decrevit, & hujus itineris comites præcipue Laurentium Priorem, & magiſtrum Laurentium elegit. Magiſter vero Laurentius hominem Dei adiit, & de ſuſcepto itinere indicavit. Cui ille jocoſe reſpondit: Vos duo Laurentii Romam ire diſponitis, ſed nec illic ambo pervenietis, nec ambo Dunelmum redibitis. Rem protinus probavit eventus, Magiſter namque Laurentius in ipſo itinere apud *e* S. Albanum monachilem habitum accepit, & Prior in reditu ſuo in Galliis defecit.

28 GERM. Sedente illo coram altari ſuo, & in Crucem, de qua ſupradictum eſt, intendente; puerulus præ filiis hominum ſpecioſus, de dextro latere Crucifixi, quadam naſcendi ſimilitudine erupit; & ſuper altare deſcendens, ad beatæ Virginis Mariæ, quæ propius ſtabat, imaginem acceſſit; & in gremium ejus conſcendens aliquantam ibi moram fecit; tantæque illuc eundo & illic reſidendo dulcedinis melodiam ineffabili cantu protulit, quod ſe vir Sanctus Angelorum cantibus intereſſe putaret. REG. Et ſuper altare deſcendens omne oratorium huc illucque jocoſe ſpatiando perluſtravit, & quandoque famulo Dei ſuppreſſa voce Dominum Jeſum invocanti approximans, elevata cum manu lætus facie & ſubridens oculis benedixit. Quo facto altare conſcendens amicabiles [in] eum obtutus crebro reflexit, & latere de quo prodiit imago regredientem recepit, nec aliquod veſtigium apparuit. Puer autem tanta, ſicut teſtari ſolebat, enituit pulchritudine, quantam nec animus concipere, nec humanus ſermo poteſt parturire. Cum obſtupeſcat in his mortalis infirmitas, ſobrie cum Apoſtolo ſapiat, & quod diſcutere non poteſt, pie credat: neque ratio comprehendere præſumat humana, ſi quid ſupra humanæ fragilitatis capacitatem operetur ſalubriter virtus divina. Et hoc quod narro melius exemplo ſuo roborat, quod B. Athanaſius *f* in imagine Salvatoris patratum commemorat. Cum enim ei in ipſa imagine Judæi diutius illuſiſſent, & cetera paſſionis ſuæ ſigna compleſſent, noviſſime latus lancea perforabant, & quaſi ex carne Chriſti olim vulnerata continuo exivit ſanguis & aqua. Quidam gladio eam per medium punxit, & veſtibus ſubito cruore reſperſis eam in puteum projecit; ſed prodito per aquas ſanguine confectas perſecutore, extracta, cicatricem in latere oſtendit, & cicatricem in confitente ſanavit. Alius caput abſcidit, & natura arborea ante faciem mucronis emollivit, & in duro ligno ac ſi in carne fragili enſis immergens pertranſiit. Quare ergo duris auribus habetur offenſum, ſi nunc Dominus in Cruce ſua mirabilis apparuit, ſi formam ſuam mirabiliter implevit, ſi de imagine ſuo mirabiliter prodiit; cum etiam legamus dæmones in ſimulacris ſuis habitaſſe, & per ora lignea aut lapidea reſponſa dediſſe. Et quidem hæc Godricus non fecit, ſed hoc profecto Godrici fuit, quod hæc videre promeruit. Qui igitur vitam viri Dei lacerant & virtutes irrident, cachinnum oro deponant, & metum induant, ne ex humana præſumptione Creatoris offendant injuriam, dum ſuam in Sanctis ſuis confiteri ac venerari contemnunt potentiam.

A.GALFR. COÆVO EX MS.

vider puerulum è crucifixi latere egredi ad S. Mariæ imaginem & regredi;

ſicut è ligneo crucifixo alias ſanguis prodiit.

videt Crucem moveri ad altare,

& Willelmo Epiſcopo indicat mortem,

& aliis futura.

ANNOTATA.

a *Omiſſum hic aliquid, quare cum ſenſus nullus haberetur ex his verbis*, ejuſque qui loquebatur nec videbatur in ardenti rubo loquens, *etiam ipſa omittenda fuerunt, ne Lectorem turbarent.*

b *In Vitis Patrum interprete Palladio libello* 16 *cap.* 13, *res eadem narratur; & in Prato ſpirituali Cap.*212: *nomen vero Patris ipſius reticetur.*

c *Willelmus rexit dictam Eccleſiam ab anno* 1144, *uſque* 1153.

d Hugo Puteacenſis, *ſive* de Puteo, Pudſon, Puſar, *Stephani Regis ex ſorore nepos, cujus controverſia cum Henrico Archiepiſcopo Eboracenſi, & iter illius Romam & ordinatio ab Anaſtaſio Papa præclare deſcribitur in Continuatione Turgoti de Eccleſia Dunelmenſi. Anaſtaſius* 4 *ſedit ab anni* 1153 *die* 9 *Iulii ad* 2 *Decembris anni* 1154, *quo erat anno* Hugo *electus* 22 *Ianuarii.*

e Monaſterium S. Albani *conſtructum fuit in agro Hartfordienſi, de quo agendum ad diem* 22 *Iunii, quando colitur.*

f *Ex vulgari errore credidit auctor Hiſtoriam Crucis Berythenſis, cujus commemoratio recolitur* 9 *Novembris, ſcriptam à S. Athanaſio cujus Acta dedimus* 2 *Aprilis, ideoque*

A *ideoque* Beatum *vocat: ſed contigit ea ſeculo 8 proinde qui eam ſcripſit illo longe fuit junior Epiſcopus Alexandriæ, non in Ægypto, ſed in Syria, uti obſervat Baronius in Notis ad Romanum Martyrologium.*

CAPUT IV.

Æternæ ſalus matris, ſororis, fratris; & aliorum multorum cognita mors, variorum prædicta.

29 EVoluto ex quo in Finchale converſari cœpit non parvo tempore, venit ad eum ſoror ſua uterina, ſpirituali deſiderio cum illo ibidem converſandi gratia. Cui venerabilis ejus frater non longe ab oratorio cellulam conſtruxit, in qua pudicitiæ dedicatam, & vigiliis & jejuniis bonorumque operum ſtudiis intentam aliquot annis vitam duxit. Poſtea, ſive ex propria deliberatione, neſcio, ſeu alterius conſilio, metuens, ne ex cohabitatione ejus tentationi occaſio oriretur, aut famæ læſionem pateretur, contiguitatis vicinitatem faſtidire cœpit, juxta exemplum B. Auguſtini Epiſcopi, qui cum ſorore ſua habitare non conſenſit, dicens: Quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt. Quo comperto bonæ recordationis Frater Radulfus eleemoſynarius eam in Dunelmum tranſtulit, ubi ipſa in domo hoſpitali, reliquo dierum ſuorum tempore in ſanctitate & caſtitate completo, beato fine quievit. De cujus obitu vir Domini vehementer indoluit, & licet de virginitatis ejus perſeverantia minus dubitaret; quam tamen pro meritis à ſupremo Judice ſumpſiſſet ſententiam, precibus & lacrymis continuis aliquam elaborabat obtinere notitiam. Cum igitur vigiliis & orationibus indefinenter inhæreret, vidit duos venerandæ canitiei ſenes, præcedente beata Dei Genitrice Maria, eccleſiam ejuſdem Virginis introire: qui matronam inter ſe nobiliſſimam, ſupra ſolis radium vultu & veſtium cultu rutilantem, deduxerunt; & inter manus levantes, ſuper crepidinem altaris reverenter locaverunt. Quam vir ſanctus diligenter intuens, obſtupuit; & ſororem ſuam eamdem agnoſcens, in lacrymis exultationis prorupit. GERM. O ſoror, ait, dulciſſima, quæ cauſa adventus tui; aut quibus ex oris huc adveniſti? Cui illa: Miſit ad te idcirco me Deus, ne de cetero de me ſis ſolicitus, non enim tormenta ſed gaudia me tenent ſempiterna, & mirabiliter pedes meos ita ſcabellizat, quod illis terram tangere etiamſi velim non liceat. Illa igitur vocem extulit, & dulci modulamine cantus intentum mirantis fratris demulcebat auditum. Erat verò canticum.

Sororem, quam procul à ſe removerat,

B *Dunelmi mortuam,*

C *& ſalvatam intelligit,*

Ne pede calcarem terræ contagia mundo,
Sic mea me Domina deduxit Sancta Maria.

Duo quoque viri, quorum unus dexteram altaris, alter ſiniſtram tenuit, libellos habentes in manibus, plaudebant etiam in voce jubilationis & dicebant, Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon. Illiſque tacentibus, illa canticum ſuum repetiit; & ea conticente illi ſubjunxerunt, Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon. Cum igitur diutiſſime alternis laudum præconiis deſerviſſent, ſurſum in aëra conſcenderunt, & quo divertebant nulla veſtigia reliquerunt. Godricus vero flexis genibus omnipotenti Deo gratias egit, & quia anima ſororis ſuæ cæleſtibus conjuncta ſpiritibus fuerit, certiſſime cognovit.

cum Deipara videt

30 REG. Ut animam matris ſuæ nuper defunctæ pœnis eriperet, continuis Dominum precibus implorabat; & ſe gravius pro ejus liberatione affligens, in flumine Wir, nulla eum ab aquis aëris inclementia prohibente, ſæpe pernoctando orabat. Quadam igitur nocte, cum nox medium in ſuo curſu iter perageret, undis egreſſus, humana in nive recenti veſtigia, ipſum ad oratorium præcedentia, deprehendit; perſonas vero per umbras agnoſcere non potuit: ingreſſuſque oratorium duos viros altaris cornua tenentes aſpexit. Cumque in eos diutius intenderet, is qui dextram altaris occupaverat, dixit: Sciſne, Godrice, quis ego ſum? Illo reſpondente, Non, ſubintulit, Ego ſum Joannes Baptiſta, cui multas pro anima matris tuæ preces obtuliſti; & eam hac nocte de lacu miſeriæ eripui, & huc ad tui conſolanem adduxi. Vir igitur Domini oſtenſam diligentius imaginem aſpiciens, & matrem ſuam veraciter cognoſcens, gaviſus eſt gaudio magno; & gratias egit Deo & Præcurſori ſanctiſſimo.

ita & matrem purgatorio ſolutã cognovit:

A. GALFR. COÆVO EXMS.

31 Fratre autem ejus in flumine memorato navigante, orta ſubito tempeſtas naviculam evertit, & ille aquis abſoptus interiit. Quo ſepulto tanta Godricus animæ deſolatione, pro ejus tam horrenda morte, fatigabatur, quod vix pro aliqua conſolatione reſpirare poſſe crederetur: & tamquam omnia illius peccata diluenda ſuſcepiſſet, vigiliis acrioribus & jejuniis corpus afflixit, & cruciatibus multis ſe in conſpectu Domini mactare non deſiit; loricam etenim recentiorem & cilicii rigidioris appoſuit aſperitatem. Miſertus eſt lacrymarum & laborum ejus Deus, & contritiones cordis ſui alligare dignatus eſt. E Cum enim nocte quadam ſolitis orationibus procumberet, & pro ſpiritu fratris ſui *a* ſolo mentum affigeret; aſtitit ei idem frater ejus dicens; Eia Godrice, quanta hactenus tormenta pertulerunt? nunc autem per te ereptus in cæleſti Jeruſalem bonorum ſpirituum cœtibus ſum conjunctus. Et his dictis ab oculis ejus evanuit. Godricus igitur omnipotenti Deo gratias egit, & deſolationis mœrorem, quem de morte fratris induit, tantæ viſionis conſolatione depoſuit. GERM. Venerunt die ſequenti Prior Dunelmenſis, Germanus ſcilicet & fratres aliqui, verbum vitæ (ſicut conſueverant) ab eo percepturi: in illum vero inter verba reſpicientes, mirabantur quia & ſermone ſolito eſſet jucundior, & facie appareret hilarior. Quibus ille: Ne miremini, ait, ſi lætior arrideat vultus, ſi lætitiam proteſtetur animus; quia nocte præterita mirabiliter ſua miſeratione reſpexit me Dominus. Cum enim orarem audivi in ſublime canentium vocem, & ineffabilem conſpexi deſuper effulgere ſplendorem. Volensque certius noſſe quid eſſet, ſurrexi, aures erexi, oculos in cælum direxi, & animam fratris mei, ante annos ſexdecim defuncti, vidi ab Angelis ad cæleſtia deferri. Hæc eſt cauſa lætitiæ novæ, hæc ſolennitas incunditatis internæ, quia gratias ago omnipotenti Deo, & exultat ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.

& fratrem ſubmerſum ſuis precibus liberatum,

poſt 16 annos cognovit:

F

32 Erat quidam villicus apud Epiſcopum diffamatus quaſi diſſipaſſet bona illius. Inſtabat vero dies, quo mediante duello veritati fidem faceret probatio, initoque certamine innocens crebris ſuccumbens ictibus interiit. Quo vir Domini in cella ſua conſiſtens in ſpiritu comperto, tintinnabulum pulſat, miniſtros advocat, obſecro inquiens mementote Ethelwoldi, qui heſterna die ad nos venit, & modo pugnans in manibus concertantis defecit. Stupebant illi, & delirare dicebant. Quibus ille: Non deliro, ſed iterum eadem affirmo. Venit interea Clericus de civitate, & ſicut vir ſanctus prædixerat hora eadem profeſſus eſt accidiſſe. GERM. Cum autem oraret, & animam Deo devotis precibus commendaret, à ſeculo inauditum accidit miraculum. Feſtinavit namque ſpiritus defuncti, & cum tanto fragore venit, quod quaſi uno impetu totius nemoris magnitudo à fundamentis evulſa ruinam feciſſet. Adſtitit ei gemitus emittens miſerabiles: Væ mihi, exclamans, Væ mihi; & quaſi in ictu oculi tranſiens, ad locum ſibi deſtinatum elapſus eſt. Mirum dictu &

abſens ſcit alium occiſum,

qui dein ipſi apparet.

A.GALFR. COÆVO EX MS.

ſtupendum auditu, quod ille ſpiritus, qui heri in corpore inviſibiliter latens eum, à quo beneficium orationis expetebat, ei ſe hodie ſine corpore viſibilem ſtatim exhiberet. Divina vero miſeratione permiſſum eſt, ut dum qualis ille fuiſſet meriti oſtenderet, ad ſubventionis opera manifeſte commoneret; & qui pro ereptione vitæ mortalis exauditus eſt, pro ſalute animæ audiri potuiſſet. Neque ad inferorum ſupplicia, ſed ad purgandorum loca credendus eſt perveniſſe, pro quo tantæ viſionis auctoritate juſſus eſt vir ſanctus preces effundere. Multipliciter namque conſulit humano generi multiplex miſericordia Dei: ejus enim bonitati tribuendum eſt, quod [ad] conſolationem & admonitionem vivorum ſe exhibent ſpiritus defunctorum; ut dum ex qualitate viſionum cauſæ innotuerint neceſſitatum, ad remedia excitentur beneficiorum.

b 33 REG. Vir vitæ venerabilis *b* Robertus, Abbas Novi-monaſterii, piæ conſolationis alimenta percepturus, ſæpius ad Finchale deſcendit: cui ſemel receſſuro vir Domini Godricus ſpiritu prophetiæ præmonitus dixit: Memento mei, Pater, quia in hac carnis corruptione faciem meam amplius non videbis. Abiit itaque Abbas, & lecto doloris incidens migravit à ſeculo. Cumque Godricus in cella ſua conſiſteret, vidit duos muros candidos ad cælum porrectos, in quo tres ſpiritus Angelici apparebant, qui ſpiritum præfati Abbatis in globo igneo ad ſuperna deferebant. Quod cum quandoque Fratribus ſecreto referret, ſuſpirans, in lacrymas & ſingultus prorupit, quamvis eos doceret exemplo, quanto ad cæleſtem patriam anhelare deberent deſiderio. Contigit & quoſdam de civitate gratia viſitationis advenire, à quibus quid in ea diceretur novi, cœpit inquirere. At illi, tam populo quam Epiſcopo, dicebant, ingentem de obitu cujuſdam Abbatis Roberti emerſiſſe mœſtitudinem; ſecunda ſiquidem feria defunctus eſt. Quibus ille: Non ita filii, ſed Sabbato præcedente ad exitum cœpit urgeri: non enim diſponente Domino ſolus migrare potuit, quia cum eo bonæ vitæ femina de Haſtingez diſceſſit: adjecit quoque quod Editha *c* vocaretur. Et licet fuerunt longo terrarum ſpatio defuncti disjuncti, eâdem tamen horâ in eâdem beatitudinis ſorte ſunt conjuncti, & adhuc vigent oculi qui hoc meruerunt intueri. Irruerunt autem in occurſum ejuſdem Abbatis ſpiritus nequam, ſed decertantibus pro eo Angelis, diabolus in ſua præſumptione confunditur, & C in ſinum Abrahæ ille beatus excipitur. Quibuſdam Patribus oculis carneis ſimilia videre legimus à Deo fuiſſe conceſſum. Venerabilis enim Pater Cuthbertus animam Sancti Aidani, & Beatus Benedictus animam Germani Capuani Epiſcopi vidit ab Angelis in cælum deferri; nec mirum ſi Godricus ſimilia viderit, à quorum vita ejus converſatio diſſimilis non fuit.

S. Roberto Abbati prædicit mortē,

ejuſque animam videt in cælum ferri

cum anima Editha eadem hora mortua:

c

prædicit mortem monachi.

34 Loquente cum viro Dei Godrico ſanctæ recordationis Abbate Ethelredo, quidam Frater Dunelmenſis cœnobii, qui cum eodem Abbate venerat, loca ſancta circuivit; & facta circuitione tandem ſuper tumulum, quem ſibi vir ſanctus de petra exciderat, reſedit. Quod ille intuens, dixit ad Abbatem: Merito frater ille tumulo appropiat, quia ejus in proximo dies depoſitionis inſtat. Rediens itaque Dunelmum, ſubito febre correptus, infra quindecim dies (juxta ſermonem quem locutus eſt Sanctus) ad extrema deductus eſt.

35 GERM. Sic cum adhuc junior eremita ſolitudinem ſuam excoleret, non hypocritæ captus elatione ſe ſibi regendum tradidit, ſed venerabilis Rogeri Dunelmenſis cœnobii Prioris magiſterio animi famulatum ſubjecit: à quo & regularis vitæ inſtitutionem, & ſpiritualis militæ formam accepit: erat enim præclaræ religionis & continentiæ monachus, & viro Dei ſpecialis amicitiæ gratia conſtrictus. Hunc igitur, cum quadam die ad eum ex conſuetudine veniſſet, & completo ſacræ admonitionis obſequio ad monaſterium rediiſſet, ſtratu quieſcentem antiquus hoſtis reperit, & cum magno vocis & animi rancore convitiis laceſſivit. Quare inquit ad illum delirum hodie veniſti, & meas ei inſidias detexiſti? in vanum laboras in ruſtico illo: & hac vice id tui laboris præmium habe. Et hoc dicto intolerabilis fœtoris de poſterioribus cum ſtrepitu fumum ejecit, quem idem Prior cum ingenti cordis & ſpiritus anguſtia ſuſtinens, ſigno vitæ ſenſibus impreſſo, vix evaſit. Idem igitur Pater cum præſentis vitæ curſum compleſſet, in ſenectute bona de mundo ſublatus eſt: cujus depoſitio pluribus extitit moderati doloris occaſio: non ſolum enim pauperum pius acceptor, ſed & divitum extitit unicus conſolator, unde neminem illi conſimilem in Prioratu ſurrecturum univerſitas conjiciebat populorum. Aliquis itaque dolentium ad B. Godrici properavit aſylum, & quam flebile religionis diſſidium Fratribus Dunelmenſibus acciditſſet, aperuit. Cui ſanctus: Horam reſolutionis ejus ante quartum ferme diem evidenter intellexi, & ſpiritum ejuſdem ad paradiſi [beatitudinem] perductum veraciter agnovi. Eo igitur mortuo vir Domini Godricus Priores Dunelmenſes ſibi præpoſitos elegit, & ſub eorum regimine quoad vivebat militabat. D

Rogeri Prioris magiſtri ſui

ſalutem æternam aliis indicat.

E

36 REG. Primo quoque converſationis ſuæ tempore, uno tantum contentus puerulo, ſolitarius habitabat: cujus cuſtodiæ vaccam unam, quam ad vitæ ſuſtentationem habebat, commendaverat. Quod ille, vel quia tenerrimus erat, aut matutino ſopore detineri ſolebat, crebrius officium negligendo præteribat. Quod ſanctus Pater intelligens, acceſſit, & cinctorium ſuum collo bruti animalis circumponens, audiente puero ait: Veni & ſequere me, & mecum ad paſcua procede; ortoque ſole de cetero ſine ductore ſola progredere, & meridie vel veſpere cum tempus opportunum advenerit ad me mulgenda revertere. Fecit prout juſſerat, tamquam id non beſtiæ ſed homini imperaſſet: & ſi forte in eccleſia fuiſſet, illa ad oſtium ſterit, & mugitum quaſi eum advocans edidit; egreſſoque ubera mulgenda præbuit, & deinde quo volebat abiit. Et qui vidit hæc ſua relatione teſtimonium perhibuit, quitum maturus moribus & ætate gravis extiti.

imperat vaccæ egreſſum ad paſcuum & regreſſum

F

37 Quidam Dunelmenſis incola conqueſtus eſt viro ſancto, quod à ſuo diutius jejunaſſet alloquio. Cui ille, Sicut nunc primo, ſic me vides ultimo. Dicta fides continuo ſequitur: quia homo ille ſubita valetudine corripitur, & mittens ſanctum conſuluit ſi ab illa ægritudine convaleſcere poſſet. Et reſpondit. Diſpone domui tuæ, tuaſque facultates pauperibus erogare feſtina, quia morieris tu & non vives. Quo audito fecit ſicut in mandatis accepit, & illico humanis rebus exceſſit. Multorum ſiquidem exitum vir ſanctus prævidit & prædixit, multorum ſpiritus ad gaudia ferri conſpexit, multorum animas orationibus ſuis & lacrymis mercatus à tormentis eripuit.

prævidet mortem & beatitudinē multorum.

ANNOTATA.

a *Egraphum* Solamentis afficere, *quod ſenſum non faciebat.*

b S. Robertus *Novum monaſterium in Northumbria Ordinis Ciſtercienſis conſtruxit anno* 1137, *at mortuus eſt anno* 1159 *die* 7 *Iunii, quo inſcriptus eſt Martyrologio Romano: in cujus Vita eadem latius explicantur. Con[illegible]it*

A *autem littera Dominicalis anni iſtius, quæ fuit* D, *atque adeo dies Sabbathi mortis diem immediate præceſſit.*

c *Eadem de Editha leguntur in dicta S. Roberti Vita.*

CAPUT V.

Sanitas ægris collata. Spiritu prophetiæ futura prædicta, procul abſentia cognita. Tentationes ſuperatæ.

38 REG, Sed neque ei gratia curationum defuit. Quidam enim Clericus, poſtea Dunelmenſis Archidiaconus, vi febrium laborabat: deſperatio demum languentis gravius urgebat metum. Reperto igitur ſalubri conſilio, juſſit ſe ad Eremitam, qui in proximo habitabat, equo deferri. Poſituſque Patris benedictione, & imperante illo de fructibus hortuli & pane percipiens, mox ſe ſanatum intellexit; & rediens nullo ſuſtentamine ſuorum indiguit, quorum ſublevamine portatus advenit. Abbas quidam à Beato viro receſſurus, aliquod ſibi munuſculum dari petiit, cui ille panem de ſportula productum B porrexit: de quo, ſicut idem Abbas referre conſuevit, quindecim ægroti qui variis confecti laboribus defecerant ſumpſerunt, & priſtinæ ſanitati ſine mora reſtituti ſunt. Quidam de vicino pariter & amico moriente miſerandas patri querelas detulit; cujus ille dolori compatiens, panem ſigno vitæ conſignavit: qui de meritis viri venerabilis nihil hæſitans, panem prælibare tentavit, & confeſtim ſuæ fidei merito convaluit.

Plures pane benedicto ſanat.

moribundum:

39 Totum poſt hæc militem Chriſti impetigo ulceroſa veſtierat, adeo quod ex ſe viroſam indeſinenter evomeret putredinem: at ille dira ſolatia diris hiatibus applicabat, quos immiſſo ſale ſtramineis tortis ad ſanguinis effuſionem perfricabat, dicens: Si Deus punit in me quod deliqui, puniam & ego ut evadam quod merui. Cumque magis acedia laboris quam anguſtia doloris laſſaretur, eidem miniſtrum operi crudeliter adhibuit: quo fatigato, ad ſua tormenta tortore ſuo ipſe gravior rediit, manum pro medico & ungues pro unguentis habens. Nec ab hac conſuetudine deſtitit, donec omnis penitus infirmitas evaneſceret, & ſuccreſcentis cutis novitas infantilem æqualitatem indueret. Alterum igitur Job Godricum dixerim, ille namque teſta ſaniem C raſit, iſte contorto ſtramine deterſit.

Vlcera ſua ſtramine perfricat,

40 Inter cetera dona divinæ potentiæ donum quoque acceperat prophetiæ. Orta eſt enim in orientalibus Angliæ partibus, inter miniſtros Regis & Epiſcopi Dunelmenſis, ſuper hoſpitiis regiis violenter occupatis altercatio: jam jamque eductis gladiis ad vulnera & verba contumelioſa pervenerant verba. Quod Godricus, in noſtri Occidentis angulo latens, ſpiritu comperto, mittens monachos Dunelmenſes ſuadebat, ut pro ſuo inceſſanter orarent Epiſcopo, ne forte in eum Regis exarſerit indignatio. Redeunte autem Epiſcopo ita notum eſt contigiſſe, ſicut olim innotuit beati viri præmonitione.

novit altercationes procul exortas:

41 Seiſcitante quodam amico ſuo, in Londoniæ partibus ægrotante, ſi moreretur, ſanitatem pollicens, peregrinationem futuram ad S. Jacobum præconabatur. Ad quem cum ipſe puerum poſtea dirigeret, excuſantem, quod nec hominem nec ejus domum aliquando vidiſſet; villam in qua manebat & ſitum domus, quam nec ipſe viderat, ita deſcripſit, quod illuc ſine duce veniret, & ſine indice utrumque plene probaret.

ſanitatem ægro prædicit:

a Venientem ad ſe Priorem Dunelmenſis Cœnobii] corripuit, quia curam loci illius ſibi delegatam negligeret, dum fruges egentibus deſtinatas à non egentibus conſumi permitteret. Cumque hæreret, & præ ſtupore ſileret; & tres illum viros in ſilva obvios habuiſſe dixit, & equitaturam & equorum ſpecies, & eorum ſalutationes, & illius ſilentium patenter edocuit. Tales, inquiens, ſunt qui hic omnia conſumunt. Cuidam Fratri de miniſtro ſuo querimoniam fecit, quod ſaeculum plenum frumento tuliſſet, & uxori ſuæ ſecreto tranſmiſiſſet: ſignumque dedit quod priuſquam extrema nemoris occupaſſet, quemdam equum rufum & ſedentem in eo hominem calvum, qui ſaeculum ferebat, obvium habuiſſet. Eoque aſſerente ſic eſſe, miniſter qui propius aſtabat confuſus expavit, & de præſumptione temeraria pœnitentiam egit.

A. GALFR. COÆVO EX MS. *indicat qui aliis in via occurrerint*

43 Alius Dunelmum eadem die ex præcepto Patris reverſurus adiit, & à quodam Dunelmenſi caſeum Patri deferendum accepit, quem veſpere domum divertens uxori oſtendit. Cujus illa protinus edulii deſiderio exarſit, & per gulæ concupiſcentiam novam exhibebat Evam. Mane facto venientem Pater de mora reprehendit, & aperiens (mirante illo & tremore confecto) quid in via egiſſet, caſeum mulieri deferri jubet. Melius eſt, ait, ut eſurientem E & contriſtatam inde reficiat animam, quam copiis noſtris ſuperfluam præbeamus annonam. Quare alterum repræſentabat Heliſeum operis ſimilitudine, qui longe poſitus agnovit quid Giezi deliquiſſet in itinere. Factumque eſt ut ſinguli præſumere metuerent, dum eum nihil latere intellexerunt.

& quid acciderit.

44 Venerunt ad eum duo fratres gemini, cum duobus Converſis, quorum ille faciem diligenter contemplans, cœpit cum lacrymis ingemiſcere, & ventura religionis diſcrimina prædicere. O quanta, ait, aliquibus noſtrûm imminet ruina! Vigilate igitur, & orate, ne in tentationem intretis, ſed faciem Domini in confeſſione præoccupetis. At illi dira notabant vaticinia, ſed negligentius quam oportebat declinare ſatagebant: non enim illius anni medietate tranſacta unus Converſorum ad ſeculum rediit, & alter in adulterio deprehenſus genitalium mutilationem accepit.

2 monachis ruinam prædicit.

45 Duo fratres carnales in Norwegiam ſeceſſerant, quorum ſeniorem mater deflebat mortuum. Adiit autem patrem cum lacrymis, ſolatium quæſitura doloris. Ad quam ille: Conſolare, & ne turberis, filia, quia vivit filius tuus: nunc etenim in Norwegia fui, & utrumque bene valere perſpexi. F Evolutis vero aliquot diebus de Norwegia quidam affuit, & ſicut vir Dei dixerat ita fuiſſe mulier lætabunda cognovit.

& incolumitatem abſentis novit:

46 Venit quoque illuc quidam Miles de Angliæ Nobilibus, ad Curiam Regis profecturus. Cumque de Rege & ſtatu regni ſermo fieret, Godricus puerum in Anglia prædixit regnaturum. Et tunc qui aderant, de quo diceret, hæſitabant: ſed coronato in proximo Henrici ſecundi filio juniore *a* Henrico, vera ejus fuiſſe vaticinia prædicabant. Mirabilis igitur eſt in ſpiritu prophetiæ gratia, quia & futura ſicut præterita novit, & abſentia ejus virtute penetravit.

item regnaturum in Anglia puerum:

47 Frater quidam poſt diſenteriæ morbum in lienteriæ incidit incommodum. Cui vir Domini zonam ſuam tranſmittens, dixit; Zona iſta præcingere & ſanaberis; receptaque ſalute ad me memento feſtinare. Mirabatur ille, & confidens in Domino artus debiles ea præcinxit, & de confinio mortis evaſit, aſcenditque naviculam: erat enim Lindisfarniæ Præpoſitus: & territorio Guirvenſis eccleſiæ applicuit, & zonam requirens non invenit; & quo devenerat diu ſecum pertractans, divinitus ſublatam agnovit: ſi enim, juxta exemplum reverendiſſimi Patris

& amico zona tranſmiſſa ſanitatem

A GALFR. COÆVO EX MS.

Patris Cuthberti, quilibet ad eam invalidi currerent, & optaram ſalutem minime reportarent, impotentiæ viri Dei derogarent.

eâdem partus facilitat

48 Mulier quædam gravis infortunii vitio ſe prepeditam deflebat, quia pariens tres filios abortivos ediderat. Cui vir ſanctus condolens, zona ſua ſe præcingens, dedit illam viro ſuo; præcipiens ut hora pariendi uxor ſua ſe accingeret, & ſolito in perpetuum ſui partus diſpendio careret. Alia quoque ſimili fatigabatur accidentiâ, & zona illa præcincta ejuſdem virtutis in ſe miraculum eſt experta.

& alios ægros ſanat:

49 Matronam nobilem poſt partum ægritudine gravi depreſſam, pane à ſe tranſmiſſo ſaluti reſtituit. Aliam quoque, corrigia qua lumbos ſuos cinxerat præcinctam, à conſtipatione lateris ſanavit. Cuidam etiam amico, petenti aliquod ſibi munuſculum pro benedictione dari, partiunculam zonæ, quæ de veterum pannorum fiſſuris conſuebatur, tradidit; admonens ut illud ſibi, licet ignobile donum reſervaret, quia quibuſdam infirmitatibus acceptabile foret. Erat autem Clericus, cui tam indefinens ſanguinis fluxus è naribus profluxerat, quod non tam ſibi quam ſuis deſperatus jaceret. Zona vero capite præcincto, protinus ſanguis reſtitit, & ab omni languore convaluit. Exinde nulli prægnantium eſt circumpoſita, quæ non ad ejus complexum à periculo partus fuerit liberata.

B

50 GERM. Venerunt de longinquo Miles quidam & uxor ejus; & cum gemitibus & lacrymis ad ſancti veſtigia provoluti, ſiqua eſſent dolorum remedia ſupplicabant. Illo autem tam longi itineris & tantæ amaritudinis cauſam inquirente, reſpondit Miles, plures ſe de conjuge filios ſuſtuliſſe, nullumque, qui eorum ſenectutem conſolaretur annoſam, & oculos clauderet, & in hereditatem ſuccederet, vivendi gratiam accepiſſe: cum enim vix ipſa lucis primordia libaſſent, infauſta clade prærepti ſinguli nobis ſingulas amaritudines intulerunt. Quorum Chriſti famulus compatiens doloribus, ſuſtinere jubet, quatenus ſi quid conſolationis divinitus innoteſceret, de oratione rediens indicaret. Reverſuſque

eâdem oblatâ prædicit parsendos liberos ſanos,

continuo ait viro: Vade, & in loco tuæ manſionis domunculam novam præpara; in qua conjux tua maneat paritura: præcepitque miniſtro zonam afferre. Cumque una de alba lana allata fuiſſet: Profer, inquit jocoſe, alteram: decet enim mulierem nobilem, zonam habere nobiliorem. Danſque eam mulieri, hortabatur illa corpuſculum præcingere, cum

C

aſſuetos pariendi metus præſentiret imminere. Accepta igitur cum gratiarum actione venerandi Patris benedictione, ad ſua ſunt reverſi, verborum ejus dulcedine & ſalutari eruditione & munere recreati. Concepit itaque mulier & peperit filium, & multam poſtea de viro ſuo ſobolem ſuſtulit, nec aliqua partum antiquæ præſumptionis moleſtia ſecuta fuit.

quod etiam factum poſt illius obitu,

Defuncto autem viro Dei, putabat antiquus hoſtis (ſicut ex eo quod refero opere liquet) quod virtus ejus cum vita defeciſſet. Cum enim ad octavum partum perveniſſet, & filium qui adhuc ſupereſt edidiſſet, aſtitit ei de nocte jacenti puerperæ quidam rufus, horridi vultus & terribilis aſpectus: & eam manibus corripiens, & ſupra mulieres, quas longiores tunc excubiæ in ſoporem coëgerant, in ſublime ducens, in atrium projecit. At illæ ſonitu quem ex caſu fecerat expergefactæ, cœperunt ſubito ſtupore femineo contremiſcere, & cognito quod in Domina factum fuerat, vehementer expaveſcere. Jamque idem inimicus ad oſtium proceſſerat, & fimbrias zonæ quam in levando ruperat, in manibus tenens, & foras ferre non prævalens, ibi cum indignatione reliquit; & terribiles in eam obtutus retorquens,

ringente dæmone.

abſceſſit; manifeſte docens, quia de victoria mulieris & ſua confuſione doleret, & nullas deinceps in eam ſæviendi vires meritis ſui protectoris haberet. Eadem adhuc zona, apud poſteros digna veneratione cuſtodita, loco Reliquiarum perſeverat; & ſi aliquando inter colloquia de operibus viri Dei agitur, hanc quoque virtutem noſſe cupientibus, quaſi teſtis in medium profertur; ſed & fimbriæ, quæ ei aſſutæ ſunt, evidentiorem veritati fidem attribuunt.

D

51 Servierat aliquot annis quidam adoleſcens beato ſeni, qui animo ſtatuit & voto confirmavit Hieroſolymam proficiſci. Cujus cum idem Pater deſiderium agnoviſſet, ad peregrinationem hortabatur; nihil afferens in hac vita beatius, quam auctorem vitæ illic quærere, ubi pro vita hominum vitam ſuam dignatus eſt pretium exhibere. Monebat autem Sacerdotem quemlibet conſulere, & in lavacro Confeſſionis conſcientiam ab operibus mortuis abluere. Labor, inquiens, ſine fructu eſt, pedibus velle proficere, & greſſu cordis claudicare. Fecit itaque ſervus prout jubebat Dominus, reverſuſque ad Patrem licentiam cum benedictione poſtulabat. Cui Godricus: Quare non feciſti ſicut imperavi? At ille: Vere feci: totam cordis mei domum everri diligenter, & omnia delicta juventutis & ignorantias, quas accenſa memoriæ lucerna ſcrutari poteram, per Confeſſionis oſtium ejeci. Ad hæc Sanctus: Non feciſti: adhuc reſtat unum: Cum enim in multitudine gravi Rex ſcotorum hoſtibus ſuis occurreret, tu tuique complices fruges cujuſdam pauperis eremitæ violenter diripuiſtis, & coævis veſtris, quibus media defecerant, pabulum præſtitiſtis. Cumque ille ſuper his coram Rege querelam depoſuiſſet, turbatus Rex juſſit eos per miniſtros inquiri, & comprehenſos ſuæ præſentiæ exhiberi. Vobis ergo duce eremita & indice repertis, & ante Regem conſtitutis, unum è duobus propoſuit eligendum, aut impoſitam infamiæ notam juramento purgare, aut abſciſſis dextris pœnam tantæ iniquitatis excipere. Vos autem elegiſtis potius perjurio Creatorem veſtrum offendere, quam in opprobrium ſempiternum mutilationem membrorum ſuſtinere: & in hoc duo mala commiſiſtis, quia peccato latrocinii peccatum ſociaſtis perjurii: hoc eſt illud unum quod necdum cordis excitavit contritio, nec oris eduxit confeſſio. Quibus auditis adoleſcens vehementer obſtupuit, & ad pedes Patris procidens, ita accidiſſe cum lacrymis aſſeruit: Induratum, ait, erat cor meum, nec poterat horum memoria aperire cordis obtutum. Cum ergo ſcriptum ſit; Homo videt in facie, Deus autem in corde,

peregrinaturo præſcribit Confeſſionem.

& poſtea indicat omiſſum peccatum.

E

F

quærendum eſt qualiter in corde alterius quod latebat videre potuit, quod ipſum latebat in quo latuit. Sed ſi ſancti Spiritus virtutem intuemur, quæſtionis obſcuritas ſubmovetur: quia pectoris oculum quem repleverit in alterius cordis dirigere potuit arcanum, cui cor omne patet, & (ſacro teſtante eloquio) nullum latet ſecretum.

1. Reg. 16, 7

in Miſ. de Spir. S.

Ignem præcibus extinguit.

52 Sedens aliquando ad ignem & calefaciens ſe, juſſit puero ligna fumantia ejicere & ſicciora ſupponere. Quibus ad parietem proximæ domus, cui capella de virgis conſtructa & fœno contecta contigua adhærebat, projectis, domus illa ſuccenditur, & ſurgente in altum flamma volitantibus ſcintillis tota contegitur. Exiit ergo ſenex, & reſpiciens in cælum ſe cum lacrymis in orationem dedit; miroque modo virtute compunctionis ignem extinxit, ac ſi ex ejus oculis rivus aquæ in incendium defluxiſſet.

53 Quidam Frater de Ordine Ciſtercienſi, gravi carnis tentatione vexatus, in pravæ demum conſuetudinis foveam dilapſus eſt. Qui licet ad Confeſſionis remedia ſæpe confugerit, ſpiritumque lacrymis & jejuniis purgaverit; ſuccedente tamen tentationis articulo ablutiones illas repolluit, & à conſueto

lapſu

lapſu carnis abſtinere non potuit. Veniente ergo ad virum Dei ſuo Abbate, venit pariter & ipſe: ſedensque coram eo, ſimulabat ſe cujuſdam amici diutinam peccati miſeriam & deſperationem ad ipſum deferre, rogans quatenus ſi quod ſalutis reſponſum haberet, *b* ei tranſmitteret. In quem oculos intendens ille; Quare, ait, Frater, talia voluiſti perpetrare? Ceſſa jam nunc, ceſſa: neque enim culpa amplius eſt iteranda, quæ Deo ſimul & hominibus eſt abominanda. Ad hæc Frater: Domine ego ille non ſum, alius eſt de quo locutus ſum. Cui Godricus: Vere tu idem ipſe es, qui hoc ſic & ſic operatus es. Deprehenſum te ergo intelligens, ſalubriter erubeſcens, ad veſtigia Patris procidit, & miſericordiam poſtulavit: dataque benedictione, ait ei, Surge, & cum Abbate tuo proficiſcere. Porro Deus omnipotens hoc peccatum grande tibi remittet, & ulterius eo te pollui non permittet: multa vero incendia à carne, ſtimulos à corde, & jacula patieris ab hoſte. Abiit igitur, & multoties aura tentationis pulſatus, juxta ſermonem viri Dei iterum pollutus non eſt: ac ſi diceret cum propheta: Impulſus everſus ſum ut càderem, & Dominus ſuſcepit me. Hic poſtea Abbas effectus eſt: & qui jam pridem ſe ipſum regere non potuit, cooperantibus ei ſancti Patris orationibus per vitæ meritum multorum Pater eſſe meruit.

A *occulta cujuſdam peccata redarguit,*

b

& pœnitenti perſeverantiam promittit:

Pſ. 117, 13

B

c 54 Venienti ad ſe Adſæ Abbati *c* Furnaienſi idem Pater cum gaudio occurrit, & facta juxta morem oratione in oſculo pacis excepit. Sedentibus illis & circumſedentibus qui cum Abbate venerant viris religioſis, ſcire cupiens vir Domini, ſi qua conſolationis aut eruditionis in Abbate polleret gratia, ita exorſus eſt: Oranti quidem mihi, Pater, hodie, quædam ut videbatur aſtitit femina, diſſimilis quas nutrit mundus iſte, muliebribus, veſtimentis induta viridibus, capite quoque incompoſito, nigro linteamine circa collum involuto: oculo ſimplici & paſſu humili ſpeciem pietatis prætulit: flexit nquidem genua, deoſculabatur terram, tundebat pectus, & verum in omnibus præſentabat corpus. Fatigabar admodum ex ejus viſione, & ſurgens volebam ejicere; Vade, aiebam, foras, diſcede à me, diſcede pabulum mortis, & fomes peccati, & totius caput iniquitatis. Sed quanto anxius inſiſtebam, tanto audacius ſe ingerebat. Cum ergo ſermo non proficeret, addidi ut in nomine Trinitatis ſanctæ abiret. Quo dicto mox evanuit. Antequam intraſſet bene mecum erat, nulla in cogitatione commotio, nulla à carne pulſabat inquietudo: quamdiu vero mecum erat, fiebam ad orandum & meditandum negligentior, & quodam animi tædio affectus ipſe mihi gravior: ea autem recedente ad me redii & redditus ſum ipſe mihi. Vobis igitur, quibus ex cura Paſtorali incumbit ſimplicitatem noſtram Sanctorum Patrum exemplis fovere, & auctoritatibus inſtruere, dicere convenit, quid noſtra fragilitas agere debeat ſi qua hujus conſimilis tentationis novitas emergat. Dixitque Abbas: Quæ videbatur mulier, non erat; malignus enim ſpiritus idcirco in forma mulieris apparuit, quatenus ex ejus contemplatione carnis ſcintillam ſuccenderet, & per fervorem carnis fervorem extingueret tuæ devotionis. Adventum etiam noſtrum præſentiens, moliebatur aliquid, quo ſpiritualem ædificationem impediret, vel aliquid aliud quod veſtræ ſaluti minime conveniret. Adhæc Godricus: Vere, Pater, ita eſt. Audientes hæc Fratres mirabantur, dicentes: Vere ſervus Dei eſt iſte.

exponit Abbati apparitionem dæmonis ſub ſpecie mulieris:

55 Reg. Venientes ad cellam Godricì ruſticus quidam & uxor ejus, filiam ſuam extinctam ſecum deferebant: quam ſæculo quidem, ut egredientem ea calliditate prævenirent, involverant, ſtabantque præ foribus præſtolantes cum ſilentio. Eo tandem egreſſo cum lacrymis occurrerunt, & ſæcum cum corpuſculo ante pedes ejus projecerunt, ſupplicantes quatenus pietati condeſcenderet, dum filiam eorum reſuſcitaret. Subſtitit ad hæc Pater, & abhorrens vehementer expavit: tantæque virtutis gratiam ſuis meritis imparem dicens, lacrymas eorum & preces repulit & recedere juſſit. Illi vero corpus in eccleſiam intulerunt, & juxta altare relinquentes, proteſtati ſunt, quod eam eis vel divinitus redderet vivam, vel humanitus ſepeliret defunctam. Veſpere igitur facto vir ſanctus de labore rediit, & corpore reperto fuſis ad Dominum precibus orabat, ne peccata ſua aſpiceret, ſed fidem hominum illorum dono ſuæ virtutis approbaret. Illuceſcente itaque tertiæ diei diluculo, ab oratione Sanctus conſurgens, quemdam propius ſonitum advertit: & reſpicens ad altare, vidit puellam de ſæcco egreſſam per parietem deambulare; vocatiſque ſecreto parentibus filiam ſuam eis viventem reſtituit; & hujus miraculi perpetuum quoad viveret indixit ſilentium. Hoc cum Fratri Reginaldo ſæpius referret, teſtatus eſt, numquam in tanta corporis & cordis contritione extitiſſe.

A. GALFR. COÆVO EX MS. *Puellam reſuſcitat,*

56 Antiquus hoſtis formoſæ mulieris decorem induit, & ſedenti viro religioſo collaterans, in faciem ejus procaciter intendens, prorupit demum in ampullas: O Godrice, quem te ipſum facis, nomen ſolitarii indigniter uſurpans & ſimplicium corda ſeducens? Cui ille: Meritis meis nulla debentur præconia, quia homo peccator ſum. At illa: Mulierum contubernia cur ita declinas, qui in earum conceptus es ſpurcitiis, & propriis ſordibus factus es deteſtabilis? Et reſpondit: Ancillas Chriſti omni honore proſequor, inceſtas autem quaſi filias perditionis abhorreo & abhominor, & ſi aliud es quam te eſſe ſimulas, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti tibi fugam indico. Statimque non compartuit, & ſe vere ſpeciem fuiſſe diabolicam receſſus celeritate prodidit.

F *dæmonem in forma mulieris apparentem fugat:*

57 Dormivit aliquando Godricus, & aſtitit ei quidam dicens: Surge & fode &, quem reperies in illo loco theſaurum tolle, tibi namque ſervavimus illum. Volvebat ſecum evigilans quid ageret: novit quidem bonum eſſe de mammona iniquitatis amicos facere. Pia demum urgebat ambitio: ſurrexit & fodit, & ſecreta terræ altius penetravit. Et ecce nigri pueruli de effoſſis ceſpitibus proruperunt, & in eum cachinnantes pilulas fumigantes jaciebant. Quos ille non infantes eſſe, ſed dæmones advertens, Recedite, ait, recedite: quod veſtrum eſt percipite & poſſidete: pecunia theſauri veſtri vobiſcum ſit in perditione. Adeoque poſt hæc in ſe ambitum domuit, quod nihil umquam auri vel argenti ſibi reponere nec contingere voluit, ſicque avaritiæ ſpiritus qui ei ſemel illudere conatus eſt, proprio ſemper conamine devictus eſt.

vincit ſpiritum avaritiæ,

F

58 Autumnali tempore eo in pomerio ſuo deambulante, & poma quæ egenis qui convenerant largiretur colligente, aſſuit inter eos & ſathan, ſepeſque circuiens & locum inſpectionis diligenter explorans clamabat: O eremita, ô eremita, de pomis tuis nobis da. Cujus cum ille vocem audiret, & non precem eſſe pauperis, ſed illuſionem proditoris intelligeret, reſpondit: Fruſtra petis niſi pro caritate rogaveris. At ille: Pro caritate poſtulo, pro caritate poſtulo: neque Caritate, ſed Carah infringens potius quam eloquens edidit; quia caritatem dicere non potuit, cujus virtutem habere non novit. Hæſit in hoc ſanctus, & ponderabat apud ſe quid ageret: dare metuit & negare non potuit: ſi enim daret, tentatoris imperio quodammodo parere; ſi vero negaret, in caritatem quam obtinebat videretur offendere.

ab eodem rogatus pro caritate aliquid,

ſic ei donat;

A.GALFR. COÆVO EX MS.

Scriptum tamen sciebat, Omni petenti te da: unde nulli negandam esse caritatem censebat, nec etiam ipsi inimico, licet in causa caritatis dolos exquireret. Tria ergo poma ei porrexit sub nomine sanctæ Trinitatis, dicens: Accipe, & comede, & Deo gratias age. Quibus acceptis terribilibus in eum oculis tentator respexit, & cum cachinno intulit: Tune es Dominus hujus fundi? At ille; non ego sed Christus. Rursum tentator: Tu es sanctus Eremita? At ille: Non sum sanctus, sed servus inutilis & indignus; qui ut peccata mea defleam, hanc vastam incolo solitudinem. Ad hæc humilitatis responsa hostis devictus abscessit, & omnem locum illum ingenti fœtore replevit, tantamque post se verendorum procreitatem exhibuit, quod vir sanctus dum hæc videret immensas ex horroris magnitudine molestias introrsus exciperet.

ut humilitate superet:

nlias eum per puerum aqua benedicta fugat.

59 Quia innumeros de hoste triumphos tulerat, innumeras ei nocendi machinas intendebat. Adfuit ergo in ea qua solebat corporis magnitudine, & pendebant ei multæ ante & retro quasi connexæ funiculis ampullæ. Ingressusque cellam, nunc unam nunc alteram protulit, & viro sancto gustandam obtulit. Cujus ille molimina præsentiens, viriliter respuit, & astanti puero ait: Vade, & aqua benedicta istum perfunde, & cum de ecclesia exire conspexeris, cave ne eum extra limina prosequaris. Fecit ut jusserat, hostem aspersit; & imperii Patris immemor, post illum foris cucurrit: quem ille cum indignatione respiciens, ori ejus unius ampullæ guttam infudit, & cum cachinno insultans evanuit. Cœpitque collum cum gutture aerius intumescere, & os cum lingua & faucibus, quasi sumpto veneno, triduo velut in mortem amarescere. Ad Patrem igitur accessit, & de inobedientia pœnitentiam agens, & percepta benedictione protinus de peccato liber, languore quoque convaluit.

B

varias à tentatore molestias sustinet:

60 Solebat etiam tanta cellam ejus ingredi turba dæmonum, quod præ multitudine excederent numerum. Nullæ enim formæ extiterant: humanam naturam & bestialem varia dissimilitudine juxta poëtica figmenta confundebant: & aliquando neque sicut homines neque bestiæ, sed sicut sacci aliqua congerie pleni præcipitando & saltando se ferebant, & verba blasphemiæ jaculabantur. Erat autem ei moris quoties adessent suspirando fremere, & quo divertebant aciem dirigendo edocere. Adolescens quoque prædictus similiter eos quandoque vidit, & quam variis formis Domino suo illuderent comperto, vexillo Crucis se munivit: & credens se posse in illos arrepta securi ruere, mirantibus qui aderant ejus constantiam Fratribus & nihil videntibus, ferrum fortiter fixit in pariete. Idem quoque puer ægrotanti Patri assedit, & grossioris fabæ epulum porrexit. Irruens autem spiritus nequam, discum de manu tenentis evertit; & illo in pallorem & tremorem converso, cum strepitu maximo in tenues auras resolutus est. Astitit etiam ei aliquando spiritus terribilis & ait: Quia, Godrice, mihi potestas in te grassandi non conceditur, de populis hujus regionis per pestilentiam & famem triumphare permittitur: omnia quippe è terra nascentia conteram & dispердam. Exivitque continuo, & ex ore nigras densasque nebulas evomuit, tantaque imbrium secuta est inundatio, quod absorptis terræ frugibus assueta fertilitas deperiret; & Northanhymbrorum populus, quia Dei beneficiis ingrati peccando extiterant, fame valida contabescerent. Quædam ei post hæc ineffabilis formæ mulier apparuit, & ad turpes visus provocavit: sed orante eo species diabolica in se confusa recessit. Dicebat enim se sæpius in oratione, Angelica fuisse roboratum visione, cellamque

C

roboratur visione Angelorum.

suam cæleſti lumine nonnumquam ſplenduiſſe: & hoc ei ſignum adeo fuiſſe auditum, quoties divinæ lucis meruiſſet adventum. Interrogatus autem quandoque quare ſpiritus nequam eccleſiæ limites poſſent ingredi, aſſerebat ſe vidiſſe dæmones ſuper ſanctum altare conſcendere, frequenter de ſacrario prorumpere, & ſe ad latera altaris intra ſacra Miſſarum ſolennia impudenter congerere. Aquam quoque benedictam eos aliquoties non effugere, ſed ejus aſperſionem & contactum patienter excipere. Magna igitur ei in effugandis ſpiritibus immundis à Domino virtus collata eſt, totuſque vitæ ejus excurſus cum eis & eorum principe fuerat conflictus.

D

Spiritus S. & Chriſti ſub Miſſæ.

61 Inter ſacroſancta Miſſæ ſolennia vidit in ſpiritu arborem palmæ de ſupernis ſecus cornua altaris deſcendere, in cujus cacumine ales incomparandi decoris reſidebat, & applaudens cæleſtibus Myſteriis ſtudioſius intendebat: peracta vero Miſſa ales cum arbore pariter in altum conſcendens, ſe ſancti viri obtutibus ſubtrahebat. Nec mireris ſi hanc viſionem contemplari meruit, quia ſæpius inter ſecreta Miſſarum Dominum Jeſum carne indutum in altari conſpexit [deſcendentem] ad ſe, & inde ad cælos aſcendentem ad dextram Patris conſidere. Sic etiam aliquando de forma *d* ſua mirabiliter egreſſum, conſperſum ſanguine totum eſt contuitus, quemadmodum pro nobis factus hoſtia in patibulo crucis fuerat affixus.

E

d

novit uxorem à marito læſam.

62 Pauper, frigore compulſus, relicto opere de ſilvis rediit, & obmurmurantis uxoris caput baculo vulneravit. Quem mane ad ſe venientem beatus vir corripuit, & quam violenter in conjugem exarſit penitus edocuit. Stupebat ille non mediocriter, admirans qualiter hæc viro abſenti innoruerint; ſuique reatus veniam ſub hac conditione impetravit, ne de cetero in thori comitem quippiam tale præſumeret.

ANNOTATA.

a Henricus *filius in regni ſocietatem à patre adſcitus & à Rogerio Archiepiſcopo Eboracenſi eſt coronatus 25 Junii* 1170. *ergo* 35 *diebus poſt obitum S. Godrici.*

b *Expunxi, quia ſenſum non habebunt hæc verba:* Orationem ſiquidem ejus Deo commendaverat.

c Forneſſia *ſeu* de Furneis, *primum Ordinis Ciſtercienſis monaſterium in Anglia, fundatum anno* 1126, *aliis ſequenti* 1127 *à Stephano Bononiæ Comite dein Rege Angliæ, ſitum in diœceſi Eboracenſi.*

F

d Forma, *videtur hic accipi pro Euchariſtico pane in orbem figurato & figura Crucis aut alia eodem ſpectante ſignato: quod ad alias hujus voci ſignificationes, in Caugiano Gloſſario fuſe deductas, addi poterit.*

CAPUT VI.

Varia S. Thomæ Ep. Cantuarienſi prædicta. Viſitationes cæleſtes. Morbus, Obitus, Sepultura.

Poſt alia quædam

63 REG. Venit ad famulum Domini Godricum monachus quidam de cœnobio Weſtmonaſterii, & pluſquam plures earum rerum quæ animum moverant inquiſitiones adjecit inquirere; quis miniſtro ſuo duellum commiſſuro proveniret eventus, & ſi conjunctus patibuli ſuſpendio finem foret acceptarus. Cui vir Domini: Non, ait, membra ſicut tu putas aut hereditatem amittet, ſed pace citius cum adverſariis reformata, omnis ille tumultus belli conquieſcet. Cœpitque ab eo, ad hæc hilari jam effecto, percunctari, ſi notus eſſet illi qui nuper fuerat ordinatus, Thomæ ſcilicet Cantuariorum Pontifici. At ille, quia de viro ſibi penitus incognito

A perquirebat mirabatur, & illum ſe cognoſceere, & ab illo cognoſci fatebatur; dixitque, Pater ſciſne & tu eum? Cui vir Domini: Ego quidem oculis corporeis hominem non vidi, ſed oculo cordis frequenter conſpexi; & ſi faciem ejus intuitus fuiſſem, nullo indice inter multos etiam poſitum agnoſcerem. Obſtupuit ille, & agente metu quæſtionem ſuper his non audebat apponere. At demum vir Sanctus intulit: Habeo quædam revelare Archiepiſcopo illi, quorum tuæ fidei ſecretum ut ei annunties committere decrevi. Quo libenter annuente, ſiquidem bonum eſſet & utile, ſubridens ſenior ait: Ego omnia bona ei ſemper opto, verumtamen vice mea eum ſalutare memineris, & inſtanter ſuggerere, ne quod animo agendum inſtituit omittat; quia gratum Deo & acceptum fore perpendat, multaque dura & aſpera patietur. Quia de Eccleſia ſua expulſus in exteris regionibus diutius exulabit, & peracto pœnitentiæ ſuæ tempore, cum ampliori honore quam egreſſus eſt ad Sedem ſuam remeabit. Hæc omnia Frater ille Archiepiſcopo referebat: Qui mandata viri venerabilis devote ſuſcipiens, ei Epiſtolam, multæ dilectionis dulcedine perfuſam, cum abſolutione peccatorum ſuorum, quam ſibi per memoratum Fratrem
B acquiri poſtulaverat, direxit, & ſe fraternitati ſuæ & orationibus ſedulo commendavit. Infra igitur ſex menſes ſequentes, orta inter Regem & Archiepiſcopum ſuper libertatibus Eccleſiæ contentione,
a Archiepiſcopus cum ſuis in exilium *a* condemnatus eſt, & vera eſſe viri Dei vaticinia multis miſeriis expertus eſt. Illoque per *b* aliquot annos exulante,
b Frater memoratus ad partes Occidentales directus, memorandi Patris colloquium aſpiravit; & quamdiu Archiepiſcopus exilii faſtidia protraheret, cum quotidie majorum malorum ſuæ vitæ creſcentibus augmentis nulla ſuis reconciliationis aut reverſionis ſpes eſſet, ſciſcitavit. Ad hæc ſanctus: Longum ſemper quiſque deputat, qui ſub adverſitatis jugo laborans quietis beneficium expectat: prius tamen pœnitentiæ ſuæ tempus explebit, & ſic Regi confœderatus ad ſua redibit. Pridie igitur ante glorioſi Pontificis paſſionem Frater ille Cantuariam venit, & à Domino Archiepiſcopo perquiſivit ſi quid eorum quæ ei prius Eremita Godricus ipſo mediante mandaverat, meminerit. Cui Dominus Archiepiſcopus: Optime, ſed ille jam de mundo migravit ad Dominum, & nos exequiarum ſolennia perſoluimus, licet bonorum noſtrorum non egeat, quia cum Chriſto
C feliciter in cæleſtibus regnat, & ſingula mihi ſicut prædixit evenerunt: quia ego Archiepiſcopus tantum Cantuariorum exilium ſubii, ſed nunc totius Angliæ Legatus in Angliam redii.

64 Dominus Cantuarienſis, diutina exilii fatigatione decoctus, cum adhuc pendulas in Galliis moras protraheret, ad venerabilem Eremitam ſecreto nuntium direxit; ut quia eum ſpiritu prophetiæ pollere didicerat, apud ipſum exquireret, quem denique dolorum finem immanitas malorum inveniret. Stetit jam jamque præ foribus [nuntius]. Quo vir Domini per interceſſorem accepto, movebatur animo: Quid, inquiens, à nobis ille Cantuarienſis exigit? An hic Prophetam aliquem quærit? Miror virum magnum ad tantam animi parvitatem devolutum. Mittit ſapientiſſimus ad fatuum, ſanctiſſimus ad peccatorem noviſſimum, Anglorum Primas ad ruſticum. Fatigabatur interea nuntius, quia ad ejus colloquium per octo ferme dies non habuit acceſſum, & longiorem expectationem ducebat otium, cum impenſi laboris non meruiſſet effectum. Proruit deinde in contumelias: Talem, ait, ſenem non vidi, nec in aliquo ſene tantam indignationem reperi, Pulſo, non aperit; clamo, & non audit; mitto, & non admittit. Revertar igitur, ſed ſi vacuus apparebo, ingratus. Godricus vero accenſam divinæ inſpirationis lucernam diutius ſub modo ſilentii includi non ſuſtinens, aperiri ei jubet. Quo ingreſſo, Revertere, ait, & die Domino tuo, ut oculo cordis ſolerter invigilet: nec eum venturæ tentationis aura perturbet. Lætitiam etenim ei & triſtitiam annuntio: lætitiam quidem, quia regiam in proximo amicitiam conſequetur, & cum honore plurimo Eccleſiæ ſuæ & ſuis reſtituetur, & majora naſcentur omnibus Anglis in ejus reditu gaudia, quam olim in exulaturi egreſſu reſonabant lamenta. Triſtitiam autem, quia ficta ſerenitas illa, inauditæ iniquitatis & crudelitatis repente obducetur nebula: at tunc Godricus non erit in carne victurus. Replica etiam & ſæpius repete, quia infra novem menſium terminum finis cum eo finietur ex omni parte. Quod cum ipſe audiet, ejus quoque myſterium intelliget: perceptaque benedictione diſceſſit. Factumque eſt. Duobus fere menſibus tranſactis vir Domini Godricus ex hac vita migravit, & venerabilis Archiepiſcopus in gremio matris Eccleſiæ gladiis iniquorum cæſus, ſicut vir Dei prædixerat, glorioſa paſſione occubuit: & dum ſolus cecidit, multos ad libertatem erexit.

A. GALFR. COÆVO EXMS.

sed cito poſt moriturum.

E

65 Eremita quidam memorabilem Patrem adiit, & de loco, nuper ſibi ad incolendum à Dunelmenſi Antiſtite conceſſo, ejus conſilium expetiit: cui ille ſitum loci ipſius deſcripſit, & quam amœnus & ſancto propoſito quam accommodus foret expoſuit. Hæc audiens mirabatur, quod omnia, quaſi viſu corporali complecteretur, diſſereret. Subridens ad hæc Pater: Hodie, ait, per locum illum tranſii, & ſingula exploranda circuivi. Dicebant enim de eo quod abſentia jam longe poſita quaſi præſentia, omniaque quæ in circuitu erant loca, vel infra fiebant per decem milliaria, decennio ante obitum ſuum cognoverit: in mare quoque navigantes, & nonnumquam naufragantes, quandoque littori cum ſalute appulſos cælitus conſpexerit; & aſtantes pro eis orare aut gratias agere exhortatus ſit.

omnia circumquaque ſita & facta in ſpiritu novit.

66 Dicebatur beatam Dei Genitricem Mariam cum Maria Magdalene eum viſitaſſe, & quoties animum aliquod obreperet triſte, canticum quoddam Angelicum ad perpetuam ſui conſolationem docuiſſe, cujus hic textus eſt:

Viſitatur à Deipara & aliis Sanctis:

Sancta Maria, tuo miſerans ſuccurre Godrico,
Et dignum ſolii culmine redde tui.

Ferebant etiam quod S. Joannes Baptiſta frequenter eum de cæleſtibus inſtruxerit, & de futuris præmonuerit: quodque multoties in corporali ſpecie Spiritum ſanctum viderit, viſiones quoque Angelorum ſæpe conſpexerit, & cum eis frequenter dulces melodiæ ſonos commiſcuerit. Nonnullorum dicitur detexiſſe peccata, famis quoque venturæ prænuntiaſſe pericula. Multorum valetudines, vel precibus ſuis vel tactu manuum, vel flatu oris ſui, vel pilis barbæ ſuæ depulit; ignes quoque noxios orationis virtute ſæpe repreſſit. Romana lingua frequenter uſus eſt, & incognita differuit: in Latino quoque ſermone loquentibus Anglico idiomate reſpondit, & eorum vota detexit. Hæc qui plenius noſſe deſiderat, Librum Reginaldi, in quo hæc & alia quam plura continentur, legat, & deſiderio ſuo ſatisfaciat: mihi vero de omnibus aliqua tetigiſſe, ad indicium ſanctitatis ejus & imitationem piæ converſationis, ſufficiat: neque enim me vobis diffuſum fore promiſeram ſed ſuccinctum, vereor tamen ne modum exceſſerim. Sicut enim lingua quæ in fluido eſt facile labitur; ita animus qui promptus eſt in ſuperflua facile expatiatur.

F

miraculis claret.

ejuſdem jã exulis nuntio

redituram affirmat,

ac demum reditum ab eodem:

67 Ægrotavit athleta Domini Godricus & ſenio confectus

predici S. Thomæ Cantuarienſis exilium,

A. GALFR. COÆVO EX MS. *Æger decumbens*

confectus lecto decumbebat; viribusque destitutus propriis, manibus regebatur alienis. Crescebat in dies corporis imbecillitas, dum se languoribus decrepita sociaret annositas: libenter autem gloriabatur in infirmitatibus suis, quia infirmitas carnis robur est perfectionis. Totam extrinsecus tumor extenderat cutem, & nervorum ademerat agilitatem; tantoque viscerum torquebatur dolore, quod vermes huc illucque discurrentes interiora faterentur depascere. Aderant ex hoc sæpius Fratres Dunelmensis cœnobii, Patrem visuri & consolaturi. Cuidam vero Fratri quid de se diceret percunctanti, respondit: Adhuc modicum Godricus vobiscum erit, verumtamen extremitati meæ debitam adhibete custodiam. Duo igitur Fratres à Priore deputati sunt, qui ei sedulo assisterent, & prout ægritudo poposcit ministrarent. Cumque jaceret, jam jamque ad exitum urgeri crederent, repente factus est vultu hilarior, & toto corpore solito vegetior. Illi vero stupebant. GERM. Quid est hoc inquiunt? Ecce audivimus canentem, quem in ulnis paulo ante tenebamus pene exanimem. Insanit senex, aut aliquid spirituale intuetur, quod nos contemplari non meremur: sileamus usque in crastinum. REG. Venientes ergo mane dicebant: Domine, quam dulcia fuerunt quæ nocte audisti, & quam lucida quæ vidisti? Quibus ille: Vere, filii, unde spiritum à cantilenis cohibere non potui; immensa enim claritas per orientalem fenestram illuxit, & tantæ dulcedinis odor pectus meum perfudit, quod putarem me pristinæ sospitatis gratiam recepisse. Videbatur etiam me ad portam cælestis Jerusalem perveniss̃e, & Angelorum felicitati interfuisse: civesque superni decantabant Kyrie eleyson, Christe eleyson; & ego eorum vocibus vocem adjunxi, & eadem lætabundus deprompsi.

à 2 monachis Dunelmensibus juvatur

& cælesti visione recreatur:

B

68 Quadam autem die, assidentibus ei qui ejus obsequio deputati fuerant Fratribus, ait uni eorum qui ætate provectior erat: Tu non vides, quod ego video? Inimicus in forma speciosæ mulieris tibi assistit, quæ se tibi hac nocte in stratu tuo sociare disposuit; cave ne prævaleat, signum in te cordi imprime. Expavit ille, & à lecto senis non est ausus recedere. Accurrens autem Frater junior aquam in oratorio benedictam aspersit, & hostem depulit. Fortassis qualis exterius apparuit in muliere, talis apud Fratrem in ipsius versabatur corde. Quo comperto Sanctus prædicendo repressit incendium, quod noverat si non præcavisset futurum; verum etiamsi prænosset & tacuisset, ei quoque ex silentio tentator illusisset.

præmonet cavendum à tentatione:

C

69 Cum igitur & senectute depressus jaceret & infirmitate, aperto per spiritum oculo cordis dixit circumsedentibus: Quare piscariam meam mulieres ingressæ sunt? nulla hactenus illic mulier apparuit: certe si solitas vigor corporis vires admitteret, surgerem & eas inde expellerem. Quidam autem Frater Dunelmensis, scire cupiens si vera essent quæ dicebat, nuntium illo direxit; & sicut prædixerat, mulieres inventas effugavit: & rediens retulit quæ gesta sunt Fratri, & mirati sunt universi.

novit mulieres ingressas piscinam

apparitionibus diabolicis tentatur:

70 Inter corporalis per octo annos ægritudinis angustias, concertatorum eum suorum impugnare non desiit immanitas. Clamabat sæpius, ecce leones rugientes accurrunt, & lupi rapaces in me dentes suos exacuunt: ecce hericii me spinis suis transfigunt, ecce lanceis & telis ignitis ut me confodiant appetunt, & faces ardentes in me jaciunt. Stabant autem duo zabuli, portantes lectulum, quasi pueri vagientis cunabulum, dixeruntque: Ecce venimus, ut nobiscum ad inferos te deferamus, quia senex delirus es, & de viro sapiente puer insipiens effectus es. At ille signum Crucis opposuit, & ad orationis confugit remedium. Cujus virtutem illi non ferentes, statim præcipites facti, in barathrum unde venerant sunt dilapsi.

D

71 Alio quoque tempore, eo in oratorio suo decumbente, caput totius iniquitatis diabolus de angulo parietis prorupit, & frameam igneam in cervicem ejus vibrare visus est, & ore terribili quasi illum absorpturus irriguit. Exibat de ore ejus fumus teterrimus, quasi de camino ardenti; oculique pergrandes patebant, ad duorum cubitorum mensuram distenti: & ait, Ecce Godrice, ego princeps dæmonum venio ut te fecem medium, & spiritum tuum ad tartara traham mecum. Mira res, & nulli antea Patri præostensa! Ad exemplum enim, Sampsonis fortissimi irruit in eum spiritus Domini, resumptaque virtute de grabato prosiliit, & nudus cum nudo singulare certamen iniit. Ab hora diei prima, usque ad nonam, luctam protraxit. Ter eum hostis aggressus est, & toties reluctante milite Christi devictus est. Audiebantur forinsecus voces altercantium: dicebat enim diabolus, quia meis satellitibus hactenus illusisti, mihi amodo non illudes, quia à me crudeli morte penitus deficies. Dicebat vero Godricus: Dominus mihi adjutor est & fortissimus triumphator, tibi & omnibus tuis, maledicte, renuntio, nullaque versutiæ tuæ figmenta reformido. Alia vice, cum solus esset tentator, eum de lecto ejiciens, scamno caput suppedaneo graviter alli sit. Clamabat autem ille: Monache, Monache, curre. Accurrens Frater qui paulo ante discesserat, & gibbam in capite reperiens, stupebat. Comperto tandem quod gestum fuerat, cognovit quanto eum inimicus livore persecutus sit, quantaque famulo suo divina pietas ad probationem inferri tentamenta permiserit. Inter tot etiam certamina dolorumque vicissitudines & lacrymosa cordis suspiria, supernorum civium crebro refovebatur frequentia.

cum dæmone ad aliquot horas luctatur:

E

ab eodem è lecto abstrahitur,

72 Quodam namque tempore cum solus sederet, cœpit elata voce psallere & dicere: Bene venias, Simon: miroque modo, quod sine servientium adminiculo ante non poterat, corpus alteram reflexit in partem; & quasi ad adventum amici congratulans jocose subrisit, & moderata voce intulit: Bene venias Simon, bene venias Simon. Sedentes circa limen ecclesiæ Fratres duorum invicem colloquentium sonos discernere poterant, formam vero verborum intelligere, & personam alterius deprehendere non poterant. Post modicum in cælum oculos extulit, & se totum ad ea quæ conspiciebat inflexit. Illo tandem ad se reverso accesserunt illi, & quem Simonem vocasset inquirebant. Quibus ille: Venit Simon Petrus meas consolari miserias; & quæ dicere lingua non poterit, quædam arcana mihi colloquens aperuit.

à S. Petro apparente recreatur:

F

73 Igitur vir Domini Godricus obitum suum longe ante præscivit, diemque & horam cuidam viro nobili Roberto de Hamundavilla prænuntiavit. Eo itaque quo defunctus est anno, jejunii Quadragesimalis initio, cœpit acrius solito temporalis igne doloris excoqui, & ad supernæ felicitatis gaudia præparari: tantaque denique invalitudinis vis intus extitit, quod & loquendi facilitatem minoraret. Imminente vero octava Dominicæ Ascensionis die, in qua, sicut prædixerat, ad octavam pertingeret beatitudinis æternæ, jussit Fratres die præcedenti sibi diligentius assistere, & debita fidei Christianæ obsequia impendere, & vigilantius horam suæ resolutionis præstolantes devotis orationibus prævenire. Transacta nocte illa, sequentisque diei orto jam sole, vir sanctus migrans à seculo, spiritum sui

die & hora sæ prædicta

in Octava Ascensionis moritur.

Con-

A conjunxit juſtitiæ : nec vultus defuncti priſtini ruboris gratiam immutabat, ſed qui in vivente [fuerat] decor permanebat. Sed neque dubium eſt cæleſtes ſpiritus ad ſui ſpiritus ſuſceptionem adfuiſſe, quorum colloquiis & obſequiis nonnulla viventem conſtitit ſolatia percepiſſe.

74 Audito igitur venerandi Patris tranſitu, commota eſt univerſa civitas, & catervatim tam viri quam feminæ confluebant ad celebres illius exequias. Venit quoque Germanus Prior cum Fratribus, qui venerabile corpus Patris de cinere levantes c abluerunt, & illud *c* ſtamina nova, deinde cilicio, poſtremo cuculla obvoluentes, decenter cooperuerunt: pedes tantum nudatos reliquerunt, quos frequens turba quæ convenerat certatim deoſculari ſatagebat. Erant autem quidam fidelium, qui ſibi de Reliquiis ejus aliquam dari portiunculam poſtulabant: compulſique Fratres de pedum articulis ungues profundius ſecabant: miroque modo quaſi de vivente ſanguis prorupit, & incidentis manus reſperſit. Factoque mane ſtetit adhuc vulnerati pedis gutta recentior; quam quidam Fratrum, dum ſancta oſcularetur veſtigia, labiis contingens, de anatrope *d* morbo quo diutiſſime laboraverat convaluit, nec deB inceps prædictæ peſtem ægritudinis ſenſit. Prior igitur præfatus & Monachi, per ſancta loca ſancti Patris corpus decreverunt circumferre, quatenus populus qui foris expectabat, viſu ſaltem vel tactu deſiderio ſuo ſatisfacere potuiſſet. Quo facto corpus venerandum in ſarcofago lapideo in terra defoſſo poſuerunt, & eodem loco quo languentis lectus extitit ſepulturæ quietem mortuus accepit. Tranſiit vir Domini Godricus anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo, converſationis ſuæ in vita eremitica anno ſexageſimo, regni Regis Henrici ſecundi decimo ſexto, Epiſcopatus Domini Hugonis decimo ſeptimo, duodecimo Kalend. Junii, feria quinta, octava die Aſcenſionis Domini: cujus merita peccatorum nobis veniam, & annuente Domino vitam in futuro conferant ſempiteram. Amen.

à Priore & monachis Dunelmenſibus honorifice ſepelitur.

A. GALFR. COÆVO EX MS.

ANNOTATA.

a S. Thomas Cantuarienſis *ordinatus eſt in Archiepiſcopum anno* 1162.

b *Ab anno* 1164 *uſque ad an.* 1170.

c Stamina, *pannus ex lino & lana contextus, unde* Staminea, Stamineum, *pro interula monachali: quæ ipſa etiam* Stamina *dicitur.*

d Anatropes morbus, *affectio ſtomachi, ſumptum cibum non valentis retinere, ſed ad vomitum proni.* Ἀναστροφὴ E *enim Græcis* Subverſio *dicitur: Franci* Deviationem ſtomachi *ſua lingua appellant.*

DE S. PETRO PARENTII
MARTYRE VRBEVETERI IN HETRURIA. D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De Vita à coævo ſcripta, die mortis ac cultus, & noviſſima Tranſlatione corporis.

ANNO MCXCIX. VRbs-vetus, *vulgo* Orvieto, *agri cognominis caput prope Peliam fluvium, Sede Epiſcopali illuſtris, ac regimini Pontificio ſubjecta, inter ſuos Patronos numerat* S. Petrum Parentii, *Poteſtatem quondam, ſive Præfectum ſibi datum ab Innocentio Papa III, cum eam urbem novi Manichæi ſeu Patareni turbarent, à quibus & occiſus eſt. Acta vitæ & martyrii, cum miraculis intra annum ab obitu patratis, ſcripſit auctor coævus & in pluribus teſtis oculatus: qui ut* voti debitum quod promiſerat ſolveret, *ea Acta ſe ſcripſiſſe teſtatur num.* 27. *At num.* 39 *aſſerit à ſe* ſcripturam iſtam Kalendis Octobris eſſe conditam, *id eſt intra quintum à martyrio menſem. Idem num.* 19 *indicat, ſe* ægrum longo tempore noviſſe, *&* vidiſſe ſanitati reſtitutum, *& num.* 25, 36, 41 *&* 55 ſanatos vidit, & infirmitates *multorum ab aliis* cognovit. *Item num.* 52 lampadem ultro accendi vidit ductus motu ſpiritus. *Alias indicat ſe miraculo non interfuiſſe, ſed aliis viris honeſtis referentibus didiciſſe, uti num.* 46 *&* 50 *legi poteſt. Alias ab ipſis, quibus miraculoſa ſanitas fuerat collata, beneficia ipſa ſcivit. At quis hic ſcriptor fuerit indicatur num.* 58 *in Supplemento, ubi appellatur,.* Magiſter Joannes, fons ſcientiæ litterarum: *& num.* 50 *ſe* in Choro *cum aliis fuiſſe indicat, & num.* 38. Cum omnes, *inquit*, de ſanitate diffideremus, ipſe ſe ſanum in Capitulo noſtro præſentavit. *Ex quibus videtur colligi, eum ex ipſo Capitulo Canonicorum Orvietenſium fuiſſe, & ob ſingularem doctrinam* Magiſtri *nomen obtinuiſſe. Hæc Acta habuerunt Philippus Ferrarius, & Odoricus Rayualdus. Ille inde confecit aliquod compendium, Catalogo Sanctorum Italiæ inſertum; iſte, in Annalibus ſuis Eccleſiaſticis, eorumque epitome, plurima ex eiſdem allegat, appellatque* publicas tabulas, in Eccleſia Urbeverana conditas & ab auctore fidiſſimo. *Erat autem Legendarium Vrbevetanum, in quo* Paſſio S. Petri Parentii Martyris *continebatur, in folio pergameno maximo, & charactere antiquo exaratum, cum hac ante illud præfatione: cujus uſum Romæ, commendante Illuſtriſſimo Viſano benigne nobis præbuit D. Advocatus Cartarii, vir eruditus & a libris per quam bene inſtructus.*

Acta ſcripta à teſte oculato Mag. Ioanne C

dantur ex Legendario Vrbevetano,

2 Quoniam lucere debet lucerna bonorum exhibitione operum, in manibus proximorum; non ut favor inanis laudis capiatur, ſed ut gloria Patri F altiſſimo referatur, à quo procedit omne datum optimum & omne donum perfectum; illorum facta ſtylo ſunt memoriæ laudabiliter commendanda, qui proſuarum animarum ſalute ac peccatorum remedio lucernam præmittunt bonorum operum ante ſe, dum tempus eis à Domino aptatur; & aliqua ſtudet in eccleſia exercere, quibus domus Domini decoretur, Sanctorumque geſtis & laudibus extollatur. Hinc eſt quod Presbyter Guido Valloclenſis, S. Conſtantii Eccleſiæ Capellanus, vir laudabili opinione redolens, & honeſtate præclarus; conſiderans Eccleſiam antedictã Sanctorum geſtis inopia laborare, pro ſuorum venia delictorum decem quaternos de ſuo proprio emit; & hunc librum, Sanctorum continentem hiſtorias, ad honorem Dei & Eccleſiæ memoratæ fecit laudabiter inchoari: prętato vero facto dono, exemplo commendabili, fidei commiſſarii beatæ memoriæ Petri Abbatis, Canonici quondam ipſius Eccleſiæ, viri ſuæ animæ optime providentis, moribus & ſcientia providi, provocati, pro ipſius anima centum ſolidos erogarunt. Quot igitur hic Sanctorum continentur hiſtoriæ, tot apud Deum ſuffragiis adjuvantur, qui de ſuis bonis ad hoc opus aliqua duxerint impen-

quomodo ea ibi ſcripta.

AUCTORE D. P.

denda: ut hic vivi Sanctorum protegantur subsidiis, & defuncti eorum consortio in cælesti patria socientur. *Hæc ibi. Fuit Ecclesia Cathedralis olim Deiparæ Virgini dicata, postmodum nuncupata S. Constantio Episcopo ut Divo Tutelari. Ad cujus Archivium relatus prædictus codex, nunc ibidem diligentissime asservatur; fuitque anno* MDCLXII *excusa inde prædicta Vita Latine & Italice, interprete Illustrissimo Antonio Stephano Cartario ipsius urbis tunc Episcopo, quam decimo octavo post anno nobis misit, nostri tunc ibi Collegii Rector, R. P. Alexander Lucas.*

Occisus non 20 sed 21 Maji

3 *Philippus Ferrarius in utroque Catalogo refert eum ad* XX *Maji: & in priori quidem Sanctorum Italiæ, Epitomen habet Martyrii, sumptam ut ait* ex antiquo Codice Pergameno Ecclesiæ Urbevetanæ, *qui est ipse quem nos transcripsimus; in posteriori vero allegat* ejusdem Ecclesiæ Tabulas, *seque ad priorem Catalogum referens, ubi ex ipsis Actis pleniorem relationem excerpserat, ait, quod passus est anno* 1200. *In quo excusandus est typographicus error: nec enim ita scripsisse Ferrarius potuit, qui in precitatis Actis num.*8 *expresse legerat, quod sanctus* millesimo centesimo nono, feria quinta, *extremam cum amicis cœnam sumens, coxam caponis & scyphum porrexit proditori suo Radulpho: à quo mox traditus hæreticis adversariis* sub primam noctis vigiliam, *& extra urbem*
B *protractus, prius quam illucesceret occisus est, utique Feria sexta, & sic num.*19 Feria sexta post ejus obitum id est octavo die; *&* subsequenti sabbato hoc est nono die post ejus transitum *narrantur patrata miracula. Et hæc omnia rursum confirmantur ab auctore Appendicis similiter coævo, asserente num.*46, *quod* mortuus & sepultus & B. Petrus Parentii anno Domini millesimo centesimo nonagesimo nono, duodecimo Calendas Junii. *Etenim annus iste habuit litteram Dominicalem* C.

eodem etiam die colitur:

4 *Mirum proinde est, quid Ferrarium moverit, ut diem anticiparet; maxime cum ab omni retro memoria festum celebretur Vrbeveteri* XXI Maji, *sicut nuper à nobis interrogatus Rev. Adm. D. Dominicus Dolcius, nobilissimæ istius Cathedralis Canonicus Theologalis, respondit: addens, celebrari festum à Clero quidem sub ritu officii duplicis; à populo vero, non quidem ut præceptum, devotione tamen nihilo minori: quin & festum solennis Translationis, anno* MDCLX *facta, quotannis eodem ritu innovari die* XIX *Novembris; quam Translationem multa quidem secuta miracula sint, nullorum tamen scripta extet memoria, præterquam in votivis tabellis omnis generis, argenteisque ac cereis anathematis circum aram Capellæ novæ, cui a Pietate nomen est, appensis. Prædictæ Translationis*
C *instrumentum publicum, ex archivio Civitatis submissum, inveniet lector ad calcem Vitæ, cum descriptione ejus monumenti atque altaris, sub quo sacra ossa nunc honorantur, ardente perpetuo intra illud lampade. Istud interim præmiserim, in recognoscendo sacro isto thesauro, inventam pariter fuisse antiquam schedulam, his verbis conscriptam.* Ista sunt ossa Sancti Petri Parentii de Urbe, Potestatis civitatis Urbevetanæ, interfecti à Patarenis: *hi vero quomodo & quo sensu appellentur* Manichæi *in Annotatis explicabitur.*

Translatio 19 Nov. 1660.

cognomen Parentii.

5 *Dicendo* de Urbe *videntur indicare Romanæn originem, cognomentum vero* Parentii *à patre sic dicto sumptum pro more usitatiori istius seculi potius crediderim, quam quod aliqua* Parentiorum *familia Romæ extiterit, originem trahens ex Istria, ubi Romanis temporibus nota civitas* Parentium *suum hodieque nomen retinet ad Quieti fluminis ostium, cum portu commodo quem objecta efficit insula: id enim si foret, potius dicendus esset* Petrus de Parentio *quam* Parentii: *cur autem in instrumento translationis* Parentiæ *dicatur potius quam* Parentii, *nisi ubi antiqua scriptura profertur, nondum assequor.*

VITA

Auctore Magistro Joanne coævo, Canonico Ecclesiæ Urbevetanæ.

Ex vetusto Legendario ejusdem Ecclesiæ.

CAPUT I,

Hæresis novorum Manichæorum Vrbeveteri exorta: ad cujus extirpationem Rector constituitur B. Petrus.

1 CÆlestis altitudo consilii, volens quemlibet ad supernæ beatitudinis bravium invitare, certamen proposuit coronandis; in quo nisi qui legitime certaverint, secundum Apostolum, non possunt perpetuæ remunerationis diademate coronari. Ecclesiæ quippe suæ naviculam, diversorum temporum diversis exposuit persecutoribus impugnandam: nam primitivam Ecclesiam, immaculati Agni sanguine comparatam, Judaicus populus & Gentilis diversorum conati sunt tormentorum generibus debellare; sed dum putaretur in electis deficere, tunc demum triumphum obtinebat de hostibus gloriosum. Postquam autem in utroque fuit populo augmentata, in castris hujus vitæ miseræ militando, priorum persecutorum furore fere cessante, multarum hæresum multis pravis doctoribus impugnatur: ut qui divinorum sunt eloquiorum argento probati, excusso pigritiæ somno in necessitatis articulo fiant contra persecutores Ecclesiæ manifesti, Pastores à mercenariis discernantur; his vigilantibus supra gregem fruentibus æterni luminis claritate; illis vero pro negligentiæ somno tenebris exterioribus, ubi est fletus & dentium stridor, perpetuo deputatis. Omnes siquidem sectæ Catholicam Ecclesiam in occultis satagunt jugiter sagittare; sed præcipue *a* Manichæorum hæresis, supra dorsum ejus totius viribus fabricans, & aspidum venenum portans sub labiis, damnati dogmatis malleo ipsam quotidie percutere non omittit.

2 Hujus si quidem sectæ quidam Florentinus, perditionis filius, nomine Dioteſalvi, tamquam Satanas in lucis Angelum se transformans, se aspectu
F venerabilem, honestum incessu & exteriori habitu mentiendo, primus post Hermanninum Parmenensem *b* cum Gerardo Marsanense, tempore Rustici
b *c* Urbevetani Episcopi, doctrinam Manichæorum
c pessimam in Urbeveteri seminavit; asserens, nihil esse Christi Corporis & Sanguinis Sacramentum; baptismum, quem Catholica tradit Ecclesia, nihil proficere ad salutem; orationes & eleemosynas ad absolutionis beneficium non proficere defunctorum; Beatum Silvestrum & omnes suos successores æternæ pœnæ cruciatibus alligatos; omnia visibilia esse à diabolo facta & ejus subdita potestati; quemlibet bonum Beato Petro Apostolorum Principi meritis & præmiis adæquari; quemlibet malum cum Juda proditore pœnam similem sustinere; addens alia nefanda, quæ in libello contra hæreticos edito possunt colligi manifeste. Hos duos hæreticos venerabilis Pater *d* Ricardus Urbevetanus Episcopus ejecit, so-
d licitudine viriliter pastorali. Quibus duæ mulieres, Milita nomine de Monte-Meato & Julitta Florentina, iniquitatis filiæ, successerunt; quæ præferentes exterius religionis Ecclesiasticæ qualitatem, Ecclesiarum limina frequentando, & ut videbatur [illegible]rentæ
[illegible]inis

etiam ab hæreticis illatas,

Post varias persecutiones Ecclesiæ,

pulsis qui hæresim Vrbeveteri spargebant viris.

eadem resuscitatur à mulieribus

A divinis officiis audiendis, in veſtibus ambulantes ovium, interius luporum ſimilitudinem obtinebant. Harum ſimulata religione deceptus Epiſcopus, eas in confraternitate Clericorum, cauſa orationis ſtatuta, cenſuit admittendas. Cumque una illarum, Milita nomine, tamquam altera Martha, videretur eſſe ſolicita pro tecto majoris eccleſiæ reparando; altera, Julitta videlicet, velut altera Maria, vitam contemplativam videretur totis viribus amplexari: pars maxima matronarum noſtræ civitatis, & quidam earum amici, eas cœperunt ſicut ſanctiſſimas feminas venerari. Illæ vero, tamquam familiares inimici & peſtes efficaciſſimæ ad nocendum, & quaſi frigidus ſerpens latens in herba, ſub religionis prætextu, multos & viros & mulieres attraxerunt in labyrinthum hæreſis memoratæ. Videns autem Epiſcopus ſe per illarum ſimulatam religionem eſſe deluſum, Canonicorum ſuorum, Judicum & aliorum prudentum conſilio habito, ex adverſo aſcendens, *& gravibus pœnis coercetur:* & ſe murum opponens pro Chriſti Eccleſia defendenda, in tantum eſt hæreticos perſecutus, ut alii pœnam ſuſpendii ſuſtinerent, alii capite punirentur, alii traderentur flammis ultricibus comburendi, alii majorem [quam] capitis diminutionem perpeſſi extra civitatem, pœnam perpetui exilii deplorarent; B alii vitam ſuam male in ſuo finientes errore, fœtidam extra eccleſiæ cœmiterium acciperent ſepulturam.

c 3 Poſt hæc inter Dominum Innocentium *c* ter- *ſed Epiſcopo Romæ detento,* tium Papam & Urbevetanos ſuper burgo Aquæpendentis, quem ad ſe pertinere dicebat, gravi ſuborta diſcordia; dictus Pontifex Urbevetanos anathematis vinculo innodavit, novem fere menſibus invitum Romæ detinendo Epiſcopum, in ſuæ opprobrium civitatis. Abſente autem Paſtore, oves errantes à grege, luporum ſunt expoſitæ morſibus lacerandæ; quia ubi non eſt gubernator aſſiduus, populus facile corruit ad peccandum. Urbevetana itaque civitate ad tempus ſui Paſtoris regimine deſtituta, quidam f Petrus *f* Lombardus, Manichæorum doctor, relin- g quens *g* Viterbium, in Urbeveteri occulta cœpit *& hæreticis rurſus invaleſcentibus* conciliabula cum quibuſdam pravis doctoribus celebrare: ad quorum prædicationis vocem conveniens nobilium & populi multitudo, tamquam ſirenarum cantu decepta, relicta Petri navicula, cœpit naufragii periculum ſuſtinere. Hæc prava doctrina ita in auditorum mentibus germinavit, ut in tantum hæreticorum exereſceret numerus, quod contra Catho- C licos publice prædicabant; dicentes quod ſi belli contra illos immineret neceſſitas, eos extra civitatem cogerent miſerabiliter exulare. Jam enim mente conceperant conſpirantes, ut, ſi Catholicos non poſſent ad ſuæ iniquitatis perfidiam inclinare, ipſorum ablatis divitiis, & perſonis rejectis, & mortis ſupplicio ſubjugatis, civitatem ipſam, propter ſui munitionem inexpugnabilem, ex omnibus mundi partibus convenientium hæreticorum domicilio deputarent, ad Catholicam Eccleſiam impugnandam. Ne vero tunica Jeſu Chriſti ſciſſionis diſpendium ir- *à Catholicis petitur defenſor,* remediabiliter ſuſtineret, ex inſpiratione divina Catholici convenerunt in unum, viros Catholicos Romam celeriter dirigentes: qui aliquem inde reciperent in Rectorem, qui ſummi Pontificis gratiam Urbevetanis acquireret, pacis & gratiæ Romanorum beneficium impetraret, & de civitate funditus radicem evelleret hæreticæ pravitatis.

4 A populo itaque Romano tranſmiſſi nuntii *& datur S. Petrus,* Urbevetanorum, acceperunt Petrum Parentii exultanti animo in Dominum & Rectorem: quem etiam ſummus Pontifex approbavit, injungens eidem in remiſſionem peccatorum ſuorum civitatem Urbevetanam à fermento hæreſis expurgare; denuntiando eidem, quod ſi propter hoc mortis ſuſtineret periculum, cæleſtis regni acquireret præmia ſempiterna. Hic autem erat ætate juvenis, ſenſus canitie ſenex, ſermone facundus, propoſito conſtans, ingenio perſpicax, memoria tenax, rerum communium diligentiſſimus cuſtos; in tenenda uniuſcujuſque juſtitia firmus, in fide Catholica defendenda firmiſſimus; largiſſimus in eleemoſynis exhibendis, ita quod quando contingebat ipſum per civitatem Romanam cum aliquo equitare, ſi Rectores hoſpitalium poterat invenire, inquiſito de pauperum numero, diligenter ad eorum emenda cibaria, occulte pecuniam exhiberet, & poſtmodum hora comeſtionis ſolus revertens, pauperibus, quaſi famulus domino, ſerviebat. Hic etiam decimas exſoluebat præter Romanorum, Tuſcorum, & aliorum conſuetudinem improbandam. Vocato itaque Petro Parentii ab Urbevetanis in Dominum & Rectorem, anno Domini mi- *qui anno 1099 exceptus:* leſimo centeſimo nonageſimo nono menſe Februarii receptus eſt ab Urbevetanis magnis & minimis, cum olivarum & lauri ramis, cum gaudio & honore: & quia venerat pacem ſubditis miniſtrare, ipſius officium à pace ſumpſit initium commendandum.

5 Prohibuit enim Urbevetanos in carniſprivio à E bellorum conflictibus abſtinere, quia eo tempore h *prohibet in carniſprivio conflictus,* ſub ludi *h* occaſione multa conſueverant homicidia perpetrari. Sed hæretici, qui ſemper Catholicæ invident unitati, volentes ejus laudabile propoſitum impedire, tantam ſub prætextu ludi fecerunt primo Quadrageſimæ die oriri diſcordiam, ut in foro publico civitas tota pugnaret cum gladiis, lanceis & lapidibus, per turres & palatia circumpoſita, concordiæ fœdere violato. Petrus autem Parentii equum aſcendens, ut bellum divideret, inter medios bellatores ſe mortis periculo exponere non expavit: & per medium illorum tranſiens, eſt conſervatus illæſus, divina eum gratia protegente. Ut autem aliquo- *& in hoc delinquentes ſevere caſtigat:* rum pœna eſſet correctio plurimorum, & ne facili tas veniæ incentivum tribueret delinquendi, & pugnatores in eo quod deliquerant punirentur; palatia & turres quibus pugnatum fuerat, pro parte fecit dejici ad ruinam; ſine perſonarum acceptione puniens univerſos, prout rei materia exigebat. Circa illos autem qui per terram pugnarant, quia erant non pauci, & ſtrages erat multorum, ſeveritati detraxit legitimæ ultionis. Sed hoc ſibi ab his qui puniti fuerant, invidiæ fomitem & odium maximum miniſtravit: eo quod difficile ſit trutinam juſtitiæ retinenti, æquali pondere inimicitias injuſtas & odia indebita F declinare. Quia vero cunctis, & malis præcipue, placere non poterat, bonorum Catholicorum amicitiam comparavit.

6 Ut autem melius poſſet hæreticos de agro Ec- *hæreticis præſcribit tempus converſionis* cleſiæ falce juſtitiæ reſecare, cum Epiſcopo Ricardo frequenter habebat conſilium in majori eccleſia, eir ea eum locum adhærendo [ad] ſepulcrum, in quo ejus corpus modo permanet tumulatum. Poſtmodum autem plurimorum habito conſilio ſapientum, in publica ſtatuit concione, ut ſi quis intra diem ſtatutum ad Eccleſiam, quæ gremium ſuum non claudit redeuntibus, remearet & Epiſcopi obedires mandatis, veniam & gratiam mereretur: qui autem redire ante præfixum diem contemneret, pœnam exciperet legibus & canonibus conſtitutam. Epiſcopus vero *obſtinat punit:* exardeſcens contra Manichæorum perfidiam vehementer, teſtimonia hæreticorum, ab hæreſi ad Catholicam redeuntium unitatem, recepit ſolicitudine Paſtorali, & Petro Parentii præſentavit. Hic alios alligavit ferreis nexibus compeditos, alios cenſuit publicis verberibus flagellandos, alios extra civitatem coëgit miſerabiliter exulare, alios pœna mulctavit pecuniæ, quæ amiſſa veris lacrymis ab avaris poſſeſſo-

omni genere virtutum ornatus,

A. JOANNE COÆVO EX MS.

possessoribus deploratur; ab aliis accepit pignora copiose, domos etiam fecit dirui plurimorum. Rector itaque nostræ civitatis, via regia incedendo, nec ad sinistram nec ad dextram declinabat. Unde justitiâ conservatâ sibi persecutionis materiem præparavit in illis, quos punierat secundum juris rigorem & ordinem æquitatis.

Romam reversus, & à Papa animatus ad martyrium:

7 His ita dispositis, Petrus Parentii, ultimum Palcha Resurrectionis Dominicæ cum sua facturus familia, suam patriam visitavit. Dum autem moratur in urbe, Domino Papæ Innocentio tertio volens se humiliter præsentare, sibi tunc redeunti ab Ecclesia S. Petri ad Ecclesiam Lateranensem juxta S. Danielis *i* basilicam obviavit. Cui Dominus Papa dixit: Volumus, Petre, ut nobis fidelitatis exhibeas juramentum, ex quo nostræ civitatis regimen suscepisti. Cui Petrus ait: Pater Sancte, vestris paratus sum jussionibus obedire. Et Dominus Papa dixit: Tibi fidelitatis remittimus juramentum: qualiter civitatem nostram regis, & mandatum nostrum ex contra hæreticos executus? Ad hæc respondit Petrus: Domine ita hæreticos in Urbevetana civitate punivi, ut mihi publice minentur mortis supplicium irrogare. His auditis Dominus Papa dixit: Fili, plus oportet te Deum, quam hominum supplicia formidare: audacter expugna hæreticos: quia licet possint corpus occidere, nullam tamen possunt animæ facere lætionem, sed Deus utrumque in sua retinet potestate. Petrus vero dixit: Quid de me contingeret aliud? Cui Dominus Papa dixit: Fili, nos auctoritate Dei, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli ab omnibus te absoluimus vinculis peccatorum, si per manus hæreticorum fueris interfectus. His auditis Petrus Parentii se humiliter inclinavit, ratam habendo promissionem; & gratias referendo. Propterea spiritum fortitudinis mente concipiens, domum rediit lætabundus; & quasi præscius mortis suæ, fratres suos instituit sibi heredes, occulteque condidit testamentum. Quod cum intellexissent mater ejus & uxor, se lacrymarum effusione ac dolore internæ amaritudinis afflixerunt.

B *testamentum condit.*

ANNOTATA.

a *Hic intelliguntur* novi Manichæi, *qui nomen illud fortiti sunt ob quamdam similitudinem cum antiquis Manichæis. Istorum hæresis repullulavit sec.* 12 *&* 13, *contra quam viriliter pugnarunt* S. Galdinus *Cardinalis Archiepiscopus Mediolanensis, mortuus* 18 *Aprilis anno* 1176, *&* S. Petrus Martyr *Ordinis Prædicatorum, occisus* 29 *Aprilis anno* 1252, *ad quorum Acta de iis latius egimus. Iidem in scheda, anno* 1660 *intra arcam sacri corporis reperta, proprio nomine vocantur* Patareni, *aliis* Paterini, *iidem qui Waldenses seu Albigenses in Francia, de quorum appellatione & erroribus erudite Cangius in Glossario ad verbum* Paterinus.

b *Rectius forte* Parmensem: *est autem* Marzanum, *unde Gotthardus, oppidum in Campania.*

c Rusticus 19 *Episcopus Vrbevetanus, floruit circa annum* 1150 *& sequentes.*

d Richardus 21 *Ep. præfuit an.* 1169, *usque post annum* 1200, *uti apud Vghellum videre est.*

e Innocentius III *sedit ab anno* 1198 *mense Ianuario, usque ad annum* 1216, *quo vita functus est* 16 *Iulii. Discordia autem hæc incidens in principium Pontificatus indicatur in gestis ejus his verbis:* Dedit operam ad recuperandum Radicofanum, Aquam-pendentem, Montem flasconem atque Tuscanum; quæ tandem recuperavit non sine laboribus & expensis, liberans Aquam-pendentem ab Urbevetanis, qui eam acriter impugnabant. *Dist at Vrbevetere* Aqua-pendens x *M.P. illiusque territorio inclusa: & ambæ jam Sedi Apostolicæ subjectæ sunt, cum olim Vrbetana civitas aliquam Rempublicam constitueret.*

D

f *Alius hic* Petrus *est, & multo junior* Petro Lombardo *Magistro sententiarum, qui Episcopus Parisiensis mortuus est* 20 *Iulii anno* 1164.

g Viterbium *urbs celebris Hetruriæ, & hodiernæ provinciæ Patrimonii S. Petri caput, circiter* XV *M. P. Vrbe vetere dissita. Innocentius Papa Epistola ad Viterbienses (quæ est lib.* 2) *severissimas leges in hæreticos tulit,* VIII *Kalend. Aprilis, Pontificatus anno* 1. *Quæ videtur occasio fuisse Petro Lombardo, Viterbio Vrbem veterem fugiendi.*

h *sic S. Bernardinus, in Vita per Barnabæum coævum scripta num.* 15, *dicitur,* radicitus evertisse mortalem lusum, qui Perusii inter cives vetusta consuetudine vigebat, cum scutis & clava.

i S. Danielis *ecclesia Romæ ubi fuerit modo non constat, abolitâ etiam nominis memoriâ.*

CAPUT II.

Martyrium: sepultura, cadaver cælitus honoratum, Latrones puniti.

8 INterea dum à nostra civitate Rector abesset, [Manichæi] alii quos Petrus Parentii justitia exigente punierat, consilium fecerunt in unum, ut eum dolo tenerent, & ad restitutionem pignorum, ad renuntiationem damnatorum, & consensum & favorem habendum in sua perfidia, coarctarent. Invenientes quemdam servum, Radulphum nomine, qui Domino Petro Parentii serviebat, huic promiserunt se daturos certæ pecuniæ quantitatem, si suum Dominum eorum traderet manibus detinendum. Proditor autem avaritiæ facibus inflammatus, quærebat opportunitatem Dominum suum tradendi manibus iniquorum. Ceterum Petrus Parentii, consanguineis suis & amicis ultimo salutationis alloquio salutatis, ad Urbevetanam revertitur civitatem in Kalendis Maji, receptus secundo ab Urbevetanis cum frondibus, floribus & gaudio magno valde. Tunc nec ab hæreticorum persecutione desistens, sed eorum terroribus & minis viriliter conculcatis, illos pœnis legitimis affligebat. Tantam enim virtutis constantiam futuro Martyri contulerat altissimæ providentia majestatis, ut elevatis sæpius ad cælum manibus, in publico & privato Deum, beatam Virginem, & Apostolorum Principem exoraret, ut si umquam vitam suam finiret gladio, eam hæreticorum gladio consummaret, fidem Catholicam defendendo: asserens se beatitudinis gloria decorandum, si per illorum manus mortis periculum toleraret. Et desiderium animæ suæ obtinere promeruit, & suorum labiorum fraudatus non extitit voluntate. Proditor siquidem Radulphus, Judæ similis, imo alter Judas, quia jure illius est sortitus vocabulum, cujus est scelera imitatus, traditioni studuit intendere cum effectu. Nam *a* tredecimo Calendas Junii millesimo centesimo nonagesimo nono feria quinta, dum Petrus Parentii in cœna cum Henrico Romano Judice atque aliis hilaris permaneret, proditor coram caponis de manu Domini ac Rectoris Urbevetanorum importunus accepit, & scyphum infrunitus de manibus ejusdem recipere non expavit, ut proditionis modum posset audacius exercere. Homo pacis in quo sperabat supplantationem adversus Dominum ampliavit: nec mente dormire poterat proditor, sed cum hæreticis multas insidias circa Rectoris nostri palatium & loca vicina pararat, ut sub Catholicorum specie possent ad Dominum introire.

E *Vrbem vetrem revertitur*

animo ad martyrium parato.

F

a *à conspiratis*

9 Cum igitur Christianissimus Petrus Parentii discalceatus in palatio circa primam noctis vigiliam resideret, se præparans ad somni requiem capiendam;

sub noctem captus.

hæretici,

A hæretici, januas palatii obſidentes, quærebant Dominum tamquam colloquium habituri: & proditore cum viris non minimis procurante, ipſum in oſtio palatii capientes, guttur ejus, ne clamorem exprimeret, corrigia fortiter aſtrinxerunt, oppilantes os ejus, & caput pellibus obvolventes: & eum à palatio amoventes, ad loca remota extra civitatem ducere nitebantur. Tunc Petrus, jam mente Martyr, eos cœpit humiliter obſecrare, ne ipſum extra mœnia educerent civitatis; proponens ſe diſcalceatum eſſe, nec calceatum etiam ſe poſſe more peditis ambulare. Tunc Proditor ocreas ſuas ei tribuit calceandas. Interea orta eſt diſcordia inter illos, quibuſdam volentibus illum ad quamdam ſiluam ducere, aliis volentibus eum ad quamdam arcem Ruſpampanum, receptaculum peſſimorum, ducere detinendum. Sic diſcordantibus ad invicem impiis, ſynagogæ malignantium placuit univerſæ, mittere pro ſociis juratæ factionis, & Urbevetanorum Dominum ad quoddam tugurium deduxerunt. Circumdans autem agnum manſuetum ſynagoga luporum, unanimiter proponebat, ut pecuniam ablatam cum pignoribus reſtitueret univerſis; dominatum relinqueret civitatis; juratoriam tribueret cautionem, ſi vitam ſibi vellet ſervare, quod ſectam illorum nullo tempore infeſtaret, ſed potius daret conſilium & favorem. Petrus vero, à petra Eccleſiæ fidei ſuſcipiens firmitatem, dixit ſe pecuniam & pignora velle de camera ſua reddere, non tamen volebat dominatum civitatis dimittere, nec eorum ſectæ de non offendendo ſed juvando facere aliquam cautionem: ſed reſpondit ſe omne potius ſuſtinere tormentum, quam à fidei Catholicæ tramite devians eorum erroribus conſentiret: adjiciens etiam ſe nolle præterire injunctum ſibi mandatum, nec ſe perjurii nexibus obligare, cum civitatem Urbevetanam ſuſcepiſſet uſque ad annum unum juramento præſtito gubernandam. Hæretici autem, minantes ei mortem ſi non faceret quod petebant, non potuerunt virum fundatum ſupra firmam petram minis vel terroribus amovere.

extra urbẽ ducitur

ubi recuſans favere hæreticis,

10 Dum talia tractarentur, & hæreticorum & aliorum vituli multi circumdarent eum, & tauri pingues obſiderent eumdem; quidam ſicut leo rugientes, vocati ſunt ad tugurium memoratum, quorum unus frémens, ut leo, dixit: Cur tot ſermonibus hunc virum peſſimum detinetis? Et elevata manu ita os Petri Parentii niſu toto percuſſit, ut uno excuſſo dente os totum ſanguine rigaretur. Alius autem ſimili furore correptus, inſtrumento molari arrepto, Dominum Petrum Parentii in occipitio cerebri crudeliſſime vulneravit, ita ut proſtratus ad terram pulverem in ore ſuo pro Communionis acciperet Sacramento. Alii autem peſſimorum crudelitatem ſequentes, ipſum Dominum Petrum cultellis & gladiis occiderunt, quatuor plagis adhibitis plagæ ſuperius memoratæ: alii autem cupientes iniquos animos ſatiare vindicta, caput ejus capillis ex multis partibus denudaverunt. Corpus tandem ejus ad quemdam puteum, quodam vegeticulo coopertum, deferentes, ut ipſum projicerent in eumdem ne inveniri poſſet; non potuerunt cadaver depoſitum removere nec os putei aperire. Unde relinquentes cadaver, fugæ præſidio adhæſerunt, apud quemdam truncum nucis corpore immobili permanente: quæ cum eſſet ſterilitatis vitio depravata, eodem anno bis fructum protulit copioſum; divinæ diſpoſitionis conſilio faciente, ut fructus arborem, miracula Martyrem commendarent.

erudeli nece mactatur:

Corpus immobile redditur:

11 Cumque ſummo diluculo ſex fratres molendinarii per Urbevetanam pergerent civitatem, cadaver ſui Domini ac Rectoris longe à palatio invenerunt, putantes mercatorem aliquem interfectum: ſed auroræ ſplendore tenebras repellente, mors Domini Petri fuit omnibus revelata. Tunc cucurrit Epiſcopus, Clerus & populus univerſus, interni ſe doloris amaritudine affligentes, eo quod captus & occiſus erat Urbevetanorum Rector, ſub cujus umbra civitas ſuſcipiebat in juſtitia & honoribus incrementum: cecidit corona capitis eorum, & pupilli facti abſque parre. Quaſi Hieremiæ threnis utendo cogebantur flebiliter lamentari; Vox in excelſo audita eſt, ploratus & ululatus multus: nec ſe poterant conſolari, quia Dominum ſuum à morte, imo verius à vita, non poterant revocare: ſed die noctuque plorantium deſcendebant lacrymæ in maxillas. Conſolantem quærebant ex omnibus caris ſuis, nec poterant invenire; ſed omnes amici eorum illos ſpernentes, extiterunt ignoti & quaſi penitus alieni: verſa eſt in luctum populi cithara exultantis, & organum in vocem flentium eſt mutatum: obſcuratus eſt habitus, mutatus eſt color optimus Clericorum, virorum, mulierum & omnium parvulorum, præ cordis triſtitia & multitudine lacrymarum. Poſiti erant in opprobrium & deriſum omnibus in circuitu conſtitutis, quibus paulo ante timori fuerant & terrori; eo quod negatum eſt ſummis ſtare diu, & mundana felicitas multis amaritudinibus eſt conſperſa. Veſtimentorum amputabant manicas, ſcindebant veſtes & pectora ſua, pugnis fortiter ferientes. Capillos ſuos tam viri quam mulieres radicitus evellebant. Omnes virgines ſquallidæ amaritudine ſunt oppreſſæ, in cunis jacentes ululabant infantes, parentum ſuorum triſtitiam intuentes. Viæ civitatis Urbevetanæ lugebant, eo quod non erat eis feſtivitas neque gaudia conſueta. Curia flebat, quia licet jus eſſet in civitate, non erat tamen qui redderet, nec etiam poſtularet; ſed leges & plebiſcita, morte ſui coacta Patroni, ſilentium tenuerunt. Cum tali ergo triſtitia Poteſtatis Urbevetanorum cadaver ad S. Andreæ fuit eccleſiam deportatum: unde propter ejus ſepulturam non modica fuit orta diſcordia inter cives, quibuſdam volentibus ipſum in dicta eccleſia ſepelire; aliis clamantibus cum Henrico Judice, de jure ipſum eſſe apud majorem eccleſiam tumulandum; quod fuit effectui mancipatum, ſicut divinæ placuit majeſtati. Dignum namque fuit & conſonum rationi, ut qui à blaſphematoribus Jeſu Chriſti & ejus Matris Virginis glorioſæ fuerat interfectus, apud ejus eccleſiam acciperet ſepulturam, & eadem eccleſia honoris & reverentiæ ſuſciperet incrementum. Nam in tantam major devenerat eccleſia vilitatem, ut omni tempore præterquam in feſto Aſſumptionis beatæ Virginis, in Nativitate Domini, ac ſolennitate Paſchali, ab hominum reverentia & frequentia videretur penitus aliena, & vix in ea trium lampadum lumina reſplenderent. Urbevetanorum itaque Patronus in eo ſepulcro, cui ſæpius adhærebat, habendo colloquium cum venerabili Patre Ricardo Urbevetano Epiſcopo de purgando agro Eccleſiæ ab hæretica fœditate, meruit ſepeliri. Locus etiam, in quo ſepulcrum permanet collocatum, fracto ſuperius tecto nullum quaſi habebat contra pluviam munimentum; unde pluvia irrigante, locus ille deſertus, herbis virentibus prato ſimilis videbatur. Sepulto itaque Domino Petro Parentii, non lapide, ſed *b* cultra zendadi, coopertum eſt modico tempore monumentum, ut venirent homines ad triſtes exequias faciendas.

A. JOANN. COÆVO EXMS. *ab Epiſcopo Clero & populo ſumme lugentibus,*

deportatum ad S. Andreæ,

inde ad majorem Eccleſiam:

12 Interea populus exardeſcens in ſui Domini ultionem, quoſdam cepit leſæ majeſtatis crimine veraciter infamatos, ipſos in ſtrata *c* Burgi S. Chriſtinæ pœna debita puniendo. Radulphus autem proditor, ad arcem Ruſpampani fugiens, inflatus poſt modicum crepuit; moriendo ſimilem cum Juda excipiens ultionem, ut quem ſimile facinus coæquaverat,

occiſores debita pœna Puniuntur:

A. JOANNE COÆVO EX MS.

Judæ pœna ſimili feriretur. Alius autem, qui Domino ſuo vulnus mortale intulerat, ad caſtrum quoddam confugiens, inflatus in proximo miſeram animam exhalavit: cujus corpus dum traditum eſſet eccleſiaſticæ ſepulturæ, ita inflando excrevit, ut vix poſſet in tumulo retineri, aërem præ nimio fœtore inficiens: unde infirmitatis & mortalitatis peſtis invaſerat caſtellanos, irruente in illis partibus grandinis tempeſtate. Sed caſtellani fœtidiſſimum effodientes cadaver, ipſum extra caſtrum in loco fœtido tumularunt; & ſic ceſſante cauſa, ceſſavit pariter quod urgebat. Quidam etiam Rectoris noſtri tunicam rapiens de ſepulcro, lavit ſanguinem ex eadem, projiciendo ipſum in loco putredini deputato, unde ſenſit poſtmodum divinæ judicium ultionis. Ex ſanguine autem ejus aliquantulum eſt collectum, & repoſitum in quadam pyxide ..... permanet in majori eccleſia collocatum. Quid plura? Fere omnes, qui de noſtri Patroni fuerunt morte ſuſpecti, ſuæ iniquitatis mercedem à Domino perceperunt. Nec putent ſe aliqui pœnam debitam evaſiſſe, cum id quod differtur non ſemper ab hominibus auferatur; cum arcus magis extenſus feriat fortius reſiſtentem, & divinum judicium puniat crudelius contumacem; cum Deus zelotes peccata patrum uſque in tertiam & quartam generationem ſe aſſerat temporaliter vindicare; cum non omnes vituli adoratores punierit, ſed vindictam in ſucceſſores diſtulerit exercendam; cum mors Chriſti poſt quadraginta *e* duos annos fuerit vindicata.

Sanguinis aliquid, in Eccleſia collocatur.

B

c

13 His talibus ultionibus oſtendebat Deus, ſibi multum in Petro Parentii placuiſſe, quem in exemplum omnibus poſuit & munimentum. Niſi enim ſuſcitaſſet Deus ſemen de grano frumenti ſuper terram, poſt ſe benedictionem relinquens, & feciſſet nobiſcum ſignum in bonum, tota erat civitas peritura. Nam populus in tenebris ambulans, lucis obtinuit claritatem; eo quod riſu dolori commixto extrema luctus gaudia occuparunt, & triſtitia in gaudium eſt converſa: nec permiſit nos Deus tentari ſupra id quod potuimus, ſed fecit cum tentatione proventum, ne triſtitiæ nos immenſitas abſorberet. Placuit ſiquidem rerum omnium Creatori, ne lucerna lateret ſub modio, ſed ſupra candelabrum poſita ſuam oſtenderet claritatem, & civitas in monte poſita ſe faceret manifeſtam, & fructus redderet arborem commendatam, ac perſecutio propter juſtitiam habita beatitudinis indicium demonſtraret. Nam cum Rector noſter in occipitio cerebri, in inguine, in pectore, in parte poſteriori, in renibus, eſſet plagis maximis vulneratus, & cadaver eſſet carnoſum, in tumulo cultræ coopertum velamine; nullum emittebat fœtorem, ſed odor ex eo quaſi aromaticus emanabat. Unde ſtupebant omnes, & multipliciter mirabantur, quod cum maximus eſſet calor, nullum emittebat fœtorem, ſed colorem vivaciorem quam cum viveret continebat: nec palluit corpus, nec membra obriguerunt vitali ſpiritu deſtituta. Nam Presbyteri & Milites digitos ejus frequentiſſime contingebant, & ita eos inveniebant plicabiles, quaſi corpus vitalis ſpiritus & anima vegetarent. Dona-Deus, ſacriſta, vir timens Deum, mendacium fugiens & diligens veritatem, retulit cum quibuſdam Epiſcopo & Canonicis, quod tertio die poſt ejus mortem, ſolis imminente occaſu, vocem audierat puerilem, & vocem ſimilem voci ejus dum viveret: & puerili voce dicebatur ſuper ſepulcrum, Petre, vis reſurgere? Ille vero reſpondebat, dicens ſe nolle reſurgere, nec ad mortalitatis miſeriam remeare, cum veræ vitæ præmiis fruetur. Adjecit etiam dictus ſacriſta, quod eo die circa ſepulcrum divina virtus lumen extinctum mirabiliter reaccendit. Et licet de ſupradictis cum aliis vellet fidem facere juramento, auditores tamen credulitatis aures nullatenus adhibebant. Triſtitiæ namque anguſtiis occupati, radicem arboris, per quam facta miracula narrabantur, non ſubtiliter ſcrutabantur. Arbor itaque noſtra, fundata & radicata ſupra firmam petram, fructum debebat producere commendandum; quia Petrus Parentii, non auctoritate ſua, ſed fundatus ſupra firmam petram, [quæ eſt] fidei firmamentum, auctoritate ſummi Pontificis exercebat in hæreticos legitimam ultionem, factus obediens uſque ad mortem: unde perſecutionem propter juſtitiam patiens, rubricatus eſt poſtmodum ſanguine paſſionis.

Cadaver ſuaveolens, vividum & flexile manet:

animæ beatitudo celitus indicatur.

D

14 Ex quo ſequitur evidenter, quod perſecutionem propter juſtitiam ſuſtinendo beatitudinis ſibi gloriam comparavit, dicente Domino in Euangelio: Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Abſolutionis obtinuit beneficium à Domino Innocentio Papa tertio, Apoſtolorum Principis ſucceſſore, qui eamdem ligandi & ſolvendi cum anteceſſore ſuo Apoſtolorum Principe plenitudinem obtinet poteſtatis, dicente Domino ad eumdem: Quodcumque ligaveris ſuper terram erit ligatum & in cælis, & quodcumque ſolveris ſuper terram erit ſolutum & in cælis. In hujus etiam pectoris armario juris notitia requieſcit. Quod caritatis armis Urbevetanorum Patronus fuerit præmunitus, colligitur evidenter, Domino dicente: Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Sed hic non pro amico terreno, ſed pro cæleſti accepit calicem paſſionis; quaſi diceret cum Propheta: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam. Caritas autem, tamquam fons purus, cui nemo communicat alienus, expulſis vitiis dignam Deo præparat manſionem. Item ſanguinis effuſio pro Chriſti confeſſione, teſte Auguſtino, baptiſmi effectum noſcitur obtinere; imo baptiſmus martyrium ſive paſſio dicitur à Domino in Euangelio: Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor uſque dum perficiatur? Item falce martyrii ſuperflua omnia reſecantur, nam hunc cauſa Martyrem fecit, & pœna pro fide Catholica defendenda. Item omnibus quæ habebat renuntiavit tacite, qui maluit pati pro Chriſto, quam conſentiendo iniquioribus quam Paganis, mortalis vitæ ſibi commoda conſervare.

Matt. 5, 10.

ejuſdem certitudo probatur ex Scriptura.

Matth. 16, 19

E

Joan. 15, 13

Pſ. 115, 12

Luc. 22, 50

ac verum martyrium.

ANNOTATA.

a *Ita corrigendum fuiſſe, quod perperam ſcriptum erat* undecimo, *convincimur ex ſequentibus, & infra num.* 46 *notato* duodecimo Kal. Junii, *pro die mortis & ſepulturæ.*

F

b *Infra num.* 13 cultræ velamen, *pro* culcitra *contractum: at* zendado *Academicis della Cruſca eſt* ſpecies ſubtilis panni *ex quo velamen factum.*

c Burgum S. Chriſtinæ *eſt antiquum* Vulſinium *vulgo* Bolſena, *ad lacum cognominem, ubi* S. Chriſtina *plurimum paſſa eſt, uti ad ejus Vitam dicetur* 24 *Iulii. Diſtat* VIII *M. P. Vrbevetere.*

d *Omittimus verba hic interpoſita, donec clarior ſenſus aliunde reſtituatur: hæc videlicet:* In imagine Domini Jeſu Chriſti, cum beata Virgine depicti circa pectus Chriſti prudenter in quadam feneſtra.

e *Intelligitur Hieroſolyma, exciſa anno æræ vulgaris* 70, *& tunc* 42 *à morte Chriſti quæ accidit duobus Geminis Conſulibus, ſive anno æræ vulgaris* 29, *uti late ea deduximus ante tomum* 1 *Aprilis, & hic confirmatur ita tum etiam fuiſſe alicubi ab auctore lectum.*

CAPUT III.

Miracula mox ab obitu, menſe Majo & Iunio potiſſimum, patrata.

15 EX dictis poteſt colligi manifeſte, quod Beatus poſſit & Martyr merito appellari: ad quæ omnia denotanda Martyrum Coronatori tria ſuæ hiſtoriæ ſimilia dignatus eſt inſignia demonſtrare. Nam feria quinta traditus eſt, buccellam & vinum porrigens traditori; quinque plagis extitit vulneratus; tertio die poſt ſuam mortem, ſicut Chriſtus, primo in viſione cuidam apparuit mulieri. Quædam namque matrona, de diſtrictu *a* Coruarii Urbevetanæ diœceſis, quatuor annis ita manus contractas habuerat, omni confectas macie, ut in eis ſoli nervi exiſtere viderentur, & à mulierum officiis eſſent penitus alienæ. Hanc quidam Prior S. Andreæ de Monte-Martha miſit cuidam venerabili honeſto & religioſo viro, Anſelmo nomine, phyſicali ſcientia erudito, civi Urbevetano, ut ei medicinarum auxilio ſubveniret. Qui cum non poſſet ei cum ſuis proficere medicinis, nono Kalendas Junii ſomnum dans oculis ſuis in nocte, ac palpebris requiem conſueram, vidit in ſomno ſe ante altare B. Petri Apoſtoli Romæ cum magna multitudine permanere; & multorum concentum audiens Angelorum, qualis cantus eſſet, cœpit humiliter poſtulare. Cui unus illorum quærenti reſpondit: Hic eſt Petrus Parentii, qui occiſus eſt in Urbeveteri gladiis impiorum; & hi ſunt Angeli qui eum deducunt ad patriæ manſionem. Evigilans autem mane medicus antedictus, grandævus ætate, quid ſignificaret hæc viſio cœpit ſubtiliter cogitare. Tunc ſupervenit matrona jam dicta, & eum viſitans ſibi ſuam retulit viſionem, dicens ſe in ſomnis eadem nocte vidiſſe totum mundum aquis abundantibus coopertum, in illis autem aquis ſubmergebantur homines, & eadem mulier erat uſque ad labia ejuſdem aquæ liquoribus occupata; & dicebat ei quidam eminens ſuper aquas: Vade ad illum plagatum & ipſe tibi tribuet ſanitatem, & de aquarum fluctibus liberabit. Et ut ipſa mulier referebat, Petrus Parentii videbatur ſtare prope ipſam, ita in veritate plagatus, ſicut vulneratus extitit manibus iniquorum. Dixit autem in viſu mulier: Domine, adjuva me. At ille extendit digitum, & mulier cœpit digitum S. Petri Parentii: & ſtatim de aqua exiens in viſione, fuit cum multis populis liberata. Magiſter autem Anſelmus audiens mulierem & ejus viſionem recogitans, revolvens etiam in mente qua de cauſa fuerat Dominus Petrus occiſus; dixit ad mulierem: Soror, vade ad illum ſanctum Martyrem: quia cum ſit propter juſtitiam interfectus, tibi forſitan deſideratã tribuet ſanitatem. Mulier autem fidem adhibens dictis ejus, ſe devote ac humiliter ſepulcro Martyris præſentavit; ibique orans tota quarta feria, ſe nervis extendentibus & oſſibus fragorem facientibus, elevatis manibus dicebat: Deus adjuva me. Et ſtatim recepit in manibus ſanitatem, ita ut manibus operaretur, quidquid officia exigunt feminarum. Unde ad medicum rediens ſæpe dictum manus ei ſaniſſimas demonſtravit. Medicus autem immenſam concepit lætitiam, cum eadem femina rediens ad ſepulcrum, Deo laudes & gratias referendo. Hoc miraculo divulgato, populus, qui erat ex immenſa triſtitia pallore affectus, & ſilentium retinens quaſi mortuus videbatur, revixit ſpiritu; & quaſi de gravi triſtitiæ ſomno exurgens, ad Dei Genitricis eccleſiam feſtinatis greſſibus convolavit, laudans & benedicens Deum, qui mirabilis in Sanctis ſuis facit prodigia & mirabilia magna ſolus; qui ſanat contritos corde, contritiones alligans atque ſanans

a Sanantur manus mulieris contractæ,

B *prævia duplici viſione*

C

lætitiæ medicina; qui cum iratus fuerit, oſtendit conſuetæ viſcera pietatis, tamquam vino liquorem olei commiſcendo, percutiendo baculo filios, & virga miſericordiæ ſuſtentando. A JOANNE COÆVO EX MS.

16 Populo autem ſuper his laudante rerum omnium Creatorem, Magiſter Anſelmus patri cujuſdam pueri de caſtro *b* Porani caſu obviavit fortuito, cujus filius dexterum brachium aridum habens, & privatus à nativitate totius dexteri lateris poteſtate, in vanum receperat conſilium & auxilium Magiſtri ſuperius memorati. Patrem autem pueri ſic Magiſter Anſelmus alloquitur, ſanatam oſtendens per Martyrem mulierem: Frater, vides hanc mulierem ſanatam? Sicut Deus ad honorem Martyris iſtam ſanavit, ita filio tuo ſi vult poteſt ſanitatis gratiam exhibere. Pater vero pueri ſermonibus medici roboratus, filium detulit ad ſepulcrum, proſtratus ad terram, & lacrymis irrigatus: cujus filium eadem nocte plenæ reſtituit Dominus per ſuum Martyrem ſanitati.

b *& pueri brachium aridum.*

17 Ipſo di quo Rector noſter manibus occubuit impiorum, quædam mulier de caſtro Sermognani Balneoregenſis *c* diœceſis, audita ſiniſtra fama de morte Martyris interfecti, qui amicum ejus hæreticum debita punierat ultione, cœpit non modicum exultare; flexiſque genibus & elevatis manibus cœpit proferre contra Martyrem blaſphemiam, dicens: Benedictus Deus, quia mortuus eſt ille peſſimus homo, qui multos injuſte homines affligebat. Expleto blaſphemiæ ſermone, ſtatim oris in poſteriori parte ſuſtinuit torſionem, ut in eo in quo deliquerat puniretur. Quæ pœnitens de commiſſo, flens & ejulans B. Petri tumulum viſitavit; & ſuum plorando reatum, os ſenſit in ſtatum priſtinum reſtitutum. Ex his & aliis multis miraculis, quæ laboriоſum eſſet redigere in ſcripturam, fama noſtri Martyris, velut alabaſtrum unguenti fracti, redolebat per partes Tuſciæ univerſas & alias provincias circumſtantes; & venientes multi afferebant male habentes, & curabantur omnes variis languoribus prægravati. Quidam maligni ſpiritus, volentes hominum frequentiam à tumulo cohibere, in quadam feneſtra proxima carnem fœtentem & marcidam projecerunt, quod poſt modum à Deo non extitit impunitum.

c E *Blaſphemæ os diſtortum ea pœnitente reſtituitur.*

18 Presbyter Lambertus de Plano, quia reſperſus fuerat à lepra hæreticæ fœditatis, à communione Cleri & beneficio Eccleſiaſtico extitit ſeparatus. Cumque frater ejus Pepo ita digitos à principio Auguſti habuiſſet rigidos & annexos, ut nullum poſſet plicare, vel alterum ab altero ſeparare; Urbevetanum Epiſcopum & Clerum humiliter exoravit, ut dictum Presbyterum in communionem Cleri & beneficiorum reſtitueret intuitu divinæ pietatis, ut ex proventibus Eccleſiaſticis vitæ ſibi poſſet neceſſaria miniſtrare, quia non erat ei patrimonium vel aliqua pecunia, ex qua ſe vel uxorem vel filios poſſet aliquatenus ſuſtentare. Cujus precibus cum Epiſcopus nullatenus flecteretur, feria quinta poſt beati Martyris obitum, præfatus Pepo cum multis aliis infirmitate gravatis, pedum & fidei greſſibus ſepulcrum Martyris viſitavit; ibique jacens, & ſua peccata deplorans, Martyrem humiliter poſtulabat, ut manus ſuas dudum perditas reſtitueret ſanitati. Statim autem manus ejus ita ſunt reſtitutæ priſtinæ ſoſpitati, ut nulla in eis infirmitatis veſtigia remanerent. Ego ſcriptor hunc novi ſic longo tempore impeditum, poſtea vidi manus ejus ſanitati evidentiſſime reſtitutas. Eâdem die Agatha uxor Prungnoli, de regione Sanctorum Apoſtolorum de Urbe-veteri, cum cæcitatis vitio laboraſſet decennii tempore jam elapſo, ante ſepulcrum Martyris percepit optati luminis claritatem. Eâdem die, per meritum Martyris ſui, unum oculorum Dominus ſanitati reſtituit, quem Michael perdiderat Cannaiolus.

Digiti rigidi priſtino vigori reddantur: F

illuminantur cæci:

A. JOANNE COÆVO EX MS. *alii infirmi curantur.*

19 Sanavit etiam filiam Joannis Agnetis, quæ à nativitate aridi brachii erat viribus deſtituta. Eâdem die filiaſtra Venturæ, quæ diu viribus caruerat brachii, conſecuta eſt gratiam ſanitatis. Et filia Domini Marſuppii lumen in uno, quo carebat, oculo recepit cum gaudio vehementi. Feria ſexta poſt ejus obitum, id eſt octavo die, à quadam muliere dæmonem effugavit. Sub ſequenti Sabbatho, hoc eſt nono die poſt ejus tranſitum, dum in veſperis, Benedicamus Domino, diceretur, mulier quædam de Forricella, nomine Andromacha, cujus pellis conſumptis carnibus contractiſque nervis oſſibus adhærebat, ut à collo inferius omnium videretur membrorum officium impeditum; jacens & orans ante ſepulcrum, plenæ ſanitatis eſt gratiam conſecuta, ætatis provectæ femina; ita ut jam non vetula, non ut heri & nudiuſtertius infirma & imbecillis, ſed ſaniſſima & potentiſſima juvencula videretur.

20 Sequenti die, hoc eſt die Dominico, dum Epiſcopus cum Canonicis Tertiam more ſolito decantaret, & dum ſanctiſſimi corporis cuſtos turbæ aſtanti languentium diceret & clamaret: Diſcedite à ſepulcro, quia ecce Nuntii ſummi Pontificis & almæ Urbis adveniunt, ut ſepulcrum videant, inquirentes ſi vera ſunt, quæ fama divulgat per provincias circumſtantes; mulier quædam de vico Atriani, quæ in nocte Kalendarum Novembrium auditum prorſus amiſerat & loquelam, ante ſepulcrum quinque diebus jacuerat ſemiviva. Hæc brachiorum, manuum, pedum, & utriuſque cruris erat officiis & potentia totius corporis deſtituta, deglutiendi & digerendi quæ ſumebat relicta ſibi ſolummodo facultate. Hæc quippe miſera mulier oculis corporeis fere cæca, vidit in ſpiritu Petrum Parentii, quem oculo numquam intuita fuerat corporali; ſurda Urbevetanorum Apoſtolum, expugnatorem Manichæorum audivit, cujus nullam habuerat notionem, qui dixit ei: Surge. Et ſtatim ſurrexit mulier, nullo humano auxilio ſuſtentata; & facto ſibi Crucis ſigno hanc primum vocem emiſit dicens: Sancte Petre Martyr, adjuva me. Puella olim forma corporis decorata nunc mente formoſior, interiorem & exteriorem percipiens ſanitatem, illum videt in ſpiritu & cognoſcit, quem numquam viderat in corpore conſtitutum: & licet eſſet confecta macie ac longa infirmitate gravata, facta obedientiæ filia, non expectata ſecunda juſſione obedit; & ſine juvamine, ſine ulla dilatione ſurrexit: quod eſt ſanitatis reſtituræ in corpore indicium manifeſtum. Divina ſiquidem hoc fuit proviſione ſtatutum, ut advenientes Nuntii Romanorum, coram turba maxima confluente, viderent per Martyrem miraculum manifeſtum, tamquam Chriſtus pro ſuo Martyre diceret allegando; Generatio perverſa non credit niſi videat ſigna & prodigia manifeſta: ut invidiæ livor, conceptus contra Martyrem dum viveret, deleretur, eo quod juxta Veritatis vocem, Non eſt Propheta ſine honore niſi in patria ſua: quia naturale vitium eſt, cives civibus invidere, virtutemque invidiæ materia comitatur. Summa petens livor, qui paſcitur in vivis, poſt mortem minime requievit. Hunc Martyrem credo, teſte Apoſtolo, eſſe aliis odorem vitæ in vitam, aliis odorem mortis in mortem; ut more Chriſti aliquibus in reſurrectionem ſit poſitus, aliquibus in ruinam. Hunc ita diligunt inimici Eccleſiæ ſicut Judæi Dominum Jeſum Chriſtum. Fac nobiſcum, quæſumus Deus, per interceſſionem Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum tuorum merita veneranda, ſignum in bonum ad totius Eccleſiæ firmamentum, ut quod noſtra peccata præpediunt, tuæ nobis impetret gratia pietatis & revelatio Domini cor tangens divinitus inſpirata.

Coram Papæ nuntiis

apparente S. Petro curatur mulier muta & contracta.

Matth. 13, 57

2 Cor. 2, 16

21 Inter omnia vero miracula quæ Dominus per ſuum Martyrem in Urbe-veteri demonſtravit, magnum miraculum ad honorem Dei & ſui Martyris quoddam ſæpiſſime coram multitudine diverſarum gentium coruſcavit. Aſtante enim & vidente fidelium & infidelium, multitudine innumerabiliter copioſa, ignis de ſurſum cælitus quandoque inferius mittebatur, & extinctas lampades, candelas & cicindelia mirabiliter accendebat, nunc colorem ſcarlacteum, nunc aureum præferens, quandoque ab igne noſtro uſitato penitus alienum. Per quod miraculum fidelium corda vehementer accenſa fuerunt circa Dei genitricis eccleſiam, quæ tamquam deſerta erat, & ad ſepulcrum Martyris viſitandum. Ob hoc etiam prævaricatores, qui dicebant illam ſpeluncam latronum, redeuntes ad cor, eccleſiæ limina, ut videbatur, devotis mentibus viſitabant. Expediebat enim ut unus moreretur pro populo, ne periret noſtra civitas univerſa: eo quod tunc obmutuerunt hæretici, qui in primo in plateis & vicis publice prædicabant. Aſpiciant ergo ad hanc lucernam ſuper candelabrum conſtitutam vulpes Sampſonis, deſtruentes Eccleſiaſtica inſtituta, locuſtæ numquam in eodem loco manentes, ab utero Eccleſiæ aberrantes; & videant ſi per aliquem ſuorum, pro ſuo combuſtum vel ſuſpenſum errore, dignatus eſt Deus talia demonſtrare. Sed non eſt mirandum, quoniam tamquam ſteriles arbores & inciſæ, præciſi ab Eccleſiæ unitate, fructus producere non poteſtis. Sed quia negare miracula non poteſtis, dicitis Chriſtum viſibilia miracula non feciſſe. Viſibilia vero miracula non valentes negare, mentimini ea Luciferum veſtrum Deum & Dominum operari, quia Deus per vos nullatenus operatur. A quo igitur aliquis veſtrum, membrorum deſtiturus officio, vel infirmitate gravatus, appetit liberari? Quomodo verum Deum adorare vos dicitis, cum ſecundum veſtrum errorem nullam in hoc mundo retinens poteſtatem, nihil dare valeat vel auferre? A quo niſi à diabolo, quem adoratis occulte, neceſſaria poſtulatis? Aſpiciant ad jam dictam lucernam vaſalli & feudatarii Jeſu Chriſti, de patrimonio non ſuo ſed Jeſu Chriſti viventes, lac, lanam & carnem de Chriſti ovibus emulgendo, tondendo & etiam incidendo; & quod errat ſtudeant revocare, quod eſt ægrotum ſanent, quod confractum eſt alligent; minas hominum non timentes, quia hunc Martyrem ad loricam Eccleſiæ Deus voluit ordinare, ponens illum in exemplum fidelibus univerſis. Qui autem hujus exemplum in Domini ſui prælia renuerint timore vel amore hominum imitari, noverint ſe ingratitudinem perdendi feudi proculdubio commiſiſſe, ac ſe à cæleſtis Domini curia clauſis januis repellendos.

Igne cælitus lapſo accenſæ lampades.

ad opprobrium hæreticorum.

& exemplum Catholicorum.

22 Superat me ſcriptorem materia miraculorum, ideo ſunt Martyris noſtri miracula brevianda. Hodie quo liberata eſt *d* Theodora, idem inclytus martyr à muliere quadam de Stendanello *e* ſeptem dæmonia effugavit. Mulier quædam, Complita nomine, de vico Citerolli, ruſtica nobilium virorum Munaldi-Petri Cittadini & fratris ejus, unius anni & duorum menſium ſpatio tunc elapſo, ita collum tortum habuerat, ut os & tota facies magis dorſum quam ventrem reſpiceret: quæ ita erat aſpectu horribilis, ut nullus de familia prædictorum Nobilium ejus vellet domum intrare, hoſpitium recepturus. Hæc etiam miſera mulier tantæ infirmatis erat vinculis obligata, ut numquam buccellam poſſet per ſe ponere ori ſuo. Cumque Martyris noſtri fama ejus auribus inſonaret, dixit ſorori ſuæ, quod ſepulcrum Martyris volebat viſitare. Tunc ſoror ejus & tota familia, cum de illius deſperaſſent penitus ſanitate, ipſam loqui tamquam unam de ſtultis mulieribus reputantes, eam cœperunt, ne iret, multipliciter dehortari. At illa

Fugantur dæmones.

Sanantur, mulier colli retorto horribilis,

A de Martyris virtute confisa, verbis, minis, terroribus ac precibus familiæ suæ contemptis, tertio Kalendas Julii sepulcrum Martyris visitavit, ibi sperans in Domino & suo Martyre sex dierum spatio permanendo. Post quos, dum esset ibi, Paulus, Dominæ Odolinæ matris Martyris nuntius, percepit plenissime sanitatem, & Episcopo & Canonicis fuit sana & incolumis præsentata: quam sanatam vidimus; & infirmitate jam dicta, fuisse prægravatam cognovimus per custodes sepulcri & dictos Dominos mulieris, & familiam ejus, & famam pnblicam.

contractus cruribus & pedibus,

23 Hujus mulieris Dominus Munaldus, nobilis, civis Urbevetanus, sapiens, humilis, potens & divitiis perabundans, ita erat crurium & pedum viribus destitutus, ut de lecto per se assurgere non valeret, nisi eum sui clientuli elevarent. Hic cum diversorum habuisset consilium & auxilium medicorum, optatæ non poterat perfrui gratia sanitatis: sed in vanum multis expensis se claudum pedibus, fidei vero gressibus ambulantem, fecit in cultra zendadi à servientibus suis ad sepulcrum Martyris deportari; & ibi aliquantulum perseverans, Dei & Beati Petri Martyris humiliter auxilium implorando, sanitatis est gratiæ restitutus; ita ut qui deportatus fuerat manibus alienis, sanus & incolumis ad propria remearet, Deum & suum sanctum Martyrem benedicens.

B

Presbyter fistula & febri laborans:

24 Presbyter Rusticus, de villa quæ vocatur Apulia Urbevetanæ diœcesis, ita per multos annos fuerat fistulæ vitio fatigatus, ut multis expensis factis in medicis, de sanitate penitus desperaret. Tandem recurrens ad Domini misericordiam consuetam, cum dictæ infirmitatis onere gravaretur, & nimium febrilibus caloribus æstuaret; sepulcro se Martyris præsentavit, se voto Martyri obligando, ut per ejus merita liberaretur ab infirmitatibus, quæ ipsum vehementissime affligebant. Tunc somnum oculis suis dedit, requiem palpebris tribuendo; & postmodum à somni requie consurgens, ita invenit se à febris gravamine liberatum, ac si eum minime afflixisset. Fistulæ autem orificia ita cœperunt remotis medicamentis in dicto Presbytero desiccari, ut infra octo dies esset remoto humano auxilio plenissime liberatus. Hunc etiam, sicut fertur, noster Martyr à periculo animæ, quod est gravius, liberavit. Quia cum primo reputaretur Ecclesiæ inimicus, modo amicus ejusdem factus, Deum honorans, beatæ Virginis ecclesiam visitans, & Martyris nostri sepulcrum venerans, se non ingratum percepræ sanitatis ostendit,

C

sed verbis & operibus se demonstrat cultorem fidei Christianæ. Hujus Martyris patrocinium, tota mentis devotione imploratum & animi puritate, vota

ipse Auctor,

fidelium ad portum dirigit salutarem, sicuti ego scriptor didici per effectum, hunc scribens quaternum ad Dei suique Martyris honorem, voti solvendo debitum quod promisi.

contracti aut paralytici quinque

25 Item juvenis quidam nomine Bochus, ita infirmitate dorsi gravatus, ut nullatenus per se valeret assurgere, nec aliquo modo posset incedere, nisi duas crucias ascellis haberet suppositas, sæpe (dum Martyr in seculo viveret) erat in ejus præsentia. Hunc B. Petrus Martyr sanavit, tamquam sibi notum, statim ut ipse defunctus fuit. Et quidam, nomine Caput-auri, qui à longis temporibus manus ita contractas habebat, ut nihil posset operari per eas, percepit à sancto Martyre sanitatem. Hic erat de regione matricis ecclesiæ. Presbytero Bono-homini, Capellano S. Stephani, qui bene plus quam centenarius creditur, sex annis parum aut nihil videnti, visum ita restituit, ut jam videat quidquid illi est necessarium. Vetulam quamdam nomine Benesurdam, ita incurvatam ut parum altius portaret caput quam genua, semper baculo innitentem, ita glorioſus Martyr sanavit, ut modo libera sine baculo erecta incedat, ex quo in ancillam se Martyri tradiderat: & hæc erat de regione S. Constantii. Videns hæc & alia multa miracula Domina Maria, uxor Tudini Rapizonis, quæ in Urbe-veteri nulla generosior erat, cum omnibus privata esset dexteri brachii viribus, & in manu vires nullas haberet, sese obtulit Martyri, promittens ei semper se servire: unde post modicum tempus plenissime in brachio & manu recepit potentiam: & hæc erat de regione S. Andreæ. Quidam noster civis, nomine Alamannus, Stuplonis filius, de S. Juvenalis parochia, qui à pueritia manum & brachium pendulum habuit, ut nullo modo ipsum posset erigere; postquam se devovit Martyri, sufficientes vires accepit per modica intervalla temporis in manu & brachio: & sic modo illo utitur, ut alio. Nec mirum si non omnes, quos erat sanaturus noster Apostolus, statim ad plenum sanavit. Nam & Dominus noster Jesus, cum ei cæcus secundum Marcum adduceretur, ut eum tangeret & illuminaret, apprehensa manu cæci eduxit eum extra vicum; & expuens in oculos ejus, impositis manibus interrogavit eum, si videret aliquid; & aspiciens ait, Video homines velut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos, & cœpit videre, & restitutus est, ita ut

E

videret clare. Quem uno verbo totum simul curare poterat, paulatim Dominus curat, ut magnitudinem humanæ cæcitatis ostendat, quæ vix & quasi per gradus ad lucem redit; & gratiam suam nobis indicat, per quam adjuvat singula incrementa perfectionis.

A. JOANNE COÆVO EXMS.

item alius.

Mar. 8, 22

ANNOTATA.

a Corbara *trans Paliam flumen 4 P. M. Orvieto distans ad Austroboream.*

b Poranum, *simili intervallo distitum ad Euro-austrum.*

c Balneoregium *vulgo* Bagnaréa, *patria S. Bonaventuræ, in agro Vrbevetano versus Patrimonium S. Petri. At vicus* Sermognanum *vicinius est Vrbi-veteri, vicinum Porano prædicto.*

d *Videtur aliquid præcessisse, hic omissum de liberatione cujusdam Theodoræ.*

e *Quinto versus Boream milliario ab Orvieto notant tabulæ locum* S. Stendano, *cui an vicinum sit diminutive hic dictum* Stendanellum, *nescio; multoque minus novi aliquem* Sanctum Stendanum, *unde loco nomen; sed dubito an* S. *non irrepserit pro* C, *quo* Castrum *notaretur.*

F

CAPUT IV.

Miracula varia mense Iulio, Augusto & sequentibus facta.

Sanantur cæci duo tandemque contracti,

26 IN die S. Margaritæ, multis præsentibus, illuminavit oculum cujusdam de Comitatu Senensi de castro Montellæ, nomine Anareescelli. Undecimo die intrante Julii, dum Matutinum diceretur, sanavit quemdam Andream ultra Bellam-villam Campaniæ, qui manum dexteram & brachium contractum habuerat quindecim annis, ut ipse dicebat. Infirmitas autem istius Andreæ & diuturnitas infirmitatis plenius nobis innotuit, ex brachii cicatrice & signis, & nobilium Clericorum & laicorum patriæ illius assertione, qui dum vidissent & novissent eum infirmum in terra suæ nativitatis, & apud Burgum S. Christinæ sanatum eum viderent, pro magno habuere miraculo; & statim Deum, qui solus mirabilia facit, laudantes ad Martyris sepulcrum venerunt: ibique noctibus & diebus orantes, plus quam per hebdo-

A. JOANNE COÆVO EX MS.

hebdomadam perſeveraverunt, omnibus qui audire volebant referentes, quod Andreas brachium aridum & contractum habuerat. Poſtea à muliere quadam de Caſtro-Turris, quod eſt in noſtro Epiſcopatu, manifeſtiſſime fugavit dæmonium. Eadem die qua ſanavit Andream, de quo dictum eſt, finita Miſſa unus eſt curatus contractus: [& viſus reſtitutus] cuidam puellæ, nepti Benedictonis de regione S. Conſtantii, quæ per quadrimeſtre tempus unius oculi lumen amiſerat. Magiſter Donadeus, optimus faber lignarius, dum quamdam trabem incideret, mole trabis oppreſſus, quadriennio ita incurvus inceſſit, ut ambulando genua ore pene contingeret: ſed ad ſepulcrum accedens, & à Martyre miſericordiam poſtulans, plenæ ſanitatis gratiam eſt conſecutus: & hic eſt de regione S. Andreæ.

& mulier. 27 Quædam mulier, nomine Bona-femina, de regione S. Juvenalis, quam Deus occulto ſuo judicio jam diu viſu privaverat, decimo quarto Kalendas Auguſti, Epiſcopo & univerſo Clero præſente, lumen recepit: unde tunc primum Epiſcopus & Clerus in hujus illuminatione hymnum Te Deum laudamus cantaverunt. In ſuo ſermone hoc pro inſigni miraculo Epiſcopus reputavit, quod ille beatiſſimus Martyr meretrices in ſomnis ad regnum cælorum invitans, ſicut ex earum confeſſione receperat, eas convertit ad cultum religionis. Ad hæc idem Epiſcopus in conventu reſidens retulit, quod dum Dominus Farolfus de Corvari apud Montem-Martem detineret quemdam ſub tribus ſeris in compedibus ferreis, B. Petrus Martyr in ſpiritu captivo apparuit, dicens: Surge & abi. Qui ſciens locum ſuæ captivitatis valde munitum, & ſe ferreis vinculis compeditum; de fuga omnino diffidens, non ante quam tertio admoneretur iter arripuit; cui divino nutu ultro aperta ſunt oſtia, & ſic ille captus & vinctus ſe facillime cum ferramentis in ſuam libertatem recepit. Cum filius Ildibrandini Dalimani, de regione S. Mariæ, de altiſſima ripa Urbe-veteris caderet, in ipſo caſu cœpit clamare ac dicere; S. Petre Martyr, adjuva me. Statim B. Petrus per cincinnum capitis eum arripuit, & ita ſuaviter per cincinnum in planitiem eum depoſuit, ut adoleſcens prorſus nullam læſionem ſentiret. Cumque ipſum mater de alto clamaret, putans illum ſibi prope aſſiſtere; ille de ſub ripa reſpondit dicens: En cecidi, ſed B. Petrus me in plano valde plane depoſuit: & ſtatim ſanus & incolumis per portam regrediens, Epiſcopo & Clericis admirantibus, populis Deum laudantibus eſt præſentatus. Cum mulier quædam de Torrecella, venerabili viro Presbytero Benedicto Priore de Stiolo aliis pluribus honorabilibus referente, pene omnium membrorum multis annis perdidiſſet officia, in grabato ad Martyris ſepulcrum ſe fecit adduci: ibique aliquot diebus ac noctibus in oratione perſiſtens, ita ſanitati eſt reddita ac ſi nullam infirmitatem paſſa fuiſſet.

B

Liberatur captivus

& lapſus ex alto,

C

curatur contractus.

Lumen in ſcuto S. Petri apparet.

28 Cum ſexto decimo Kalendas Auguſti uſque in duodecimum Kalendas, in ſcuto Martyris, quod in eccleſia erat appenſum, nocte nunc unum, nunc duo, nunc tria, nunc quatuor viderentur accendi lumina, & eadem poſt aliquod intervallum viderentur extingui; turbis concurrentibus atque mirantibus & Deum laudantibus, alii dicebant hæc lumina naſci ab accenſis lampadibus, quarum numerus ad centum viginti quatuor aſcendebat; alii dicebant, ideo tam frequenter per ſe igne materiali accendi candelas & lampades, & in ſcuto apparere iſta micantia ſidera, ut homines accendantur in ea quam Martyr prædicavit fide Catholica. Sed prævaluiſſe videtur poſteriorum ſententia, eo quod inferiora lumina non videbantur ſic eſſe diſpoſita, ut ſcutum in aliqua ſui parte poſſet ab eis lumen recipere: & quia extinctis lampadibus prædicta lumina velut ſidera in ſcuto lucebant, & lampadibus accenſis lumen illud interdum in ſcuto non apparebat. Tertio Kalendas Auguſti vidimus aliud, quod omnibus præcedentibus miraculis viſum eſt mirabilius. Jam enim præterierant quatuordecim anni & amplius, quando mulier quædam Lombarda venit in Urbem-veterem. Hæc ſcabella duo ferens in manibus, repens ſuper terram, tibias, crura & pedes coriata poſt ſe trahebat. Cumque aliquot annis ſic ſuper terram repſiſſet, ex his quæ oſtiatim quæſierat ſibi emit aſellum, qui eam uſque ad præfixum diem portavit. Hæc dum quarto Kalendas Auguſti dormiret in hoſpitali S. Georgii, quod apud nos eſt, Martyr noſter tertio apparuit ei dicens, Surge. Cum prima & ſecunda vice non crederet, tertia vice monita ſurrexit; & ſine omni humano auxilio in pedes ſtetit erecta; & civitatem tremens intravit, ad ſepulcrum Martyris veniens: ſecundo die conſolidatæ ſunt plantæ, firmata crura, ut jam ad hoc videatur numquam fuiſſe infirma. Eodem die ſanavit duas mulieres Viterbienſes, quarum una erat de Plano-Scarlani, à quinque annis curva, quæ novem diebus ante ſepulcrum jacuit antequam ſanaretur. Altera mulier ambas manus habebat omnino aridas, quæ decem diebus apud Martyrem fuerat. Infirmitatis primæ fuit teſtis Donadeus Vigilia, Rainaldus Boccabovis, & aliis plures. Infirmitatis ſecundæ, quæ infirmabatur in manibus, teſtis fuit Joannes frater Domini Dominici, qui Viterbio eam adduxerat, & Dominus Dominicus & alii multi. Teſtes ſanitatis ſumus nos, qui eas vidimus & ſanas eſſe cognovimus.

D

Sanantur contracti.

E

29 Subſequenti Sabbatho à quadam muliere, quæ ſecundum ſuam aſſertionem diu Romæ habitaverat, dæmonem effugavit. Feria ſexta ante feſtum S. Mariæ ſanavit quemdam, qui erat contractus: & duos cæcos illuminavit; unum de Ficulle, qui vocabatur Daniel, qui fuerat cæcus quinquennio. Feſtum Aſſumptionis B. Mariæ in tanto gaudio celebravit noſter Epiſcopus, Clerus & ejus populus, in quanto non fuit celebratum patrum & avorum noſtrorum temporibus; ſed in luctu eſt converſa lætitia, & gaudium in mœrorem: tantum enim eſt ea die inter familiam Epiſcopi & Canonicos natum ſcandalum, quantum antea ortum non fuerat. Neſcio utrum propter hoc, an propter aliud occultum Dei judicium, ex tunc deſierunt per ſe ante ſepulcrum accendi lumina, nec viſa ſunt poſtea accendi, præterquam in feſto B. Severi, quod eſt in Kalendis Octobris, cum prius pene omni die accenderetur. In octava beatæ Mariæ extenſus eſt filius Joannis Amoroſi, puerulus pene à nativitate contractus & omnino perditus; cui Joanni frequenter Martyr apparuit, dicens ut puerulum ſuum ad ipſius ſepulcrum portaret ſanandum. Feria ſecunda poſt Octavam B. Mariæ illuminavit ſororem nobilis viri Petri de Fractaguida, quæ triennio & amplius fuerat privata luminibus. Cum Petrus dictus Porcarius, qui olim, ſicut dicebat, fuerat ſerviens apud S. Andream de Lauduno in Archiepiſcopatu Senonenſi, oculos ita in capite revolutos haberet, ut ex altero parum, ex altero nullum lumen haberet, & vix ipſius pupilla pareret; ab eo tempore quo noſter Martyr paſſus eſt, in oratione ſepulcrum frequentans cum devotione perſeveravit: & cum omnes de ipſius ſanitate diffideremus, ſemper tamen ipſe ſperavit, & in feſto B. Calixti ſe ſanum & incolumem in Capitulo noſtro præſentavit.

F

item contracti & cæci.

30 Dum quidam Caſtellanus de Lerona omnium horum eſſet incredulus, & diceret Martyrem peccatorem fuiſſe, nec aliquem cæcum per ſe poſſe illuminari, continuo eſt cæcitate percuſſus; nec ante oculorum lumen recepit, quam publice peccatum ſuum

2 Blaſphemi excæcantur:

A ſuum Epiſcopo confiteretur. Sed ubi ad Martyris ſepulcrum acceſſit, & coram omnibus delictum ſuum fuit confeſſus Epiſcopo, ſine dilatione ſanitatem ſuſcepit. Item dum quidam Nobilis de civitate Balneo-regienſi omnino iſta non crederet, ſed potius in deriſum & contemptum Martyris diceret, ſe quemdam aſinum cæcum habere, illum ſe velle ad Martyris ſepulcrum adducere, ut in eo aſino experiretur, & Martyris probaret potentiam, utrum poſſet cæcos illuminare; & hic oculorum lumen amiſit, & tanto in oculis exurebatur incendio ac dolore, ut nullatenus in aliquo poſſet conſiſtere, quieſcere, nec aliquam quietem habere. Veniens ergo ad ſepulcrum quarto Kalendas Octobris, & peccatum Epiſcopo confitens, jurans etiam ſic in veritate eſſe ut diximus, ſtatim oculorum incendium & dolorem amiſit, ſed lumen non receperat in Kalendis Octobris, quando hæc ſcriptura eſt condita.

Membrorũ uſus reddi-tus.

31 Puella quædam, filia Joannis Agnetis, de civitate Balneo-regienſi, ita uſum membrorum per annum amiſerat, ut nullo modo poſſet aſſurgere. Hanc pater Martyri noſtro devovit, & viginti quinque diebus ante ſepulcrum ejus eam fecit jacere. Ea tunc non liberata; quaſi de ipſius ſanitate deſperans,

B eam reduxit ad patriam. Sed cum quadam nocte jaceret, vocem audivit ſibi dicentis, Surge. Illa putans ſe à patre vocatam, reſpondit: Pater, quomodo imperas me ſurgere, cum me noveris infirmam? & nullam mihi eſſe ſurgendi potentiam? Cui Pater dixit: Non hoc præcepi, nec te vocavi. Cumque illa iterum obdormiſſet, Martyr ei apparuit dicens, Surge & ſta ſuper pedes tuos, quia ego te liberavi. Statim hilaris ſana facta ſurrexit, & quocumque voluit bene ſana inceſſit. Dum Petrus Galdie, civis Balneo-regienſis, haberet filium nomine Jacobum, qui in cru-

Curantur cruris infirmitas,

re patiebatur incurabilem infirmitatem, cum oſſa cruris magnas facerent apertiones, adoleſcentulum ita impedientes, ut nuſquam ire poſſet niſi ab una vel duabus perſonis deportaretur; divinitus inſpiratus, Martyri per matrem tranſmiſit illum; ibique juvenis cum matre apud ſepulcrum cum multis lacrymis orans triduo jacuit, ac per miſericordiam Dei & Martyris merita ab infirmitate, quam patiebatur, ita convaluit, ut omnino non doleat, vix cicatrices aperturarum appareant, & juvenis modico baculi adjutus auxilio competenter incedat. Loca autem cruris, quæ fuerunt oſſibus & carne privata, nondum plene receperant repletionem quando miraculum

C ſcripſimus. Sanatus eſt juvenis anno milleſimo centeſimo nonageſimo nono, menſe Decembris: ſcriptura eſt facta anno milleſimo ducenteſimo, quinto die intrante Januario. Quarto decimo Kalendas Aprilis, integratis oſſibus, vidi eum bene incedere. Filius Jacobi de Caſtro Lubriani de Epiſcopatu & comitatu Balneo-regienſi, à principio ſui paſſus eſt ſpaſmum; unde pater ejus medicus, quinto die poſt nativitatem ejus, eum inter ſcapulas coxit. Puer à ſpaſmo eſt

dolor ex ſpaſmo reſiduus.

liberatus, ſed tantos dolores ex coctura pene uſque ad ſexdecim annos detinuit, ut nulli rei faciendæ poſſit eſſe idoneus. Cum vero ad ſepulcrum oblaturus acceſſit, vehementius ſolito eum afflixit: ſed quaſi ultimum vale dicens nullo modo ipſum poſtea tetigit, & ex tunc eſt factus ſaniſſimus, ut ab ore ipſius liberati accepi & credidi, cum eſſet homo dives, diſcretus & valde bonæ opinionis.

32 Romanæ urbis Epiſcopus Innocentius cauſam quamdam, quæ vertebatur inter Abbatem S. Salvatoris de Monte-Acuto, & Priorem Sanctæ Trinitatis de Pio, Venerabili Patri noſtro Ricardo Urbevetano Epiſcopo commiſit definiendam. Cumque prædictus Prior vocatus veniſſet ad præſentiam Epiſcopi memorati, & acceptis induciis ab eo diſcederet, apud Marſcianum de noſtro Martyre vana & otioſa verba cœpit effundere, non credens quod divina potentia, propter Martyris noſtris merita, ea quæ dicebantur operaretur miracula. Unde quidam Urbevetanorum hæc audientes, vehementer ſunt indignati; ſed pro reverentia Eccleſiæ Romanæ cujus mandato venerat, & amore civitatis Peruſinæ quam affectuoſe amabant, patienter ſuſtinuerunt. Sed ille qui nullum bonum ſine munere, & nullum peccatum ſine pœna dimittit, præfato Priori ad cauſam reverſo, & in Urbe-veteri uſque adeo iliaca paſſione afflicto, ut ſe magis mori optaret quam vivere, hoc conceſſit, ut incredulitatis quam habuerat, & verborum quæ dixerat pœniteret, imaginem ceream fieri faceret in ſignum devotionis & fidei, quam nuper conſecutus erat, & eam ad ſepulcrum Martyris tranſmitteret: ſed antequam oblatio hoſpitium Prioris exiret, antequam imago ad B. Petri Martyris ſepulcrum perveniret, in cœlo eſt recepta oratio, & omnino in terris eſt liberatus à funeſta paſſione qua tenebatur.

A. JOANNE COÆVO EXMS. Obtrectanti miraculis, incuſſa iliaca paſſio.

33 Florentinus quidem, propter maleficia quæ perpetrarat captus, & demerſus in altiſſimum puteum, cum nocte vigilans quaſi certus expectaret mane ſuſpendium, beati Martyris cœpit invocare auxilium. Soporato in ſpiritu beatus Martyr apparuit, dicens: Surge, recede. Statim ſoluti ſunt compedes, & elatus poſitus eſt extra puteum carceris, & oſtium ultro apertum eſt, & domus janua: ſicque Florentia captivus exiens, ſuo torquem collo in ſignum ſuæ liberationis accepit, & à Florentia uſque ad ſepulcrum Martyris, manifeſte Deum & Martyrem laudans, circa collum portavit. Vir magni generis & magnarum divitiarum, Comes Strobulus de Meza-

curata iſchias

nello, cum graviſſime detineretur paſſione ſciatica,

B Jacobi ac multorum aliorum Sanctorum invocavit auxilium: ſed non ante liberatus eſt quam ſe beato Martyri Petro voveret. Ex quo autem votum fecit, dixit quod tota mente, totis viribus, Deo & Sancto Martyri Petro ſerviret, ſi eum ab infirmitate qua tenebatur eriperet. Statim, ſicut ipſo referente didicimus, ſic eſt melioratus, ut rectus bene incederet, ac more ſoliro competenter equum aſcenderet & equitando ſine læſione uſque ad Martyris ſepulcrum veniret. Ibique diutiſſime glorificans & magnificans Deum, & affectuoſiſſime peccata ſua deplorans, precabatur Dominum, ut, ſicut in proprio corpore viſibile per meritum Martyris miraculum fecerat, ita

F in aliquo alio ipſo præſente potentiam ſuæ majeſtatis monſtraret; ut inde magis ejus fides creſceret, & confidentius aliis divina miracula prædicaret. Iſto ſic ſtante, oculos in altum levante, voce clamante, multis coram poſitis, protinus ipſo & multis videntibus eſt lumen accenſum in lampade, quæ ante multis diebus non arſerat. Statim manibus levatis ad cælum, una cum aliis qui erant præſentes, cœperunt Deum laudare ac benedicere, qui tanta frequenter per Martyrem operabatur: & ſic prædictus homo nobilis, eſt gaudens & exultans reverſus ad patriam. Mulier quædam de Balneo-regio, quatuor annis contracta, ad ſepulcrum veniens, ibique diu in oratione perſiſtens, plenæ ſanitati eſt reſtituta. Hanc ego ſcriptor non vidi, ſed ſic eſſe Presbytero Alberto, viro religioſo, qui cuſtodiebat ſepulcrum, & aliis Presbyteris referentibus, didici.

Captivus liberatur,

E

& contracta 4 annis ſanata.

CA-

CAPVT V.

Miracula anno MCC *usque ad Octavam Paschæ patrata.*

Cæcus illuminatus

34 BErardus, filius nobilis viri Martini de Agello, sed & ipse non minus moribus, forma, virtute nobilis, dum ita prorsus lumen oculorum amitteret, ut nec equum albissimum quem equitabat videret, nec aliud quidquam oculorum visu cognoscceret; longe antequam ad ecclesiam matricem accederet, ubi Martyris corpus erat reconditum, pro reverentia Martyris de equo descendit, & ductus ad sepulcrum devotissime caput & corpus, pro ut potuit, sepulcro suppossuit; orans & cum multis lacrymis fiducialiter postulans, ut ille sibi lumen redderet, pro cujus fide glorioſus Martyr Petrus per gladios impiorum hæreticorum obierat. Interjecto modico temporis spatio, cum præ multitudine lacrymarum totus vultus ejus madesceret, & sic indesinenter & affectuose oraret; exaudita est oratio ejus, & lumen quod repetebat accepit: statimque surrexit, & manibus oculisque levatis ad cælum, fasciculum ardentium candelarum de manu sui servientis accepit, & coram sepulcro tenuit. Cumque diceretur ei à Matthæo Priore majoris ecclesiæ, ut candelas sineret applicari candelabro, quia cera liquescens manus ejus urebat; respondit dulcem sibi esse ardorem, & se paratum quemlibet subire pro B. Petro laborem, qui diu perditum lumen sibi reddiderat. Et cum esset feria tertia, quæ est ante *a* Quadragesimæ initium, in qua homines seculares amplius solito solent ingurgitari, invitatus multoties à supra memorato Priore, semper respondit se totum gaudio plenum, nec se posse percipere ullas epulas corporales: & sic totam noctem illam coram sepulcro, jejuno stomacho duxit insomnem. Cumque die sequenti dominas civitatis videret, & tamquam juvenis aliquantulum plus justo earum delectaretur aspectu, quod receperat lumen ex parte amisit: sed rediens ad sepulcrum, prædictum delictum toto corde deplangens, clarius lumen recepit quam ab infantia umquam habuerit, & ipsos oculos visûs est habere majores. Commilitonibus civitatis qui prius eum notum & amicum habuerant, utrum clare videret tentantibus, inter ceteras probationes dixit; Facite mihi acum & filum afferri, ne vestra fides circa Dominum meum S. Petrum vacillet. Casu pelliparius quidam acum quamdam, subtilissimam atque arctissimam, cum tenui filo porrexit; nullomodo existimans, quod Berardus, vel alius acutissimi luminis, de nocte longe à candela positus, posset filum immittere; Berardo filum in clune acus absque difficultate mittente, omnibus qui aderant valde mirantibus, cum plures juxta candelàm starent, nec præsens posset filum ullus immittere. Et cum omnes quærerent, unde istud contingeret; respondit Berardus: Oculis, quibus de ventre matris exivi, non tam clare videbam: sed hos oculos & hanc luminis claritatem Dominus meus S. Petrus mihi restituit. Propter hoc multi sunt facti credentes, qui prius circa famam *b* Martyris erant dementes; & conversi sunt qui prius, ut à quibusdam creditur, fuerant Martyrem persequentes.

sanctoque gratissimus. B

a

C

pœnitens acutius quam antea videt:

b

Item alius.

35 Alius Martinus de Aretio, qui luce unius oculorum, ut ipse referebat, erat privatus biennio, ex quo ad Martyris sepulcrum accessit, continuo est liberatus. Cujusdam militis filius de civitate Aretii, cum propter casum circa genu læsus fuisset, ac multorum medicorum medicamenta esset expertus, accidit ut unde salus sperabatur infirmitas cresceret, & ut ex factis incisionibus juvenis sperare nequiret;

Sanatur genu læsum,

sed ob mulierum aspectum luminis imminutionem passus

veniens ad monumentum Martyris, mirabiliter se læsa coxa *c* divisit, & juvenis pene sanus abscessit. Nobilis vir Fatucius Marini, dum quemdam suum rusticum de Sermognano cœpisset, qui ad visitandum sepulcrũ Martyris venerat, pedes compedivit vinculis ferreis, manus vero cannabinis ligavit funibus, & sic ligatis manibus ac pedibus projecit eum in voltam *d* turris superius. Cum rusticus obdormisset, vocavit eum Martyr, præcipiens ei, ut de turre descenderet. Illo non credente se esse solutum, iterum audivit Martyrem sibi dicentem: Surge, recede. Et continuo soluta sunt ligamina de manibus ejus, & de uno pedum soluti sunt compedes: & sic ille, velut alter Hieremias, facto de veterinis pannis funiculo, de volta turris descendit & abiit. Cumque domum veniret, nec possent vicini & parentes ejus à pede altero ferrum eruere, & deliberarent. Balneum-regis pro *e* seca mittere, dixit unus ex eis: Quid est quod facimus? Numquid ille qui dirupit vincula manuum, qui à compedibus alterum pedem absoluit, non potest & istud ferrum confringere, ut in totum hic liberetur? Statim puerulo quodam accedente, & sine dilatione absque industria ferrum manu tangente, laqueus compedis est resolutus.

D

c

liberatur vinctus.

d

e

E

36 Et his diebus more solito frequentér accensiæ sunt lampades, ut afferunt nobiles & plures, qui se vidisse testantur frequenter extinctas, & in totum extinctas toties reaccendi, & vehementes & magnas flammas emittere. Et cum lampas prope terram esset, nobis qui eramus in Choro supposita, ut nihil in ea posset nobis celari; tractare cœpimus quid hoc esset: nec aliud invenire potuimus, nisi quod Omnipotens volebat sibi servire de oleo, & mentes hominum in ejus accendi servitium. Circa nonam eodem die multis præsentibus est miraculose aliud lumen accensum. Sabbatho ante Dominicam de Passione, mulier quædam plena dierum, quæ ab octo annis nullam fere partem corporis præter caput in potestate habuerat; mandavit nobili viro Petro Civitellæ Presbytero, cujus inhabitabat Parochiam, ut vel tunc vel sequenti die summo mane veniret pœnitentiam ei daturus. Cumque ille, sicut ipso referente didicimus, variis divinis & humanis impeditus negotiis, usque post Missam diei Dominicæ tardaret per pœnitentiam præfatæ mulieri succurrere; ecce mulier astitit coram præfato Presbytero, dicens, sibi B. Petrum Martyrem in albis vestibus apparuisse; & dum in lecto solito more jaceret, præcepisse, ut surgeret; & sic se in totam & ad plenum esse sanatam: & sic est peccatum suum confessa. O mira & admirabilis Dei virtus & Dei sapientia! Infirmus animus sanum habere corpus non potuit, sed ex quo mulier confiteri disposuit, Miserator omnium non expectavit ut confiteretur, sed statim sordes animæ diluit mulier, aqua sapientiæ salutaris abluta. Quod potuit fecit, mandavit Presbytero, ut ad se veniret pœnitentiam daturus, quia ipsa ad eum ire non poterat, totius corporis imbecillitate gravata. Negligente Presbytero, B. Petrus fuit pro ea solicitus; & sicut eam prius in anima sanaverat, sic statim sanavit in corpore; & ipsam misit ad eum, qui vocatus ad se venire neglexerat.

lampades ultro accensæ,

egra cupiens confiteri,

à S. Petro apparente sanatur:

F

37 Dominica de Passione *f*, cum pene ultra quatuor millia hominum essent in majori ecclesia, dicto Offertorio Missæ majoris, factum est murmur magnum in populo, accedentium ad videndum miraculum lampadis quæ accendebatur. Inter quos & ego scriptor, spiritus ductus motu, accessi; & cum multitudine hominum lampadem sæpe & multum fumigantem vidi flammigerare. Sequenti die, hoc est feria secunda post Dominicam Passionis, quidam homo de Sancto-Salvatore Montis-Acuti recepit loqui-

f

iterum lampas accenditur.

Mutus loquelam,

loquelam, qui duobus annis & dimidio omnino mutus extiterat. Quidam homo, nomine Rainerius de
A g Monteclello, cum uxore pro recuperando visu filio, quem plus quam per annum & duos menses perdiderat, quæcumque potuit expendit in medicos. *Cæcus visum recipit.* Cumque videret omnes medicos in filii curatione deficere, una cum Meldina uxore, quæ & mater erat pueruli Rolandi, ipsum puerulum attulerunt ad Martyrem, sperantes & rogantes, ut sicut alios multos sanaverat, ita quoque filium ejus sanaret. Facta per noctem & diem oratione, restitutus est visus adolescentulo, ut tam clare videret ut umquam viderat: & hoc factum est feria secunda post Dominicam de Domini Passione.

38 Item cum in Sabbatho ante Passionem quidam Ultramontanus, pluribus & gravibus irretitus criminibus, à venerabili Patre Ricardo Urbevetano Episcopo pœnitentiam sanus & incolumis peteret, dicens lapicidinam, in qua laborabat, esse in proximo ruituram, & sibi mortis imminere periculum, si eum B. Petrus non liberaret; Episcopus aliis occupatus *Confessus peccata à ruina servatur,* dare pœnitentiam distulit, sed lapidicida sequenti feria secunda fortius institit, & in tantum institit ante
B sepulcrum Martyris, donec Episcopus novit cordis contritionem, & ejus audivit confessionem; & post canonicam admonitionem, & pœnam legitime designatam, suam largitus est benedictionem. Post pau-
h cissimos ictus factos in lapides, super hunc *h* ripa ruit, sed ea ruente qui opprimendus erat, B. Petrum in auxilium suum vocavit; & ita miraculose saxorum infinitorum immensitas eum oppressit, ut eum in *socio oppresso.* nullo læderet. Socius vero, qui die illo sepulcrum non visitaverat, nec fuerat sua peccata confessus, ita contritus est juxta eum, ut nulla simul membra vel ossa manerent.

39 In die Sancto Paschæ, quidem de plano Ra- *Cæcus illuminatur.* vennæ se præsentavit Episcopo, dicens à multis retro temporibus luminis beneficio se caruisse; ut lumen recuperaret se iviſſe ad B. Petrum Apostolum, & cum ibi optato lumine frui non potuisset, dicebat semetipsum corde ac ore B. Petro Martyri obtulisse; & cum civitatem Urbevetanam ingrederetur, in ipso ingressu portæ se plene lumen vidisse. Feria quinta, quæ est in Albis, ecce copiosa multitudo Militum cum peris & baculis (sicut est moris ire ad B. Petrum majorem Apostolum) dum primum tintinnabulum ad Vesperas pulsaretur, intravit majorem ecclesiam, inter quos erat quidam nobilis, Capitaneus nomine,
C cum pluribus aliis, qui digitum medium occasione *Curatur contractio digiti,* cujusdam mulieris, quam ante annum & octo menses acceperat, ita inflexum habebat, ut jam fossam in medietate palmæ fecisset, à qua digitum nullatenus poterat removere. Hic statim ut se ante sepulcrum toto corde prostravit, antequam secunda campana sonare cessasset ita sanitati est redditus, ut major extendendi & contrahendi quam in aliis ei esset potentia. Hunc vidimus sanum; Nobilium vero qui secum erant & multorum relatione cognovimus, sic verum esse ut asserebant.

40 Feria sexta sequenti sanata est mulier quædam *brachii,* de castro Panicale, quod est in Comitatu Clusino, quæ brachium dextrum ita contractum habebat, ut non posset aliquo modo illud erigere vel à latere separare. Eodem die dum Tudertini, masculi multi & feminæ, juvenes & pleni dierum, Viterbienses & aliarum multarum civitatum cives venissent videre sepulcrum, & cognoscere mirabilia quæ fiebant; cum *cruris,* vicinis omnibus venit quidam Castellanus de Castro Tusculani, cum filio suo ut videbatur duodenni, qui à primis infantiæ annis crus unum distortum habuerat, & brachium aridum, nequiens illud erigere, vel deprimere, vel in aliquam partem extendere. Mira-

bile dictu! statim ut est cum nato pater ingressus ecclesiam, mox ut sepulcrum attigit, ut mulier Euan- A. JOANNE COÆVO EX MS. gelica, quæ fluxum sanguinis patiens tetigit fimbriam vestimenti Dominici, sensit puer virtutem Martyris: Matt. 9, 10 erecto crure, sanatis brachiis, cœpit rectus, manibus levatis ad cælum, tamquam vir prudens & sapiens, omnia ecclesiæ circuire altaria: & cum vicinis, notis & amicis, & diversarum gentium & linguarum hominibus, qui illic oraturi confluxerant, cum lacrymis multis præ nimio gaudio Deo laudes impendere. In octava Paschæ homines de Civitella de Massa, *coxarum.* de Comitatu Tudertino, communiter omnes venerunt ad majorem ecclesiam pro reverentia Martyris, afferendo magnum & pulcherrimum cereum, pro eo quod quidam eorum convicaneus triennio coxas habuerat applicitas & conjunctas natibus, & ab eis omnino inseparabiles. Statim vero ut mediante Capellano eorum, Martyrem pro sanitate rogavit, plenæ sanitati est restitutus: & sanus & incolumis, cum suo Presbytero & populo, Martyri se præsentavit.

ANNOTATA.

a *Anno* 1200 *bissextili, habente litteras Dominicales* B A *Pascha celebratum fuit* 9 *Aprilis, adeoque feria* IV E *Cinerum* 23 *Februarii.*

b *Ecgraphum nostrum* Fratrem, *quod correximus.*

c *Ibidem*, se à coxa divisit, *quod simili conjectura emendatum.*

d Volta turris, *intelligitur hic cavea infundamentis turris fornice obducta.*

e Seca *vulgo* Sega, *Teutonibus* Sage, *idem quod* Serra.

f Dominica Passionis *an.* 1200 *fuit* 26 *Martii.*

g Monteclellum *fortasse* Montechellum, *ut sit quod vulgo nunc dicitur* Montecchio, *in confinio Tudertini districtus, intervallo* 8 *circiter milliarium.*

h Ripa *id est*, rupes.

CAPUT VI.

Alia miracula ab aliis adjuncta scriptoribus.

41 QUia omne bonum deductum in publicam notionem pulchrius eluceſcit, ne miraculorum Martyris nostri lucerna modio supponatur, sed super candelabrum posita pateat universis; quædam quæ à Magistro Joanne, fonte scientię litterarum, fuerunt omissa, & post ejus obitum coruscarunt, congrue duximus declaranda. Anno Domini millesimo cen- F tesimo nonagesimo nono, quo Martyr noster, mor- *Curantur ab hernia* talitatis stola deposita, Martyrum est in cælesti pa- *unus* tria cœtibus aggregatus, filius quondam Anselmi medici, vir providus & discretus, verus cultor fidei Christianæ, physicali scientia plurimum eruditus, dum Bononiæ moraretur in studio litterarum, ita fracturæ vitio laborabat, ut diversorum habito consilio medicorum, de sanitate penitus desperasset. Cumque sibimet compateretur, irrigatus copia lacrymarum, B. Petri Martyris fama pervenit ad aures ejusdem, in diversis partibus divulgata. Ille vero fidem adhibens his quæ audierat prædicari de Martyre, corde cœpit & ore ipsius suffragia lacrymabiliter implorare, ut per ejus merita optatam sibi Deus tribueret sanitatem. Post paucos autem dies ecclesiam ingreditur oraturus, & Martyri fundens preces devotas, lætus lætitiam reportavit præstitæ sanitatis. Quatuordecim annis post mortem Martyris jam elapsis, cujusdam nobilis Dominæ civitatis filius, prædictæ infirmitatis incurrerat passionem. Mater *alterque,* vero ejus in vanum laborans in consilio & auxilio medicorum, à supradicto viro, nomine Albertino, physicalibus instructo laudabiliter disciplinis,

EX MS. humiliter consilium postulavit. Ipse vero pueri morbum conspiciens, quo ipse per experientiam fuerat prægravatus, dixit eum sanare non posse, nisi Deus circa eum suam miraculose per Sanctos suos virtutem ostenderet bonitatis. Ex consilio tandem illius, referentis se de infirmitate liberatum eâdem, per Martyris merita gloriosa, mater filium B. Petro Martyri voto fiducialiter obligavit, & puer in brevi cæleſtis recepit beneficium medicinæ. Paratus autem erat dictus Albertinus de sua sanitate coram summo Pontifice fidem facere juramento; deque sanitate pueri cum nobili ejus matre se idem facere asserebat.

42 Anno Domini millesimo ducentesimo decimo sexto, circa exitum Aprilis & Maji principium, propter adventum Domini Papæ *a* Innocentii tertii ad Urbevetanam civitatem, conveniente gentium multitudine copiosa, volens providentia Dei Martyris sui famam diffundere apud diversas in seculo nationes, & Romanos & Campanos quosdam, qui Martyrem dum in carne viveret nullatenus diligebant (eo quod naturale vitium est cives civibus invidere, ac vicinitatis conversatio consuevit discordiæ fomitem ministrare, virtusque invidiam parere consuevit) ad exprobrandam incredulitatem eorum & cordis duritiam, diversa dignata est miracula demonstrare. Ultimo die mensis Aprilis Rainaldus Benedicti, Urbevetanus civis, dum quatuor mensium spatio in lecto ægritudinis jacuisset, medicorum auxilio destitutus, voto in sero se vovit Martyri humiliter & devote; tantamque in nocte recepit convalescentiæ firmitatem, ut in mane ad sepulcrum veniret, ceream imaginem manibus propriis devoto animo deportando.

a *Innocentio Papa existente Orvieti,*

B *sanantur, æger 4 mensibus,*

43 Secundo die post miraculum jam præmissum, quoddam miraculum contigit, manifestum præcipue civibus universis. Nam Guido Riczuti, dum manus suas per sexdecim annos ita contractas haberet, ut humani officii non posset eas usibus adaptare, in foro publico erat expositus olerum mercimoniis vendendorum: cumque olus venderet comparare volentibus, emptores in bursam ejus denarios immittebant. Hic ad Martyris accedens sepulcrum humiliter & devote, in brevi sensit in extensione manuum sanitatem. Cum autem hoc miraculum veniisset in publicam notionem, cœperunt omnes laudum præconia Deo & beato Martyri exsolvere lætabundi. Ad fidem hujus miraculi faciendam quinquaginta quatuor viri, bonæ opinionis & famæ, qui cum sanato præcipue fuerant conversati, sua nomina fecerunt in scripturam redigi, quam mihi R. cum summo gaudio demonstrarunt, & postmodum cum eis nostro Episcopo præsentavi. Hi volebant coram summo Pontifice super hoc miraculo astruendo sua deponere juramenta; sed cum magna instantia non potuerunt ad eum ingressum aliquem obtinere.

16 annis contractus,

C

incurvus.

44 Feria tertia per Martyrem suum ostendit Deus miraculum manifestum, quod non est sub silentio dimittendum. Quidam namque puer decem annos contingens, de castro Sermognani Balneoregiensis diœcesis, nomine Severinus, dum à nativitate sua fuisset ambulandi officio destitutus, terræ curvatus, præter naturæ cursum utens scabellis manibus, & terræ genibus provolutus, miser miserabiliter mendicabat, eleemosynas plus actu quam voce à singulis postulando. Cujus miseriæ Ugolinus de Græca compatiens, in domo sua ei vitæ necessaria ministrabat. Hic curvatus accedens ad Martyris sepulcrum, coram turba non modica, tertio die Maji, novus novum recepit officium ambulandi. De hoc evidentissimo miraculo tam Clerici quam laici omnes civitatis Catholici perhibere possunt testimonium veritati. Eodem die quidam puer de Abriano recepit, ad sepulcrum Martyris jacens, novum officium ambulandi. D

45 Eodem etiam die contigit miraculum quoddam, quod à multis temporibus apud nos non exiterat manifestum. Nam cum in majori ecclesia turba plurima convenisset, quoddam cicindele solum positum in quadam crate ferrea; quatuor fere passibus à terra distante, accensum est, virtute Domini faciente. Cumque omnes multipliciter mirarêtur de accensione hujusmodi, & cicindele illud in se modicum olei contineret; quidam dictam cratem soluto fune ponentes ad terram, ad quam longo tempore transacto non fuit deposita, oleum in cicendele ardens mittere præsumpserunt, & statim cicendele fuit in parte confractum. Ecce quam bene Deus omnipotens, in Sanctis suis mirabilis, miraculorum insignibus causam sui Martyris, ad repellendam cordis duritiam & livorem, qui etiam post fata non requiescit, abolendum, & corda fidelium convertenda, dignatus est cælitus allegare, more Domini nostri Jesu Christi, qui hydropicum die Sabbathi coram legis peritis restituit sanitati. Ipse insuper coram turba lazarum à mortuis suscitavit, & turba obviam veniente, ac quibusdam Gentilibus eum videre cupientibus, glorificationem à Patre petiit & meruit obtinere, sicut beatus Joannes in Euangelio suo apertissime protestatur, ac si diceret aperte pro Martyre allegando: Et si verbis non creditis, operibus credite, quia nisi esset hic à Deo non posset facere quidquam *c*. *lampas ulterat accensa:* Luc. 14, 2 Ioan. 11 E c

46 Anno Domini millesimo ducentesimo decimo sexto, decimo Kalendas Junii, dum quidam cives Urbevetani, B. Marci limina visitantes, per Padum magnum fluvium navigarent; idem fluvius ita pluvialibus aquis cœpit excrescere in immensum, ut fere toto relicto alveo naturali per declivium furens & loca rueret ruinosa. Cumque nauta, relicta navi, quæ tunc quasi naufragii sustinebat periculum, in parte altera inclinata, cum multis aliis nandi præsidio frueretur; qui remanserant in navi cum aliis territi, cœperunt dicere ac clamare: S. Petre Martyr, adjuva nos. Ad hanc vocem dicta navis, quæ in præcipitium ferebatur, ita firma permansit quasi anchoræ pondere premeretur. Tunc nauta cum aliis in mortis discrimine constitutis ad navis refugium remeavit, & navis directa contra furentis fluminis undas, ita rediit ad alveum consuetum, divina juvante virtute ad invocationem sui Martyris, quasi nullius auxilio indigeret. Sani autem & incolumes, mortis viso periculo evadentes, ad honorem Dei & sui Martyris, in die Sancto Pentecostes, ceream naviculam ad majorem ecclesiam detulerunt. Mortuus & sepultus est Beatus Petrus Parentii anno Domini millesimo centesimo nonagesimo nono, duodecimo Kalendas Junii. *Periculum naufragii sublatum.* F

47 Anno Domini millesimo trecentesimo decimo septimo, die Dominica secunda Adventus Domini, ego Vannes Putii Pisani, Presbyter & Notarius, Canonicus Ecclesiæ Urbevetanæ, habens quemdam meum fratrem carnalem, nomine Cintium Putii Pisani de Urbe-veteri, corpore infirmum, de cujus vita totaliter desperabatur, secundum signa quæ apparebant in ipso per omnia, ac opinionem ac judicium omnium medicorum, qui in cura ipsius astabant; recurrens fiducialiter cum lacrymis ad thronum gratiæ & misericordiæ Jesu Christi, & Beatissimæ Mariæ Virginis glorioſissimæ matris ejus, ac ad merita & orationes Sanctorum, & ad memoriam reducendo miracula & gratias, impetratas & factas per merita & orationes B. Petri Parentii Martyris sæpe scripti, cujus corpus sanctissimum requiescit in ecclesia majori Urbevetanensi; prosternens me in terram cum lacrymis, & genuflexus orando reverentissime popo- *Moribundus voto facto revivisc.*

A popoſci à dicto Beatiſſimo S. Petro Martyre, ut ſuis ſanctis meritis & orationibus impetraret à Deo, ut dictum fratrem meum infirmum, in ultimis laborantem, mihi ac matri noſtræ, & ejus filiabus reſtitueret vivum cum priſtina ſanitate: quem quidem putabamus & reputabamus jam mortuum. Et ipſi Beatiſſimo Petro promiſi ac vovi (tamen reputans me indignum ad dictam gratiam poſtulandam) ſi dictam gratiam & miſericordiam impetraret, hæc & dictum miraculum mea propria manu ſubſcribere, juxta alia miracula ipſius Martyris glorioſi, ad certitudinem præſentium & memoriam futurorum: deinde dictum miraculum & etiam infirmum pingere facere in eccleſia Urbevetana prædicta, & hæc ſæpe dicere & teſtimonium ferre veritati. Quo voto emiſſo & facto, matrem & alios conſanguineos & amicos cuſtodientes eum de nocte ſomnus arripuit; & demum reſurgentes à ſomno, eumdem in extremis laborantem, viderunt mutatione ſubitanea ægritudine totaliter liberatum, abſque ſudore & turbatione vel extaſi. Et hæc ad veritatis firmitatem & Martyris honorem mea manu firmavi & exſcripſi.

Locus ſigni ✠ Notarialis.

ANNOTATA.

a Innocentius *Papa, dein Perusium profectus, ibidem mortuus eſt* 16 *Iulii, hic relato anno* 1216.

b Cicindele, *quomodo pro lampade uſurpetur terminatione varia, curioſe & accurate tradit Cangius in Gloſſario.*

c *Hic interponebantur iſta verba.* Explicit hiſtoria B. Petri Parentii Martyris, *& forſan ſequens miraculum, ſive ab eodem ſive ab alio auctore, potuit adjunctum fuiſſe.*

d *Hæc alia manu & centum annis ſerius adjuncta fuerunt.*

APPENDIX

De Tranſlatione facta anno 1660 & hodierno cultu.

48 IN Dei nomine, Amen. Die XVI Novembris MDLX. Cum Urbevetana civitas, quæ à ſeculis retro elapſis ſæpius, & noſtris nuperrime temporibus, bellorum turbines, annonæ caritates, epidemicam luem, ceteraſque ſi quæ ſunt graviores ærumnas feliciter evaſit; id acciditſſe magis quam ab inacceſſarũ rupium ambitu & ab indefeſſa civium providentia, pro certo habeat ab illorum tutela, qui in beatitatis gremio quieſcentes, è cælo aſſiduis apud Deum precationibus noſtræ conſulunt ſaluti. Et cum inter iſtos peculiari nota ſit dignus S. Petrus Parentiæ, qui nedum huic urbi præfuit regimine & exemplo, ſed etiam pro Catholica religione ſanguinem in noſtro ſolo glorioſe profudit: Urbevetani cives, egregiarum ipſius virtutum & prodigiorum apprime memores, nil magis cordi habuerunt, quam ea qua potuiſſent grati animi ſignificatione immortalia beneficia, in ſemetipſos à viro ſanctiſſimo derivata, rependere. Hæc animo recolentes, & mentis aciem intendentes in propinquiorem modum quo id peragere valuiſſent; alius ſeſe non obtulit melior, quam amplificatio cultus ſacrarum ſancti Martyris exuviarum, ex qua & ſui nominis claritas, & ſuæ opis imploratio diu intermiſſa reviviſceret.

C *Vrbevetani volentes Patrono ſuo referre gratiam,*

corpus honoratius locandum decernunt,

49 Animati propterea à ſingulari pietate, & eximia in divinis rebus propenſione Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Fr. Joſephi della Corgna Epiſcopi Urbevetani, ab eodem efflagitaverunt, ut argumenta *in* publicum prodire ſineret devotæ eorum voluntatis erga S. Petrum Parentiæ, tamquam beneficentiſſimum totius Urbevetanæ civitatis Patronum, parentem & defenſorem. Ideireo ſupralaudatus Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Epiſcopus, habito colloquio cum Illuſtriſſ. D. Camerario & Dominis Superſtitibus fabricæ S. Mariæ; juſſit ſacroſancta oſſa S. Petri, è loco in quo ſita erant amoveri, & in magis opportuno & oculis fidelium obvio reponi, quod eſſe ſtatutum eſt in ſacello nuncupato Nova-ara; in qua marmorea collocata eſt Chriſti exanimis & à ſinu matris pendentis effigies. EX MS. INSTR.

50 Et quia hanc amotionem & ſucceſſivam repoſitionem præcedere debet legalis eorumdem oſſium recognitio: hinc eſt quod anno MDCLX, Indictione XIII, die vero Jovis, XVI menſis Novembris, idem Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Joſeph della Corgna, Epiſcopus Urbevetanus; præſentibus Dominis, Archidiacono, Sforcia Theſaurario, Joanne Paulo Phœbæo Archipresbytero, Vincentio Buccioſante Pœnitentiario Flavio Magonio, Hieronymo Spadentio, Joſeph Durante, Philippo Gualterio, Canonicis Eccleſiæ Urbevetanæ, & quam plurimis Sacerdotibus & aliis ſecularibus, aperuit capſam, *cujus oſſa Epiſcopus* E in qua ſervantur oſſa Divi Petri Parentiæ: & ſic fuerunt reperta cuncta oſſa, percunctata à dicto Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Epiſcopo; ſcilicet, Caput integrum totum, duæ ſcapulæ, crus unum, brachium unum, crus alterum, os unum coxendicis, & alterum coxendicis, ſpina dorſi una, alterum brachium, os grande pectorale, alia pars oſſis plani, ſex partes longæ ac tenuiores, aliæ partes oſſium numero centum ſexaginta quatuor, dentes tres, charta una, in qua ſcriptum: Iſta ſunt oſſa S. Petri Parentii de Urbe, Poteſtatis civitatis Urbevetanæ, interfecti per Patarenos; fragmenta oſſium numero quindecim, & copia cinerum. Et facta percunctatione dicta capſa fuit clauſa & repoſita in locum ſuum, adhibitis Teſtibus Dominis Aſcanio Polydoro, & Alexandro Auveduto. *ſigillatim recognoſcit 16 Nov.*

51 Die Sabbathi XVIII ejuſdem idem Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Epiſcopus, amotis oſſibus ex capſa veteri, illa cum dicta ſchedula repoſuit propriis manibus in novam capſam, quam clauſit & ſigillavit Illuſtriſſ. D. Comes Pantaleo Saracinellus Cancellarius Reverendæ Fabricæ, & D. Cancellarius Reverendiſſ. Capituli, præſentibus ſupraſcriptis DD. Canonicis & Teſtibus ac aliis. Die Dominico, XIX dicti menſis, fuit facta proceſſio ſolennis: in qua fuit aſportata dicta capſa, & poſt proceſſionem collocata ſub altari nuncupato della Pietà, præſentibus Dominis, Comite Aſcanio Polydoro & Alexandro Auveduto, & magna populi multitudine. 18 *transfert in novam capſam,* 19 *collocat ſub altari.* F

52 *Hactenus tranſlationis Acta, ex publico tabulario nobis deſcripta, ſub nomine* Ovidii Fauchini, Notarii Urbevetani rogati, *expreſſo in margine: quibus ex Ms. inſtructione inſuper miſſa accedit, quod prædicta nova* capſula *ſit* lignea inaurata, quæ XXI Maji fidelium venerationi in ara maxima exponitur, unde, poſt Miſſam ſolennem ibidem celebratam proceſſionaliter fertur per civitatem. *Reliquo autem anno, eadem* capſula ſervatur in ſacello laterali eccleſiæ Cathedralis nuncupato Capella-nova, ſub ara quæ dicitur della Pietà, in qua nobile opus marmoreum ſuperpoſitum cernitur ab inſigni quondam artifice, Hippolyto Scalptia Urbevetano, affabre ſculptum & elaboratum, imaginem Salvatoris noſtri è cruce depoſiti in ſinu Matris, cum Maria Magdalena genuflexa ipſiuſque Redemptoris pedes deoſculante & gemente; ac Nicodemo ſtante, ſcalam, clavos, malleum, ceteraque Paſſionis Chriſti inſtrumenta geſtante; totum ex *hujus veneratio annua,* *& ornatus loci.*

integro parii marmoris ſaxo celatum, ad vivum exprimens. Dictaque capſula per cratem ferream auratam, in anteriori facie aræ prædictæ, frontale ligneum inſculptum & inauratum habentis, introſpicitur. Ardet autem diu noctuq; lampas intus ante corpus: & feſtum Tranſlationis præfatæ quotannis in Cathedrali celebratur cum recitatione Officii ſub ritu Duplicis.

DE B. JOANNE BONVISIO

ORDINIS MINORUM DE OBSERVANTIA PRESBYTERO

D. P. *PROPE ASSISIVM IN VMBRIA.*

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De inventione & Tranſlatione corporis; Vitaque Italica recentius edita, unde datur ſupplementum ad vetuſtiorem Latinam, ex Ms. Mariani Florentini ſumptam.

ANNO MCCCC-LXXII. *Vdovicus Iacobillus, tomo* I *de Sanctis ac Beatis Vmbriæ, beatum hunc* Joannem *aſſerens obiiſſe* XXI *Maji, viſus eſt nobis, ad hujus menſis diem* XIV, *quo eum retulerat Arturus à Monaſterio, potius ſequendus: quod ex una parte conſtaret nobis, iſtum Martyrologii Franciſcani auctorem pro beneplacito ſuo dies legiſſe, quando proprios nuſquam invenerat notatos; ex altera ſciremus, Ludovicum, non temere dimittere ſolitum dies ab Arturo (quamvis arbitrarie) definitos, niſi habeat quem ſequatur auctorem certiorem. Talem ergo habuiſſe in præſentiarum videtur, & forſitan eumdem quem citat in margine*, Fr. Stephanum Vertonienſem in monumentis eccleſiæ S. Mariæ Angelorum. *Hic eſt quem in libro de ſcriptoribus Ordinis appellat Waddingus* Stephanum Tofium de Bettona (Stephanum Tofii *alibi lego*) *auctorem. Tractatus de Indulgentia loco iſti divinitus conceſſa, editi anno* MDCXLIV, *Provinciæ S. Franciſci Miniſtrum, aliquando etiam Familiæ totius Ciſmontanæ Vicarium generalem, bis autem eo ipſo in loco Guardianum, ubi vir iſte Sanctus ſepulturam eſt nactus prope Aſiſium, anno* MCCCCLXXII, *& quod amplius eſt etiam honorificam tranſlationem oſſium, ante annos plures quam quadraginta. Waddinghus in Annalibus ad prædictum annum num.* 52 *ſic de ea re loquitur.*

B *Ad hunc diem relatus à Iacobillo,*

ſepultus in S. Mariæ Angelorum,

Corpus ſepultum eſt ante ſacellum S. Franciſci, in ſepultura, inquit Marianus, quæ inter duas eſt medialis; forſaſſis innuere volens, quod inter duo Sanctorum virorum ſepulcra ſit tumulatus. Anno MDCXXXVIII, die XXVI Aprilis, ad ſtruendam ampliſſimam baſim ſuperimponendæ pilæ, cui ingens tholus ſuper ſacellum B. Mariæ Angelorum, delubrum mira omnium religione venerandũ, moroſo & lento adhuc opere obducendus eſt, effodi oportuit omnem illam aream ante S. Franciſci ſacellum: repertæque ſunt in lateritio quodam tumulo, depoſitæ duorum corporum, exeſa carne, oſſium compagines, diſtinctis loculis, uno inferiori, altero ſuperiori tabulato diviſæ. Judicarunt, qui adfuerunt, Miniſter Provinciæ & ædis Præfectus ac reliqui Fratres, corpus inferius eſſe hujus ſanctiſſimi viri; ſuperius Cherubini Spoletani, quippe poſterius defuncti.

C *& anno 1638 inventus*

cum corpore B. Cherubini,

2 Tegrimius Lucenſis, Epiſcopus Aſſiſias, accepta à Sacrorum Rituum Congregatione Præfectis Cardinalibus poteſtate, utrumque corpus in una bene condita theca reponi curavit, eo modo quo prius in prædicta capſula repertum eſt: nimirum oſſa B. Cherubini in parte ſuperiori, adjecta in plumbi lamina, ſuper tabula quæ corpus operiebat Joannis, hac inſcriptione; Oſſa venerabilis ſervi Dei, B. Joannis Bonviſi de Luca, Ordinis Minorum, reperta in hac eccleſia D. Mariæ Angelorum, ante oſtium capellæ S. Franciſci, occaſione fabricæ, anno MDCXXXVIII die XXVI Aprilis; ac juſſu ſacræ Congregationis Rituum ab Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Tegrimio Epiſcopo Aſſiſiate hac capſula, anno MDCXXXIX, denuo recondita. Hactenus inſcriptio. Facta eſt autem ea Tranſlatio die VI Januarii, ad eam partem muri ſacelli prædicti, quæ reſpicit ad oſtium cœnobii, prope cratem ferream. Reverenter & devote ſervavit ſibi Epiſcopus brachium dexteram, & aliquot dentes ſui concivis Bonviſi, in urbem Lucenſem beati viri patriam tranſmittenda. *Hæc Waddingus tomo 6, qui fuit Lugduni nono poſt dictam tranſlationem anno editus: ante quem, anno* MDCXLVII *editus fuerat primus tomus Iacobilli, eadem paulo ſtrictius Italice ſcribentis, ex cujus verbis, nonnihil diſtinctius quam ex verbis Waddingi, intelligitur, eamdem eſſe capellam ante cujus oſtium reperta ſunt corpora, & intra quam ipſa fuerunt deinde repoſita; non tamen ſupra, ſed infra terram; videlicet capellam S. Franciſci: & duorum, quibus brachium conſtat, principalium oſſium, alterum penes heredes Epiſcopi Tegrimi ſervari, alterum apud heredes Cardinalis Bonviſii auro incluſum, magnaque invenerationi habitum, cum aliis quibuſdam ejuſdem* B. Joannis *Reliquiis.*

Luca quædam ejus Reliquiæ.

3 *Vidimus nos Aſiſio tranſeuntes anno* MDCLIX *die* XV *Decembris ampliſſimam baſilicam illam, necdum perductam ad culmen, quo tamen intra annos non multos videbatur perduci poſſe, excepto fortaſſis tholo, in majorem altitudinem educendo, ſupra veterem ædiculam Portiunculæ dictam, eodem prorſus modo, quo intra ſubtuſque baſilicam Lauretanam continetur ſancta Domuncula, ex Nazareth trans mare adducta; & non minori quam hæc, illa quoque concurſu frequentatur, in die Dedicationis ſuæ* II *Auguſti. Quia autem omnes Patrum illorum curæ, & quidquid corrogari poteſt eleemoſynarum derivatur in abſolutionem ornatumq; cœpti operis principalis; ad quod etiam hoc anno* MDCLXXXIII *intelligo non pauca adhuc deeſſe; minime mirandum eſt, quod neque nos iſtic viderimus auguſtius aliquod ornatiuſque dictorum Beatorum monumentum; neque tot jam labentibus annis quidquam molita ſit Illuſtriſſima Bonviſiorum familia pietas, ad hujus ſui gentilis honorem. Quandocumque id fiet (vix enim dubito quin faciendum ſit aliquando) ſpero indicandum nobis, ad diem* IV *Auguſti acturis de* B. Cherubino *prænominato, quicum communia* Joannem *habiturum venerationis cultuſque incrementa jure merito præſumimus. Anno autem duodecimo poſt* Joannem *obierat* Cherubinus: *quem utrum ab initio pro ſuæ ſanctitatis merito* Joanni *contumulandum honorificentius cenſuerint Fratres; an vero utriuſque oſſa, poſt aliquot annorum curricula primum in unum locum collata ſint, non habeo unde diſcam. Elevationem certe aliquam corporum præceſſiſſe, perſuadet adeo certa utriuſque ut Beati notitia, poſt totum ſeſquiſeculum & amplius: & hanc in eorum retectione renovavit addita olim utrique corpori lamin-*

F

incertum quando facta ſit vetuſtior tranſlatio.

A *lamina plumbea, tunc pariter inventa, ſicuti teſtatur qui adderat prælaudatus Stephanus Toſii, cujus Italica verba (nam librum hic non reperio) nobis tranſcripſit præſens loci Guardianus, rogatus ab Illuſtriſſ. Ioanne Claudio Bonviſio, Lucenſium apud Sereniſſ. Magnum Hetruriæ Ducem Legato.*

Vita hoc ſeculo Italice edita:

4 *Primus ad* Joannis *gentilis ſui memoriam renovandam videtur intendiſſe animum Bonviſus Cardinalis, movendo Fr. Franciſcum de Luniano, Generalem (ut ait Iacobillus) Procuratorem Ordinis, imperandoque ut ſcriberet Vitam, quam is, præmortuo interim Cardinali anno* MDCIII, *ſextum poſt annum curavit Lugduni imprimendam Italice, dedicavitque illuſtriſſimis illius familiæ heroibus, prædictique Cardinalis heredibus, non minus nominis, quam pii erga* Joannem *affectus. Inter quos haud dubie cenſebatur pater Hieronymi, poſtea Cardinalis, ejus quem nos anno* MDCLXI *patriæ dignißimum Epiſcopum vidimus, & nuper defunctum magis luxiſſent omnes; niſi reliquiſſet nepotem ex fratre Franciſcum Bonviſium, ultima Cardinalium ſub Innocentio XI creatione, ſacro Collegio aſſociatum, Apoſtolica Legatione fungentem apud Cæſaream Majeſtatem. Accuratißimus ſane ſcriptor eſt, & plurimas particulares conſecutus notitias, ex ipſis in quibus vir beatus vixit locis; quorum tamen auctores fonteſque non indi-*

B *cat, præterquam Anonymum unum,* Joannis *in magiſterio Novitiorum Caſienſium ſocium, ac deinde ſucceſſorem; cujus ſcripta expediret alicunde proferri, utpote maximæ in re præſenti fidei futura.*

Elogium ex coævo auctore Franciſchina.

5 *Idem in præambulis adfert ex Franciſchina auctore coævo pag.* 81, *elogium ipſius* Joannis *Italicum, quod ita poteſt Latine reddi.* In ſacro loco S. Mariæ Angelorum, magnus numerus ſanctiſſimorum Fratrum ſingulariſque perfectionis hominum requieſcit: quemadmodum comprobatur ſigno ſæpius viſo, luminum ſcilicet ſplendentium in cœmeterio, ubi ſepulti ſunt Fratres. Hoc autem tempore, anno MCCCCLXXII tranſiit ex hac vita in prædicto loco ſanctus quidam Frater, dictus Fr. Joannes de Luca, homo magnæ & admirandæ perfectionis. Hic fervens fuit in omni virtute, maxime vero in ſancta paupertate: & ideo, dimiſſis atque contemptis divitiis & libertate mundana, theſaurum reputavit quam amplexus eſt obedientem ac pauperem vitam Fratrum Minorum: inter quos vixit ut vere peregrinus atque extraneus, cum tanto fervore ac zelo, ut eſſet admirandus cunctis. Iſte vir Dei, erat corporis ſui inimicus, ideoque ipſum macerabat aſſiduis vigiliis, orationibus, diſciplinis, jejuniis & rigida abſtinentia: neque alio

C tendere videbatur deſiderium ejus, quam ut ſe mortificaret aſſidue, & omnibus cum multa humilitate ſubjiceret. Singulari patientiæ virtute excelluit: quiſquis enim in ſumma auſteritate & vera vivit paupertate, neceſſe eſt ut alias omnes virtutes poſſideat: quod in hoc Dei ſervo manifeſte patuit. Cum ergo res omnes humanæ diſplicerent ei, & quidquid terreno atque carnali affectui ſapit, ardebat continuo deſiderio mille martyria pro Dei amore ſuſtinendi. Cum de rebus ſpiritualibus loquebatur, videbatur alterius plane ſeculi vir eſſe, quia apparebat eum ſic loqui ut ſentiebat. Converſatio vero ejus erat cunctis exemplum & forma vitæ ſpiritualis. Idem multa miracula fecit, quorum aliqua ipſemet oculis meis vidi. Denique vocante Domino perquam devote diſceſſit ex hac vita, maximæ ſanctitatis odorem poſt ſe relinquens. Corpus in prædicto loco S. Mariæ Angelorum requieſcit. *Ita ille.*

Vita antiquior ex Mariani Florent. Chronica Ms.

6 *Waddinghus, poſt relatam vitæ ſynopſim, & quæ dedimus de corporis tranſlatione, inſtitutum de* Joanne *ſermonem ſic concludit.* Ejus vitam ſcripſerunt Seraphinus de Caſtello, Marianus Florentinus, Jacobus Odo Peruſinus, Marcus Uliſponenſis, omnibuſque diligentius & poſterius Franciſcus de Luniano. *Franciſcum (ut indicavi) habemus, Marcum etiam triplici lingua agentem de Ioanne parte* 3. *Chronicæ Minorum libro* 5 AUCTORE D. P. *cap.* 38 *& ſequentibus quinque; Iacobi verba jam Latina fecimus, ipſe enim (ut ex Catalogo Scriptorum Ordinis per eumdem Waddingum edito diſcimus) ipſe, inquam, compoſuit* ſpeculum Ordinis Minorum, quod vulgariter vocant Franciſchinam. *Mariani faſciculus Chronicarum Ordinis Ms. extat ad S. Iſidorum Romæ, unde deſcriptam Vitam petii & impetravi ab humaniſſimo pariter & eruditiſſimo Waddinghiani operis abbreviatore atque etiam continuatore Franciſco Haroldo, eique inſerta reperi Seraphini prælaudati verba, à num.* 14 *& deinceps. Hunc Mariani contextum primo loco damus, eique ſubjungimus ex Italica Franciſci Lunianenſis narratione Supplementum bene amplum, totam illam Latinam reddituri, ſi Marianum non habuiſſemus. Habuiſſe autem eum tanto gaudemus magis, quod ipſe Lunianenſis eo caruerit; unde neque Neapolitanæ profectionis meminit, ſuſceptæ ad inſtantiam Regis Ioannis, cum in Aragonia mercator degeret eidem familiaris; neque Fr. Seraphini colligentis verba ſui Magiſtri, ſed ſolum* B. Cherubini de Spoleto, *unde acceperit* Cap. 24 de Conſiliis datis à Joanne Fratribus circa diverſas materias, *quorum aliqua conveniunt cum illis quæ Marianus à prædicto* Fr. Seraphino de Caſtello, *ſuo familiari diſcipulo uſque ad mortem, ſe ſcribit accepiſſe.* E

cui ex Italica additur ſupplementum.

Tempus Vitæ ſic colligit Lunianenſis, ut Joannes *anno* MCCCCXXV *egerit ætatis annum* XVI; *adeoque natus fuerit anno* IX *iſtius ſeculi; mortuum vero ait, ætatis ſuæ anno* LXIII, *Chriſti* MCCCCLXXII. *Idem mortis annus num.* 1 *& ult. nominatur apud Marianum,* Ordinis vero 263; *ubi manifeſtus error librarii, ſic videtur corrigendus,* Ordinis vero 42, 63 ætatis. *Ita Ordinem ingreſſus fuerit non multo major vicenario. Certe non videtur tricenarius nedum grandevier illuc poſſe adduci, qui juxta prædictum Lunianenſem cap.* 13, *ſtabiliendæ Sanctimonialium Peruſinarum reformationi judicatus idoneus eſt, anno* MCCCCXLVIII; *idque poſt annorum aliquot magiſterium Novitiis impenſum, & ſex annos religionis in Hiſpania traductos prius quam in Italiam reverteretur. Ille autem* XLII *annorum in Religione traductorum numerus videtur ab ipſomet confirmari, ubi apud Marianum num.* 24 *dicit,* Quadraginta annis ſtudui meipſum ſcire. *Congrue igitur dicetur ingreſſus Ordinem anno* MCCCCXXXI, *& in Italiam regreſſus anno circiter* MCCCCXXXVIII: *ſic autem præter novitiorum curam potuit unum alterumve Guardianatum geßiſſe, prius quam Sanctimonialibus præficeretur.*

Chronotaxis Vitæ.

VITA

Auctore Fr. Mariano Florentino.

Ex faſciculo Chronicarum ejus Ms. lib 5 *Cap.* 38 *à R. P. Franciſco Haroldo communicata.*

CAPUT I.

Caſta Ioannis adoleſcentia, negotiatio in Hiſpania: ingreſſus in Ordinem, & triennalis ibidem peregrinatio: reditus in Italiam, & vita ibidem acta.

Luca nobiliter natus

1 LUx nova iſtis noviſſimis temporibus orta eſt in Civitate Lucæ, per quam Thuſcia decoratur, Familia regularis obſervantiæ illuminatur, & Vallis Spoletana adornatur. Hæc quidem lux ſanctus Frater Joannes, miſſus à Deo, ut gratiâ, qua ipſum Deus repleverat, nos per devia errantes illuminaret dirigeretque per viam perfectionis & per ſemitas Dei noſtri. Hic de nobilibus parentibus, & familia quæ

A. MARIANO IN CHR. MS. *à puero incipit mundū ſpernere,*

de Bonviſibus nuncupatur ortus, à ſua pueritia cœpit bonum reſpicere & Jeſum ſequi. In ſua nempe tenerrima adoleſcentia hujus mundi præludia & vana gaudia contemnere cœpit, & conſortia fugere puerorum; magis eligens ſolus converſari (germano excepto) quam cum vanis pueris eſſe, ſe multis periculis exponendo. Quapropter divina opitulante gratia ab illo vitio, in quod florida juventus faciliter fluit, immunem ſe cuſtodivit; ac virgo puriſſimus ex hac vita migravit anno MCCCCLXXII.

virginitatē adoleſcens ſervat,

2 Hic cum eſſet ſedecim annos natus, ad quamdam nobilem civitatem [propter] peſtem ei confugere oportuit; in qua pudicus adoleſcens ſuum irrecuperabilem theſaurum amittere non parum timens, orans Deo commendabat ſuam virginitatem. Licetque in maximo eſſet periculo amittendi eam, tamen ipſum Deus miſericors adjuvans, ipſum è manibus perſequentium eripuit. Ab infantia quippe ſua cœpit

multum jejunat,

terere & affligere corpus ſuum pane & aqua, tribus diebus per hebdomadam jejunando: ſed poſtmodum videns nimis exaſperare ſe ipſū, uno relicto, duos tantum dies, cum pane & aqua tantum, ordinarie jejunabat. Quando vero cœnabat, ſobrie & temperate ſemper cibum ſumebat. Ob amorem etiam paupertatis, qui à ſua pueritia ſecū ſemper crevit, magis delectabatur de groſſioribus quam de delicatis cibis. Veſtes

B

quoque panni vilis, modici valoris, & colore

a

beretino induebat, & in ſui dedecus una de caligis diſſoluta. Ita denudato crure per Regiam curiam & aliorum Dominorum Hiſpaniæ ſæpe pergebat. Et quia nobilis & dives erat negotiator, non per hoc deridebatur, ſcientes eum bene ſapientem & devotum; unde econtrario quod quærebat honorabatur, quorum honores ipſe parvipendebat. Inerat certe in corde hujus angelici juvenis iſta vilitas, paupertatis ſoror, inſerta: omnem nobilitatem & divitias nihil reputans, deſpiciebat, quærens magis per ſacram Scripturam, & interrogans ſanctos viros, quomodo in cognitionem primæ cauſæ venire poſſet.

a viliter veſtitur,

amat paupertatem:

Mercatura proſpere in Hiſpania cedente,

3 Verum licet cuncta hujus mundi caduca ei proſperarent, & ultra alios mercatores Hiſpaniæ brevi tempore multam pecuniam lucrifaceret; hoc ipſe laqueum eſſe diaboli prudenter conſiderans, qui talibus blanditiis & lacteis cupiditatibus volebat ipſum allicere, & ad amorem terrenorum attrahere; è contrario fecit. Nam tunc propoſuit omnino mundum relinquere, & in religione Deo ſervire: & tale

proponit ſieri Religioſus

C

propoſitum etiam voto confirmavit. Unde deinceps ſacris lectionibus incumbebat, crebriſque orationibus vacabat, ideoque multas gratias & illuſtrationes atque magnam tam ſui ipſius quam Dei cognitionem conſecutus eſt. Eo namque tempore manus Domini ſuper eum, retardantem quod pollicitus fuerat, facta eſt: quia [fuit] duplici plaga, epidimiæ [ſcilicet] morbo, quæ tunc per Hiſpaniam ſæviebat, exterius caſtigatus; interiuſque ſancti Spiritus punctione magnopere punctus. Ex quibus non parvo laceſſitus eſt

idque à peſte ſanatus exequitur.

dolore, videns ſibi imminere mortem, ſcienſque de ſuis mercimoniis nulla eſſe diſpoſita, quæ per tria regna, videlicet Aragoniæ, Caſtiliæ & Portugalliæ eſſent diffuſa. Sed ut Deo placuit ad incolumitatem reductus, & reſumptis viribus, omnia prius bene diſpoſita & ordinata [relinquens], una cum ſuo famulo habitum Fratrum Minorum in Provincia Aragoniæ devotiſſime recepit.

tribulationes ultro ſibi quærendas intelligens,

4 Igitur religionem ingreſſus ſervus Dei Joannes, in ipſo primordio viſum fuit ſibi Chriſtum magnum lumen infundere in animam ſuam, ex quo lumine totam Religionem tribulationibus plenam eſſe conſpiciebat: imo ipſe ut eas meliori quiete ferret, prudenter ſecum ſtatuit illas quærere. Nam ſic arguens dicebat: Certe minus dolent vulnera quando prævidentur, faciliuſque & levius ſufferuntur mala ſponte quæſita, cum res concupita & inventa afferat ſolamen inquiſitori, quam ſi terga vertens fugeret & omnino inveniret, quia tunc gravius premunt corda fugientis. Ideoque ſequens quod in mente ſua conceperat, cœpit ita tribulationes concupiſcere & in tantum ſe in ipſis delectari, velut de ipſis filocaptus *b*, ut ſi quando verecundiæ & infamiæ atque perſecutiones ipſum perſequi deſiſterent, in animo valde affligebatur, & poſt eas quærens circuibat: & ſi quando de ſe murmurare audiſſet, locum dans murmuratoribus, veluti ſi non adverteret quando de ſeipſo loquebantur, lætus recedebat.

D

b

5 Cum vero per triennium *c* ſe in hujuſmodi exercuiſſet, tum Fratres voluerunt eum promovere ad quædam officia: ſed ipſe magis magiſque ſui vilipendium nec non auſteriorem cupiens ducere vitam, firmavit Aragoniæ provinciam relinquere, & veluti peregrinus per mundum incedere. Et quia in ipſo Conventu quidam juvenis, filius cujuſdam nobilis equeſtris, morabatur, qui ſimiliter recedere cupiebat majoris perfectionis gratia; ſæpe quæſitum ivit contemptorem ſui Fratrem Joannem: qui numquam ei loqui aut audire voluit, ſed tantum ad cælum indicem elevans, recedebat; annuens ei per hoc ſignum, quod ſuum cogitatum in Domino jactaret, qui ſuam voluntatem ei oſtenderet. Habita igitur licentia à Guardiano eundi ubi volebat, quia illo tempore ſicut modo, faciliter quiſpiam licentiam eundi & redeundi obtinebat à Patribus Conventualibus, licet in majori viverent obſervantia. In ſuo receſſu Guardianus dixit; Quare tecum non ducis juvenem iſtum, ô Frater Joannes, qui licentiam recedendi etiam poſtulavit?

c

& officia honorifica fugienda,

impetrat licentiam pedes regrediendi,

E

& datō ſibi divinitus ſocio

6 Acquievit igitur ſervus Dei, & ambo è conventu illo recedentes, pervenerunt ad quemdam locum in provincia *d* [Biſcaiæ], in quo ſatis in Regulari obſervantia degebatur; & hoc tam in prolixa oratione, & devota officii perſolutione, quam in obedientia pura & in ſtricto ſilentio: ſed in veſtimentis & comeſtionibus valde abunde vivebant: & non ſine cauſa: quia regio iſta ex frigiditate ſua *e* majus requirit nutrimentum quam Italia. Et quamvis illa abundantia multum diſpliceret zelatori paupertatis Fratri Joanni, tamen ut ſuipſius victor evaderet, ibidem ſe collocavit: ſubjicere enim non ſolum vitia ſtudebat, ſed etiam virtutes, ut per eas in vitium non tranſportaretur. Nam neceſſe eſt, ſecundum Sancti Gregorii ſententiam, aliquando virtuoſos actus comprimere, ne nimia virtute in vitium commutatâ anima interficiatur. Ambo igitur recepti in præfato loco, Guardianus ſtatim, ablatis eorum

d

ex Arragonia in Biſcaiam ivit:

e

F

ubi ex obedientia veſtitum denſiorem admittit.

paupercules habitibus, induit eos pellicea tunica uſque ad pedes, cum aliis veſtimentis ſecundum morem patriæ, ut ſe cum ceteris conformarent. Tunc amator indigentiæ dum ſic induebatur, videns ita ſuum captivari propoſitum, in cælum reſpiciens & ſubridens, exclamavit: O ubi modo recedis, Sancte Franciſce!

verſus petita & negata alio tranſeundi licentia,

7 Cumque ibidem aliquo tempore moram traxiſſet, in animo inſtigabatur ut inde recederet, & viam ſuam iret. Quamobrem licentiam petens, magnam reprehenſionem tamquam phantaſticus & levis animi reportavit. Aliquo tempore deinceps tranſacto, dum cogebatur à ſpiritu, ex ſtimulo conſcientiæ ibidem manendi, quod recederet; reſpondebat ſpiritui: Feci quod meum eſt, licentiam petii & obtinere non valui, verum reprehenſionem cum verecundia reportavi: ideo forte Deo placet ut in hac remaneam provincia. Sicque ſecum concertans tandem quieſcebat: ſed non multum poſt inſtigatio prima rediens, ſic loquebatur, dicens: Cum dicatur tibi à conſcientia

[quod]

A [quod] accedere debeas, iterum licentiam pete, & ad ferendam aliam reprehenſionem te præpara: ſicque majora lucra facies. Pluries igitur licentiam petiit, ſed reprehenſionem & confuſionem ſemper reportavit. Tandem vero quod petebat obtinuit. Receſſit ergo Chriſti peregrinus Frater Joannes ſolus de præfato loco, ibidem ſocium conſolatum & quietum dimittens. Et mala pati quærens audivit quemdam famoſum Guardianum ob ſuam auſteritatem in quodam loco habitaſſe; ad quem accedens, ſub ſua obedientia ſtetit. Ubi commorans, ſitibundus reprehenſionum Frater Joannes, propter auſteritates quibus erga eum Guardianus utebatur, præcipue eum reprehendendo, ipſe eum ad id ſemper incitabat.

tandem ultro oblata utitur

ſeque auſtero Guardiano ſubjicit:

8 Ivit deinde ad quemdam alium locum moraturus, in quo audivit quemdam ſeverum ſacræ Theologiæ Magiſtrum præeſſe, ut majora pateretur. Qui Magiſter de loco ſæpe recedens, quemdam laicum juvenem relinquebat loci Vicarium. Qui ut juvenis, ignorans virtutem Chriſti famuli, illum fatuum exiſtimans, non tantum lingua ſed manibus propriis diſciplina ſæve cædebat. Et ſemel accidit ut dum denudatum eum diſciplinaret, in ſpina renum eum verberans; Frater Joannes, ex nimio dolore, alte. B Heu mihi! clamavit. Tunc ille ait: Modo amplius non te cædam, quia vir impatiens es. Et quia iſte ſui corporis exterminator in ſero non cœnabat; ipſe juvenis, dum Fratres comedebant, accerſitum coram ſe flexis genibus aſtare volebat; & buccellam panis cum fruſtro piſcis ei miniſtrabat, ſemel tantum bibere tradens. Nimis longum eſſet omnia retexere, quæ in tribus annis, quibus ut peregrinus vixit, paſſus fuit. Nam quando ad aliquem Conventum accedebat, joculator reputabatur; & præcipue à pueris Fratribus, cum quibus in calce menſæ comedens, ei partem ſeu pietantiam auferebant.

iterum alibi juvenem & indiſcretum Vicarium nactus,

duriſſime ab eo tractatur.

multa ubique tolerans,

9 In iſto quidem tempore ſuæ peregrinationis tanto cum timore circuibat ne Creatorem offenderet, ut ab obedientia ſeu è loco recedens, ſtatim arripiebat eum febris; ſed quando aliquem intrabat locum, illico à febri dimittebatur, ſub obedientia ſe videns, & dicebat; quod videbatur ſibi caro & ſenſualitas tunc impinguari: cum vero recedebat iterum invadebatur à febre. Angebatur ſiquidem ſic eundi per mundum à ſpiritu, tamquam peregrinus & verus frater Minor, nihil ferens in via; cum totam ſuam proviſionem ſummo Providitori commiſiſſet. Pergebat etiam nudis pedibus abſque aliquo defenſorio; unde ex frigore & glacie ſanguine fluebant: & ſi quando in lapidem eos percuteret, ſecum C dicebat; Noli hunc dolorem cogitare. Infra iſto quoque tempore ſumme infirmans, in quodam hoſpitali manebat: ubi, quando à febri dimittebatur, foras egrediens, petebat eleemoſynam oſtiatim: qua recepta ponebat ſe juxta oſtium, & ibi pulmentum ſibi in paropſide collatum edebat: deinde ad hoſpitale rediens in lecto ſe collocabat. Immiſcebat ſe ſemper cum aliis pauperibus, à quibus honorabatur, vocantes eum Dominum contra voluntatem ſuam: & dicebat quia non poterat pœnitere ſic iviſſe, ſed magis ex verbis ſuis videbatur inclinatus ad idem faciendum.

præ metu extra obedientiam vivendi febri corripiebatur:

& infirmus quoque ſibi victū mendicabat.

10 Sed ut prolixior non evadat iſta narratio, alia multa relinquens quæ fecit & paſſus eſt iſtis tribus annis; Tuſciam provinciam ſuam venit: & tranſiens juxta mœnia civitatis ſuæ Lucæ, noluit eam ingredi, neque ſuum germanum vel alium viſitare: ſed Florentiam perveniens, ubi tunc audivit eſſe f Miniſtrum Generalem, ad ipſum acceſſit; ac rogavit ut eum in aliqua Provincia collocaret, in qua purius ſuam profeſſionem ſervare valeret. Miniſter autem ad Fratres de familia eum deſtinavit: qui illum ad Aſſiſium miſerunt, eo quod neque Lucæ, neque Florentiæ (ubi cognoſci poſſet) manere voluit. Sicque eum iſtæ duæ Provinciæ, ſcilicet S. Franciſci & Thuſciæ ab invicem ſe g ſeparaverunt, Frater Joannes in provincia S. Franciſci remanens, uſque ad mortem ſanctiſſime vixit. Erat enim Chriſti famulus amore Dei & proximi repletus, odio quoque & ſui ipſius contemptu; obedientiſſimus ſupra modum, præcipuus zelator paupertatis, ſpeculum honeſtatis, & (uno verbo loquendo) vas omni virtute plenum, in quo Deus omnium virtutum origo habitabat, juxta illud, Anima juſti ſedes eſt ſapientiæ, templum & cælum. Et quod ita eſſet abſcondere non poterat ut in verbis, geſtis & omnibus actibus ſuis non oſtenderet (ut ita loquar) in ſe Deum habitaſſe: unde Fratres ad odorem ſuæ ſanctitatis undique trahentes, ipſum ſummo venerabantur affectu, petebant ab eo conſilia, & inſtrui ab ipſo cupiebant.

A. MARIANO IN CHR. MS. *Aſſiſium habitaturus mittitur,* g

ubi virtutes ejus inſigniter enitent,

11 Deſtinatus igitur Peruſium, ut ibidem in loco Montis *h* de familia moraretur, videbatur Fratribus homo alterius ſeculi. Pergebat enim, ut ſupra dixi, diſcalceatus, denudato capite, habitu rudi indurus, mente & facie ad cælum ſemper elevata, & quia ob magnum iter habebat læſos pedes, dixit ei infirmarius: Accipe, Pater, aliqua vetuſta ſandalia, donec convaleſcas. Qui ea per ſe recipere recuſavit, timens à ſenſualitate ſe falli; dicens, quod ſi quis ſibi ea largiretur, ferret. Cum ſemel Sanctus Frater *i* Franciſcus de Papia, à quodam Fratre interrogaretur, quid de homine iſto ſibi videbatur, eo quod novas vias ab aliis ſpiritualibus tenebat, reſpondit: Theſaurus qui patenter in manibus fertur, cito amittitur. Quæ reſponſio eum relata eſſet Chriſti famulo, reſpondit: Qui cum bono Domino manet, nihil perdere poteſt.

h *Peruſium tranſlatus,*

E

i *tenet ſuum ſingularem rigorem;*

12 Audiens Illuſtriſſimus Aragoniæ Rex *k* virtutes, ſanctitatem, & miracula Fratris Joannis, quem in ſeculo bene noverat, dum temporalibus negotiis erat implicatus; obtinuit eum à Vicario *l* Generali, ut ad beneplacitum ſuum in civitate Regia Neapolitana morari debeat. Sed humilis Chriſti ſervus, non multum poſtquam ſereniſſimæ Regali majeſtati per oblationem fuiſſet præſentatus, honores & reverentias regias & aliorum curialium abhorrens, ſuam quietem & ubi incognitus eſſet morari potius cupiens, ita egit cum Rege, ut eum *m* Aragonam licentiaret: nam alibi ire non permiſit. Ubi poſtquam aliquod tempus fuit, incognitus an ſcilicet Hiſpanus vel Italicus eſſet, provinciam S. Franciſci ſtiens, genibus flexis coram Provinciali Vicario licentiam multoties poſtulavit: ſed non acquieſcente. Vicario, reprehenſionem reportavit. Tandem vero Vicarius illum in petitione ſua genuflexum, perſcrutantem iterum, rogavit unde eſſet. Et cum de provincia S. Franciſci ſe eſſe reſpondiſſet, ait Vicarius, agnoſcis quemdam Fratrem Joannem de Luca? Cui Chriſti ſervus, reſpondit: In memoria habeo: ſed ſcias, Pater, quod hanc licentiam nolo niſi amore Dei. Vicarius vero, audiens illum caute reſpondiſſe; ter illum, ſi Fratrem Joannem noverat, interrogavit: Quamobrem fuit conſtrictus ſe illum eſſe manifeſtare *n* Tunc Vicarius ſtatim ſuis manibus licentiam ei ſcripſit: ſicque ad provinciam S. Franciſci reverſus, omnium virtutum ſpeculum, formam, & exemplum ſemper fuit.

k *Neapolim à Rege acceſſitus,*

l

m

F *impetrat receſſum ab Aula,*

& quis eſſet faſſus Provinciali,

regreſſum ad Provinciam S. Franciſci.

ANNOTATA.

a Berretinus color, *videtur cinereus ſeu griſeus intelligi; etymologiæ cauſam & originem necdum aſſequor.*

b Filocaptus, *id eſt, amore captus.*

c *Lu-*

Regreſſus in Tuſciam,

f

A. MARIANO IN CHR. MS.

c *Lunianenſis in fine cap.* 3 *ſolos tres annos Ioanni in Hiſpania aſſignat: ſed hic clare indicantur alii tres, ab eodem per Hiſpaniam peregrinabundo exacti: neque ſane credibile eſt, ſtatim à completo tirocinii anno permittendam ei fuiſſe vagam iſtam adeoque periculoſam vitam.*

d Biſcaiæ *nomen Lunianenſis ſuggerit, quod alioqui in Ms. legi nequiverat, ideoque vacuus relictus erat locus in exgrapho. Tranſivit ergo Ioannes Navarram vel Caſtellam, interjectas inter Arragoniam & Biſcaiam.*

e *Vtpote Septentrioni atque Oceano objecta.*

f Guilielmus de Caſali *Conventuales ſimul rexit & Obſervantes, ſuppreſſis horum Vicariis Generalibus, ab anno* 1430 *ad* 1442, *ut dubium eſſe nequeat, quin de eo hic agatur.*

g *Atqui Gonzaga ſeparationem eam factam ſcribit anno* 1390, *idque probant ab eo tempore diverſi Miniſtri Provinciales in Annalibus Waddingi. Sed forſitan utrobique nec dum diviſi Obſervantes eatenus ſub uno Vicario Provinciali ſteterint.*

h Conventus S. Franciſci de monte *juxta Peruſium, aliquantulum à porta S. Angeli, quartus in Provincia S. Franciſci à Gonzaga cenſetur.*

i B. Franciſcus Ticinenſis *obiit anno* 1454 16 *Auguſti, in quem diem optamus nanciſci Vitam, quam fuſe*
B *ſcripſiſſe dicitur Iacobus Oddo Peruſinus; & Italicam aliam, quæ intra primum ab obitu ejus ſeculum à Card. Hippolyto de Rubeis habetur ad pralum approbata, teſte Waddingo; ſin minus, ſperamus ea quæ ex Oddone aliiſque collegit hic, quo jam utimur, Marianus.*

k Alphonſus I Arragoniæ Rex *ab utriuſque Siciliæ Regina Ioanna adoptatus an.* 1423, *eaque mortua regnum adeptus an.* 1434, *præfuit uſque ad* 1458.

l *Mortuo miniſtro Generali, de quo ſupra, Eugenius Papa IV pro Obſervantibus dixit Vicarium Generalem* B. Albertum de Sartiano, *qui obiit an.* 1450 15 *Auguſti: cujus opera una cum Vita compendio prælo nuper ſubjicere cœpit P. Haroldus Continuator Waddingi.*

m *Memini quod* 2 *Maji, in Proceſſu Conſentino pro S. Franciſco Paulano, n.* 177 *nominatum inveniens* D. Polyxenam de Ragona, *hæſitaverim, quia in originali Italico contextu legebatur* daragona, *de quo tunc quidem dubitavi, an non diviſi legendum eſſet* de Aragona; *ſed ſuſpicatus ſum cognomen ſumptum à marito Aragonienſi: nunc autem* Aragonam *aliquam in ipſo regno Neapolitano hicmonſtrat auctor: ſed talem locum neque Samſonis Alphabetum Italicum exprimit, neque Catalogi Conventuum ab Haroldo producti poſt Epitomen Annalium.* Anglonam *illi nominant in Provincia S. Angeli,* 1 *Apuliæ: ſed pro*
C *qua* Aragonam *obrepſiſſe, quis auſit dicere?*

n *Lunianenſis hæc omnia narrat, tamquam in Hiſpania acta, cum inde in Italiam remeare vellet: abduxerit eum forſan* Aragonæ *nomen, alicubi lectum, quod non putaverit in Italia ſibi quærendum, cum paſſim uſurpetur pro uno ex Hiſpanicis regnis. Ioannis autem reſponſa idem Lunianenſis ſic digerit, ut interroganti Miniſtro, an noſſet aliquem Ioannem de Luca, reſponderit, quod de eo aliquando audiverit, non autem eum noſſet de vultu: inſtanti & quærenti, non utrum vidiſſet, ſed an omnino talem noſſet, dixerit; nihil eſſe difficilius quam cognoſcere aliquem, beatum autem futurum ſe, ſi noſſet ſeipſum: ad extremum denique clare dicenti, ſe non agere de ſublimiori aliqua ſed extima cognitione, ut proprium ipſi nomen ſcribere in patentibus poſſet; faſſum denique quis eſſet. Sed vereor ne ex veroſimili magis compoſitione, quam ex antiqua relatione hæc ſic digeſta ſint.*

CAPUT II.

Ioannis humilitas, & variæ de eadem virtute ſententiæ.

13 IGitur aliqua de ipſius virtutibus & perfectione narrare cupiens, præter ea quæ ſupra ſcripſi, relinquam miracula quæ vivens patravit, ſecreta cordis quæ revelavit, & futura quæ prædixit: quia hæc non hominem ſanctum faciunt, cum ſint communia cum malis hominibus, ut dicit Chryſoſtomus ſuper Matthæum; Non ſigna & miracula Apoſtolos fecerunt glorioſos, quia pravi homines ea faciunt; ſed pecuniarum & aliorum contemptus, ſine quo ſi decem millia mortuos ſuſcitaviſſent, ſeductores & non veraces reputarentur. Quem glorioſum contemptum iſte verus contemptor ſui Frater Joannes in ſe perfecte habuit, ſicut per aliqua ſua geſta & dicta oſtendam, quæ ex ore ipſius fuerunt collecta per Fratrem Seraphinum de Caſtello, ſuum familiarem diſcipulum uſque ad mortem. *Prebita ab eo virtutum exempla* *ſcribit diſcipulus Seraphinus.*

14 Hujus ſancti viri deſiderium ſemper erat, ut ſuper firmam petram, qui Chriſtus eſt, firmaret ſuum domicilium: noverat enim quod abſque humilitate nihil in via perfectionis ſervus Dei proficit. Ideo ſemper ſtuduit ſe vilem & abjectum omnibus oſtendere, & præcipue illis qui ei aliquam fidem ſeu opinionem de ipſo habere demonſtrabant. Unde coram eis, non tantum verbis ſe humiliabat, verum & geſtis confuſiones quærebat, & novas mortificationes inveniebat. Qua de cauſa cum à Peruſinis veneraretur magnopere, eum ſanctum (ut erat, reputantibus; ſemel, dum Guardianatus fungebatur officio, & cum aliquibus magnis civibus in platea majori de Peruſio loqueretur, qui ei multam reverentiam faciebant, caute femoralia diſſolvit, & in terram cadere reliquit: quæ cito patenter colligens, in manica repoſuit. Alia vice exiſtens Guardianus, carnes quæſtuavit *a* per macellarios, ut moris erat antiquorum Patrum. Et cum aliqua capita *b* caſtrati quæſtuans recepiſſet, in ſupradicta platea ſibi dicta capita ex caſu cadere finxit: quæ hinc & hinc per declivium plateæ decurrentes, oſtendebat ipſe de hoc magnam verecundiam habere, ideo citius quam poterat colligebat. Semel quando quidam nobilis civis dixit ei Guardiano exiſtenti, ut ad talem macellarium mitteret pro uno caſtrato, quem amore Dei ſibi largiebatur: tunc ille ſtatim ad macellarium pergens, ipſum decoriatum obtinens, per medium jam dictæ plateæ, hora qua civibus & doctoribus plena erat, tranſivit. Ex quibus geſtis ſemper magis ab ipſis venerabatur. *Deſpici ab omnibus & ubique cupiens,* E *cum eſſet Peruſii Guardianus,* *modo femoralia,* a b *modo vervecina capita ſibi elabi permittit,* F *aut carnes à macello palã fert ipſe.*

15 Dicebat etiam: Mortificatio ſui ipſius eſt primus lapis in ſpirituali fundamento ponendus, ſine quo ædificium in altum non erigitur. Dixit quoque; Tempus cum fuit ut ab omnibus vilis & defectuoſus reputarer, omnes defectus meos & quidquid in me infirmum conſpiciebam aperte recitabam; ſicque ſpiritui & meæ conſcientiæ non obediens, quietem & pacem non reperiebam. Et cum per hoc humilis reputarer, & per conſequens honorarer; incepit me laudare & gloriari, ut ſuperbus & vane glorioſus putarer, ſicque confundebar. Iterum dixit, Qui ſe exiſtimat aliquid eſſe, ſcintillis ignis repletur. Qui ſupplicia cogitat [inferni, &] ferre pro capillo *c* deputat, humilitatem acquiſiviſſe oſtendit. Humilitas vera eſt quoddam Dei lumen, per quod noſtram nihilitatem tantum conſpicimus, ſicut pulveres in ſolis radiis, quando per feneſtram domum ingrediuntur. Major & utilis virtus eſt, in qua tota noſtra perfectio conſiſtit, ſcire ingredi unde exivimus, ſemper Deo *defectus ſuos revelat,* c *declarat quid ſit humilitas.*

honorem

honorem & gratias exhibentes: ſed tam fatui ſumus, ut de malis actibus gloriemur; & bona, quæ Deus nobis mediantibus operatur, nobis ipſis applicemus; ſicut muſca ſuper cornua bovis, quæ in ſero dicit, Magnum campum aravimus. Hoc ſolum intra nos eſt, videlicet minus quam nihil. Quare igitur noſtris circulis & fatuitatibus opera Dei diſſipamus? Deus ſtatum ſuum non amiſit, & nos omnes cum ipſo manemus, ſtamuſque in regio palatio: nos enm Deo tractare habemus. Omnes ſuam conditionem intelligant, quia omnis Lectio in, Tu autem Domine, ſeu, Ait Dominus omnipotens, terminatur.

quid vana gloriatio.

Inferno ſe deputatum perſuaſus,

16 Timebat valde æterna ſupplicia, ad quæ videbatur ſibi omnino deputatus: imo omnia quæ per mentem ſuam tranſirent, ob ſuam humilitatem, ſuo Confeſſori vel infirmario narrabat: quamobrem eum nonnulli reputabant nullius valoris ſeu levis animi, ipſum deridentes. Quod cum quidam ſuus familiaris ei retuliſſet, reſpondit: Honorem non quæro, niſi illum quem mihi Deus largitur: conſcientiæ meæ obedire volo, neque æſtimo vilis videri & nullius valoris: hoc enim ſemper quæſivi. Cum ſemel quidam Frater eum viſitandi gratia de aliena provincia veniret, & ei in menſa infirmariæ exiſtenti ex parte
B cujuſdam magni Scutiferi & antiqui *d* patris ſalutem
d & recommendationem diceret; poſt receſſum ejus humilis Chriſti famulus plangere cœpit. Quem Frater Seraphinus de Caſtello, cur fleret, interrogavit. Qui reſpondit, Juſtum Deum contemplor: ſcio quod ſcio. Hoc enim dicebat, quia propter ſuam profundam humilitatem viliſſimum peccatorem ſe conſiderabat, cum vas eſſet plenum omni ſanctitate: reputabat enim ſe indignum quod aliquis ei fidem haberet, & præcipue illi qui in aliqua æſtimatione erant: & hoc æſtimabat ſolum ex Dei bonitate eſſe, quod alii eum aliquid æſtimarent; imo immenſam Dei bonitatem reſpiciens, lugebat.

dolet ab aliis honorari.

17 Alia vice quidam Frater retulit ei, quod quidam alius Frater duodecim ſteterat annos in oratione antequam legere cœpiſſet, excepto in menſa, ſed loco lectionis orabat, & vilia domus exercebat. Cui ipſe reſpondit: Fundamentum jacuit iſto tempore Frater iſte, & hunc ut legeret exhortabatur. Quidam alius Frater interrogavit eum dicens, Quid faciam, Frater, quia aridum & ſiccum me totaliter ſentio. Reſpondit: Cum præſumptione vis opera Dei per vim brachiorum agere: toties enim impotentiam tuam probaſti: nunc te in Deum projice, paupercule. Neſcis eum non velle ad nos venire, quia ſumus otioſi? Quare cum humilitate & timore Dei ſiſtimus virtutes operari? Sancti enim Patres, miraculorum operatores, nonne magis quam alii timebant? Omnis noſtra actio in timore offenſionis divinæ & periculi jam incurſi vel incurſuri debet conſiſtere: quia merito debemus à Deo puniri, niſi quia ſua miſericordia liberamur. Tunc ille reſpondit: Quid igitur faciam, Pater? Oportet, inquit, ſemper orare: quia oratio illuminat, purgat, dirigit, & nutrit. At ille interrogans dixit: Pro utilitate ſua in Deo placet. Reſpondit: Tædeat te in hoc ſtatu manere, & in oratione perſevera; cum cordis tamen humilitate & puritate; quia Deus tuam ultimam reſpicit intentionem. Et ille: Non ſapio dum oro. Tunc ille reſpondit: Guſtus in oratione non obtinet, ſed amor. Igitur teipſum odi, & Deum ama.

fiduciam in Deum collocandum,

C

bona agenda cum timore,

ac ſemper orandum etiam ſine guſtu.

e 18 Et ille: Hugo Pantiera *e* dicit, quod beatus Pater Franciſcus, ob Chriſti aſſiduam memoriam, ſacra recepit ſtigmata. Qui reſpondit, O paupercule, Sanctus Franciſcus fundatus & habituatus erat in humilitate, in quo habitu omnia licent, etiam murmurare. At ille interrogans, dixit; Quid eſt habitus humilitatis? Reſpondit, quædam præſumptio & opinio quod

Item in quo ſitus ſit habitus humilitatis,

ſumus miſeri. At ille: Ergo in aliis ſe occupare præſumptio eſt? Qui reſpondit, Magna: & adjecit, Timorem igitur habeas pro tumore. Et ſcias, quod ille qui in veritate incedit, non reputat [ſe magnum] de obedientia, neque de alia virtutum forma. Reſpondit ille: Quid eſt incedere in veritate? Et ipſe: Cognitio propriæ miſeriæ: quia verum eſt, quod ſumus miſeri. Et exclamavit: O! humilitas interior! & adjecit: Quanto quis credit per ſe ipſum poſſe bonum operari vel malum evitare, tanto magis ruere permittitur: quia in illo tunc Deo adverſamur. Solus Deus certe eſt omnium bonorum principium, medium & finis. Major ſuperbia eſt ſe exiſtimare virtutes habere, quæ Dei ſunt; imo [eas] amittimus: ipſe enim ſolus eſt ſanctus. Superbia & fatuitas eſt reputare ſe habere illud, quod [quis] in veritate non habet: quia vita æterna eſt Deum cognoſcere. Talis autem cognitio, ſcilicet propriæ miſeriæ, vita æterna eſt: & ipſâ, in hac vita beatus eris; & ibi, ſcilicet in paradiſo, in anima tua requiem invenies. A. MARIANO IN CHR. MS.

cognitio ſui,

19 Et dixit ſemel cuidam alii Fratri hic vir perfectus, Aliquando ſumus angeli, aliquando dæmones: angeli enim ſumus, quando humiliamur Deo; ſumus dæmones, quando ſuperbimus. Quando nobis ipſis videmur boni eſſe, tunc ſumus peſſimi: ſed quando
E reputamur mali, tunc optimi ſumus. Si bonus eſt, compatere ei; ſimiliter ſi malus. Alia quoque vice dixit, Propriam miſeriam cognoſcere eſt utilior ſcientia, quam addiſcere poſſumus: quia tunc creatura videns ſe nihil & vilem, Dei adjutorium quærit: ex qua humilitate viam fidei invenit, ex qua fide aureum ſtimulum invenit, hoc eſt, non in aliud quam in Deum amorem ponere ſive ſperare, abſolutum ab omni vinculo terrenorum. Et dicebat: Diſce fatuus reputari, ut vites Dei offenſionem: unde inſipiens eſt, qui ob ſui humilitatem neſcit fieri amens. Propter zelum Dei videri ſuperbus, non æſtimes: ſed antequam aliquem improperes vel arguas, noli abſque præmiſſa oratione adverſari; oraque pro eo, & ſibi compatiaris. Qui à cibis ſe abſtinet vel alias colit virtutes propter verecundiam, ſuperbia eſt. Cum interrogatus fueris, noli verecundari reſpondere, Neſcio: & pacem invenies.

noxia verecundia,

20 Multæ tribulationes à ſuperbia nobis miniſtrantur: ſed humilitas odit ſe ipſam: nam omnis amor odium habet. Non mulieres odimus, ſed periculum earum: non vincitur hoc, niſi per fugam: quia revelat corda inimicus noſter. Se aſperum in hoc actu oſtendere, optima medela eſt. Et adjecit: In veritate
F pergite; totis viribus, recto tramite ad Deum ambulate: non diverticula ſeu revolutiones agamus: Deum non decipiamus, quia peccatum eſt. Nam ipſe nimis pure incedit, & vult quod nos pure incedamus. Propoſitum orandi vim magnam habet. Adhærere Deo omnium ruinarum remedium eſt. Quanto magis operamur bonum, tanto amplius tenemur Deo. Quanto plus ſine humilitate agimus, tanto deterius incedimus. Quanta eſt humilitas vel delictorum noſtrorum cognitio, tanta eſt virtus in ſuis rationibus proximo conſentire.....

puritas cordis;

Proponit remedia contra ſuperbiam.

21 Cuidam alii Fratri dixit: Attende ne quidquam agas arbitrio tuo, ſed ſemper ſecundum arbitrium tui Prælati agere velis. Ille cognoſcit ſe nihil eſſe, qui non eſt amator ſui vel ſui corporis. Superbus etiam cognoſcitur in hoc, cum quis numquam quietatur. Adoleſcens ſi eſſet in aëre elevatus in raptu, pedes ejus accipe & ad terram proſterne. In libro tuæ conſcientiæ lege; miſeriam tuam videbis, & ibidem profectum invenies: quia juxta dictum Apocalypſis, Miſer & miſerabilis es, cæcus & nudus; & nihil, multa iniquitate excepta, reperies. Si poſſibile eſſet noſtram miſeriam conſpicere quanta eſt, omnino

Apoc. 3. 17

A. MARIANO IN CHR. MS.

desperati nosmet ipsos suspenderemus, nisi divina misericordia subveniret: pro optimo enim bono quod agimus infernum meremur, si secundum nostra merita juste judicaremur. In veritate incede, & Deum ama: & qui disputans cupit veritatem invenire, non timet vinci: propria enim via inveniendi veritatem est, inclinare se, & proximo in suis rationibus condescendere. Disce quid hoc verbum seu vocabulum, scilicet Verus, signat, & totam Scripturam intelliges. In meditatione Passionis Christi multa potest esse superbia: sed expectare à gratia illuminari bonum est; & dum meditaberis, illuminaris. Cogitare eam debemus gratia vel arte, & hoc proprie exercitium, & non oratio vocatur: quia oratio extra nos comprobatur esse. Habenas ad illud quod agis diligenter retine, & ad illud quod dicis respice.

impatientiam,

22 Et vertens se cuidam afflicto dixit: Putes hoc non sine voluntate Dei fieri, & pacem invenies: quia cor contritum & humiliatum Deus non despiciet, sed eum bonum sibi videtur subveniet. Item dicebat, Si nobis meliores & sapientiores aliis esse videmur, opere ostendamus, melius quam illi exercentes. Toties quoties facta aliena respicere contendimus, magis cæci efficimur: & etiam propter hoc Deus juste permittit quod in eumdem errorem cadamus: ideo ex superbia & reputatione sui vel per ignorantiam judicare proximum, suam propriam miseriam non aspiciendo, cæcitas mentis est. Sed in manifestis oportet dictum S. Pauli reminisci, dicentis, Considera teipsum ne tu tenteris. Ad Deum accede, & quod sibi placet contempla, nihil aliud cupiendo nisi ab omnibus contemni: & scias, quod Deus tot nobis largitur, quot ei condonatur. Si recedentes à Deo cum amore ad creaturas convertimur, ab illo separamur. Humilitas est odire proprium videre: verecundemur igitur sequi proprium videre. Humiliemus nos metipsos intus & foris ad omnia vilia exercenda.

B

& temeraria judicia de proximo.

Gal. 6, 1

Infirmo discipulo

23 Cum in sua ultima infirmitate Frater Seraphinus, discipulus suus qui hæc collegit, postulasset ei, ut antequam discederet sibi aliquod verbum memoria dignum diceret; respondit: Parvam fidem habeo in verbis meis. At ille ait: Etsi tu, Pater, fidem non habes, habeo ego. Tunc ille respondit: Humilia teipsum: deficias sub humilitate. Tunc Frater Seraphinus dixit: Quamvis homo sciat quid facere debet, tamen ob negligentiam ad effectum non producit, vel ei non videtur agere; nihilominus semper ad Deum suspirat, & clamat se culpabilem, dicens: Domine, quod agere debeo non facio, miserere mei; & pro defectibus meis rogo ut tu supplere velis. Tunc ipse respondit: Ita est: Ita est. Cum semel cum tribus Fratribus loqueretur, superbiam detestans humilitatemque exaltans, pulcherrima dixit, & inter alia ait; Humiliate vos, inquit, filii carissimi, quia adhuc tempus habemus multa bona agere, non solum respectu Dei & secundum Deum, sed etiam secundum mundum. Tunc unus de astantibus qui desperaverat posse expellere superbiam, & acquirere humilitatem, dixit: Deus misericordia sua mihi potest gratiam præstare ut humilitatem acquiram, & superbiam expellam: sed si ipse hoc non agit, numquam ego spero me facturum: quod servus Altissimi audiens, respondit ut supra: Ita est. Ita est.

humilitatē incolat:

C

item aliis suadet

nihil de se præsumere,

24 Parum antequam discederet etiam dixit: Semper vidi, de me ipso non posse confidere: sed nunc clarius video. Quidam alius Frater dixit: Pater, de memetipso non nimis confido: respondit, Imo nimis de te confidis. Et cum idem alia vice dixisset, quod non videbatur sibi seipsum intelligere; respondit, Nunc te bene intelligis; Adducens dictum Apostoli dicentis, Neque meipsum judico, cum esset qui erat. Semel etiam narrans de quodam venerabili Patre, qui dicebat quod de rebus proximi acute videbat, de suis vero minime, quia cæcus erat & infirmus; ipse vir Dei Frater Joannes affirmavit, quod qui proximum sententiat, dicens, Sapiens est, vel fatuus, sive urbanus, vel nullius valoris, perfectus seu imperfectus; talia proferre ex parvo sensu prodire dicebat & parvo spiritu, & totum à superbia procedere: quia in veritate non se cognoscit: nam solus Deus & spiritus hominis quod in homine est scit: nostra etiam judicia ut plurimum fallunt; nimis [enim] ab judiciis divinis differunt, sicque judicia imperfectorum à perfectis. Et addidit: Quadraginta nempe annis studui meipsum scire, & adhuc meipsum ignoro. Et cum in processu vitæ suæ semper prædicaret obedientiam magis quam alias virtutes, in ultimo vitæ suæ in os suum videbatur magis resonare, timor & humilitas: unde sæpe dicebat, Humiliemur totis viribus amore Dei, ita ut in humilitate deficiamus, quia ipsa est remedium ad omnia.

D

& alium non judicare.

1 Cor. 4, 3

ANNOTATA.

a Quæstuare *est*, *Quæstam facere*, *eleemosynas conquirere.*

b Castratus *Italice dicitur Vervex.*

c Pro capillo, *id est*, *Nihili.*

d Patris, *fortasse* Compatris, *hujus enim tituli nexus maximo in pretio secularibus est (hic autem de seculari agitur) & sæpe eo utuntur ad quamcumque aliam, sed arctam, amicitiam exprimendam.*

e Hugo Pantiera, *nec inter scriptores Franciscanos Waddingi, nec alibi quod sciam hactenus invenitur.*

E

CAPUT III.

Dicta Ioannis de amore Dei & odio creaturarum: & quam pure ipse Deum diligeret, per viam contemplativam gradiens.

Sollicitus ne à Dei amore discederet,

25 ERat quoque Christi famulus zelotypus sui affectus, ne ob amorem alicujus creaturæ captus à suo creatore discederet: & in hoc totum solum studium suusque labor erat, videlicet à se expellere omnia quæ impedirent ei suum Dominum. Unde fugiebat Fratres, fugiebat seculares, & illos qui libenter conversantur cum secularibus redarguebat. Semelque reprehendens unum Fratrem, qui cum secularibus libenter loquebatur, dixit; Mihi martyrium est cum eis loqui & eos videre. Tamen quando ab eis postulabatur, respondebat, satisfaciens eis secundum beneplacitum Domini; dicens cum Apostolo, Omnibus debitor sum: sed tormentum esse debet religioso loqui cum secularibus. Ille qui Deum vult quærere, inveniet eum: sed qui aliud vult, neque Deum neque aliud habebit. Ideo proximum fugiendo gratia magis Deo adhærendi, majorem utilitatem ei & nobis attulimus: quia quanto amplius sumus Deo conjuncti, tanto magis apud ipsum Deum proximo utiles erimus. Magnam vim habet amor proximi ad ejiciendum mentem nostram. Non licitis consentire, ut scandalum evitetur seu amoveatur secularium, bonum non est: quia ipsorum scandalum cito transit, sed nostrum semper perseverat: & si ex zelo talia relinquimus, pro sacrificio Deus recipit & omnino acquiescit.

docebat fugienda colloquia secularium,

F

Rom. 1, 14

nec curandum si eo scandalizentur:

sed fidendum Deo,

26 Qui confidit in Domino non commovebitur in æternum, sicut mons Sion. Super conscientiam meam, confidite in Domino: quia nostris necessitatibus providet, & spiritualibus consolationibus restaurat. Ipse requirit à nobis totum nostrum amorem, quem ipse largitus est nobis: quando enim aliud amamus vel in alio studemus, in hoc totus suus dividi-

A dividitur amor. De nobis ipſis confidere non valemus, quomodo igitur de fidelitate noſtrorum amicorum confidimus? Et ideo Deus permittit, quod amatores ſine ſe ad invicem iraſcantur & conturbentur. Si nos cum Deo concordabimus, cum omnibus bene erimus. Qui confidit in Domino, cuncta remedia habet in perpetuum. Aureus ſtimulus cuſtos eſt, ne in nullam creaturam amor ponatur. Deſiderium moriendi & tribulationes patiendi bonum eſt, ſed omnium mutatio ad talia tendit. Adhuc neſcimus ſpiritualem viam, quia ſæpe recedimus, & neſcimus ſi ſumus Dei ſervi, ſi angeli, ſi filii per gratiam, ſi homines & dæmones ſeu belluæ.

eique unice adhærendũ;

diffidendum autem ſapientiæ propriæ,

27 Omnis finita ſapientia ſtat in Dei confidentia. Qui vult perfectus eſſe, de Deo confidit, & non de ſeipſo, ut per illud audiat quid loquatur in ſe Deus. Quando enim lego, à Deo habere intendo lectionis intelligentiam, quia ab ipſo ſpirata eſt. Scientia in vaſe infecto periculoſa eſt. Stude, & omnia quæ agis cum timore Dei age: quia abſque timore ſcientia moritur. Vera ſapientia eſt ſe totaliter in Deum projicere: ille enim ſemper orat, etiam comedens & dormiens, qui totaliter in Domino confidit & requieſcit. Oratio nihil aliud eſt niſi ſperare, & quod ſperas accipere; id eſt omnibus directus eſſe ſecundum Domini voluntatem. Ille qui à principio obſtacula removet, cito introibit in viam Dei. Et lugens

B

& cor removendum à rebus creatis:

dicebat: O pauperes juvenes, a[illegible]hæretote tantum Deo, quia non eſt bonum Conv[illegible]tuales effici in cantare & ſtudere, ſed in cruce Domini ſtudete: inſigne enim Chriſtianorum eſt ſancta Crux, id eſt, tribulationes, verecundiæ, pœnæ: & [in his eſt] libertas, quam libertatem toto corde ſemper concupivi.

quia Deus diligi debet abſque medio.

28 Deus eſt ſumme bonus & ſapiens: ergo quieſcamus in omnibus quæ circa nos agit vel permittit, quia pluſquam dici poteſt nos amat. Qui in mundo confidit, bonitatem Dei non valet agnoſcere. Qui nos abſque ullo medio diligit, & nos etiam abſque ullo medio illum diligere debemus, & ſuas creaturas propter eum. Major quidem labor non eſt, quam ſe abſtinere non diligere eum quem cernimus & cognoſcimus nos diligere: Deus igitur qui fidelis & verax amicus eſt, & nos tenerrime & ſupra modum diligit, à nobis valde amari debet. Sed quia homo non cogitat & videt ſuum amorem erga nos, ex defectu tamen ſuo, ideo Deus ut debet non diligitur: verum creaturas magis amamus, quæ mendaces ſunt, & nos

C

premunt neque ſubveniunt, ſed in eis ſperantes decipiunt.

Huic ille præ omnibus faciebat ſatis,

29 Tantus nempe erat amor iſte divinus in corde ſuo ardens, quod omni tempore quando ipſius amoris guſtus eum præveniebat, omnia relinquebat: unde quandoque ex hoc, dum ab aliquo expectaretur, ipſe expectans ſcandalizabatur, credens illum ſtudioſe ſe expectare feciſſe. Quod ſcandalum vir Dei parvipendens, eligebat prius Deo, deinde hominibus ſatisfacere: & dicebat, Nam, ut docebat beatus Pater noſter Franciſcus, numquam divinam viſitationem præterire debemus. Hæc quidem videtur magna eſſe perfectio, non relinquere Deum propter triſtitiam proximi: nam ſi Deus voluiſſet ut eum dimitteremus, nos tunc non viſitaſſet, vel receſſiſſet ut creaturæ condeſcenderemus. Satisfacto

deinde proximis ipſum requirentibus:

Deo, omnibus creaturis ſatisfacimus: ipſe enim ſcit fracta reintegrare. Ideo omnes exhortabatur Deum abſque ullo medio diligere: Media autem quæ inter nos & Deum ſunt, dicebat, ſunt hæc creata, quæ nos ab ejus amore avertunt: nam quando ea diligimus, ab ipſo Deo amorem tollimus. Ama igitur Deum, & quod vales perpetra malum: nam ſi Deum amaveris, numquam quantumcumque minimum malum perpetrare valebis: quia dum malum agitur, Deus non amatur: utraque ſimul eſſe non poſſunt: ideo dico, Dilige Deum, & quantum malum potes age.

A. MARIANO IN CHR. MS.

30 Dixit ei quidam Frater: Quid faciam, Pater, quando venient tribulationes, quæ venturæ dicuntur. Reſpondit: Quid mali tibi nocent? ſi mundum fugies, adhærebis Deo. Non ſolum mundum & ſeculares valde fugere docebat, verum etiam & Fratres, dicens illis qui cum eo converſabantur: Fugite, Fratres, unus alterum; fugite, ſi Deum invenire cupitis. Quod ipſe perfectiſſime in ſe obſervabat. Nam cum quidam Frater, ſuus domeſticus & devotus, gravis eſſet ei in loquendo, ex quo ipſe vir Dei affligebatur; accidit illi erga virum ſanctum aliquod ſiniſtrum ſuſpicari, quamobrem de eo ſcandalizatus exiſtens, de cetero cum illo non converſabatur. De qua re vir Dei advertens, cum temerario judicio illius ſatisfacere potuiſſet, renuit; ſcandalum ejus non æſtimans, ne de cetero veniret ad loquendum cum eo, quia verba ejus non ſemper de Deo eſſent *a*, & quia (ut ſupra dixi) in hoc ſuum ſtudium totum erat ut à ſe omnia abdicaret, quæ ipſum ab amore Dei averterent. Unde (ut ipſe dicebat) non erat ei grave, odire vel non diligere res creatas, quia de hoc habitum fecerat. Ideo amicos ſuos videre non poterat: ſed aſperum & rigidum eis ſe ſemper oſtendebat.

Docet Fratres etiam mutuo ſe fugere,

ſicut & ipſe facit abſque ullo cujuſquam reſpectu,

a

E

31 Unde ſemel quidam magnus ſuus amicus & ſingularis devotus ei dixit: Quare, Pater, ita mihi adverſaris, cum tibi ſingularem geram amorem? Reſpondit: ob bonum tuum facio, quia quanto magis ſum cum Deo unitus, tanto magis utilis ſum amicis meis. Nam veſtræ blandæ amicitiæ aliquantulum me ſubtrahunt à Deo, ideo mihi & vobis damnum facitis *b*: ex qua re cum enſe in manu, ut poſſum me defendo. Item dixit: Quando Sororum Confeſſor fui, eram eis nimis gravis, non ſatisfaciens eis in omnibus ſicut vellent; cum ipſæ cupiant quod omnia ſua tractemus, etiam quantum ad victum: quod facere ſemper renui, quia ſemper magis habui oculos ad conſervationem meam, quam ad extrinſecam caritatem; quod eis gratum non erat, de qua re valde lætabar; conſiderans, quod dum ipſæ de me os ſuum amaritudine plenum haberent, ſecurus eram, quod ipſæ rem non facerent qua affectum meum erga eas inclinarent. Igitur mirum non eſt ipſum ad omnium virtutum culmen tam perfecte perveniſſe, cum inter ipſum & Deum nullum medium eſſet. Ideo dicebat: ſi Deum cupitis ô Fratres, & cum eo eſſe conjuncti, creaturarum affectum expellite. Qui Deum amat

dicens ita ſe amicis amplius prodeſſe:

b

& ſororum Confeſſarius iis diſplicere mavult quam placere.

F

peccare non poteſt, & Deus in eo ſemper operatur.

hinc meruit non ſolum Chriſti humanitatem

32 Vita nempe iſtius Chriſti ſervi erat quidam continuus reſpectus in Deum, cum intellectuali ſentimento. In omnibus quæ agebat in ipſum Deum affectualiter reſpiciebat, & ſe per aliam viam incedere non poſſe affirmabat. Ideo tribus annis, quibus officium exercuit Guardianatus in Peruſio, numquam viam ſuam reliquit, ſicut ipſemet dixit. Unde Deus altiſſimus, talem & tantum ſuum fidelem ſervum ex alto reſpiciens, magnis replebat conſolationibus, etiam ipſum ſua apparitione lætificans. Nam decies locutus eſt cum humanitate Chriſti: ſed quod majus eſt, Divinitatem etiam vidit antequam è corpore vocaretur. Et hoc non eſt contra illam ſententiam S. Joannis, quod Deum nemo vidit umquam: quia intelligitur, oculis corporalibus, vel, ſicut eſt in patria; nec contra aliam quæ dicit, Non me videbit homo vivens, id eſt à ſe ipſo vivens; ſed qui ſibi mortuus eſt Deum videre poteſt, ut Paulus Apoſtolus vas electionis, vidit; qui dicebat, Vivo ego, non ego, ſed vivit in me Chriſtus.

ſed & divinitatem in hac vita videre

1 Joa. 4, 12

Ex. 33, 20

33 Ideo uſque ad tertium cælum raptus fuit, id eſt ad cælum divinale beatiſſimæ Trinitatis, quod eſt

A. MARIANO IN CHR. MS. *quaſi cum Paulo rapto in tertium cælum*

tertium & ſupremum cælum, [nam præter primum cælum quod conſtat] duobus aliis corporalibus, quæ ambo vocantur in ſingulare cælum corporeum; aliud eſt cælum intellectuale vel mentale, de quo David in Pſalmis dicit, Tu autem in ſancto habitas: & iſtud per ſecundum cælum oſtenditur: ſed divinale eſt ſupremum, quod tertium vocatur, ubi ipſe Paulus raptus audivit arcana Dei. Ad iſtud quoque elevatus vir iſte extaticus Divinitatem vidit, & audivit. Et licet dixiſſet, ſe pulcherrima & magna in Paſſione Domini inveniſſe, tamen quia bonitatem Dei ſemper mentaliter reſpiciebat abſque Paſſione Chriſti, ideo divinitatem prius quam humanitatem ipſius Domini noſtri Jeſu Chriſti guſtavit. Exiſtens quidem novitius, ut ipſe dicebat, totus in Deum abyſſatus erat, ubi impotentiam ſuam in operando conſpiciebat: & tamen videbatur ſibi liberum arbitrium, ſicut habetur, habere. Dixit ſemel duodecim horas ſtetiſſe continuo orans, & adjecit, Parum æſtimo vocalem orationem, tamen propter humilitatem quandoque Coronas perſoluo Domini noſtri Jeſu Chriſti & ſuæ dulciſſimæ Matris.

extaſes patiens,

aliquando ad horas 12

34 Et exponens dictum Auguſtini, dicentis, toties quoties in mente compungitur homo Deum oſculatur, dicebat: Vere tunc Deum oſculamur, quando ab ipſo illuſtrati, non ſolum contemplamur vocationem ſuam & inductionem ad bonum, id eſt, ut ipſum ſupra omnia diligamus; verum etiam videntes & conſiderantes per vim hoc nobis fieri, feciſſe contrarium volentes: unde per hoc nos illum vere amantes amplectimur, & oſculamur ipſum altiſſimum Sponſum, Patrem, & Dominum. Et dicebat, quod in religione erant activi & contemplativi neceſſarii: quia nos aliquem ſecularium videre minime vellemus, & hoc valde auſterum eſt: ſeculares autem ſemper nobiſcum eſſe vellent, & hoc modo nos ad exteriora trahunt: nos vero illos expellimus, ut non nimis ante veniant, quod Dei myſterium eſt: ſed hoc rectum videre non ſecundum noſtra vota eſſe dicebat. Quidam Frater ſemel ei dixit, Omnibus conſideratis, Pater, via veſtra, ſcilicet contemplativa, melior eſt quam alia, ſcilicet activa. Qui propter humilitatem reſpondit; Neſcio. De iſtis perfectis viis dixit, quod numerabat notabiles viros, dicens: Talis ſingularis homo ſanctus reputatur, & tamen inclinatus eſt pulcra loca & librarias erigere. Alium notabilem cupere conventum, & mittere ad ſtudia. Et addidit: O qui pure perrexiſſet, & orationi vacaret, impoſſibile eſt ut damnaretur: allegans Chryſoſtomum & Gregorium qui dicunt, quod illi qui ſunt Deo per orationem familiares, in judicio judices erunt cum Chriſto.

B *& ad Dei oſculum in contemplatione ſublatus:*

C

ſed dolet temporalibus rebus nimis affici.

35 Cum quidam Fratres vellent quemdam capere conventum, dixit: Vere video vos in conventum ruere. Et ad hoc propoſitum magna cum efficacia & mœſta voce Scripturam adducens; ubi Deus populo ſuo dicit; Excæcabo *c* vobis cor, & præcepta mea ſervare non valebitis. Itáque, inquit, fiet nobis Fratribus Minoribus, dixit Dominus exercituum: Veſtris demeritis dabo vobis opiniones varias ſub ſpecie boni, quæ à veſtra profeſſione vos ejicient. Adducebat quoque aliud dictum; Viæ Sion lugent &c. quia ſucreſcunt herbæ ſilveſtres, hoc eſt, eo quod defecerunt viatores, ad ſolennitates & delicias ſpirituales pergentes. Et addebat: Odorifera ſimplicitas, pretioſa & recta via, hodie inter communitatem Fratrum locum non habet. Et licet capere conventus, pulchra & ſumptuoſa loca & librarias erigere, & alia plura diſpliçerent huic beato viro, eo quod erant contra paupertatem, & media impedientia inter nos & Deum nec talibus umquam conſentiret; tamen ex ſua perfectione ſapienter tolerabat, & ſuam conſcientiam quieſcens, ubi in ſupradictis talibus locis de familia ponebatur, ibidem manebat; dicens, quod talia debemus non amare nec velle videre, ſed quieſcere, alios meliores exiſtimantes: & nosmetipſos Deo recommittere debemus, fidem habentes, ut ubi ſumus manſuri ſeu repauſaturi, quod ipſe Deus operabitur in nobis ſuam voluntatem. Et hæc videtur eſſe magna ſapientia.

Thr. 1, 4

Licet autem non probaret ſumptuoſas ædes & bibliothecas,

Activos tamen religioni etiam neceſſarios eſſe ait:

D *tolerabat tamen abſque murmure*

36 Sicque in omnibus Fratres exhortabatur, ſe in Deum remittere, ſicque ſemper projiciebat ſe. Unde quando oportebat ei loqui; ad exemplum Salvatoris, [ſicut hic] quando cum ſputo tetigit linguam muti & ſurdi, ſuſpirans & elevans oculos in cælum, dixit Epheta, id eſt Aperire; ita ipſe faciebat & poſtmodum loquebatur: ſeu caput inter manus reclinabat, ita capiens tempus, cauſa habendi ſpatium elevandi ſurſum ad Deum mentem; ut per illud quod tunc ſibi præſens erat, intelligeret quod oſtendere deberet. Quia dicebat, per ſeipſum nihil facere ſeu oſtendere velle, quia omnis homo mendax; adducens ad hoc dictum ſancti Euangelii, Nolite, de veſtro loqui *d*: & hoc dicebat eſſe in Deum quieſcere vel dormire, quæ eſt continua oratio. Nam per hanc pauſationem, dicebat Deum noſtras actiones agere: & ita in ſeipſo experiebatur. Et cum Frater Seraphinus interrogaret, Quomodo hoc fit? reſpondit, Quando ſacriſta ſuum officium alii committit, tunc ipſe de tali officio quieſcit & ſecure dormit, quia alter facit quod ipſe facturus erat: ita quoque ille qui omne ſuum reſignat & Deo commendat, Deus ipſe providet, & omnia abſque noſtra turbatione facit. Tunc Frater Seraphinus dixit, quanta oportet ut ad talem ſtatum perveniamus? Reſpondit: Heu! multa profecto.

fe ſuaque Deo committens,

nec loqui ſolitus niſi eo conſulto:

d

E *Docet reſignationis ipſius praxim.*

ANNOTATA.

a *Addit Lunianenſis, quod* ideo dicebat ejus verba eſſe ſirupos amaros, qui febrim non ſolantur, ſed accendunt.

b Simile quid, *ait idem,* reſpondit alteri, quærenti cur amantem non redamaret.

c *Ecgraphum noſtrum*, Dabo, *quod ſenſum non facit: videtur autem reſpici ad iſtud Iſaiæ 6*, 10, Excæca cor populi hujus..... ne forte videat &c. *Nam alioqui talis Scriptura nuſquam occurrit, quoad verba hic relata. Itaque ſic etiam hæc ſumit Lunianenſis.*

d *Similiter hic indicatus ſenſus ſumi videtur ex verbis Matthæi* 10, 19 Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. F

CAPUT IV.

Ioannis tolerantia, abſtinentia, obedientia.

37 PAter iſte beatus cum Deo taliter erat unitus, ut ſtimulos vitioſos non ſentiret: ideo omnia tranſitoria ſic contemnebat, & in adverſis proſperitatem habebat. Quamobrem tres Fratres, in diverſis locis cum eo degentes (permittente Deo ad ſui exercitium & probationem) magnopere [eum exagitabant: ipſe vero] injuriatus, abſque ulla excuſatione lætaque facie, eorum aſpera verba recepit. Quapropter unus de injuriantibus dixit; Sua humilitas me percuſſit & vinxit: quia licet injuſte eum injuriaſſem, tamen ipſe pedibus meis provolutus læta facie dixit culpam ſuam: adeoque ſi ipſe pedibus guttur meum premeret, patienter ferrem, & ei ſemper devotionem geram.

Injuriam paſſus veniam ipſe petit

eoque lucratur injuriantem.

38 Semel quoque, eo tempore quo Guardianus erat, fuit à Deo viſitatus magna & ſpirituali tentatione, & infirmitate corporali, ex quibus ſe derelictum à

A Deo credebat: Unde ſecum conquerens dicebat; Væ mihi qui à ſidereo cælo cecidi: tempus enim fuit, quod quando viſitabar à Domino, fugiebam, & ſuas conſolationes recuſabam; modo vero fameſcens digitos meos lingerem. Et in tali tædio oculos ad cælum elevans, dicebat: O! Domine, tu ſcis quia numquam aliquid quæſivi præter te. Sicque in iſta ſua tribulatione omnis conſolatio deerat ei, præter verba Chriſti in cruce prolata, ſcilicet, Deus meus, Deus meus, quare dereliquiſti me. Sic arguens: Deſperare non debes, Frater Joannes, neque contriſtari: ſed patienter probationem ejus ſufferre debes, qui es peccatis plenus. Imo quia ſi Deus unigenitum ſuum, qui erat agnus ſine macula, dereliquit; conſolari debes & non timere, cum in hoc ſimilis factus es conformis & imitator filii Dei. Sicque cogitans conſolabatur interius in anima, & infirmitatem & ipſam tribulationem patienter tolerabat. Unde factus patientiæ magiſter, alios ad patiendum optime erudiebat, dicens, Veluti boni ſcholares acutæ ſcientiæ inſudant, ita boni Fratres in ſcientia perfectionis, quæ utiliſſima eſt; quæ non in paupertate vel obedientia ſeu oratione conſiſtit, ſed contra velle noſtrum adverſa pati, & ea contra ſenſualitatem miſeriarum noB ſtrarum concupiſcere.

Vt corporis infirmitatē & ſpiritus patienter ſuſtineat,

proponit ſibi exemplum Chriſti à Patre derelicti:

factus aliis magiſter patientiæ,

39 Quando tribulatus non eram, tunc tribulatus eram; & cum ab aliquo redarguerer, ſicut aliquam amaram medicinam bibere oportet, mecum dicebam, Bibe, bibe: quia tibi bonum faciet. Et adjecit: Timor non amittendi Dei gratiam magnus meus cuſtos fuit. Dicebat quoque inſuper hic beatus, quod ille qui contemnitur & contemni cupit, atque patienter fert quando ab aliquo contemnitur, magna conſolatione fruitur in ipſo contemptu, ſibi vim faciens, ſtudens frangere voluntatem ſuam; ſuaque patientia, exemplo, & opere alios docere ſtudet: & hoc præcipuum & optimum dicebat eſſe fundamentum. Et illum qui vult in via Dei abſque tali fundamento proficere, præſumptuoſum eſſe dicebat: qui à Deo expellitur, quia ipſe Deus cum ſuperbis non manet. Item dixit, Deus vult, ut primo bono & ſuo amore in pœnis maneamus, dum ſumus in hac vita. Si quieſcere velis, reſpice in miſericordiam Dei: quia ſecreta afflictio & verecundia noſtra magis exauditur quam oratio multorum verborum.

quæ ipſa ſibi ad ſolatium ſufficit.

metu amittendi ſpirituales delicias

40 A ſua juventute uſque ſenium, ne guſtus amitteret ſpirituales, multa jejunia & quadrageſimas in pane & aqua celebrabat: aliis vero temporibus ſolum à carne & piſcibus ſe abſtinens, de communibus cibis aliorum comedebat: & ſi delicata cibaria ei interdum apponerentur, parum ſumebat. In ſero vero, excepto poſtquam graviter infirmatus & ſenex fuerat, non cœnabat. Tantus erat guſtus ejus quem de Deo habebat, ut de temporalibus iſtis non guſtaret, nec de corpore ſuo curaret: unde ſemel dixit, per vim multis annis corpus ſuum traxiſſe (Nam à ſua juventute, etiam in habitu ſeculari, infirmioris & delicatæ naturæ fuerat) & notabile verbum ſubjunxit, Numquam à vitio gulæ ſuperatus fui: adjiciens, Propter duas uncias gulæ interdum magnum bonum amittimus. Ideo iſte ſui contemptor magno cum affectu oravit Deum, ut dignaretur ſua pietas nullum guſtum cujuſcumque rei ſibi dare, excepto ſuæ bonitatis. O admirabilis res hujus Chriſti famuli! ut aliud nolit ex amore Dei, qui in corde ejus ardebat, niſi ipſum Deum.

C

corporalem guſtum auferri ſibi petit.

& impetrat,

41 Cujus orationem Deus ex alto perſpiciens ſtatim exaudivit. Nam tunc illo inſtanti omnem corporalem guſtum amiſit, & nihil aliud deinceps præter Deum ei ſapuit. Unde poſtmodum non tantum ſpiritus ſuus delicata cibaria abhorrebat; verum natura ſtupefacta cum ſpiritu, groſſiora non renuebat. Ideo diuturno languore infirmatus & jam ſenex effectus, Fratres (ut decet) ei delicata miniſtrantes maximam pœnam ei ferebant: ſed quia eum guſtum amiſiſſe ignorabant, ut ea comederet ei vim faciebant: qui à ſtimulo obedientiæ conſtrictus, tædio & pœna non parva comedebat. Unde interdum infirmario dixit: Magis mortem eligerem quam talia ſumere, licet aliis delectabilia & ſuavia videantur. Ideo quando hora comedendi ſupererat, ex dolore flere incipiens, infirmario dicebat; Oportet ut omnino hæc ſumam? Qui cum reſpondiſſet, Sic; ille tunc cum tanta violentia deglutiebat, quod ſtatim deficiens ſupra lectum ut mortuus cadebat. Et ab infirmario dimiſſus, poſt moram reaſſumptis viribus, iterum comedere incipiebat. Unde ſemel in tanta anguſtia poſito dixit infirmarius; Tu non debebas Deum orare ut guſtum tibi auferret, ſi hanc nolebas ferre pœnam. Reſpondit, Non æſtimavi tantam ſuſtinere.

A. MARIANO IN CHR. MS.

ex hinc non niſi cum magna pœna cibos ſumens.

42 Exhortans Fratres ad ſanctam parcitatem dicebat: Optima medicinarum eſt parcitas: corpus enim ſi paucis aſſueſcit, paucis contentatur; ſed ſi multis, multa requirit. Qui vult cum Sanctis in aula cæli regnare, in hoc mundo cum illis in pœnitentia & aſpera vita oportet concordare. Qui poſt medicinas incedit, non indigens magna & ultima neceſſitate, diſſipat facta ſua, & de malo in captivellum venit. Magna ſapientia eſt, ſcire ad tempora comedere, abſque violentia ſui in abſtinentia & vigiliis. [Iiſdem] tantum ſtudere, contra humilitatem eſt: ideo tales impatientes & iraſcibiles ſemper ſunt. Ideo quando vidiſſet [aliquos] per ſingulares abſtinentias incedere, dicebat: Filioli mei, in omnibus deceptio poteſt eſſe, excepto in humilitate & obedientia. Iſtæ veſtræ ſingularitates ſunt latæ ſuperbia diaboli: ſequimini igitur alios, filii mei, & cum aliis concordate.

Ita tamen ſobrietatem ſuadebat,

E

ut doceret ſingularitatem fugiendam,

43 Ego [magis] libenter aliorum dictu rem delicatam comediſſem, quam arbitrio meo vilia & groſſiora: & hoc magis credo placere Deo, licet ſpiritus & natura recreationem ſumant. Unde, ut ſupra dixi, licet delicata cibaria ei nocerent, & de hoc pluries expertus fuiſſet (quia, ut dicebat, antequam guſtum amitteret, Quadrageſimæ erant ei carniſprivium, natura ſua magis groſſiora cupiente quam deſicata) tamen quando Fratres, hoc non credentes, compellebant eum ad comedendum, cum ſuo magno labore comedebat, dicens intra ſe, Forte deceptus ſum, quia non nimis eſt, vel ſic [non] nocet ut mihi videtur. Comediſſet etiam carnes feria ſexta [ut] dicebat, ſi ſibi à Prælato hoc præciperetur; arguens ſic, quod boni Fratres ei non darent aliquid contra divinam ſeu humanam legem: nam opinio mea deceptio diaboli eſſe poteſt vel phreneſis; ſicut accidit infirmis, quod interdum ſibi ſani eſſe perſuadent, & in contrarium eſt *a*. Et hoc uſque ad mortem tenuit & ſervavit, videlicet quod obedientia omnibus aliis virtutibus eſſet præponenda.

& vim ſibi faceret ad delicatiora,

F

quando à Fratribus adigebatur:

a

44 Quanta autem fuiſſet virtus obedientiæ hujus ſervi Dei, paucis verbis explicare non poſſum: nam numquam in vita ſua colationem in ſero fecit abſque ſui Guardiani licentia. In ſua ultima infirmitate accidit, ut aliquos fructus, oblatos ſibi de voluntate infirmarii, comedere cœpiſſet, qui ei à ſancto viro Fr. Barnaba *b* de Interamna miſſi erant, cum tunc fere aliud manducare [non] poſſet: ſtetit [autem] dicens, Neſcio voluntatem infirmarii: conſcientiam habeo recipere aliquid niſi per manus ſuas: vellem igitur quod ipſe me cogeret ut novitium ad comedendum qualitatem & quantitatem cibi, & ego ſemper obedirem. Hanc nempe virtutem ſumme ſemper dilexit & affectuoſe docuit. Unde ſi quando habuiſſet aliquem novitium, propriæ voluntatis amicum, abſq; ſpeciali licentia ei minima facienda prohibebat;

imprimis obediens infirmario.

b

qui & à novitiis præcipue exigebat obedientiā,

A. MARIANO IN CHR. MS.

si è contrario obedientiæ filius esset, multam tribuebat ei libertatem. Hanc igitur regulam servabat, quod si aliquem subditum haberet ultra modum zelantem seu stimulatum, hunc quantum poterat relaxare conabatur: propriæ [vero] sensualitatis amatoribus, è contrario operans, inauditos stimulos in conscientia ipsorum mittebat.

pulchris sententiis ejus naturam explicans,

45 Et ad parendum Fratres exhortans dicebat; Prælato sufficienti aut non sufficienti ob Dei amorem simpliciter obediamus. Quanto amplius amore Dei subditus se suo Prælato subjicit, tanto magis liber est: quia sui ipsius Dominus efficitur. Bonum est ut Religiosus frangatur & contrarietur, ut per hoc verus obediens & patiens efficiatur. Obedientia duobus modis intelligitur, primo illa quæ prompta est per fidem; [secundo est illa quæ in se caret fide;] *c* & talis obedientia discreta vocatur, quia utile à damnoso discernit: ideo in periculosis & inutilibus non est obediendum, quando deficit fides. Deus aliquando permittit, quod Prælatus præcipiat malum quod homo concupivit: sed obedientia est magna excusatio obedientis, quando periculum obediendi non credit seu cognoscit.

B *nec non superiores docens quomodo debeant agere cum subditis.*

46 Prælatus nimis premere subditos suos non debet, ut magis conserventur. Prælatus non debet esse tyrannus, sed compassivus, & omnibus communis, & per fidem ei oportet subditos regere. De omnibus quæ agit, pro bono malum à subditis reddi speret. Prælatus debet parvum cor *d* facere, & interdum à subditis consilium petere, ut ipsimet ordinent, & ipse in humilitate sua conservetur. Prælatus quidquid agit, secundum personas & qualitates morose & discrete agens, solide per viam Dei incedat: quia si deviaret ut Fratribus condescenderet, malum suum duplicabitur, & numquam Fratres consolabitur, & contra conscientiam agens Deum offendet. Quando Prælatus videt subditum in mœrore & tribulatione positum, correctionem differat, & expectet ut ille ad cor redeat. Quando videt eum inobedientem, compatiatur ei, quia & ipse in eodem casu venire potest & tentari sicut ille; quod si ei accideret, vellet ut omnes sibi compaterentur. Qui scit bene seipsum regere, & proximum bene reget. Qui curam habet
Luc. 16, 13 Fratrum, seculares respicere non debet: quia utrisque satisfieri non potest, sicut scriptum est, quod nemo potest duobus Dominis servire. Quando Prælatus virtuosus est, memoria tantum suæ intentionis subditos suos in timore conservat: subditus quo-
C que liber est, si seipsum vincit & voluntatem suam frangit.

ANNOTATA.

a *Lunianensis cap. 6 ait, quod reipsa* sic aliquando comedit cujusdam piscis marini pulpam, quam esse carnem credebat, id asserentibus Fratribus sibique illudentibus; *nulla tamen addita circumstantia qua id vetaretur.*

b Barnabas ab Interamma *ab Arturo refertur ad* 17 *Februarii, optarem scire quo auctore: sunt enim illustria quæ de eo referuntur. Obiit in Monte-subatio prope Assisium, ubi proprium ei dicitur sacellum conditum.*

c *Hæc supplenda suggerit Lunianensis, neque aliter sensus commodus haberi potest.*

d Parvum cor facere. 1. *simulare diffidentiam de propria sufficientia.*

CAPVT V.

De aliis B. Ioannis virtutibus ejusque pio obitu.

Præ amore paupertatis

47 IMitator Christi Jesu beatus Frater Joannes in tantum paupertatem amavit, ut in tota vita sua numquam aliquid præter habitum, cordam, femoralia & breviarium uti voluit. Quando venit ad religionem, Breviario indigens quærensque illud emere, quidam mercator amicus suus ei pulcherrimum valoris viginti quinque aureorum procuravit, quod ipse ob zelum paupertatis respuit. Quam renuntiationem graviter ferens famulus suus, qui (ut supra diximus) cum eo habitum religionis indutus erat, nimis contristabatur, exhortaturque illum ut Breviarium illud acceptaret. Cui zelator paupertatis respondit: Accipe tu, si vis: nolo eum: quia unum pauperculum mihi sufficit, quem libenter commodare Fratribus mihi onerosum non sit: sicque famulus Breviarium magni valoris recepit; Dominus vero aliud, quod per quatuor florenos usuales procuravit *a*. Ob zelum ipsius paupertatis conscientiam habebat a
aliquid in mensa proximo largiri: & hoc, quia (ut E
ipse dicebat) solum dominus rei dominium habet eam conferendi, & ei licitum est: Fratres vero Minores, seipsos non habentes, donare non possunt: ideo dimittamus alienum, quia omnia Dei sunt.

recusat pretiosum Breviarium:

nec audet alteri aliquid dare in mensa.

à juventute castissimus

48 De sua vero castitate superfluum est loqui, cum à juventute sua individua comes semper extitit, & esset virgo purissimus: non solum enim in rebus concupiscibilibus [non] delectabatur, verum aspectus earum sibi valde pœnosus erat. Tamen Deus altissimus, ad exercitium sui, in sua senectute permisit illum à quadam carnali tentatione cruciari. Unde timor & tremor ruendi ita ipsum comprehendit, quod valde afflictus clamaret ad Deum, dicens; O Domine, in mea senectute prostrabor in tale flagitium; cum in mea juventute initia nefandarum cogitationum odiens devici? Tandem sic prælians, victor remansit gloriosus.

dolet in senectute tentari:

Commendat silentium,

49 Asserebat vir iste beatus, majorem profectum feciisse tacens quam loquens. Et cuidam Fratri dixit, Pauca verba loquere, & non deviaberis. Pauca verba die, & salvus eris. Et dicebat: Qui in veritate ambulat, nescit loqui. Qui Deum offendere non vult, solitudinem diligat. Solitarium non intelligo illum, qui in aliquo loco reclusus seu per nemora manet; sed illum [qui] in mente sua vel intra se solitarius vacat, continuo cum Deo conversans, aut de Deo juxta fragilitatem suam cogitans; & inter seculares manens, eorum strepitus & rumores non audit. Quidam juvenis ad virum Dei accessit, ut cum ipso de aliquibus spiritualibus loqueretur; inter ea eum consulens, dixit. Fuge Fratres: de qua fugâ bona hæc hauries. Primò enim murmurationes evitabis: secundo si in solitudine manebis, unum de duobus bonis perages, aut leges aut orabis. Itaque dicebat: Ille qui cum bona societate conversatur, de suis moribus capiet; unde si solitarius cum Deo manet, de suis proprietatibus per imitationem seu participationem magis capit. Cuidam alii dixit: Antequam tuas cogitationes ad effectum mittas, recogita bene quid acturus es, & aliquantulum super te manebis: quia tali mora multa bona tibi occurrent, ob tuam humilitatem erga Deum.

F *& solitudinem internam,*

conversationemque assiduam cum Deo.

In castigandis erratis zelum sic exerit,

50 In ferendo injurias & alia incommoda hic vir Dei mitissimus vel velut agnus videbatur: sed ubi conscientiam aut Dei honorem vel damnum proximi inveniebat, ut rugiens leo erat, vitiis & vitiosis se opponens, detestans & increpans sensuales & pigros atq; sanctæ religionis subversores. Quadã autem

vice

A vice propter zelum & divini nominis honorem, cum quodam venerabili Patre nimis eſt altercatus, & multa [verba] invicem habuerunt, adeo quod viſus eſt auditoribus ipſe famulus Chriſti cum paſſione loqui. *ut iram interius nullam ſentiat* Et cum ab uno de auditoribus interrogaretur, ſi in ipſa contentione ab ira vel impatientia victus fuerat; reſpondit, quod non, ſed magis captus à vanâ gloria, dum ſuperbiam ob Dei amorem oſtendebat. Et dixit: Nullus labor mihi eſt contendere, vel proximum propter honorem Dei ſeu utilitatem ſui contriſtare, quia hoc in naturam converti.

51 Et cum quidam Frater cum multis aliis loquens dixiſſet, quod ipſe beatus vir Fratres multum *ſed dilectionem* tribulaverat; reſpondit: Falſa quidam judicia de me fecerunt Fratres, nam aliqui dixerunt meliorem eſſe, quod non ſum, & aliqui peiorem: verum ſcitote, Fratres cariſſimi, numquam aliquem tribulaſſem abſque magna caritate & dilectione. Nam cum vidiſſem aliquem Fratrem, ad exercendam ſuam propriam voluntatem inclinatum, & quod ei reſiſtere ut optabam non valebam; ante illum me ſtatim opponens, non minorem mihi quam ſibi utilitatem faciebam. *& compaſſionem.* Quia poſtquam ejus voluntatem frangens contriſtaviſſem, deinceps ſemper eram in Deum mentaliter B elevatus, & memetipſum redarguens dicebam; O Domine, creaturam tuam contriſtavi: miſericordiam peto: demum pro eo orabam, ne eum frangi permitteret; ſed ut mea controverſia utilis ei fiat, bonumque ex ea hauriat. Solebat etiam dicere. Cum defectibus & aliorum imperfectionibus facta mea egi: nam quando voluiſſem aliquem judicare, perſcrutabar primo qualis eſſet major, an ſuperbia an primi defectus. Sed reſpondente eo, quod deterior ſuperbia & major erat, & judicare ſuperbia ſit; dicebam, Ergo prior teipſum judica & non proximum.

Ne erudita lectio ſuperbiam generet, 52 Confutabat quoque eos, qui de ſe valde præſumunt intelligere magis quam non intelligere, vel qui ſcientiam ſuam oſtendere ſatagunt, dicens; Aliud quam Paradiſum quærimus: ſuperbia noſtra multos ſacræ Theologiæ magiſtros tranſcendit. Semel etiam quidam juvenis coram ipſo quædam ſubtilia legens, ſervus Altiſſimi interrogavit eum, ſi quod legebat intelligeret. Cui Lector, quod ſic, reſpondit. Tunc ipſe ait, Sufficit, nunc tace. At ille mœrens legendi licentiam poſtulavit: & ille magis clare, quod non legeret, affirmavit. Cui juvenis reſpondit: Dixiſti enim jam quod bona eſt lectio. Cui ipſe reſpondit: Si cum humilitate legatur. Remove igitur ſuperbiam, & quantum vis poſtmodum C lege. Quidam alius juvenis interrogavit eum, ſi b Nicolaum de *b* Lyra ſuper Euangelia legeret: reſpondit, Non. Quare, inquit ille? Reſpondit: Quia cum juvenis tu ſis, adhuc talis lectio non eſt cibus tuus, ſed Vitæ-patrum & ſimilia. Dixit tunc juvenis; Euangelia ſunt valde devota, quare non permittis ea legere? Cui vir beatus: Verum dicis quod devota ſunt, ſed modo pro te non eſt bonus cibus, quia ſuperbia ſuperveniens erigitur. Non, Pater, inquit juvenis, pro ſuperbire legam. Qui reſpondit: Hæc eſt ſuperbia tua. Ipſe vero cum eruditus eſſet, tandem tenuit conſilium.

juvenibus eam prohibet:

econtra ſuadet in humilitate fundatis 53 Verum quando aliquem in humilitate fundatum vidiſſet, & ſubtilia legere foret ei utile & non ruina, ut humiliter legeret ea, ſicut decet Fratri Minori, conſulebat, affirmans lectionem cibum eſſe animæ. Sed ſummum cibum orationem eſſe dicebat, quia in ea oratur, legitur, ſtudetur, cum Deo loquitur, & de Deo auditur. Et dixit: Licet parum legerim, tamen quod legi poteſt quadruplum mente revolvi. Habebat nempe iſte verus Chriſti cultor implicite omnem ſcientiam; ſed explicite ſeu acquiſite nullam. Et dicebat, Scripturam eſſe rem groſſam,

ob multam ejus utilitatem,

id eſt intelligibilem illis qui in veritate pergunt; ſed econtrario aliis obſcuriſſimam, quamvis litteris humanis ſint doctiores: quia ad intelligentiam divinæ Scripturæ, quæ à Spiritu ſancto dictata & à Patre ſanctificata & in mundum miſſa eſt, non poteſt homo ingredi, ſi de ipſo ſpiritu non habet. Et cum quidam Frater ei diceret, Magna res eſſet, ſi quis beatum Nicolaum de Lyra haberet; reſpondit, quod juxta *modo attente legantur pauca.* litteram ibat, ſed tamen ſatis eſſet. Et addidit: Sed ſine ſpirituali ſenſu quis eſſet? Et adduxit multas auctoritates in propoſito, dicens; Spiritus docebit vos omnia, & implet piſcatorem & armentarium: ſpiritus omnia ſcrutatur, & ſimilia. Et quando conſilium ut legeretur daret, aiebat: Quod legis coneris intelligere, quia ſententia bene intellecta multis deſervit: nec multum cupe legere, ſed pauca & cum ſapore lege.

A. MARIANO IN CHR. MS.

54 Et alias dixit: Omnes virtutes, ſunt philoſophicæ & ſpirituales: philoſophicæ parum merentur, *Docet etiam philoſophicas virtutes utiles eſſe:* ſed bonus Deus nihilominus omnia acceptat & recipit per illud quod valent. Philoſophi etiam ſine fide Deum cognoverunt. Virtutes abſque virtute operatæ, id eſt per vim præſumptionis, licet præmii dignæ non ſint, ſaltem nos ad bonum ſueſcunt: itaque quando gratia veniret, videretur levius operari bonum ob E ſui amorem. Sed quæritur, ô infatuati Fratres, cur pluribus rebus implicamini *c*? Non bene pro toto c libertas auro venditur. Deus poſuit in mundo nos Fratres de Obſervantia, tamquam illum qui fert cereum in manu accenſum, ut obſcurus mundus illu- *ſed religioſum veræ ſectari debere.* minetur propter bona exempla vitæ noſtræ: & ſic facit nos abundare contra velle noſtrum. Si boni obſervatores fuiſſemus, placeret nobis *d* furari: quia d ille qui adhæret Deo de rebus tranſitoriis non curat. Qui adhæret Deo, ſe ipſum peccatorem & miſerum cognoſcit, omnia adverſa patienter ſuffert, & magis illum diligit. Oratio & attentio mentis apud Deum valet, & nihil eſt quod tantum diligatur ab amico quam fidelitas; ſic econtrario. Ideo placet Deo ut in illo confidamus.

55 Alia multa dixit memoria digna, quæ brevitatis gratia non ſcribo. Hic etenim inter alias ſuas vir- *Diuturno morbo exercitus* tutes, cum cuperet martyrium & martyrium quæreret, longius quam quærebat invenit. Nam in diuturnam & longam ægritudinem incidit, adeoque (ut ipſe dicebat) tot pœnas quot ferre poterat patiebatur; in quibus quaſi Job & quaſi Paulus videbatur. Creditur ſua infirmitas fuiſſe non ad purgationem (cum fuiſſet ſemper vir innocentiſſimus) ſed ad ſui F ſatisfactionem. Dixit enim ipſemet, quod tot & tantas anguſtias & pœnas invenire cupierat, ut mors ſolatium ſibi eſſet. Et addebat ad exemplum viſitantium: Nunc deſiderium meum plenum eſt. Et hu- *exempla præbet patientiæ, humilitatis,* militer dicebat: Orate pro me ut patientiam non amittam. Et quamvis erat optimus paſſor, cum ſuum præcipuum ſtudium in patientia fuiſſet, tamen ob ſui timorem oſtendebat ſe aliorum auxilio indigere. Sæpe etiam concupitam mortem clamabat, ut Deo ſuo cito conjungeretur, quia præter Deum nihil aliud optabat. Unde cum ſemel medicus interrogaret, ſi aliquid cuperet; reſpondit nihil niſi Paradi- *& deſiderii cæleſtis:* ſum. Et alias pluries dixit: Nullius rei guloſus ſum, excepta morte. Et quouſque loqui potuit, dicere non deſiit, Deus meus, Deus meus.

ac pie moritur, 56 Et caput in altum ſæpe elevans, ac manus Fratrum manibus ſuis conſtringens, dicebat: Valete omnes amici mei, quia ad Deum pergo. Et his dictis, cum jam conſummatus eſſet, & omnibus Eccleſiaſticis Sacramentis munitus, dulciter obdormivit in Domino, anno ſuperius expreſſo, videlicet MCCCCLXXII Ordinis vero XLII, LXIII ætatis *e* in ſacro conventu S. Mariæ de Angelis apud Aſſiſium.

Cujus

A.MARIANO IN CHR. MS.

Cujus corpus pulchrius & candidius factum eſt poſt mortem *f*, quam ante dum viveret: adeoque non parvam ſed præcipuam conſolationem afferebat inſpicientibus. Et tandem omnibus eccleſiaſticis ceremoniis expletis, illud ante capellam beati Patris noſtri Franciſci tradiderunt ſepulturæ, ſcilicet in ea quæ aliarum duarum medialis eſt.

f *apparet ſpecioſior quã fuerat vivus.*

ANNOTATA.

a *Addit Lunianenſis, quod* eo uſus eſt, uſque dum prorſus tritum eſſet; quando Vicarius Provincialis, ipſo licet invito, illud cum meliori commutavit.

b Nicolaus de Lira, *Ordinis Minorum*, *ut* Beatus (*quod etiam hic infra vocatur*) *refertur ab Arturo ad 23 Octobris, quo obiit anno 1340 Pariſiis, ubi ejus ſepulcrum cum epitaphio ſupereſt, ſed abſque cultu. Multa de eo Waddingus tam in Annalibus quam inter Scriptores, enumerans opera ejus, atque in his* Poſtillas in Epiſtolas & Euangelia Quadrageſimalia *Venetiis editas, aliaſque* in univerſa Biblia.

c *In ecgrapho noſtro hoc loco non apto ponebantur: quæ paulum ſuperius retuli verba*, Philoſophi etiam ſine fide Deum cognoverunt.

B d Furari *paſſive hic ſumitur pro* ſpoliari.

e *Ita corrigo quod mihi ſcriptum erat*, Ordinis vero 263, *& correctionem ſupra probavi.*

f *Idem de S. P. Franciſco narrari notat Lunianenſis.*

SUPPLEMENTUM

Ex Vita Italica per Franciſcum de Luniano

Edita Lugduni anno MDCX.

Quoniam placuit ex Vita hac prolixiori ea ſolum excerpere, quæ magis facere ad hiſtoriam videbantur; ipſius integri contextus diviſionem in Capita 27 viſum eſt ſeorſim exhibere, & eorum capitum numerum ipſi margini adſcribere. Prius tamen noto eidem Vitæ præmitti Italica Epigrammata Ioſephi Simonis de Luca, Angeli Grilli, & Marii Florentinii; quorum poſtremum Doctorem medicum ſuſpicor fuiſſe patrem viri apud Lucenſes eruditiſſimi Franciſci Mariæ Florentinii, Doctoris ſimiliter medici, cujus nunc filius Marius, paterni erga nos affectus heres in eadem profeſſione ſupereſt. Tituli autem Capitum hi ſunt.

C
I Origo B. Joannis ejuſque in ſeculo converſatio.
II Ingreditur Religionem Minorum Conventualium; ejus in novitiatu vita & mores.
III Dei amore ſtimulatus peragrat Hiſpaniam tribulationes quærens, eaſque magna cum humilitate & ſui contemptu ſuſtinens.
IV Cum quanta in Deum fiducia & ſui afflictione ejuſmodi itinera faceret.
V Dimiſſa Hiſpania in Italiam venit, cum inſigni virtutum comitatu; & ex Provincia Florentina tranſcriptus Obſervantibus, aſſignatur Provinciæ S. Franciſci:
VI De ejus obedientia ſimul & humilitate, in principio quo aſſignatus erat Provinciæ S. Franciſci.
VII De obedientia & humilitate, qua ceteras omnes virtutes moderabatur.
VIII Magiſterium Novitiorum, & modus ac regula quam in eo regimine tenuit.
IX Ejuſdem varia documenta pro junioribus profeſſis.
X Guardianus factus quibus moribus uſus ſit, quæ præcepta pro tali officio dederit.
XI Denuo creatus Guardianus Montis-Perufini, magnæ bonitatis & prudentiæ exempla præbet: quædam ejus documenta circa Prælaturas. D
XII Prælatus & ſubditus, zelantiſſimus paupertatis, eam Fratribus ſuadet.
XIII Fit Definitor Provinciæ, & poſtea Confeſſarius ac reformator Monacharum.
XIV Fugit converſationem ſecularium, etiam ſanguine ſibi conjunctiſſimorum.
XV Cum Fratribus aliquanto ſeverius agit: amat ſolitudinem, & obſervat ſilentium.
XVI Erga ſeipſum perquam auſterus, in aliis reprehendit nimis ſingularem abſtinentiam.
XVII Magna cum animi fortitudine quaſlibet patitur adverſitates.
XVIII Tentatione carnis graviſſima pulſatus, victor evadit.
XIX Alterius generis tentatione impugnatus, iterum recurrit ad Dominum: ſuoque exemplo monſtrat, quæ utilitas ex tribulationibus capiatur, & quomodo inter eas nos gerere debeamus.
XX Vanam gloriam vincit, agit de ſuperbia ejuſque effectis, ac modo eam ſuperandi.
XXI De timore, quo longe abſtinebatur à præſumptione; & de fiducia, quam habebat in Deo collocatam. E
XXII De amore ſuo erga Deum & proximum: & ejus circa utrumque ſententiæ.
XXIII De intelligentia ſcripturarum, quam ex dono ſpeciali Dei obtinuerat.
XXIV Conſilia Fratribus data circa varias materias.
XXV De frequentia orationum ejus, & quanta cum devotione Miſſam celebrabat, atque divinum Officium.
XXVI De aliquibus ejus viſionibus atque revelationibus.
XXVII De morte ejus.

CAPUT I.

Ioannis ortus, vitaque in Ordine privata per Hiſpaniam & in Italia.

Ex Bonviſiorum ſtirpe

1 ANno Domini MCCCLXXXIV Lucam, Hetruriæ antiquam & nobilem civitatem, venit Bonviſius quidam, Judex Imperialis ab Ottone Illi conſtitutus; ductaque anno poſt nono uxore Eritia, Petronii Lucenſis filia, Bonviſiorum inclitæ propagini dedit initium. Ex hac ſeculo Chriſti XIV prodiit Rainerius Nerii, intra primos decem ſeculi F XV annos pater duorum inſignium filiorum, Laurentii & Joannis, quorum hic in religione, iſte in ſeculo, magnum virtutis eximiæ nomen commeruit. Nam Laurentius à Paulo Guiniſio, tunc Lucæ dominante, adoptatus nepos, ſperandæ exinde amplitudini potentiæque prætulit patriæ caritatem, eique in libertatem vindicandæ Comiti Franciſco Sfortiæ ſe conjunxit: quare tanto potiores quanto juſtiores à civibus conſecutus honores, denique in ſupremo Confalonerii gradu conſtitutus obiit, communi omnium luctu elatus. Joannem à pueritia pietati addictum, tranſacta caſte adoleſcentia juvenem, domeſticæ rei cura & fratris imperium in Hiſpaniam tranſtulit: ubi negotiis pro voto currentibus, alio ipſe ſe vertit; & ſpreto ſeculo blandiente, Franciſcanam religionem iniit; magno cum ſenſu fratris, eo nuntio vehementer conſternati, quod crederet fortunæ ſuæ ſpes præcipuas in illo fratre collocatas eſſe. Id vero eidem per litteras expoſtulabundus cum ſcriberet; reſpondit Joannes, ea profecto pœna dignum videri, quod ſpes ſuas potius in homine quam in Deo collocaſſet.

cum fratre Laurentio natus Ioannes,

CAP. II *& Ordinē ingreſſus in Hiſpania,*

2 Peracto tirocinio in Aragonia, impellenteque CAP. III

ad

A ad vitam inter continuas moleſtias optandam ſpiritu, in Biſcajam tranſiit: & mox in alium atque alium locum; numquam tamen niſi cum bona Superiorum gratia. A quibus cum diſcedendi veniam poſtularet, faciebat id cum maxima animi reſignatione, petitionem ſuam ſic modeſte iterando, ut cauſas non minus contra quam pro ſe allegaret, repulſamque ferret patientiſſime, etiam cum increpatione contumeliaque conjunctam. Et quidem ex eo quem primum in Biſcaia adiverat loco abire cupienti, ſæpe negata, tandem ultro conceſſa facultas dicitur; cum id jam mimine opinaretur, addita etiam licentia ſi vellet, abducendi, quem ex Arragonia adduxerat, ſocium. Verum Joannes incongruum ratus eum inde movere, ubi cum magno profectu ſpirituali vivebat; actis Guardiano gratiis, ipſoque ſocio ut manere etiam ipſe mallet inducto; reddidit quas propter cæli iſtius inclementiam, ex obedientia geſtare conſenſerat veſtes meliores, & pellicea tunicella ſuffultas, levique mantello ac ſimplici tunica obtectus, & incomitatus receſſit. Per viam autem mendicato victitans, tanta nitebatur in Deum fiducia, ut etiam ſcrupulo ſibi duceret, eleemoſynam largientibus gratias agere, quod eam à Deo potius quam ab homine ſibi venire conſideraret.

atque per varios conventus,

de licentia Superiorum peregrinatus,

CAP. IV

B

3 Ita per varios Ordinis conventus oberrans, ſine dubio etiam ſacraria præcipua, qualia apud Hiſpanos complura in Deiparæ honorem frequentiſſimo peregrinorũ accurſu viſitantur, diligenter obierit; de quibus diſtinctius ſciremus aliquid, niſi in rebus ſuis ad aliorum notitiam adducendis adeo parcus fuiſſet. Animadverſum tamen haud obſcure fuit, quod vel ſola eorum quæ ibi ſenſit egitque recordatio ſuaviſſime illum afficeret; ſic ut diſſimulare nequiret magno illuc revertendi deſiderio teneri ſe, ſolaque obedientia impediri ne faceret. Ejuſdem virtutis intuitu, & arctioris ad bene agendum obligationis, ibidem in Hiſpania conſenſum præbuit Superioribus, Sacerdotem ordinari eum volentibus, ut eo fructuoſius eſſet Ordini exemplum ſanctitatis tantæ quantam in illo demirabantur.

viſitatis pluribus locis B. V. ſacris,

ſit Sacerdos:

CAP. V

4 Deinde regreſſus in Italiam, & Provinciæ S. Franciſci inter Obſervantes attributus, atque ad eum qui Peruſinis muris adjacet conventum deſtinatus, talem mox ſuæ virtutis tota urbe odorem ſparſit, ut quam plurimi ſeculares ad eum venirent, pio ejus religioſoque colloquio ædificandi in ſpiritu; ſed ipſi, qui ſolitudinem maluiſſet, haud parum moleſti. Quod cum diſſimularet, totum ſeſe committens obedientiæ, Guardianus proprio motu intellexit, dixitque; ſi converſatio cum ſecularibus moleſtiam ei creabat aliquam, abſtineret porro ab acceſſu ad portam. Id vero ille tam prompte excepit executioni que mandavit, ut id admirans Guardianus, ſolitus eũ fuerit Fratribus aliis proponere in exemplum. Ceterum licet tam moleſtum ei eſſet converſari cum ſecularibus, interrogatus tamen ab aliquo ex ſenioribus Patribus, an juſſus Confeſſionibus audiendis operam dare, id facturus eſſet; reſpondit, juſſum incunctanter & diligenter impleturum ſe.

& regreſſus in Italiam ad Obſervantes,

CAP. VI

C

reſecat converſationem cum ſecularibus:

5 Huc ſpectat, quod non diu poſt regreſſum ex Hiſpania iter agenti accidiſſe quidam ejus ſocius retulit. Erat tempeſtas fœda, & tumentia paſſim ab imbre flumina tranſitum abſque vitæ periculo negabant: cum ergo quæreret ex Joanne ſocius, an porro pergendum ipſis eſſet, & non potius in itinere ſubſiſtendum; aliud nullum ab eo reſponſum extorquere potuit, quam Hiſpanica lingua, qua tunc ut plurimum utebatur, Mandate, Mandate Pater. Peruſia aliquando Spinetum ambulans, interroganti ſocio, quonam loco ſubſiſtere ad quietem ſumendam vellet, reſpondebat ſemper, Ego tibi obediam. Itaque cum aliquando in infirmaria conſtitutum in Vigilia Purificationis, quando jejunium non præcipitur, curator infirmorum interrogaſſet, an eo die jejunare vellet; confeſtim reſpondit, Quod juſſeris faciam. Illo vero replicante, Imo ego quod tu; ſubjunxit: Ergo Deum rogabo ut tibi inſpiret quod ſibi beneplacitũ fuerit; tuum enim eſt imperare, obedire meum. Tunc infirmarius reſpondit, videri ſibi quod Dei voluntas magis eſſet ut non jejunaret: & ille morem ipſi geſſit.

nihil niſi ex obedientia agit,

EX ITAL. FRANC. LUNIAN.

imperari ſibi volens ſingula,

6 Dicebat etiam quod ſi mandaret ſibi Superior nudum incedere per plateas, pariturus eſſet; væ autem ſibi fore niſi pareret, futurum enim ut conſcientiæ ſtimulus nullam ſibi requiem indulgeret. Hoc in propoſito adeo firmum videns quidam Fr. Fidelis, caſum ei perplexum propoſuit, utrum ſcilicet obediendum ſit Superiori (qui tamquam homo errare poteſt) mandanti ut quis in puteum ſe projiciat. Cui Joannes reſpondet, Duplicem novi obedientiam, alteram promptam ex fide nihilque diſcernentem; eoque ſine mora mandantem executioni imperata; alteram circumſpectam & Superiorum imperia examinantem, ne forte contra ſalutem & contra regulam mandatum ſit. Secunda hæc facile poteſt in errorem pertrahi & pertrahere, ſi forte fallaci aliquo lumine abducatur à vero: ego autem qui diſcretivo lumine deſtitutum me ſcio, primi modi obedientiam amplector, Superiorem meum, non ut hominem, ſed ut Deum conſiderans. Nollem equidem in iſtiuſmodi perplexitatem conjici; puto tamen quod ſi mandaret mihi Superior inſilire in puteum, morem ei geſturus eſſem.

& quidlibet citra diſcuſſionem exſequi paratus.

E

CAP VII

7 Ab obedientia ad humilitatem tranſeo, ſine qua illa ſubſiſtere nequit, & qua Joannes ſe omnium æſtimabat viliſſimum. Ergo cum in ſui vilitatis conſideratione defixum animoque dejectum ex indiciis in vultu apparentibus Fratres vellent relevare, atque ad hilaritatem excitare: In hoc, inquiebat, vobis libens parerem, ſi mihi ſperare liceret, talem me judicandum à Deo qualem vos æſtimatis. Scilicet jam pridem ille inſtanti prece ſupplicaverat Domino, ut illud Pſalmi, Miſerere mei Deus, poſſet vere & ex animo pronuntiare. Quoties enim hunc verſiculum recitabat, deficiebat eum ſpiritus; totuſque tremens & anxius de ſua ſalute deſperaſſet, niſi Deus ei præ oculis poſuiſſet immenſitatem miſericordiæ ſuæ. In hac autem animi de ſua ſalute dubitantis perplexitate perſeveravit annis multis: & ad eum talibus cogitationibus abſorptum ab iſta anxietate retrahendum, expediebat inde diſtrahi externa aliqua interpellatione. Apparuit hoc in Monte-luco prope Spoletum agente Joanne: cum enim adveniſſet aulicus quidam, Joannem de quibuſdam negotiis conſulturus, aliquammultis exinde diebus hilariori vultu conſpectus eſt. Pulchre autem ſupernaturalem Dei, & naturalem hominis cognitionem comparabat duabus ſitulis putei unius, quarum una tantum attollitur quantum deprimitur altera: mox autem ubi elevata in Deum mens majeſtate ejus impleta fuerit ac gravidata, aſcendere incipit, ajebat ille de abyſſo humanæ vilitatis cognitio propriæ egeſtatis miſeriarumque.

ex ſui intima cognitione humillimus,

de ſua ſalute diu angitur.

F

CAPUT II.

Inſtructi à Ioanne Novitii & juniores Profeſſi.

CAP. VIII

8 INter hæc magis magiſque elucebat ſolida Joannis ſanctitas; quæ in eam cogitationem induxit Superiores, ut crederent, optime in ſpiritu formandos, quos ejus magiſterio committerent Novitios. Ita-

Novitiis Ceſſi præfectus,

que licet ex Hiſpania in Italiam ideo potiſſimum
EX ITAL. rediiſſet, ut omne cujuſcumque prælationis o-
FRANC. nus longe declinaret; coactus tamen fuit in E-
LUNIAN. remitorio Ceſienſi, ubi magna cum obſervantia & auſteritate vita ducebatur, Novitios inſtruendos ſuſcipere: quod propoſito omni commodi quietiſque propriæ reſpectu magna cum caritate & patientia fecit, paulatim ad maturitatem adducens, quod illi adhuc rude & crudum ad Religionem attulerant, ſpiritualiter vivendi propoſitum. Id vero ſic agebat præceptis monitiſque, ut perageret exemplis; & ſuavibus remediis ac lenientibus libentius, quam pungentibus aſperiſque uteretur. In faciendis exercitiis corporalibus, plerumque omnes convocabat in unum: & ſi ſimul cunctos admitteret opus faciendum, applicabat ei omnes, uno excepto qui interim librum prælegebat ſpiritualem: quod ſi vel ex defectu inſtrumentorum, vel alia ex cauſa ſimul omnes non poterant manū operi applicare, partiebatur eos, ſic ut aliis quieſcentibus laborarent alii; ipſe vero, ne otioſus ſpectator aſſiſteret, jungebat ſe primis, & opus deinde proſequebatur cum ſecundis.

exemplo eos ſuo docet omnibus ſubjici.

B Fiebatque nonnunquam, ut cum unus pro altero Novitius ſuccederet, ipſe à ſecundo induci ſe fineret, ad ipſum opus aliter faciendum, quam cœperat cum priore; aut etiam jam factum reformaret totum; hac ſui judicii ſubjectione eos erudiens, illudque commemorans Sapientis, Ne ſis ſapiens apud temetipſum,
Prov. 3, 5. & ne innitaris prudentiæ tuæ.

9 Cum aliquando rogarēt eum Novitii æſtivo tempore, ut liceret ſibi frigidam de ciſterna haurire, ſimulavit eadem ſe neceſſitate premi; eorumque uno ad Guardianum allegato, qui licentiam pro ſe ipſiſq; peteret; ea obtenta, ipſe quidem modice aquam libavit, ceteris vero quantum volebant ut haurirent permiſit. Alias tanta ſiti preſſus, ut ea etiam exterius ſe prodereret, potu tamen abſtinuit; modo hanc, modo illam virtutem ſuo illos exemplo docens. Juvenem quemdam, de quodam delicto reprehenſum, ſeq; excuſantē graviter increpuit; poſtea vero, cum jam capacem inſtructionis eſſe credebat, ſuaviter monuit ne unquam erubeſceret delictum ſuum confiteri, hunc adducens Verſiculum, Ne declinet cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Quin etiam hortabatur ut ſuos defectus manifeſtarent ultro, & prompte iis applicarent ſuggerenda remedia; ſcirent autem quod per ſe ipſos poſſent nihil. Unde frequentiſſima, inter corrigendum ſuos, ei erat hæc vox; Tu
Pſ. 140, 4 te in cerebello tuo ſapientem exiſtimas, & ideo ſemper manebis ſtultus.

appetitum refrenare,

reprehenſiones amare:

C

10 Hoc in munere obtigerat ei Socius, cujus quidem nomen nulla hactenus potuit diligentia eruderare, ſcripta vero multas Joannis actiones nos docuerunt, quę alias latuiſſent. Is illum rogavit, ut Novitios doceret modum contemplandi: aſt Joannes evidenter demonſtravit grande damnum eis provenire exinde poſſe, hac præſertim ratione utens, quod ſi illi contemplando cæleſtem beatitudinem aliudve ejuſmodi deciperentur, intendendo animum ad aliquam ſanctitatem ſua capacitate majorem, ruina ſequeretur abſque dubio irreparabilis, eo quod permiſſurus eſſet Deus eos in præcipitium labi. Solebat autem dicere, quod deſiderium conſequendæ ſanctitatis, ſuperbia eſſet omnium ſubtiliſſima; malletque eos videre ſcientiæ ambitione contactos, quod hæc minus periculoſa ſit. Itaque ducebat illos per viam humilitatis mortificationiſque, & pro argumento orationis præſcribebat eis Coronam, quinque interpolatis vicibus recitandam; jubebatque confidere, quod Deus ipſe futurus ipſis magiſter eſſet, tam orationis faciendæ, quam cujuſque alterius virtutis exercendæ; eo quod Dei eſſet opus non hominis. Cum autem

vetuſtat eos docere ſublimiorem orandi modum:

intellexiſſet, quod in Provincia Romana Pater quidam commiſſos ſibi Novitios præpropere vellet D
ad contemplationem erudire, ſubridens ajebat, Majeſtatem divinam ſibi ſoli magiſterium iſtud reſervaſſe.

11 Si forte animadvertebat Novitium aliquem invitū degere in religione, poſt curam aliquam ei adhibitam, ad diſcernendum, eſſetne ea deliberata voluntas an ſolum perſuaſio diabolica; nullis blandimentis ulterius utebatur, ut eum retineret, ſed diſcedendi copiam liberam ei faciebat. Dicebat autem hunc agendi modum optime ubi ſemper ſucceſſiſſe, eo quod juvenes arte aliqua retenti in Ordine vix unquam bonum finem ſortiantur. Spem porro optimam concipiebat de iis qui in principio velut ſtupidi & attoniti videbantur; non item de aliis qui apparebant excitati & alacres; Iſti enim, inquiebat, velut in novam vitam reformantur, alii vero quales ingrediuntur tales plerumque permanent. Bonis quoque & obedientibus omni qua poterat ratione ſuccurrebat in eorum tentationibus afflictionibuſque, cujus rei exemplum hoc ſit. Cuidam dicto Fr. Franciſco præ nimio frigore, cujus delicata ipſius complexio impatiens erat, pedes & tibiæ vehementius intumuerant; dubitabat tamen Joannes utrum non eſſet major animi quam corporis imbecillitas. Ergo ei, inquit; Satiſne tibi animi eſt, ut hoc toto die frigus illud perferas? Ipſo vero generoſe reſpondente quod ſic, ad orationem ſe Magiſter contulit, impetravitque ſubitum calorem toti ejus corpori ſic infundi, præſertim pedibus, ut tam ipſe quam ſocii vehementer eo mirarentur.

aut invitos aliqua arte retinere in Ordine:

ſedulo tamen curat tentatos,

E

12 Magis ſtupendum accidit Novitio alteri, qui in ſeculo œconomus fuerat D. Neapoleonis Urſini, & maximo tenebatur deſiderio (fortaſſis ex quadam occulta ſuperbia) ut qui pro Laico habitum ſumpſerat ad Clericatum promoveretur. Hoc ille cum Magiſtro aperuiſſet, Joannes paterno oculo eum intuitus: Quo, inquit, fili, ambitio ejuſmodi? Numquid tibi ſatis eſt ſi quam arctiſſime adſtringaris ſanctiſſimæ Crucī filii Dei, tuo amore contempti & vili penſi, ut ſocius ipſi eſſe velis contemptus & vilipendii ſui? Pluribus opus non fuit: ſtatim enim Novitius, novo fervore concepto, exclamavit, Eſt, Pater; Eſt, Pater. Exinde vero liber ab ea tentatione cœpit cum lacrymis ſuſpirando dicere, O Crux derelicta! ô Crux oblivioni tradita! voluitque ad perpetuam hujus mutationis memoriam Fr. Antonius à Cruce nuncupari. Porro cum in regimine Novitiorum ſuffectus ipſi eſſet prior ille, quem dixi, ejus Socius, ipſomet forſitan illum ad hoc commendante, atque ab eo peteret regulam quam ſervaturus eſſet in tali magiſterio; reſpondit Joannes, Aliud tibi dicere nequeo, quam quod iſtud Dei opus ſit. Inſtanti tamen importunius addidit; Frange eos, frange eos in re qualibet: paucis verbis multa complexus: quia præ aliis rebus omnibus aliud nihil æque Novitios provehit, quam ſi eorum voluntatibus cunctis obviam eatur, ad majorem eorum mortificationem humiliationemque.

& in his laicum Clericatus cupidum,

F

ſemperque mortificandos eſſe docet.

13 Hanc etiam gratiam divinitus Dei ſervus acceperat, ut non ſolum ſuorum Novitiorum tentationes in ipſorum vultibus legeret, ſed eoſdem faceret illas ſibi aperire, quod duobus ſequentibus exemplis apparuit. Primum quod cum Fr. Angelus à Monte, ad oſtentationem vanam extraordinarii roboris, maximū quoddam lignum geſtaret humeris; Joannes, ut occultum iſtum faſtum reprimeret, juſſit ut onere iſto depoſito alterum duplo minus ſuſciperet: quod ille faciens vix paucos promoverat paſſus, quin fatiſcens ſub pondere abjicere ipſum cogeretur; ſimulque tentationem jactantiæ, qua fuerat animus ejus

eorumdem occultas cogitationes inſpicit.

A ejus gravatus. Alterum in Ceſienſi eremitorio accidit, cuidam Fr. Bonaventuræ. Huic ne otiaretur manda-
& corrigit, verat Joannes ad uſum conventus conficere cochlearia lignea; ipſe vero parum addictus labori prætexuit impotentiam, occaſione cujuſdam infirmitatis ſuæ. Agnovit ſagax magiſter accediæ venenum animo ejus infuſum. Quare ſecum ipſum deduxit ad hortum, ubi ad illius præſentiam novo ſpiritu & vigore repletus Novitius, diu multumque laboravit, quin etiam ſatis facile agiliterque convertit enormis molis ſaxum. Utrumque vero opus miraculo adſcriptum fuit, ad meritum Magiſtri in diſcipulis facti.

CAP. IX
Dolet juniores exemplis ſeniorum depravari

14 Fratres noviter profeſſos cupiebat Joannes ad veram adduci perfectionem, vehementer dolens quod recentium iſtiuſmodi plantarum non haberetur exactiſſima cura: ideoque in Capitulis Provincialibus querebatur de infelicitate iſtorum temporum, quibus ſeniores exemplo non optimo præibant junioribus, indignos appellans qui ejuſmodi filiorum Patres vocitarentur. Quare cum aliquando juvenes aliqui coram ipſo magna cum reverentia tranſirent, paterno commotus affectu, aſſiſtenti ſibi Fratri dixit: Quanto melius miſelli iſti hoc in ſtatu morerentur! futurum
B eſt enim ut devient à ſemita veritatis, quia deſunt heu! patres, qui ipſam velint eis oſtendere, etſi adſit
& ad vanitates pertrahi: eorum copia qui id aptiſſime poſſent facere. Nempe omnes laborant, ut intellectum juniorum impleant ſcientia vana & ſeculari. Neque id tantum, ſed in futurum quoq; porrigens animum, deplorabat inveniendos aliquando qui ipſos docerent pulſare muſica inſtrumenta aliaſq; ſimiles levitates, operationes ſpiritus monſtroſe interpolando oblectamentis ſenſuũ. Tum ſubjungebat, Ovos miſeros! Hiccine eſt fructus expectatus pro tot laboribus, qui veſtra cauſa in novitiatu fiunt? Quærenti autem quodnam tali malo remedium ſuggereret: Curandum eſſet, inquit, ut letalem oblectationum ſenſualium eſcam fugientes, ſoli Deo intime unirentur: cui enim bene cum Deo convenit, bene convenit cum omnibus.

15 Quoties fraternæ correctionis dabatur occaſio,
utilia eiſdem monita dat: haud ſegniter ea utebatur vir ſanctus: qui aliquando requiſitus à juvene, ut daret ſalutare quodpiam monitum; Tria, inquit, à te requiro, fili, quæ animo tuo vellem jugiter obverſari. Primum ut in omnibus actionibus, non tuum judicium ſed alienum ſequaris libentius, nihil curando ut ſapiens videaris; ſecundum ut recorderis Deum te videre, tibiq; ſemper & omni in
C loco eſſe præſentem; tertium ut extra chorũ ab omni non neceſſaria Fratrum converſatione abſtineas, neq; illorum rebus te ingeras, ſic enim multas tribulationes declinabis & pacem ſolidam conſervabis. Alteri protervo nimis & imperioſo ſuaſit, ut paulatim aſſueſceret propriam abnegare voluntatem; aſſeverans quod niſi eo modo inciperet ſeipſũ vincere, brevi eo arrogantiæ perveniret quod vellet totum mundum gubernare. Similiter aſpiciens alium de ſe multum præſumentem, qui recenter fuerat ordinatus Subdiaconus, judicavit profuturum illi ſi ad eum humiliandũ diceret, Video quod nimium cito te exaltaverint: cave
præſertim ad ſuperbiã reprimendam, ergo, fili mi, cave ſuperbiam; & credo eum qui non eſt humilis non eſſe hominẽ, qui autem non eſt homo, aut brutum eſt aut dæmonium. Solebat etiam inculcare, ut nemo fideret fervori cuidam ſpiritus, qualis ſæpe invenitur in juvenibus; multo minus reprehenderet in ſenioribus modicam aliquam ſenſualitatem: ſicut enim hęc ſæpe excuſatur neceſſitate deficientis naturæ, ſic iſte non raro eſt juvenilis impetus, à tentatione occultæ ſuperbiæ ſtimulatus.

16 Coram tribus juvenibus ſecum in cella aliquã-
aliena non curanda, do exiſtentibus differens ſuper ſtatu Religionis S. Franciſci; Nos, inquit, filii, trahimur à paſſionibus velut ab impetu rapidi torrentis: itaq; vobis ſuadeo, ut a-

lienis actionibus curandis nequaquam vos admiſceatis; ſed ſolum curate res veſtras, perſeverando in ſimplicitate & puritate ejus ad quã electi eſtis vocationis: alias enim metuo ne eveniat nobis, quod indurato populo iſti dixit per Iſaiam Deus, Excęca cor populi hujus, & aures eorum aggrava, ut non videant neque intelligant. Clericum quemdam vivacis leviſq; ingenii fixe intuens, Videris mihi, ait, inquietiſſima muſca, qui nec uno quidem momento potes intra teipſum conſiſtere. Quo audito ſubito ille immobilis ſtetit, ac
paſſiones mortificandas, velut cęleſti voce attonitus. Tum Frater Joannes: Ecce, cognoſcere te facit Deus, quod ſi velis non ſit impoſſibile te mutare naturam, & in firma quiete perſeverare; exhortanſq; eum cum manſuetudine, ut eo in ſtatu conſervare ſe niteretur, dimiſit. Scriptor Vicarii Provincialis querebatur ei aliquando, quod orationi & conſuetis alias exercitiis vacare non ita poſſet tranſiens de conventu in conventum, & continua ſcriptione diſtentus. Hunc Joannes paterne conſolans dixit: Satis tibi ſit, fili, facere brevem illam orationem quam occupatio tua permittit: ſed facito ferventem, id præcipue curans ut obedias, animumq; totum in voluntatem Superioris reſignes; obedientia enim omnes defectus abſumit: ideoq; affirmo tibi, quod quidquid cu-
E ris iſtis diſtractus amittes, abunde recuperabis duplicata alias conſolatione. Cui conſilio acquieſcens juvenis poſtea retulit, ex illa modica quæ ſibi permittebatur oratione, præter alios fructus hunc etiam ſibi proveniſſe, quod quaſi in perpetuam oblivionem priorum omnium tædiorum venerit.
ſimpliciter obediendũ.

EX ITAL. FRANC. LUNIAN.

Iſ. 6, 10

CAPUT III.

Bis Guardianus ſubditos prudentiſſime regit Ioannes.

17 Sic regendis Novitiis tantam moderationis atq;
CAP. X *Guardianus ad S. Vrbani prope Narniam,* prudentiæ famam acquiſivit Joannes, ut idoneum cenſuerint Superiores, qui Guardianus præficeretur Eremitorio S. Urbani, Specus dicto, loco inter montana Narnienſia devotiſſimo, quem primis Ordinis initiis ſuſcepit S. Franciſcus. Hic ex revelatione credimus paſſionis divinæ tempore rupem fiſſam diſceſſiſſe, eo modo quo factum eſt in monte Alvérniæ: hodieque cernitur profundus hiatus, intra quem ſe conſueverat Pater Seraphicus recipere, quando humanam converſationem fugiens, oculos mentis in cęleſtia defigebat, quæ iſtic ſæpe illabuntur copioſius, ubi corporeis oculis ſol corporeus ſubdicitur: media autem in rupe ſervatur cellula, in qua infirmus Sanctus aquam commutavit in vinum. Hoc in loco tam celebri habuit occaſionem Joannes, cum ea quam privatus ſemper tenuerat modeſtia conjungendi auctoritatem publicam ſui officii. Quieti autem ſubditorum
F *aptiſſime regit ſubditos,* ſtudens, & uniuſcujuſq; neceſſitatibus proſpiciens; diſſimulando etiam quandoque errata, & indulgendo quidquid poterat abſq; manifeſta Regulæ infractione, minus tractabiles reducebat ad maturitatem religioſam, monſtrabatque beneficii munere conditoris non minus habilitatis obtigiſſe ſibi in vita activa, quam fervoris ad exercitia contemplativæ. Duo autem hic egit minime ſilentio prætereunda.

18 Primum quod cum contentio exorta eſſet inter
Guardiani Narnienſis contumaciã emollit, ſui conventus quæſtorẽ Fr. Paulum de Fœniculeto & Fr. Jacobum de Callio Guardianum S. Hieronymi Narnienſis, obſtinate ſe opponentẽ Fratribus Specus ne intra civitatẽ iſtam eleemoſynam peterent; & hic eo inſaniæ prorupiſſet, ut carcere & excommunicationem minaretur id facere volentibus; contigit ipſum obviare Fr. Joanni, qui præventurus ſcandala ipſemet ſumpta mantica exierat ad eleemoſynam rogandum. Vix autem in conſpectum iſtius venit, cum furioſus ille, factus agno manſuetior, placide in occurſum feſtinavit dicens: Tu procul dubio es Joannes à Luca.

EX ITAL. FRANC. LUNIAN.

Sacerdotes venatores ad modestiam revocat:

Joanne autem ipsum se esse confitente, in amplexum ejus ruens atq; amanter deosculans coram multis adjunxit: Ego te agnovi ex sola vultus majestate, qui merum refert sanctitatis splendorem. Alte ejusmodi verba pungebant Joannem, & ne sua humilitas ab ejus laudibus aliquid ibi patereturn, continuo sese inde nullo reposito verbo subduxit. Alterum est quod duobus Sacerdotibus, circa monasterium venari solitis, eoq; nonnullam conturbationem eidem afferentibus; cum nemo prohibere eos auderet, utpote conventui valde benevolos; ipse eosdem in conventu nactus ad hortum deduxit, & colloquium de rebus spiritualibus texuit, tanto spiritus fervore, ut licet in eis non cessaret venandi voluntas, toti tamen compuncti invicem sese respicerent, & quasi muti ab eo discederent; deinde vero salubriter confusi omnem vitæ prioris rationem reformarent. Eoque facto probatum insigniter est, quod dicere solebat Joannes; non esse idoneos regimini Fratres eos, quibus secularium voluntati obsecundare tam est cordi, ut conventuum commoda postponant eorum satisfactioni.

B

ostendit Superioribus opus esse discretione,

19 Modus ejus regendi totus ex suavitate & modestia compositus eo potissimum spectabat, ut à subditis obedientia præstaretur ex amore magis quã ex timore; unde nascebatur erga eum plena observantiæ reverentia, exemploque inculpabilis ejus vitæ adjuta nihil non facile impetrabat ab eis, contentus si humiliter subditos & obedientes haberet, absq; notabilibus valde defectibus, & eorum quos forte redargue bat pœnitentiam potius volens quam pœnam. Valde etiam commendabat Guardianis patientiam, eamque maximi faciebat, & dicebat solam sufficere ad congregationem quantumvis magnam gubernandam; e contra vero gravissimos errores ab illis committi solere, qui absq; patientia accederent ad Prælaturas. Ad has vero promotos ajebat, si pacem inter se ac subditos salvam vellent, cavere debere ne superfluis & importunis imperiis illos gravent atque inquietent, utens ad hoc suadendum similitudine Enantilis, quod complicatum diu conservari potest, nimio autem & continuo usu cito deteritur laceraturque. Subditum enim, ad necessarios usus sui conventus reservatum & non nimis occupatum, perseverare in amore & pace cum Superiore: quod si aliquis non ita prompte obediat, haud ideo statim procedendum ad minas & jurgia, sed eum patienter tolerandum & suavi reprehensione reducendum in viam obedientiæ.

& patientiam magnæ:

C

quod & suo exemplo probat.

20 Hæc autem atque ejusmodi præcepta, quæ dabat aliis, ab ipsomet fuerunt reducta in praxim, cum admirabili perfectæ moderationis exemplo, quemadmodum sequenti ex facto ejus apparebat. Juvenis quidam Conversus, bonus ac simplex, coquum agens in conventu, compatiens gravi supra modum labori, quem Joannes sustinebat, utensque ea erga ipsum caritate, quam sibi ex officio licitam arbitrabatur; curabat ei quandoque ministrari portionem, communi majorem lautiusq; conditam, nec sciebat quantum ipse id displiceret: monitus vero sæpius ut desisteret, scrupulo aut modestiæ sancti Patris hoc tribuens, suæ nihilominus obligationis id esse credebat, seque in eo mereri multum. Quo animadverso ipsum per se suaviter monuit Guardianus, ut ne suum judicium judicio Superioris præponeret, atque desisteret particulare quidpiam à communitate sibi ministrare: verum intelligens quod juvenis animum in eo obfirmasset, unde ægre esset abducendus; sumpsit inde occasionem exercendæ, patientiæ quidem circa seipsum, caritatis vero erga proximos; cœpitque sic accepta per seipsum in pauperes erogare.

CAP. XI

Inde Perusium transfatus,

21 Vix tempus primi Guardianatus expleverat Joannes, quando concordibus votis postulatus ad alium fuit in Monte Perusino, loco famoso propter memoriam B. Ægidii, cujus cella ibi in summa veneratione hodiedum est. In hujus Prælaturæ, quam tribus annis tenuit, initio, suadentibus sibi Fratribus ut pro more decessorum suorum visitaret Dominum Gubernatorem, eumq; conventui benevolum retinere satageret; respondit sibi non videri conveniens, ut religiosus tempus insumeret visitationibus secularitèr officiosis, maxime cum se ad ea præ cunctis ineptum experiretur. Et ille quidem hac sola in parte consilio Fratrum sequi noluit, in aliis vero rebus plerumq; ipsum requirebat ultro; tum ut promptiores eos ad obedientiam haberet, tum quia præ magna humilitate nihil boni consilii ex seipso capere posse credebat.

D

recusat visitare Gubernatorem:

declarat quid sentiat de triduana per hebdomadam esu carnium.

22 Sermonem aliquando coram Fratribus habens in refectorio, secundum morem Ordinis Franciscani, deflexit eum ad consuetudinem, quæ vim legis jam obtinere videtur, ut Fratribus ter in hebdomade apponantur carnes, adeo ut esse necessitatis credatur id quod meræ est indulgentiæ. Quamvis enim tenendũ sit, quod debiles & convalescentes, itemque senes aut aliter male dispositi, benignius discretiusq; tractari debeant, permittente id non solum, sed etiam exigente caritate: ex alia tamen parte, inquit, nequeo intelligere, quo prætextu alii Fratrum idem privilegium possint prætendere: & ingenue confiteor, quod capere non valeam, quomodo professionem verbis factam opere exequantur illi, qui sub nomine & habitu integræ ac voluntariæ paupertatis cupiunt vivere delicate, eorum instar quorum animus totus defixus est in obsequium sensuum. Scio quidem multos illud justificare per hoc quod talia non emantur nec conquirantur, sed ultro donentur liberaliter à liberalitate benefactorum citra proximi scandalum: verum isti non animadvertunt, ad nostram confusionem & verecundiam id permittere Deum, cognoscentem quod desit in nobis ea virtus, quæ nos faciat talibus abstinere; & exaudientem suspiria, quibus identidem anhelamus, sicut Israelitæ, ad dimissas Ægyptiarum carnium ollas: ne igitur querelas nostras pro talibus audire cogatur, facit nobis ultro præberi quod desideramus, ne gravius aliquod scandalum eveniat.

E

& Dei circa eum indulgentia.

eundem tamen tolerandum docuit.

23 Quid autem dico Deum? Nescio equidem etiamnum definire apud me, Deum ne auctorẽ hujus abundantiæ debeam existimare, an adversarium nostrũ antiquum, ut sensualitatis ejusmodi superfluæ abusum faceret transire in habitum, hunc vero in legem denique ac necessitatem. Ea ipsa tamen ambiguitas me inclinat ut obsequar majori parti sic volentium, & carnes ex usu concedam; quas nihilominus condiri vellem jure aliquo, retundente sensualitatis affectum, ipsasque escas minus sapidas reddente: cogitare enim vos velim, Agnum paschalem non fuisse comedendum absque lactucis agrestibus. Profecto dolet mihi quod hunc in modum loqui vobis cogar: si tamen aliquis me amantissimum sui patrẽ ideo reprehendendum putet, saltem ut filius Adæ rejiciat culpam in mulierem, propriam inquam sensualitatem. Quantum ad me attinet, f Fratres viderem dispositos ad patiendum desiderandaq; loca aspera & ab ejusmodi deliciis commodisq; remotiora, promptum quoq; me invenirent, ad cibos quantũ cumq; delicatos cum iisdem comedendos: iis enim sic animo comparatis, crederem delicias istas manibus Angelorum porrigi. Atq; hinc intelligitur, quod licet aliquando sese aptaret voluntati Fratrum, contra genium tamen suum id faciebat: quod etiam clarius demonstravit, quando rogatus à quodam Guardiano, dare ei aliquod præceptum utile circa regimen subditorum, inter alia dixit; se periculose quandoq; infirmatum, extraordinario conscientiæ remorsu fuisse compunctum, quod Fratribus indulsisset aliqua, non quidem illicita, minus tamẽ convenientia. Hortabaturque eum ut in hoc magna uteretur

suo licet genio repugnante.

retur cautela: majori enim hic prudentia & vigilantia opus esse, quam verbis posset explicari.

fatetur Prælaturam sibi molestissimè accidere

24 Ab alio Patre interrogatus, quidnam ei in Religione aliquando accidisset acerbissimum, absque hæsitatione respondit quod Prælatura: Quia, inquiebat, numquam potui regere Fratres ex ingenio meo: possum tamē affirmare, quod licet eam numquam desideraverim, nihilominus erubuerim eamdē recusare, quod viderem obnoxiam esse maximis laboribus periculisque, & ita etiam magnam multiplici merito occasionem præbere. Aliam insuper buccellam haud minus insipidam deglutivi, oblatam à superflua Fratrum caritate, qui utentes occasione quam dare ipsis videbantur crebræ meæ infirmitates, me voluerunt quasi violente cogere ad ducendam vitam solito delicatiorem, nescientes quod jam inde à seculo assuefeciſſem naturam grossiori victui, feciſſemque à deliciis abhorrere; existimant enim eas à me recusari propter alias causas. Alteri consilium ejus requirenti, utrum admissurus Prælaturam esset ad quam electus fuerat, respondit Joannes, Si vides illam posse nocere saluti tuæ, noli admittere. Replicante autem bono isto Patre, quod si in hoc recusaret morem Superioribus gerere, audiendæ sibi essent Confessiones,
B aut Prædicatoris officium sumendum, quorum utrumque non esset absque infinitis periculis: ait illi si ad confessiones audiendas accesseris cum pura intentione, ex vero zelo salvandi pœnitentes; & prædicaveris cum ea simplicitate, quæ in Fratribus præsertim Minoribus requiritur; non invenies rem tam esse difficilem quam tibi imaginaris.

& nimiam Fratrum erga se caritatem.

CAPUT IV.

Studium paupertatis, mortificationis, fuga secularium etiam consanguineorum.

CAP. XII *Commoditatibus etiā licitis abstinens,*

25 PAupertatem tam subditus quam superior arctissimam circa se volebat Joannes, etiam in rebus minimis: hinc Breviario perquam vili, & Corona non nisi ex globulis rudi filo inductis utebatur: in cella vero sua nec acum, nec pileolum, nec ullam quantumcumque exiguam tolerabat commoditatem, licet certus esset eam sibi à Regula permitti. Hic autem sanctæ paupertatis amor solicitissimum ipsum faciebat ne contra eam faceret aliquid. Itaque si officium Superioris exercenti, chordæ, mutatoria, aliaque similia donarentur sibi, ab ipsomet donatore petebat facultatem ea dispensandi in Fratres, existimans id aliter sibi non licere salva conscientia. Cumque aliquando in cella reperisset Chordam, noluit eam
C Fratri postulanti donare, dicens, hoc pertinere ad illius Dominum, non vero ad se qui nihil possidebat.

nihil sibi privatim vendicat,

Interrogatus porro cur adeo arcte paupertatem stringeret, respondit; Arcta est via quæ ducit ad vitam. Superior vero existens nec cellam, nec habitum, nec aliud quidquam legebat sibi, sed expectabat quid sibi tribueretur à Fratribus: & in hoc agendi modo multam reperiebat quietem, exhortans alios ut cordi sibi sumerent perfectam in omnibus mendicitatem sectari. Adeo ut cuidam veniam postulanti pro regula habenda, qua lineas scripturus duceret; sic eam concesserit, ut tamen adderet; Melius tibi esset rerum etiam minimarum curam abjicere, Deoque unice & integre fidere, qui sic in se resignatis ultro subministrat quocumque egent.

sed docet Deo omnia committere

26 Atque huc referebat quosdam, qui sibi in hoc genere acciderant, casus. Scilicet, quod cum tempore Capituli mutanda sibi cella esset, deliberaverit, ferretne secum disciplinam quam habebat in cella; tandem tamen paupertatis amore eam dimiserit, sed simillimam aliam statim invenerit supra mensulam alterius ad quam transibat cellæ. Alias cum optaret habere exemplar pulcherrimi illius hymni, Jesu dulcis memoria, qui recitatur in Officio divini Nominis, donec eum mandasset memoriæ; eadem tamen ex causa recusaverit illud accipere, & postea invenerit in omnibus cellis, ad quascumque eum migrare contingebat. Item cum in itinere constitutus nihil haberet cibi pro se aut socio novitio, tam famelico & exhausto, ut jam vix posset pedibus insistere; exhortabatur eum ut Deo fideret, qui ipsis esset prospecturus: vix autem hæc dixerat, quando eis subventum abundantissime fuit. Qua de re plurimas Deo gratias agens dicebat: Sæpe Deus vel invitum me abundare facit, quandoque etiam ipsam prævenit necessitatem. Atque ex se ipso formans judicium, de eo quod Religiosis passim omnibus posset accidere, solebat dicere; quod nisi diligenter huic rei attenderent, paulatim tot reculas coacervarent in cella, ut in fine anni opus foret mulo ad eas exportandas. Tenendum igitur semper in manu ferrum ad resecandas superfluas commoditates eas præsertim erga quas appetitus inclinet. Laudabat autem imprimis eam paupertatem, quæ adjunctam sibi habet patientiam & penuriam etiam necessariarum rerum, præ illa cui prompte succurritur, dum alii egent. Si enim unus
E Frater duas vel tres tunicas haberet in hieme ad frigus arcendum, proculdubio non sentiret incommodum paupertatis. Similiter eleemosyna, tam solicite quæsita & velut importune extorta, aliud non significat, quam placere nobis abundantiam, & paupertatem desperesquo fit ut merito tribulemur, quia manducamus panē doloris, peccata scilicet largientium nobis.

EX ITAL. FRANC. LUNIAN.

qui abundē prospiciet cuivis cassi.

laudat paupertatem inopiæ junctam,

27 Quamvis porro ea caritas, quæ infirmarias induxit, laudabilis, sit quatenus illæ serviunt revera egentibus: credebat tamen earum occasione multis præberi materiam fovendi sensualitatem & ignaviam suam. Qua de re cum quodam Fr. Matthæo sermocinans, medici judicium allegante, libero zelo respondit, Nec tibi, nec illi hac in parte credo: qui enim absque evidenti necessitate ad infirmariam accurrit pro affecurando corpore, libens sequitur consilia medicorum, & salutem animæ magno sæpe exponit periculo. Sermonem nonnumquam in Capitulo habens de paupertate, aiebat, quod præstaret superflua quædam ornamenta tollere de sacristia, nisi periculum esset scandalizandi eorum donatores: & addidit: Si sciviſſemus magis nos ipsos curare quam seculares, magis etiam quam Sanctimoniales & Tertiarias, ad stabiliendum nostram perfectionem; feciſſemus Deo acceptissimum sacrificium: nunc vero deserimus nos ipsos; &, ut curemus aliena negotia, male agimus propria; quin & aliena vel ideo pejus administramus.

nec probat facilem recursum ad infirmariā,

curamque alienorum negotiorum:

F

28 Alias multa cum exaggeratione loquens de magnificentia fabricarum in Ordine: Videte, inquit quousque excesserimus. Loca S. Bartholomæi Fulginii & S. Jacobi Tuderti olim existimabantur pulcherrima & opulentissima totius Provinciæ, ideoque haud parvam mortificationem adferebant zelatoribus perfectæ observantiæ & religiosæ humilitatis: nunc autem viluerunt in nostra opinione, quia multum superantur à locis Montis-sancti, S. Pauli, & S. Hierónymi Narnienſis. Atque utinam hæc quoque brevi non videantur tenuia aut mediocria. Deinde subjungebat: Si procederemus secundum obligationem nostri status, non solum gauderemus locorum angustiis, sed nec displiceret omni quandoque tecto privari. Consilium rogatus de officina quadam in Narnienſi conventu fabricanda, detrectavit sensum suum aperire, & dixit, quod pro re tantilla nolebat cruciari in purgatorio. Sed cum instarent importunius alii, tandem dixit, Judicio

vepræhendit magnificentiam fabricarum.

EX ITAL. FRANC. LUNIAN.

P. Vicarii rem totam dimitto, cui ratione officii quod gerit peculiaris aſſiſtit Angelus: quidquid illi placuerit, placebit etiam mihi. Cum autem aliquando ageretur de choro ad S. Mariæ Angelorum, anguſto valde & abjecto, in ampliorem formam reſtaurando, dixit; Videntur iſti mihi deſtruere velle quidquid ſupereſt de veteri noſtra ſimplicitate; neque cogitant futurum, ut videndis anguſtiis cellarum S. P. N. Franciſci, homines à centenis milliariis huc veniant: magna ſane ſtultitia eſt reliquias antiquitatis noſtræ diſſipare, quæ nobis & toti mundo tantæ ſunt ædificationi.

relaxationem diſciplinæ;

29 Paulo antequam moreretur, magno cum animi ſui ſenſu locutus eſt cuidam ex præcipuis Patribus de relaxatione diſciplinæ, & inter alia mire huc facientia, dixit; Heu! Pater, ubi nunc eſt obſervantia Regulæ? ubinam in veſtitu apparet paupertas & in victu mendicitas? cum noſtra hæc reſpectu ſecularium abundantia potius dici debeat, parciuſque eorum menſis inferantur eſcæ quam in menſas Fratrum; & illi magis contenti ſint modico, quam nos multo: in veſtitu vero eo proceſſimus, ut omnis patiendi materia ab illis reſecta ſit. Frequentamus Curias, etiam extra caſus quibus id patitur Regula. Novit Deus cum quali exemplo auſteritatis vivant Prædicatores: & omnes certatim id agimus, ut odioſam

B

uſum lucernarum,

cunctis paupertatem habeamus male. Quid autem dicam de nobis qui ad S. Mariæ Angelorum commoramur, & poſt vigeſimam quartam horam non audemus pedem uſquam proferre abſque lumine? Numquam aut rariſſime ſolebant Fratres habere lumen in cella, & S. Bernardinus gravem ab iis perſecutionem ſuſtinuit, quia ad lucernam ſtudebat. Equidem de me fateor, quod numquam oleo intra cellam uſus ſum, niſi unica dumtaxat vice in eremitorio Ceſienſi, maxima quadam neceſſitate urgente. Hodie vero plus olei una hebdomade abſumitur in cellis, quam toto menſe in ea lampade quæ ante altare diu noctuque ardet. Olim pauci ex Fratribus audiebant Confeſſiones & paucis in locis, cum unuſquiſque declinaret occaſionem agendi cum ſecularibus: nunc video eos imprimis æſtimari, qui in ejuſmodi converſatione videntur dexterrimi eique libenter ſe miſcent: quapropter pro certo habeo, futuros nos aliquando Conventuales; ſurrecturaſque alias genuinæ obſervantiæ plantas, quæ ad noſtram confuſionem fructum producent ſanctitatis.

& frequentem cum ſecularibus converſationem.

C

CAP. XIII *Definitor Provinciæ*

30 Definitoris officium, quod maximæ in Ordine Franciſcano auctoritatis eſt (ad Definitores enim graviſſima omnia negotia Provinciæ totius deferuntur) geſſit aliquando Joannes; oſtenditque in eodem homine poſſe conſiſtere magnum regimen cum magno ſpiritu, pulchreque miſceri prudentiam ſerpentis cum ſimplicitate columbæ. Collegas eo in munere habuit viros præſtantes, qui cum aliquando in ancipiti quadam deliberatione verſarentur circa executionem cujuſdam conſilii, quod prima quidem fronte parum laudabile, reipſa tamen optimum erat; ſententiam ſuam interrogatus Joannes, Nimis, inquit, timidi mihi videmini: non enim incongruum aliquando eſt pro Dei amore Deum offendere. Attonuit alios reſponſum tam inſolens: ſed ipſum mox explicuit dicendo, quod fieri aliquando poſſit, ut in re quapiam offendi Deus videatur; ſublato autem indiſcreto ac male fundato ſcrupulo, clare appareat, nihil minus iſtic formidandum. In hoc autem officio ita ſe moderatus eſt Joannes, ut injurias quidem ſibi irrogatas ferret patientiſſime; quidquid autem effronti arrogantia videbat ab aliquibus committi contra Dei honorem, ſalutem animarum, & bonum ſtatum Religionis, zeloſiſſime reprehenderet: id quod à nonnullis impatientiæ eſt attributum, inter hanc

generoſe officio ſuo fungitur:

& verum zelum non diſtinguentibus.

D

Reformandis Clariſſis Peruſinis,

31 Summa etiam cum approbatione & ſucceſſu Confeſſarium Sanctimonialium egit Joannes. Anno MCCCCXLVIII reformandum erat monaſterium Peruſinum, Montis-Lucidi dictum, juxta Regulam S. Claræ, à cujus obſervantia multum deflexerat; & ex mandato Nicolai Papæ V deducebantur eo Sanctimoniales aliquæ ex Fulginienſi cœnobio S. Luciæ, quarum tunc erat eſtque etiam hodie nominatiſſima ſanctitas: his autem deducendis electus Fr. Joannes eſt. Ivit illuc cum P. Fr. Antonio de Monte-Falconis, tunc Vicario Provinciæ S. Franciſci, poſtea Vicario Generali, & P. Fr. Bernardo de Termis, Guardiano Montis-Peruſini. Die XXI Decembris omnes ſe pariter dederunt in viam: & prima nocte acta in monaſterio S. Franciſci de Valle-fabricæ, ubi anno præcedenti Confeſſarius quoque Joannes fuerat, ſequenti Dominica induxerunt in prædictum cœnobium Fulginienſes Virgines. Re autem ipſa exigente ut ibi maneret ex Patribus aliquis, juſſus eſt manere Joannes, novellamque reformationem ſuis ſtabilire inſtructionibus: prout fecit. Manent enim hodieque, poſt ſeſquiſeculum decurſum, eædem quas iſtic præſcripſit leges in viridi obſervantia: quamvis ſolum iſtic triennio manſerit, videlicet uſque ad annum MCCCCLI (ad alterum triennium, uti ſæpe conſuevit fieri, minime confirmatus) & bis tantum reviſerit locum prædictum, totis quibus deinceps vixit annis uno & viginti; videlicet anno MCCCCLXIII, ad piarum iſtarum Matrum conſolationem ductus illuc à P. Fr. Alberto Peruſino, Vicario tunc Provinciali, poſtea miniſtro Generali; & anno MCCCCLXX, ſocius P. Fr. Pauli Peruſini, Vicarii ſimiliter Provincialis.

tres annos utiliter impendit.

E

CAP. XIV *Colloquia cum ſecularibus*

32 Quod ad converſationem cum ſecularibus attinet, ajebat Joannes, ſimiles hac in parte nos eſſe ſilvis, quæ de ſuo ligno manubrium offerunt ſecuri qua ſuccidantur. Si enim ſciremus diſcrete & abſque ſcandalo eis præripere occaſiones veniendi ad nos, neque eos potius alliceremus; minus ab eis damni, & magnam nobis commoditatem perciperemus. Ideo optabat, ad aliquod mali remedium, pulſantibus ad portam non patere ſtatim acceſſum; ſed eos ante fores ab aliquo minus ipſis noto Fratre detineri per pium de re quapiam ſpirituali colloquium, uſque dum Superior conſultus eum mitteret quem petebant; expediri autem eoſdem cito volebat, nec ad res indifferentes ſermonem protrahi. Quod ſi qui peterent coronas, cochlearia, vel quidpiam eorum, quæ apud nos ſolent nonnullis in locis fieri ad otium vitandum; putabat reſponderi congruentius poſſe, quod mallemus pro eis orare. Hæc autem & alia hujuſmodi præcepta quæ dabat aliis, ipſe prior ſervabat perquam ſolicite: requiſitus tamen à ſecularibus, reſpondebat humaniter, & cito abrumpebat ſermonem, ſi quid eidem ſe ingerebat quo poſſet ſua pax turbari: idque non tantum cum ſecularibus agens, ſed etiam cum Fratribus, niſi eſſent Superiores ſui, cum quibus magna utebatur diſcretione & reverentia. Ita cum ei aliquando indicaſſet Guardianus recte facturum videri, ſi quoſdam ſeculares infirmos viſitaret; ipſe periculi quidpiam in eo proſpiciens, reſpondit, non item videri ſibi; multaſque in contrarium allegavit rationes; ita tamen, ut paratus eſſet ſui Superioris judicio ſubmittere ſuum; addiditque, Neſcio qui fiat ut tenere me nequeam, quin dicam id quod mea mihi conſcientia dictat. Guardianus vero deſiit cœptum urgere: jam enim grandioris ætatis erat Joannes, & præſumi poterat quod interiori aliquo lumine illuſtratus ejuſmodi officium ſubterfugeret.

F

rara & brevia eſſe optat,

ſuo ipſe exemplo præiens,

33 Frater quidam multum occupabatur circa certa opera

A opera caritatis; dé quo interrogatus Joannes quid
Nimiam solicitudinem improbat, sentiret, Non placet, inquit, tam adstricta solicitudo; allegabatque istud Apostoli, Nemo militans Deo implicet se negotiis secularibus: timeo autem, ajebat, ne huic contingat quod solet usuvenire ei, qui commune cum aliis onus portat, ut dum supra illos
& ambitü secularem, id elevare nititur, ipse succumbens opprimatur. Displicebat eidem si seculares introducebantur ad cellas Fratrum, etiam causa Confessionum audiendarum: & graviter reprehendit quemdam Fr. Franciscum, quod videbat illum ambire virorum nobilium conversationem; dicens ei, quod nimium curando seculum, & familiarius agendo cum illo, periclitemur ipsimet ne paulatim seculares efficiamur. Memento, inquiebat, Frater, quod divitias & consanguineos dimiserimus, ad salvandas animas nostras, & non ad aliena negotia curanda: quodque renuntiaverimus mundo, velut ad ipsum numquam redituri. Vide autem quo nostra nos deduxerit insipientia. Haud multi sunt dies, quod transitum habens per locum quemdam nostrum, ubi viginti Fratres numerabantur, omnes quidem reperi in refectorio; in choro autem solum duos, aliis alibi occupatis inter negotia secularium. Fugiamus ergo hos quantum possumus, quanto
B enim erimus eis minus vicini, tanto securior erit pax nostra, altiusque in ipsis radicabitur pietas & affectus erga Religionem.

curasque externas.

Venientem ad se nepotem Anconæ Præfectum

34 Tam salutaribus monitis jungebat exempla extremi circa seipsum rigoris: non solum enim curabat procul à conspectu consanguineorum abesse, sed etiam omnem affectum carnis sanguinisque excutere, si quando ab iis ultro visitabatur. Apparuit hoc, quando ad ipsum Perusiæ commorantem venit nepos suus, Antonius Bonvisius, vir magni in republica nominis, qui mittebatur Anconam, præfuturus urbi tunc æstimatissimæ cum titulo supremæ Potestatis; idem qui postea à Lucensi republica missus fuit orator ad Neapolitanum Regem, pro Senensi Republica intercessurus, & ab eodem Rege ultro statutus fuit Locumtenens vice Regis in Calabria. Cum hoc tantæ dignitatis homine acturus Joannes, nihil de pio suo rigore dimisit: & quod ad negotia
& alium numquam visum quidem secularia attinet, paucissimis verbis frigideque respondit: alia vero non numero sed pondere æstimanda strictim addidit, condita solito fervore spiritus circa res divinas, illumque dimisit. Alium quoque nepotem, numquam antea visum, cum Romam tendens ejus visendi causa ad eremitorium Cesiense
C deflexisset, sic excepit, ut quamdiu secum loquebatur oculos tenuerit in terram defixos. Quod animadvertens juvenis, haud longas cum patruo moras fecit, abiitque; sic ut nonnulli Fratrum scandalizati in eo dicerent, quod debuisset hospitem benignius invitare ad refocillationem aliquam apud se sumendam, quando jam tardior hora erat, & omne hospitium aliud procul. His vero Joannes respondebat; Amo
paucis expedit: spiritus libertatem: hanc autem ut mihi tollat mundus, meque illaqueet carni & sanguini, usque in asperum montem ascendit; & ego non conabor ei quam primum ostia ac fenestras sensuum meorum claudere, ne subintret in cor agatque tyrannum. Hoc porro ne fieret in omnem cautus vigilabat occasionem: & sic aliquando Fratrum uni, librum quemdam curiosius relegenti, dixit, Vide ne & teipsum liges; intendens ei significare, quod ipsa quæ se nostris actionibus ingerit complacentia, animæ vinciat libertatem.

ad Fratrem suum ægrü

35 Supererat ex germanis omnibus Joanni unicus, isque frater major, Laurentius nomine, de quo supra fecimus mentionem. Hic ad extremam provectus ætatem, cupiensque se ad mortem pie obeundam disponere, sæpius rogavit Joannem ut Lucam accedere dignaretur. Idem ut faceret hortabatur B. Cherubinus, socium se offerens; remque probabat EX ITAL. Vicarius generalis, ibidem tunc forte præsens: Et FRANC. ego (inquit ille, qui multa de Joanne scripta nobis LUNIAN. reliquit) id ipsum conabar persuadere. Sed respondit *recusat accedere Lucam.* ipse, A die quo nomen Religioni dederam, numquam curavi eum visitare, neque nunc ut faciam possum inducere animum: timeo enim, fili, inquiebat periculum animæ, conscius propriæ fragilitatis, & memor quid acciderit duobus illis bonis viris, Fr. Bartholomæo de Florentia & Fr. Francisco della Rocca: qui sub prætextu caritatis ingerentes se consanguineorum negotiis, denique ad Conventuales defecerunt, & ambo vitam valde laxatam duxerunt: licet unus eorum, videlicet Fr. Franciscus, ita videretur possessus à divina gratia, ut de eo quidlibet fuissem citius suspicaturus quam ruinam. Siquidem hinc liquet, quam facile homo decipiatur ab affectu particulari, dominium animæ ambiente sub specioso caritatis prætextu.

CAP. XV *timet amicitias peculiares.*

36 Nihil ominus cavebat ne cui Fratrum singulariter adstringeretur. Itaque cum juniorum unus, cui in spirituali aliqua necessitate consilium requirenti extemplo optimum dederat, admiratus tantum in illo lumen, desideraret eum habere in spiritu magistrum quamdiu in isto loco simul versarentur, idque ut annueret instanter flagitaret, promptum se offerens ad quodvis illius præceptum: respondit ei, Vade, miser, & meliorem me magistrum quære, videlicet Deum. At ille magno cum fervore instabat dicens, Danda tibi, Pater, Judici Deo erit ratio de damno inde mihi obventuro, quia recusas me suscipere in discipulum. Cui Joannes, Benedictus Deus, inquit, ô fili, æque tuus ac meus est, ipse tibi dux & magister erit: ab eo quod tibi necessarium est quære: scis enim scriptum esse, In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos: itaque eum dimisit. Ps. 118, 9

E

CAPUT V.

Ioannis cum Fratribus conversatio sobria, in pœnitentiarum usu eis permittendo moderatio, documenta vincendis tentationibus ab eo data, mortis desiderium.

F

Æger cum sibi ministrantibus silentium servans,

37 CUm æger decumbebat in infirmaria, tam solicitus erat ne vel ipse vel alii sua causa impedirentur in unione cum Deo, ut cum juvenibus sibi ministrantibus accuratum servaret silentium; quamvis illi nihil magis cuperent, quam ejus spiritualibus sermonibus instrui. Quod demiratus Patrum aliquis, neque probare valens, pro ea qua erga ipsum afficiebatur dilectione, quæsivit causam ob quam ita ageret. Ille vero respondit: Non alia de causa, quam ne possidere incipiam eorum animos, id quod à divina justitia vetari mihi intelligo: cui ut de meis peccatis rationem reddam satis equidem habebo quod agam, etsi me non onerem alienis. Tunc alter, An sic agenti porro ministrabitur sicut oportet? Et Joannes, Id tibi ne curæ sit, inquit, diligentius enim mihi quam opus sit ministratur, Deo id abunde procurante. Postea vero iisdem juvenibus coram se positis dixit; Animadverto, filii, parum consolationis vos habere ex me, qui forsan sum genii prorsus diversi à vestro aliorumque multorum. Persuasus autem æque placiturum me vobis sive joco sive serio vobiscum agerem, utroque abstinui, ut solus Deus primus vester motor finisque esset ultimus, non autem aliquis erga me affectus. Quod si aliquando quidpiam vobis ex me gratum fuit etsi minus utile, hoc quod nunc facio cum tanto vestro commodo

reddit eis optimam sui facti rationem.

EX ITAL. FRANC. LUNIAN.

modo ſpirituali conjunctum acceptum quælo habetote, quandoquidem etiam ego ſatagam ut patienter ſufferam quodcumq; faſtidium ex veſtra querimonia mihi proveniens, tantum quia ſcio in contradictionibus & anguſtiis Chriſtum inveniri, alienum ab omni eo quo ſenſualitas paſcitur. Sin aliter facere volueritis, & in peiorem partem modum hunc meum agendi accipere; ſalvum tamen mihi meum eſt lucrum, quin etiam augebitur per veſtram diſplicentiam, quamvis eo libenter caruerim tantum ne vos damnum patiamini.

amicitiam omnem particularem reſcindit,

38 Cum habitaret in Monte-Luci prope Spoletum, viſus eſt ſibi arctiori quam expediebat amicitia junctus cuidam magnæ virtutis Fratri; & quod ille, quia jam pluries ſecum egerat de materiis ſpiritualibus, exiſtimaret eam conſuetudinem fore perpetuam: quare digredientem à ſe traxit in partem, proteſtatuſque eſt quod nollet cum ipſo adſtringi ullo vinculo amoris ſpecialis: & quantum ſe attinebat, recepiſſet ſe ad eam animi compoſitionem in qua fuerat priuſquam illum noſſet. Mirabatur ille ad denuntiationem tam inexpectatam: ſed Joannes; Tanta, inquit, ô Pater, noſtra eſt fragilitas, quod aliquando minus quam iſtud ſit offendiculū ſufficiat ad nos abducendos à via ſalutis in damnationem æternam. Videbatur ei quod nulla quantumcumque abdita inter ſilvas cavernaſque ſolitudo, merebatur ſolitudo appellari, cui deeſſet ſolitudo mentis in Deum penitus collectæ: ad hanc tamen utiliſſimam eſſe ajebat illam, & propterea commendabat eamdem verbis & exemplo, præſertim in fine vitæ, ſolitus ſtatim à prandio in cellam ſuam ſe recipere: unde ſi quis eum rogaſſet inſtructionem aliquam ſpiritualem, ad alterum quem idoneum noverat dimittebat.

B

CAP. XVI *Erga ſe durißimus,*

39 Erat Joannes corpori ſuo perquam ſeverus; non niſi viliſſima, & quandoque mucentia panis fragmenta ei præbere ſolitus, idque parce: & quamvis crebris exercebatur infirmitatibus, non dimittebat tamen uſum aſperrimi cilicii, frequentis flagellationis, & ſupra nudam tabulam dormiendi; neque iſtis contentus novas quotidie excogitabat artes divexandi ſeipſum. Inter ceteras, inſuetas aliis, ipſi familiares, praxes erat; ſi qua forte tentatione ex improviſo pulſaretur, caput vel in parietem vel in obviam aliquam arborem impingere, quandoque cum notabili læſione. Alias ſoeculos ligneos impingebat in calces proprias, ita ut quandoque præ dolore nequiret ambulare; factaque inde vulnera ſic negligebat, ut nec

C

inſpiceret quidem; quo fiebat ut longo tempore non ſanarentur. Quod ſi de tanta in ſeipſum crudelitate reprehendebat eum aliquis, ſolitus erat reſpondere: Ita factus ſum, & aſſuevi à juventute ſpirans hoc cadaver languidum ſemper & infirmum trahere: atque utinam poſſem etiam amplius facere, novi enim quantum obliger Redemptori meo. Hoc autem dicebat, quia incredibili ſemper flagravit deſiderio martyrium tolerandi pro Chriſto ejuſque ſancto Euangelio.

erga alios diſcretus,

40 Sed quamvis ita durus erga ſe, erga alios tamen multo diſcretius agendum ſuadebat, ſenes præſertim & infirmos, viamque mediam inter auſteritatem nimiam & commoditatem ſuperfluam tenendam eſſe; omnibus univerſim inculcans, non tam in victus, ſomni, veſtitus tenuitate fundari eos debere, quam in mortificatione propriæ voluntatis & humilitate non ficta: quod ſi abſque diſcretione & ſapientis magiſtri ductu fræna laxarent deſiderio vigiliarum pœnitentiarumque, prædicebat futurum, ut in errores atque illuſiones graves prolapſi, male quoque judicarent de aliis, pari rigore non utentibus. Unde cum eſſet Guardianus Peruſiæ, & cognoviſſet ſenem quemdam multæ orationis, vocalis tamen potius

moderationem rigoris ſuadet.

quam mentalis, tam implacabili in ſe ſeveritate uti, ut nec infirmus quidem ſufficientem cibum admitteret, non abſque manifeſto vitæ periculo; amanter ei expoſuit, quanto diſcrimini à via regia aberrandi exponatur quiſquis nimiis pœnitentiis indulget.

D

CAP. XVII *Morbos plures annis 15 ferens*

41 Porro in tolerandis morbis Jobi videbatur imaginem ſimul & patientiam expreſſiſſe, ita multis & magnis affligebatur doloribus, nunc capitis, modo ſtomachi, atque acutiſſimis herniæ punctionibus, quibus ſæpe ad ultimum vitæ diſcrimen adducebatur. Patiebatur in cruribus ulcera inſanabilia, & continua fere hæmorrhœa laborabat, nec non dentium, pectoris, viſcerumque tormentis: quibus ſimul omnibus licet vix par crederetur humanum corpuſculum, totis tamen quindecim annis ea portavit, tanto cum jubilo cordis ſui, ut pro eo ſtatu quemcumque alium humano alias judicio feliciſſimum accipere non voluiſſet. Neque deſinebat patientiæ virtutem, æque ac alias, ſuadere Fratribus, præſertim Superioribus: quos cum ſubinde audiebat de gradus ſui prælationiſque moleſtiis querulos, eorum ſermonem abrumpens ille, ſolebat dicere: Tolerate, Fratres, & tolerate libenter: vult enim miſericordiſſimus Deus, pro noſtra utilitate, ut in hac miſeriarum valle cum perpetuis conflictemur pœnis. Juveni cuidam, deſideranti proficere in via Domini, ſimiliter dixit: quicumque ſcientiæ vel arti alicui operam navant, in eadem proficere & excellere conantur, ut divitias, famam, honorem acquirant: nos autem qui ſumus in ſchola Chriſti, non conabimur quotidie in ea procedere? Quæres porro an in obedientia, in oratione, in caſtitate, in paupertate? In omnibus dico, ſed præcipue in tolerandis libenter deriſionibus, improperiis, injuriis, afflictionibus internis externiſque. Eodem adoleſcente comitatus Camerinum proficiſcebatur, & ſciens eum graviter tribulari; Per hanc ipſam, inquit, alias incedens viam, diverſas quidem à tuis, multo tamen graviores tribulationes tuli; divina autem gratia me ſuſtinuit ne caderem: tu vero, ſi ab hac tempeſtate deſideras emergere ad portum ſalutis, ne dimittas gubernaculum timoris divini, & habe intentos oculos velut in pyxidem nauticam ad veritatem, id eſt, propriæ vilitatis & miſeriæ cognitionem.

patientiam in adverſis commendat,

E

impatientiā redarguit.

42 Interrogatus aliquando cur tam multi ſic adſpirarent ad tempus Capituli, Propter impatientiam, inquit; ſperant enim vel commodam cellam obventuram ſibi, quam pro ſuo genio aptare poſſint, vel placidiorem ſocietatem Fratrum, vel Guardianum

F

ſibi commodum ſuique amantem; indigna omnia quæ cadant in cogitationem hominis religioſi: qui deberet conſiderare, quomodo Dominus Deus infinitas propemodum perſonas toleret in quocumque ſtatu, prorſus ſupportari indignas; adeoque juſtum & æquum eſſe, ut ipſe Fratrem & Superiorem qualemcumque ſufferat; & tunc magis timeat, quando pacatiſſime ſibi cuncta & tranquillime fluunt. Concludebat autem ſæpe dicens, quod cum pendeamus ex tenuiſſimo filo, mortis brachiis circumligato, quod ipſa poſſit inopinato reſcindere; ſatagere debeamus, ut in extremo iſto lapſu adhæreamus Deo, qui libenter ſuccurrit exercitatis in patientia; quippe qui ſecundum Paulum, Pater eſt miſericordiarum & Deus totius conſolationis, de quo Propheta ait, Quia cum ceciderit non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam. Itaque Fratri cuidam valde ſolicito, quomodo accuſatus in re quadam innocentem ſe demonſtraret, dixit Joannes, ut conſideraret qua via certius venturus eſſet ad Paradiſum, an per ſilentium & patientiam, an vero per excuſationem & vindictam; & ſimplex hoc monitum illi ſuffecit, ut rem totam Deo committens, oraret pro crucifixoribus

2 Cor. 1, 3
Pſ. 36, 24

ſui-

A ſuis & inſtar agni eoram tondentibus obmuteſceret: aliter autem qui faciunt dicebat, dum unum nituntur purgare errorem, in plures & graviores plerumque incurrere, & in magna quandoque ſcandala ſuſcitare.

CAP. XVIII *Cervicali molliori ſuppoſito turbatus,*

43 Tentationes porro quomodo vinceret ipſe, & vincendas doceret alios, ex ſequentibus facile intelligetur. Utebatur Fr. Joannes in ſtrato ſuo cervicali tam duro, ut abſente ipſo illud ſerutatus alius Frater, nec capere valens quomodo poſſet ſuper eo quieſcere, congruum duxerit pro eo ſublato apponere aliud, fartum plumis delicatis ac mollibus. Fraudem ſibi factam mox ſenſit ſenior, animoque turbatus; Quid? inquit, an illi credunt, quid mihi opus ſit melius meipſo ſcire? Ecce dæmonis illuſionem: profecto aliud nihil jam deeſt, quam ut veniens S. Franciſcus noctu, ſuper illo caput meum videat reclinatum; merito iſtic ſe penetraret Fr. Pagoluccius (hoc nomine antiqui religioſi Franciſcani nominabant dæmonium, quod orationem & ſomnum Fratrum conturbare ſolet) eoque dicto ſumpſit pulvillum & abjecit in angulum. Deinde vero attentius conſiderans quid egiſſet, utiliuſque fuiſſe ſi etiam in iſto viciſſet ſeipſum, ac ſuam voluntatem captivaſſet; recepto pulvillo noctibus aliquot uſus eo eſt, donec ſuperaſſe ſibi videretur illam proprii judicii repugnantiam; ſicut faſſus eſt ei Fratri, qui ipſum attulerat, cum id reſtitueret; id ſe facere dicens, ne quod initio mortificationis fuerat, quia contra animi ſui propoſitum, ea averſione paulatim ceſſante fieret ſenſualitas. Ita cum quidam Fr. Hilarion cœpiſſet Joannem imitari in veſpertina cœnæ abſtinentia, idque Fratres alii ferrent moleſte & arrogantiæ adſcriberent; cum etiam Superiores hortarentur ſuaviter ut communem ceteris morem vellet cœnando tenere; is animo conturbatus ad Joannem accurrit & conſilium poſtulavit. Hic vero incunctanter reſpondit; eam demum eſſe rationem quam plurimum merendi coram Deo, ſi agat directe contrarium ei, quo ſua ipſum voluntas impellit.

eodem tanziſper utitur donec ſe viderit:

B

& alteri ſuadet cœptam abſtinentiam ſimili caſu dimittere.

CAP. XIX *Monachum deſperantem ad ſe revocat,*

44 Cum in Peruſino Montis Lucidi conventu fungeretur Joannes munere Confeſſarii, divinitus intellexit, quod Monachus quidam ſeipſum præ deſperatione volens occidere, gulæ ſuæ grave jam vulnus inflixerat. Movit adeo triſtis caſus plena miſericordiæ viſcera: accedit hominem, excipitur humiliter atque devote, auditoque initio & progreſſu tentationis tam diræ, quæ ad gravem adeo exceſſum impulerat; primo molliter cœpit demulcere mentem, peius quam corpus læſam, & inculcare ſummam Dei erga peccatores miſericordiam; deinde ſuadere ut abjiceret penitus ab animo ſuo ſtultam atque incautam de ſeipſo præſumptionem, & intelligeret duo prorſus neceſſaria eſſe, bonum noſſe, & agnitum effectui mancipare; utrumque vero eſſe ex Dei munere ſpeciali. Fuit autem per hanc viſitationem ita conſolatus corroboratuſque miſer ille, ut ſublato priori omni faſtidio ſolum id deinceps curaret, quomodo tam ſalutaribus monitis uteretur. In eodem Monte habitantem acceſſit quidam, nomine Fr. Benedictus rogavitque ut ſe doceret expugnare ſpiritum vanæ gloriæ. Cui ille: Conſidero, inquit, vilitatem meæ conditionis, & hoc facienti metuenda non eſt ulla vana gloria, quia cognitioni iſti nulla poteſt ſubeſſe falſitas. At ille: Quæ vilitas poteſt in te eſſe, Pater; nonne vides, ut omnes te venerentur, & Sanctum æſtiment? Ego vero reponit ille tibi affirmo, quod hoc ipſum maxima mea afflictio ſit, tantique ſæpe timoris cauſa, ut neceſſe habeam fortiter inclamare divinum adjutorium. Idem alteri cuidam Fratri Peruſii dixit. Ut autem occaſionem præcideret primis vanæ gloriæ motibus, perſuaſerat ſibi, externa iſta æſtimationis ac venerationis ſigna, non aliunde quam ab urbanitate quadam civili proficiſci.

C

CAP. XX *docet vanã gloriam vincere,*

EX ITAL. FRANC. LUNIAN. CAP. XXI *quotidie inchoare ſe ait,*

45 Die quodam lamentabatur aliquis apud Joannem, quod parum ſibi videretur in Religione profeciſſe: Et, ô te miſerum repoſuit hic, intra quatriduum credis perfectionem conſequi? Ego jam ſenex neceſſe habeo incipere quotidie, nec aliud facio quam cadere & reſurgere; hinc mea me impellente fragilitate, inde divina gratia adjuvante; quæ me deſtitueret quando ea egerem maxime, ſi de me ipſo præſumerem quidpiam. Dum autem Interamnæ idem Joannes maneret, eodem advenerunt Fr. Gratianus de Spoleto & Fr. Nicolaus quidam, Roma euntes: illatoque de confidentia in Deum collocanda ſermone, quæſiverunt illi, an is qui conſtanter fideret Deo decipi aliquando poſſit. Econtra Joannes quæſivit ab iis, an decipi poſſet qui confidit in homine. Illis autem affirmantibus, ſubjunxit ſanctus ſenex: Ego autem aſſero, quod ſi per impoſſibilem caſum fallere poſſet Deus, vellem non ab ipſo ſolum, ſed etiam ab homine decipi, ad meam confuſionem. Verum non poteſt quemquam decipere ſumma veritas: peccari tamen errarique à nobis poteſt, in ipſa quam ſuper Deum habemus fundatam confidentia, idque modis plurimis, ſed præcipue duobus; primum præſumptione, qua tentatur Deus, cum veluti experiri ejus majeſtatem volumus; deinde nimia familiaritate, quæ nos facit abſque congrua reverentia impudenter procedere cum Deo, quaſi prætenderemus eum obligari ad nos exaudiendos juvandoſque; alterutrum vero vel aliud quid ſi peccetur, illuſio iſta à Deo non eſt, ſed à noſtra temeritate atque ſuperbia. Quod ſi aliquis ſimpliciter confidat bonitati divinæ prælucente ſibi fide, velitque voluntatem ejus exequi, æque ad vituperium & perſecutionem, quam applauſum approbationemque hominum excipiendam paratus, clarum eſt, quod tali confidentiæ nequeat ulla illuſio ſubeſſe.

fiduciam in Deo, ſi vitio careat, falli poſſe negat.

CAPUT VI.

Amor Ioannis erga Deum & proximum.

CAP. XXII *Pro Dei amore*

46 QUamvis ſecretum ſemper ſectaretur Joannes, amor tamen ejus erga Deum non poterat cohiberi ſe, quin præ deſiderio ejus ſæpe ſolveretur in copioſas lacrymas, rapereturque in ecſtaſes coram aliis, ac mortem deſideraret. In hoc autem deſiderio ſic aliquando exardeſcebat, ut audiretur queri de dilata nimium morte nimiumque cunctabunda, ejuſque imminentis celerem nuntium optare, dicturum iſtud Euangelii, Ecce ſponſus venit exite obviam ei. Itaque cum die quadam gravi urgeretur tuſſi, ſic ut rumpi ſibi pectus videretur & omnia inteſtina concuti, Eia, exclamavit, Deo gratias, qui non diu venire morabitur. Huic cogitationi vehementer exaggeratæ incumbebat veſperi, nec raro addebat; Certus eſto te uſque craſtinum non ſupervicturum: mane autem ſurgens, eamdem reſumebat cogitationem; & Expediet, inquiebat, ut abſolvam Officium, ne forte priuſquã abſolvero præveniar à morte: abſit autem ne deſiderem differri illam donec hoc defungar. Ingrediens vero in aliquam civitatem, Forte, aiebat, non egrediar hinc vivus: eumque hoc falleret, Forte, dicebat, numquam perveniam ad conventum: & licet deceptus fuerim in eo quod crediderim me non exiturum civitate, hæc tamen cogitatio de conventu non revidendo haud quaquam me fallet. Quoties porro finita die necdum ſibi finitam vitam conſpiciebat: Non venit, inquit, hodie miſericors Deus, quia necdum ſat bene paratus ſum, eoque inſtl

Mat. 25, 6

ſemper vicinam ſibi mortem imaginatur

E

F

EX ITAL. FRANC. LUNIAN.

instituebat examen conscientiæ, commemorans ejus diei defectus singulos, de quibus petita post humilem confessionem venia, factaque pœnitentia, commendabat animam suam Deo, seque collocabat super stratulum suum, decussatis in Crucem ante pectus brachiis, quomodo in Religione Franciscana solent componi mortui.

Ad hospites excipiendos imparato

47 Incensus ejus erga Deum amor, non solum per unam alam ipsum efferebat ad Deum, & huic jugiter tenebat affixum; sed altera etiam ala utens, eumdem demittebat ad obsequia proximi; in quibus erat tam bene ordinatus, ut non solum ædificationi esset, sed aliquando etiam admirationi, æterna bonitate cum illius operibus aliquando supra ordinem naturæ concurrente. Id uno præsertim vespere innotuit, quando ei ex improviso duo Fratres peregrini supervenerunt in monasterio, ubi nihil cibi erat super, nec erat quod apponeret eis præter duo quæ ipsi secum attulerant ova. Joannes tamen, qui velut alter Abraham satagebat ut eos tractaret quam optime, cœpit ex eis frittatam conficere: quam quo magis vertit invertitque tanto illa dilatabatur magis, & hospitibus apposita visa est ova duodecim continere. Obstupuit ipse eo viso, sed tacuit, Dei intra se bonitatem considerans: cui dum debitas laudes in corde refert, ecce tibi pulsari porta: ad quam progressus Joannes, hominem numquam conspectum antea ibi offendit, ab eoque dimidium verveecm accepit in eleemosynam: lætatus est autem eo impensius ipse, quanto opportunius illa sibi veniebat. Quare nihil dubitans quin ea sibi veniret à Deo, auditus est cum suspirio dicere; Equidem mirabar, Domine, quid tantum cunctareris, jamque dicebam in corde meo, Quando tandem prospicies fidenti in te?

B

Deus miraculose prospicit.

CAP. XXV *Ejus oratio diuturna,*

48 Cum Bruliani habitaret Joannes, notaverunt Fratres, quod plerumque post dictas Matutinas manebat in choro usque ad Tertiam, continenter orans. Sæpius etiam ibi visus est totas duodecim horas in oratione transigere, post quas veluti attonitus apparebat: cujus rei causam aliquando interrogatus, respondit; Quod in principio erat Verbum dilucide & clare ostendebat se mihi; moxque sermonem abrumpens obticuit, & ait, Humilia te, fili, & intelliges magna mysteria. Adeo autem profecerat in sanctæ orationis exercitio, ut verosimili argumento sit creditus, postremis vitæ annis continua in contemplatione versatus esse. Interrogatus enim aliquando à socio, utrum oratio posset absque interruptione continuari; Omnino, inquit, potest: ego enim tecum nunc loquor, & mentem in Deo defixam habens ei intus dico, Domine, noli me derelinquere. Dicebat præterea, etiam alio modo continuari posse orationem, per continuam voluntatis resignationem in Deum, & hoc appellabat confidere in Deo atque inter brachia ejus dormire. Ad utrumque autem orandi modum provocabat discipulos suos verbis & exemplo. Sic Fratri cuidam, in regnum Neapolitanum ituro, & memoriale aliquod postulanti, dixit; Persevera, fili, in proposito nihil præter Deum appetendi, & quidquid necessarium tibi fuerit orando impetrabis. Replicate autem iuvene, qui de sua tepiditate diffidebat, & dicente: Id tu quidem bene, Pater; sed mea oratio tam imperfecta quomodo posset placere Deo? quandoquidem quas in ea postulo gratias, non tam gloriæ divinæ, quam utilitatis propriæ causa postulem? Non hoc quidem recte, inquit Joannes, sed dolendo de tam distorta intentione, prosequere, & puriorem à Deo postula, & certo obtinebis.

C

imo continua:

& documentum de eadem,

49 Circa hoc argumentum aliquando cum discipulis suis sermocinans, dixit: Quidam dolent, quod privati maneant desideratis gratiis: neque considerant id sibi accidere, vel quia non desiderant ex animo, vel quia non postulant sicuti convenit, id est, quia non tam Dei honorem spectant quam id quod sibi existimant commodum. Alii dolent se non sentire spiritualem ullum gustum in oratione; & non animadvertunt, quod sapientissimus Deus partiatur & subtrahat gratias suas opportuno tempore, optime intelligens quid cuique & quando conveniat negari vel concedi. Sunt qui querantur quosdam spirituales sensus, quos aliquando experti sunt, non continuari sibi: sed nec hi cogitant, quod quando illos habuerunt, iisdem non sint omnimodis cooperati, ad eum ad quem dabantur finem. Sunt denique, qui cum in aliquo exercitio gustaverunt dulcedinem aliquam, idem semper conantur resumere, exspectantes ut idem sibi fructus obveniat: sed & hi decipiuntur, credentes quod idem homo ex eodem exercitio eumdem debeat capere fructum: id enim si fieret, jam non Deo sed sibi inciperent homines adscribere proventum consolationum divinarum, ideoque permittit aliquando Deus iis nos fraudari, ut intelligamus non ex operatione nostra, sed ex Dei beneplacito provenire omnia. Itaque suadeo, Fratres, ut nihil violente aut præsumptuose postuletis speretisve, sed vos ipsos committatis divinæ providentiæ.

D

& erroribus in hac materia.

deque impedimentis divini influxus,

50 Existimabat porro Fr. Joannes perfectam eam esse orationem, in qua absque operatione nostra mens immediate movetur à Deo. Unde cum quidam discipulus ejus aliquando sumpsisset occasionem interrogandi, an ergo præstaret absque ulla certo methodo orare, prout fert casus; respondit Joannes; Non hoc volo, ut absque methodo & lege ores; sed neque volo, ut existimes te aliquid ex te ipso tuoque ingenio hic posse. Probo igitur ut utaris præscriptis ad ordinate orandum regulis, juxta Sanctorum Patrum institutionem; ita tamen ut ne existimes omnia tam distincte ab iis præscripta, ut non servaverit sibi Spiritus sanctus viam ullam qua plenius te possit instruere. Itaque quando placuerit Deo animam ducere alia quam præscriptam habet via, sequi eum convenit. Quod si dixeris tutius esse ea via incedere quam Sancti sua comprobaverunt experientia: respondebo, non omnes eadem processisse via: quod autem ab eis fuerint præscriptæ variæ orandi regulæ, inde factum puto, quod ipsi utentes consilio primum à me proposito, eas à Deo didicerint & transmiserint posteris. At ego, inquiebat discipulus, si scirem quomodo fecerint Sancti, & Dei spiritu agi me, non autem judicio proprio, vere male facerem id non sequendo: sed tali lumine destitutus, cogor dubitare, quia timeo decipi. Nihilominus concluśit Joannes, pergam tibi suadere humilitatem cum fiducia & resignatione, quia ubi hæc adsunt nequit ulla adesse illusio.

E

Docet in oratione tenendâ methodum,

salva tamen spiritus libertate,

F

51 Paulo post alius quidam juvenis accessit, inquiens, Quando ad orationem me compono, si pro voto mea mihi non succedit meditatio, non solum mentalem orationem, sed etiam vocalem dimitto. Cui Joannis; Male agis, Frater. Licet enim mentalem orationem vocali præferam, puto tamen ab hac faciendum initium, & ab ea transeundum ad alteram: ideoque suaserim ut temporis orationi præfixi partem mentali, partim vocali impendas, modo unum modo alterum meditationis propositæ punctum mente ruminans: prodest enim variatio ista, præsertim incipientibus. Ad quæ retulit alter: Equidem conor semper meditari aliquid de Passione Domini: sed & in hoc timeo decipi. Cui Joannes: Etiam hoc merito, sed ora Deum ut ab omni deceptione te liberet & exaudieris. Quod vero consilium mihi dederis, subintulit adolescens, ut ne decipiar sive orans sive Deo gratias agens? Offer, inquit Joannes, cor tuum Deo quam potes humillime, tuamque voluntatem ei consigna,

& à vocali incipiendâ mentalem,

ac Deo offerendũ cor,

A signa, deinde id meditare quod ipſi placuerit tibi proponere, & nullam metue illuſionem. In agenda autem gratiarum actione ego quidem ſoleo uti hac forma, Domine mi, clemens & miſericors, doce quomodo gratias tibi agam, quia ex me ineptus ſum ad tanti momenti actionem apte exercendam. Fratri cuidam Hilario, petenti qua ratione utiliter meditari poſſet mortem, reſpondit, curaret primum peccatorum ſuorum reminiſci, & modicum hactenus in obſequio divino profectum, tum vero ita ſe compellaret: Peccator, peccator, morieris, & quidem cito. Tunc Fr. Hilarius; Hoc ſi fecero, inquit, & talibus verbis uſus fuero, jam non ex ſpiritu, ſed ex arte oravero. Sed repoſuit Joannes, Si propterea, inquit, deſinas operari ex arte, crede mihi eventurum idem tibi quod multis, ut neque ex arte ſcias operari neque ex ſpiritu.

& meditandam mortem.

Sub Officio divino

52 Divinum Officium in choro recitans, tantum inde percipiebat ſolatium, ut optaſſet illud numquam finiri: quod ſi per infirmitatem aut alia ex cauſa non potuiſſet adeſſe cum ceteris; privatim illud recitans uſque ad lacrymas commovebatur. Ad Miſſæ vero ſacrificium non ſolum aſſiduus erat ipſe, ſed

& Miſſa

B alios quoq; hortabatur ne illud umquam prætermitterent: quia ex continua illius celebratione creſcit Sacerdotibus vigilantia & promptitudo in Dei ſervitio, tantum caverent ne nimum familiariter & quaſi perfunctorie id agerent. Interrogatus aliquando quomodo ſuum Memento inſtitueret: Imitor, inquit, & repræſento Chriſtum Dominum pendentem in cruce, ſeque offerentem pro univerſo humano genere. Et quia is qui alteri quidpiam donat, ejus rei dominium integrum in ipſum transfert, non definiens cui quid exinde participare debeat; ideo quando offero Chriſti merita æterno Patri, eorum liberam ipſi diſpenſationem in bonum Eccleſiæ relinquere intendo. Nihilominus quando vel ex obedientia Superioris, vel ex obligatione promiſſionis cuipiam factæ, teneor peculiarem aliquem finem ſacrificio iſto conſequendum ſpectare, etiam eo dirigo intentionem meam.

quomodo ſe gereret Ioannes.

quam efficaciter oraret pro ſibi commendatis,

53 Tanto autem devotionis affectu inter ſacrificandum orabat Joannes, pro iis qui ejus precibus ſe commendaverant, ut plerumque optatum conſequeretur effectum: quin etiam priuſquam oraret Deum, promittebat aliqua ſubinde velut impetrata, ſpe firma nixus quam ſuper ejus bonitate locaverat. Ita cum Frater quidam, epileptico correptus

C morbo, Religione prorſus inutilem ſe eſſe videret: eoque malo ſe frequentius premi, oraſſetque Joannem ut ſui in Miſſæ ſacrificio meminiſſet; non ſolum prompte addixit quod petebat, ſed etiam hilari animo eſſe juſſit, ſe enim quod cupiebat impetraturum; ſicut reapſe impetravit, diſcuſſo prorſus malo illo. In ultima vero Miſſa quam ſupra Montem Peruſinum celebravit, totus in ſpiritu raptus, oravit pro quodam diſcipulo ſuo, ac deinde ei dixit: Hoc mane, fili, recordatus tui in Miſſa ſum. Cui diſcipulus actis gratiis, petiit doceri ab eo quomodo poſthac vitam inſtituere deberet: & Joannes, Suadeo tibi, inquit, ut totam in continua oratione traducas, certus à Deo concedendum quidquid tibi deerit: neque velis Confeſſionibus Prædicationibuſve impendi, neque tantum ſcribas quantum hactenus ex proprio beneplacito ſolebas, ſed id ſolum quod neceſſarium erit ut mandato Superiorum tuorum facias ſatis. De cetero ſtude exercitiis humilitatis, & circa officia domeſtica occupare, haſque operationes externas internis actionibus interpola.

54 Cum hoc devotionis ſpiritu præparabat ſe Fr. Joannes ad divinum Officium Miſſamque dicendam, præſertim diebus feſtivioribus, quando præ exceſſu devotionis compunctioniſque totus videbatur reſolvi in lacrymas. Legitur autem quod die quodam Aſcenſionis in eremitorio Ceſienſi ſic abreptus fuerit in divinis myſteriis, ut non potuerit do meſticæ neceſſitati proſpicere. Cumque Fratres mœſtos incedere videret, quia in prandium nihil paratum erat à coquo, præter paucas herbulas pro Novitiis, omnes in hunc modum eſt allocutus: Ecce, filioli benedicti, hodie vos mecum accumbitis pauperi menſæ S. P. Franciſci; ubi ad refectionem aliud nihil ſuppetit quam modicum iſtud quod videtis: plus ſi ſuppeteret, largirer lubenter. Sed conſolamini mecum, quod clementiſſimus Deus ita juſte diſpenſet omnia, ut ubi deficiunt corporalia ſuperabundent ſpiritualia. Et hoc dicto cœpit tam ſuavibus lacrymis perfundi, ut qui ipſum intuebantur ſtupore gaudioque repleti, plura lautioraque fercula eo die non deſideraſſent. Legitur etiam quod ſimili die in conventu Camerinenſi exiſtens, cum certa ex cauſa nequiviſſet Matutinis intereſſe, eaſque cum uno diſcipulorum recitaret, tanta fuerit conſolatione repletus, ut erumpens foras illius efficacia faceret vultum ejus Angelicam in ſpeciem transformari, audirenturq; Scripturæ ſacræ verba abſque ullo labiorum ejus motu pronuntiata; ita ut

E non ipſe illa, ſed alius quiſpiam efferre videretur. Id quod attribui poteſt exquiſitæ illius ad talia præparationi; ſolebat enim in ſolennioribus diebus dicere: Præparemus nos, præparemus, Fratres, ad nundinas Domini: ſi enim mercatores mundi in ſolennioribus feriis pretioſiores & longius advectas merces venum exponunt, credere convenit, etiam Deum in ſuis præcipuis ſolennitatibus expoſitam habere abundantiam majorum gratiarum.

EX ITAL. FRANC. LUNIAN. *devotionis ſubinde hauſtæ ſenſum communicat aliis*

atq; in majoribus feſtis majorē requirit præparationem.

55 Quibuſdam etiam divinis viſionibus ſervum ſuum honoravit Deus; in quarum una ſe conſpexit coram duabus ſanctiſſimis imaginibus, quæ Romæ ſervantur; altera beatiſſimæ Virginis picta à S. Luca, altera Chriſti Domini ex ipſius vultu expreſſa in velo Veronicæ: quas attentius conſiderans, viſæ eæ ſunt ipſi quam ſimillimæ inter ſe: tantamque ſenſit animæ ſuæ infundi ſuavitatem, ut recurrente illius memoria, audiretur identidem ſibi dicere, Beati oculi! Alias pro quodam monaſterii negotio foris exiſtens, à ruſtico quodam, Ordinis Franciſcani devoto, perquam humaniter fuit pertractus in domum, ubi (quod neſciebat Joannes) nuptiæ celebrabantur. Voluit ille, ut cognovit quid ageretur, exire confeſtim; ſed coactus fuit pariter accumbere. Finitis hilariter epulis, ſaltare ruſtici, Joannes more ſuo orare cœpit: & ecce totum locum copioſo lumine repleri, ac Chriſtum Dominum cum innumerabilibus Angelis aſſiſtere nuptiis iſtis vidit. Quod tanta conſolatione Dei famulum implevit, ut circumſtantes, qui eatenus vultu ſubtriſtem viderant, admiratione repleverit. Aderant forte ex Fratribus aliqui, qui ſubitam in eo mutationem animadverterunt; quorum unus inſtantiſſime ipſum rogavit, ut qua ratione id fieret ſibi vellet declarare. Ipſe vero ſeorſim abductum in conclave, ubi pelvis metallina perbene polita ſtabat, eamque apprehendens, & vultui ejus obvertens, explicare juſſit quid in ea videret. Illo autem ſingula exponente, invertit pelvim, & qua polita non erat inſpicere atque edicere quid videret juſſit. Cumque ille fateretur nihil nunc ſe in ea videre; reſpondit Joannes, Recte ais, ſcito autem partem impolitam hujus pelvis noſtram eſſe imperfectionem: hanc remove, teque cum Deo junge, & mox illuminaberis: Beati enim mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt.

Sacras Chriſti & Mariæ imagines videt aſſimilari,

F

& nuptiis ruſticanis præſentem Chriſtum.

56 Alias quoque revelationes Joannes habuit, puta quando prædixit ruinam cujuſdam Fr. Inno-

EX ITAL. FRANC. LUNIAN. *lapſus aliquorũ prænuntiat.*

centii, ejuſque ſalutem deſperatam eſſe affirmavit; ſicuti poſtea reipſa apparuit: & alterius Fr. Nicolai Aretini emendationem futuram, poſtquam pro eo cum lacrymis oraſſet, hiſce verbis prænuntiavit: Semen erit petroſæ terræ commiſſum ad tempus: etenim in ſe reverſus dignos pœnitentiæ fructus fecit. Plura ne ſciremus diligentia illa ſingularis fecit, qua cavebat talia foras efferre. Interim attigerat annum ætatis ſexageſimum tertium, & beatum virum corripiens febris urgebat ad mortem: quod videns diſcipulorum unus, vitamque deficere, dixit ei: Video, Pater, conſumi te, neque ſcio aut poſſum ullatenus te juvare. Ipſe vero reſpondit: O judicia Dei! Non poſſem explicare tibi, fili, id quod nunc video; excedit enim omnem humani intellectus capacitatem: ſed in hoc ultimo articulo oculos mihi aperuit Deus, ut videre potuerim judicia ejus, quomodo Deus permittat robuſtos tentari, & pro cujuſque viribus in hac vita partiatur labores. Nunc ultimum hoc à me documentum accipe, ipſo animæ exitu ſigillandum, Impoſſibile eſſe ut qui pro Dei amore fortiter ſuſtinet adverſitates ab eo non recipiatur in gloriam. His dictis emiſit ſpiritum anno MCCCCLXXII, in infirmaria S. Mariæ Angelorum.

D *agnitis Dei judiciis moritur.*

DIES VIGESIMA SECVNDA MAII.

SANCTI QVI XI KALENDAS IVNII COLVNTVR.

SAnctus Marcianus, Epiſcopus Ravennatum in Italia.

S. Aurelianus, Martyr Romanus, Papiam tranſlatus.

S. Caſtus, S. Æmilius, } Martyres in Africa.

S. Caſtus, S. Caſſius, } Epiſcopi, Martyres in Campania.

S. Goſwinus puer, Martyr Romæ.

S. Auſonius Martyr, primus Epiſcopus Engoliſmenſis in Aquitania.

S. Fauſtinus, S. Timotheus, S. Venuſtus, S. Caſtus, S. Emelius, S. Cottus, S. Rogatus, S. Albinus, S. Rogatianus, S. Maxentius, S. Felix, S. Januarius, S. Conceſſus, S. Caſtus II, S. Emelius II, S. Plaſſus, } Martyres Romæ.

S. Joathas Martyr, Patronus Belluni in Ditione Veneta.

S. Sophia Martyr, Medicinæ perita, apud Græcos.

S. Marcellus, S. Codratus, seu Codrus, } Martyres apud Græcos.

S. Donatus Epiſc. S. Macarius Presb. S. Theodorus Diac. } Martyres Thmui in Ægypto.

S. Lupicinus, Epiſcopus Veronenſis in Italia.

S. Helena Virgo, Autiſſiodori in Gall.

S. Romanus monachus, in diœceſi Autiſſiodorenſi & Senonenſi.

S. Euſebius, Epiſcopus Comenſis in Italia.

S. Fulgentius, Epiſcopus Otriculanus in Italia.

S. Julia Virgo, Martyr in Corſica.

S. Lupus, Epiſcopus Lemovicenſis in Aquitania.

S. Quiteria Virgo, Martyr in Aduenſi Vaſconiæ diœceſi.

S. Aygulphus, ſine Ajulfus, Archiepiſcopus Bituricenſis in Gallia.

S. Joannes Abbas, Ord. S. Benedicti Parmæ in Italia.

S. Bobo ſeu Bovus, Viqueriæ in Italia.

S. Fulcus, in oppido Sancti-Patris diœceſis Aquinatis in Italia.

S. Atto ex Abbate Vallis-Umbroſæ Epiſcopus Piſtorienſis in Hetruria.

B. Humilitas, Abbatiſſa Ord. Vallis-umbroſæ Florentiæ in Hetruria.

B. Rita, Vidua Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Caſciæ in Umbria.

PRÆ-

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

Sancta Yolendis, Virgo Martyr, *ſub & coram Aurelio Imperatore Lingonibus paſſa*, XVI *Kalendas Februarii, cujus tamen feſtum hodie celebretur, innotuit Franciſco Lahierio, auctori Menologii Virginum, ex quadam ejus Legenda Gallica Valencenis reperta, quam nobis miſit; addens, aliam plane ſimilem ſcripturam reperiri Atrebati, atque in monaſteriis Affligemienſi Benedictinorum in Brabantia, & Clarofontano Ciſtercienſium in Lutzemburgio: alicubi etiam cum Latinis Antiphona & Collecta hujuſmodi* ANTIP. Inanem hujus mundi gloriam, fluxas divitias, & carnis voluptates omnes, ô Virgo & Martyr Yolenda; contempſiſti, ut illis abjectis tamquam impedimentis expeditius Chriſtum imitari poſſes, ſibique placeres. OREMUS. O miſericordiſſime Deus, qui B. Yolendam Martyrem tuam, violentiam tyranni, ignem corporalem & petras ſuperare feciſti; da nobis ejus meritis & interceſſione tentationes diaboli, ignem concupiſcentiæ, & hujus mundi adverſa ſic vincere & contemnere, ut eorũ incurſibus à te numquam ſeparemur. *Recentiora videntur eſſe omnia, nec niſi ſeculo præcedenti, in gratiam alicujus matronæ nobilis, Patronæ ſuæ vitam habere aliquam cupientis, compoſita aut potius conficta tota: quia neque Lingonibus unquam ſcitur fuiſſe Aurelianus, neque ibi ulla eſt notitia talis Martyris, neque in Legendariis aut Martyrologiis ullis nomen apparet: ipſumque derivationis Teutonicæ eſt (uti cetera, à* Lendis *ſive* Lindis, *id eſt* Tenella *ſeu* Delicata) *neque ante mediam ætatem ſcitur in uſu fuiſſe. Si alicubi extaret corpus aut certior cultus probaretur; tunc, omiſſa Legenda ut fabuloſa, de ea poſſet agi in Supplemento ad* XVII Januarii.

S. Polychronius, Martyr Babylone cum Sociis ſub Decio, *indicatur in Martyrologio Felicii. De eo egimus* XVII Februarii.

S. Baſiliſcus Martyr Comanæ in Ponto, *refertur à Græcis & variis Latinis nec non & in Arabo-Ægyptio Ms. Romæ, Acta ejus dedimus* III Martii.

S. Cunegundis Imperatricis Tranſlatio *indicatur in ſcriptis Additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. De ea egimus* III Martii.

S. Innocentii Epiſcopi Tranſlatio Dertonæ *indicatur à Ferrario. Acta dedimus* XVII Aprilis.

C SS. Herlindis & Renildis ſororum elevatio *indicatur à Wione, Dorganio & Arturo. Facta ea fuit cum Tranſlatione in oppidum Maſecam, die quo dedimus Vitam, non* XXII *Maji, ſed* XXII Martii.

S. Walbodo, Epiſcopus Leodienſis, *cum elogio refertur in Ms. Florario. Acta ejus illuſtravimus* XXI Apr.

S. Opportuna, Abbatiſſa Sagienſis, *indicatur in Menologio Virginum Laberii, ſed per errorem videtur* XXII *Maji ſcriptus, loco diei, quo dedimus Vitam* XXII April.

SS. Felix, Fortunatus, Achilleus, Martyres Valentiæ in Gallia, *referuntur in adjunctis à Carthuſia Bruxellenſi ad Grevenum. Acta dictorum Martyrum illuſtravimus* XXIII Aprilis.

Nortyla, Epiſcopus Verdenſis quartus, in Saxonia inferiore, *refertur ut* Martyr & Sanctus *à Camerario in Menologio Scotico, remittente lectorem ad Pantaleonem par.* I *Proſopographiæ, qui ibidem pag.* 284 *recenſet Epiſcopos Werdenſes, & inter eos ſtatuitur* quartus Nortilas *abſque titulo* Sancti: *& de hoc & aliis novem iſta addit:* Hi omnes tantum præfuerunt ordine per annos XLVIII. Nam ab infidelibus iis in locis occiſi aut excluſi fuerunt. *Vnus* Erlulphus *fuit cum aliis Martyribus Ebbeckeſdorpienſibus occiſus, & à nobis relatus* II *Februarii. A Bruſchio indicatur nudum nomen* Nortyla, *de quo aliiſque nonnullis addit nihil in faſtis reperiri. Corpus ejus, cum ſex aliorum Epiſcoporum corporibus, tranſlatum fuiſſe ad partem Euangelii altaris majoris diximus ex Ms. codice, in quo Sanctus appellatur, ad Vitam S. Suiberti primi Epiſcopi, quam lector conſulat, die* XXX Aprilis.

Martha Virgo, in Ariaco monaſterio diœceſis Lingonenſis mortua, *cum titulo* Sanctæ *refertur à Sauſſajo in Martyrologio Gallicano*: cujus, *inquit*, communia ſunt encomia cum S. Amatore Epiſcopo Autiſſiodorenſi, ſuo olim ſponſo & pii voti conſorte, qui celebris fulget ipſis Kalendis hujus menſis. *Nihil de hujus Virginis veneratione apud antiquos reperimus. In Vita* S. Amatoris *agitur de ea num.* 3 *&* 4 *& de obitu num.* 15 I Maji.

Cyriaci Patriarchæ Hieroſolymitani Memoria, qui manifeſtavit Crucem Helenæ Imperatrici, *inſcribitur Ms. Arabo-Ægyptio apud Maronitas noſtros Romæ. Nos eam fabulam exploſimus* IV Maji.

S. Torpes Martyr *cum aliquo elogio memoratur in Viola Sanctorum, anno* 1508 *Hagenoæ excuſa. Acta ejus illuſtravimus* XVII Maji. E

Faſtradus Abbas VII Ciſtercienſis *indicatur in Kalendario Ciſtercienſi. De eo egimus inter Prætermiſſos* XXI Aprilis & XIX Maji.

S. P. N. Marci Eremitæ & S. Thalaſſii memoria *celebratur in Mss. Menæis Mediolanenſibus bibliothecæ Ambroſianæ. De iis egimus* XX Maji.

S. Mancius Martyr in Luſitania *inſcriptus eſt Martyrologiis Galeſinii & Caniſii. Acta illuſtramus* XXI Maji.

S. Valens, Epiſcopus Martyr, cum tribus pueris, *inſcriptus eſt Ms Florario, aſt aliis pluribus* XXI Maji.

S. Polyeuctus ſeu Polioctus, Martyr Cæſareæ in Cappadocia, *memoratur in apographis Martyrologii Hieronymiani & Appendice Adonis: item, omiſſa palæſtra, in Mss. Richenovienſi, Auguſtano & Labbeano. Retulimus* S. Polyeuctum *cum quatuor Sociis in eadem Cæſarea paſſum, ac forte eumdem,* XXI Maji.

S. Martyria, Ravennæ paſſa, *proponitur in Martyrologio ſub nomine Bedæ excuſo. De ea egimus* XXI Maji.

B. Walis *ſeu* Valis, *aut etiam* Vitalis, Presbyter Antiſſiodori, *memoratur in Martyrologio ſub nomine Bedæ edito, Molano, Caniſio, Ferrario. De eo egimus* XXI Maji.

Sanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ memoria in Sophianis *celebratur in Ms. Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. Georgius Codinus in Originibus* CP. *deſcribit pag.* 44 portum Sophianum cum palatio, à Sophia Lobe uxore Juſtini Imp. conditum, *&* *pag.* 50 antiquum Palatium Sophianum à Mauritio Imp. ædificatum. F

Conallus de Inis-coel *ſeu* chaoil, inſula Oceano circumfuſa, in regione Tirconalliæ quæ Bugellaigh appellatur & diœceſi Rathbothenſi, in qua S. Conallus colitur. *Ita Colganus ad* 19 *Ianuarii notatione* 15 *&* 16, *ad Vitam S. Dallani, qui dicitur* poëma in laudem ipſius compoſuiſſe, & in eodem cum ipſo conditus tumulo. *Ille ad hunc diem inſcriptus eſt Martyrologio Tamlachtenſi: ejuſque genealogia texitur apud Colganum in Appendice* 4 *ad Vitam S. Columbæ Abbatis cap.* 3.

Caſſinus de Sexhumka, Laghſeecha Virgo, Septem filii Eoduſi ſive Eduſi de Maighin, Tres Sanctimoniales de Druimdadhart, } *memorantur in Ms Tamlachtenſi.*

S. Ronnanus, Epiſcopus & Confeſſor, *anno* DCIII. Tres Lectiones cum regimine chori de Communi. *Ita Breviarium Aberdonenſe in Scotia. Sed quis ille, non ſatis ſcitur. Colitur hoc die* S. Romanus Confeſſor, *habitus à nonnullis* alumnus S. Benedicti:

A *ſed quis dicet num ille intelligatur? Dempſtero ad* VII *Februarii eſt* Ronnanus Epiſcopus, qui in Levinia exceſſit. *Alius à Dempſtero lib.* 16 *Hiſt. Eccl. gentis Scotorum pag.* 514 *indicatur* S. Ronnanus Epiſcopus, *ſed citato Breviario Scotico dicitur* coli die VII Februarii. *At Camerario* VI *Februarii eſt* Ronanus Scotus, *qui in Synodo Pharenſi ſive in Streneshealh anno* DCLXIV *ſtrenue Catholicum Paſcha defendiſſe dicitur à Venerab. Beda lib.* 3 *Hiſt. Angl. cap.* 25. *Allegat Camerarius Breviarium Aberdonenſe, in quo neque* VI *neque* XVII *Februarii aliquis* Ronanus *nominatur, ſed* VII *Februarii. Conſule quæ dictis diebus* VI *&* VII *Februarii inter Prætermiſſos diximus, interim uti ibi, ita hic majorem lucem deſideramus.*

Baithinus filius Finnachi *indicatur in Ms. Tamlachtenſi. Is Colgano in Vita S. Baitheni Epiſcopi* 17 *Februarii eſt* Baithenus filius Finnaigh, genere Lagenienſis, & Abbas de Inis-Baoithin in Orientali parte Lageniæ.

Freculfus, Epiſcopus Lexovienſis in Normannia, *indicatur in Ms Kalendario Benedictino, quia ex eo Ordine eſt aſſumptus: refertur etiam à Trithemio de Viris illuſtribus Ordinis Benedictini cap.* 37 *libri* 2, *qui eſt de Doctoribus & præcipuis Scriptoribus, & c.* 193 *libri* 4 B *qui eſt de Pontificibus ex eo Ordine aſſumptis, & nuſquam* Sanctus *habetur. Hinc etiam inter Sanctos non recenſetur à Wione, Menardo, Bucelino.*

SS. Columbina Virgo, Leucianus Rex, Martialis ſeu Marcianus & Valentinianus ſeu Valentianus Epiſcopi, Romanus, Columbanus & Simplicius, *omnes ut Martyres in Hagiologio Luſitano Cardoſi & Hiſpanico Martyrologio Tomaji hodie laudantur, veluti martyrium paſſi poſt S. Quiteriam: ſed hujus Acta tam ſunt fabuloſa, ut iſtius martyrii fidem nobis nullam faciant.*

Ulodimirus Princeps, paſſus Proſlaviæ in Bulgaria, eo à Uladiſlao Rege, Baſilii Imperatoris Conſtantinopolitani affine, dolo accerſitus & interfectus: cujus corpus Cneanem delatum ibi conditum eſt, & ad tumulum miracula ſubſecura ſunt. Eſt autem Cneane urbs Dalmatiæ in confinio Myſiæ ſuperioris, olim Sedes Principium Chelmi, hoc eſt ejus regionis, quæ Hertzonina nunc dicitur & Ducatus S. Sabæ. *Ita Ferrarius ex ejus Hiſtoria, quam Epidauro ſeu Raguſio acceperat. Penes hiſtoriæ illius auctorem fides ſit, quam ne iſtarum partium ſcriptoribus adhiberemus facile, moniti Romæ ab Illuſtriſſimo Secretario de Propaganda fide ſumus anno* MDCLXI, *quod in ſimilibus Sanctis decepta Romæ Congregatio fuerit à Miſſionariis ſuis ad illas partes deſtinatis: proinde ipſam illam hiſtoriam expectandam nobis putamus, ut quid ei tribuendum ſit poſſimus per nos examinare.*

C Barradus, Senonenſis Epiſcopus, *indicatur in Ms. Florario: ſed cum talis ibidem non ſederit Epiſcopus, arbitramur errore id factum, & ſubſtituendum* Romanum Abbatem in diœceſi Senonenſi, *cujus memoria erat recentiori manu adſcripta: aut certe aliam fuiſſe aberrandi occaſionem.*

Helſuindis, Abbatiſſa Porcetenſis prope Aquiſgranum, Ordinis Ciſtercienſis, *laudatur à Cæſario lib.* 1 *cap.* 43 *ob generoſam ejus converſionem, ac proinde* Beata *habetur ad hunc diem ab Henriquez, Chalomoto, Bucelino, Arturo.* Piis *annumeratur à Sauſſajo: ab omni titulo abſtinent Cæſarius & Fiſen in Floribus Eccleſiæ Leodienſis.*

Alwerda, Virgo devota Magdeburgi, cum magna opinione ſanctitatis vixit, & poſt viſiones cæleſtes ſub mortem habitas mortua hoc die anno MXVII, *celebratur à Ditmaro lib.* 7 *Chronici, quem lector conſulat.*

S. Chriſtophori Patriarchæ Antiocheni memoria, *inſcribitur Martyrologio Arabo Ægyptio apud Maronitas noſtros Romæ: in Catalogo Antiochenæ Sedis Antiſtitum* D *apud Nicephorum, uſque ad Anaſtaſium ſeculo* VII *ineunte ordinatum ducto, nullus ejus nominis reperitur: ut oporteat, recentiorem eſſe aliquem, de cujus ætate & meritis doceri optamus, ut digniorem ei locum poſthac demus.*

Everhardus, *ex Comite Altenahenſi monachus Ciſtercienſis, in monaſterio Aldenbergenſi quod fundaverat, poſt multas peregrinationes hoc die defunctus, & fortaſſis* XXII *Martii ad commune majorum ſuorum monumentum delatus, utrobique inſcribitur faſtis Agripponenſibus Gelenii ut* Beatus. *Ignotus Ciſtercienſium Beatorum collectoribus, etiam-noviſſimo Chalemoto: ſi aliquem is cultum aut modo habeat, aut aliquando habuerit, edocti libenter defectum ſupplebimus; maxime ſi aliqua Vitæ aut miraculorum Acta ſubmittantur.*

Clemens, monachus in Clara-valle, ordinis Ciſtercienſis, *ut* Beatus *indicatur ab Henriquez & Bucelino. Omittitur à Chalemoto & Sauſſajo.*

Henrici Regis obitus anno Domini MCCCCLXXI, littera Dominicali F, tunc IV feria Rogationum. *Ita litteris rubris continetur in Kalendario Breviarii Sariſburienſis anno* MDLVII *excuſi. Fuit* Rex Angliæ Henricus ſextus, *ſub nomine* ſancti Regis Henrici *relatus in Martyrologio Anglicano Wilſoni, & cum titulo* Beati *in Catalogo generali Ferrarii. Actum fuiſſe apud Iulium ſecundum Summum Pontificem, ut Sanctorum catalogo inſcriberetur, teſtatur Nicolaus Harpsfeldius ſec.* 15 *cap.* 5, *ubi varia ejus miracula refert, quæ ibidem videri poſſunt.* E

S. Nicolaus Converſus *ponitur in Acie bene Ordinata Sanctorum ac Beatorum Ordinis Carmelitani, ex Kalendario quodam Mechlinienſis Conventus, in Notis autem Mss. dicitur* primo per S. Cyrillum 3 *Ordinis Priorem* illuminatus, deinde ex morte ad vitam revocatus, in ipſo Carmelo duodecim annis ſanctiſſime vixiſſe: *quæ ut vera eſſe crederentur, non tamen probarent antiquum illius iſto in Ordine cultum.*

Nicolaus Trieti, *in Gallia occiſus anno* 1560. } Ordinis
Petrus ab Aſcenſione *in Iaponia an.* 1617. } Minorũ
Sicardus, *Barcinone mortuus anno* 1526. } *ut* Beati
Didacus, *Diſcalceatus in Aragonia an.* 1532. } *referuntur in*
Joannes Henriquez, *in Hiſpania an.* 1600. }
Eliſabetha Clariſſa *defuncta Mortari an.* 1530 } *Martyrol. Franciſcano Arturi, &* Eliſabetha *etiam in ejus Gynæceo: atque ex hoc in Diario urbis ac Diœceſis Mediolanenſis, per Ioannem Baptiſtam Cariſium edito ſub annum* 1668. F

Gabriella Virgo venerabilis, Ordinis S. Franciſci Alenzonii, *indicatur in Menologio Laherii.*

Ludovicus Cancer, Hiſpanus, Ordinis Prædicatorum, poſt magnos labores in converſione barbarorum in India Occidentali exantlatos, eſt in Florida occiſus, & in convivio à barbaris comeſtus, circa annum MDXLII. *Cujus Vita extat apud Michaëlem Pium lib.* 4 *hominum illuſtrium Ordinis Prædicatorum cap.* 37: *ejus memoria celebratur hoc die in Anno Sancto ejuſdem Ordinis.*

S. Manahen Propheta *indicatur in Ms. Kalendario apud Carmelitas Mechliniæ ſervato, apud alios* XXIV Maji.

Benedictus, Capuani cœnobii Præpoſitus, defunctus XI Kal. Junii . . . mira patrare non ceſſat, *inquit, Petrus Diaconus Caſinenſis; interim in monaſticis faſtis refertur, quando amplius aliquid de eo inter Prætermiſſos dicemus,* XXIV Maji.

SS. Nicoſtratus & Antiochus, cum S. Procopio Martyre paſſi, *memorantur in Mss. Menæis Mediolanenſibus bibliothecæ Ambroſianæ. Hos præcedenti die jam tranſmiſimus ad diem quo colitur S. Procopius,* VIII Julii.

SS. Macarius, Savinus, Antonius & Bonifortis Martyres Placentiæ, *indicantur in adſcriptis à Carthuſia Bruxellenſi ad Grevenum, nulla re addita, ut difficile ſit judicare,*

A *judicare, & forte nomen* Martyrum *male eſt intruſum, quo ſublato poſſent intelligi* S. Macarius Romanus, *cujus caput eſſe Placentiæ diximus ad ejus Acta* 11 *Ianuarii.* S. Savinus Epiſcopus Placentinus, *ejus urbis Patronus, relatus* XVII Januarii.

S. Antoninus Martyr, *hic* Antonius, *etiam urbis Tutelaris, colitur ibidem* IV Julii.

S. Bonifortis, *quis ibi colatur, nec dum potuimus ſcire.*

S. Walthenus, Abbas in Mailros, *cum longo elogio profertur in Menologio Scotico Dempſteri, & ex ejus ſchedis in Catalogo generali Ferrarii. Verum ut idem Dempſterus in Hiſt. Eccl. gentis Scotorum pag.* 655 *ait cum Capgravio, mortuus eſt & ab aliis relatus, quando Vitam dabimus à Iordano accurate ſcriptam* III Auguſti.

S. Firmi, S. Ruſtici, S. Primi, S. Marci, S. Lazari, } Tranſlatio Veronæ, ex Tabulis Eccleſiæ Veronenſis, *refertur à Ferrario. Ex his* Firmus & Ruſticus Martyres *coluntur* IX Auguſti.

S. Apollinari, } Primus & Marcus, Martyres Tergeſtini, X Maji.

Lazarus *etiam* Martyr Tergeſtinus X Aprilis.

Apollinaris *ibidem* Martyr VI Decembris.

S. Helenæ Auguſtæ elevatio Romæ, & tranſlatio
B in Gallias ad Altum villare monaſterium Remenſis diœceſis, *indicatur apud Galeſinium, Caniſium, Sauſſajum, Arturum, & ritu duplici colitur Cracoviæ in Polonia. De hac controverſia agendum erit ad ejus Natalem* XVIII Auguſti.

SS. Dionyſii, Ruſtici & Eleutherii, Inventio veſti- D
mentorũ & pulveris in Prioratu de Strata. *Quæ res ad eorum natalem illuſtrari poterit, die* IX Octobris.

Sanctinus & Antonius Confeſſores, diſcipuli S. Dionyſii & ſucceſſive primi Epiſcopi Meldenſes *referuntur in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſo, item apud Grevenum & Caniſium. Aſt in Ms. Florario refertur* Sanctinus cum ſocio, *& dein* Antoninus Confeſſor. *In Meldenſi Breviario coluntur* Confeſſores Sanctinus XI Octobris. *&* Antoninus *aliis* Antonius *ſequenti die* XII Oct.

S. Aderaldi, Canonici & Archidiaconi Trecenſis, tranſlatio *indicatur à Nicolao des Gueruois de Sanctis Trecenſibus: dies ejus natalis eſt* XX Octobris.

S. Judas Apoſtolus *cum elogio refertur in Menologio Baſilii Imp. & Ms. Synaxario CP. Colitur à Latinis* XXVIII Octobris.

Triginta quatuor Martyres, ſub Aureliano Præfecto Panormi in Sicilia *coronati, ex tabulis eccleſiæ Panormitanæ referuntur hodie à Philippo Ferrario & Octavio Cajetano: omnis autem eorum notitia petenda eſt ex Actis* S. Nymphæ: *quæ an fidem aliquam mereantur, & an ab ea, quæ cum Sanctis Tryphone & Reſpicio Romæ colitur, diſtinguenda ſit alia Panormitana, examinandum erit ad diem* XII Novembris. E

S. Jacobi Intereiſi, Perſæ Martyris, Tranſlatio corporis Bracaram in Luſitania, ſolenni officio ibidem celebratur, *teſte Cardoſo in Hagiologio Luſitano. Dies natalis eſt* XXVII Novembris.

DE SANCTO MARCIANO,
EPICOPO RAVENNATVM IN ITALIA.

C.H.

SYLLOGE HISTORICA.

Ejus cultus & ætas: diſtinctio à S. Marciano Epiſc. Dertonenſi.

CIRCA CXXVII. *Æpius nobis agendum eſt de Sanctis Epiſcopis Ravennatibus: horum primus* S. Apollinaris, *S. Petri Apoſtoli diſcipulus, & præcipuus urbis Patronus, colitur* XXIII *Iulii. Huic ſucceſſit ſecundus* S. Aderitus, *cui ſacer eſt dies* XXVII *Septembris. De tertio* Eleocadio *egimus* XIV *Februarii, ejuſque obitum retulimus ad annum Chriſti* CXII, *cui tunc*
C *ſuffectus eſt* S. Marcianus, *hujus Sedis quartus Epiſcopus, qui hunc* XXII *Maji ſitũ ſacrum habet, & colitur officio Eccleſiaſtico ſub ritu duplici, ſed omnia de Communi Confeſſoris & Pontificis recitantur, & incipiunt Lectiones primi Nocturni,* Fidelis ſermo; *ſecundi,* Ad Sancti, *tertii,* Homo peregre. *Miſſa,* Statuit, *cum* Gloria in excelſis *&* Credo. *Ejus ſacra memoria inſcripta eſt Ms. Martyrologio Florentino, in bibliotheca Magni Ducis & apud Carolum Strozzium Senatorem à nobis reperto: in quo iſta leguntur,* Apud Ravennam civitatem S. Martiani Archiepiſcopi & Confeſſoris. *At quia tunc temporis titulus* Archiepiſcopi *necdum ſolebat uſurpari, nitidius in hodierno Martyrologio Romano iſta recitantur:* Ravennæ S. Marciani Epiſcopi & Confeſſoris. *De eo Ferdinandus Vghellus in Epiſcopis Ravennatibus iſta prædicavit:* IV Epiſcopus S. Martianus, ex indicio columbæ cælitus delapſæ, Eleocadio ſucceſſit circa annum CXII: quam ille Eccleſiam rexit uſque ad annum CXXVII. Plenus autem meritis ivit ad Superos XI Kalendas Junii, ſepultuſque eſt apud ſuum anteceſſorem. *Hiſce Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ iſta addit:* Hic tanto animi ardore Chriſtum prædicabat, ut Ravennates non tantum in accepta religione confirmaret, ſed & ad calamitates quaſlibet perferendas, & ad necem ipſam fortiter pro Chriſto ſubeundam vehementer incenderet. Cum enim variis oppugnationibus adverſariorum imperterentur; nullis tamen ictibus frangi, deque pietatis gradu dejici potuerunt. Multis autem initiatis, ipſe gloria rerum geſtarum cumulatiſſimus, XI Kalendas Junii anno CXXVII ad cæleſtem patriam evolavit, & in æde S. Eleocadii conditus eſt.

Cultus ſacer.

Tempus Sedis

zelus fidei:

2 *Alius eodem tempore floruit in Italia* S. Marcianus *Epiſcopus, ſed urbis Dertonenſis; & qui ſub Traiano pro Chriſti nomine martyrii palmam adeptus, ut Martyr colitur: cujus Acta & inventionem corporis dedimus die* VI *Martii. Hieronymus Rubeus, diligens alias & accuratus ſcriptor, deceptus nominis ſimilitudine aut identitate, ex quibuſdam apocryphis Mſs. utrumque* Marcianum *in unum conflavit lib.* I *Hiſtoriæ Ravennatum pag.* 55. *quaſi* S. Marcianus, Epiſcopus Ravennatum, Dertonæ ob Chriſtianam fidem martyrium ſubiiſſet; *&* ſanctum ejus corpus Ravennam ad ſuam eccleſiam fuiſſet reductum. *Verum conſtat corpus* S. Marciani, *Epiſcopi Dertonenſis & Martyris, in ſua Eccleſia detineri, & ibi eum ut Martyrem coli: econtra* S. Marciani *Epiſcopi Ravennenſis corpus apud ſuos fuiſſe ſepultum, eumque ſupra oſtendimur non Martyrem, ſed Confeſſorem haberi. Hieronymus Fabri, inter ſacras memorias antiquæ Ravennæ, anno* MDCLXIV *in lucem datas, eamdem diſtinctionem confirmat auctoritate S. Petri Chryſologi, qui ante annum* CCCCXXXVIIII *quo obiit, Sermone* 128 *de S. Apollinari dicit, quod* B. Apollinaris primo Sacerdotio ſolus hanc Eccleſiam Ravennatem vernaculo atque inclito Martyrii honore decoravit. *Expreſſius etiam S. Petrus Damiani,*

F *Ab eo S. Marcianus Ep. Dertonenſis eſt diverſus.*

A *Damiani, ſed annis poſt Chryſologum plus quam ſexcentis, Serm. 3 de S. Apollinari aſſerit, quod hujus* diſcipuli, beati Aderitus videlicet & Calocerus, Martianus & Eleuchadius, licet nequaquam carnificum gladiis ſint percuſſi, à martyrii tamen deſiderio nullatenus creduntur fuiſſe extranei. D

DE SANCTO AURELIANO

MARTYRE ROMANO, PAPIAM TRANSLATO.

COMMENTARIUS CRITICUS.

G. H. Quo proponitur & expenditur compendium Actorum, de eo imprudenter contextorum.

SUB DECIO IMP.

Memoria ſacra:

Ferrarius in Catalogo generali ad diem ſecundum Februarii primo loco celebrat S. Aurelianum, Martyrem Romæ ſub Decio. *Dein in Notis citat* Galeſinium, qui Laurelianum appellat. Sed in Tabulis Eccleſiæ Papienſis, quæ corpus habet, & illum die XXII Maji colit, Aurelianus nominatur. De eo Jacobus Gualla in Sanctuario Eccleſiæ Papienſis, & Stephanus Breventanus in Hiſtoria ejuſdem urbis B lib. 3, *imo* 4, *ut infra citabitur. Hæc ibi Ferrarius: qui iterum ad hunc* XXII *Maji recolit* S. Aurelianum Martyrem ſub Decio, *&* Papiæ *adſcribit, annotaturque ex* Tabulis Eccleſiæ Papienſis, Romæ paſſus & Corpus

Gualla de eo ſcribit Papiam tranſlatum. *Idem Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ aliquod martyrii elogium edidit,* ex Jacobo Gualla lib. 3 Sanctuarii cap. 9. *Cui licet non magnam fidem habendam exiſtimemus, ipſum tamen hic damus, ut judicii de eo noſtri æquitatem æſtimare per ſe lector poſſit.*

quod arguës idololatras captus ſit:

2 Aurelianus inclitus Martyr, Decio Imperatore regnante (dum Romæ in Chriſtianos tam ſæva fureret perſecutio, quod Chriſtum confitentes aut gladio capite truncabantur, aut cremabantur igne, aut feris laniandi tradebantur, aut mittebantur in metallum) cum filio puerulo, nomine Maximo, religioſe educato, qui poſtea ſecum martyrio coronatus cælo ſuſcipitur, magnam hominum offendens multitudinem, qui ſpurca idola colerent, cœpit exclamare: O ſtulti & cæci, cur diis lapideis, mutis & ſurdis, immolatis, quibus vos ipſi longe eſtis meliores? Unde ſtatim, Hila Præfecto jubente, capitur, trahiturque ad idolorum ſimulacra colenda. At Aurelianus in fide conſtantiſſimus exclamat: Idola veſtra non colo: ſolum Chriſtum immortalem Deum C verum adoro, cui ſervio. Tunc Præfectus: Niſi nobiſcum noſtros colueris Deos, diris ſuppliciis ſubjicieris. Et curvantibus genua cunctis ad idola, Aurelianus in cælum alta voce ſic orabat lacrymans:

Matth. 17, 19. Deus omnipotens, cæli & terræ omniumque Creator, ſicut dixiſti: Si fidem habueritis & monti dixeritis, quod de uno in alium ſe transferet locum, fiet; ſuper hos ſuoſque deos tuam oſtende virtutem, ut intelligant te ſolum verum Deum, immortalem atque tremendum. Cum autem filius ejus puerulus reſpondiſſet, Amen;

oratione idola tranſtulerit: ſtatim illa idolorum ſimulacra in alium locum miraculoſe ſunt delata, cum capite ad humum verſo & pedibus in ſublimi. Hilas autem Præfectus, qui manifeſto Dei judicio totus irriguit, neque ſe movere poterat, exclamat: Aureliane ſerve Dei, ſi tua oratione liberatus fuero, Chriſtum adoro. Quo liberato Aureliani oratione, magis rabidus minatur Aureliano, quod, niſi deos ſuos in priſtinum reſtituat locum, diris deficiet tormentis. Cui vir Dei: Si tui dii te juverunt, quo velint ſuis eant pedibus. Tunc Præfectus eum vinctum miſit ad Decium: & in via quamdam matronam ab incurabili morbo liberavit: quæ poſtea cum omni familia ad fidem eſt converſa.

ſanaverit ægram,

3 Ductus autem ad Decium, dum contemneret Deorum culturam, appellaretque Decium ſtultum, quod lapideos & ligneos deos coleret; magnis cæditur cruciatibus: lætus tamen, divinum invocans præſidium, ſic orabat: Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me feſtina. Interea *filiam Decii Imperatoris* Decii filia ſtridens dentibus, vexatur à dæmone læ- *ne liberet,* pius clamitante: Solo Aureliano Dei ſervo jubente recedere cogar: alius minime me depellere poteſt. Quod videns Decius ait Aureliano: Si filiam meam E liberaveris, magnis te extollam honoribus atque divitiis. At ipſe: Dii tui cur eam non liberant? Sed ſi eam liberavero, credes in Chriſtum omnipotentem Deum? Credam, inquit Decius. Cui Aurelianus: Magna perfidia eſt obduratum cor tuum: verumtamen ut ſalvum faciam hunc aſtantem populum, & videat Dei mirabilia, & credat; ecce in Chriſti nomine eam libero. Qua liberata, populus exclamat: Verus & magnus eſt Deus Aureliani. Sed ipſe perfidus Decius aſſerebat, ea fieri arte magica: jubetque Aurelianum cruento decollari gladio, niſi deos ſuos colat. Inquit Aurelianus, Duc me ad eos. Ad quos *idoliſque deſtructis* cum applicuiſſet, ante ſuos pedes corruerunt omnes, in pulveremque evanuerunt. Tunc Decius furore incenſus, præſcindi linguam fecit viro Dei: qui tamen ut ante loquebatur. Ad quem properans filia Decii, quæ à dæmone erat obſeſſa, Chriſtiana eſt effecta.

lingua præſciſſa locutus:

4 Demum cum Aurelianus declaraſſet, mori non poſſe, niſi capite truncaretur. Decio imperante ducitur ad Capitolium, & cum puerulo Maximo filio *cum S. Maximo filio decollatus* cruenta gladii cæde mactatur. Cujus quidem anima inſtar candidæ columbæ è corpore egredi videbatur. Eorum namque corpora à fidelibus collacrymantibus devote ſunt ſepulta. Romæ, in crypta Calliſti *ſit.* extra urbem ad tertium lapidem, regnante ſupra memorato impio Decio, cum Hylla & Gelaſco Conſulibus, ſecundo die Februarii. Poſtea ejuſdem Au- *corpus tranſlatum Papiam,* reliani venerabile corpus Ticinum eſt tranſlatum, & F reconditum in oratorio ſacrarum Virginum monaſterii Senatoris, per Ducem Senatorem illuſtriſſimum: ibidemque modo veneratur, ad laudem Regis æterni Jeſu Chriſti benedicti: cui laus, honor, & gloria ſit in æternum.

ſervatur in monaſterio Benedictino.

5 *Hactenus Iacobus Gualla, vir ſuo tempore ob ſingularem doctrinam ac virtutem æſtimatus, ac mortuus anno* MDV, *qui præfatur ſe Sanctuarium Papienſe ſcripſiſſe* juxta ſacras hiſtorias, pervetuſto ſcripto relictas, indeque dilucidam veritatem ſumpſiſſe. *Eadem extant Italice apud Stephanum Breventanum lib. 4 Hiſtoriæ Papienſis anno* MDLXX *excuſæ cap. 3. Hic prædictum* oratorium ſacrarum Virginum *ait eſſe* Ordinis Benedictini, *ſed illud* monaſterium appellari Senatoris à quodam Senatore ejus fundatore, Corpus etiam S. Aureliani Roma Papiam fuiſſe tranſlatum à quodam Senatore Romano. *Aliud ſatis accuratum compendium legitur apud ſupra indicatum Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiæ, in lucem edito ſub annum* MDCXIII. *Et ille quidem fide bona*

A *ubi primum composita videntur Acta*

bona credendi ſunt tranſcripſiſſe Paſſionem, qualem apud Sanctimoniales repererant. Hoc tamen nobis non ſufficit, ut credamus, primum ejus Auctorem, quem præſumere licet unum fuiſſe ex monaſterii illius Confeſſariis, revera habuiſſe antiquiora aliqua Acta, ſimul cum ſacro corpore allata: ſed pro nimia medii ævi ſimplicitate, talia haud illicite fingi exiſtimantis, ad publicæ devotionis incitamentum, ſuo arbitratu ſcripſiſſe, quæ credebat cum aliqua veri ſpecie legenda.

6 *Non potuit ille divinare prodituros aliquando veterum Conſulum Faſtos, certiſſime docturos, qui quibus annis Magiſtratum illum geſſerint; alioqui cautius agendum ſciviſſet, & nullos potius Conſules nominandos, quam* Hyllam & Gelaſium; *qui cum nulli umquam fuerint, nedum ſub Decio Imperatore, manifeſtam faciunt auctoris eos commenti impoſturam. Idem credo faceret Præfectorum Vrbis catalogus, ſi is quem ſolum nunc habemus editum à Bucherio, incipientem à Lolliano (qui* Valeriano II & Gallieno Coſſ. *id eſt anno vulgaris æræ* CCLIV *Vrbi præfuit) ſexennio citius inchoaretur, alium haud dubio Præfectum Vrbis, quam* Hilam *hic nominatum, daturus. Sicut autem ex ſuo cerebro illos finxit, ſic potuit etiam pro arbitrio* Decium *elegiſſe, ſub quo paſſum* Aurelianum *credi juberet; ipſaque tormenta tolerata & miracula patrata, qualia in aliorum Martyrum Paſſionibus forte legerat, cum prodigio animæ ſub ſpecie columbæ evolantis è corpore. Et quia legerat in Martyrologio Adonis vel Notkeri, ad* XVIII *Octobris de* S. Triphonia uxore Decii Cæſaris, cum filia Decii Cyrilla, à Juſtino Presbytero baptizata; *potuit inde ſumpſiſſe occaſionem inducendi aliquam filiam Decii, quæ fuerit ab* Aureliano *liberata. Facilius credam, ſanctum hoc corpus extractum fuiſſe ex* Calliſti cœmeterio: *talis enim, nec alia fere notitia ſolet cum ſacris corporibus Roma tranſmitti. Inde tamen non ſequitur poſt Decii tempora primum paſſum eſſe* Aurelianum: *quia Calliſtus Papa, non fuit fundator, ſed ſolum, inſtaurator dicti cœmeterii; ſi vere ibidem antiquitus ſepulti, & non poſtea eodem tranſlati ſunt, SS. Anicetus & Soter Pontifices Romani, prout dicitur ad illorum Acta* XVIII *&* XXII *Aprilis.*

AUCTORE G. H.

7 *Die* XXXI *Ianuarii refertur apud Grevenum ſive Carthuſianos Colonienſes in Auctario Vſuardi* S. Aurelianus Martyr: *ſuſpicatique ſumus eumdem eſſe de quo hic agimus: certe non fuit nobis operæ pretium, ex tam levi recentique indicio, illius ut diverſi ſpecialem memoriam tunc agere. Secundo etiam die Februarii, quo paſſus hic dicitur, præter memoratos ſupra Ferrarium & Galeſinium, ejus meminerunt Felicius, & qui Vſuardum auctius edidit Pariſiis anno* MDXXXIII, *uti tum ad Prætermiſſos & in alios dies tranſlatos diximus. At nullam ullo die memoriam reperimus* S. Maximi *pueruli, filii* S. Aureliani, *cujus tam celebris ſupra in Actis facta eſt mentio: eum tamen in titulo propoſuiſſemus, ut hoc die cum patre commemorandum, ſi vel Papiæ vel alibi haberentur Reliquiæ, ſub iſto nomine Roma tranſlatæ. Nunc, quia tota ejus hiſtoria nobis eſt gratuitæ fictionis ſuſpecta, non audemus eo nomine, ut vere Martyris, numerum Sanctorum hujus diei augere.*

Cultus 31 Ianua. & 2 Februarii.

E

DE SS. CASTO ET ÆMILIO

MARTYRIBVS IN AFRICA.

G. H.

Acta Martyrii ex S. Cypriano, cultus ex Faſtis probatus.

CIRCA CCL.

Sanctus Cæcilius Cyprianus, in illuſtri tractatu de Lapſis meminit horum Martyrum, cum deploraſſet quod aliqui ex fragilitate humana à fide ob tormenta defecerint, quæ hic, ut horum Martyrum excuſetur lapſus, juvat præponere. Queri de tormentis poteſt, qui per tormenta ſuperatus eſt: excuſationem doloris obtendere, qui victus eſt in dolore. Poteſt rogare talis & dicere: Certare quidem fortiter volui, & ſacramẽti mei memor, devotionis & fidei arma ſuſcepi: ſed me in congreſſione pugnantẽ cruciamenta varia & ſupplicia longa vicerunt. Stetit mens ſtabilis & fides fortis, & cum torquẽtibus pœnis immobilis diu anima luctata eſt: ſed cum duriſſimi Judicis recrudeſcente ſævitia jam fatigatum, jam laſſum corpus, nunc fagella ſcinderent, nunc contunderent fuſtes, nunc equuleus extenderet, nunc ungula effoderet, nunc flamma torreret; caro me in reluctatione deſeruit, infirmitas viſcerum ceſſit; nec animus, ſed corpus in dolore defecit. Poteſt cito proficere ad veniam cauſa talis: poteſt ejuſmodi excuſatio eſſe miſerabilis. Sic ſic Caſto & Æmilio aliquando Dominus ignovit: ſic in prima congreſſione devictos, victores in ſecundo prælio reddidit, ut fortiores ignibus fierent, qui ignibus ante ceſſiſſent; ut unde ſuperati eſſent, inde ſuperarent. Deprecabantur illi, non lacrymarum miſeratione, ſed vulnerum; nec ſola lamentabili voce, ſed laceratione corporis & dolore. Manabat pro fletibus ſanguis, & pro lacrymis cruor ſemiuſtulatis viſceribus defluebat. *Hæc S. Cyprianus.*

reſumptis animis martyrium ſubeunt

C *Poſt defectionem inter tormenta,*

2 *Natalis horum Martyrum paſſim notatur in omnibus Latinis Martyrologiis ad hunc* XXII *Maji, & in genuino Bedæ iſta leguntur* XI Kalendas Junii In Africa Caſti, Æmilii, qui per ignem paſſionis martyrium conſummaverunt. Scripſit hoc Cyprianus in libro de Lapſis. *Quæ eadem aut his ſimilia habent Rabanus, Vſuardus, Ado, Notkerus, aliique recentiores, & conſentiunt quam plurima Mss. Martyrologia. In aliquibus, uti etiam in hodierno Martyrologio Romano, paulo plura ex Cypriano deſcribuntur. Præfuit hic Eccleſiæ Carthaginenſi ab anno* CCXLVIII *uſque ad annum* CCLVIII *quo & ipſe martyrium paſſus eſt: intra quod tempus hi Martyres coronati ſunt, forte anno* CCL *in magna Decii perſecutione, quando etiam Origenes thus adoleviſt.*

F *relati in Faſtis ſacris 22 Maji.*

DE SS. CASTO ET CASSIO

EPISCOPIS MARTYRIBVS IN CAMPANIA.

G. H.

SYLLOGE HISTORICA

De legitimo cultu, ſuppoſititiis Actis, incertis Reliquiis.

XXII MAII

Michael Monachus, Canonicus Capuanus, in Sanctuario Capuano, quæ de veneratione & Actis horum Martyrum innotuerunt, diligenter collegit, & inter quatuor Kalendaria Capuana ex pervetuſtis membranis eruta tertium & quartum ad hunc XXII *Maji, proferunt* Sanctos Martyres Caſtum & Caſſium, *& in tertio additur recitari* tres lectiones. *Itidem in ſecundo memorantur omiſſo titulo Martyrum. Habemus antiquum Breviarium Capuanum excuſum anno* MCCCCLXXXIX, *in quo præſcribitur veneratio horum Martyrum, deque iis habentur tres Lectiones ad Matutinum recitandæ: ſed eæ, etiam judicio Michaelis Monachi,* potius encomium vel prologum Actorum, quam Acta continent, *quibus ipſe Michael alias lectiones, quæ Acta martyrii magis explicant, aliunde addit. In illis dicuntur ad* Epiſcopatus honorem ſublimati, *quod ſic confirmat Monachus:* SS. Caſtus & Caſius Epiſcopi creduntur & coluntur à Soranis: Soræ namque in arcu ſuper altare, eorum ſunt imagines cum mitra & baculo Paſtorali: Illuc die XXII Maji procedit Clerus, qui à Præfecto arcis cum lætitiæ ſignis acceptus, ibi ſolennem Miſſam facit. Cum aliquando Sora ab inimicis obſideretur, nocte viſi ſunt ſupra montem Sancti, habentes in manu facem, & in quatuor lateribus montis ingens numerus militum in Crucis formam diſtributus. Qua viſione inimici perterriti receſſerunt, & Cales obviam civitatem invadentes depopulati ſunt.

Cultus ſacer Capuæ

B

& Sora.

2 *Hactenus Monachus, in Notationibus ad Lectiones ex Breviariis Capuanis antiquis: quas Lectiones ſubjungeremus, niſi manifeſtum nobis eſſet, eas eſſe verbotenus contractas ex prolixioribus Actis, nobis Cajeta tranſmiſiis,* SS. Caſti & Secundini, *Sinueſſæ paſſorum, proferendis ad primum Iulii quo coluntur, Cajetæ ſub altari juxta ſacrarium conditi, in eamque civitatem diu ante annum* DCCCCLXVI *delati, ſicut tunc dicemus. Hos igitur relinquentes Cajetanis, damus Soranis eos qui nunc coluntur, ut diverſos: quamvis non ſine ſcrupulo; non quidem quoad* SS. Secundinum & Caſſium, *quos ſatis ſua diſtinguunt nomina, ſed quoad* Caſtum; *metuentes ne ſit unus idemque, & diviſis in plures urbes Reliquiis, in uno loco junctus* S. Caſſio, *in altero additus* S. Secundino, *communi utrobique feſto cum hoc & cum illo colatur. Petrus Diaconus lib. 2 de viris Illuſtribus Caſinenſibus cap.* 32 Gregorius, *inquit,* Tarracinenſis Epiſcopus, parvulus in Caſino oblatus, memoria tenax, ingenio vivax, tantæ fuit gravitatis, ſuavitatis, & eloquentiæ, ut à nonnullis columna Eccleſiæ diceretur. Scripſit Paſſionem SS. Caſti & Caſſii... Cantus SS. Caſti & Caſſii: Hymnos eorum.... Fuit autem temporibus Alexii, Henrici ac Ioannis Imperatorum, *initio ſeculi* XII. *Vtinam hæc ejus ſcripta extarent invariata.*

Acta mutuata ex Actis SS. Caſti & Secundini 1 Iulii.

C

E

3 *De tempore æque incerta nobis ſunt omnia, voluimus autem illorum memoriam immediate ſubjungere memoriæ* SS. Caſti & Æmilii *Afrorum, ut facilius appareret diſcrimen. Qui in Ms. Martyrologio Caſinenſi ad* XXI *Iunii refertur* S. Caſſius Martyr, *fortaſſis huc ſpectat. Per ſimilem conjecturam Ioannes Pezzina de Czechorod, Decanus Pragenſis & Epiſcopus Samadrienſis, in Diario ſuæ Metropolitanæ Eccleſiæ S. Viti ad* XXII *Maji, indicavit, quod in ea habeatur* Caſti Martyris pars inſignis Reliquiarum, ex Germania inferiore Pragam anno MCCCLXXII allata. *Fortaſſis autem ea ſunt* S. Caſſii: *nam Rayſius in Hierogazophylacio Belgico,* de *hujus oſſibus ait eſſe aliqua Cameraci in eccleſia S. Autberti Canonicorum Regularium S. Auguſtini; &* os magnum *in Floreffienſi Præmonſtratenſium Abbatia ad Sabim prope Namurcum. Ægidius etiam Gelenius, enumerans Reliquias quæ Coloniæ ſunt in ſacello Hollandico SS. Willibrordi & Bonifacii, meminit unius orbis, in quo ex corporibus, tum aliorum Sanctorum octo, tum* S. Caſſii *repoſitum ſit aliquid. Sed quis veroſimile faciet unius eſſe omnia? Denique ex litteris Sora datis intelligimus, ibidem in ærea ſacellum eſſe ſub nomine* S. Caſti *conſecratum, ſed nihil præter nudum nomen ad hunc diem cum titulo* Epiſcopi & Confeſſoris *in libris eccleſiæ Cathedralis inveniri.*

Reliquiæ in Pragæ.

Cameraci,

& Coloniæ

F

DE SANCTO GOSVVINO

PVERO MARTYRE, ROMÆ.

COMMENTARIUS JOANNIS BOLLANDI

De notitia martyrii ex recentiorum Martyrologiis ac nominis etymologia.

XXII MAII

Natalem S. Goſwini *ad* XI *Kalendas Iunias conſignavere in ſuis Faſtis Hermannus Greven Carthuſianus ante annos* CXL, *Petrus Caniſius noſter, Molanus, Ferrarius. Priores duo ſolum exprimunt nomen laureamque his verbis:* Goſwini Martyris. *Molanus in auctario ad Vſuardum, locum certaminis, ætatemque athletæ:* Romæ, *inquit,* S. Goſwini pueri ac Martyris. *Ferrarius in generali Catalogo Sanctorum Molanum citans, ab eo tamen de loco diſſentit:* Eadem die, *ait,* apud Coloniam S. Goſuini pueri Martyris. *Eadem in Faſtis Agrippinenſibus habet Ægidius Gelenius: ſed nihil præterea de hoc Divo uſpiam reperit, ut nobis teſtatus eſt. Ms. Florarium Sanctorum loco diſſimulato, tempus Martyrii indicat, ſed* XXVII *Maji ponit:* Paſſio, *inquit,* Goeſwini pueri & Martyris ſub Antonino Pio, anno ſalutis CLXXVI. *Verum is erat annus à monte Antonini Pii* XVI, *imperii M. Aurelii & L. Verii* XVI, Pollione & Apro Coſſ.

Dicitur puer Roma paſſus.

2 *Ex horum verbis auctorum auguror, Sancti hujus Martyris uſpiam Acta aliqua extare, aut aſſervari reliquias, adſcriptis, quæ retulimus in aliquo pittacio, ut in antiquis herothecis ſolet. Nomen Teutonicum eſt: unde poſſit divinare quiſpiam, ex Germania Belgicave ortum, Romam vel in parentum aut neceſſariorum comitatu, vel in Præfecti cujuſpiam ex iis regionibus redeuntibus famulitio, veniſſe; fidemque, quam ſive in patria hauſerat, ſive didice-*

fors è Belgica oriundus

3

A rat Roma, libere profeſſum, palmam retuliſſe Martyrii.

aut ab Epiſcopo donatus nomine Teutonico.

3 Niſi quis potius ſuſpicetur, in eas oras ignoti Martyris allatas Roma reliquias fuiſſe, qui deinde Goſwinus, id eſt, Dei-dilectus, aut Dei-amicus, ſive Theophilus, ſit à quopiam Antiſtite nuncupatus, generali nomine in proprium verſo. Nam Wine ſive Win veteri noſtratium, atque etiam Anglorum lingua, Amicum ſive dilectum ſignificat. Ita in Vita S. Lebuini Presbyteri apud Surium XII Novembris Hucbaldus, vetus ſcriptor: Poſt clara plurimorum lumina Doctorum, quæ idem ſol juſtitiæ, ut Occidentis depellerent tenebras, proprio irradiaverat fulgore, ut & ipſi lux eſſent hujus mundi; unum quoque ſidus eximium, jam pene adveſperaſcente illius ſeculi die, ſui ſplendoris gratia perfuſum copioſiſſime, ad eorum illuminationem dignatus eſt promere, Lebuinum videlicet, carum ſibi amicum, juxta idioma nominis ſibi optime congruentis. Fertur enim à ſuæ peritis linguæ, quod LIEFWYN patriotice ſit vocatus, quod Romanis ſona, Carus amicus. Demptis vero vel demutatis ad Latinitatem quibuſdam litteris, dictus eſt Lebuinus. Ea voce Wine paſſim exponit Willeramus Abbas in Paraphraſi Cantici Canticorum, a Paullo Merula edita, quod Latine eſt Dilectus. Ita illud cap. I. v. XII, Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, reddit ipſe veteri Francica lingua, ut Merula loquitur, ſive Teutonica aut Saxonica: Min Wine, is mir alſo ein gebundelin mirron. Et v. XIII, Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Min Wine is mer Worthan ethele Winthruvo van Cypro, in then Wingardon Engaddi. Et V, XV, Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus. Sino ſchone biſtu Wine min, ande eerlich. Atque ita deinceps. Plura ſimilis nomenclaturæ exempla affert Iacobus Revius Daventriæ illuſtratæ lib. I pag. 10, ut Hlodewin, qui Chlodoveus vulgo, id eſt, Amicus populi: Baldwin, amicus ſtrenuus: Winfrid, amicus pacis, vel cara pax. Ita ergo Goſwin, Dei amicus. Eſt enim God ſermone Teutonico Deus. Inde Gods-win, vel Godes-win, vel euphoniæ gratia d abjecto Goſwin vel Goeſwin. Quid ſi Sanctus aliquis, cujus allatæ Roma in inferiorem Germaniam exuviæ erant, Theophilus dicebatur; & ut pro Theodulo vel Servo-Dei, Godſcalc noſtrates vocavere quoſdam, pro Deodato, vel Deusdedit, Gotgave; ita Goſwin, eum appellare maluerunt?

in quo Win. *amicum ſignificat.*

God *Deũ*; *ut ſit* Goſwin *Theophilus, ſive amicus Dei.*

4 Sed prior mihi magis probatur conjectura, ut S. Goſwinus è Germania ſecunda oriundus, Romam ſit, quacumque demum occaſione, profectus aut deportatus. Erant autem Antonini Pii & M. Aurelii ætate, Chriſtiani jam complures in eadem Germania ſecunda, iis præſertim locis ubi præſidia erant Romana, Coloniæ Vbiorum, Atuatucæ Tungrorum, Iuliaci, Marcoduri, & alibi. Atque in provinciis Belgicis, ſeu Germaniæ inferioris Cisrhenano tractu multi paſſim ab S. Goſwino, patrono nomen in baptiſmo ſortiuntur. Alius eſt B. Goſwinus (ſed cui nondum publici ſacrorum honores, Apoſtolicæ Sedis auctoritate decreti) Abbas Aquiſcincti juxta Duacum monaſterii, mortuus anno MCLXVI, cujus Vitam IX Octobris edemus. Ejus haud dubie ab illo antiquiore qualicumq; Goſwino, ducta appellatio: licet extra Germanicum Imperium, ſive regnum Lotharienſe, Duaci videlicet, natus ſit. Atque ex iis quæ hic diximus, liquet, quid nonnullorum reſponderi queat argutis (ut ipſi putant) quæſtiunculis, qui fieri poſſit ut è vetuſtis Romanorum cœmeteriis eruta ſint corpora Sanctorum, quibus Germanica gentibuſve aliis uſurpata, nomina adſcripta. Ita in collegio Societatis IESV Montibus Hannoniæ, Belgii præclara urbe, S. Henrici Martyris cum publica veneratione aſſervatur corpus, è S. Priſcillæ cœmeterio Romæ effoſſum. Quidni enim, ad quam Vrbem ex toto orbe terrarum plurimi confluebant, ſeu militiæ ſeu negotiorum cauſſâ, aut ſola curioſitate ducti, etiam Belgæ eam frequentarint vicinique Germani, cum amplius ccc annis ſub ejuſdem imperio Vrbis fuerint, donec id demutare, armis prævaleſcentes, Franci coegerunt? Atque ut omittam ab antiquis Imperatoribus adſcitos corporum cuſtodes Germanos, Batavos, atque alios; nonne ex notitia Imperii patet, plurimas ex hiſce gentibus lectas fuiſſe militum turmas? Ita Nervii, Mattiaci, Menapii Vandili, Germani, Franci, Quadi, Alamanni, atque alii, ſub variis militaſſe Ducibus ac Præſidibus, in eadem notitia leguntur. Quid ni ex his aliquis, noſtris ſacris imbutus, martyrium Romæ conſummare potuerit?

B C D E F

Frequens id apud Belgas nomen.

5 Hactenus olim Bollandus noſter, in gratiam amici ſui Goſwini Nickel, tunc inferioris Rhenanæ Provincialis Præpoſiti, poſtea autem Generalis totius noſtræ Societatis. Quod autem poſimus addere nihil ſuppetit, niſi votum, ut de loco, in quo illius Sancti ſervantur Reliquiæ, alicunde obveniat major notitia; qua habita, fortaſſis etiam plus luminis affulgebit præmemoratis conjecturis. Interim veroſimile eſt eos qui tali nomine apud nos vocantur, ſic appellatos abſque ullo ad hunc vel alium aliquem Sanctum reſpectu: ut plerique eorum, quibus ejuſmodi nomina patriæ originis obtigerunt, primum quidem ex pio parentum voto adinventa, deinde ad avorum proavorumque aut patrinorum memoriam conſervandam in familiis quibuſdam privatis ſtudioſius continuata; æque ac alia quædam boni ominis vocabula, delecta ad nuncupationem filiorum, velut publico privatove bono natorum, ut ſunt Ruwardus Cuſtos quietis, Lidericus, Dives populo, aliaque ſimilia nullius-dum illuſtris Sancti, ad quem reſpectus haberi ex hodierno uſu poſſit, patrocinio nobilitata.

D. P. *ſed abſque reſpectu ad aliquem Sanctum.*

DE S. AVSONIO MARTYRE

PRIMO EPISCOPO ENGOLISMENSI IN AQVITANIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Continens elogia recentiorum ſcriptorum, cultus ab antiquo perſeverantis argumenta, Corlæi de Actis antiquis præjudicium.

D. P.

SECULO III

Elogia ex Ioan. Chenu,

ENgoliſma, *ſive* Inculiſma *urbs Aquitaniæ valde illuſtris eſt & caput propriæ provinciæ, cujus Epiſcopos varii prodiderunt; ex quibus poſt Franciſcum Corleum & Gabrielem Carlonium eos edidit Ioannes Chenu; ac de* S. Auſonio, *qui hoc* XXII *Maji colitur, iſta habet:* Primus Auſonius, genere Gallus, Moritoniæ, quod oppidum eſt in Santonis, ex nobilibus parentibus Albino & Eugenia progenitus, Divi Martialis Lemovicenſis Epiſcopi diſcipulus, & ab eo Epiſcopus Engoliſmenſis inauguratus anno CCLX, obiit CCLXX à Vandalis occiſus. *Secutus dein Claudius Robertus, & hoc eum encomio celebrat:* Primus, S. Auſonius, vulgo S. Auſoni, diſcipulus S. Martialis, Mortaniæ Santonum Albino & Eugenia claris parentibus ortus, à barbaris occiſus XI Kalendas Junii. *Sammarthani ejus meminerunt cum hoc elogio:* B. Auſonius, Engoliſmenſium Apoſtolus ac primus Pontifex, anno CCLX populis jus divinum dixit. Non eſt enim memoriæ per legitima documenta & hiſtoricos proditum, fidem

Roberto.

Sammarthani.

AUCTORE D. P.

Christi Engolismensibus ante hoc tempus annuntiatam fuisse..... Martyrium passus est Ausonius die XI Junii, *imo* die XI Kalendas Junii.

& recentioribus Martyrologiis 22 Maji,

2 *Memoratur ad hunc diem* Ausonius Episcopus *in Ms. Florario Sanctorum; qui in Martyrologio Richardi Witfordi Anglice anno* MDXXVI *Londini excuso, dicitur* Martyr à Wandalis occisus. *Saussajus in Martyrologio Gallicano eum exornat hoc elogio:* Engolismæ S. Ausonii Episcopi & Martyris. Is S. Martialis discipulus, cum ab illo istic ordinatus Episcopus, multam fidelium segetem verbi diffuso vivifici semine excitasset; in odium assertæ provectæque pietatis, ab impiis interemptus, Episcopali tiaræ addita cum omnium virtutum gemmis glorioso martyrii laurea, consecutus est supernæ beatitudinis præmium. De quo hoc memorabile proditur, quod decisum caput propriis sustulerit manibus in eum locum, ubi à fratre & successore Antonio, religioso funere humatum est. *Hæc ibi Saussajus. Verum illud ultimum memorabile credimus aliud fundamentum non habere, quam quod Sancti capite plexi solerent antiquitus in statuis depingi cum eo ante pectus sublato. Idem Saussajus in Supplemento sui Martyrologii ad diem* XX *Maji dicit, quod* Engolismæ passio S. Ausonii, primi illius Sedis Episcopi & Martyris hodie colitur, tametsi undecimo Kalendas agone perfunctus à nonnullis Hagiologis perhibeatur. *Verum ad relatum* XX *diem in nullo nos Martyrologio ejus nomen reperimus, & in Historia Episcoporum & Comitum Engolismensium, ex tribus Mss. à Philippo Labbe edita, dicitur* capitis obtruncatione martyrium consummasse, sepultus in confinio urbis in Occidentali parte, undecimo Kalendas Junii.

à Saussajo etiam 20 Maji.

B

De eo relata in Concilio Lemovicensi,

3 *In Concilio Lemovicensi, anno* MXXXI *die* XIV *Kalendas Decembris habito dicitur* Episcopus Engolismensis Hugo, vir undecumque doctissimus, qui ante annos quadraginta migrarat..... in quadam sua editione de Martiale hæc locutus: Istis, temporibus, dum Martialis..... ad Burdegalam urbem ad prædicandum Vasconibus proficisceretur, transitum per civitatem Engolismam habuit: & diu illic demoratus, Engolismensem populum ad Deum vivum convertit, eisque primum Episcopum, nomine Ausonium, ex ipsa patria oriundum, quem ipse baptizaverat, ordinavit. *Fuit Hugo iste, secundum Sammarthanos, ordinatus Episcopus anno* DCCCCLXIV; *cujus de S. Martiali collectionem inveniri haud parum optabile nobis est pro die* XXX *Iunii, quo Sanctus iste colitur; si forte præter vitæ Acta de posterioribus miraculis aut translationibus contineat aliquid. Dubito tamen an ab illa collectione diversum sit Scriptum, quo usum se profitetur Anonymus monachus, sub annum* MCLIX *Historiam Pontificum & Comitum Engolismensium texens, prout extat tom.* 2 *Novæ bibliothecæ Philippi Labbe, ubi* Caput I de Ausonio Episcopo, *tale est.* Primus igitur Engolismensium Episcopus Ausonius fuit, natione Xantonicus, patre Albino, matre vero Eugenia, oppido Mauritania natus à B. Martiale Episcopus ordinatus Engolismensis: qui persecutione Wandalica capitis obtruncatione martyrium consummavit: sepultus in confinio urbis, in Occidentali parte, undecimo Kalendas Junii. Cessavit Episcopatus per multa tempora.

C

& historia Engolismensi:

ubi & à S. Martiale ordinatus & occisus à Wandalis dicitur,

4 *Quæ hic de ordinatione Episcopali à S. Martiali susceptâ, deque morte illata à Wandalis dicuntur, nimio ab invicem discrepant intervallo; cum Wandali ex suis ad mare Balthicum sedibus, in extrema Boreali Germania positis, primum egressi sciantur sæculo Christi* V. *Prudentius igitur pro Wandalis intelliguntur Alemanni, cum suo Rege Chroco Gallias pervagati tempore Valeriani & Gallieni, ante fortasse quam hi octavam in Christianos persecutionem sustitassent, anno Imperii sui* IV, *Christi* CCLVI: *quod tempus non longe abest a tempore persecutionis Decianæ, inchoatæ anno Christi* CCXLIX *qua durante missum in Gallias cum aliis sex sociis S. Martialem, & Lemovicensibus destinatum Episcopum, scribit ex S. Saturnini Apostoli Tholosani Vita S. Gregorius Turonensis. Huic autem chronotaxi favet qualiscumque S. Ausonii Legenda, cum ait, quod Engolismis obsessis* tempore illo, quo quædam infidelium persecutio, è Germaniæ finibus egressa, Gallias populabatur..... B. Ausonius cum germano suo Aptonio quotidie in ecclesia Dei orationibus vacabat. *Sed quis nos securos reddet, quod eadem traditio vulgi, disparatissima quandoque conjungentis, qua* Ausonium *fecit fratrem* Aptonii, *Episcopi post illum Engolismensis, sed longo tempore interjecto (utpote primum vita functi circa annum* DLXXIV) *propter solam, ut videtur, nominum germanitatem; quis inquam, securos nos reddet, quod eadem traditio, simili, sed contrario antrorsum saltu usa, non arripuerit* S. Martialem, *pro alio quocumque Lemovicensi Episcopo, qui sub finem sæculi* IV *vixerit, &* Ausonium *Engolismensibus Episcopum dederit, ita ut hic vere à Wandalis occisus fuerit?*

sed intelligi possent Alemanni sub Chroco R.

nisi adderetur frater Aptonius;

5 *Sed salvetur vetus, qua potest, traditio: & ne nimium offendat* Aptonius *frater, indulgeamus etiam Lemovicensibus* Aptonium *alium, illo sæculi* VI *Episcopo, nusquam inter Sanctos memorato, antiquiorem: cujus reliquiæ una cum Reliquiis* SS. Cæsarii, Eparchii atque Calsagiæ, *in eadem in qua & corpus* S. Ausonii *ecclesia servatæ fuerint usque ad annum* MDLXVIII, *quando sacra omnia confudit dissipavitque Calviniana rabies. Ex hoc tempore à suburbio in urbem translata est* S. Ausonii *Abbatia, curante Ludovico XIV Galliarum Rege, & pauca dumtaxat Patroni sui ossa conservat in pervetusta capsula. Nam ut nobis Engolismis scribit P. Franciscus du Fé,* Legitur in antiquo Ms. cui annus MCXCVII adnotatus est, prædictorum Sanctorum ossa, non multo tempore post primam translationem inventa esse in sepulcro seu mausolæo, ubi S. Ausonii corpus fuerat repositum; & in nova capsula condita fuisse, factamque alteram omnium eorum simul translationem III Kalendas Aprilis anni MCXXIX. Fuerat autem Translatio corporis S. Ausonii, ex illo sepulcro ad altare noviter & magnificentissime restauratæ ecclesiæ majus, facta anno MCXVIII, à Girardo Episcopo Engolismensi, ut constat ex antiquis Abbatiæ monumentis atque una Lectione officii S. Ausonii. *Verum quid proderit geminasse* Aptonios, *si non etiam geminentur* Eparchii? *Certum enim est eum, qui similiter sui nominis Abbatiam Engolismis habet & Patronus colitur, sæculo dumtaxat* VI *vixisse.*

An fingemus duos Engolismis Aptonios?

quorum prior sit S. Ausonio coniumulatus: post cumque translatus an. 1129.

D

E

6 *Profecto, si dicere verum licet, nihil est quod de* S. Ausonio *possimus pro certo asseverare præter celebertimum & antiquissimum illius apud Engolismenses cultum: qui occasionem dederit condendæ ad ejus honorem ecclesiæ, cum monasterio Sanctimonialium,* quibus Carolus Magnus, Engolismæ degens, basilicam S. Sonnæ contulit, cum amplissimo territorio, quod ad leucam usque versus Orientem excurrebat. Exinde, *inquiunt Sammarthani,* Reges Francorum hoc monasterium beneficiis cumularunt: puta idem Carolus ejusque liberi; Philippus I & II, Franciscus I, Joanna Navarræ Regina, Comites ac Comitissæ Engolismenses. Præterea dirutum ab Anglis, dum urbe potiti sunt anno MCCCXLV, Joanna Borbonia, Caroli V uxor, quasi secundario illud erexit; ac præclare etiam anno MDXXV Ludovica Sabauda, Comitissa Engolismæ, Francisci mater, cum vetustate corrueret, partem Abbatiæ suis sumptibus construxit. *Addit P. Franciscus du Fé,* maximum numerum immunitatum ac privilegiorum, non solum Abbatiæ prædictæ, sed etiam ejus subditis; vota item quam plurima, in eadem ecclesia persoluta; vigiliasque longissimas, ab antiquis temporibus ibidem fieri solitas: quæ omnia satis superque probant cultum ac venerationem sacris B. Ausonii

Constat saltem de celebritate cultus,

in sui nominis Abbatia

A sonii Reliquiis ſpeciali, modo ſemper exhibitam fuiſſe; cum in omnibus Inſtrumentis publicis aperte dicatur, ea facta atque conceſſa eſſe in honorem illius. Sed neque poſt Abbatiæ tranſlationem ac Reliquiarum diſſipationem, eo in loco ceſſat Sancti Antiſtitis veneratio: remanſit enim ibidem Parochia, ad præſentationem Abbatiſſæ Curatum accipere ſolita, cujus eccleſia, ſtudio ac pietate hodierni Parochi, in longe meliorem quam antea erat formam reficitur; ad eamque eſt frequens concurſus populi, poſt acceptas à B. Auſonio ſanitatum gratias ſua ibi vota ſolventis.

& parochia.

7 Aſſervatur etiamnum in archivis prædictæ Abbatiæ pervetus Ms. per modum diplomatis, ex quo conſtat, novos Præſules Engoliſmenſes, antequam inirent poſſeſſionem ſui Epiſcopatus, debuiſſe primum ad Abbatiæ eccleſiam accedere; ibique ad ejus majorem portam ab Abbatiſſa ipſiuſque Monialibus cum honore excipi ſolitos, ea quæ cantui præerat propriam S. Auſonii Antiphonam præcinente: deinde ejuſmodi Præſules ad locum, ubi ſacrum illius corpus quieſceret, deduci ſolere; ibique de manibus prædictæ Monialis Vitam ejuſdem Sancti accipere, eamque evolvendo ac longas preces fundendo uſque

Pervigilabant in ea ante inſtallationē novi Epiſcopi

B ad horam ſecundam poſt noctem mediam conſtanter perſeverare; deinde vero in quoddam cubiculum admitti, ad quietem porro ſumendam: redeunte autem luce accedere illuc honoris cauſa præcipuos quatuor Comitatus totius Barones, qui inſtallandum Epiſcopum ducerent in Cathedralem S. Petri Eccleſiam. *Hactenus Pater ille, cum immediate poſt P. Henſchenii mortem mitteret mihi ſua manu fideliter deſcripta, ex pervetuſto ipſius Abbatiæ Codice, illa quæ novis Epiſcopis legenda tam operoſe tradebantur* S. Auſonii *Acta; non quaſi uſquequaque probata ſibi, ſed tamquam primum eorum omnium fontem, quæ ab annis pluribus quam ſeptingentis de* S. Auſonio, *ſi non univerſim credita, ſaltem relata communiter fuerunt.*

& legebant ſancti Acta,

8 *Sed prius quam pergam ego de Actis illis judicare; accipe præfationem Franciſci Corlei ad eadem ab erroribus (ut putat) repurgata.* Beati Auſonii, primi Engoliſmæ Epiſcopi, vitam & ſequentium Epiſcoporum nomina, ſeriem, & catalogum orſurus, pauca hæc de mei inſtituti ratione præfabor. Cum in manus incidiſſet rerum ab Auſonio geſtarum commentarius, qui circumfertur, & in cœnobio illius vice Legendæ (quam vocant) aſſervatur; inveni illum multis & non contemnendis erroribus, infelicitate temporum & veræ

quæ Franc. Corleus fatetur ſcatere erroribus,

C hiſtoriæ ignoratione refertum; cui reſtituendo aliquot dies inſumpſi: primo quæ proborum auctorum ſcriptis non conſentire, aut relata in alia tempora reperi, hæc emendavi. Si quid probabile minus, aut majeſtatem Chriſtiani nominis non ſapere viſum eſt, hoc totum delevi: multa ſupplevi quæ deerant. Deinde ad veterum ſcriptorum fidem & exemplar totam narrationem accommodavi. In quo faciendo ſi quis me auſus temerarii damnet, intelligat velim venerandæ quidem antiquitatis opus fuiſſe; ſed ita mendis deturpatum, ut facile ſit conjicere auctorem (virum alioquin bonum) non quæ vidiſſet, at quæ multis ante ſeculis geſta audiiſſet, pie magis quam caute litteris mandata, poſteritati tradidiſſe. Utque res tota magis eluceſcat, inſigniores hujus commentarii locos, qui animadverſione noſtra eguerunt, ſubnectam. In primis non probatum eſt mihi, quod de Eugenia Auſonii matre ibi memoria traditum eſt, ſeptuagenariam Angelo præmonente peperiſſe: gratia anterioribus ſeculis paucis admodum conceſſa, iiſque multa virtute præſtantibus heroinis. Miraculum, & tota Angeli, Albini, & Eugeniæ conjugum colloquentium narratio, nimium affectata videntur; confictaque potius (piorum manium pace dixerim) ad imitationem eorum, quæ de Anna, Elizabetha, & Sarra dicta ſunt, quam veri ſpecie fulta. Item quod obiter de S. Martiale, Lemovicum Epiſcopo Auſoniique præceptore, à Petro Apoſtolo in Gallias miſſo, ibidem dicitur, fidei veteris repugnat hiſtoriæ, nec alibi dictum reperire eſt: quamvis Lemovices (nec verius) eum à Clemente miſſum affirment, nonageſimo circiter à Chriſti nativitate anno. Conſtat enim ex Gregorio Turonum Epiſcopo auctore antiquo, vixiſſe Martialem Lemovicum ſub Decio, ducenteſimo quinquageſimo ſalutis anno. Quod & ex Auſonii noſtri Vitæ compendio probatum videre eſt, eum ab Wandalis (quos tunc primum in Gallias irrupiſſe ſatis conſtat) ſub Valeriano ſucceſſore Decii martyrio coronatum aſſerente. Compendii verba hæc ſunt. Tempore illo quo Wandalica perſecutio è Germaniæ finibus progreſſa Gallias populabatur, prædictæ gentis Rex cum exercitu validiſſimo, captis prius univerſis Galliæ urbibus, excepta Metenſium civitate, Engoliſmæ adſtitit. Et paulo poſt: Certum autem habemus, hunc de quo nobis eſt ſermo, Antiſtitem, Wandalorum extitiſſe temporibus: qui primum imperantibus Valeriano & Gallieno Auguſtis, poſtmodum quoque Theodoſio minore Arcadii filio, omni Gallia Hiſ

& ſupinam auctoris ignorantiam redarguit.

E paniaque peruagati ſunt. Quæ verba eo libentius hic inſerui, ut ex eorum ſpecimine innoteſcat, quam ſupina fuerit auctoris ignorantia, qui Martialem Auſonii magiſtrum Petro, moxque ſui oblitus, diſcipulum Valeriano Imperatori coævos facit. Quid quod Aptonium fratrem Auſonii, ejuſque in Epiſcopatu ſucceſſorem aſſerit? Inter quos, ducentos & quinquaginta annos intercеſſiſſe palam eſt. Quid etiam quod Martialem, & Auſonium Lemovicæ agentes navem conſcendiſſe, & maritimo itinere Mauritaniam Santonum oppidum inviſiſſe affirmat? Ait inſuper auctor compendii illius, Engoliſmam urbem ab Wandalis ſeptennio & menſibus ſex obſeſſam, tandem nebula circumtectam, & ab oculis obſidentium ereptam, Numinis præſidio defenſam eſſe, ipſoſque Wandalos ibidem mutuo ſe ad internecionem confodiſſe. Quod quam à veritate alienum ſit, ex Gregorio & Aimoino Gallicarum rerum ſcriptoribus conſtat: qui Wandalos tunc temporis per totam Galliam graſſatos, inſigniores quaſque urbes funditus evertiſſe, poſtremoque apud Arelatem à Mario, cohortium Romanarum Præfecto, profligatos, auctores ſunt: neque tam inſigne miraculum (ſi uſquam contigiſſet) reticuiſſent. Plane

F ridicula videri poteſt apud eumdem auctorem Angeli aſſertio, omnibus qui Chriſtiani facti, & bene operati in cœmeterio divini Auſonii tumulati fuiſſent, vitam æternam pollicentis. His addo nonnulla miracula, quæ ibidem fuſius recitata conſulto omiſi, aut uno verbo perſtrinxi, quod omnino aniles fabellas olerent, nec rem Chriſtianam promovere mihi viſa ſunt. Hæc te admonitum volui, benevole lector, ut intelligeres me non temere in meſſem alienam manum injeciſſe. Scio (gratia Deo) quid veterum ſcriptis tribuendum ſit, in his præcipue quæ ad religionem attinent. Verum in re tam clara cœcutire non oportuit.

atque correctionem promiſit.

eorumque precipuos enumerat,

9 *Ita ille, anno* MDLXXVI *Kalendis Decembris, ſuum iſtud opuſculum offerens* Reverendo in Chriſto Patri & Domino Carolo à Bony, Engoliſmenſis Eccleſiæ Epiſcopo, *per Epiſtolam dedicatoriam, quam, & ſimul ejus Præfationem iſtam, ipſamque Vitam hactenus ineditas, Franciſcus Boſquetius Prætor Narbonenſis dignas cenſuit inferi ſuis Eccleſiæ Gallicanæ Hiſtoriis, anno* MDCXXXVI *editis, utpote ſcriptas ex ſua de primis Galliæ Apoſtolis ſententia: quam ſententiam ab Henſchenio noſtro expenſam, & pro veroſimiliori acceptam vide ad diem* XXX *Aprilis,*

itaque edidit Boſquetius ex Ms.

A lis, ubi de S. Eutropio, *Santonenſi Epiſcopo ſimilis plane movetur quæſtio. Nolo tamen diſſimulare, pro contraria & Gallis paſſim gratiori opinione extare viri æque ac Boſquetus eruditi, Petri de Marca, Epiſtolam ad Henricum Valeſium, editam anno* MDCLVIII, *quæ nobis occaſionem dabit denuo rem totam ſepoſito nationali affectu, ad examen revocandi* XXX *Iunii ante Acta S. Martialis, tamquam magis proprio loco. Vbi ſi communis ſententia pro qua Lemovicenſes in prædicta Synodo velut pro aris ac focis pugnant, prævalere poſſe probetur; longius etiam ab ætate S. Martialis recedet ætas* S. Auſonii. *Nunc, quod hunc ſpectat propius conſidero verba accepta* ex eodem, (*ut Corlæus loquitur*) Vitæ Compendio, *quod antea nominabatur*, Commentarius, qui circumfertur vice Legendæ; *& cogor non ſine admiratione credere, primigeniam Legendam Corlæo viſam non eſſe, ſed interpolatam dumtaxat ab aliquo, qui tum illa de Wandalis ex ſe adjecerit, tum alia quædam fortaſſis immutarit (ut eſt* ſeptuagenaria *ætas matris, cum vetus Legenda dicat, quod parentes Sancti* ſexaginta & ſex annorum curriculis fructu ventris privati *fuerint, unde ſequeretur ut minimum octogenariam matrem fuiſſe cum peperit) tum denique addiderit fabellam de cœmeterio, in eadem veteri Legenda non inveniendam, ſed in Actis Sanctorum Hibernicorum nimis quam ſæpe occurrentem; ut ſuſpicari quis poſſit, Compendii auctorem, ſi non ex Hibernis, ſaltem fuiſſe ex Britannis Armoricis, eâdem fere qua illi ſimplicitate nimia de Sanctis credere & ſcribere olim ſolitis. Nunc Corlæi compoſitionem exhibeamus, cum antiqua Legenda poſtea conferendam.*

compendiũ eorum ſecuti.

B

VITA NOVA

Auctore Franciſco Corlæo.

Ex editione Franciſci Boſqueti.

Natus parentibus Gentilibus,

1 BEatus Auſonius Mauritanæ Santonum oriundus fuit, nobili quidem genere ſecundum ſeculi dignitatem, Gentili tamen. Quippe Albinus ejus pater, loci Dominus, opibus & clientelis præpotens, majorum ſuperſtitionem ſecutus, nullam veri Dei notitiam habuerat: quamvis aliunde, & quantum paganica ſinebat religio, vir bonus & prudens; qui ſatagens de filio, ſic eum à prima ætate erudiendum curavit, ut præclaræ animi dotes jam inde à puero in illo apparerent, ſigna prænuntia eorum, quæ Deus poſtmodum in homine implevit. Nam quamvis primas inter coævos adoleſcentes, propter prærogativam honoris, teneret; ſic ſe in mediis deliciis & voluptatum illecebris continebat, ut jam Chriſto regeneratus intelligi poſſet, purus & integer ab his vitiis, quibus illa ætas implicari ſolet. Multa illi circa ſocios benignitas, multa erga egenos caritas, multa erga ſuperiores humilitas, & patientia vel ultra humanum modum; ut non mirum videri debeat, quomodo tam cito Chriſtum animo conceperit, qui ultro ſe veræ pietatis candidatum profitebatur.

C

ſed à S. Martiale cũ iis converſus,

2 Vivebat tunc temporis, miraculis & ſanctitate clarus, Martialis Lemovicum Epiſcopus; qui (ſi Gregorio Turonenſi Epiſcopo credimus) durante Deciana perſecutione, cum ſex aliis Epiſcopis ad prædicandum in Gallias miſſus fuerat. Ille boni Paſtoris functus officio, ovile ſibi commiſſum luſtrando, vicinas urbes & locos circuibat, Burdegalam, Pictaviam, & Santonas. Qui cum Deo inſpirante Mauritaniam veniſſet, hoſpitioque acceptus ab Albino & Eugenia uxore ejus Chriſtum eis annuntiaſſet, ita protinus in eorum animis divini amoris ignis exarſit, ut ſtatim abjectis idolis Chriſtum profiterentur, baptiſmateque ſancto cum filio & tota domo irrorata, Auſonium Martiali inſtituendum commendarent. Sicque adoleſcens Auſonius, famulatui veri Dei mancipatus, & ſacræ doctrinæ factus auditor, non eſt credibile quantum in ea modici temporis ſpatio profecerit, qualis virtutum cumulus ei acceſſerit. Non illi curæ ſunt opes, non prædives devolvenda hereditas, non ſodalium familiaritas. Unus illi omnium inſtar Dominus Jeſus, quem redamet & colat, pro cujus nomine paratus ſit vel ſanguinem effundere. Sed aliquantum poſt temporis admonitus in ſomniis, ut ſuos, inter quos plures adhuc gentilitas detinebat, religioſa ſolicitudine viſitaret; de conſenſu magiſtri profectus patriam repedavit; multoſque ex propinquis & popularibus ſuis ab idolorum ſervitute liberavit, eis prædicans Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Quæ Martialis intelligens, diſcipulo redeunte gratulatus, admonituſque Dominum Auſonii velle uti opera, impoſitis manibus & Diaconatus officio, eumdem circa urbes propinquas dimiſit ad ſeminandum ſemen Euangelicum.

D

illi adhæſit:

Engoliſmæ prædicans,

3 Erat tunc temporis urbs Engoliſma cum toto adjacenti pago idolis dedita, & ſub ditione Imperii Romani à Garrulo Præfecto adminiſtrabatur. Huc ergo divertit Auſonius, jecitque prima Eccleſiæ Engoliſmenſis fundamenta, primus ea in urbe Chriſti Apoſtolus; occultus tamen initio propter metum Paganorum: Garrulo autem erat ſoror nomine Caliga. Hæc cum ad marginem fluvii Carantonæ, radicem montis cui urbs impoſita eſt allabentis, cum coævis puellis ſpatiaretur; erupit è fluviali ſpecu ſub ſpecie draconis dæmon nequiſſimus, irruitque in pavidam virginem, & diu vexatam ſimilem reddidit exanimi. Ecce puellæ corpus moribundum ferebatur fratri præſentandum; cum ille miſerandi caſus jam factus certior, occurrit in via, deos ſuos objurgans. Fit concurſus multitudinis, ingens lactus undique. Tum B. Auſonius, tempus adveniſſe intelligens, quo onus ſibi commiſſum propalam exequeretur, plenus Spiritu ſancto ſe in medio populi protulit, confiſuſque de ſuperna virtute, & memor verborum Domini qui dixerat, Si quid petieritis Patrem in nomine meo, ille dabit vobis; ad Præfectum verba dirigens ait: Ne triſteris, Garrule; potens eſt Deus levare virginem ab immundo ſpiritu; ſed & animas veſtras, ſi conſenſeritis: crede, & liberabitur ſoror tua. Ad quem Garrulus: Quiſnam deorum habet tantam poteſtatem? Et Auſonius: Dominus Jeſus Chriſtus, qui ſpiritibus dominatur. Et Garrulus: Quis eſt Dominus Jeſus? Auſonius ait: Is eſt, quem prædicat potens in verbo & opere Martialis. Et ille: Ecce paratus ſum credere, ſi fiat mihi ſecundum verbum tuum. Tunc beatus Apoſtolus, manibus in cœlum elatis, ait: Deus optime maxime, pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, apud quem non impoſſibile eſt omne verbum; reſpice in faciem dilecti filii tui, qui reſeratis inferi portis ſuos inde abducens, tenebrarum principem domuit; cui omne genu flectitur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum; inque ejus reverentiam dignare hanc puellam, à perſequente diabolo mundatam, vitæ meliori reſtituere; ſimulque excæcatos cordis oculos populi hujus, radiis juſtitiæ tuæ illuſtrare; ut cognoſcat te unum & verum eſſe Deum, datorem perennis vitæ æque ac mortalis. Additque apprehenſa virginis manu; Adjuro te, immunde ſpiritus, in nomine Domini Jeſu Chriſti, ut ab hac puellula innoxius recedas, & demergaris non reverſurus in ſpecum tuam. Quo dicto frendens ille, aſſumpta iterum draconis forma, videntibus cunctis proſiluit, inque fluvium demerſus eſt; puella autem in pedes conſtitit, dans honorem Deo.

E

Præfecti ſororem à diabolo obſeſſam liberat:

4 Tunc Præfectus cum omni turba adſtantis populi

F

A puli ait: Quid moraris, Auſoni, nos Chriſtianos facere? Ecce ſervi Dei tui, & Dei noſtri. Quibus ait Auſonius: Audite viri Engoliſmenſes, conſervi & cohæredes regni Dei; vidiſtis quæ Dominus Ieſus per manus noſtras facere dignatus eſt. Nos quidem miniſtri fuimus voluntatis ejus, ille vero auctor operis noſtri; ut per hoc credatis, quia eſt Dominus omnipotens, qui fecit cælum & terram & omnia quæ in eis ſunt; qui permiſit inimico humani generis ſathanæ, ut ſub ſpecie ſerpentis, quemadmodum & primis parentibus noſtris, vobis inſidiaretur: hic ſerpens, qui Caliagæ vim injecit, diabolus eſt, qui tamquam leo rugiens circuit vos, quærens quem devoret: huic Deus dedit poteſtatem nocendi immerenti virgini, ut per hoc liberemini in poſterum ab illius ſervitute, cum intelligitis quam potens, pius, & miſericors ſit Dominus. Credite ergo in Deum, & ejus Filium Jeſum Chriſtum: credite in Spiritum paracletum: accipite ſanctum baptiſma, quo ſignati tuti ſitis à ſerpente inviſibili. Hiſque dictis omnes in dicto fluvii margine lavacro regenerationis perluit. Quod audiens S. Martialis, qui Lemovicis manſionem faciebat, & quanta Dominus operatus fuiſſet per Apoſtolum ſuum; gratulabundus diſcipulo & novæ in Deo Eccleſiæ, venit Engoliſmam, ut animos adhuc infirmorum Deo ſtabiliret, confirmaretque adverſus inſidias non credentium Gentilium. Quo in loco cum per aliquos dies moratus fuiſſet, prædicans regnum Dei & cum idololatris diſputans, videns non eſſe bonum fideles ſine Paſtore manere, ad inſtantiam eorum B. Auſonium eis præfecit Epiſcopum, eique commendata Chriſti Eccleſia in propria reverſus eſt.

& inſtructos baptizat:

B

creatus Epiſcopus

5 Jam vero ſumpto Epiſcopatu, qualem vir Dei ſe, quantumque præſtiterit, non eſt noſtræ facultatis evolvere; quantumque animarum profectum fecerit, accurrentibus undique ex circumjacenti regione nobilibus & ruſticis ad verbum Dei audiendum; adeo ut paſſim multæ erigerentur eccleſiæ, cum hactenus in illis regionibus nomen Chriſti pene inauditum fuiſſet. Inprimis pia & devota virgo, Garruli ſoror, quæ ab immundo ſpiritu liberata fuerat, adjunctis ſibi aliquot nobilibus puellis virginitatem profeſſa, locum, in quo orationi vacaret, à beato Epiſcopo meruit accipere extra urbem, à parte Occidentali ad primum lapidem, ubi & præſtante fratre ædificare curavit eccleſiam. Ipſe quoque Epiſcopus aliam fidelibus convocandis & ſacris peragendis conſtruxit intra urbem, parte meridionali prope muros, beatæ & incomparabili Virgini Mariæ conſecratam, quam ſub nomine S. Mariæ de Pagina ad noſtra uſque tempora reſervavit. Sed & multa alia miracula B. Auſonium feciſſe, retulit nobis antiquitas: inter quæ in villa Vernenſi, cæcum lumini reſtitutum narrat, Petragoreumque Sigilbertum, manſuefactione urſi ad fidem converſum, & plurima id genus; per quæ vir Dei prima eccleſiæ Engoliſmenſis fundamenta jecit, quæ brevitatis amore prætereo.

multas curat conſtrui eccleſias,

C

cæcum illuminat,

6 Sed nequaquam reticenda eſt virginis Calefagiæ hiſtoria, quæ nobili orta ſanguine, abundabat opibus, ſanitate privata; quippe quæ perpetuo ſanguinis fluxu laboraret. Ad hanc pervenerat fama eorum, quæ Dominus indies per Apoſtolum ſuum edebat miracula: nec mora, jubet parari rhedam, quam plena ſpei bonæ conſecutit aditura virum; in ipſoque inſtanti, fluxus ejus ſedatus eſt. Aſſidebat illi comes Arcadius, qui à propoſito dimovere puellam conabatur, docens quanta in medicis & ſortilegiis impendiſſet; inveteratum morbum nulla ope ſanari poſſe. Cum ecce ipſe morbus Arcadium invadit: ita ut qui nuper incolumis dominæ de medico detrectabat, jam ultro æger ad vota uſque eum

ſanat fluxum ſanguinis,

concupiſceret. Quid amplius? Convenit Auſonium Calefagia, ei ſiſtitur Arcadius moribundus; hic præ infidelitate ſua, illa jam dudum per fidem à morbo ſæviente mundata: hic reatum fatetur, opem implorat; illa fidem augeri, confirmarique valetudinem efflagitat: uterque voti ſit compos, mundatur uterque, mentemque ſanam in corpore accipit ſano: fiunt Chriſtianæ Calefagia & Arcadius (diſpari tamen gratia) & tota Calefagiæ familia. Ab illoque tempore dicta virgo, patriæ & ſuorum oblita, Dei ſervitio mancipata eſt: comeſque Caliagæ individua facta, ambæ virgines calore fidei accenſæ, ambæ ſacri velaminis benedictionem expectantes. AUCTORE CORLÆO.

7 Virgines ergo Caliaga & Calefagia cum cœtu nobilium puellarum vacabant orationi & jejuniis, tam mente quam corpore recluſæ in ædicula ad id conſecrata, & à beato Epiſcopo conceſſa, ad primum urbis lapidem, ut dictum eſt, virginitatem quidem jam dudum profeſſæ, ſed nondum velatæ, quod exequi vir Dei differebat, quoad eorum perſeverantiam & zelum cognoſceret. Quo demum perſpecto, die ad id deſtinata, convocato populo introduci virgines jubet, & quid peterent interrogat. Dicentibus illis, ſe cupere Domino conſecrari; imponens velamen ſuper caput earum & comitantium virginum, eis benedixit, dicens: Deus plaſmator corporum, efflator animarum, qui ætatis aut ſexus acceptionem non habes, nec ullam conditionem gratia tua ducis indignam; ſed omnium æqualis es creator ac redemptor; tu has famulas tuas, quas ex omni numero gregis bonus paſtor ad conſervandam coronam perpetuæ virginitatis eligere dignatus es, & quæ futuris ſeculis illis ſuccedent in hac domo tua virgines, tuæ protectionis ſcuto circumtege; ut vincentes carnis illecebras & mortalia connubia reſpuentes, inſolubilem filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti copulam mereantur. His petimus, Domine, arma ſuggeras, non carnalia, ſed ſpiritus virtute potentia, ut in earum corpore te muniente non poſſit dominari peccatum; atq; ſub tua gratia vivere cupientibus, nihil ſibi humani generis hoſtis de his vaſis jam tuo nomini conſecratis valeat vindicare; omnem etiam genuinum calorem imber gratiæ tuæ cęleſtis extinguat, lumen vero perpetuæ caſtitatis accendat; facies ſcandalis pudica non patear, nec incautis negligentia occaſionem prębeat delinquendi, ſitq; in his cauta virginitas, ornata pariter & armata fide integra, ſpe certa, & caritate ſincera; ut prępparatis animis ad continentiam virtus tanta præſtetur, quæ ſuperet diaboli univerſa figmenta, præſentia contemnendo futura ſectetur, jejunia epulis præferat, lectiones ſacras choreis anteponat; ut orationibus paſtæ, eruditionibus expletæ, vigiliis recreatæ, opus gratiæ virginalis exerceant: his virtutum armis has famulas tuas interius exteriuſque communiens, præſta inoffenſum curſum virginitatis, ut hunc implere per Dominum Jeſum Chriſtum valeant, cum quo eſt tibi honor & gloria in Spiritu ſancto, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Cumque dixiſſent Amen, confectis myſteriis eas dimiſit.

Virgines in cœnobiolo Deo conſecrat:

E

F

8 Ceterum de moribus ejus, quanta cum humilitate pater cum filiis, paſtor cum ovibus converſatus fuerit; quanta ejus gravitas in implenda Epiſcopali dignitate, in emendandis vitiis auctoritas; qualis fides, zelus, & omnium virtutum exemplum in eo apparuerit, ſi vellemus dicere, victi materiæ mole ſuccumberemus. Nam etſi facta illius explicari verbis utcumque poſſint, interiorem vitam illius, & quotidianam converſationem, abſtinentiam in jejuniis, perſeverantiam in vigiliis & orationibus, in ærumnis conſtantiam, animum cælo ſemper intentum, nullumque vacuum ab opere Dei tempus, nulla unquam explicabit oratio. Nemo unquam illum vidit fractum,

omni virtutum genere claret,

AUCTORE CORLÆO.

fractum, nemo commotum, nemo mœrentem, nemo ridentem: unus idemque ſemper, cæleſtem quodammodo lætitiam vultu præferens. Nihil in illius ore niſi Chriſtus, nihil in corde niſi pietas, pax, & miſericordia. Sermo illius, omnes mundi hujus illecebras & onera relinquenda, abnegandos noſmetipſos, Chriſtum inſequendum. Jam quid ille pro ſpe æternitatis non pertulerit, famis, vigiliarum, nuditatum, jejuniorum? quæ non ſenſerit invidorum opprobria gentilium, infeſtationes? quid non ſuſtinuerit laborum, pro irriganda Domini quam plantaverat vinea? Hæc cum vir Dei jam per aliquot annos feciſſet, feliciter functus Epiſcopali officio; providiſſetque pater ſedulus Eccleſiis ſub ſpecula ejus degentibus, Presbyteros, Diaconos, & Paſtores; pius Dominus, ærumnarum ejus miſertus, finem illi per glorioſum martyrii exitum imponere voluit, qui contigit in hunc modum.

10 Olim populi erant ſuperioris Germaniæ Wandali, gens barbara, cæde & rapina victitans, qui perſæpe in Gallias aliaſque Imperii Romani partes irruptionem fecerunt. Prima illorum irruptio fuit tempore Valeriani & Galieni Imperatorum, anno ſalutis circiter ducenteſimo ſexageſimo, Duce Chroco: ejus geſta nefaria, & vitam paulo altius repetere non abs re eſſe exiſtimo. Hic vere Scytha natione
B & moribus, nihil præter ſanguinem & cædes ſpirans, aliquando à matre (non abſimilis naturæ femina) quæſiiſſe fertur, qua re potiſſimum æternam famam inter mortales ſibi parare poſſet. Dicente illa perpetuum nomen ſibi comparaturum, ſi quæque præclara famoſaque ædificia, urbeſque ipſas cum habitatoribus funditus everteret; adjuncta ſibi ſui generis perditorum hominum manu non modica, tranſverſaque Germania, Gallias adortus eſt, jam inde à tempore Julii Cæſaris alta in pace degentes, nec ſibi quidquam metuentes. Et primo apud Moguntiam (ut verbis Aimoini hiſtorici utar) ponte tranſiens, ipſam urbem miſerabiliter delevit: inde iter ad Metenſem urbem deflexit, cujus muri nocte, quæ diem adventus ejus præcedebat, divino nutu ſponte ruentes, viam irruptoris aperuerunt. Incertum utrum hanc divina dignatio flagitioſis & impœnitentibus invexerit calamitatem civibus, an forte, ut infandiſſimi homicidæ juſta acceleraretur perditio, quo cæleſtia putans opitulari ſibi ſuffragia, eo contenderet audacius ubi impii auſus merita lueret ſupplicia. Civibus denique Metenſibus uſque ad internecionem deletis,
C Treviros properat: inde univerſas Gallias pervagatur, præcipuaſque urbes, inſigneſque antiquitate aut opere ædes funditus ſubvertit: inter quas fuit & delubrum illud apud Arvernos celebratiſſimum, quod Gallica lingua Vaſſo appellatum memoriæ tradit Gregorius Turonum Epiſcopus. Fuit quoque iſta urbs Engoliſma, pluresque aliæ non ignobiles civitates, quibus inceniis & dirutis, filius hic perditionis, nefandi patrator ſceleris Chrocus, cum tandem Arelatum urbem perveniſſet, interceptus à Mario Narbonenſis provinciæ Præfecto, deleto exercitu comprehenditur: perque urbes, quas everterat, ludibrio circumductus, immanis hoſtis omnium tormentorum genere excruciatus, pœnas, quas immerentibus populis inflixerat, miſeranda morte luit.

in irruptione Wandalorum Duce Chroco,

& Engoliſma ab iis obſeſſa,

11 Urbs ergo Engoliſma ab Wandalis obſeſſa eſt, in quam vicinarum regionum incolæ ſe cum ſuis receperant, ſcilicet munita arte & natura & loco, Nec ea ſtatim Chrocus potitus eſt, tam aeriter reſiſtentibus civibus, & pro ſalute & liberis ſacriſque ipſis depugnantibus, quam inſolenter urgente hoſte immaniſſimo. Hic omni arte & dolis oppugnabat pavidam civitatem: tuebantur ſe cives loci opportunitate, ſeſeque intra murorum clauſtra continebant, omni illis intercluſo exitu. Pius imprimis Epiſcopus, non tantum armis fidei ſe tegens, indeſinenter pro populo preces & lacrymas fundebat ad Dominum. Sed & muros circuibat, conveniebat unumquemque, monebatque ut forti animo crudelem Chriſtiani nominis hoſtem propulſarent. Denique tam Ducis providi, quam boni Paſtoris fungebatur officio, parans ipſe pro ovibus animam dare. Verum cum jam tamdiu protracta fuiſſet obſidio, ut cibaria obſeſſis penitus defeciſſent; Auſonius, nullum amplius eſſe reſiſtendi locum intelligens, populum convocat & ſolatur, dicens: Cariſſimi fratres, multifariam Deus populum ſuum affligi permittit, aliquando ad gloriam nominis ſui, ſæpius ut probet caſtigetque. Quoquo modo ſit, laudandus Dominus, voluntatique ejus obſequendum eſt. Ne turbemini ergo de ruina veſtræ urbis: ſi noſtri cauſa hæc accidunt, peccatores ſumus graviora merentes; ſi Deo nos noſtraque gloriæ ſuæ inſervire placet, quis illi invidebit, quando ipſius opus ſumus? quis non gaudebit, quod dignus habitus ſit pro nomine Jeſu contumeliam pati? Soli non ſumus, quos viſitavit Deus; ecce tota fere Gallia pari calamitate perculſa, tradente Domino, in manus impiorum pervenit:
E Meliores non ſumus fratribus noſtris, omnes inique egimus, inveximuſque iram Dei ſuper nos: ſed pius & miſericors Dominus quærentibus eum. Cedendum itaque eſt tempori, parendum Dei ordinationi, deprecandus hoſtis ſi forte veſtri miſereatur. Hominem conveniamus; ecce præibo vos: quantum ad me attinet certus ſum non vitaturum hoſtiles manus: ſed & cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto, cupio pro vobis victima fieri. Nam expedit aliquando ut unus moriatur pro multis. Expedit ut unius ſanguine trueulenti Chroci ira ſatietur, ne tota hæc plebs pereat. Sinite jam teſtem me eſſe apud hoſtes fidei eorum quæ annuntiavi vobis, ut & credatis, quia vera dixi.

conſolatur cives:

12 Hæc illo dicente dolor & luctus invaſit mœrentem populum. Eia, dicebat, cur nos Pater deſeris, aut cui nos deſolatos relinquis? Invadent gregem tuum lupi rapaces, & quis eos perculſo Paſtore prohibebit? Tunc ille converſus ad Dominum ait: Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſabo laborem, fiat voluntas tua. Deinde ad populum ait: Filioli, non jam eſtis ovile meum, ſed Chriſti; ille providebit gregi ſuo, eamus. Aſſumptaque plebe, Pontificalibus indutus ornamentis,
F Cleroq; comitatus, proceſſit ad portam urbis Orientalem, quæ Petragorica nuncupatur, ubi Chrocum habere tentoria ſciebat: & reſerata porta ſignum hoſti dedit velle ſe eum alloqui. Ecce ille advolat, ſtipatus denſo ſuorum agmine, plenus minarum, ſanguinem ore ſpirans: cui B. Auſonius ait. Invictiſſime Rex, Deus propter delicta tradidit tibi nos: tu homo memineris nos homines eſſe: ſi in te quidpiam peccatum eſt, Ego ſum, Ego ſum, qui teſtis tibi obſiſtere volui. Ipſe ſum, qui peccavi; parce innocenti plebi, condona furorem tuum ſupplicibus. Cui Chrocus: Eſne ille impietatis Chriſtianæ aſſertor, qui conſiliis meis tamdiu obſtitiſti? Qui plebeculam hanc vanis Dei tui deliramentis infaſcinaſti? Num ſcis me eſſe Deum & deorum nuntium? Auſonius dixit: Chriſtianus ſum, & Epiſcopus, novi unicum & verum Deum, qui fecit cælum & terram; huic nos Chriſtiani deſervimus, hunc deprecamur diebus & noctibus pro nobis, & pro te ipſo, Rex, & pro omnibus hominibus. Chrocus dixit: In hac ergo voluntate perſeveras? Auſonius dixit: Bona voluntas, quæ Deum novit, mutari non poteſt. Chrocus ait: Da honorē diis immortalibus. Auſonius dixi

accedit ad Chrocum:

fidem profeſſus occiditur,

A dixit: Non faciam. Chrocus ait: Ergo morieris. Auſonius reſpondit: Fac quod libitum eſt, in re tam injuſta nulla eſt conſolatio. Tunc Chrocus eum apprehendi, & capite plecti juſſit. Et ita beatus Epiſcopus paſſus eſt, ejuſque corpus clam ſublatum à Caliaga & Calefagia virginibus, inque conſtructo ab his delubro ſepultum à parte ſeptentrionali non longe à porta. Paſſus eſt autem beatiſſimus Auſonius Martyr die XI Kalendas Junii, Galieno imperante, regnante vero Domino noſtro Jeſu Chriſto in ſecula ſeculorum. Amen.

ſepelitur.

ANNOTATIO.

Veriſimilitudo talis narrationis,

Habes, lector, compoſitionem novam Corlæi, ſi non veram, ſaltem majori ex parte ſimilem veræ, quatenus in ea nihil inſulſum, nihil certiori veritati evidenter repugnans; modo patienter ferant Lemovicenſes S. Auſonium *ſub* Chroco *paſſum, diſcipulum dici* S. Martialis; *vel Engoliſmenſes ſinant, pro Martiali accipi quemcumque ejus ſucceſſorem. Facile autem excuſabis, quod pro* Alemannis *ſive Suevis, quorum Rex fuit* Chrocus, *nominentur* Wandali; *ſicuti pro* Wandalis *quandoque nominantur* Hunni; *confundentibus Auctoribus nomina Barbarorum, qui*

B *Gallias ſucceſſive populati ſunt.* Garruli *Præfecti nomen, riſum movere alicui poſſet, qui neſciret* Tetricos, Injurioſos, *& alios æquæ infauſtæ appellationis plures, in Hiſtoria eccleſiaſtica Galliarum citra controverſiam legi.*

facile à quibuſdã ſcrupulis expeditur:

Caliaga *&* Calefagia, *vera quoque nomina eſſe potuerunt, licet vulgari uſu, à primigenia Græca formationis rectitudine aliquantum detorta. Græcis autem vel Latinis nominibus, ſeculo in quo verſamur* III, *ſic uſos Aquitanos, ut barbararum ex veteri Gallicanâ linguâ, tunc prorſus abolitâ, nomenclationum nulla uſpiam appareant veſtigia, in confeſſo eſt. Quomodo igitur, inquies, recipietur* Sygilbertus *ille Petragoricenſis, Francica procul dubio ſeu Teutonica originis nomen, æquæ ac nomen* Gratulfi, *inter nominandos infra Auſonii Presbyteros recenſiti? Dicetur; hujuſmodi appellationes, in Gallias eatenus intactas à Barbaris, potuiſſe irrepere, ſaltem paucas, occaſione Legionum Romanarum, à cuſtodia Rhenani limitis redeuntium, quibus ex ipſis Barbaris admixti aliqui Romanis adhæſerint: & ſic etiam iſti ſcrupulo occurretur.*

Reſtat tamen ut videamus, utrum, poſita & admiſſa, quam Corlæus Actis S. Auſonii *induxit, veri ſimilitudine, reſecando manifeſte falſa; cetera debeant, aut ſaltem prudenter poſſint recipi ut vera. Ego Corlæo atque Boſquetio multum defero: tamen, ſalva unicuique aliter judicandi*

C *libertate, cenſeo; complures quidem fabulas, Sanctorum veſtitiorum Vitis, poſt aliquot ſeculorum decurſum compoſitis, temere admixtas, & ab hominibus ſimplicibus bona fide traditas poſteris, habere aliquod in vera hiſtoria fundamentum; proinde non inutiliter ea quæ veri ſpeciem habent à manifeſto falſis ſecerni per conjecturam (quod & nos ſæpe conamur facere) ſed conjecturam hanc eatenus ſolum eſſe probandam, quatenus ut conjectura profertur, non autem ut certa hiſtoria. Cum vero ab Officiis divinis aliiſque rebus ſacris conveniat abeſſe, non ſolum manifeſtam falſitatem, ſed etiam juſtam illius prudentemque formidinem; numquid non longe conſultius foret, de Sanctis, de quorum Vita geſtis, nihil ut verum dici niſi per conjecturam poteſt, nullas proprias Lectiones uſurpari, aut pro concione exponi*

obſtat fabuloſitas Legendæ veteris, quæ ideo in lucem datur.

populo; ſed omnia de Communi dici ac fieri? Tunc autem jure prudenterque formidamus, ne quid omnino gratis confictum ſit, licet alioqui non ab ſimile vero; cum ejus nulla aliunde habetur notitia, quam ex narrationibus manifeſto fabuloſis. Talem autem eſſe veterem S. Auſonii *Legendam, adeoque nihil omnino ei tuto credi, ut intelligas; ſicut alias quandoque, ſic etiam hic expedit, originalem textum protrahi in lucem; qui quamdiu latet, nequit prudens ferri judicium de accepta inde relatione, & diſſimulante omnia quæ poſſent rem ſuſpectam facere. Prius tamen quam veterem Legendam exhibeam, monitum te velim; non eo primitus ordine, quo nunc invenitur, ſcriptam videri: ſed cum eſſet in Lectiones pro die feſto & per Octavas partienda, placuiſſe ut in feſto recitaretur quod in Legenda primum erat & ultimum, de nativitate, ordinatione & paſſione Sancti: poſtea vero per Octavam miracula. Quomodo cum deinde conſequenter, abſque Reſponſoriis intercurrentibus, ſeorſim deſcripta eſſet Legenda, apparuit ordo, ut nunc eſt, perturbatus. Nolo tamen ex hac tam veroſimili conjectura mutare quidquam.*

D

ne tamen illa fidem obtineat ut vera,

VETUS LEGENDA APOCRYPHA

Ex antiquo Ms. monaſterii S. Auſonii.

Gentilibus & ſterilibus parentibus

1 SAnctus tam Deo quam hominibus placitus Auſonius, in territorii Aquitanici oppido, quod dicitur Mauritania, præſentis ſeculi ſumpſit exordium; parentibus juxta originis dignitatem genere clariſſimis, gentilitatis tamen erroribus adhuc implicatis. Verum quia juxta Euangelicam vocem, potens eſt Deus ex lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ; iidem parentes, ſpiritus divini timore ſuccenſi, cœperunt deſpectis idolorum cultoris creatori potius E ſervire, quam creaturæ. Albinus igitur ſancti viri genitor, mater vero Eugenia, ſexaginta & ſexannorum curriculis fructu ventris privati, quotidianis Dominum exorabant precibus, quatenus eis ſobolem dare dignaretur. Hæc iis precibus proinde continuis orantibus, directus divinitus [Angelus eſt] luce clara conſpicuus, cujus fulgore perterriti, penitus nihil poterant loqui, quique eos ita cœpit alloqui: Ne timueritis, quoniam exaudita eſt oratio veſtra. Agnoſcentes autem vocem Angeli, cœperunt glorificare Deum, dicentes, Vere Dominus Angelum ſuum miſit nobis, cujus exhortatione roborati, novimus petitionem noſtram à Deo exauditam. Talia illis perorantibus, Angelus Domini benedicens eis, diſparuit protinus. Confirmati igitur ſimul allocutione & Angelica benedictione, tertia poſt hæc noctis quiete, ejus munere de quo dicitur, Omne datum optimum Iac. 1, 17 & omne donum perfectum de ſurſum eſt; Eugenia, tunc temporis nobiliſſima matrona, concipiens duplici fecundata partu, duplicibus ſe poſtmodum gaviſa eſt muneribus ditatam, dum in uno partu gemellis ditata eſt filiorum proventibus. Paululum igitur ante partum iterum adeſt Angelus Domini, & ita mulierem alloquitur: Eugenia! Cui illa reſpondit; Quis es Domine: Ad hæc ille. Ego ſum, inquit, F Angelus Domini, miſſus ad te. Et adjecit; Antequam noctis hujus caligo in lucem prorumpat, noveris te geminos filios parituram, quorum alter Auſonius, alter nuncupabitur Aptonius, in tutelam & ſalvationem Mauritaniæ, ac totius patriæ iſtius. His Angelicis venerabilis femina roborata ſermonibus, juxta condictum, paulo ante lucem geminos enixa eſt filios.

ab Angelo proles promittitur:

quæ eis gemina naſcitur.

2 Succedentibus autem temporibus, cum necdum Chriſtianæ Religionis documentis Galliarum ſive Aquitanorum provinciæ illuſtrarentur; ne ignorantiæ tenebris diutius circumfunderentur, accidit B. Petrum, Apoſtolorum Principem, diverſis Italiæ atque Galliæ urbibus diverſos deſtinaſſe Antiſtites: qui divini verbi ſemina gentilibus erogantes, eorum corda ad functus bonorum operum reddendos vomere prædicationis exararent, & exarando ad fidei ſegetes referendas animarent. Inter ceteros vero imo ſuper ceteros, Galliarum urbi florentiſſimæ tunc temporis, quæ dicitur Lemovicas, primum miſit Antiſtitem, egregium per omnia Martialem, qui verbo prædicationis, cooperantibus miraculorum ſignis, Gentilium feritatem in divini cultus

A S. Petro miſſus Lemovicas Martialis,

converteret mollitiem. Cujus celeberrimæ prædicationis fama, clariſſimus, de quo nobis eſt ſermo, vir, Albinus ſcilicet ac illius illuſtris conjux Eugenia, id quod coluerant execrantes, cum jam cordis fide credidiſſent ad juſtitiam, ore autem necdum in publico confiterentur ad ſalutem, cum maximo rerum ſuarum apparatu, cum filiis ſuis atque familia copioſa, ad B. Martialem accelerant. Iis igitur viam ingreſſis, nutu Dei miſerantis, obviam facti ſunt B. Martiali, qui tunc Burdigalenſium & Mauritaniæ confinia gratia prædicationis adire properabat; cui clariſſimus Albinus & uxor ejus Eugenia, pedibus illius advoluti, clamare cœperunt, dicentes; Obſecramus te, beatiſſime & magiſter bone, ut baptizare digneris nos & filios noſtros omnemque familiam domus noſtræ, acceptis à nobis munerum ſpeciebus quamplurimis auri & argenti, purpureis quoque veſtibus ac ſericis. His auditis vocibus, egregius Martialis tam pueros quam eorum genitores omnemque familiam, in fide & nomine ſalutiferæ Trinitatis, baprizavit. Poſtquam autem confirmati ſunt in fide Domini Albinus & uxor ejus Eugenia, B. Martialis, ſumptis ſecum duobus prædictorum filiis, Auſonio videlicet & Aptonio, Burdigalam urbem expetiit; Prædicante vero eo, multi credentes Chriſto, baptizati ſunt in remiſſionem peccatorum. Conſilio inito prædictus Chriſti Pontifex Martialis, quia tunc temporis vicina ſibi urbs Engoliſmenſium pagano ſubjecta videbatur errori, præſertim cum nec tum ei Pontificalis conſtituta eſſet perſona, quæ prædicatione ſua eam ad Chriſtum converteret; aſſumpto Auſonio ad civitatem, de qua loquimur, properare cœpit; ingreſſique ſunt ejuſdem urbis territorium. Cumque illi civitati euangelizaſſent, & innumeram multitudinem Chriſti fidei ſubjugaſſent; Dei prævia gratia, concordi favore populi, prædictæ urbi B. Martialis inthronizavit Deo per omnia placitum Auſonium, præcipiens ei ut Paſtoralem Eccleſiæ curam gereret, & pro ovibus ſibi commiſſis, ſi neceſſe eſſet, animam ponere non dubitaret. Quibus conſummatis B. Martialis ad urbem Lemovicam regrederetur, gaudens & exultans in Domino, quod Eccleſiæ Dei præfeciſſet Pontificem, & gregi Paſtorem.

EX MS.

omnes baptizat:

Albini filios Engoliſmam ducit,

B

Auſonium Epiſcopum ordinat.

3 Tempore illo quo quædam infidelium perſecutio, è Germaniæ finibus egreſſa, Gallias populabatur; prædictæ gentis Rex cum exercitu validiſſimo Engoliſmæ aſtitit, eamque ſeptem continuis annis & menſibus ſex obſedit. Beatus vero Auſonius cum Germano ſuo Aptonio quotidie in eccleſia Dei orationibus vacabat, poſtulans à Deo, ut populus Chriſtianus ab eo mereretur defendi. Fames autem gaviſſima civitatem obtinuerat, ac cives vehementer beato viro imminebant, dicentes, magis ſe velle inimicis tradere, quam fame perire: quos vir Dei diſſimulanter differebat, & ea die interim Miſſarum ſolennia celebravit. Interea ſole occumbente & nocte ſuccedente, cœpit beatus Præſul optatam tamdiu & præmeditatam deſiderare Martyrii coronam. Hæc eo volente, Angelus Domini apparuit ei, & dixit; Auſoni, cum primum venturi diei aurora apparuerit, procede ad portam Orientalem iſtius urbis cum paucis tuorum; ego etenim ero tecum. Sum autem Angelus à Deo miſſus, ut annuntiem tibi cuncta quæ ventura ſunt tibi die craſtina; miniſtros vero tuos feſtinanter ad Regem dirige, qui ſibi tradendam hanc urbem denuntient. Fecit vir beatus ſicut Angelus ei intimaverat: & miſſis ad Regem nuntiis de urbis traditione inſinuat; qui his auditis lætus admodum efficitur. Nec ſic tamen furor animi ejus à beati Pontificis interfectione placari potuit: dixitque nuntiis, Ubi eſt Auſonius, auctor maleficiorum? Qui ajunt; Ecce ad portam Orientalem iſtius urbis.

C

Hic obſeſſa à barbaris urbe,

eam dedere juſſus ab Angelo,

Qui confeſtim ſumptis militibus illuc properat, invenitque ſanctum Dei ibi ſedentem. Volens autem Deus parcere civitati, & plebi Chriſtianæ in ea commoranti, nebula denſiſſima urbem cooperuit, in tantum ut ne veſtigium quidem ullum muri ipſius inſpicere potuiſſent. Interea dum S. Auſonius Angelo Domini præcedente ad ſiniſtram urbis partem forinſecus deambularet, obvius ei prædicti Regis gladiator extitit, qui Chriſtiano habitu eum amictum intuens, illico abſtracto gladio caput illius amputavit. Secutum eſt vero magnum & celeberrimum miraculum; nam prædictus Rex ejuſque exercitus, inſtinctu dæmoniaco in furorem verſi, in ſeipſos irruentes, uſque ad interemptionem magna ſe ſtrage occiſionis proſtraverunt. Angelus vero Domini apprehenſum caput beati Martyris poſuit illud in ipſius brachiis, dicens, Sequere me. Secutus autem Angelum Domini, cum jam paſſibus ſeptuaginta ſex à loco decollationis caput deportaſſet, ſubſtitit, jubente Angelo, ut, ſibi tumularia ibi fieret ſepultura. Quem locum idem Angelus per gyrum circumiens benedicendo ſanctificavit, & ſanctificando benedixit: quo in loco, præſtante Domino, innumerabilia deinceps patrata ſunt miracula. *a*

D

egreditur & capite plectitur.

E

a

4 Illis temporibus his in partibus quidam Regii honoris, nomine Garrulus, Reipublicæ dominabatur, potentia nimirum prævalidus. Quo appropinquante ex more ad civitatem timor invaſit populum, metuentem ne in ſe ſæviret, ſi diis ſuis non immolaret. Quos ſanctus conſolans Auſonius, ita alloquitur; Videte, filii mei, amatores Chriſti, ne timeatis, neque paveatis minas Ducis iniqui, neque colatis vana & ſuperſtitioſa idola, quæ colunt ſatellites ejus. Interea die poſt hæc tertia adveniens prædictus Garrulus à partibus Galliarum aliis, ad urbem devenit Engoliſmam; quam ut ingreſſus eſt, continuo ſuggeſſerunt ei cuncta quæ beatus Martialis in eadem urbe geſſerat, & qualiter in ea populis degentibus quemdam hominem ſuæ ſectæ ſuperpoſuerat, Auſonium nomine, quem Epiſcopum nominant. Hæc audiens Garrulus, iracundiæ furore ſuccenſus, talia ſibi decentibus ait; Quiſnam eſt, inquit, Auſonius? At illi ajunt, Filius extitit Albini Senatoris, genere nobiliſſimi, cujus uxor & iſtius mater genere clariſſima fuit Eugenia. His dictis juſſit Rex eum adduci ad ſe; cujus autem miniſtri pervenerunt ad locum, ubi Pontifex morabatur; quem unus ex militibus nomine Herculius ita alloquitur; Præcepto Regali ad te directi ſumus, quatenus ad aulam accedas Regiam, reſponſum redditurus; quiſnam te huc adduxerit, quiſve hujus civitatis curam tibi commiſerit. Cui Beatus reſpondit Auſonius; Dominus in cælo paravit ſedem ſuam, & regnum ejus omnibus dominabitur, Herculius, ait, Quis eſt iſte Dominus? B Auſonius ait, Creator & conditor cæli & terræ & omnium Creaturarum, quique propter nos, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælo, ut nos à poteſtate diaboli liberaret, & vitam æternam in cælis conferret. Hæc audiens Herculius, & dicta ſancti viri irridens, Deoq; non dans honorem, illico à diabolo arreptus cœpit dentibus fremendo ſe dilaniare, omneſque quos curſu aſſequi poterat ſciſſis veſtibus diſcerpere, baculoque quem tunc forte gerebat graviter cædere, Qua de re milites coacti, fortibus funium ligaminibus brachia manuſque illi ſtrinxerunt, ita ut ex unguibus ejus ſanguis effunderetur, ſicque Regiis eum ſiſtunt obtutibus. Quē cum intuitus eſſet, cœpit ſocios ipſius inquirere, qualiter hoc ei acciderit. Cui illi reſponderunt; Scis, optime Ducum, à te nos cum eo miſſos ad Auſonium, quatenus illum conſpectui tuo ſiſteremus; quem cum hic prior allocutus fuiſſet, & in multa pertraheretur confabulatio, ſubito arreptum

Garrulus Dux Gentilis,

Auſonium ſibi ſiſti jubet:

F

quod facturus miles obſideturà damone.

A tum eum vidimus à dæmone, qui ita eum, ut videtis, vexat.

7 Dux hæc audiens, missis iterum appritoribus jussit sanctum sibi sisti Ausonium, cui & ait: Quis sis & unde adveneris, cujusq; progenie ortus sis, quove censearis nomine, ne moreris pandere. *Ipse Dux visa 7ª loquela privatus,* Aliquam B. Ausonius, Pater, inquit, progenitus sum Albino, matreque Eugenia; ipse Ausonius vocor, & fidem Christianæ Religionis toto corde veneror & amplector. Hæc audiens Dux, ministris imperat vinciti eum manibus & pedibus, & projici in carcerem, ubi noctis obscuritatem umbrarum densitas obscuraret. Ministris hæc præparantibus, B. Ausonius dixit Regi; Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt; oculi Domini super justos, & aures ejus in preces eorum. Hæc dicente beato viro, statim Dux oculorum lumine simul & linguæ officio privatur. Cernens talia beatus Pontifex, cœpit dicere his qui eum eo erant; Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus. Interim B. Ausonius Psal. 127 Dominum exoravit, permanente Regis cæcitate, ut lingua ad loquendum solveretur; quod & factum est, B licet adhuc in incredulitate persisteret. Tunc Garrulus dixit ad beatos germanos, Ausonium scilicet & Aptonium; quem Deum colitis? Responderunt, Credimus in Deum Patrem omnipotentem, Jesum quoque *indeq; conversus,* Christum, &c. Garrulus dixit, Si hæc vera esse scirem, absque ulla dubietate Christo vestro crederem, & baptismum perciperem. Responderunt viri sancti; Fiducialiter tibi pollicemur, quia mox ut baptismo lotus fueris absque mora sanaberis. Cum hæc dixissent, apparuit super eos lux de cælo, & cum luce vox dicens, Ausoni, fiduciam habe in me, quia quæcumque petieris à me impetrabis. Hanc vocem audiens Dux, simulque splendorem qui refulserat sentiens, ait; Quæ est ista lux? Responderunt ei fratres; Lux est incomparabilis, qua circumdedit Deus servos suos; unde si credis ex toto corde filium Dei Dominum nostrum Jesum Christum salutem tibi posse conferre, & omnium peccatorum tuorum Indulgentiam tibi concedere, & lumen oculorum tibi negatum reddere, ore confitere. Garrulus respondit, Ego indulgentiam solam dari peccatis meis desidero, & credo Jesum Christum filium Dei esse & Salvatorem mundi. Et his dictis, aperti sunt oculi ejus, cœpitq, clarissime videre; provolutusque pedibus S. Ausonii, cœpit eos osculari, clamans & dicens, Vere Deus est C Christus, quem colunt isti. Et ait ad B. Ausonium; O Pater beatissime, dignare mihi sanctæ regenerationis lavacrum dare in nomine Domini Jesu Christi. *cum omni populo baptizatur,* Accepta igitur aqua B. Ausonius & sanctificata, baptizavit prædictum Ducem sub trina immersione catholicæ fidei, susipiente eum à fonte B. Aptonio; baptizato vero Duce baptizati sunt in domo ejus utriusque sexus mille sexcenti septuaginti quatuor. Quibus peractis Dux Garrulus, missis veredariis per omnem regionem propriæ ditionis, justit ut si quis non acquiesceret baptizari, sententia plecteretur capitali. Crastina vero illucescente die, baptizati sunt in urbe Engolisma fere tria millia, exceptis parvulis & mulieribus: & postmodum BB Ausonius & Aptonius gaudentes & lætantes baptizaverunt eo die plebem civitatis, à minimo usque ad maximum, confirmantes populum in fide & nomine Trinitatis.

b *b* Posthæc Garrulus, proficiens quotidie in operibus bonis, die noctuque exercebatur in Lege Domini, jejuniis, vigiliis atque orationibus jugiter intentus: eleemosynis vero ita erat deditus, ut alicui ex prioribus Patribus coæquari dignus esset. *& pie movitur.* His illo intento studiis bonorum operum adest Dominus, remuneraturus servum suum, quem serotino dignaretur ditare denario. Scieos autem idem pius vir imminere diem obitus sui, beatum ad se jussit accersiri Ausonium protinus, ac dixit ei; Famule Dei ac Pastor animarum in Christo credentium, novi imminere diem transitus mei, & ideireo adsis mihi protector in orationibus tuis; ne gaudeat super me inimicus meus, ne quando dicat prævalui adversus eum. Accipe igitur omnem divitiarum varietatem, in auro atque argento & ceteris speciebus, & divide ea tuis ecclesiis & pauperibus; quatenus in hos usus erogata pecunia, saluti animæ meæ proficiat. Hæc eo dicente & ultimo spiritu jam deficiente, audita est in aëre vox Angelorum, hymnum Deo canentium & exitum illius præstolantium. Igitur post annos conversionis tres & menses sex, felix Garruli Ducis anima, vinculis corporis absoluta, ad cælum migravit, quarto Kalendarum Septembrium die; ab Angelis feliciter susceptа, ac in Paradiso Sanctis omnibus sociata. Quo in pace susceptо, B. Ausonius more sibi solito pastorali invigilabat cura, solicitus ne maligni insidiatoris versutia, aliqua dominico gregi inferret damna.

6 Temporibus B. Ausonii martyris & primi Engolismensis Episcopi, extitit quædam puella, genere nobilissima, opibus referta, nomine Calsagia, quæ per annos duodecim sanguinis fluxum perpessa, in medicos maximam substantiam consumpserat, qui nihil ei penitus profecerant. Auditu ergo comperta B. Ausonii fama, servis ac ministris suis imperat, ut parato sibi vehiculo, ad hominem Dei eam perducerent, quatenus illius suffragantibus meritis, ab eo quo detinebatur sanaretur fluxu sanguinis. Sed hæc illa inter apparatum dicente, subito mirum in modum, fluxus sanguinis ejus stetit; quod illa sentiens exclamavit voce magna, & dixit; Vere non est alius *subito sanatur,* Deus, præter eum, quem colunt Ausonius & Aptonius. Igitur cum maximo auri atque argenti pondere ambulante ea cum servis suis; quidam ex eis, pravæ mentis insania instigatus, nomine Arcadius, ait ad eam: Ecce, Domina, fere omnes opes tuas in medicis & maleficis insumpsisti, qui nihil tibi profecerunt; in vanum ergo ad hos viros iter agis, qui postquam eos donis tuis ditaveris, penitus nihil tibi proficient. Hæc eo dicente, protinus ipse fons sanguinis effusus *morbo in famulum blasphemiæ transeunte:* est in Arcadium; quod videntes conservi, timore perculsi non modico dicebant; Vere non est alius Deus in universa terra, nisi quem prædicant Ausonius & Aptonius. Imponentes autem Arcadium vehiculo, deduxerunt eum ante præsentiam Pontificis. Verum illorum domina prædicta calsagia puella, præcedens eos, prior accessit ad Episcopum; & procidens ad pedes ejus, dixit, Famule Dei Ausoni, jube me baptizari, antequam huc appropiet Arcadius servus meus, cujus in corpus, pravitate sua exigente, sanguinis fluxus effusus est. B. vero Ausonius, audiens verba ejus, & fidem & devotionem illius admiratus, ait ad *qui, baptizata illa* eam; Calsagia, si ex toto corde credideris, omnia quæcumque petieris à Deo impetrabis. At illa respondit; Credo Deum omnipotentem factorem totius mundi; credo filium Dei vivi, quem Judæi crucifixerunt, & qui die tertia resurrexit. Post hanc vocem B. Ausonius sumpsit aquam, & mox baptizavit eam in nomine Trinitatis; quo facto, illico sanitati est reddita, & cœpit nomen Domini magna voce glorificare dicens; Gloria tibi, Domine, qui per famulum tuum Ausonium, sanitati me restituisti, & per baptismi sacramentum animæ meæ tenebras illuminasti. Hæc ea dicente, ecce omnis illius familia, *& deprecante, sanatur.* quæ Dominæ sequebatur vestigia, advenit, habens in comitatu Arcadium, nobilis Calsagiæ servum; quem cum de vehiculo deponerent, sanguinis fluxus nimius effusus est ab eo. Quod cernens præfata Calsagia, procidit ad pedes Pontificis, clamans & dicens: Famule Dei Ausoni, suppliciter per orationum tuarum

ex Ms.

Calsagia hæmorrhoëa patiens, E

F

ex Ms. merita poſtulo ſanari ſervum meum hunc, ſicut quondam liberaſti Garrulum, oculorum cæcitate multatum. Illius dictis Beatus permotus Auſonius, ait ad ægrotum, In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, eſto ſanus, Arcadi, ab infirmitate quam pateris. Hæc dicente Pontifice, Arcadius ſtatim depulſa ægritudine ſaluti reſtitutus eſt *d*.

d

Illuminato cæco paupere,

7 Quodam tempore, beato Pontifice in villa varacenſe commorante, acceſſit ad eum quidam oculorum lumine carens; & ejus provolutus pedibus ait; Auſoni famule Dei, ſcio, quia meritis orationum tuarum poſſunt mihi aperiri feneſtratæ acies oculorum meorum. Cui B. Auſonius; Fiat, inquit, tibi ſecundum fidem tuam, converſuſque tetigit oculos ejus, & ſtatim recepit lumen, & glorificabat Dominum. Et quia idem cæcus, paupertatis inopia preſſus, veſtium nuditatem ſimul patiebatur; à Beato Præſule indumentorum ſolatiis donatus, in ſua regreſſus eſt, duplici ditatus munere, dum cæcitatis caruit carcere, & nuditatis relevatus eſt pauperie.

triennio reclusus vivit Ausonius,

At vere Beatus Pontifex in eodem loco, arctiſſima ſeſe recluſit cuſtodia, triennii ac quinque menſium ſpatio ſine humana cibi adminiſtratione; quia Dominicis inſiſtens operoſe ſervitiis, Angelico paſcebatur miniſterio. Populi ejuſdem provinciæ ad eum confluebant, cupientes ab eo pane verbi Dei, id eſt, ope prædicationis recreari. Infirmi quoque per eum orationibus curabantur; dæmoniaci ab immundis ſpiritibus ſolvebantur, languidis ſanitas reſtituebatur, cæcis lumen reſtaurabatur; paralytici ſoſpitatem, claudi greſſuum officium promerebantur, aliaque magnalia multa Dominus per famulum ſuum operari dignatus eſt.

B

& miraculis claret.

Hactenus ecgraphum, prima vice ad meam petitionem deſcriptum: ſed in eo aliqua deeſſe intelligens, ideo omiſſa, quia pra aliis apocrypha minuſque ad hiſtoriam facere videbantur petii & impetravi ut etiam illa mihi mitterentur, aliquam fortaſſis lucem datura circa ætatem auctoris, ſin minus confirmatura judicium de nimia ejus ad concinnandas fabulas facilitate. Et miſſa quidem ſunt quæ petieram omnia; ſed non indicata loca quibus deberent ſingula puncta interſeri. Cum autem perturbato ſemel, ob eam quam prænotavi cauſam, rerum ordine, non magni referat ſuo ſingula loco reponi; illa hic conſequenter ſubjicio, quantum per conjecturam aſſequor iis quæ ſignantur locis inſerenda.

8 a Beatiſſimi Auſonii temporibus, ſacratiſſimus Petragoricæ urbis Antiſtes Beatus florebat Fronto, atq; ipſe eidem urbi Petragoricæ directus eſt à B. Petro Apoſtolo, verbi divini ſemina prærogare populo errongo; quorum quidam nomine Sygilbertus, inveteratus dierum atque operum malorum, plurimas B. Frontoni ingerebat injurias. Cumque ejus prædicationibus ſaluberrimis non acquieſceret, quadam die B. Fronto, tædio verborum illius malorum afflictus, prædicto ait Sygilberto; Si meis dictis fidem non adhibes, ſurgens vade ad urbem Engoliſmam, ubi Auſonius moratur Epiſcopus: ex cujus ore & teſtimonio, ſi ea quæ tibi prædico, vera non probaveris, tibi me obnoxium facies morti. Audiens hæc perfidus Sygilbertus, cupiens experiri quod B. Fronto dixerat terra abhinc die, ſumpto ſecum furtim ſervo, proprio nomine Theodotione, urbem devenit Engoliſmam; & ingreſſus portam urbis, obvium habet Cæſarium, Beati Auſonii Archidiaconum, qui perduxit eum ad locum ubi ſanctus Dei Auſonius pſalmis, hymnis, & canticis vacabat. Ad quem converſus Auſonius, cum plurima ſanctæ prædicationis verba illi peroraſſet, nullatenus eum à perverſæ mentis inſania flectere potuit; verum ſancti viri dicta pro nihilo ducens, eodem ſui adventus die pagum repetere cœpit Petragoricum. Ambulante vero eo cum ſervo ſuo, ſubito urſus ei ferociſſimus obviam factus eſt. Quem dum cum rugitu terribili impetum contra ſe facere vidiſſet; timore perterritus, feram adjurare cœpit, per Crucifixum quem Judæi crucifixerunt, quemque prædicabat Auſonius, ut ſtaret neque ullatenus eum læderet. Qua Sygilberti adjuratione fera perterrita, pedibus ejus advolvitur, & oblita feritatis in agni manſuetudinem permutatur. Sygilbertus ſumpto cinctorio, urſi ſubnexuit collo, imperans ut ſe ſequeretur ad B. Auſonium. Videns hæc B. Auſonius, exultans in Dei mirabilibus, magis autem congaudens credulitati Sygilberti, expanſis in cælum manibus, gratias referebat; & juſſit prædictum virum, ſimulque illius ſervum, aqua Baptiſmatis regenerari. Quibus expletis, juſſit vir Dei prædicto Sygilberto, quatenus ſupra memorati urſi dorſo inſideret, ſeſeque cum eo urbi Petragoricæ præſentiæ B. Frontonis ſtatueret. Accedens igitur Sygilbertus ad B. Frontonem ait, S. Auſonius & vere Dei famulus me miſit ad te, ut hoc ſigno iſtius urſi in manſuetudinem verſi, cognoſcat Sanctitas tua, me ad viam veritatis converſum ab idolorum cultoris. Beatus hæc audiens Fronto devotiſſime Deo gratias agit.

D

urſo ad hujus nomen cicurato, convertitur.

9 b Fuerat eo tempore, puella quædam regii generis, nomine Caliaga, quæ quadam die, adjunctis ſibi viris atque puellis, per crepidinem fluminis Carantonis cœpit deambulare; & dum more infantili, quoddam pomum ore attrectare conaretur, ex ipſius labiis in flumen caſu cecidit. Quod Draco quidam fluvialis, qui in prædicto amne morabatur, quique ibi demerſerat multos, excipiens deglutivit. Illico prædicta puella loquendi officio privatur, manibus & genibus curvatur, corde turbatur, oculis cæcatur, ſenſu privatur, judicio fruſtratur: quam miniſtri manibus allevantes, ac in urbem deferentes, conſpectui Regis intulerunt ejulantes. Quam videns Præfatus Rex, ejus ipſius germanus, corde turbatus eſt; valdeque flens, peccatis cœpit imputare ſuis, puellam iſtam appetitam fuiſſe inſidiis diaboli. Interea reminiſcens Rex B. Auſonii, illico ad Varacenſem villam properare cœpit, quo beatum virum didicerat, pſalmis, hymnis, & orationibus, in jejuniis ac vigiliis vacare. Cujus oſtio humiliter propinquans, Homo Dei, ait, eſt mihi germana, quæ ſathanæ inſidias paſſa, dæmonio fatigatur; quare ſuppliciter poſtulo, ut egreſſus recluſionis clauſtro; nobiſcum ad urbem gradiaris, & ſorori meæ ſuccurras ope tuæ interceſſionis. Cui petitioni vir Dei miſericorditer annuens, ſine mora cum eo ad civitatem properare cœpit. Propinquantibus autem eis portæ civitatis, gaudebat omnis populus, in occurſum Pontificis exiliens, & dicens, Gloria tibi Domine. Ingreſſus autem urbem, poſt orationum vota ſoluta, acceſſit ad domum ubi puella manebat, & tenens ejus dexteram allevavit eam, dicens, in nomine Jeſu Chriſti præcipio tibi, ſta ſupra pedes tuos. Ad hanc beati Præſulis juſſionem puella ſtetit ſupra pedes ſuos. Tunc S. Auſonius, petens locum ſibi demonſtrari, ubi hæc acta fuerant; una cum Rege ac populo atque puella acceſſit ad fluvium, ubi nequiſſimus inhabitabat draco; qui cum adjuratus fuiſſet, ſubito è fluvio exiliens, omnium aſpectibus apparuit teterrimus; aitque B. Auſonio, Auſoni, orationes tuæ incendunt me, quæ valde prævalent in conſpectu Domini: deprecor autem, ne me in exilium ire permittas. Et ait S. Auſonius; Præcipio tibi, Draco, in nomine Jeſu Chriſti Nazareni, ut pomi morſum projicias ab ore tuo, ante veſtigia mea; quod ſtatim draco implevit. Tunc Præſul accipiens pomum benedixit, deditque puellæ; quod puella accipiens, & ſumens, eadem hora ſanitati eſt reſti

E

Caliagam invaſam à dæmone

C

Petragoricenſis, S. Frontonem audire nolens.

ab eoque ad S. Auſonium miſſus,

F

liberat Auſonius.

A restituta; Draco autem, orante S. Ausonio, demersus est in abyssum.

varias ordinationes facit,

10 c Fecerat B. Ausonius diebus vitæ suæ has ordinationes, in Presbyteratus dignitatem Gratulphum atq; Eparchium, Nicetum & Sigetium, Benedictum atque Constantium: Diaconos quinque, Florentium & Auxilium, Valentinum & Savinianum, atque Cæsarium; Subdiaconos quatuor, Maximianum, Crescentianum, Abundium, & Heraclium. Acolythos tres, Cassianum, Aurelium, & Gerontium; qui diurno & nocturno cursui insistentes, cum eo jugiter in Dei laudibus perseverarent. Multa quidem alia fuerant scribenda de virtutibus B. Ausonii; sed ne fastidiosis Lectoribus tædium ingererent, multa prætermittimus.

parentibus suis assistit in morte

11 d Quadam die, cum prædicasset populo B. Martialis, assumptis discipulis suis Ausonio atque Aptonio, ad hospitia sua remearunt, quiescentibus autem illis, circa primæ vigiliæ tempus, adest Angelus Domini B. Ausonio, in visu transitum patris & matris ipsius, qui in crastinum futurus erat, illi prænuntians. Surgentes vero circa mediæ noctis tempora, instanter matutinalibus psalmodiis & orationibus cœperunt cum B. Martiale insistere. Quibus expletis refert ei B. Ausonius, quæ per visum ea nocte didicerat. Cui ait B. Martialis; Si hæc ita se habent, necesse est observare quod nocturna injunctum est visione. Ego comes & socius itineris factus, vobiscum iter agam quantocius. Quæ Beati viri verba cum placuissent valde Fratribus, diei aurora illucescente ingressi naviculam, maritima navigatione, Mauritaniæ portum cœperunt expetere. Egressi vero navicula, adeunt domum, in qua ambo ægri decumbebant, Albinus scilicet & uxor ejus Eugenia. Intuens autem Albinus B. Martialem, clamare cœpit & dicere, Gloria tibi Christe, qui me non fraudasti visione beati magistri mei Martialis, per quem regeneratus sum in Christo unda baptismatis, cum uxore mea, & filiis, quos jam intueor, illius hærentes obsequiis. His dictis, Domino se commendans & B. Martiali, sumptoque per eum Sacramento viatico, animam reddidit Creatori. Nec mora, venerabilis ejus conjux Eugenia, virum moriendo subsecuta, viam est universæ carnis ingressa. Sepulti vero à B. Martiale sunt & ejus discipulis eorumdem filiis, decimo quinto Kalendas Februarii.

simul cum S. Martiali.

EX MS.

DE SANCTIS MARTYRIBVS ROMANIS

FAUSTINO, TIMOTHEO, VENUSTO, CASTO, EMELIO, COTTO, ROGATO, ALBINO, ROGATIANO, MAXENTIO, FELICE, JANUARIO, CONCESSO, CASTO, EMELIO, PLASSO.

G. H.

Ex Martyrologio S. Hieronymi & aliorum.

XXII MAII.

Martyres 16 in antiquis Fastis,

Antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa ab hu Martyribus hunc diem auspicantur, ac perfectissime pra ceteru Ms Blumianum, in quo ista habentur: Romæ natalis Sanctorum Faustini, Timothei, Venusti, Casti, Emelii, Cotti, Rogati, Albini, Rogatiani, Maxentii, Felicis, Januarii Concessi, item Casti, item Emelii, Plassi. *En sedecim nomina Martyrum, quos simul hoc die passos esse ita indicat antiquum Ms, Regina Suecia ab Holstenio æstimatum:* Romæ natalis Sanctorum Faustini, Timothei, Venusti, cum aliis tredecim: *quos simul suis nominibus expressimus. Proxime accedit Ms. Corbeiense Parisiis excusum, in quo prima nomina conveniunt, at sub finem ita legitur:* Concessi, item Casti, item Plassi, *cum legi oporteret:* Concessi, item Casti, item Emeli, Plassi: *cum nomen* Plassi *non repeteretur, sed ut supra vidimus, nomen* Emelii, *quod etiam repetitur in Ms. Epternacensi: in quo hi Martyres tribuuntur* Africæ, *& desunt nomina* Januarii & Concessi. *In Ms. Lucensi, Roma tribuuntur: sed aliquo amanuensium stupore à primo* Emelio, *ibi* Emilo, *usque ad secundum* Emelium *decem desiderantur nomina. Hactenus antiquiora manuscripta de his sedecim Martyribus, à quibus separamus* SS. Castum Æmilium *in Africa passos, & à S. Cypriano laudatos ut supra relatum: ob quos tamen videtur arrepta occasio hos attribuendi Africæ. Nos relinquimus judicio lectorum, num eorum aliqui, propter Castum & Æmilium in Africa passos, sint hic omittendi.*

tres primi in aliis.

2 *Hodiernum Martyrologium Romanum à tribus primis Martyribus, in dicto Ms. Reginæ Suecia nominatis, hunc etiam diem auspicatur his verbis:* Romæ Sanctorum Martyrum Faustini, Timothei & Venusti. *In notis citantur* Beda, Uluardus, Ado & alii recentiores. *Verum nihil de his Sanctis tradunt Beda, Vsuardus, & Ado in genuinis suis Martyrologiis. Notkerus ista habet:* Romæ nativitas SS. Faustini, Timothei, Venusti cum sociis eorum. *At relicta sociorum mentione pradicti tres* Romæ *tribuuntur in Mss. Romano Cardinalis Barberini & Trevirensi S. Maximini, & in Martyrologio sub nomine Bedæ excuso: item à Greveno, Canisio & Galesinio. Eisdem additur* Castus *in Mss. Casinensi & Altempsiano: at* Mantissus *in Ms. Pragensi, forsan loco* Maxentii. *Bellinus de Padua ista sub finem habet:* Romæ Sanctorum Faustini & Timothei: *quæ eadem primo loco traduntur in Mss: Augustano S. Vdalrici, & Parisiensi Labbai, & aliis adjunguntur in variis Martyrologiis sub nomine Vsuardi auctis, item à Maurolyco Felicio, Molano & aliis. In Appendice ad Adonem ista leguntur:* Romæ natalis SS. Faustini & Timothei & & aliorum: *è quibus in Mss. Rithenoviensi & Rhinoviensi indicantur nomina* Emili & Maxenti; *in Aquisgranensi,* Maxenti, Felicis, Emeli: *& in his* Africæ *tribuuntur: &* Faustus *loco* Faustini *in nonnullis dicitur. In Ms Casinensi* SS. Faustinus & Timotheus *referuntur* XXIII *Maji. In Breviarii Moguntini anno* 1495 *&* 1505 *excusi Kalendario est ad hunc* XXII *Maji memoria* S. Faustini Martyris.

3 *Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ sub annum* MDCXIII *excuso, refert* SS. Faustinum, Timotheum & Venustum Romæ passos, *sed addit prorsus ignorari* sub quo Imperatore & quo mortis genere. *Quod videtur olfeciisse Pseudo-Iulianus Petri, dum ista in Chronico num.* 208, *tradit:* Floret Romæ memoria S. Venusti, Hispaniæ Vicarii, post (ut creditur) Martyris, qui à Juliano apostata creatus Vicarius, Christianus cognitus, occisus est XXII Maji. *Idem in Adversariis num.* 150 *ista addit:* S. Venustus,

An S. Venustus fuerit Hispanus?

AUCTORE G. H.

qui paſſus eſt Romæ, cum multis functus eſſet muneribus publicis, XXII Maji, cujus alias memini, creditur, dictus Pub. Bæbius Venuſtus, & Oretanus fuiſſe, qui pontem in honorem templi B. Mariæ condidit, perente ordine Oretanorum, ut pateret aditus ad templum. *Fuiſſe cuidam* Venuſto à Juliano commiſſam Vicariam Hiſpaniæ *tradit Ammianus Marcellinus in Iuliano lib.* 32. *Sed reliqua eidem afficta credimus donec melius probentur; & vel maxime, quod addidit Tamajus Salazar in Martyrologio Hiſpanico, dictum* Venuſtum cum Fauſtino & Timotheo Romæ pro fide Chriſti comprehenſium, ad martyrii lauream viriliter properaſſe. D

4 *Maſinus in Bononia perluſtrata ad hunc* XXII *Maji tradit*, conſervari in eccleſia S. Dominici aliquas reliquias S. Timothei Martyris. *Sed quo argumento conjiciatur eſſe hujus* Timothei, *de jam egimus, non appareret, Nihilo certius majores noſtri hic Antuerpiæ, in Litaniis Sanctorum quorum Reliquiæ in eccleſia Domus Profeſſæ Societatis Ieſu aſſervantur, cum inter eas reperiſſent* particulam S. Venuſti, *in extrema linea, ubi cuique ſuus dies cultus aſſignatur, adſcripſerunt hunc* XXII Maji. *S. Timothei reliquiæ an Bononiæ, & S. Venuſti Antuerpiæ?*

DE S. IOATHA MARTYRE

ET PATRONO BELLVNI IN DITIONE VENETA.

G. H.

Ex Catalogo Philippi Ferrarii.

SUB MAXIMIANO

BEllunum, *civitas Marchiæ Tarviſinæ Epiſcopalis in valle ad Calorē fluvium, inter montes propius Venetias vergentes, habet Eccleſiam Cathedralem priſcæ architecturæ, S. Martino dicatam, cujus brachium dicitur poſſidere. Ejus urbis tutelaris Patronus eſt* S. Joathas Martyr, quem paſſum in Africa, ejuſque corpus ibidem conditum ſumma veneratione haberi, *ſcribit Ferrarius in Catalogo generali, cujus* Acta Mss. ſe vidiſſe *ait. Verum idem Ferrarius in Catalogo Sanctorū Italiæ ſolum citat* Lectiones antiquas, in feſto ejus ab Eccleſia Bellunenſi recitari conſuetas. *Has per R. P. Iacobum Willi, Collegii noſtri Tridentini Rectorem, communicare rogatus Vicarius Belluni Epiſcopalis Reverendiſſ. D. Petrus de Zanna, humaniſſime reſpondit, anno* MDCLXXXI, XVI *Septembris; eas ut uſurpari, ſic & videri deſitas: nulli ſe diligentiæ parciturum, ut latentes eruat. Quod licet ei non ſucceſſerit, haud tamen deſperamus eas adhuc alicunde prodituras, ut addi poſſint hujus operis Supplementis: interim ex Vicarii ejuſdem litteris addo, quod* corpus in eccleſia Cathedrali, una cum aliis inſignibus Reliquiis, in urna ex poliro marmore, ante aram maximam poſita, aſſervatur; & caput in argentea theca incluſum circumfertur in ſolenni ſupplicatione: quæ cum univerſi Cleri ac populi concurſu infra Octavam Corporis Chriſti quotannis celebratur. *Ferrarius ex prædictis Lectionibus Epitomen hanc profert.* B *Colitur Patronus Belluni.* C

2 Joathas, gente Pentapolitanus, apud Dadium Judicem, Roma in Pentapolim à Maximiano Imperatore, ut Chriſtianos puniret, miſſum, accuſatus & interrogatus, libere ſe Chriſtianum eſſe, nec velle Deos (qui oculos habent & non vident, aures habent & non audiunt, os habent & non loquuntur, manus habent & non palpant, pedes habent & non ambulant, quæ ſunt opera hominum & in ore ipſorum non eſt ſpiritus) venerari, reſpondit. Quibus verbis iratus Judex, os ejus lapidibus tundi, ipſumq; fuſtibus cæſum & vinctum in carcerem trudi jubet, rotamque interim acutiſſimis gladiis, quibus corpus Martyris crudeliter dilaniaretur, expediri. Poſtera luce Joathas, qui ea nocte agonem ſuum Deo precibus commendarat, eductus, cum in ſententia non colendi deos perſiſteret, juſſu impii Judicis alligatur: rotaque tamdiu circumducitur, donec ſanctus Martyr corpore perfracto, ubi clamans dixiſſet, Suſcipe Domine animam meam, ſpiritum exhalaret. Cujus oſſa, ne à Chriſtianis inventa ſepelirentur, jubente Judice, in locum occultum projecta ſunt. Verum B. Theodorus Epiſcopus, cum Eudoclito Diacono, junctis bubus plauſtro, eique inſidens (cum in Dei nomine bubus præcepiſſet, ut ſe ad locum, ubi Martyris Reliquiæ latebant, perducerent) eo pervenit; collectaſque Reliquias reverenter plauſtro impoſuit. Sed boves ad Adrianam villam cum immobiles conſtitiſſent; ſanctus Epiſcopus ibidem ſancti Martyris Reliquias condidit: quo in loco poſtea eccleſia conſtructa fuit, cum multa Deus mirabilia operaretur. Quibus Reliquiis Bellunum mirabiliter delatis, Bellunenſes S. Joatham in Patronum habere & venerari cœpere. *Hæc ex dictis Lectionibus Ferrarius, qui annotat*; quo tempore aut quomodo ex Cyrene Bellunum Reliquiæ S. Joathæ tranſlatæ fuerint, Lectiones memoratas non docere. E *Martyrium paſſus dicitur in Pentapoli, ubi corpus. corpus mirabiliter inventum, & tranſlatum Bellunum.*

3 *Pentapolitanus dicitur in Lectionibus, &* Judex Dadius Roma in Pentapolim miſſus. *Hinc infert Ferrarius* paſſum in Africa, *&* ex Cyrene Reliquias Bellunum tranſlatas, *quod potuit aliunde ſciviſſe. Eſt ſiquidem Pentapolis regio Cyrenaica, mari Libyco expoſita, & ob quinque urbes, quæ ſunt Berenica, Arſinoe, Ptolemais, Cyrene & Apollonia, ſic appellata. Sed etiam Pentapolis regio Italiæ ad mare Adriaticum fuit, cujus civitates ſunt Ariminum, Piſaurum, Fanum, Auximum & Ancona, Quid ſi in iſtis partibus paſſus ad* Adrianam *aliquam villam (uti ibidem eſt* Adria *urbs &* Adriaticū mare) *fuiſſet ſepultus: ſic facilius potuiſſent Reliquiæ transferri, eo tempore, quo ibidem Pentapolis nominabatur. Verum iſta ne quidem conjectando aſſerimus, ſed dubium motum, ad ulteriorem inquiſitionem Bellunenſibus diſcutiendū relinquimus. Eſt autem Pentapolis in Africa,* F *& alia in Italia.*

DE

DE S. SOPHIA MARTYRE

MEDICINÆ PERITA APVD GRÆCOS.

Ex eorum Synaxariis Mss. G. H.

XXII MAII *Pulres coluntur apud Græcos ſanctæ mulieres,* Sophiæ *dictæ, à quibus hanc arbitramur diverſam: cujus meminerunt plura Mss. Menæa, Mediolanenſia bibliothecæ Ambroſianæ, &* xx *Maji Taurinenſia Ducis Sabaudiæ, item hoc die Ms. Synaxarium Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, his ubique verbis:* Καὶ ἄθλησις τῆς ἁγίας Μάρτυρος Σοφίας τῆς ἰατρίνης. Et certamen ſanctæ Martyris Sophiæ, medicæ. *Idem lego in Latina verſione Martyrologii Arabo-Ægyptii in noſtro Collegio Maronitico Romæ ſervati. Genus martyrii indicatur in Mss. Menæis quæ Divione item in Collegio Societatis Ieſu apud Petrum Franciſcum Chiffletium reperimus, dum ibi legimus.* Ἡ ἁγία Σοφία ἡ ἰατρίνη ξίφει τελειοῦται. Sancta Sophia medica gladio finem vitæ ſortitur. *Et hi adduntur verſus.*

Ἰατρὸς ἦν πρὶν σωμάτων ἡ Σοφία
Τιμηθεῖσα γῆν δείκνυται καὶ πνευμάτων.
Sophia pridem corporum medica, facta eſt.
Medica animarum, cæſa cum capite fuit.

DE SS. MARCELLO ET CODRATO SEU CODRO

MARTYRIBVS APVD GRÆCOS.

Ex iiſdem Mss. eorum Synaxariis. G. H.

XXII MAII *Ervetuſtum Ms. Synaxarium Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ hos duos conjungit his verbis:* Καὶ τῶν ἁγίων Μαρτύρων Μαρκέλλου καὶ Κοδράτου. *Verum in Ms. Menæis Mediolanenſibus bibliothecæ Ambroſianæ ita proponuntur:* Καὶ τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Μαρκέλλου καὶ Κοδράτου. *Quæ eadem ſed ad* xx *Maji leguntur in Menæis duplicibus Taurinenſibus Ducis Sabaudiæ. Cum plena diſtinctione referuntur ambo in Mss. Menæis Divionenſibus Societatis Ieſu, & de genere martyrii* S. Marcelli *iſta leguntur:* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἅγιος Μάρκελλος μόλυβδον ποθεὶς χωνλάζοντα τελειοῦται. Eadem die S. Marcellus, cum plumbum fervens in potum ſumpſiſſet, ad finem vitæ pervenit. *Et iſti junguntur verſus:*

Μολύβδινον Μάρκελλος ἔμπυρον πόμα
Οὕτως πίνων ἦν ὡσεί τις ὕδωρ πίνει,
Igne reſoluti pocula ſic plumbi ebibit
Marcellus, hauſtum laticis ut gelidi alius.

Deinde iſta ſubjunguntur: Ὁ ἅγιος μάρτυς Κόδρος ὑπὸ ἵππων συρόμενος τελειοῦται. S. Martyr Codrus ab equis diſtractus, martyrium conſummat. *Et illud additur diſtichon.*

Ἱππηλατήσας, καὶ πόλιν νύσσαν φθάσας
Τὰς χεῖρας ἄιρεις, καὶ στέφος δέχῃ, Κόδρε.
Equis agendis obtinens metam poli,
Extende, Codre, dexteram & palmam accipe.

DE SANCTIS THMVI IN ÆGYPTO MARTYRIBVS

DONATO URBIS EPISCOPO MACARIO PRESB. THEODORO DIAC.

COMMENTARIUS DANIELIS CARDONI.

Exhibens Græcorum Actorum ſynopſim, chronologiam, fidem.

SUB LICINIO IMP. *Anctum nobis* Donatum, *Epiſcopum & Martyrem, Acta græca exhibent è Bibliotheca Medicæa pluteo* 9, *Codice* 14, *deſcripta, ſub hoc titulo* Μαρτύριον τοῦ Ἁγίου Δονάτου Ἐπισκόπου, Μακαρίου Πρεσβυτέρου, Θεοδώρου Διακόνου, Μαρτυρησάντων ἐν Ποθμυίῃ: Martyrium S. Donati Epiſcopi, Macarii Presbyteri, Theodori Diaconi in Pothmuie paſſorum: *de quibus quæ ſparſim in Actis indicantur, ad narrationis ſubſtantiam potiſſimum pertinentia, breviter hic damus, ut facilius deinde ſtatui poſſit de recta temporum ratione, quibus ea quæ narrantur dicenda ſunt contigiſſe. Patre igitur Creſcentino, & exiguâ (cujus nomen haud exprimitur) Iſtriâ, qua Pannoniæ Dalmatiæque conjungitur, urbecula oriundus* Donatus, *primam omnem ætatem pietati ac literis tradit. Tum, ad Græcorum aliorumque infidelium confutandos errores, Aquilejam evocatus, & Presbyter factus, tamdiu ibidem moratur, donec Maximiani Diocletianique perſecutione nimium quantum ingraveſcente, fluvium* Nationem, *qui ad Aquileiam ſpectat, enavigans, in Dalmatiam fuga pervenit. Hic montis altiſſimi verticem, urbe haud procul Saloniana, occupat; & commodam ſpeluncam nactus, latebras in ea & Deo quietius vacandi opportunitatem invenit. Secundo deinde perſecutionis anno accidit ut Diocletianus, ſibi & Maximiano Iovem atque Herculem redditurus propitios, eumdem illum montem ſacrificiis impiis deligeret. Cumque nullum ab oraculis eliceretur reſponſum, ita ſacrificuli pronuntiarunt; Chriſtianorum unum aliquem eo loci abſque dubitatione commorari, qui ſcilicet idolorum ſuorum ora obſtruat. Quæſitus diligenter, & tandem etiam repertus* Donatus *ad Diocletianum adducitur, à quo de fide ſua fideique myſteriis interrogatus, fortiſſime reſpondet:* Macarium & Theodorum, *quos ſupra nominavi, de Chriſto credere perſuaſos, ritu Chriſtiano abluit. Superato deinde una cum illis abſque ulla læſione ignis ſupplicio, à beſtiis quoque divinitus ſervatur. Concutitur interim terra, ædificia corruunt, multi opprimuntur. Dum autem hæc fiunt, jubentur à Deo ſancti Martyres Thmuim ſeſe conferre. Parent hi, & terreſtri itinere ad mare uſque progreſſi, ibique navem nacti, Alexandriam primum, ac deinde Thmuim perve-*

Acta ex Græco Florentino.

Horum Synopſis docet,

ſub Diocletiano fidem confeſſos in Dalmatia,

AUCTORE D. G.

perveniunt, cujus urbis Epiſcopus Phileas; cum in perſecutione cecidiſſet, Donatus *divino nutu in locum Phileæ & thronum ſucceßit; in eoque permanſit, donec ferociente magis magiſque in Chriſtianos Licinio, ejus ad extremum juſſu; una cum* Macario *Presbytero &* Theodoro *Diacono, membratim conciſi felices animas Deo tradidere.*

passos sub Licinio in Ægypto;

2 *Hanc narrationem, diſputatiunculis, concionibus, & aliis è more plurium Græcorum Hagiographorum amplificationibus diſtentam, proponit; quiſquis hac ad poſteritatem Acta tradidit; quem vitæ monaſticæ ſectatorem fuiſſe non vana videri poteſt conjectura, ex eo quod* Salonianum, *ad quem ſcriptionem ſuam dirigit, Fratrem vocet Deo acceptißimum; quæ compellatio religioſam potius quam carnalem fraternitatem inter eos fuiſſe ſignificat. Ex deſcripta autem jam breviter narratione hanc non abſurde Chronotaxim ſtatuas. Anno ſecundo perſecutionis à ſe concitatæ in montem prope Salonas conſcendit Diocletianus Diis ſacrificaturus. Hujus autē perſecutionis Diocletianæ initium communiter ſumitur ab anno vulgaris Æræ* CCCIII *quo tempore* Donatus *jam Sacerdos ordinatus dici poteſt Aquileja profugus, uſque ad annum ſequentem in dicto jam ſæpe monte latuiſſe. Anno enim* CCCIV *Diocletianus, nonum ſuum Conſulatum auſpicatus Ravennæ, poſt difficilem morbum Nicomediam primum pervenit in autumno, quo interim tempore in Dalmatia patria ſua per æſtatem fuiſſe potuit, inde per Thraciam trajecturus in Bithyniam atque ita occaſio dicta ei eſſe quærendi Donati. Dicitur deinde* Donatus *eo occiſus tempore, quo Licinius Imperator vehementius adverſum Chriſtianos ſæviit: id autem fecit anno* CCCXVI, *quando (ut ex Euſebii lib. 2 de Vita Conſtantini cap. 2 ad hanc annum notavit Baronius)* novum genus mortis quidam Epiſcopi ſubierunt, corpore in multas particulas enſe minutatim diſſecto; ac poſt iſtud crudele ſupplicium, & omni ſcelere in tragœdiis audito magis horrendum, in profundos maris gurgites piſcibus vorandi projecti ſunt. *Atque hoc ipſißimum eſt ſupplicii genus, quo cum* Macario *&* Theodoro *crudeliter necatum legimus* Donatum: *qui annum ætatis tunc egerit circiter quinquageſimum, floruerit q; ſub finem ſeculi tertii, occiſus paulo poſt initium ſeculi quarti.*

primum an. 304,

alterum an. 316.

3 *Hactenus Daniel Cardonus, heu! quondam noſter in hiſce ſtudiis ſocius; inter ipſa rerum hujuſmodi tractandarum exordia præreptus funere immaturo: quibus additum velim, Codicem Græcum, ex quo deſcripta Acta ſunt, illum eſſe eumdem, qui S. Syram alioſque eccleſiæ Orientalis Sanctos pro menſe Majo plures nobiliedidit, cui, licet ſoli, fidem habemus plenam de hiſce Martyribus: quia cum multos ſub Licinio paſſos eſſe conſtet, paucorum tamen Acta ad noſtram notitiam hactenus pervenerunt. Cur vero tam prolixe tractet Auctor quæ ſunt in Dalmatia geſta, ſtrictiſſimus in ceteris, vix aliam cauſam poßis divinando dare, quam quod in Dalmatia primum compoſita hac Acta fuerint; idemque ſuadet* Saloniani *cui inſcribitur, nomen, ſumptum ab urbe nominis in Dalmatia celebris, in qua palatium ſuum* Diocletianus *habuit, dictus ipſe à Dioclea patria ibidem ſua: ex quibus ejus ibi frequens commoratio comprobatur: eademque optime conciliantur cum narratione propoſita.*

D. P. *Fides Actorum.*

ACTA

Ex Ms. Bibliothecæ Florentinæ Pluteo 9 Cod. 14.

Interprete Daniele Cardono Societatis Jeſu.

CAPUT I.

Donati cum Gentilibus & Judæis concertatio, fuga in Dalmatiam.

Prologus Auctoris,

1 MAgna eſt, Saloniane, Frater Deo gratiſſime, magna, inquam, eſt ea qua Sancti in cælo perfruuntur gloria. Eximia quædam illos ac ſupra modum illuſtris corona facit ſpectabiles. Non
B mediocrem ſui admirationem Angelorum aliarumque in cælis exiſtentium virtutum mentibus iidem ingerunt. Felicitatis vero tantæ in partem aliquam admitti indignos omnino quamvis eſſe nos ultro fateamur, illud tamen ſuppliciter beatas illas mentes rogatum cupimus, ut ſuo pro nobis apud Deum interventu malorum noſtrorum levamen ſaltem aliquod impetrent; utque, cum ingens illa ſanctorum hominum multitudo, qui fuſo in Dei cauſa ſanguine beatam adepti ſunt immortalitatem, in unum fuerit chorum cæleſtis iſtius Hieruſalem congregata, nos quoque haud inveniamur indigni, qui eorumdem interceſſione jucundum adeo ſpectaculum oculis uſurpare poſſimus.

Donatus in Iſtria natus,

2 Beatiſſimus igitur Donatus, patre Creſcentino genitus, Iſtriorum quoddam oppidum *a*, in Dalmatiæ Pannoniæque ſitum confiniis, natale habuit. Is cum ab ineunte primum ætate ſacrum Chriſti baptiſma ſuſcepiſſet, in religioſis ſacrorum hominum cœnobiis & eccleſiis aſſiduo verſabatur. Ad vigeſimum vitæ annum ut pervenit, integrum ſe ac purum ab iis omnibus ſervare conatus fuit, quæ mortalium paſſim corpora reddere ſolent fœdiora; animum autem ſuum liberalioribus omnibus diſciplinis ita imbuit, ut ad ſummum ſcientiæ culmen non ſine magna ſua gloria tandem evaſerit. Secuto deinde

1 Μεγάλη τῶν Ἁγίων ἡ δόξα, Σαλονιανὲ θεοφιλέσαλε ἀδελφέ· ἄοχλος καὶ ὑπέρλαμπρος αὐτῶν ὁ στέφανος. Θαυμάζουσιν αὐτοὺς οἱ Ἄγγελοι, F καὶ πᾶσαι τῶν οὐρανῶν αἱ δυνάμεις· ὧν δὲ κλήρου ἐσμὲν καὶ ἀναξίους ἑαυτοὺς γινώσκομεν, ὅμως δεόμεθα, ἵνα ταῖς αὐτῶν ἱκεσίαις κυφεσμὸν σχῶμεν τῶν πεπονηρευμένων, καὶ λοιπὸν ὁ πολὺς ἐκεῖνος τῶν Ἁγίων ἐσμὸς, ὁ τὸν Σωτῆρίαν διὰ τοῦ Μαρτυρίου κτησάμενος εἰς τὰς τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ μονὰς μέλλει χόρον Συστήσασθαι εἶναι, καὶ ἡμᾶς καταξιωθῶμεν τῆς δέας ἐκείνης ταῖς αὐτῶν ἱκεσίαις.

2 Δονάτος τοίνυν ὁ μακάριος, τεχθεὶς ἐκ πατρὸς Κρεσκεντίνου τὸν προσηγορίαν, ὁρμώμενος ἐκ τῆς Ἰστριῶν πολίχνης, ἐν τῇ συνορίᾳ τυγχανούσης Δαλματίας τε καὶ Παννονίας, ἐκ νέας ἡλικίας τὸ τοῦ Χριστοῦ δεξάμενος βάπτισμα τοῖς μοναστηρίοις καὶ ταῖς ἐκκλησίαις ὁσημέραι προσεκαρτέρει. Εἰκοσὸν τοίνυν ἀγὼν ἐτιαυτὸν, καὶ καθαρεύων τῶν μολυσμάτων τὸ τῶν ἀνθρώπων Σῶμα, ἐσεμνύετο ἐλευθερίοις εἰς ἀκρὸν ἐπιστραφεὶς λόγοις. Χρόνου δὲ ἀπελθόντος παρακληθεὶς παρὰ τῶν ἐν Ἰστρίᾳ ἐκκλησιῶν διαβλῶαι, πρὸς αὐτοὺς πρὸς ἔλεγχον τῶν ἐκεῖσε διαγόντων ἐθνικῶν ἐν τῇ Ἀκυληΐᾳ ἀφικόμενος, παρὰ τοῦ τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης Ἐπισκόπου χειροτονεῖται Πρεσβύτερος, καὶ δὴ τὰ τῶν ἐθνικῶν τὰ τῆς ἡμετέρας πίστεως, τοῦτ' ἔστι, τὰ τῆς μακαρίας Παρθένου τόκον καταγγελόντων, αὐτὸς ἀποκρίνατο· Τί ἄπιστον ἄνθρωπον νομίζετε ἐκ παρθένου τετοκέναι, ὁπότε

A ὁπότε τὰς μελίσσας ἀμοίρους εἶναι Σωφσίας, καὶ μὴ ἐκ Σωφφείας τέκτειν πᾶσι πρόδηλον, καὶ ἑτέρων δὲ οὐκ ὀλίγα ζῶα τοιούτῳ τρόπῳ τέκλεται. Τοῦτο οὖν μὴ ἄπιστον φανείη τὸ θεῖα δυνάμει γενόμενον ἐπὶ ἀνακρυπτισμῷ τῆς ἀνθρωπότητος, ὅτινος τεκμήρια καὶ ὑποδείγματα καὶ ἐν τῇ τοῦ ἀλόγων διαδείκνυται γονῇ. Οὕτως θαυμάζω ἀνθ' ὅτου τοῦτο ὑμῖν τοῖς Ἕλλησιν ἀδυνάτον φαίνεται, οἵτινες πιστεύετε τὸν ἡμέτερον Ἀθηνᾶν ἐκ τῆς κορυφῆς τετυχθαι τοῦ Διός. Τί τοίνυν πρὸς πίστιν πιθανώτερον, ἢ τί μᾶλλον τῇ φύσει ἀντίκειται; θέλεια συνταῦθα ἐστὶν καὶ ἐκ Πνεύματος ἁγίου Σωλαβεν, καὶ ἡ τῆς φύσεως τάξις σώζεται. Ἴδετε τῆς Συλλήψεως καὶ τοῦ τόκου τὸν καθήκοντα χρόνον μετὰ τὸν Σύλληψιν γεγονότος. Ἐκεῖ δὲ οὐδὲν θηλείας φύσις· ἀνὴρ δὲ μόνος καὶ τόκος μυθεύεται ὡς ἐκείνοις πιστεύεται, διὰ τοῦτο θαυμάζεται. Ἀλλὰ καὶ τὸν Διόνυσον ἐκ τοῦ μηρῶν αὐτοῦ τοῦ Διὸς γεγενῆσθαι φατε, καὶ ἰδοὺ καὶ ἕτερον ἓξ τέρατος. Καὶ οἱ τοιούτοις καὶ ἑτέροις ψεύσμασι πιστεύοντες, πῶς τῇ ἀληθείᾳ οὐ πιστεύετε; Ἀλλ' ἀδυνάτον εἶναι ἡγεῖσθε ὅτι νεᾶνις θήλεια Σύλληψιν θείαν οὐ πάθοι ἀνθρώπου, ἀλλ' ὑπὸ Πνεύματος ἁγίου ἔσχεν. Εἰ μὴν οὖν δυσχεραίνετε πρὸς τὸ πιστεύειν τοῦτο, πῶς τοῖς ὕτως αἰσχροῖς τέρασι πιστεύετε τοῖς παρ' ὑμῖν. Ῥάδια γὰρ πολλῷ μᾶλλον καὶ πρόχειρα τὰ ἡμέτερα, καὶ Σεμνὰ, καὶ ὅσια, ἃ προσήκει ἡμᾶς δέχεσθαι καὶ πιστεύειν.

3 Τούτων λεχθέντων παρὰ τοῦ Μακαρίου ἐπίστευσαν ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ τῷ Χριστῷ τριακόσιοι περί που ἄνδρες, ἐν οἷς ἦσαν φιλόσοφοι ἑπτὰ, καὶ ῥήτορες ἕνδεκα. Ἀλλ' οἱ Ἰουδαῖοι φθόνῳ βληθέντες καὶ ἀγανακτοῦντες, ἐρεθίζοντες τὸν Μακάριον ἄνδρα· Μεῖζον, ἔφασκον, θαῦμα ὁ ἡμέτερος ἐπεδείξατο προφήτης Ἐλισσαῖος, ὁ γεννηθεὶς ἐκ γυναικὸς, ἢ ὁ δεσπότης ὑμῶν Χριστὸς, ὁ ἐκ παρθένου μέγα ἐργάσατο θαῦμα, τὸν Λάζαρον ἐκ τοῦ θανάτου εἰς φῶς ἀναπαλεσάμενος, ὡς διδάσκετε. Τί δυνάσθαι μεῖζον εἰπεῖν εἰ νεκρὸς ὑπὸ ζῶντος ἀνέστη; τὸ μεῖζον ἡμεῖς ἀποδεικνύομεν, ὃ καὶ ὑμεῖς συνομολογήσετε. Ὁ γὰρ ἡμέτερος Ἐλισσαῖος, ἤδη τε τελευτικῶς τοῦ χρόνου ἔχοντα νεκρὸν βρῖθεις νεκρὸς καὶ ἁψάμενος τῶν ὀστέων αὐτοῦ ἀνεζωπύρησεν, καὶ ὃ, οὐκ εἶχεν, ἔδωκεν, καὶ οὗ αὐτὸς ἐστέρητο, ἑτέρῳ ἔδωκεν. Τοῦτο δὴ θώμεθα μάλιστα τῶν λοιπῶν θαυμάτων εἶναι ἀξιοπιστότερον, ὅτι ὁ τεθνεὼς τὸν τῆς ζωῆς πνοὴν διὰ τοῦ νεκροῦ ἀπέλαβεν σώματος. Εἰ τοῦτο παρέσχεν ὁ Χριστὸς ἐν πᾶσιν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, ἔπαλε. Πῶς οὖν οὐχὶ μᾶλλον ὅτος δυναλώτερος φαίνεται, ὃν ἡμεῖς προφήτην, οὐ θεὸν, ὁμολογοῦμεν; ἢ τί τοιοῦτον καὶ ὅμοιον τούτων γινόμενον, ὑμεῖς ἐπίσασθε, εἴπατε, ἵνα καὶ τῇ τιμῇ προκρίνητε ὁ διὰ τῶν θαυμάτων φανεὶς λαμπρότερος.

4 Πρὸς ὃς ὁ Μακάριος Δονάτος φησίν· Ὑμᾶς δὲ βλάσφημον καὶ τοῦ Δεσπότου κινδύνους σῶμα οὐ παύεσθε. Εἰ γὰρ ὁ μακάριος Ἐλισσαῖος τελευτικῶς ἕτερον τεθνεῶτα τῇ ἁφῇ τοῦ οἰκείου λειψάνου ἀνέστησεν, ταύτῃ μᾶλλον τὸ θαῦμα μεῖζον τὸ τοῦ Χριστοῦ ἢ τὸ τοῦ προφήτου ἀνεφάνη. Ὁ γὰρ Δεσπότης Χριστὸς Ἰησοῦς τοῦ τάφου αὐτοῦ τὸν λίθον διὰ τῶν ἡμετέρων ἀπιστίαν σφραγισθέντος καὶ φυλαττομένου ὑπὸ στρατιωτῶν ἀνέστη τριήμερος. Ὅτι δὲ ἀνέστη καὶ ἄκοντες ἔγνωτε, ἀθρόον τῶν καταχθονίων Σπαραχθέντων, καὶ περιδέους γενομένου τοῦ στρατιωτικοῦ σίφους καὶ τοῦ λίθου ἀποκλισθέντος. Οὐ μόνον ἢ αὐτὸς ἀνέστη, ἀλλὰ καὶ πολλὰ Σώματα τῶν κεκοιμημένων Ἁγίων ἀνεζωοποίησεν. Εἰ οὖν τῷ ἴσῳ δυνάμιν εἶχεν ὁ Προφήτης, διὰ τί μὴ καὶ ἑαυτὸν ἀνέστησεν ὡς ὁ Χριστός; Τούτων ῥηθέντων

tempore à ſanctis quæ in Iſtria ſunt eccleſiis evocatus, ut degentium ibidem Ethnicorum errores Chriſtianæ veritatis luce diſpelleret, Aquilejam ubi pervenit, à provinciæ iſtius Epiſcopo ſacrum Presbyteratus ordinem ſuſcepit: ac mox quæcumque à Paganis adverſus fidei noſtræ arcana ſanctiſſima, hoc eſt, adverſus beatæ Virginis partum adferebantur obſtacula disjicere hoc modo eſt aggreſſus; Quid in eo tantum eſt abſurdi quod Virginem doceamus peperiſſe? cum apiculas etiam ipſas, & animalium aliorum non pauca, coïtus omnis expertia, parere tamen nemo non ſciat. Non igitur hoc fide omni reputemus indignum, quod generis humani in integrum reſtituendi cauſa divino conſilio divinaque virtute factum dicimus, quando veritatis hujus argumenta certiſſima in brutorum animantium partubus ante oculos quotidie habemus. Eſt equidem quod non parum admirer, id vobis, hominibus Græcis, videri fieri non poſſe, quibus perſuaſiſſimum eſſe ſcimus, Minervam è Jovis capite ſine ullo conjugii uſu prodiiſſe. Quid igitur ad fidem impetrandam dari poteſt accommodatius, & quid ex alia parte videri poteſt magis naturæ eſſe contrarium? Virginem adducimus in medium, quæ concepit de ſpiritu ſancto, & ſic naturæ ordo quodammodo ſervatur. Videte autem tam conceptionis, quam partus ipſius, conceptionem ſubſecuti, tempus & ordinem convenientem. Ac in veſtris quidem figmentis nulla mulieris intervenit cooperatio, ſolus Jupiter peperiſſe aſſeritur, quod vobis fide & admiratione videtur eſſe digniſſimum. Dionyſium quoque è Jovis femore natum dicitis. En aliam prodigii ſpeciem. Talia vos mendacia recipere cum non dubitetis, fideine noſtræ arcanis, certa veritate ſubnixis, fidem pergitis denegare? Sed illud vobis minime credendum putatur, quod fœtum quemdam divinum, non humano coïtu, ſed ſola Spiritus ſancti operatione puella concipiat. Verum enimvero ſi difficiles adeo vos exhibetis ad illud quod aſſerimus credendum, quomodo fieri poteſt ut figmenta & prodigia tam enormia non dubitetis recipere? Noſtræ namque fidei arcana veſtris illis longe ſunt & ad fidem faciliora, & ampliorem quemdam ſplendorem ſanctitatemque continent, ob quas prærogativas digniora quoque ſunt quæ fidem apud homines obtineant.

ex Ms. Florent.

& Aquilejæ ordinatus Presbyter,

defendit coram Gentilibus partum Virginis;

3 Hæc cum à viro ſanctiſſimo fuiſſent prolata, trecenti circiter viri, atq; inter eos Philoſophi ſeptem, ac Rhetores undecim, eodem tempore in Chriſtum crediderunt. At qui aderant Judæi, invidiæ ſtimulis excæcati, & graviter quæ dicta factaque fuerant ferentes; hac ratione ſancto homini negotium faceſſere cœperunt; Illuſtrius multo Propheta noſter Eliſeus miraculum nobis præbet, ſi modo omnibus communi è muliere natus ſit, quam veſter vobis præbeat Chriſtus. Magnum videlicet is, quem de virgine natum dicitis, patravit prodigium, quando è mortis & ſepulchri tenebris in lucem vitamque novam evocavit Lazarum, ut vos quidem traditis. Quid enim majus fieri poteſt, quam ſi mortuus ſuſcitetur ab homine vivo? Majus attamen aliquid in medium proferre nos poſſumus, quod nec ipſi vos negaturi eſtis. Eliſeus quippe, de quo agitur, cum & ipſe eſſet mortuus, *b* hominem alium mortuum ſolo ſuorum oſſium contactu vitæ reſtituit, deditque quo ipſemet carebat. Atque hoc eſt opinione noſtra operum omnium admirandorum maxima dignum admiratione & fide, propterea quod qui vita erat privatus, uſuram vitæ à demortui hominis corpore acceperit. Quidquamne tanto prodigio ſimile Chriſtum, quem tantopere extollitis, patraſſe dicetis? Quo igitur modo non ille habendus erit potentior, quem nos, ut Prophetam ſolum, non etiam ut Deum, veneramur?

& contra Judæos Eliſeum Chriſto præferentes,

ut qui mortuus mortuum ſuſcitarit.

Aut quid vos tandem proferre poteſtis, quod cum hoc Eliſei miraculo quadam poſſit ratione conferri? ſi poteſtis, agite, in medium illud adducite, ut qui pluribus & illuſtrioribus excellit miraculis, majore etiam ſit in veneratione.

EX MS. FLORENT.

4 His ita reſpondit S. Donatus; Vos equidem numquam deſinitis blaſpemias in Dominum turpi ore evomere. Etenim ſi B. Eliſeus, mortuus exiſtens, ſolo reliquiarum ſuarum attactu novam homini mortuo vitam impetravit; majus certe aliquid & admirabilius patraſſe videri poteſt Chriſtus, quam Propheta ille. Dominus ſiquidem Jeſus Chriſtus, ingentem ſepulchri lapidem penetrans, qui propter infidelitatem veſtram ſigillo publico munitus à non paucis militibus cuſtodiebatur, tertio die à mortuis ſurrexit. Quod autem, quemadmodum dixi, à mortuis ille ſurrexit, volentes nolentes fateri vos eſt neceſſe; diſruptis ſcilicet repente inferni vinculis, & militum ad ſepulchrum vigilantium turma terrore ſubito perculſa, nec non virtute pluſquam humana amoto lapide. Nec ipſe modo ſurrexit à mortuis, ſed plura etiam Sanctorum corpora, qui jam morte obita dormierant, in vitam fuerunt revocata. Si itaque nihil admodum Chriſto de potentia concedit Propheta, cur non ſeipſum quoque ſuſcitare à mortuis valuit, quemadmodum Chriſtus? Quæ cum à viro ſancto dicerentur, non mediocri ſtupore perculſi Judæi, ob robuſtam & promptam hominis juſti ad ea quæ objecta erant reſponſionem, ultro faſſi ſunt, verius nihil eſſe aut dici poſſe quam quod aſſerebat Donatus. Manifeſtiſſimum porro erat, ſingularem quamdam divinitus ei prærogativam inditam, qua innumeros mortales ad Chriſti ſuſcipiendam fidem ſuaviter perducebat.

probat eo majorem Chriſtum,

qui ſeipſum reſuſcitavit.

B

5 Cum itaque pulcherrima de Donato fama ubiq; percrebreſceret, non parum commotus Imperator c Maximianus, ad convocatos palatii ſui adminiſtros primarios hanc orationem habuit; Vah! quam longe lateque Chriſtiana ſe Religio diffundit, Donati neſcio cujus potiſſimum opera! Quæ quidem religio peſſimi cujuſdam ulceris rationem obtinet, quod cum per greges populorum ſerpere ſemel cœpit, mortiferum tandem venenũ incautis afflare deprehenditur. Idem vero Imperator, cum rurſus de ſignis & prodigiis, quæ per B. Donatum efficere Chriſtus dignabatur, non pauca inaudiſſet; cæcis videlicet viſum, ſurdis reddi auditum, multosque alios à variis ſanari infirmitatibus; quin etiam trecentos circiter viros, inter quos Philoſophi & Rhetores aliqui, ſacrum ſuſcepiſſe baptiſma; ſtupore pariter & indignatione plenus, ita in ſenatu ſuos eſt allocutus; Quantæ putatis, dementiæve, quod Sapientum veſtrorum præcipui, reſponſi nihil inveniant? Hanc ergo ob cauſam graviter indignantes Diocletianus & Maximianus faces Eccleſiis, perſecutionem Chriſtianis adeo gravem inferre cœperunt, ut per univerſum terrarum orbem ejus ſeſe immanitas quaſi diffuderit. Decennio d ſane integro incendia Eccleſiarum, proſcriptiones Chriſtianorum, innocentium plagæ, & vulnera Martyrum absque mora aut requie fuerunt continuata.

c

Commoto adhæc Maximiano,

C

& cum Diocletiano Eccleſiam perſequente,

d

6 Verſus autem Aquilejam multa etiam armatorum millia e, ad Donatum præcipue inveſtigandum & comprehendendum, juſſu Imperatorum fuere dimiſſa; conſtituta etiam mercede iis qui virum ſanctum perſecutoribus proderent, potiſſimum ſi quispiam id efficeret ut vivus in emiſſariorum manus incideret; ſin id nequiret, occiſi ſaltem caput ad Imperatores deferret. Hiſce contra ſe machinationibus intellectis vir ſanctiſſimus, loca ea deſerere apud ſe ſtatuit, & conſcenſa nave per fluvium, qui urbem illam interluit & Naſitus f appellatur, in Dalmatarum regionem evadere magno ſtudio contendit. Quo ubi advenit, ſummum altiſſimi montis verticem, qui Salonienſium g urbe haud procul diſtabat, occupavit: in quo quamdiu latuit, aſſiduas Deo preces & hymnos abſque intermiſſione vir beatus obtulit, cuncta ad vitam ſuſtentandam neceſſaria abunde illo ſuppeditante, in monte quamvis adeo deſerto, qui dixit; Nolite ſoliciti eſſe quid manducetis aut quid bibatis. Luc. 10, 22

e

eorum furorem declinans Donatus,

f

in Dalmatiam ſe recipit.

g

ἀποθαυμάσαντες οἱ Ἰουδαῖοι τὸ δίκαιον ἐπὶ τῇ εὐδυβόλῳ ἀπολογίᾳ, οὐδὲν ἀληθέστερον ἔφασαν εἶναι τῶν ἐρημούντων. Περιφανέστατα γὰρ ἡ θεία Σωλὼ αὐτῷ χάρις, δι' ἧς ἀναριθμήτους εἰς τὸν Χριστὸν προσεκάλεσατο πίστιν. D

5 Ἐπεὶ δὲ τὰ πανταχῇ διεβοήθη ἡ ἀρετὴ τοῦ μακαρίου Δονάτου, Μαξιμιανὸς ὁ Βασιλεὺς ἀχθεσας, καὶ τὰς τάξεις τοῦ παλατίου συγκαλέσας φησίν. Φεῦ! πόσον καθέρπει ἡ θρησκεία τοῦ Χριστοῦ διά τινος Δονάτου, ὅσι ἔλκων εἰς ἀγέλην ἐμποσὼν καὶ λαθραίως τοῖς δικηγόροις τοῖς ἀφυλάκτοις ἰὸν ἔχειν θανατικὸν δείκνυται. Ὡς δὲ κατέμαθεν πάλιν τὰ σημεῖα καὶ τὰ θαύματα, ἃ διὰ Μακαρίου ὁ Χριστὸς ἐποίει, τυφλοὺς θεραπευομένους, κωφοὺς ἀκούοντας καὶ ἄλλους πλείστους διαφόρων ἀσθενειῶν ἀπαλλαττομένους, ἔτι τε τετρακοσίους περί που μετὰ τῶν φιλοσόφων καὶ ῥητόρων ἐλκύσαι τὸ βάπτισμα, ἐκπλαγεὶς ἅμα καὶ ταραχθεὶς ὧν Σωεδρίῳ ἔφη· Ὦ πατέρες γεγραμμένοι, ὃ ἐστιν παραπληξία, ἵνα ἑνὸς Χριστιανοῦ ῥήμασιν, οἱ χορυφαῖοι ἡμῶν καὶ ῥήτορες μηδεμίαν εὐρεθῶσιν ἀποδεδωκότες ἀπόκρισιν; Ἐπὶ τούτοις οὖν ἀγαναχτήσαντες, ὅτε Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς ἤρξαντο πυρσεύειν τὰς ἐκκλησίας καὶ ἀναιρεῖν τοὺς Χριστιανούς, καὶ ὕτως ὁ διωγμὸς διὰ πάσης σχεδὸν τῆς οἰκουμένης ὑπερβαλλόντως ἐξεζέσθη. Ἐπὶ δέκα γὰρ ἐνιαυτοὺς ἐμπρησμοὶ καλῶν τῶν ἐκκλησιῶν, δημεύσεις καλῶν τῶν ἀδώων, πληγαὶ καὶ τραύματα τοῖς μάρτυσιν ἀναπαύσεως ἀνεφέροντο. E

6 Ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν Ἀχυλητίαν στρατόπεδα ἐπὶ ἀνιχνεύσει τοῦ Δονάτου ἐκινεῖτο διὰ βασιλικῶν διαταγμάτων· καὶ ἔπαθλα τοῖς καταμηνύσι προὐκειτο, εἴ τις μάλιστα μὴ ζῶντα θηράσειεν ἐκεῖνον τὸν Μακάριον, εἰ δὲ μὴ τὸν κεφαλὴν γοῦν αὐτοῦ κομίζοιεν. Γνοὺς οὖν ταῦτα ὁ Ἁγιώτατος, τοὺς τόπους ἐκείνους ἀπολιπὼν, καὶ εἰς πλοῖον ἐμβὰς, διὰ τοῦ τῆς πόλεως ἐκείνης ποταμοῦ Νάσιτος καλουμένου τὸν πορείαν ἐποιεῖτο, καὶ θᾶττον εἰς τὴν Δαλματῶν ἐσπευσεν χώραν. Ἔνθα δὴ ἀφικόμενος, ὑψηλοτάτου κορυφὴν ὄρους ὑπὲρ μακρὰν Σαλονῶν κατέλαβεν, καὶ σπηλαίῳ ἐμφωλεύσας, τὰς εὐχὰς καὶ τοὺς ὕμνους ἀδιαλείπτους τῷ Θεῷ ποιούμενος, προσεκαρτέρει. Καὶ ὁ εἰρηκώς; Μὴ μεριμνήσητε τί φάγητε, ἢ τί πίητε· ἐπάξιον Σιτηρέσιον ὑρανόθεν χορηγεῖν αὐτῷ ἐν ἐρήμῳ ὄρει κατηξίωσεν. F

Patres conſcripti, illud tribuendum eſſe ignorantiæ atque ipſi adeo Rhetores, ad Chriſtiani unius dicta reſponſi nihil inveniant? Hanc ergo ob cauſam graviter indignantes Diocletianus & Maximianus faces Eccleſiis, perſecutionem Chriſtianis adeo gravem inferre cœperunt, ut per univerſum terrarum orbem ejus ſeſe immanitas quaſi diffuderit. Decennio d ſane integro incendia Eccleſiarum, proſcriptiones Chriſtianorum, innocentium plagæ, & vulnera Martyrum absque mora aut requie fuerunt continuata.

6 Verſus autem Aquilejam multa etiam armatorum millia e, ad Donatum præcipue inveſtigandum & comprehendendum, juſſu Imperatorum fuere dimiſſa; conſtituta etiam mercede iis qui virum ſanctum perſecutoribus proderent, potiſſimum ſi quispiam id efficeret ut vivus in emiſſariorum manus incideret; ſin id nequiret, occiſi ſaltem caput ad Imperatores deferret. Hiſce contra ſe machinationibus intellectis vir ſanctiſſimus, loca ea deſerere apud ſe ſtatuit, & conſcenſa nave per fluvium, qui urbem illam interluit & Naſitus f appellatur, in Dalmatarum regionem evadere magno ſtudio contendit. Quo ubi advenit, ſummum altiſſimi montis verticem, qui Salonienſium g urbe haud procul diſtabat, occupavit: in quo quamdiu latuit, aſſiduas Deo preces & hymnos abſque intermiſſione vir beatus obtulit, cuncta ad vitam ſuſtentandam neceſſaria abunde illo ſuppeditante, in monte quamvis adeo deſerto, qui dixit; Nolite Luc. 10, 22

ANNOTATA D. C.

a *Hoc verum eſſe poteſt ſi ſumantur Iſtria, Dalmatia, & Pannonia poſt declinationem Imperii, quando totus ille tractus, cui Illyrico antea fuerat nomen, quique Liburniam complectebatur atque Dalmatiam, uno Dalmatiæ nomine, & mare tractui adjacens, Mare Dalmaticum fuit appellatum. Quo poſito, non difficilis, quamvis nec omnino certa, conjectura de Donati urbe natali fieri poterit, ſi de trium iſtarum Provinciarum finibus, quibus invicem committebantur, verofimile*

A *ſimile ſaltem aliquid ſtatuas. Id etiam obiter hinc obſervare licet, Acta ea, quæ de Donato ejuſque ſociis è Græco vertimus, nonniſi poſt Imperii declinationem fuiſſe deſcripta.* b *In Græco hic prorſus perplexa eſt conſtructio, ſenſus tamen clarus ei qui novit hiſtoriam deſcriptam 4 Regum 13.* c *Diocletiano ut plurimum Nicomediæ atque in Oriente agente, Occidentem potiſſimum curabat Maximianus, Mediolani reſidens: qui poſt perſecutionem Nicomediæ communi conſilio inſtauratam, potuit in tranſitu verſus Italiam fuiſſe in Iſtria, ubi prædicabat Donatus.* d Decennium *hoc perſecutionis computatur ab anno* 303 *ad* 313, *quando victo Maximino propoſita ſunt de reſtituendis eccleſiis edicta, & totum illud tempus vocatur perſecutio Diocletiani & Maximiani, licet hi jam pridem Imperium depoſuiſſent, utpote ab iis ſuſcitata.* e *Grandior hyperbole, ſed non inuſitata Græcis.* f Natiſus, *imo* Natiſon, *cujus fluvii pars manu perducta eſt Aquilejam, & vulgo* Natiſa *dicitur.* g Salona *urbs olim ampla in ora littorali, prope cujus rudera hodie viſitur caſtrum ejuſdem nominis: ibi ſuum Diocletianus palatium habuit.*

EX MS. FLORENT.

CAPUT II.

Confeſſio fidei coram Diocletiano, ſociorum converſio.

7 Δευτέρῳ τοίνυν ἐνιαυτῷ τῆς διωγμῆς ὁ Διοκλητιανὸς ἐν τῷ ὄρει, ὁ ὑ μακρὰν τῆς Σαλονῶν εἶναι ἐρήκαμεν, Cπένδων ὑπὲρ μὲν ἑαυτῷ τῷ Διΐ, ὑπὲρ δὲ Μαξιμιανοῦ τῷ Ἡρακλεῖ· ἀπόκρισιν δὲ ἠδεμίαν ὧν ἐπεζήτει ἐδέχετο, καὶ ἐπυνθάνετο παρὰ τῶν ἱερέων τὸν αἴτιαν τῆς Cιωπῆς. Οἱ οὖν μιερεῖς ἀπεκρίναντο· Πάρεσί τις ἐνιαῦθα, ὃν οὐκ ἴσμεν, ὃς λατρεύει τὸν Κριστὸν, ᾧ διὰ τοῦτο οἱ
B χρησμοὶ παρὰ τῶν θεῶν οὐκ ἀποδίδονται. Ἐκέλευσεν οὖν ὁ Διοκλητιανὸς ζητῆσαι τοῦτον. Ἀνιχνεύοντες τοίνυν αὐτὸν, εὑρίσκουσιν ἐν τῷ Cπηλαίῳ ψάλλοντα, καὶ προσάγουσι τῷ Διοκλητιανῷ, ὃς ἔφη τῷ Δονάτῳ· Πῶς ὑμεῖς ὡς πεπληρωμένοι μυστηρίων φησώμενοι τὴν διάνοιαν καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπλάνᾶτε, ᾧ ἀνθρωπίνῃ κρίσει ὑποπεπλωκέναι τὰ θεῖα ἡγεῖσθε; Πρὸς ὃν ὁ Δανάτος ἀπεκρίνατο· Τοῦ Χριστοῦ ἔστι τοῦτο τὸ μυστήριον. Αὐτὸς γὰρ διὰ τοῦ ἑαυτοῦ Cαρκὸς τὸ πατρικὸν βέλημα διεσάφησεν, ᾧ τὰς διὰ τοῦ γλώσσης δοθείσας ἐντολὰς τῇ ἐκχύσει τοῦ ἰδίου αἵματος ἀνεπλήρωσεν. Διὰ γὰρ τῶν δύο διαθηκῶν τὰ μυστήρια τῶν πατρικῶν διατάξεων ἡμῖν ἀπεκάλυψεν, ὁ μέλανι ἐγχαράξας, ἀλλὰ ζῶντι πνεύματι τοῦ αὐτοῦ θεότητος ἀναφανείσης.

8 Πρὸς ταῦτα ὁ Διοκλητιανός. Σιωάδει, ὡς ἔοικεν, τὰ παρ' ὑμῖν τῶν Χριστιανῶν λεγόμενα, τοῖς ἀναρμόστοις γραφαῖς τῶν Ἰουδαίων, ἐν αἷς οὐδὲν Cαφὲς, οὐδὲν ὑγιὲς καθέστηκεν, ἀλλὰ λοιπὸν εἴς τινα διηγήματα ἄκοσμα ᾧ Cωάῤῥητα καταλήρεκτε, ἃ ὁ μόνον ἀσαφῆ τυγχάνει, ἀλλὰ ᾧ παντὸς ἐπάγει τοῖς
C διηγημένοις ἀλλότρια. Πρὸς ταῦτα ὁ Δονάτος· Πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος ᾧ ὠφέλιμος, ᾧ ἡ διδασκαλία τῆς καινοῦ μυστηρίου τοῖς παλαίοις Cυμφωνεῖ, ᾧ αὐτῷ τῷ ἑρμῷ ᾧ αὐτῷ τῷ ὑποδείγματι τῶν πάλαι Cυνταχθέντων. Ἡ ἡμετέρα διὰ τῶν Εὐαγγελίων ῥυθμίζεται ἱστορία, ᾧ ἔσεσθαι ταῦτα οἱ τῶν Ἰουδαίων προφῆται προεμήνυσαν. Ἄνδρες γὰρ θεόθεν ἐμπνευσθέντες, ἄνθρωπον ἅμα ᾧ Θεὸν τὸν αὐτὸν ὀφθησόμενον ἤξειν τε τοῦτον τὸν κόσμον, καὶ διδάσκαλον πάντων ἐθνῶν, καὶ τῆς παλιγκῆς θεότητος, καὶ τῶν ἱερῶν δογμάτων ἐσόμενον διὰ τῶν εὐσεβῶν διδασκάλων κηρύξας, καὶ περὶ τοῦ τρόπου τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ὅπως τοῦ βίου τούτου ἀναχωρήσῃ, ᾧ ὅπως ἐκ τῶν νεκρῶν ἐπανήξῃ, ᾧ ὅπως εἰς τὸν οὐρανὸν, ὅθεν ᾧ καλῆλθεν, ἐπανέλθῃ, ᾧ πρὸς τὸν Παλέρα ὑποστρέψῃ. Καὶ ὑδεμίαν ἡγοῦμαι ἀξιοπιστοτέραν τὴν ἡμετέρας διδασκαλίας ἔκθεσιν ἔσεσθαι. Ὁ γὰρ ἐν τοῖς γραφαῖς ἀποκεκρυμμένον μυστήριον, ἀπεκαλύφθη. Ποίῳ τοίνυν τρόπῳ, ἔφη ὁ Διοκλητιανὸς, ὄπτικὸς ᾧ ἐλεήμων ἐστὶν ὁ ὑμέτερος Θεὸς, ὃς ἐν ἑσχέλο ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἕως τοῦ Μοῦσεως, ᾧ ἀπὸ τοῦ Μοῦσεως ἄχρι τῆς ἐλεύσεως, ὡς ὑμεῖς λέγεται, τοῦ Χριστοῦ, πάντα τὰ ἔθνη ἀγνοίᾳ

7 SEcundo deinde perſecutionis anno, in eo ipſo monte quem Salonis haud procul diximus abeſſe, pro incolumitate quidem ſua Jovi, pro ſalute vero Maximiani ſacrificia *à* Herculi offerre inſtituit. Cumque reſponſi nihil ad ea quæ propoſuerat à ſimulacris eliceret, pertinacis adeo ſilentii cauſam è ſacrificulis ſuis ſciſcitatus eſt. Cui ſacrificuli; Adeſt, inquiunt, eorum aliquis, quem nos quidem hactenus ignoramus; attamen adeſt qui ſacra Chriſtiana profitetur: atque hinc accidit ut Deorum noſtrorum oracula more ſolito nobis non reddantur. His intellectis continuo juſſit Diocletianus ut Chriſtianum illum diligenti perſcrutatione in lucem protrahere conarentur. Imperatoris mandato impigre obſecuti milites, quæſitum toto monte Donatum in ſpelunca quadam pſalmodiæ vacantem reperiunt, & ad Diocletianum perducunt. Qui virum ſanctum ſic eſt allocutus; Quomodo vos, ſic quaſi arcanis neſcio quibus de religione ſcientiis effetis inſtructi, mentibus veſtris adverſum nos ita concitamini? Qui fit ut humano vos judicio ea quę ad Deos pertinent ſubjici exiſtimetis? Cui ſic reſpondit Donatus; Chriſti & Chriſtianorum magnum hoc eſt arcanum. Chriſtus ſiquidem carne noſtra indutus, Patris ſui æterni voluntatem nobis aperuit, & mandata quæ ſolâ hucuſque voce nobis fuerant dictata, ſanguinis ſui profuſione confirmata eſſe voluit. In utriuſque enim teſtamenti tabulis conſignata divinæ providentiæ arcana, ob oculos noſtros ponere haud eſt dedignatus; non jam atramento illa conſignans, ſed vivifico divinitatis ipſius ſpiritu animis noſtris ea pulchre inſinuans.

Donatus tacentibus ob ejus viciniam idolis a

ad Diocletianum ducitur. E

8 Ad quæ Diocletianus; Non diſſimilia ſunt quæcumque vos Chriſtiani affertis, iis quæ in libris ſuis inſulſis Judæi habent deſcripta; in quibus nihil veritati, nihil doctrinæ ſanæ conſonum, ſed contra ad narrationes quaſdam ſane inconditas & relatu indignas recurritis, quæ non ſolum certo nullo conſpiciuntur niti fundamento, ſed nihil etiam laudis ab auditoribus ſuis obtinent. Tunc Donatus; Omnis, inquit, Scriptura divinitus inſpirata eſt utilis, & novi myſterii doctrina conformis ponitur doctrinis antiquorum, tam quoad ſeriem rerum, quam quoad earumdem exhibitionem apud veteres litteris conſignatam. Noſtra namque doctrina ſacrorum Euangeliorum hiſtoriam continet, quæ aliquando futura Judęorum Vates ſanctiſſimos diu ante prædixiſſe conſtat. Viri ſcilicet hi, accepto cælitus divinandi ſpiritu, Deum pariter & hominem oculis noſtris aſpectabilem venturum in hunc orbem, & nationes omnes de Patris ſui divinitate aliiſque ſacris dogmatibus, tam per ſe quam per alios Euangelii ſui præcones ſanctiſſimos, edocturum prænuntiarunt; quemadmodum & alia non pauca, de modo quo mortem Deus-homo tandem eſſet obiturus, de reſurrectione ejuſdem à mortuis, de aſcenſu in cælum, unde ad nos deſcenderat, deque ejus ad Patrem ſuum reditu. Nec ullum putamus doctrinæ noſtræ caput certiori veritate fulciri. Etenim quod in

F *& coram eo fidei ſuæ rationem reddit:*

EX MS. FLORENT.

scripturis antiquioribus obscurum adhuc erat mysterium, divino munere nunc est revelatum. At qua ratione fieri potest, reponit Diocletianus, ut mansuetudine & misericordia Deus ille vester splendeat, qui ab Adamo ad Moysis usque tempora, & à temporibus Moysis, ad Christi, ut quidem vocatis, in terras adventum, universas orbis nationes tanta legis & mandatorum Dei ignorantia passus est perire? Quid vero necesse erat ut ultimis ille veniret temporibus, & non antequam infinita hominum multitudo in exitium rueret? Quibus Diocletiani dictis ita Donatus occurrit: Is qui à principio variis humanum genus universum, nec unius rationis beneficiis affecit Deus, nec umquam de ejus incolumitate & commodis curam deposuit, beneficiorum omnium maximum extremis voluit temporibus reservatum. Cum enim ad summum periculi jam esset perventum, & in misera de rebus suis desperatione versarentur homines & contabescerent, unigenitum Dei Verbum ad nos descendens novam quamdam rerum omnium faciem in mundum induxit.

9 Tunc Macarius aliquis, cubiculi Imperatorii Præpositus, divino magis nutu, quam mandato Diocletiani sic respondit: Nos etiam, si nescis, ex opimo illo & fertili doctrinæ omnis prato, tamque insigni rerum intellectibiliū thesauro, veluti ex variis herbis, aliqua, si non omnino perdidicimus, rudi saltem modo cognoscimus. Non enim ex eo quod unam quampiam rem ignoremus, ad alterius cujusdam notitiam aditus nobis est intercluſus. Ad quæ sic Donatus; Deum nos novimus & confitemur universitatis hujus conditorem, & Verbum Patris, qui, cum in senectutem veluti quamdam mundus iste jam vergeret, conceptus à Virgine, naturam susceptit hominis, nec propterea divinitatem amisit. Scimus illum formam sumpsisse servi, sputis pro tot ad salutem facientibus beneficiis dedecoratum, alapis percussum, spinea corona redimitum, crucem tandē nostra causa subiisse. Eumdem illum descendisse ad inferos, tertia die surrexisse à mortuis; in eodem illo corpore, quod pro salute mortalium in cruce fuit fixum, victorem denique in cœlos se penetrasse, & nunc ad Patris sui dexteram sedere, unde venturus est aliquando Judex vivorum & mortuorum, absque dubitatione credimus.

C *Illi respondere jussus Macarius Cubicularius, convertitur,*

10 Cum sic Donatus dissereret, Theodorus Eunuchus & Cubicularius Imperatoris, non sine divino impulsu ita eum compellat; Nos sane qui prodigiosam adeo religionem habemus, Deum illum quem tanta vos in veneratione habetis, Patris æterni Verbum, & nostra potius quam sua causa incarnatum, qui in orbe hoc nostro apparuit, & tenebras illuminavit hominum, nequaquam putamus contumeliis à quopiam esse subjiciendum. Etenim si ea quæ docuit solidam aliquam admitterent refutationem, non jam illi qui in eum credunt, vel ipsa sanguinis sui effusione ullo modo puri efficerentur: quippe non terrenam quamdam aut humilem, sed cælestem plane ad salutem pertingendi rationem hominibus, in graves errores delapsis, ille ostendit. His dictis, ad regias sese ædes Diocletianus retulit, declinante in vesperum die. Eâ ipsa nocte Macarius & Theodorus, cum in cubiculo Diocletiani somnum caperent, tali fuerunt visione detenti. Spectare sibi videbantur Donatum Presbyterum, qui sacrum eis Euangelium prælegebat, se vero ipsos in altissimum sustolli montem conspexerunt, atque inde in cælum deductos consistere ante Dei tribunal, ubi Angelos & Sanctos cœli incolas secum pariter Deo accidere supplices animadvertebant. Ut primum illuxit, non parum commoverunt animum Diocletiani earum rerum quas in somno viderant narratione. Quo deinde relicto, ac conscenso monte ad S. Donati pedes sese abjecere, illud commemorantes, quo modo ipsius ductu in cœlum per visionem fuissent abrepti, & quæcumq; ibi reperiebantur visu digna, oculis percepissent. Talia audiens vir beatissimus & vehementer admirans, religionis nostræ mysteria iis omnia explicuit & ritu Christiano volentes lavit.

& socius hujus Theodorus,

B

simulque baptizantur:

D

E

F

τῷ νόμῳ καὶ τῶν προλοιπῶν τοῦ Θεοῦ ἀπόλυσθαι. Τί δὲ ἀναγκαῖον ἦν ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ἐλθεῖν αὐτὸν, καὶ μὴ πρότερον, πρινὴ τὰ ἀναρίθμητα τῶν ἀνθρώπων φθαρῆναι πλήθη; Πρὸς ταῦτα ὁ Δονάτος ἔφη· Ὁ ἐξ ἀρχῆς διαφόροις τρόποις τὸν κόσμον πάντα ἐκ ἀνθρωπίνου γένους εὐεργετήσας Θεὸς, καὶ ὐδέποτε παυσάμενος τῆς περὶ αὐτὸν ὠφελείας, ἐν ἐσχάτοις τὰ μείζονα ἐφιλοτιμήσατο. Ἐν ἐσχάτῳ γὰρ κινδύνῳ ὄντων, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἀπογνώσει τῶν ἠθενηκότων, παραγενόμενος ὁ Μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος πανὶ ἔδωκε τὰ πάντα ἀνεκαίνισεν.

9 Πρὸς ὃν Μακάριός τις Πραιπόσιτος τοῦ κυβυκλίου, κελεύσει τοῦ Διοκλητιανοῦ. μᾶλλον δὲ θείῳ νεύματι ἀπεκρίνατο· Καὶ ἡμεῖς τούτῳ τῷ πίωνι καὶ εὐθηνουμένῳ τῆς διδασκαλίας λειμῶνι ἐκ τοῦ τοσούτου πλήθους τῆς ζωοποιίας, καθάπερ ἐκ ποικίλης πόας, κἂν μὴ πανέλεως ἐδιδάχθημεν, ὅμως τινά πως γινώσκομεν. Οὔτε γὰρ ἡμῖν ἡ τοῦ ἑνὸς πράγματος ἄγνοια τὸν ἕτερα ἀπέκλεισεν γνῶσιν. Πρὸς ἃ φησιν ὁ Δονάτος· Τὸν ἡμέτερον Θεὸν κτίσμα ὄντα καὶ πάντος, καὶ Λόγον καὶ Πατρὸς, γνῶσκοντος ἤδη καὶ κόσμου συλληφθέντα ἐν Παρθένῳ, καὶ ἀποκυηθέντα ἄνθρωπον ἑαυτὸν παρασῆσαι, ἵνα παυσάμενον τοῦ εἶναι Θεὸν. Γινώσκομεν ἐκεῖνον μορφὴν ἀνειληφέναι δούλου, ἐκεῖνον ἐμπτύσματα ἀντὶ τῶν σωτηριωδῶν θαυματουργιῶν, ἐκεῖνον ῥαπίσματα, ἐκεῖνον στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐκεῖνον πρὸς τῷ τέλει σταυρὸν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομεῖναι, ἐκεῖνον εἰς τὰ ᾅδου κατελθεῖναι, ἐκεῖνον τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι ἐν αὐτῷ τῷ σώματι, τῷ ἐν τῷ σταυρῷ προσηλωμένῳ, καὶ εἰς τὰ ὑρανὸν ἀνελθεῖναι νικηφόρον, καὶ καθεῖσθαι ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, ὅθεν ἥξει κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

10 Τούτων ῥηθέντων Θεόδωρος, καὶ αὐτὸς εὐνοῦχος καὶ Κυβικυλάριος θεόθεν ἐμπνευσθεὶς ἔφη· Ἡμεῖς οἱ περὶ τὰς τερατώδεις θρησκείας ἐσπουδακότες, τὸν Θεὸν, ὃν ὑμεῖς μετὰ παντὸς σεβάσματος δοξάζετε, Λόγον τοῦ ἀϊδίου Πατρὸς ὑπάρχοντα καὶ σαρκωθέντα, ἡμῶν μᾶλλον χάριν, καὶ οὐκ ἐαυτοῦ, τῇ γῇ ἐπιφανέντα, καὶ φωτίσαντα τὰ ἐσκοτισμένα, ὐδαμῶς ὀφείλομεν τολμᾶν ὑποβάλλειν ὕβρεσιν. Εἰ γὰρ ἃ εὐηγγελίσατο, ἔιχέν τινα ἀντιβολίαν, σὺν οἷς οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτὸν τῇ ἐκχύσει τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἐκαθάροντο. Οὐ γὰρ γνίνου ὁδὸν τοῖς πλανομένοις ἐφανέρωσεν, ἀλλὰ τὴν ἔνδοξον πορείαν τὴν ἐπουράνιον ἀπεκάλυψεν. Τούτων ῥηθέντων ὁ Διοκλητιανὸς εἰς τὰ βασίλεια ἀνεχώρησεν, ἑσπέρας λοιπὸν ὔσης. Ἐν αὐτῇ δὲ νυκτὶ ὁ Μακάριος καὶ Θεόδωρος καθεύδοντες ἐν τῷ κυβικυλίῳ Διοκλητιανοῦ, ἓν ἐθεάσαντο ἐνύπνιον. Ἴδον γὰρ Δονάτον τὸν Πρεσβύτερον ἀναγινώσκοντα αὐτοῖς τὸ Εὐαγγέλιον, αὐτούς τε ἀναφερομένους ὑπ' αὐτοῦ εἰς ὄρος λίαν ὑψηλὸν, εἶτα ἐκεῖθεν εἰς τὸν ὐρανὸν παρίσασθαι τῷ βήματι τοῦ παντοκράτορος, τούς τε Ἀγγέλους καὶ τοὺς Ἁγίους προσκυνοῦντας τὸν Δεσπότην καὶ αὐτοὺς ἓν τοῦτο αὐτὸ ποιοῦντας. Ἡμέρας δὲ γενομένης, ἐν πολλῇ φρονήσει ὄντα τὸν Διοκλητιανὸν ἐνταράττουσιν ἀμφότεροι, διηγησάμενοι τὸ αὐτὸ τεθεάσαι ἐνύπνιον· καὶ καλαλιπόντες αὐτὸν, ἀνελθόντες εἰς τὸ ὄρος, προσεκυλινδοῦντο τοῖς ποσὶ τοῦ μακαρίου Δονάτου, διηγούμενοι ὅπως δι' αὐτοῦ εἰς τὸν ὐρανὸν ἡρπάγησαν, καὶ τὰ ἐκεῖ κάλλη τεθέανται. Ἀκούσας τοίνυν ταῦτα ὁ Μακαριώτατος καὶ θαυμάσας, παρέδωκεν αὐτοῖς τὸ τῆς πίστεως μυστήριον, καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα.

bant. Ut primum illuxit, non parum commoverunt animum Diocletiani earum rerum quas in somno viderant narratione. Quo deinde relicto, ac conscenso monte ad S. Donati pedes sese abjecere, illud commemorantes, quo modo ipsius ductu in cœlum per visionem fuissent abrepti, & quæcumq; ibi reperiebantur visu digna, oculis percepissent. Talia audiens vir beatissimus & vehementer admirans, religionis nostræ mysteria iis omnia explicuit & ritu Christiano volentes lavit.

a Maximianus, *Herculi præcipue devotus,* Herculius *inde dictus est,* Diocletianus *autem* Jovis.

CAP.

A

CAPUT III.

EX MS. FLORENT.

Tormenta ſuperata, fuga in Ægyptum & martyrium.

11 Ὑποσρεφάντων τοίνυν αὐτῶν ὁ Μακάριος, Σωσεὺς καὶ πάσης παῤῥησίας ἔμπλεως ὑπάρχων, εἶπεν πρὸς Διοκλητιανόν. Ἰώσιππος ὁ ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεὺς γενόμενος, καὶ ἱσορῶν μετ' ἀληθείας τὰ καλὰ Ἰουδαίοις, μαρτυρεῖ τὸ Χριστὸν τὸ Θεὸν ἀληθινὸν γεγονότα, ἀναθρωπίσαντά τε καὶ σαυρωθέντα, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθέντα, ἃ τὰ Συγγράμματα ἐν τῇ δημοσίᾳ ἀπόκειται βιβλιοθήκῃ. Λέγει δὲ ὕτως· Γίνεται δὲ καὶ τοῦτον τὸν καιρὸν Ἰησοῦς σοφὸς ἀνήρ· εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή· ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ ἀληθῆ δεχομένων. Καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίων, πολλοὺς δὲ τοῦ ἑλληνικοῦ ἐπήγετο. Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν· καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σαυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον ἀγαπήσαντες. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων
B προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μύρια θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων, καὶ οὐκ ἔτι νυνὶ τὸ Χριστιανὸν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένον οὐκ ἐπέλιπε φύλον. Ταῦτα οὖν τοῦ τῶν Ἑβραίων γραμματέως πάλαι ταῖς ἑαυτοῦ βίβλοις ἐγχαράξαντος περὶ τοῦ Δεσπότου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, ποία ἄρα ἀπολογία τοῖς ἀπίστοις ὑπολειφθήσεται; ὅτι μελέτερον τοίνυν παρ' ἡμῶν, ὦ Βασιλεῦ, προσήκει ταῦτα ἐρευνᾶσθαι. Ποῖόν τινα ἄρα νομίζετε τὸν τῶν Χριστιανῶν Θεόν; διὰ τί δὲ τοῦτον οὐ προσεδέξασθε, καὶ αὐτῷ λατρεύετε, ἀλλὰ τοῖς θεοῖς τῶν ἐθνῶν; ὃν καὶ ἡ Ῥωμαίων βασιλεία ὑπεδέξατο; Διὰ τί ὃν μόνος παρ' ὑμῶν οὐ προσκυνεῖται; Εἰ δὲ μηδὲν ἰσχύει ἕλως, ποίῳ λόγῳ Σωτετριμμένων τῶν ὑμετέρων βδελυγμάτων παρὰ πᾶσι σχεδὸν τοῖς ἔθνεσι, μόνος ἔχει τὸ κράτος; Πρὸς ταύτας τὰς ἀπολογίας θυμῷ συσχεθεὶς ὁ Διοκλητιανὸς οὐδὲν ἀπεκρίνατο. Τότε καὶ ὁ Θεόδωρος ἔφη· Ἐφάγη ὡς ἐρᾶς, ὦ Μακάριε, σόμα λαλοῦντων ἄδικα. Ἐπεμάνησαν γὰρ πολλοῖς οἱ ὑπηρέται τῶν αἱμοβόρων, ἀλλ' ἐφέστηκεν αὐτίκα ἡ τούτων τιμωρὸς δεξιὰ τοῦ Θεοῦ.

12 Τούτων ῥηθέντων μανίας πολλῆς ἐμφορηθεὶς
C ὁ Διοκλητιανὸς πρὸς τοὺς Ἁγίους φησίν· Ἀπάχθητε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ θεομίσους ἑλκόμενοι, καθὰ καὶ Θεόδωρος καὶ Γοργόνιος οἱ Πραίποσιτοί μου, οὓς μετὰ πολλὰς καὶ ποικίλας βασάνους τελευταῖον ἀγχονισθῆναι ἐκέλευσα. Καὶ ἐμμανὴς γενόμενος ἐπενόει καθ' αὐτῶν διάφορα κολασηρίων εἴδη. Πρῶτον μὲν γὰρ πυρὶ τὸ Σῶμα Δονάτου καὶ Μακαρίου καὶ Θεοδώρου ὑποβάλλεται, εἶτα θηρίοις διαφόροις. Ἐκεῖ λέοντες, πάρδοι, ἄρκτοι, καὶ θηρίων πᾶν γένος, ἀλλὰ καὶ κοῖροι ἄγριοι, καὶ ταῦροι, οἱ δὲ διὰ σιδήρου καὶ πυρὸς ἥρπαζον ἀγριώτεροι καθίσαντο, καὶ ἐπὶ πρόκειρα ταῦτα κατὰ τῶν τοῦ Θεοῦ Ἁγίων. Οἱ δὲ τοῦ Θεοῦ θεραπεύται τὰς εὐχὰς αὐτῶν ἀνέπεμπον βοῶντες· Μὴ παραδῷς Δέσποτα τοῖς θηρίοις ψυχὰς ἐξομολογουμένων σε. Τὰ δὲ θηρία τοὺς μὲν ἐποτρυόντας αὐτὰ κατὰ τῶν δικαίων δᾶπον τοῦ δεσπότου διεσπάραξαν, τῶν δὲ Μαρτύρων οὐχ ἥψαντο, ἵνα δειχθῇ πᾶσιν ὅτι θεία αὐτοὺς ἐφρούρει δυνάμις. Τότε τοίνυν θάμβος μέγα καὶ δέος πάντας τοὺς ἐν τῷ θεάτρῳ ἔλαφεν βλέποντας τοὺς Ἁγιωτάτους χαίροντας καὶ φαιδρῷ τῷ προσώπῳ ἐν μέσῳ τῶν θηρίων ἑστῶτας.

11 ILlis igitur unde advenerant reverſis, Macarius rerum intelligentior & majori utens libertate, hanc apud Diocletianum orationem habuit: Joſephus Sacerdos Hieroſolymitanus, quique hiſtoriam Judæorum integra fide ad poſteros tradidit, Chriſtum verum Deum fuiſſe teſtatur, cui rei certiſſimum in ejus libris teſtimonium hoc habemus: *a* Eodem tempore fuit Jeſus, vir ſapiens, ſi tamen virum eum fas eſt dicere: erat enim mirabilium operum patrator, & doctor eorum qui libenter vera ſuſcipiunt, plurimoſque tam de Judæis quam de gentibus ſectatores habuit. Chriſtus hic erat, quem accuſatum à noſtræ gentis Principibus, Pilatus cum addixiſſet cruci, nihilominus non deſtiterunt eum diligere, qui ab initio cœperant. Apparuit enim iis tertia die vivus, ita ut divinitus de eo Prophetę hoc & alia multa miranda prædixerint, & uſque in hodiernum Chriſtianorum genus, ab hoc denominatum, non deficit. Hæc ea ſunt quæ Hebræorum dictus jam hiſtoricus à tanto tempore de Domino & Servatore noſtro poſteritati tradidit. Quæ igitur excuſationis ratio nunc eſt relicta nolentibus fidem veram ſuſcipere? Hoc equidem ſumma cura perſerutemur neceſſe eſt, ô Imperator. Quem enim vos tandem Chriſtianorum eſſe Deum arbitramini? Cur non illum potius ſuſcipiendum & colendum putatis, quam idola gentium? Cui jam per univerſum Romanorum Imperium obedientia & cultus præſtatur, cur à vobis ſolis cultu cenſetur indignus? Si ille parum adeo ut exiſtimatis valeat, quo modo factum eſt ut, confractis ubique fere gentium idolis, ſolus ille cultum & venerationem obtineat? Ad liberam adeo Chriſti coram ſe confeſſionem animo commotus Diocletianus, reſponſum quod daret non habuit. Tunc igitur & Theodorus; Obſtructum eſt, ut vides, ô Macari, os loquentium iniqua. Furorem quidem ſuum in non paucos effuderunt hominum ſanguinariorum adminiſtri, ſed dextera Domini, ſcelerum vindex, in eos confeſtim incubuit.

Macarius & Theodorus Chriſti divinitatem coram Diocletiano prædicantes

a

12 His dictis in rabiem verſus Diocletianus, ſic allocutus eſt Sanctos; Vos quoque ut apparet eâdem erga Chriſtum inſaniâ eſtis abrepti, qua non ita pridem Theodorus *b* & Gorgonius Præpoliti mei, quos poſt plures varioſque cruciatus laqueo ad extremum vitam juſſi finire. Tum magis etiam magiſque excandeſcens multa ſuppliciorum genera adverſus viros ſanctiſſimos, verſabat animo. Primum igitur igni, deinde feris, traduntur plectendi Donatus, Macarius & Theodorus. Eo ſiquidem loco non leones, non pardi, non urſi, non omne genus ferarum, non etiam ſues ac tauri ſilveſtres, quorum morſus ignis ac ferri tormentum acerbitate ſua longe excedunt, deerant, qui protinus contra Sanctos Dei fuerunt ſoluti. Illi autem ſuas ad ipſum preces dicebant, clamantes; Ne tradas beſtiis animas confitentium tibi. At feroces iſtæ belluæ eos ipſos, à quibus adverſus Chriſti athletas inſtigabantur, dicto citius dilacerarunt, ne tactis quidem Martyrum ſanctorum corporibus; ut palam omnibus conſtaret, quod hi divina quadam virtute protegerentur. Tunc ſane omnes qui ad theatrum ſpectandi cauſa convenerant, ingens metus inceſſit; cum viros ſanctiſſimos lætitia inſolita exultare, vultuque ad omnem hilaritatem compoſito medias inter belluas verſari conſpicerent.

cum Donato igni & beſtiis objiciuntur:

b

à quibus nihil læſi

13 Quæ dum fiunt, primus omnium Donatus ita ad populum dicere eſt exorſus: Dei ipſius Filius, qui ab initio cum Patre ſuo hominem creavit, ho-

populo ſuadent fidem Chriſti,

EX MS. FLORENT.

minis ipſemet naturam ſuſcipiens, teſtimonium de Patre perhibuit, ac multis deinde inſignis miraculis, poſtquam cęleſtem diſcipulis ſuis doctrinam tradidit, multa pro nobis eſt perpeſſus: tum ſepulchro conditus tertia die à mortuis ſurrexit, & in cælos ad extremum abiit, unde expectatur venturus ad judicandum vivos ac mortuos. Spem ille nobis reliquit haud dubiam, fore ut eodem modo à mortuis aliquando reſurgamus; non imaginarie, quemadmodum ſtulti quidam perverſe autumant & docent; ſed hæc ipſa corpora, in quibus nunc vivimus & movemur, iterum recipientes. Hinc profecto illud fit, ut non timeamus eos qui corpus quidem occidunt, animum vero occidere non poſſunt; ſed ejus ſolius timor nos percellat, qui animum ſimul ac corpus perdere poteſt in gehenna ignis. Ad hanc orationem duodecies à populo exclamatum eſt; Auxilio adſis, Chriſte, & Donatum benigne exaudi. Facto deinde ſilentio, Macarius ſic eis nuntiavit: Hoc ipſum quod nunc adverſum nos peragitis, ſecundum Chriſti ipſius prædictionem, nobis erat obventurum, ut ante Reges ac Præſides duceremur; quam ob rem ipſe etiam met oppetere mortem voluit, ut per reſurrectionem ſuam mortem ſuperaret. Macario dicenti ſepties ab omni turba acclamatum eſt: Macarium, Chriſte, exaudi. Tunc Theodorus, de contemptu mortis & reſurrectione carnis locuturus, hæc pronuntiavit; Corpus iſtud quod incorruptibile primum Deus creavit, & per tranſgreſſionem in maledictum incidit, ſuo merito corruptioni factum eſt obnoxium. Audivit enim: Terra es, & in terram reverteris. Attamen Verbum divinum, in fine ſeculorum carnem pro nobis indutum, nec pauca perpeſſum, & reſurgens à mortuis, illud rurſum incorruptionis capax effecit; quemadmodum & Apoſtolus ſcriptum reliquit; Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem; & ſic hominem revocari ad id quod ab initio erat, ſublata de medio corruptione per reſurrectionem.

& multos convertunt.

B

1 Cor. 15, 35.

14 His dictis, ingens repente motus terræ extitit: & cum multa ex improviſo ædificia in ſolum corruiſſent, non exigua hominum multitudo extincta eſt. Quod ubi accidit, Donatus ejusque ſocii, acceptâ divinitus à Chriſto & Deo ſuper hoc reſponſione, in urbem, quam Pothmuim *c* dicunt, abire jubentur. Terreſtri ergo itinere ad mare uſque perveniunt, ubi navim ad trajiciendum nacti, nihil moræ interponentes, eam conſcenderunt; & ſecundo uſi vento curſuque, duodecimo poſt die Alexandriam, atque inde Tithmulum perveniunt, cui tunc urbi Epiſcopus præerat *d* Phileas; qui exorta dein perſecutione, in confeſſione Domini noſtri Jeſu Chriſti perſiſtens, coronam martyrii capite minutus retulit. Cum autem Donatus ingrederetur eccleſiam, demiſſa *e* è cælo columba capiti ejus inſedit: quam ut qui aderant conſpexerunt, hunc enimvero Epiſcopatus honore digniſſimum pronuntiarunt, Deo videlicet ipſo ita indicante. Ac continuo in eum dignitatis gradum evehentes advenam, ſupremo Sacerdotio decorarũt. Cumq; circa ea tempora Licinius Imperii habenas ſuſcepiſſet *f*, magnam in Chriſtianos perſecutionem excitat: & ante omnia, quicumque in palatio ejus verſabantur Chriſtiani, abſque mora tam palatio quam univerſo deinde exercitu juſſi ſunt abire. Progreſſu vero temporis magis magiſque efferatus, tyranno digna edicta propoſuit; ut quicumque Chriſtianos ſe faterentur, in carcerem conjecti, cibo omni privarentur ac potu; addens, rem eſſe indignam aliquid erga eos exhibere humanitatis, qui contra ejus leges deliquiſſe aperte eſſent convicti. Quo factum eſt ut ingens hominum vis in cuſtodiam tradita, fame contabuerit. Ad extremum uni-

Facto terræ motu Sancti in Ægyptũ evadunt,

C

d

ubi Donatus factus Epiſcopus

e

f

Denique ſub Licinio cum ſociis martyrium pertulit.

13 Καὶ τούτων ὕτως πραχθέντων, ὁ Δονάτος πρότερον πρὸς τ δῆμον εἶπεν· Ὁ τ Θεοῦ Υἱὸς, ὁ ἐν ἀρχῇ Cὺν τῷ Πατρὶ κτίσας τ ἄνθρωπον, αὐτὸς ἐνανθρωπίσας εἶπεν περὶ τ Πατρὸς, καὶ ποιήσας Cημεῖα καὶ διδάξας τοὺς μαθητὰς, ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἐτάφη, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνέστη, καὶ ἀνελθὼν εἰς τοὺς ὐρανοὺς, ὅθεν προσδοκᾶται ἐλθεῖν κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Καὶ ἡμῖν ἐλπίδα ἀνασάσεως ἔδωκεν τῷ ὁμοίῳ τύπῳ· ὐ καλὰ φαντασίαν, ὡς συκοφαντοῦσιν οἱ ἀσωῦετοι, ἀλλὰ ταῦτα αὐτὰ ἐν οἷς ζῶμέν καὶ κινούμεθα τὰ Cώματα ἀπολαμβάνοντες. Καὶ διὰ τοῦτο ὐ φοβούμεθα τοὺς ἀποκτείνοντας τὸ Cῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένους ἀποκτεῖναι, ἀλλ' ἐκεῖνον φοβούμεθα τ δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ Cῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ πυρός. Καὶ ἠξεβοήθη ἐκ τοῦ δήμου δωδέκαλον· Χριστὲ βοήθει, καὶ ἐπάκυσον Δονάτου. Καὶ γενομένης Cιωπῆς, ὁ εὐνοῦχος Μακάριος εὐηγγελίσατο λέγων· Ταῦτα ἃ νῦν καθ' ἡμῶν πράττετε, ἐσεσθαι ἡμῖν αὐτὸς προεῖπεν ὁ Χριστὸς, καὶ ὅτι παρασησόμεθα βασιλεῦσιν καὶ ἄρχυσιν· καὶ αὐτὸς ἐπὶ τούτῳ μόνῳ τ θάνατον καλεδέξατο, ἵνα αὐτὸν νικήσῃ διὰ τ ἀνασάσεως. Καὶ ἠξεβοήθη ὑπὸ τοῦ δήμου πρὸς αὐτὸν ἐπάκιος· Χριστὲ, ἐπάκυσον Μακαρίου. Εἶτα Θεόδωρος ἀπεκρίνατο περὶ τ καταφρονήσεως τοῦ θανάτου, καὶ τ ἀνασάσεως τ Cαρκὸς, καὶ φησίν· Τοῦτο τὸ Cῶμα ἄφθαρτον κτισθὲν, καὶ διὰ τὴν παράβασιν κατάρον δεξάμενον, εἰκότως ὑπὸ φθορὰν γέγονεν. Ἦκυσεν γάρ· Γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· ὅπερ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐπὶ τέλει τῶν αἰώνων Cαρκωθεὶς, παθών τε, καὶ ἀνασὰς, εἰς ἀφθαρσίαν μετέστησεν. Καθὼς καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει· Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν· καὶ ὕτω πάλιν τῶν ἄνθρωπον ἀνακληθῆναι εἰς τ ἐξ ἀρχῆς, τῆς φθορᾶς ἐκ ποδῶν γενομένης διὰ τ ἀνασάσεως.

D

E

14 Τούτων ῥηθέντων Cεισμὸς ἐγένετο μέγας, καὶ ἀδρόον Cυμπεσόντα οἰκήματα οὐκ ὀλίγον πλῆθος ἀνθρώπων ἀπέκτειναν. Οὗ γενομένου, Δονάτος καὶ οἱ Cὺν αὐτῷ, δεξάμενοι παρὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἀπόκρισιν, εἰς πόλιν Ποθμύιν καλουμένην ἀπελθεῖν κελεύονται. Καὶ ὁδοιπορήσαντες ἄχρι θαλάσσης, νηός τινα εὑρόντες πρὸς ἀπόπλουν, μηδὲν ὑπερθέμενοι ἐπέβησαν αὐτῆς, καὶ ἀσίῳ χρησάμενοι δρόμῳ τῇ δωδεκάτῃ ἡμέρᾳ εἰς τὴν Ἀλεξανδρείαν παραγίνονται, εἶτα εἰς Τίθμυλον ἀφικνοῦνται ἧς Ἐπίσκοπος τότε Φιλήας, ὃς τ Cάλης τοῦ διωγμοῦ κινουμένης, ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διαμένας, τ στέφανον τοῦ μαρτυρίου διὰ τ ἀφαιρέσεως τῆς κεφαλῆς ἀνεδήσατο. Εἰσελθόντος τοίνυν τοῦ ἁγίου Δονάτου ἐν τῷ κυριακῷ, περιστερὰ ὐρανόθεν πεμφθεῖσα τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ ἐπεκάθισεν· ὃν θεασάμενοι οἱ παρόντες, τοῦτον ἄξιον Ἐπισκοπῆς εἶναι τῇ τοῦ Θεοῦ κρίσει ἐψήφαντο, καὶ εὐθέως ἐνθρονίσαντες αὐτὸν τελείᾳ ἱερατείᾳ καθίδρυσαν. Καθ' ὃν καιρὸν Λικίνιος τὴν βασιλείαν διαδεξάμενος διωγμὸν ἐγείρει κατὰ τῶν Χριστιανῶν, καὶ πρῶτον μὲν πάντας ἐκ παλατίου αὐτοῦ τοὺς Χριστιανοὺς ἐξελθεῖν παρακελεύεται, ἔπειτα καὶ πάσῃ ἀποτάξεσθαι στρατείᾳ. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ἀποθηριωθεὶς προσίδησι διατάγματα τυραννικὰ, ὡς τοὺς ὁμολογοῦντας ἑαυτοὺς Χριστιανοὺς εἶναι ἐν φρουρᾷ βάλλεσθαι, καὶ μηδένα τροφὴν ἢ πατον προσαγαγεῖν, φάσκων, ἄτοπον εἶναι φιλανθρωπίας ἀξιοῦσθαι τοὺς ὑπὸ τῶν αὐτοῦ νόμων καταδικαζομένους. Καὶ ὕτω πλήθη τῶν φυλακῶν ἐμβληθέντα, λοιμῶ διεφθείρετο. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐκέλευσιν πάντας τοὺς μὴ ἀνεσχο-

A ἀνισχομένους τῶν μεμολυσμένων θυσιῶν μεθασχεῖν ἀναρρεῖσθαι· ὧν ἐξαρχοι ἦσαν οἱ μακαριώτατοι καὶ ἀποστολικοὶ ἄνδρες Δονάτος ὁ Ἐπίσκοπος, καὶ Μακάριος ὁ Πρεσβύτερος, καὶ Θεόδωρος Διάκονος, ὧν τῇ προλεχθείσῃ ὁμολογίᾳ τοῦ Χριστοῦ τῷ Διοκλητιανῷ πρῶτον εὐδόξως ἀντιστάντες, καὶ νυὶ τῷ Λικιννίῳ, ὡς ἐκέλευσεν μελιδὸν κατατμηθῶναι. Καὶ λαβόντες οἱ δήμιοι καὶ ῥαχίζοντες, καὶ εἰς μέρη διαῤῥῆντες τὰ σώματα τῶν Ἁγίων, εἰς τὴν θάλασσαν ἔῤῥιπτον. Καὶ οὕτως ἐτελειώθησαν οἱ ἅγιοι τοῦ Θεοῦ Μάρτυρες, δοξάζοντες τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα, ᾗ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

versos, qui impuris idolorum ſacrificiis polluere ſeſe detrectaſſent, tolli è medio imperavit. Horum principes fuere beatiſſimi Apoſtolicique viri, Donatus Epiſcopus, Macarius Presbyter, & Theodorus Diaconus: qui ut in deſcripta ſupra confeſſione Chriſti glorioſe adeo primum Diocletiano reſtiterant, ita & nunc reſtitere Licinio, qui membratim eos mandavit concidi. Obſecuti imperio carnifices, hominum ſanctorum corpora in fruſta diſſecta conjecerunt in pelagus. Hic finis fuit beatorum Chriſti Martyrum, qui inter acerbiſſimos cruciatus laudarunt ſanctam & conſubſtantialem Trinitatem, cui debita eſt gloria, honor, & adoratio, in ſecula ſeculorum. Amen. EX MS. FLORENT.

ANNOTATA.

a *Ioſephus de Antiquit. Iud. lib.* 1 *cap.* 4 *hæc quidem habet, ſed locum ex Euſebii Hiſt. Eccl. lib.* 1 *cap.* 11 *deſcripſit, auctor. Vide autem hujus loci veritatem, palchre defenſam contra ſciolos quoſdam ab Euſebii Commentatore Valeſio in Annotationibus pag.* 20. b *Idem Euſebius lib.* 8 *cap.* 6 SS. Dorothei, *non* Theodori *&* Gorgonii *martyrium deſcribit, longe aliter quam in fabuloſis SS. Indes & Domnæ actis: fuerunt autem initio hujus ultimæ perſecutionis an.* 303 *paſſi Nicomediæ, & referuntur in Romano Martyrologio* 9 *Septembris.* c *Februarii noſtri die* 4 *ad vitam S. Phileæ Thmuitarum Epiſcopi & Martyris, eodemque die ad vitam Iſidori Peluſiotæ, urbis Thmuitanæ ſitus & multiplex corruptio nominis ſufficienter exponitur: quæ igitur ibi dicta hic non repetemus. Satis erit monuiſſe ad duodecim, quas ibidem adducimus, nominis* Thmuis *corruptas ſcriptiones, duas hic novas accedere, ubi loco* Thmuis *ſcribitur* Pothmuis, *&* Tithmulus; *ideo fortaſſis quod legitimæ vocis initium pronuntiatu erat durius ac difficilius.* d *Paſſum eſſe* S. Phileam *anno* 304 *docuimus, quando & acta Rufino laudata hactenuſque inedita dedimus.* e Κυριακὸν *pro* eccleſia *poni notum eſt, nec deſunt qui Teutonicum* kirch, kerck *inde duci velint: ſed &* Dominicum *Latine invenies apud Cyprianum, Hieronymum, alioſque ſanctos Patres.* f Licinius *anno* 307 *Cæſar creatus à Galerio Maximiano, victo deinde Maximino Imperium arripuit, & anno* 313 *ducta Conſtantini Magni ſorore Chriſtianis palam favit: cœpit autem eos perſequi anno* 316, *quod ei non diu impune licuit.*

B C D E F

DE SANCTO LUPICINO
EPISCOPO VERONENSI IN ITALIA.

SYLLOGE HISTORICA. C. H.

De cultu, reliquiis, officio ex Auguſtino Valerio, Epiſcopo Veronenſi.

XXII MAII. *Cultus,* CElebrari Veronæ *ſub ritu duplici hoc* XXII *Maji* S. Lupicinum Epiſcopum, *indicat Tabula Sanctorum Veronenſium, anno* MDXVIII *confecta; & compendium Vitæ quod apud Valerium Auguſtinum Epiſcopum Veronenſem, in Antiquis monumentis Sanctorum Eccleſiæ Veronenſis, pag.* 39 *hujuſmodi habetur.* Lupicinum Veronę Epiſcopum, proditum eſt vetuſtis manuſcriptis libris, fuiſſe virum optimum atque ſanctiſſimum. Obiit vir Dei, incredibile ſui deſiderium univerſo Veronæ populo relinquens, undecimo Kalendas Junii; & in baſilica S. Zenonis ejus corpus nunc requieſcit, non longe ab ejus turri eo in latere, quod eſt ad meridiem; ubi in ejus honorem & Sanctorum Lucilli, qui ei in Epiſcopatu ſucceſſit, & Creſcentiani Martyris altare erectum eſt. In conſecratione eccleſiæ S. Mariæ, cognomento Antiquæ, anno ſalutis MCLXXXV, itemque altaris S. Jacobi in eccleſia ſanctorum Apoſtolorum, poſitæ in eo fuere Reliquiæ etiam ſancti hujus Epiſcopi. *His addendum ex Indice Reliquiarum, quæ in Eccleſiis Veronenſibus adſervantur, aliquas* S. Lupicini *Reliquias eſſe in eccleſia S. Salvatoris ad Fregnanum, & duplici ſanctimonialium, ſcilicet S. Antonii & S. Ioannis. Aliquas etiam Reliquias* S. Lupicini *eſſe Bononiæ in eccleſia S. Stephani, tradit Maſinus in Bononia perluſtrata; ſed ad* XXXI *Maji: quo die* S. Lupicinus *eſt inſcriptus hodierno Martyrologio Romano, ubi à Baronio citantur Tabulæ Eccleſiæ Veronenſis & Auguſtinus Valerius pag.* 9 *&* 39. *Verum dictis locis accurate exprimitur* dies 22 Maji *&* undecimus Kalendas Maji. *Hoc autem ſequuntur Galeſinius, Ferrarius in Catalogo generali & alio Sanctorum Italiæ, Onuphrius Panvinius lib.* 4 *Antiquitatum veronenſium cap.* 7, *Ferdinandus Vghellus de Epiſcopis Veronenſibus, Ioannes Franciſcus Tinius lib.* 5 *Nobilitatis Veronenſis cap.* 9, *Nicolaus Brautius in Martyrologio Poëtico, & alii.*

corpus,

altare,

Reliquiæ.

2 *Alii duo quorum ſacra corpora apud S. Zenonem in eodem altari ſervantur, ſunt* S. Creſcentianus *Martyr,* Imagines. *qui colitur* V *Septembris; &* S. Lucillus *Epiſcopus, cui ſacer eſt dies* XXXI *Octobris. Pro* palla altaris, *inquit dictus Auguſtinus Valerius,* depictæ ſunt tres imagines, quarum media palmam in manu tenens, eſt unius Martyris: reliquæ duæ ſunt imagines Epiſcoporum cum mitris paſtoralibus, chirothecis & libris in dextra manu: ſub quibus imaginibus in vaſe ipſius pallæ hæc carmina ſunt depicta.

epitaphium.

Hic Creſcentiani Martyris oſſa quieſcunt;
Et cum Lucillo tu, Lupicine, ſimul.
Cæleſtis patriæ conſortes atque ſepulchri,
Veronam Præſul ducit uterque ſuam.

In latere ipſius altaris ad Septemtrionem verſus altare majus eſt tabella vetuſta ex membranis, parieti appenſa, in qua hæc ſunt verba. Corpora SS. Creſcentiani Martyris, Lucilli & Lupicini Confeſſorum Epiſcoporum Veronenſium. Supra ipſum altare eſt alia tabella ex membranis, ubi ſupradictorum commemoratio eſt deſcripta. Antiphona. In circuitu tuo, Domine, lumen eſt, quod numquam deficiet, ubi conſtituiſti luciditſimas manſiones, ibi requieſcunt Sanctorum animæ. ℣. Exultent juſti in conſpectu Dei,

Antiphona.

A Dei. ℟. Et delectentur in Lætitia. ORATIO. Deus qui nos, in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere, da nobis per intercessionem sanctorum Confessorum tuorum atque Pontificum Lucilli & Lupicini, nec non gloriosissimi Martyris Grescentiani, quorum corpora hic in præsenti tumulo requiescunt, salutem mentis & corporis, ut ea qua pro peccatis patimur, te adjuvante vincamus, per Christum Dominum nostrum. D

Oratio.

3 *Quo tempore hic aliique sederint, & quo ordine sibi invicem successerint, asserit* Panvinius *majorum fata ignavia tenebris vetustatis oppressum esse, ac proinde nuda nomina ordine alphabetico suggerit.* *Tempus Sedis.*

DE S. HELENA VIRGINE

AVTISSIODORI IN GALLIA.

SYLLOGE HISTORICA

G. H.

Elogium, cultum, ætatem, translationem complexa.

SECULO V.

Elogium ex ex Vita S. Amatoris Episcopi.

Antiquissima memoria hujus Virginis est in Vita S. Amatoris Episcopi Autissiodorensis, quam deamus ipsis Kalendis hujus mensis Maji, conscriptam à Stephano Presbytero, ad petitionem S. Aunarii, Episcopi etiam Autissiodorensis. In dictâ Vita describitur capite ultimo obitus S. Amatoris his verbis: Præcepit se ad sanctam ecclesiam provehi, ut ibi Spiritum Datori redderet, ubi die ac nocte ei consueverat profiteri. Progreditur cum eo dexterâ lævâque frequens multitudo, præcedit Clericorum chorus, matronarum catervâ subsecuturâ. At ille ubi ecclesiam est ingressus, Pontificalem thronum ascendens, fere diei horâ tertiâ emisit spiritum. Cui continuo chorus Sanctorum, quod est ad dicendum mirabile successit, & Spiritum ejus cum hymnis & laudibus in specie columbæ vehebat ad cælum. Hoc à multis cernentibus & narrantibus est confirmatum, & maxime ab Helenâ sacratissimâ puellâ, quæ eodem tempore cunctis virtutibus ac miraculis præcellebat. *Hæc in dicta Vitâ S. Amatoris Episcopi.* B

2 *Testimonium huic narrationi præbent antiqua quatuor Martyrologii Hieronymiani apographa, sed aucta a posteris; ex quibus Epternacense, ante mille fere annos conscriptum, ista adjungit ad hunc* XXII *Maji*: Civitate Autissiodoro depositio & translatio Helenæ Virginis. *Quæ eadem, sed ad diem sequentem, referuntur in codice Corbeiensi Parisiis excuso, in quo titulus* Sanctæ *adjungitur. In Apographis Lucensi & Blumiano ista ad hunc diem leguntur*: In civitate Autissiodorensi depositio & translatio corporis S. Helenæ Virginis. *Sequuntur passim posteriores. Ex his Vsuardus, Bellinus, aliique cum Romano Martyrologio solum ista habent*: Autissiodori S. Helenæ Virginis. *At* depositionem *ejus referri indicant* Notkerus, Mavolycus, *aliique*: *quam* translatum *ejus appellat vetus, sed parvum, Ms. Trevirense S. Maximini. Majus elogium additur in Mss. Laubiensi & Morinorum sub nomine* Adonis; Bruxellensi S. Gudilæ, Pragensi, & alio S. Cyriaci; *item in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ sub nota anni* 1490 *excuso & aliis, quod est hujusmodi*: Autissiodoro S. Helenæ Virginis, quæ sicut in Gestis S. Amatoris legitur, & multimodâ meritorum virtute claruit, & miraculis effulsit. *Eadem, sed mutatâ phrasi, ita leguntur apud Galesinium*: Autissiodori S. Helenæ Virginis, virtutum meritis & rerum divine mirificeque gestarum splendore illustris. *Arturus du Monstier in Gynaceo sacro hoc formavit elogium*: Autissiodori Helenæ Virginis, quæ tota liquefacta in desiderium gloriæ æternæ, animam meritis divitem, cælo emisit. E

Cultus Sacer ex antiquis fastis.

C

3 *Quamdiu post obitum S. Amatoris, circa annum* CCCCXVIII *vita functi, vixerit illa, non liquet. Potuit autem corpus hujus Virginis depositum fuisse hoc* XXII *Maji, eodemque post aliquot annorum decursum fuisse translatum. Inscripta est ejus memoria ad hunc etiam diem Kalendariis antiquorum Breviariorum Ecclesiæ Autissiodorensis, quæ nobis submisit Petrus le Venier Pœnitentiarius dictæ Ecclesiæ: cujus humanitatem nos anno* MDCLXII *Autissiodori experti sumus, & admirati illius illustrem bibliothecam. Sed non indicatur num dies celebretur Depositionis an Translationis. Saussajus ad* XX *Iunii ista habet*: Autissiodori translatio S. Helenæ Virginis, cujus gloriosus transitus anniversia celebritate fulget die XXII Maji. *Tempus obitus, & translationis.* F

DE S. ROMANO MONACHO

IN DIOECESI AVTISSIODORENSI ET SENONENSI.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

G. H.

De ejus Monasterio, Reliquiis, Cultu: item de Actis ejusdem, incertis quoad vitam, certioribus quoad translationes & miracula.

SECULO VI

Cultus Sacer

SAncti Romani *festum hoc* XXII *Maji celebratur in diœcesi Autissiodorensi & Senonensi, & omnia in Officio Ecclesiastico præscribuntur de Communi recitanda: in utriusque autem Ecclesiæ Breviariis cognominatur* S. Romanus Monachus & Confessor. *Fuit autem Monachus in monasterio* Fontis-Rogi, *vulgo* Font rouge, *quod sex leucis Autissiodoro versus partem Australem distabat, & (sicut tradit Georgius Viollet, Monachus Autissiodorensis apud S. Germanum, cujus ibidem humanitatem anno* MDCLXII *experti sumus, & variis antiquitatum monumentis doti) dictum monasterium sitam fuit eo in loco, ubi nunc* oppidum Druense, *vulgo* Dreuë *vel* Druy, *cernitur, cum nonnullis vestigiis monasterii, quod à pluribus seculis nomine ac censu spoliatum fuit. Sacrum corpus ex Fonte-Rogi delatum in urbem Autissiodorensem, inde ad diœcesin Senonensem est, uti infra in Actis dicitur: at modo in urbe Senonensi, in ecclesiâ Parochiali S. Germani dicta, cum debitâ veneratione adservatur. Ius præsentandi Pastorem in dictâ ecclesiâ est penes Abbatem S. Remigii Autissiodorensis, in cujus ecclesiâ dictum corpus olim fuit adservatum: Caput*

monasterium ejus ubi?

Corpus & Caput Senonas translatum.

A *Caput auro inductum in eccleſia S. Petri Vivi honoratur.*

2 *Quo tempore floruerit non omnino certum eſt. Prima ejus mentio, teſte Mabilono in Obſervatione prævia ad ejus Vitam, apparet ex litteris Aldrici & Wenilonis Pontificũ Senonenſium & Caroli Calvi Regis; ſcilicet quod monaſteriũ S. Remigii per dictos Pontifices fuerat extructum ac dein Anſegiſus illorum ſucceſſor corpus eo tranſtulerit, circa ann.* DCCCC *ab Hugone Abbate S. Germani Autiſſiodorenſis impetratum, ut ſcribit Autiſſiodorenſis in chronico. Fuit autem Anſegiſus frater Walæ Epiſcopi Autiſſiodorenſis. Memoria* S. Romani *in Martyrologio Ms. monaſterii Luxovienſis hoc die ſervata eſt his verbis:* In pago Senonico Vallilia-enſis monaſterii, tranſlatio corporis beatiſſimi Romani Confeſſoris. *An ergo* Romanus, *S. Columbano junior, ſecundum ejus Regulam vixit? Nolim id ego aſſeverare. In Ms. Martyrologio Ordinis Carmelitici, in quo Sancti Senonenſes & Autiſſiodorenſes plurimi continentur, iſta leguntur:* In territorio Autiſſiodorẽſi Dompni Romani Abbatis. *In Ms. codice primario Vſuardi, quod Pariſiis in monaſterio S. Germani aſſervatur, ſub finem, alia, ſed etiam antiqua manu, adſcriptum eſt:* Senonis S. Romani Confeſſoris. *Quæ verba in alio codice iſtius monaſterii, ſed aliquanto recentiore, in ipſo textu habentur. Ea ſic leguntur in Ms. Florario:* Autiſſiodoro S. Romani Abbatis. *Eadem cum titulo* Beati *habentur in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ ſub annum* MCCCCXC *excuſo, item apud Grevenum in Auctario Vſuardi annis* MDXV *&* MDXXI *impreſſo. At Maurolycus Abbas Meſſanenſis iſta refert:* Autiſſiodori S. Helenæ Virginis, & Romani Abbatis in pago ipſius urbis. *Quæ eadem apud Conſtantinum Felicium leguntur. In Ms. Kalendario Autiſſiodorenſi ad diem* XXIII *Maji refertur* S. Romanus, Abbas Confeſſor.

memoria in Martyrologiis

B

3 *Extant Acta illius in Bibliotheca Floriacenſi, à Ioanne Boſio primum edita, & dein recuſa inter Acta Sanctorum Ordinis S. Benedicti ſeculo primo, ſed plurimis miraculis omiſſis. In his Actis placent quæ de tranſlationibus & miraculis continentur, quia conſenſum habent cum antiquis Chronicis, & auctor ait* miracula fuiſſe fideliter collecta ab his qui viderunt, vel ab eis quos interfuiſſe contigit agnoverunt. *Aſt de rebus in vita geſtis nuſquam ſic* eas ſcriptas reperire potuiſſe *aſſerit in Prologo. Et mox quæ in Vita S. Mauri Abbatis habentur allegat ſub nomine Fauſti. Verum menda tot & tam gravia referuntur, ut Carolus le Cointe in Annalibus Eccleſiaſticis Francorum ad an.* 543 *num.* 2 *aſſerat, illa* ſcripta Fauſti, non tantum ab Odone, ſed etiam ab alio recentiore fuiſſe depravata. *Nos menda infra in Notis commodius referimus, & liberum judicium lectori relinquimus de tota illa*

C *relatione. Habemus Martyrologium Bellini de Padua, ſecundum morem Romanæ curiæ Venetiis an.* MCCCCXCVIII *excuſum, in quo nulla* S. Romani *fit mentio. Verum exſtat idem cum Additionibus auctum & Pariſiis anno* MDXXI *impreſſum, in quo ſub finem iſta ſunt adjecta:* In Galliis monaſterio, quod vocatur Vallilias, S. Romani Abbatis, alumni Patris Benedicti. *Quæ plane eadem deſcripſit Molanus, ediditque in ſuo Auctario Vſuardi, uti hunc ſecutus Caniſius in Martyrologio Germanico, quæ Baronius alia phraſi inſcripſit Martyrologio Romano; & monet diſtinguendum à* S. Romano *Abbate Iurenſi, cujus Acta dedimus* XXVIII *Februarii, ad quem diem retulit hunc* S. Romanum *Claudius de Rota in ſua Legenda ſub finem libri, ubi ex prædictis Actis, quæ ad ejus res in vita geſtas ſpectant, deſcripſit. Memoratur etiam* S. Romanus *in Martyrologiis monaſticis Wionis, Dorganii, Menardi, Bucelini. Allegat Wion initium hujus Vitæ, & adſcribit S. Berthario Abbati Caſinenſi. Verum Ioannes Boſcius* Giſlebertum *appellat, & Mabillon in duobus Mss. dictam Vitam reperit abſque nomine auctoris, quem arbitratur vixiſſe circa annum* ML, *tempore Winemari Abbatis, qui fuit coævus Mainardi Archiepiſcopi Senonenſis circa annum* MLV. *Winemari illius mentio habetur num.* 26, *& auctor* tempora ſua *appellat.*

Vita.

quo auctore ſcripta.

& quo tempore.

VITA

Auctore Giſleberto monacho.

LIBER I

De rebus S. Romani in vita geſtis, & variis corporis tranſlationibus.

PROLOGUS.

1 ADeſt nobis dies venerandæ commemorationis beatiſſimi Romani, egregii Confeſſoris Chriſti; quæ licet omnibus pie viventibus ſit venerabilis & colenda, nobis tamen eſt præcipua devotione ſuſcipienda, quos proniores in ejus veneration- nem digniſſima reddit affectio. Hic enim noſter eſt ſpecialis patronus & certa proviſio, quos ſacratiſſima exornat præſentia, protegit meritis, virtutibus illuſtrat. Qui quondam beati Patris Benedicti alumnus, & in rebus divinis extitit cooperator ac ſocius. Quem ad ſpiritalis agonis tirocinium properantem, tam- E quam miles emeritus, & diutina jam exercitatione inſtructiſſimus præliator, doctrina inſtruxit, pane aluit, exhortatione firmavit. Vere felix, vere glorioſus, cui conceſſum eſt, ut illius educator exiſteret, qui Monaſticæ religionis arcem, jam ſuper Chriſtum fundatam, quaquaverſum per orbem nobiliter excoleret, proveheret, ſublimaret. Jure eos æquales meritis poſſidet cælum, quos in terris adhuc poſitos Chriſti caritas & germana dilectio inſeparabiliter tenuit ſociatos. Sed hodie nobis de B. Romano ſemper agitur, cujus tota converſatio bonorum operum ſpeculum facta eſt mundo, cui, juxta Apoſtolum, vivere Chriſtus fuit, & mori lucrum: & carne in terris poſitus, mente ſemper in cæleſtibus Phil. 1, 21 verſabatur, diſſolui cupiens & eſſe cum Chriſto: quique ſecundum quod Vates divinus præcipit, ſpiritale canticum, in tuba ductili & voce tubæ corneæ, Pſal. 97, 6 Deo jugiter modulatus eſt. Tuba quippe ductilis, quæ crebris percuſſionibus ex metalli maſſa producitur, mortificationem carnis deſignat. Et ille in tuba ductili Deo canit, qui carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis crucifigit, qui caſtigat corpus ſuum & in ſervitutem redigit, ut productum extenuatumque diſciplinis cæleſtibus, ſupernam poſſit concine- F re melodiam. Tuba vero cornea cæleſtem converſationem figuraliter exprimit: cornu quippe de carne naſcitur, ſed carnem excedens, carneam mollitiem deſerit, & in oſſeam proficit firmitatem. In tuba ergo cornea Deo pſallit, quia ea quæ ſurſum ſunt quærit, non quæ ſuper terram. Talis hujus ſancti Patris converſatio, talis ejus tota vita fuit, ſancta, innocua, cœlebs, gratioſa, pudicitiæ floribus perornata, fide integra, ſpe robuſta, caritate diffuſa, omni poſtremo bonitate conſpicua: de qua nihil eſt quod digne ſatis valeat dici. Ideirco hæc breviter perſtringimus, & veluti quaſdam converſationis ejus lineas ducimus: quia quod non ſine magno cordis dolore dicimus, nuſquam eam ſcriptam reperire valuimus.

Quia hujus ſancti, memoriæ dignifſimi,

Vita non invenitur ſcripta;

2 Et quidem tanti viri actus & miracula non dubitamus fuiſſe ſcripta; eſſet quippe inhumaniſſimum, immo impium, ſupprimi ſilentio, quæ per famulum ſuum ad profectum multorum Deus operari digna- *forſan eſt* tus eſt: ſed incandeſcente contra Eccleſiam imma- *perdita.* niſſima perſecutione, adeo ut plurimis vel fugientibus, vel in necem occumbentibus, maxima raritas ſupereſſet Chriſtianorum; & ut noſter Poëta dicit, vacabat tunc temporis potentibus opprimere,

A. GISLEBERTO.

prioribus rapere, privatis perdere, miſeris flere; hoc modo ſicut & aliorum multorum Sanctorum, ſic etiam vitam hujus de quo loquimur Patris, perditum iri contigit, dum unuſquiſque cogitabat magis qualiter Vitam morti jam jamque imminenti eximeret, quam ut cuſtodiendis proferendiſque libris operam daret. Atque ideo quæ in prima ætate geſſerit, quas diaboli tentationes pertulerit, quæ miracula oſtenderit, vel quo fine mundum deſeruerit, ignoramus. Illud ſane magnum ſanctitati ejus præbet teſtimoniũ, quod Beatus Papa Gregorius in libris Dialogorum de eo commemorat, quod & nos breviter ſupra tetigiſſe meminimus. Sed & in Vita B. Mauri Monachi, dilectiſſimi Benedicti diſcipuli, quæ à S. Fauſto ſuo condiſcipulo elegantiſſime digeſta eſt, ejus memoria honorifice, & ſicut Sanctum decet, facta reperitur. Quædam etiam ad nos, per ſuccedentium relationem, fideli narratione contigit emanaſſe: de quibus omnibus quaſi quoddam breve corpuſculum colligentes, quæ de Sancto nobis comperta ſunt, ipſius adjuti precibus conabimur explanare.

auctor eam undecumque colligit.

CAPUT I.

Inſulſa relatio de rebus in vita geſtis.

3 VIr Domini Romanus, à pueritia monachus, diſciplinis monaſterialibus apprime eruditus eſt. Aſſueſcebat adhuc puerulus crebris ſubdere membra jejuniis, ſanctis intereſſe aſſidue vigiliis, & in tenero corpuſculo ſenum cruces ac caumenias nitebatur adhuc invalidus experiri. Jam vero tranſcurſis adoloſcentię metis, cum in robur virilis evaſiſſet ætatis, omni ex parte in virtutum ſtudio probatus ac ſpectabilis habebatur, adeo ut ſuo exemplo multos ad contemptum ſeculi ac deſiderium ſancti propoſiti accenderet. Quodam itaque tempore, cum ſanctus ac dulci ſemper memoria recolendus Benedictus, ſpretis ſeculi actibus abjurataque mundi gloria, eremum peteret; a hunc de quo loquimur, *a* Sanctum obvium habuit, quo tenderet inquiſivit. Cujus cum deſiderium cognoviſſet, & ſecretum tenuit, & adjutorium impendit, eique ſanctæ converſationis habitum tradidit, & in quantum licuit miniſtravit. Vir autem Domini ad deſtinatum locum perveniens, in arctiſſimo ſpecu ſe tradidit, tribuſque annis excepto Romano monacho, hominibus incognitus manſit. Qui Romanus non longe in monaſterio ſub Adeodati Patris Regula degebat: ſed pie ejuſdem Patris ſui oculis furabatur horas, & quem ſibi ad manducandum ſubripere poterat, diebus certis, Benedicto panem deferebat. Ad eumdem vero ſpecum à Romani cella iter non erat, quia excelſa deſuper rupes eminebat: ſed ex eadem rupe in longiſſimo funе religatum Romanus deponere panẽ conſueverat. In qua etiam reſti parvum tintinnabulum inſeruit, ut ad ſonum tintinnabuli vir Dei cognoſceret, quando ſibi Romanus panem præberet, quem exiens acciperet. Sed antiquus hoſtis, unius caritati invidens, alterius refectioni; cum quadam die ſubmitti panem conſpiceret, jactavit lapidem & tintinnabulum fregit: Romanus tamen modis congruentibus b miniſtrare non deſiit *b*.

S. Benedicto in ſpecu neceſſaria ſuppeditat.

c 4 *c* Ea tempeſtate graviſſimæ perſecutionis procella per totam Italiam, ac pene per omnem Romani Imperii terram detonabat, Gothis, Alanis & Wandalis omnia flammis & ferro proterentibus. Quo tempore deſtructæ eccleſiæ, ſubverſa monaſteria, captæ urbes, deſolatę domus, dirutа caſtra, ſtrages hominum innumeræ factæ, & multus ubique humani generis ſanguis effuſus eſt. Quod cernens vir Domini Romanus, non ceſſabat Dominum deprecari, ut ſuam reſpiceret Eccleſiam, quam ſibi ſuo ſanguine acquiſierat; nec ſineret eam inſanis ſubjici nationibus, ſed eam in fide nominis ſui conſervaret illæſam. Cum hoc indefinenter ageret, noctes dieſque in oratione continuans; D quadam nocte per divinam revelationem audivit, permiſſione Dei iſta fieri; omnemque terram, juſto ſed occulto ejus judicio, ſævis gentibus traditam; inde mutabilem fore cælitus prolatam ſententiam; atque ideo non eum debere ſic in immenſum triſtari, ſed glorificare potius Dominum, juſte ſalubriterque omnia diſponentem; qui percutit & ſanat, vulnerat & medetur; quique idcirco temporaliter peccantibus flagella irrogat, ne in æternum pereant: præterea juberi ſibi à Deo, ut relicta Italia ad Gallias tenderet, & verbi divini ſemina longe lateque ſpargeret, ac ſanctæ converſationis exempla cunctis præberet.

traditur cæleſti monitu Gallias petiſſe,

5 Hoc reſponſo Spiritus ſancti accepto, *d* convocatis Fratribus ſic eos allocutus eſt: Fratres & Domini mei, dulce lumen oculorum meorum, maximumq; pignus amoris mei & gaudii; audite me ſervum Chriſti, ſanctæ fraternitatis veſtræ commilitionem ac ſocium. Cernitis quibus malis mundus premitur, quibus cladibus perurgetur. Ubique luctus, ubiq; pavor, & plurima mortis imago. Non hæc caſu, verum manifeſtiſſima ira Dei contingunt. Peccatis enim hominum Dei patientia exacerbata, verſa eſt in furorem; E manſuetudo mutata eſt in ſeveritatem; adeo ut mirum ſit, quod adhuc tolerat, leviora peccatoribus inferens quam merentur; & non ſicut quondam Sodomitas & Gomorritas, ita nunc ſceleribus plenam terram nubibus exurat fulmineis. Cum hæc ita ſint, Fratres, non debemus de mundi percuſſionibus dolere, quem ſcimus ipſis ſuis percuſſionibus interire. Vita enim nobis alia à Chriſto eſt promiſſa, cujus promiſſio inconcuſſa atq; immobilis permanet, finis ignara, doloris neſcia: in qua gaudium eſt, epulatio & pax imperterrita, ubi beata immortalitas & immortalis beatitudo, ubi æterna ſecuritas & ſecura regnat æternitas. Hanc expectantes adverſa ſeculi non debemus paveſcere; ſed magis appropinquantem noſtram redemptionem, levatis ſurſum capitibus, hoc eſt exhilaratis cordibus, expectare. Me ſi Deus meo voto res agere, & ſecundum meum velle vivere ſineret, optaveram, ſanctiſſimi Fratres, vobiſcum omnia ſeculi diſcrimina perferre: quæcumque proſpera, quæcumque adverſa contigiſſent, collato vobiſcum robore ſuſtinere, ſimulque patienter vivere, ſimul delectabiliter mori. Sed quia non eſt in hominis poteſtate via ejus, ſed in illius qui cum magna tranquillitate diſponit omnia; quæſo ne me retinere velitis. Deus præcipit ut F pergamus ad Gallias; parere debemus, eundum eſt: vos oro ut mei benigne memores ſitis; quia & ego, dum ſpiritus hoc luteum vaſculum inhabitando vegetaverit, vos in corde & in viſceribus meis, ut fas eſt & decet, ſemper habebo. Deus autem omnipotens vos ſancta cuſtodia circumvallet; atque à præſenti ſeculo nequam ereptos, ſalvos faciat in regnum ſuum cæleſte; & concedat mihi exiguo & humili in illa vita vos ſine confuſione videre.

d

vale Fratribus dicto,

6 Hæc dicens & valefaciens eis, parvo ſumptu profectus eſt; ignotus mundo, adſcriptus civis in cælo. Tranſmiſſa Italia, Gallias ingreſſus, pervenit tandem in pagum Autiſſiodorenſem, in locum qui Fons-Rogi appellatur: ubi aliquanto tempore demoratus, monaſterium ſtatuit: ibique plurimos à vanitate ſeculi converſos, ad quietam & ſobriam converſationem, monitis ſimul & exemplis provocatos, adduxit. Quo in loco habetur Baſilica, ejus nomine, & miraculorũ quæ per eũ Deus operatur privilegio, nobiliter inſignis. Non multo poſt tempore, B. *e* Bertingranus, Cenomannicæ civitatis Epiſcopus, legatos ad deiferum Patrem Benedictũ direxit, cui etiam exenia tranſmiſit decentiſſima; expoſcens ut ei perfectiſſimos quoſq; & in

Conſiſtit prope Autiſſiodorum.

e

in monaſtica diſciplina experientiſſimos ex ſuis diſcipulis dirigeret viros, qui in fundo Epiſcopii ejus monaſterium, ſecundum inſtituta Regulę ipſius ſanctiſſimi Patris, ædificare deberent. Nil ergo moratus Dei famulus, alacriter ad hoc opus direxit S. Maurum, ſibi familiariter obedientia & omni morum probitate dilectum diſcipulum: cui etiam quatuor alios addidit Fratres, cum quibus tantæ expeditionis laborem ſubiret intrepidus. Sane ex illis quatuor Fratribus unus fuit hic Fauſtus, qui *f* Vitam ejuſdem B. Mauri eleganti admodum deſcripſit ſtylo: cujus etiam verbis, ut certior legentibus conſtet fides, quæ ſequuntur cenſuimus intimanda. Nos itaque cum appropinquante ſolennitate Paſchali, quotidie profectionem acceleraremus, eo die quo Dominica celebratur Cœna, in pagum devenimus Autiſſiodorenſem.

à S. Mauro miſſo in Gallias,

7 Audiens autem B. Maurus opinionem S. Romani monachi, qui beatiſſimo Patri noſtro Benedicto in initio adjutor & cooperator extitit, ſicut in hiſtoria Vitæ ejus pleniſſime invenitur; quique per revelationem Gallias petens, cœnobiolum in eodem pago, in loco qui Fons-Rogi nuncupatur, ædificabat; petiit duces itineris noſtri, ut eo divertentes, ibidem ſanctum Paſcha celebraremus. Hoc autem B. Maurus maxime expetebat, quia & ſequenti die tranſitum ſanctiſſimi Magiſtri noſtri complendum eſſe ſciebat, & colloquio B. Romani deſiderabiliter frui cupiebat. Ductores vero noſtri, petitionibus viri Dei libenter annuentes, concito gradu illuc tendere feſtinarunt. Die itaque Paraſceves, hora illic ſexta pervenientes, devotiſſime à B. Romano ſuſcepti ſumus. Cumque nos omnes, qui cum B. Mauro pergebamus, ad ea quæ opus ad diem feſtum erant præparanda vel emenda occupati eſſemus; ipſi ſanctiſſimi viri dulcia invicem perennis vitæ ferebant colloquia. Et cum jam veſpertina hora poſt ſolenne officium, quod ſpecialiter (utpote annuatim) eo celebratur die, propinquaret; vir Dei S. Maurus B. Romano dixit: Craſtina die beatiſſimus Pater noſter Benedictus, terreni depoſito corporis onere, cœlibem gaudens & hilaris ſcandet ad patriam. Quod audiens S. Romanus, illico in lacrymas reſolutus, flere inconſolabiliter cœpit. Quem B. Maurus conſolari cupiens, aiebat: Gaudere potius quam flere ideo de ejus migratione debemus; quia & Patronum magnum præmittimus, & præſentiorem eum nunc, quam ſi in carne viveret, ſumus habituri. Hæc tamen dicens nec ipſe ſe poterat à fletu cohibere.

invi ſitur:

ex eo S. Benedicti obitum inſtante intelligit:

8 Noctem illam quæ *g* duodecimo Kalendas Aprilis habebatur, & qua ſacratiſſimum vigiliarum Paſchæ illuceſcebat Sabbatum, tam beatiſſimus Maurus ac nos qui cum eo ibamus, quam S. Romanus cum aliquibus ſuis, jejuni pervigilem duximus: unuſquiſque noſtrum ſecreto apud ſe (ut illis diebus in Eccleſia Romana mos erat) pſalmos & orationum preces devote pro exitu ejuſdem Patris noſtri Deo dilectiſſimi Benedicti conſummantes. Cum vero tranſacta jam hora quaſi tertia ipſius ſacratiſſimæ diei, Beatiſſimus Maurus in eccleſia conſiſtens, tranſitum ejus qualicumque eveniret hora, orando & pſallendo prę munire, longe licet poſitus, ſatageret, ſeque pavimento in orationem dediſſet; raptus in ſpiritu, ſubito ſe tranſpoſitum in loco de quo egreſſi fueramus vidit, conſpexitque viam palliis ſtratam ac innumeris coruſcam lampadibus, recto Orientis tramite ab ejus cella in cælum uſq; tendentem: in qua etiam viſione duos Congregationis noſtræ Fratres ſocios habuit, cum quibus eamdem ſimul viſionem conſpexit. Itaq; cum viam quã cernebant mirarentur attentius, venerando habitu vir deſuper clarus aſſiſtens, cujus eſſet via quam cernerent, inquiſivit: quod illi ſe neſcire profeſſi ſunt. Quibus ille reſpondit: Hæc eſt via, qua dilectus Domino cælum Benedictus aſcendit. Hanc viſionem unus ex illis duobus Fratribus noſtris; qui eam ſimul cum B. Mauro viderunt & in noſtro morabatur cœnobio, alter vero, ut Beatus ſcripſit Gregorius, longius poſitus vidit. Mox vero ut Beatus ad ſe reverſus eſt Maurus, ocius S. Romanum ac nos evocans, cuncta quæ viderat lucide nobis per ordinem retulit; diemque illam & ſequentem Dominicam, qua ſpecialiter dies Reſurrectionis Dominicæ colebatur, ſolennem & celebrem omni cum gaudio & lætitia peregimus.

A. GISLEBERTO.

ac Paſchate celebrato,

9 Secunda autem feria feſtivitatis ipſius, antequam proficiſci cœpiſſemus, S. Romanus B. Mauro dixit: Si abſque animæ periculo locum hunc deſerere potuiſſem, melius tecum, amantiſſime Frater, cuperem habitare, quam alibi finem vitæ terminare. Sed quia & hos deſerere periculum eſt, & ultimus mihi jam jamque *h* imminet dies; perge felix quo mitteris, ac proſpere felici utere ſorte. Deus autem omnipotens ſemper ſit tecum, & cum Fratribus qui tecum pergunt; & recto itinere perducat vos ad veram repromiſſionis terram, quam omnibus electis ſuis polliceri eſt dignatus, ubi præparavit eis, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt; niſi in illorum qui terrena omnia amore ejus proterentes, ac deſiderio cæleſtium abdicantes, dicere cum Apoſtolo valent, Nobis autem revelavit Deus per ſpiritum ſuum. Romanus itaque Dei famulus, poſt glorioſam & plenam virtutibus vitam, poſt innumeram multitudinem vitæ æternæ acquiſitam, conſummato viriliter monaſticæ poſſeſſionis curriculo, felici & jam dudum exoptato tranſitu migravit ad Dominum. Tumque, ut vere fatear, mori deſiit & vivere cœpit; exutuſque mundi tenebris, cæleſti eſt claritate veſtitus. Nunc aſſiſtit vultui omnipotentis Dei, accipiens de manu ejus ſtolam candidam, animæ dico incorruptionem & indefectivam beatitudinem. Præſtolatur autem ſtolam duplicem, cum reſumpto in fine mundi corpore, carnis ſimul & animæ gaudebit immortalitate. Sepultus vero eſt in ſua ipſius Baſilica à Fratribus, quos gemina in diverſum diſpertiebat affectio; quoniam quidem illi lætandum eſſe noverant, ſibi dolendum; illius congaudendum glorificationi, ſuæ ingemiſcendum deſolationi.

valedicit S. Mauro,

moritur.

ſepelitur.

ANNOTATA.

a *Hinc uſque ad finem numeri ſunt verba S. Gregorii Magni, in Vita S. Benedicti 21 Martii illuſtrata cap. 1.*

b *S. Gregorius iſta prædictis addit*: Cum vero jam Deus omnipotens Romanum vellet à labore quieſcere, *excitavit Sacerdotem & paſtores, alioſque, qui S. Benedicto cibos ferrent &c. nulla poſtea* Romani *facta mentione, ut videatur is ex ſenſu S. Gregorii paulo poſt obiiſſe.*

c *Anno* 406 *Gallia fuit ſubjecta diſperſioni & devaſtationi facta à* Wandalis, Suevis, Alanis, *qui inde anno* 409 *Hiſpanias ingreſſi ſunt, non Italiam. At Gothi occuparunt Romam dicto an.* 409 *& ſequenti. Hi deinde ſub Rege Athaulfo & nomine Viſigothorum Galliam ingreſſi eas vaſtarunt, quos ſecuti ſunt Burgundiones. Burgundionibus Franci adhuc ethnici ſucceſſerunt, ut non videatur tunc fuga in Galliæ tuta cuiquam fuiſſe: interim vide enormem anachroniſmum, per quem hæc fuga facta dicitur eo tempore, quod S. Benedicti initia preceſſit integro fere ſeculo: ſiquidem hic ſi annos ſolum* 62 *vixit, & anno ætat.* 14 *monachum induit, hoc ſolum feciſſe potuit anno* 494 *utpote mortuus an.* 543.

d *Videtur hæc Fratrum convocatio & ad eos facta adhortatio viri ſenis eſſe, aut in auctoritate conſtituti.*

e Bertingrannus *aliis* Bertchramnus: *ſed is Badegiſilo anno* 586 *mortuo ſucceſſit, & an.* 589 *adfuit conventui Epiſcoporũ pro ſanctimonialibus Pictavenſibus. Quam procul hæc abſunt ab an.* 543, *quo S. Maurus veniſſet in Gallias ſub*

A. GISLEBERTO.

mortem S. Benedicti? Attigimus ea 16 *Maji ante vitam S. Domnoli, qui mortuo Bertchramno S. Maurum dicitur recipere noluisse: suggessimusque* Bonitum V *Abbatem Casinensem, pro quo* S. Benedictus *obrepserit, quique discipulum suum Maurum, alium à famoso discipulo S. Benedicti sub annum* 517 *nato, in Gallias miserit, paulo ante destructionem monasterii factam à Longobardis an.* 589.

f *Vita à S. Fausto scripta non extat, nisi interpolata ab Odone Abbate, & forsan depravata magis ab alio recentiore. Coluntur* S. Faustus 15 *Februarii*, S. Maurus 15 *Ianuarii.*

g *Quam est tota hæc relatio absurda? Ergo Pascha tunc fuisset celebratum* 22 *Martii, quod rarissime accidit: & toto seculo sexto nonnisi semel contigit scilicet anno* 509, *cyclo Lunæ* 16, *Solis littera Dominicali D. Mortuus est S. Benedictus citata* 12 Kalendas Aprilis *sive* 21 *Martii, an.* 543 pridie Dominicæ Passionis: *pro qua stolidus ille interpolator legit* pridie Dominicæ Paschatis, *& reliqua de* cœna Dominica, die Parasceves, Sabbato vigiliarum Paschæ, Dominica Resurrectionis, & feria secunda festivitatis ipsius, *consequenter cum summa temeritate aptata fuerunt rebus quæ post eam mortem gestæ dicuntur. Si tamen pro S. Benedicto liceret substituere* Bonitum, *ut dixi, qui dispersas suorum Reliquias Romæ in Lateranensi cœnobio collegerit, moxq; obierit dolori succumbens, pridie Paschæ ipsius an.* 589 *die* 19 *Aprilis, satis inter se congruent omnia, modo distinguantur duo* Romani *unus senior alter junior Benedicto.*

B

h *In eadem suppositione obiisset hic junior* Romanus *ipso anno* 589 *feria* 5 *hebdomadis* 4 *post Pascha.*

CAPUT II.

Variæ translationes corporis S. Romani.

Matth. 5

10 IN hoc igitur loco per aliquot annos beati viri corpus digna veneratione servatum est. Verum quia nefas erat mundanis tenebris lucernam obnubi sideream, & ipsa per se Veritas civitatem supra montem positam non posse abscondi protestata est; inconveniens & damnosum erat, sacratissimi corporis thesaurum diu in loco minus celebri minusque noto latere; sed ad communem omnium utilitatem atque profectum cunctis innotescere ac divulgari. Crescente itaque fidelium devotione, corpus beati viri de loco primariæ sepulturæ ad urbem Autissiodorum delatum, atque in ecclesia Beatissimi *a* Amatoris honorifice conditum est. Aliquot anni jam fluxerant, & Sancti nomen ac veneratio, omnium pectoribus insinuata, magis magisque increbrescebat. Unde Fratres ex cœnobio ter Beati *b* Germani, Pontificis & Confessoris Christi, fide in Deum, spe in Sanctum feruentes, *c* Heribaldo Autissiodorensi Ecclesiæ præsidente Episcopo, venerandum sæpe dicti viri Dei corpus obnixè ut sibi daretur expetierunt; & licet ægerrime ac cum magni sudore laboris, tandem obtinere meruerunt. Sicque inde levatum, & cum staurophoria *d* ac cereostata, cumque divinorum melodia coruscantibus, deportatum est. Erat ibi tunc quidam Presbyter ecclesiæ ruris, cui vocabulum est *e* Bonus-hortus, Aaron nomine; qui Fratribus jam dicti loci optime notus & familiaris habebatur. Is ergo, cum sanctæ Reliquiæ feretro componerentur, accessit; eisque quibus id officium deputatum erat, sese importunus miscuit; ac nemine circumspiciente, os capitis, quo superne cerebrum tegitur, quodque vulgo testa dicitur, furto sublegit; atque optimo potitus spolio, ad suam trepidus repedavit ecclesiam: ibique plurimo tempore sacrum pignus permansit, frequentibus se circa ægrotantes præstitæ sanitatis declarans indiciis. Jamque instabat tempus quo Dominus Sanctum suum mirificaret, quemque apud se glorificaverat in cælo, apud homines magnificaret in mundo. Hoc tali constat ordine gestum.

Corpus trãsfertur ad ecclesiam S. Amatoris,

a

C

b

c

d

inde ad monasterium S. Germani,

e

os capitis in pagum Bonnart,

11 Ansegisus *f* erat Sanctæ Senonum Metropolis Ecclesiæ Archiepiscopus, vir in cunctis optime agens, & in ecclesiasticis negotiis experientissimus. Hic cum anxie animo cogitare cœpisset, Sancti hujus undecumque impetrare Reliquias; nuntiatum est ei, quod in ecclesia suæ diœceseos Sancti haberentur Reliquiæ. Cumque ille, quænam hæc esset ecclesia, curiosa indagatione perquireret; dictum est ei de hoc Presbytero, quod præcipuam partem Sancti hujus haberet verticis. Quo audito, Antistes gavisus quam maxime, Deoque agens gratias de oblata sibi desideratæ rei opportunitate, Presbyterum ad se accersiri præcepit; à quo omni re certius agnita, mature accedit ad locum, juberque cælestem sibi ostendi thesaurum: susceptenque Sancti Reliquias, amplectitur, applicat oculis, avidioribus demulcet osculis; sicque voti compos, suam lætus redit ad urbem. Deinde majori adhuc desiderio accenditur, quærere [cœpit] ubi sancti corporis haberentur Reliquiæ; comperiensque in jam dicto Beatissimi Germani cœnobio Sancti corpus haberi, deprecatus est primum Domnum *g* Hugonem loci ipsius Abbatem, re autem vera regni totius moderatorem ac principem: dein direxit illuc *h* Abbonem, Nivernensis Ecclesiæ Episcopum: nam quia res magna petebatur, magnis profecto utendum erat interpretibus ac ministris. Veniens ergo Episcopus, convocatis loci primoribus, causam propter quam missus fuerat exposuit. Fratribus hoc satis durum & difficile cœpit videri, hærebantque, & quid responderent ignorabant. Sed quia Abbatis pie præcipientis imperiis obviare nefarium, & Episcoporum precibus non acquiescere impium erat; victi tandem succumbunt, & se facturos quod Archiepiscopus petierat repromittunt.

inde Senonas,

ac missa legatione Autissiodorum,

D

f

g

h

E

corpus impetratur

12 His acceptis promissionibus, Reverentissimus Antistes ad suam quamfestine reversus est urbem. Atque omnis moræ impatiens, sumptis secum Cleri primoribus, atque adunata religiosi apparatus frequentia, & nihilominus non modica plebis caterva, Autissiodorum properat. Jamque eo appropinquante dici non potest quanto studio, quamque ardentissima devotione tota civitas obviam venerit; adeo ut maximo se salutis & gaudii munere caruisse duceret, qui huic spectaculo defuisset. Procedunt splendifico habitu, hinc sacra Monachorum agmina, inde veneranda Cleri candidiferi turba. Cerneres in terris cælestem chorum, & splendidissimum Angelicæ societatis conventum. Omnia divinis laudibus & superni melodimatis concentibus personabant. Cum tali itaque pompa ingrediuntur ecclesiam; & præmissa oratione ac data solenniter benedictione, accedit Episcopus ad locum, quo sanctissimi somatis thesaurus erat reconditus, Fratribus cum letania divinum suffragium invocantibus; sumitque glebam prædicti corporis, divini odoris nectare fragrantem; reponens loco eodem pretiosissimas multorum Sanctorum ac Martyrum Reliquias, quæ hodieque ibidem condigno venerantur honore. Adepto itaque exoptato munere, & voti sui compos effectus Episcopus, cum gaudio reversus est ad cœnobium, quod Vallilias *i* sive Vallis-lilii nuncupatur; ibique pro maximo ac pretiosissimo thesauro, sacrosancti *k* corporis pignus collocavit; tantaque se circa locum ipsum benevolentia & largitate profudit, ut eum summa dilectione semper incoleret, & necessarios reditus abundantissime delegaret, artium quoque diversarum magistros studiosissime præpararet.

à Senonensibus excipitur solemni apparatu.

F

Vallilias transfertur.

i

k

13 Hoc itaque ad Christum migrante, & post diutinos labores ad laborum præmia transeunte, successit in Sede Pontificali Ebrardus, venerandus Archiepiscopus, non minus doctrina quam vita virtutibus plena & miraculis: cujus tempore gens incredula North-

quo cœnobio à Normannis deleto.

A Northmannorum per Gallias ſe ſe diffudit, cædibus, incendiis, atque omni crudelitatis genere debacchata. Siquidem peccatis noſtris exigentibus, atque vires adverſariis ſuggerentibus, ſubverſa ſunt caſtra, deſolatæ urbes, deſtructæ eccleſiæ, ſuccenſa monaſteria, ut ad nos vel maxime illud pertinere videatur, quod Eſaias Propheta, prævidens ſanctæ illius civitatis & auguſtiſſimi templi ruinam, lugubri ad Deum voce querebatur dicens: Ubi laudaverunt te patres noſtri, facta eſt combuſtio ignis. Tunc quoque præfatum S. Remigii cœnobium incenſum & ad ſolum uſque dirutum eſt, Suavo ſtrenuiſſimo loci ipſius Abbate cum Fratribus ad Senonicam urbem confugientibus; atque ut Deus afflictum populum placatus reſpiceret interdiu & noctibus deprecantibus. Intereà hoſtilis l exercitus Senonum oppugnabat *l* civitatem, eamque infeſtis viribus, & omni arte quæſitis machinis capere nitebatur; cum repente venerandus Antiſtes, optato (ut ipſe à Deo expetierat) languore corripitur. m Quo ad Chriſtum migrante, Gualterius, *m* & generoſi ſtemmatis nobilitate & totius ſcientiæ eruditione clariſſimus, Pontificalem Senonicæ urbis ſortitur dignitatem. Tandem Sanctorum precibus, ira Dei, juſte peccatoribus ſuperducta, in miſericordiam verſa eſt. Franguntur vires hoſtium, retunditur impetus, confidentia debilitatur; ſicque intelligentes, fruſtra ſe niti contra eos quos divina pietas tuebatur, ab urbis obſidione recedunt.

B

15 Pace interim reddita, & poſt diutinam calamitatem populo aliquantulum reſpirante, Bovo n cui poſt obitum præfati Suavii Abbatiæ cura erat commiſſa, cogitare cœpit, quid de loco ageret, cujus tantummodo ſuperſediſſent ruinæ: denique ſi illum vellet in priſtinum ſtatum reparare, opus certe difficillimum, ne dicam impoſſibile, videbatur. Illud quoque vel maxime ejus animum etiam tuta timentem exagitabat, ne ſi quid forte operis in loco deſerto & ab urbe remotiſſimo agere cœpiſſet, reverſi denuo adverſarii more ſuæ crudelitatis incenderent, ſubruerent, diſſiparent: mens ſiquidem, rerum memoria quas viderat trepida, & adhuc graviora formidans, per diverſa raptabatur conſilia, & quid eligeret ignorabat. Tandem placuit Abbati, Fratribus quoque hoc ipſum ex communi conſenſu poſcentibus, ut in prædiolo ſuo, quod eſt in ſuburbio Senonicæ urbis ſub ipſis civitatis mœnibus ſitum, monaſterium fundaretur, ubi priſco tempore conditum fuerat: qui locus & ſitus opportunitate, & fluminis præterfluentis amœnitate ad id conſtruendum aptiſſimus videbatur. Ergo ædificata pulchro ſatis ſchemate baſilica, ceteriſque habitationibus religioni monaſticæ congruentibus, illuc B. Romani corpus cum lætitia tranſtulerunt: ubi florent meritorum ejus inſignia, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis.

Isa. 64, 11

refertur in urbem:

ad cœnobiũ ſuburbanum fertur,

C

16 Nec otioſe prætermittendum eſt reſpondere iis, quibus ſigna & miracula in tantum grata ſunt, ut nihil putent Deo placere, niſi quod eorum exhibitio commendaverit; cum ille potius bonæ vitæ meritum, quam ſignorum corporalium requirat effectum; ut enim ait Euangelicus Poëta,

Miracula à vivente facta ignorantur.

---- Merito ceſſante bono, miracula nil ſunt,
Quæ faciunt plerumque mali. ----

& ipſe Dominus Apoſtolos docuit, ut à ſe non ſigna & miracula, ſed manſuetudinem diſcerent & humilitatem, inquiens, Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Qua propter etſi beatiſſimi Romani miracula, quæ in corpore poſitus geſſerit, non legimus; non ideo impar ceteris Sanctis habendus, quibus fide parem & ſanctitate eum fuiſſe non dubitamus: nec vero ſanctiſſimus Pater Benedictus alumno ſuarum virtutum ex æquo invidet gloriam, cum

Mat. 11, 29

quo in cæleſtibus beatæ immortalitatis meruit palmam. Et quidem non dubitamus eum multas dum viveret feciſſe virtutes; ſed vel ſegni ſcriptorum negligentia non ſunt litteris traditæ, quæ res non minimum Sanctorum præconiis perſæpe intulit detrimentũ; vel certe ſi ſigna operum ejus ſcripta fuerunt, aut ſitu diutinæ vetuſtatis conſenuerunt, aut tempore infelicitatis, monaſteriis & eccleſiis depopulatis rebuſque omnibus profligatis & perditis, illa nihilominus ad nihilum devenerunt: quippe hominibus quaquaverſum fugientibus, & ſibi tantum ſuæque vitæ conſulentibus; nullamque de cuſtodiendis archivis curam habentibus. Dicat itaque qui volet, nulla ejus in vita extitiſſe miracula; dum ſciat eum jam mortuum innumera feciſſe & facere quotidie miraculorum ſigna. Deus enim qui ab æterno ſua ſapientia cuncta præordinat, eaque ex arcano divini conſilii, locis temporibuſque prolata viſibiliter manifeſtat; acceptiſſimum ſibi famulum eo potiſſimum tempore miraculis voluit illuſtrare, quando ſuperato omnium tentationum luctamine fas eſſet juſtum exultare in Domino, & rectum ſecura deceret laudatio, nec jam exinde laudis æmula timeretur elatio.

ex multis patratis poſt mortem

17 Hæc breviter diximus pro memoria ſanctiſſimi Confeſſoris Domini Romani, indignum arbitrantes, tantum ac talem virum ſilentii modio contegi, & non ad profectum atque utilitatem omnium pie viventium publicari. Ceterum ea quæ poſt feliciſſimum exceſſum ejus, vel in prima ſacri corporis ejus tranſlatione, vel deinceps in loco, in quo ſanctiſſimum ejus corpus deportatum venerabiliter reconditum eſt, per eum Dominus dignatus eſt operari; ab his qui viderunt, vel ab eis quos interfuiſſe contigit agnoverunt, fideliter collecta atque pleniſſime deſcripta ſtuduimus opportune ſubjungere, ad laudem & gloriam ſummæ lucis & viæ, veritatis & vitæ, Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto vivit, regnat & benedicitur in omni gente, loco & tempore, nunc & per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Auctor ſequentia edit.

E

F

ANNOTATA.

a S. Amator Epiſcopus Autiſſiodorenſis *conſecratus fuit anno* 388, *mortuus anno* 418 *Kalendis Maji, ad quas dedimus Vitam, & de baſilica illi erecta egimus.*

b S. Germanus, *ſucceſſor dicti S. Amatoris, colitur* 31 *Iulii, cujus egregium monaſterium etiamnum ibidem extat, & in ejus eccleſia nos venerati ſumus anno* 1662 *plurimorum Sanctorum mauſolæa.*

c Heriboldus Epiſcopus 36 *ſub Carolo Calvo Rege floruit, huic ſumme carus, uti & Lupo Abbati Ferrarienſi, Hincmaro, Flodoardo, Walafrido Straboni, viris tum doctrina illuſtribus, ſepultus in dicta Abbatia S Germani.*

d *Ita correxit Mabillon, cum ſcriptum eſſet* Srauro-phona, *aque recte forſitan pro* Cereoſtata, *ſcripſiſſet* Cereoſtatiam, *ſi eam vocem apud antiquos inveniſſet;* Cereoſtata *enim candelabra ſunt.*

e Bonus-hortus, *vulgo* Bonnart, *ſicut in margine notat Mabillon. Tabula Gaſtinenſis regionis apud Blaew notat locum* Bonnaut, *duabus circiter leucis infra urbem ad dexteram Icaunæ ripam.*

f Anſegiſus, *creatus Archiepiſcopus anno* 871, *mortuus anno* 883.

g Hugonem *hunc fuiſſe Abbatem S. Germani laicum, aſſerit Mabillon.*

h Abbo, *Epiſcopus Nivernenſis, ſubſcripſit Synodo Sueſſionenſi, anno* 866, *Trecenſi* 861, *Pontigonenſi* 876, *iterum Trecenſi* 878.

i *Erat monaſterium S. Remigii apud* Vallilias, *vulgo* Vareilles, *octavo à Senonibus millario, cœptum ibidem extrui ab Aldrico Archiepiſcopo tempore Ludovici Pii, & ab ejus ſucceſſore Wenilone perfectum.*

A. GISLEBERTO.

k *Clarius in Chronico S. Petri Vivi, ipſe ibi monachus Benedictinus iſta habet*: Tranſtulit Anſegiſus in eccleſiam S. Remigii apud Vallilias S. Romanum de cœnobio S. Germani Antiſſiodorenſis, impetrato hoc ab Hugone Abbate ejuſdem loci. *Eadem habet monachus Antiſiodorenſis in Chronico ad annum 876. In quodam Kalendario Ms. monaſterii S. Petri Vivi ad hunc* XXII *Aprilis dicitur*, Senonis quieſcere in eccleſia parochiali ei ſacra, & caput illius auro inductum coli in æde S. Petri Vivi.

l *Anno 886 obſeſſam urbem aſſerit Clarius, idque à die 30 Novembris uſque ad ſequentem Maium: anno deinde ſequenti obiit* Ebrardus *ſeu* Evrardus *Archiepiſcopus ipſis Kal. Februarii, laudatus à doctrina in poëmate de Obſidione Pariſienſi, nuſquam vero alibi quod ſciam à ſanctitate & miraculis.*

m Gualterius, *ſive* Walterius, *à Sammarthanis dicitur obiiſſe anno 923, 13 Decembris, & cognominem ſibi nepotem habuiſſe ſucceſſorem.*

n *Alias* Bono, *ut in margine notat Mabillon.*

LIBER SECUNDUS

De Miraculis S. Romani Abbatis.

CAPUT I.

Miracula in Tranſlatione corporis & poſt eam patrata.

In tranſlatione corporis Senonas,

1 CUm glebam glorioſi corporis Domini Romani, ut ſupra ſatis luculente inſertum eſt, venerandus Antiſtes Anſegiſus cum ſummis precibus & cum veneranda proſecutione proſequeretur, & ad ſuam cum melliflua melodia veheret glorioſam Sedem; perlongum eſt de ſingulis valde virtutibus diſputare, quanti cæci illuminati, quanti dæmoniaci curati, quanti ſurdi auditum recipientes, quantæque à Chriſto virtutes patratæ, ad glorificandum Sanctum ſuum: ut quem videlicet jam gloria & honore laureatum habebat in cœlis, prodigiis miraculorum decoraret in terris. Attamen de multis ut propoſuimus pauca narremus.

mulier impotens, vegeta redditur:

2 Cum beati viri corpus villam tranſiret, cui vocabulum eſt Curtis-Abbonis, cum dignitate pſallentium obviam perrexit mulier quædam, Joſia, à parentibus vocitata, quæ ab omni actione manuum aliena C manebat. Erant enim manus illius diſſolutæ, contracti nervi officio carentes ſalutari, intolerabilis dolor omni manebat corpore, & pene nil movere poterat: ſuffragiis tamen aliarum ſuſtentata feminarum, pergit cum devoto corde, gemitus effundit inenarrabiles ab intimo pectoris antro, manum præſidii poſtulat à S. Romano, quem ſciebat poſſidere cœlum cum gaudio, dicens: O Electe Dei Romane, fer infelici mulieri auxilium depoſcenti, qui cum exultatione luciflua lætaris in cæleſti patria: ne contemnas ſceleratam mulierem, ſexumque fragilem ad te clamantem, qui ſatis bene noſti caducam eſſe humanam mentem. Dum hæc & his ſimilia flebili proclamaret eloquio, gratioſe patefecit Omnipotens plebi, quæ ſancta membra egregii proſequebatur Confeſſoris, quam proficua manebat in cælis ſupplicatio S. Romani. Recepit protinus mulier conclamatam ſalutem, exultat cor populi præ gaudio, mens multorum fit hilarior, voces erumpunt in altum, collaudant ſplendificum Dominum, qui mirabiliter ſuum glorificat tironem. Vere ineffabilis eſt clementia Salvatoris noſtri. Cum patramus illicita, ultionem ſuſtinemus condignam; caſtigat corpora noſtra ægritudines tribuens congruas, ut expurget à delictis arcana pectoris noſtri. Hoc, Fratres, debet quiſque noſtrum cum ſummo ſuſcipere gaudio, ſi ei Omnipotens temporalem confert paſſionem, ut per præſentem tolerantiam perveniat ad ſedem ſine limite fulgentem. Oportet enim nos per diverſas injurias huc illucque diſtrahere, ut per diverſas ærumnas hujus caduci ſeculi gradientes, cum felici tramite ad ſidereum regnum dirigamus animum: quo per præſentes tribulationes geſtantes manipulos noſtros, mereamur capere cum ſummo gaudio coronas ſine fine fulgentes. D

alta item curatur.

3 Præterea pio religioſæ intentionis ſtudio commovente, ipſa quoque viri digniſſimi beatorum actuum ſolicitante congerie, non eſt prætermeundum enarrari veſtræque commendandum indagini, qualiter quædam mulier, Ragenis dicta à ſacri baptiſmatis unda, ex ea quæ vocatur *a* Neronis-villa oriunda, a ferme per triennium diutiſſimo laborioſæ ægritudinis impulſu confecta, nervorum omnium diſſolutione ſtupida, membrorumque omnium ita tenebatur officio deſtituta, ut nullatenus ei à quoquam vita viventium remedium adferri potuerit, cum plurimi ad eam acceſſerint curationis prædiți gratia, niſi illi per divinitatis potentiam promitteretur ſpes recuperandæ ſoſpitatis gratuita. Denique dum nihil apud ſe certum aliud haberet, niſi quoad morte intercludente extremum vitæ præſentis occubuiſſet diem; propitiante tandem divinæ viſitationis reſpectu, cœpit intra ſe comminiſci, ſi quo modo Sanctorum oracula circumiens, eorum interventu ſanitatis mereretur dono potiri. Sicque iter ambulare deſiderans, S. Hilarii *b* in villa Patricii, ibi pro his quorum fides exigit b Deum deprecantis, lento quamvis greſſu primum appulit ad titulum, ejus petitura piæ interceſſionis adminiculum. Nec multo poſt, illa ſupplicante importune, & ſancto Dei ſubveniente opportune, tunc quidem eſt reddita ſanitati priſtinæ, annuente cælitus Spiritus ſancti munere: jam jamque convaleſcentibus membris, pene dudum emortuis, incolumitatis eſt gaudio circumfulta, adeo ut nulla eam alicujus inſtigaret vis doloris. E

eadem viſum amiſſum recipit,

4 His ita decurſis, cum poſt aliqua temporis evoluta curricula, ab omni liberrima reperiretur incommodo; rurſus exigente proprii ſceleris noxa, immo pro nobis Domini altiſſimi laude & gloriâ, per S. Romanum haud longe poſtmodum declaranda, oculorum ſibi acie penitus denegata, lucis hujus coruſco cœpit ſplendore privari. Cumque ſe ita haberet caſus infortunii, effudit animam ſuam in conſpectu Domini; atque in ſecreto cordis ſui toto animi niſu exæſtuans conferebat; quatenus ſi forſitan poſſe ſuppeditaret, in Sancti hujus, de quo loquimur, deveniret præſentiam. Denique vero vota votis accumulans, & non tam corporis quam mentis greſſibus ire viam incipiens, non poſt multum, ubi venit in pontem Tillianenſium ante beatiſſimum Romanum, querulis eum clamare precibus non deſiſtens, eâdem etiam populari quæ aderat multitudine proſequente, precabatur, quatenus vir Dei, ſui preeaminis opitulante ſuffragio, illi iterum rediviva reſtitueret oculorum officia. Nec mora, Dei operante potentia, & S. Romani annuente clementia, quæ venerat cum fidei devotione, efficitur lætabunda de reddita ſibi luminis hujus gratiſſima viſione. Illa deinceps ad propria cum gaudio regrediente, qui illo tunc adfuere præſentes, gratias Deo retulerunt gaudentes. Nos quoque in ejus laudibus exultemus, ipſum omnium illuminatorem in hunc mundum venientem laudemus, amemus, quantumque ipſius dono poterimus attollamus; cujus muneris eſt creata ſalvare, perdita reformare, & majora per Sanctos quam ſe operatus eſt, ipſo teſte, mundo præſtare. F

5 Pro-

A 5 Procedat ſermo condignus ad ſtupendum miraculum enarrandum. Alia extitit mulier orta ex Waſtinenſi c pago, vocabulo Amalberga; cui accidit quondam muliebres de partu pati dolores. In ipſo autem temporis articulo, quo partum fundere in ima deberet, vir ejus ſubitaneo correptus languore diem clauſit extremum. Reſtat infelici mulieri duplex pœna: triſtitia de amiſſione viri, immanis dolor de partu imminenti. Non poſt multo tempore à partu reſoluta, exhilarationem quam de genito filio poſſidere debuerat, auferebat immanis anxietas de proprii viri diſpendio. Tempore vero purgationis expleto, poſtquam natum quem genuerat ad eccleſiam detulit, & Omnipotenti gratias egit, & poſt myſtica dona à Sacerdotibus patrata, & oblationem pro viro oblatam; egreditur ipſa cum torvido vultu à foribus eccleſiæ, pergit velox ad lamentabilem tumulum viri ſui, decubat ſuper illum, rivulos lacrymarum manare facit ab oculis, more mulierum alta emittens ſuſpiria. Valido itaque ſingultu diutinaque maceratione conſumpta, veſperaſcente jam die, mulier repedavit ad propria. Tum parat balneum, lavat genitum, iterumque deplorat viri ſupplementum. Intenta tamen in illo officio dum perſeveraret, audivit extrinſecus B vocem admodum terribilem, illam inclamantem. Quæ conſurgens, & tremulo greſſu ceu timida progrediens, dignoſcere gliſcens quis eam tam horribiliter vocaſſet, pervenit ad oſtium; vidit tetram imaginem innixam baculo, & juxta domus ipſius limina ſupercilioſe ſtantem. Ad viſum autem timore perterrita, ſanctæ Dei Genitricis auxilium voce exclamavit repentina. Hujus adminiculum voce expoſcens flebili, utpote muliebri, pedem ab oſtio retraxit curſu veloci, munienſque ſe vivifico Crucis ſignaculo, cum gravi tremore procumbit in thoro. Adeſt rurſum deliramentum diaboli; videt ſpeciem cunctis ſpeciebus horribilem, quæ juxta illius lectum ſuperbe erigens collum, ad deriſionem potius quam ad ſalutem, natum quem genuerat, ut illi ad ſuſcipiendum è ſacro fonte daret, rogabat. Cui illa cum ingenti reſpondit conſtantia: Miror quomodo tu, cum ſis toto corpore nigerrimus & hiſpidus, & totius fœditatis amicus, & inventor omnis nequitiæ, modo quæras ſalutem animæ; ſcilicet ut filium meum à ſacro ſuſcipias baptiſmate, qui quotidie animas ad ima gliſcis diſtrahere. Hoc tamen pro certo ſcito, C quia numquam tibi à me hujus rei effectus tribuetur. His auditis, imago illa terribilis, utpote diabolica, cum furibundo & repentino impetu, [irruit in eam] cupiens puerum auferre ab amplexu brachiorum genitricis. Exclamat iterum viriliter, & à ſancta Chriſti Genitrice poſcit manum auxilii. Deinde ille larveus hoſtis, enormi ictu & rabida impulſione diſcerpens illam, alligavit eam, pronam incedere faciens per revolutiones quatuor annorum, adjiciens illi triſtitiam ſuper triſtitiam, volens penitus abſorbere eam. Quæ pectus ſuum divino muniens ſignaculo, veternum fugavit inimicum, immanem retinens corpore & anima languorem, dolorem in animo ſuſtinens de recenti funere proprii viri, in corpore validam ægritudinem diabolica vi illatam.

A damone vexata,

6 Ea tempeſtate, ut præfatum eſt, hunc de quo ſermo agitur beatiſſimum athletam ſuum Romanum Dominus prodigiis mirificabat, quæ uſquequaque diffuſa ad hujus infelicis mulieris pervenere notitiam. Tunc illa, cum ardore fidei deſiderans à diu- d tina ægritudine jam reſolvi, vehi ſe fecit in biroto *d* ad luculentum ſepulchrum tanti Patroni, de quo tantarum virtutum emanabat odor nectareus. Quam parentes ejus ferentes illuc quo deſiderabat animus, ad tumbam ſcilicet glorioſi Confeſſoris, proſternit ſe in pulverem, poſcit præſidium à ſummo piiſſimoque Judice, flagitat etiam manum ſuffragii à S. Romano, cujus interventu æſtimabat ſe adipiſci incolumitatis donum. Rogitat cum altis ſuſpiriis, cujus mens morabatur in furvis tenebris; poſcit cum devoto corde, pulſet Romanus aures divinæ clementiæ, qui plenus adeſt pietate, utpote qui faciem contemplatur piiſſimi Judicis quotidie. Invênit mulier, quod cum ſumma devotione quæſivit. Cerneres mulierem toto corpore tremebundam, mirantes populos, mirabilia expectantes ſuperna. Cœperunt nervi vigere, qui erant conſumpti diutina maceratione: abſolvit eam glorioſus Confeſſor Domini à vinculis tortuoſi ſerpentis; & actum eſt tunc è ſacro ſepulchro, quod quondam egit filius Dei, quando natam Abrahæ, Luc. 13, 16 quam venenoſus anguis alligaverat, liberam abire præcepit; ſolvitque eam à diris nexibus, qui mirabilis eſt in ſua majeſtate, laudabilis in Sanctis, cujus laus non deficiet, cujus æternitas ſemper fulget. A. GISLEBERTO.

S. Romani meritis curatur.

7 Illud etiam non abs re eſſe videtur in noſtri operis proceſſu adnectendum, quod ea tempeſtate qua vir Domini glorioſus Romanus, tam innumera miraculorum præconia mundo impertiens, nequaquam ſub modio latitabat; ſed inſtar lucernæ ardentis & ſuper candelabrum poſitæ virtutum jubare clareſcens, non mediocre ferebat plurimis remedii emolumentum; femina quædam, de jure dominationis ſancti Proto-martyris Stephani, de villa Rimuiaco oriunda, nomine Segletrudis, ubi hauſit auribus quod vir Domini tanta præberet populis beneficia, ſecum conferebat qualiter ad ejus memoriam ire potuiſſet. Erat enim ei filius unicus puerulus, Letherius e vulgo nominatus, cui diutina jam impellente conſuetudine oculorum ſubtractum eſt intuendi officium; jugique angore afficiebatur pro eo, pro quo ad memorata beati viri præſidia mente ire diſponebat. Et quamquam meritorum ſuorum juſtitiam ad impetrandam filii ſoſpitatem minus ſciret ſufficientem, fide tamen nihil hæſitans, lacrymoſis cœpit inſiſtere precaminibus, quatenus per eum celerius Dei opitulamine frui mereretur. Plurimis ergo orationis gratia illo properantibus, ſimul pergens cum illis, ut quæſitæ ſalutis prolis unicæ fieret compos, taliter virum Dei deprecabatur attentius: Sancte, inquiens, & Deo dilecte Romane, qui omnium es ad te confugientium piæ conſolationis refugium, quique deſtitutioni omnium in te ſperantium compatiens divinæ opus gratiæ impertiris; miſerationis tuæ nunc manum mihi porrige, quæ inter cetera Sanctorum oracula te incunctanter aggredior. Quamquam enim ab illis nil quæſiti medicaminis obtinenti filio meo redintegrationis ſuæ ſit medela dilata, tamen non illi arbitror penitus denegatam: te namque voti iſtius haud dubito futurum compotem. Nec mora, protinus ut talia proſecuta eſt, divina præſto fuit potentia, ad demonſtrandam ſanctitudinis viri Dei potentiam, quæ poſt cæcas tenebras, mulieris filio felicem ex integro fecit irradiare diem: moxque propulſa totius agitationis moleſtia, ſibique redintegrato luminis officio, pulſis tenebrarum obſtaculis, lucis quoque diurnæ copia ſuffuſus, ita integerrimæ redditus ſoſpitati, ſimul cum matre incolumis repedavit ad propria, ac ſi minime foret eatenus cæcitatis faſce depreſſus. Qui nequaquam deinceps illius amaritudinis peſte pulſatus, pro ſuæ curationis dono, tam ille quam omnes qui aderant, voce conſona laudes Domino cecinerunt. E

Cæco lumen reſtituitur.

8 Dignum etiam videtur nequaquam ſilentio comprimi, quod mulier quædam nomine Helena, illuſtribus natalibus orta, audiens quanta & qualia languentibus beneficia, divina pietas, ob honorem & laudem Sancti ſui, infuſo miſerationis ſuæ rore, præſtare dignaretur; dum per continua ſex annorum volumina graviſſimo quateretur dolore renium, pedali quidem e

Ægra oblatâ candelâ convaleſcit.

A. GISLEBERTO. quidem gradu quoquomodo incedebat baculo lateri innixo, ſed omni gravata incommodo totius jam carebat medicaminis ſubſidio. Cumque prædictæ paſſionis in dies augmenta captans ita cruciatus accreſceret, ut ſeſe ſanitatis ulterius remedia conſequi poſſe titubaret (utpote quæ jam in quamlibet partem ſe vertere nec difficulter poterat, niſi alieno fulta præſidio foret) auditu comperit, quod venerabile corpus B. Romani, cum plebeia promiſcui ſexus multitudine, transferendum eſſet in monaſterium Valliliacenſe. Quod cum eadem die uſque adeo proſequeretur honorifice, præeunte & ſubſequente quam maximo Cleri atque vulgi popularis Dominumque collaudantis cuneo; ubi perlata eſt ſancti viri gleba ad antedictum monaſterium, illico quamquam gradu non concito illuc perveniens, adjuvantis populi levamine freta, ſupernæ viſitationis reſpectu cœpit animotenus comminiſci, quatenus accenderet pro voto ante tumulum illius candelam ſtaturæ ſuæ parili longitudine. Ibique pro ſe orabunda in Baſilicæ ſolo præcumbens, totamque diem precibus expendens & ſequentem noctem inſomnem ducens, ſubito inter orandum, Deo propitiante & Sancto ſuo interpellante, voti ſui compos effecta, cœpit à prædicta ſuperius renium ægritudine convaleſcere. Denique vero, paulatim ſuccedente pleniſſimo virium robore, quæ venerat cum fide, remeavit ad ſua, gratulabunda de reddito ſibi dudum denegatæ ſoſpitatis munere.

B

ANNOTATA.

a Neronis, *alias* Noëronis villa.

b *Quis hic* S. Hilarius? *An Pictavienſis, de quo* 13 *Ianuarii; vel Arelatenſis, de quo egimus* 5 *Maji*?

c Waſtinenſis pagus, *vulgo* le Gaſtinois, *inter Ligerim & Sequanam, Senonenſi pago ad Occidentem adjacet.*

d Birotum, *à gemina qua agitur rota nomen habere, idemque eſſe quod* Carrum, *videtur evidens & notat hoc loco Mabillon; interim velut explicationis cauſa addit Gallis* Brouëtte *dici, qua tamen voce paſſim omnes intelligunt truſile unius rota vehiculum.*

e *Alias* Legerius.

CAPUT II.

Alia miracula in variis morbis curandis.

C

Vir nobilis cæcus ac moribundus ſanatur.

9 SEd & illud narratu dignum non præteribo, quod quidam vir, cujus in Aquitaniæ partibus fuit origo, natalium flore nobilitatis uſque adeo pollens, Gundoinus vocabulo dictus, caſu devenit in territorium Senonum, viribus corporis potens, ſanitate alacrior: ubi aliquantulum in tantæ alacritatis valetudine degens, infelici (ut ita dicam) omine correptus, ſubito dum non ſperatur, plurimæ infirmitatis urgetur impulſu. Et cum die noctuque irremedialibus peſſime angeretur doloribus, ad ſuæ infirmitatis cumulum addita eſt & alia peſtis, quæ ei cæcitatem inculcans, graviter laborare compulit de amiſſo oculorum lumine. His ita ſibi illatis, cum jam in lectulo decubans ita gravaretur, ut à medicis deſperaretur; illis qui circumſtabant præſentibus requirit quid ageret. At illis eum curationis ſuæ gratiam adipiſci poſſe hæſitantibus; Si eſſem, inquit, in Baſilica B. Romani aliorum delatus adminiculo, protinus donarer ſoſpitatis gaudio. Confido, inquam, quod poſſit oculis meis viſum reſtituere, & reddere me ſanitati priſtinæ; ſuumque mihimet non dedignabitur præſtare, ut credo, interceſſionis ſolatium, qui digna miſeratione preces ſolatur omnium ad ſe confugientium. Inter has autem torturæ ſuæ varias cruces, ut illius miſereretur jugiter Sancti implorat emolumentum; ne eum videlicet in mortem ſineret abire captivum, cujus devotus cupiebat expetere templum. Taliter ergo ſæpedicti invocato nomine Patroni, ad glorioſum illius templum famulorum bajulatione delatus, quibus potuit ex animo orationibus incubuit. Nec multo poſt, inter alia ibi quamplurimis collata ſalutis beneficia, hic quod amiſerat jam dudum vivendi recuperat officium: & cum præſens ei pene fuerit paulo ante pallidæ mortis occurſus, omnium membrorum redintegrato robore, protinus nullorum ſolatii indigus, repedavit ad propria lætabundus.

D

Teduinus monachus à febribus eximitur.

10 Eſt illud memoriæ fidelium inſerendum, in quo divina virtus famuli ſui Romani approbavit meritum. Teduinus quidam, à primis Senonum oriundus, S. Remigii cœnobialis alumnus, ſacræ inſtitutionis tirocinium emeriti uſque perduxit ad præmium. Quippe monaſticæ religionis decuſſatus ſchemate, cum eſſet liberalium artium præditus facundia, venuſtate morum non deſtitit vitæ ſuæ excolere curſum. Verum quoniam qui filii agnoſcuntur paternis verberibus coërcentur, premuntur flagellis, ne inſoleſcant vitiis ſpe adipiſcendæ hereditatis; ut animus ejus aſſuetus virtuti, juxta Pauli exemplum, vegetaretur infirmitate, & ne de meritorum quantitate ſubreperet eidem morbus extollentiæ, permiſit eum ſuperna miſeratio acri febrium torqueri incommodo: in qua certaminis afflictione, totum ſe & in gratiarum actione expendebat, & in nullo continentiæ vix noſtris ſeculis imitabile propoſitum laxabat. Oculis effuſæ clementiæ proſpiciens ſuperna miſeratio in utroque tam invictum ejus conflictum, mentali eum admonuit inſpiratione, Patris noſtri Romani expetere præſidium. Igitur ſanctiſſimo Fratrum accerſito conventu, precibus prout valuit ambivit ſe deportari ad memoriam Sancti. Quorum fultus ſolatio (nam ex valido languore viandi ei negabatur poſſe) cum devotione ſupplici pervenit ad locum ſepulchri: totiuſque tractu corporis procumbens ante glebam ſanctiſſimi Confeſſoris, ex intima cordis ſede has cœpit gemituum voces emittere. Eia, inquit, Confeſſor glorioſe, aſpice quibus afficior pœnis, exigente criminum meorum ſcelere. Si tibi ita videtur, jam ſatis ſit eum his doloribus tantum certaſſe certamen; & à ſuperno Judice, ſimul cum venia peccaminū, ſanitatis mihi impetra optatum. Redde eum mihi propitium, quem hactenus meis culpis expertus ſum offenſum. Pande nunc meis lacrymis aures piæ exauditionis, qui tua interceſſione indigis, pro fide petentium, te præſentem reddere non refugis. Ne averſeris te in anguſtiis ſupplicante, ſi dum vixero non dedigneris me habere ſervientem. His & hujuſmodi queſtibus dum totum tridui occuparat ſpatium, quarto demum die effectum ſuarum obtinuit precum; ſummique noſtri Protectoris interceſſione, adſtantium in oculis, cum vigore ſanitatis, à loco quo jacuerat ſurrexit; & gratias referens Deo, ſuæ incolumitatis auctori, pſallentium choro admixtus, pro recuperata ſanitate cœpit divina beneficia non tacere.

E

F

11 Præterea quia tantorum inſignium miraculorum non proderit arripuiſſe principia, ſi hæc etiam ſimiliter non congrua commendarit inſtantia; unum memorabilium, pii potius ardorem deſiderii quam leporem culti ſermonis inquirens, imperito quamvis digeram ſtylo; per quod humana poterit experiri diligentia, quanta operum ac ſudoris aſſuetudine vir Domini venerabiliſſimus Romanus cæleſtium promeruit perfectionem donorum. Neque etiam ſignorum ejus enormitatem texere contendam, ſed ea tantum quæ ab anterioribus noſtris accepimus, quæque ab eiſdem ſunt nimis plane executa, perpaucis aperire conabor. Itaque quidam extitit adoleſcentiæ floribus

floribus pubeſcens, nomine Joſeph, qui in territorio Senonum à parentibus progenitus, ab ipſis quoque eſt ibidem pueritiæ profectibus educatus. Qui cum jam florulentæ juventutis decore pulereſceret, & ad virile robur tenderet; ei tam ex libero arbitrio quam ex pravo dæmonum ſuaſu, tam ſuperflua atque peſtifera accidit incontinuitas, ut non modo diutinæ edacitatis illecebris, verum aſſiduis ſemet urgeret falerni potatibus: unde non intermiſſæ potationis letale virus ita ejus infecit animum, ut inſuper à via rectitudinis ejus jam violata deviaret memoria. Sicque nequaquam ab eodem quem cœperat uſu ſe retinens, ab his quæ bona ſunt declinando, illicitis quoque indiſcrete indulgendo, multimodas genitrici ſuæ injurias inſtinctu ingerebat dæmonico.

Filius diſſolutus & matri injurius,

12 Quapropter fortuitu accidit, ut illum mater conſiderans normam irrevocabiliter præcavere vivendi, quadam vice prænimio fellita mœrore maledicendo inculcaret: Mala quæ mihi, fili, inconſulta impietate ingeris, ſuper caput tuum redintegrentur. Talia intulit, atque illico filius potioris criminis & majoris inſolentiæ fomitem incurrens, dæmonicæ poſſeſſionis eſt in hunc modum traditus

ab eoque dæmoni traditus,

B excidio. Sane poſt aliqua, cum pater & mater illius (ut moris eſt) Trecaſſinas in partes negotiandi gratia properarent, ipſe domi remanens, fratri ſuo ſecum commoranti inquiens, Faciam ait, Frater mi, candelam longitudinis meæ inſtar, & deferam illam eras ad baſilicam S. Romani, poſt Miſſarum decurſa ſolennia reverſurus ad propria.

13 Hæc ut dixerat executus, die poſtero fratre ſecum comitante, ejuſdem Patroni progreſſus eſt ad mœnia templi. In quo ſecus portæ introitum, cum jam proximum eſſet ut ſol radios ſuæ lucis ſub undis abſconderet, nocturnæ pauſationi animæ votum accommodans; ubi ventum eſt ad vigilias matutinas, pſallentium vocibus experrectus, ſecum nimis ſolicite agere cœpit. Expleta autem ex more duodecim lectionum functione, velut ſibi regularis poſtulat inſtitutio; poſtquam in analogio recitari initiata eſt Euangelii lectio, idem graviori viſus eſt agitari dæmonis impulſu, atque plus ſatis infeliciter diſcerpi, vociferans inter alia, velle ſe ad nota repedare habitacula. Cumque hinc ſe de manibus tenentium undecumque omnibus robuſtior eliceret, cœpit ſolivagus incedere per ſilvam, conſitam in proſpectu eccleſiæ ibidem conſtructæ.

& elapſus à manibus ſe ducentium ad S. Romanum

C 14 Taliter igitur errabundo inceſſu hac illacque diſcurrens, & quo tenderet neſciens, tandem diutiſſimæ fatigationis moleſtia preſſus, ſomno coarctatur ſubitaneo, atque ibi jacuit, donec illuceſceret ſuccedentis diei hora tertia. Denique finito longo dormitationis intervallo, evigilans à ſomno, aggreſſus eſt demum cœptum prius iter explere erroneus; quouſque tandem applicitus eſt ad fiſcum, qui vulgo nuncupatur Malliacus. Ibique obvians illi quædam mulier, cœpit cum eo collationem texere, ſciſcitans ab eo unde veniret, aut quorſum tenderet. Cumque reſponderet ſe de baſilica S. Romani venire; illa adjecit inquirere, utrumnam ipſo die audiſſet illic concelebrata modulamina? At ut ipſa dicebat, ita actum eſſe illo ſubdole ſignificante, ab ea cauſa retentus eſt prandii: poſtea dimiſſus ab illa, tandem vix appulit ad propria.

ac domum reverſus,

15 Interim jam eo domum regreſſo, ſubito dum non ſperatur, pater illius cum matre à foro revertitur: tantuſque in eis eſt ignitus fervor doloris, tamque inflicta ſolicitudo gemebunda pro illato proli cariſſimæ miſerabili omine, ut dictum videatur abhorrere. Finito autem illius diei articulo, noctiſque ſequentis expenſo curriculo, dum ſuccedentis diei lux in mane prorumperet, cum nimiis anxietatis vocibus, quas nec commemorari dignum eſt, deliberatione decreverunt mutua, quatenus filium damnationis complicem ad Sanctum ducere Romanum deberent, ſi forſitan dignaretur eum à tantæ anxietudinis detrimento reddere extorrem. Confeſtim itaque dicta factis exequentes, cœperunt eum in eundo compellere. At ille ſolo innixus, ac multifariam ſemet dilanians, multipliciter ſe nitebatur ab illo itinere extorquere. Præterea illum [equo] ſuperponentes (utpote qui jam prope ejus validitati contraire nequibant; cum multi acceſſiſſent aliunde ad ferendum adminiculum) atque maxima eum tenentes, virilitate, duxerunt ad prænominatam S. Romani baſilicam. At ubi appropiaverunt foribus eccleſiæ, cœpit ſonipes (quod eſt mirabile dictu) fremere ac ſe ad reſiſtendum erigere, quaſi non auſus cum tali ſeſſore Sancto Dei approximare. Tunc deponentes energumenum, ſolotenus coëgerunt incumbere ante ſancti viri corpus venerabile; atque in his vocibus erupit, inquiens: Quia propter tuam, S. Romane, candelam hoc patior. Magis autem ac magis illum diſcerpens, cum jam ſemimortuus æſtimaretur, tandem eo die nutu annuente deifico, dilecti Domini id obtinente ſuffragio, cœpit ab ore E ejus & naribus cruor emanare fœtidus, ſalivis ſpumeis intermixtus, ipſe quoque picei horroris deformitate deturbatus: poſtremo à dæmoniacæ dominationis pernicioſa colluctatione mirabiliter eſt ereptus. Ab illo ergo die, per totum vitæ ſuæ ſpatium, ſtatuit ſeſe potiſſima compeſcere continentia, in cibi videlicet imminutione & potus perceptione; nec poſtmodum tam infeliciter ſicut prius pravi virus obloquii ejus irrepſit animũ. Genitor vero & genitrix, tanti medicaminis compotes effecti, cum prole ſibi liberrime reddita, in ſua cum gaudio ſunt reverſi.

A. GISLEBERTO.

ſed reductus liberatur,

16 Non tacebimus & illud, quod quædam mulier Arvis nomine, ſingulari erat unicæ prolis prædita dote: cui circa eum inerat intemperantis pleniſſima amoris dilectio, quia præter ipſum nullum habebat alium, in quo ſpes poſteritatis videretur conſiſtere. Quamquam autem naturæ quod ſuum erat impertiret, in intimis tamen cordis conclavibus in hoc amor tabeſcebat maternus, quoniam permiſſione deifica, quin potius ad comprobanda non longe poſt ſancti viri præconia, geminæ quatiebatur contritionis anxietudine. Nam à primævis ſuorum exordiis natalium, temporali hujus ſemper caruit auditionis officio: ſed & unius femoris marceſcente nervorum F compagine, unius erat pedis deſtitutus deambulatione. Cum igitur hac de re genitrix illius non mediocri circumferretur diſcrimine, omni inſtantia curationum genera mente perquirens ſolicita, quadam vice dum nox ſui curſus iter perageret, & ipſa nocturnæ pauſationi indulgeret; ſpiritualis intuitu contemplationis ſibi viſum eſt, quod cum prælibato filio uterino Sanctorum uſquequaq; luſtraret oracula, expoſtulans ſanitati illi reddi juvamina. His ita viſis, ſuperveniente diei ſplendore, audivit referri à commanentibus, quod ad S. Romanum ire, ac peculiare deberent orationum concelebrare ſacrificium. Quem laborem tota cum illis ſuſcipiens induſtria, eorum juncta agmini, unicum detulit pignus ad limina oratorii præfati Protectoris noſtri. Quem cum ibidem expoſuiſſet, ſe in orationem effudit, & dignam Deo ſatisfactionem, tam pro ſuis negligentiis, quam & pro filii incommoditatibus in promptu exhibens, confeſſionis ſuæ veniam implorabat; hoc ferventius orationum puritate flagitans, quatenus S. Romanus unigenitum illius, gemina faucietate dehoneſtatum, ſub ipſius momentaneo horæ ſpatio vigori donaret temporaneo: & quem longa eatenus hebetaverat ægrimonia, redintegratio reſtitueret cælitus ſalutariter impenſa.

Puer ſurdus & claudus ſanatur.

A. GISLEBERTO.

Hac igitur deprecationum jugitate expensa, exauditionis divinitus obtinuit effectum; & confestim S. Romani annuentibus meritis, audiendi recuperata sunt ei officia; & gressuum enervitate procul remota, perpetim progressionem acquisivit ante denegatam. Sic uterq; suæ retributionem humilitatis promeriti, in sua rediere ab omni noxietate liberrimi.

CAPUT III.

Miracula, à Mabillone omissa, ex Boscio relata.

Mulier post mortem infantis absq; baptismo,

17 PRæterea mulier quoque alia, nobilis prosapiæ generositate orta extitit, de villa, quæ populari appellatione Scabia nuncupatur. Huic autem erat unicus puerulus ita tenellus, ut non amplius à primævis nativitatis suæ in hujus mundi lacrymosam convallem cunabulis, nisi trium tantummodo hebdomadarum spatium, ipsa quæ eum protulit teste, crederetur expendisse temporis. Processu itaque tam parvissimæ ætatis expenso, subito dum non speratur, mortis pallidæ irrumpente articulo, novissimum vitæ præsentis clausit diem. Quod vero maximi extitit causa doloris, matris id protelante incuria, utpote quæ abundanti fuerat geniti elegantiâ retenta, per quod falso credebatur vitæ longævitas cito non defutura: cum sacri necdum foret renatus baptismatis unda, in ipso mox ortu, proh dolor! amisit lumina nequaquam ulterius rediviva; sicque geminæ mortis horrore correptus, ignibus mancipatur æternis; quoniam sine dubio, vitæ æternæ privabitur gaudio, qui vitali non fuerit tinctus in lavacro. Denique vero genitrix illius, pro cujus sceleris noxa hæc contigisse haud dubium fuit; suo viro veri factum perterrita confiteri, in illo in quo mortem obierat loco, puerile distulit humare corpusculum: sed protinus in ulnas eum excipiens, viro Prætextato cum circummanentibus insscio, ad aliam cursu concito detulit villam, ibidemque deliberavit humandum. Talibus autem profanâ infelicitate decursis, ut per hoc ni fallor comprobaretur justæ ultionis recompensationem perpeti; eadem die qua ista perpetrata sunt, emarcuit manus ejus dextera, nervis quoque contractis laxa cute, stupentibus digitis in toto præcedenti cubito, nihil diu potitæ sospitatis usu [privatam] remanere declaratum est: & quod matris infelicitas denegare visa est ad modicum, supernus Arbiter sole manifestius propalavit in plurimum. Enimvero per triginta circiter annorum volumina, cum totam suppellectilem in medicos erogaverit, nullo medicamine sui curationem obtinuit. Tandem igitur cum jam penitus desperaretur, post tot temporum intervalla decursa, comperiens per S. Romanum præstante Domino plurima dari sanitatis beneficia, devotis passibus Vallilias adire disposuit; atque viam aggrediens, quoquo potuit incessu illius attigit limina basilicæ: ibique vario precamine voces ingeminans, beati viri intercedente meritorum suffragio, quæsitæ sanitatis gaudium est adepta: ejusque est restituta manus dextera, nec ullam pertulit ulterius de hujus infirmitatis fasce gravitatem. *a*

amissum usum dexteræ,

recuperat:

mutus & surdus à nativitate

18 Cum mens vestra obstupescat, Fratres, de salutifero odore tantarum virtutum, atque in fide Christi firmo robore corroboretur; ardet adhuc desiderium nostrum, ut pandat Christi prodigia, ad clarificandum Confessorem egregium olim patrata. Audite ergo nunc in uno eodemque homine clara duo acta miracula. Puer quidam, dudum à parentibus Arnoinus vocitatus, ex eo die quo in hanc miseram vitam lapsus est, duo perdidit officia corporis, auditum videlicet & loquelam. Cujus mens continuaram sustinens lamentationem, diutinis quotidie afficiebatur singultibus; quia nec voce stipem quibat flagitare, neque auditu aurium ullam poterat capere consolationem. Quid autumatis, Fratres dilectissimi? quam acerbe cruciabatur in mente, qui ita erat omni dissolutus corpore, quaq; se flecteret parte, ignorabat. Parentes vero illius, cum gravem de illo in corde tenerent mœstitiam, volvebant pectore quid eis oporteret agere, quia cernebant illum in mundo sine ullo corporis officio. Clarum vero rumorem cum hausirent de virtutibus sanctissimi atque omni veneratione dignissimi Romani, deferunt eum illuc, faciuntque in terram procumbere, ut poscceret corde quod nequibat voce. Diu jacet, diu respirat; gemitus emittit, qui non poterat fari: tandem resolvitur lingua à diris vinculis, glorioso Romani meritis: hebetatus situs aurium repellitur, flabra cælestia aures illius verberant, recipit officium aurium: fit grata exultatio in populo, crescit fides credentium in Domino, gemit truculentus anguis, torquetur invidia qui est deputatus in æterna pœna. Curemus igitur illius declinare laqueos, qui quotidianis momentis paratus est jugiter trahere nos ad ima Cocyti. Caveamus etiam ne infundat mortiferum virus in nostris pectoribus, & auferat ab ore nostro seu à corde dulcia Christi pabula, quæ præstant nobis suavitatem loquendi, auditumque nostrum cælesti refovent suffragio: ut cum dies venerit inenarrabilis, gaudere mereamur cum summo judice nostro: necnon altisonis jubilationibus collaudare, cujus imperium semper fulget, de cujus dominatione cælum & terra resplendet.

sanatur.

Femina à febribus liberatur:

19 Illud quoque vestræ statuimus inculcandum memoriæ, quod quædam mulier, Antrici incolatus ut ferebatur indigena, dum vi febris pessimæ diutino temporis incremento mirabiliter pullularetur, festinoq; occursu dilecti Domini glebam sequeretur, in melioratæ sanitatis recreatione semet refoveri precabatur attentius. Jam enim omnium membrorum liccata compage, utpote irremediabili eatenus ardore igneſcens, ita diriguerat, ut nihil omnino virium se aliquando recipere confideret. Taliterque injuriis affecta multiplicibus, totis præcordiorum visceribus, sanctum Domini, qui nulli recte petenti denegat proventum, efflagitat, ut suimet misereatur. Denique adveniente hora diei, qua mediũ cæli Sol transcenderat axem, subito sopore depressa, somnum cepit; viditq; in mentis excessu quemdam hominis similitudinem habentem, atque in hunc modum sibi colloquentem: Vade, & nequaquam moras innectens, sume linteum S. Romani, & eum aqua perfunde: quam cum hauseris, crede quod erit tibi causa salutis. Nec mora, postquam hæc excepit verba; illico excitata, talia sicut fuerat monita implevit concita. Statimque supernæ dignationis consolationibus freta, & sancti viri meritorum suffragiis relevata, à prælibato pestiferæ ægritudinis cœpit relaxari contagio: sicque sanitatis integræ compos effecta, nomen largitoris Christi, laudem quoque & gloriam beatissimi viri, cum immani glorificavit exultationis jubilo. *b*

similiter & alia mulier,

20 Mulier quoque quædam tunc temporis, Leodegardis ut ferebatur vocabulo nuncupata, de jure dominationis S. Remigii Confessoris egregii, omnium membrorum suorum quatiebatur doloribus, febre invalescente præmaxima, præteritis jam ab ineunte ægritudine bis quaternis mensibus. Cumque nihil medicamenti uspiam jam prope moritura reperire quivisset; factum est in una dierum, ut immanissima doloris anxietudine pressa, inter ægrotandum captaret somnum. Contigit autem illi, videre virũ in somnis sibi talia referentem: Proficiscere quibus poteris passuum incessibus ad Sanctum Dei Romanum, & scito confidenter, quoniam per eum sanitatis donaberis gaudio. His itaque visis, experrecta de somno, fidem præbuit

A prædit dicto; moxque complevit talia facto. Protinus quoque illo quo fuerat monita progreſſa, ſolo mox incubuit; atque in lacrymas erumpens, Dei virum intimo implorat mentis affectu. Denique ſui efficacia precaminis, paulatim captans incrementa virtutis, cœpit firmari robore deſideratæ valetudinis: ſicque fidei roborata firmitate, atque totius corporis integritate, taliterque reſtincta febre omnique fugato dolore, ſolidatis membris, ad ſua cum gaudio repedavit illæſa. c

21 Tranſeamus ad aliud non diſſimile, & ſpeculemur in miraculorum exhibitione, iſte Sanctus de quo agitur quanto donatus ſit munere. Maiënarius quidam noſter, parentibus non mediocribus puer, quartano validiſſime vexabatur typho: qui bis quaternis menſibus hujus ægritudinis faſce prægravatus, cum à multis remedium ſperaret ſalutis, in nullo ei patebat ſpes cupitæ ſanitatis. Quidquid habere poterat in ſumptibus, medicinæ erogabat auctoribus; & in deſiderando medelam, totius victus conſumebat ſtipem: ſi quidem ſenſu hebetatus pondere infirmitatis, neſciebat recolere, in proximo adeſſe, qui precibus peſtes à corporibus poſſet fugare. Cumque indies magis magiſque ægreſceret, vitæ diffidentia mortis præſtolabatur extrema. Jam laſſatæ medicorum manus ab ejus curatione ceciderant; jam verborum carmina, huic ut fertur morbo medentia, in ore omnium contiguerant. Igitur omni ſpe ſalutis depoſita, cum jam in ipſo vitæ penderet limine, paululũ mente recepta, ſenſit auribus, aliorum relatu, B. Romanum claris mundum irradiare virtutibus. Quo percepto, quia pene ei vocis intercludebatur officium; quoquomodo indiciis verborum adſtantes cœpit compellare: Antiquæ dilectionis amici cariſſimi, ferte me quantocius ad tumulum Domini Romani. Videor mihi videre jam diutinum periculum evaſiſſe; è vicino eſſe recolens, ex cujus interceſſione omne procedit medicamen: digne denique cedunt omnia medicorum experimenta, quoniam hic ſolus eſt, cui à Chriſto donata ſunt meæ imbecillitatis ſalubria. Feſtinato illi ejus obſecundant monitis, eumque tollentes cum grabato, ad Sancti devehunt polyandrum. Cumque pro ejus recuperanda ſalute, una cum ægro, hi qui eum detulerant excubarent orandi officio, æger idem reſolvitur in ſopore: parvoque emenſo ſpatio experrectus, cum ſomni torpore, invaletudinis caruit langore. Ac prò hoc ipſo cuncti qui adſtabant immoderato tripudiantes gaudio, qui hactenus æger venerat, cum gratiarum & ſalutis munere repedavit ad propria.

alius gravi ægritudine liberatur:

B

C

22 Nullo modo cenſeo & hoc ſilentio obliterandum, in quo, Jeſu bone, laus tua prædicatur per famulum. Mulier quædam à parentibus, neſcio fortuitu an induſtria, Aigleranna dicta, claris decorata natalibus, propaginis ortum apud Fontanas accepit vicum. Quæ dum adoleſcentiæ annos excedens ſemina ageret; viſum eſt ei naturalem relinquere fundum, alteriuſque villæ expetere incolatum. Hujus deliberationis ſuccedente effectu, in villa quæ Viſis ab incolis ſortita eſt nomen, cum omni ſua ſuppellectili demigravit. In qua multorum annorum tranſigens curricula, cum ætas prolixior vergeretur in ſenium, & carioſa longævitas laxa cute faciem in rugarum contraheret exarationem; pendet dubium utrum exigente mole ejus ſcelerum, an ad demonſtrandum viri Dei meritum, maximum membrorum luit detrimentum. Nam flexuoſi genuum nervi complicati in nodo inſolubili, & rigore tenaci in ſolidum durati, veluti baſibus infirmatis, non patiebantur à terra ſurſum prodire fabricam totius corporis. Hoc diutino tabeſcens incommodo, varia Sanctorum luſtrans oracula, nullius ſuffragari ſibi expertus eſt merita. Sed poſtquam percepit ſolerti procuratione [in eccleſia] ſæpe dicti Pontificis, corpus Domini Romani præcipuo honore depoſitum, loco quo coruſcat miraculis; ſummopere cœpit mente diſponere & actu ſatagere, quoad ejus præſentiam quoquo pacto valeret pertingere. Cumque aliquatenus facultate ſuppeditante, evectioni præparandæ in ſubeundo operam daret; dictu mirandum! ac ſi validæ febris ab incurſu, cœperunt membra illius frigere & horribili fremore undique concuti. Famulantium officio imponitur geſtatorio, & cum fide credula Confeſſoris ſummi procedit ad aulam: qua ſubſelliis obſequentium intromiſſa, ut ad ejus pervenit tumbam, Dei nunc per ipſius meritum approbavit virtutem. Perplexis enim, ſicut præmiſimus, poplitum nervis, ut ſibi viſum eſt, quadam vi à ſua nodoſitate laxatis & in naturale obſequium reformatis, quamvis cum dolore non parvo, potita eſt gradiendi officio: & quia contracta membris, auxilio eguerat vehentis; regreſſa eſt domum propriis plantis, de reliquo non requirens miniſterium bajulatoris.

A. GISLEBERTO.

ſanatur claudus

23 Aliud quoque quid enucleandum gratum habuimus. Quoniam eadem tempeſtate, quædam femina Senonicæ civitatis indigena, quæ uni civium nomine Gundacio jure ſerviendi famulabatur ancilla, ab ardore febrium occupabatur irremediabili. Namque tanta premebatur doloris anxietudine, ut non modo vigere, verum nec quo cibo utimur, aliquo modo valeret trailicere. Cumque ita ab omni haberetur expers ſoſpitatis officio, veritur res in diſcrimine, utrumnam videlicet convaleſceret, an etiam mortem oppeteret. Igitur dum in toto unius anni ſpatio ita ęgerrimo fatigaretur incommodo, ut cibi ei aditus denegaretur; factum eſt in una noctium, dum in noctis opacæ ſilentio cuncta quieſcerent, & ipſa in ſuæ dormitationis ſomnio noviter conquievit; viditque in viſu (ut poſtmodum retulit) quaſi innumeram populorũ frequentiam, ad prædictum Dei Patronum progredientem; ſeque illis interpoſitam, viam eamdem greſſibus incedentem, atq; communi precamine Sanctum Dei in ſui ſuffragio interpellantem. His itaque viſis, excitatur à ſomno, viſionis præteritæ non immemor. Confeſtim vero ſuo talia ſuggerens Domino, dimiſſis ſubnixe obſecrat aſpectibus, quatenus ei viſionis implendæ facilitatem conferret. At ille non modo animi voto conſenſum impertivit, verum ad itineris difficultatem levigandam, admonet ut ſui fruatur ſeſſione ſonipedis. Sed illa prædita munere fidei devotiſſimæ, talia ſibi fieri omnimodis denegat non debere: ſed magis ratum habuit, pedali feſtinatione ſe illo debere proficiſci. Quod denique opere implens, ubi ad Sancti baſilicam feſtina appulit, ut ſuæ miſerationis levamine recrearetur, inſtantiſſima voce precatur. Cujus querimoniæ confeſtim quod petebat divinitatis indulſit potentia, ad ſancti viri meritorum inſignia præconanda: atque quæ eatenus omnimodæ ſalubritatis extiterat indiga, paulatim vigore adepto, diu optatæ eſt ſanitati reddita. Deinde ad propria remeans habitacula, longa de profundo corde trahens ſuſpiria, tam Domino ſuo quam etiam circumquaque manentibus indicat cognatis & amicis, quantis profectibus S. Romanus ſe rogantium fidei conſuleret. Itaque his ita fieri divina providentia auditis, gratiarum diſtributorem Dominum non mediocribus attollunt laudibus, qui Sanctos ſuos potenter mirificans, vario non ceſſat decorare miraculorum vibramine. d

& alia periculoſe gra

E

F

d

item claudus

24 Eodem fere ſub tempore, venit altera mulier, nomine Linatia, de pago Tornodorenſi, quæ pridem de concepto pueri fœtu ſatis abundanterque deſudans, in ipſa partus effuſione maximam incurrit infirmationis injuriam. Cumque ſeptennio hujus pate-

A. GISLE-BERTO.

pateretur cruciaminis difficultatem, utrorumque femorum ſtupentibus nervis, ita tandem claudicans effecta eſt, ut etiam ſuræ crurium natibus inhærerent. Taliter vero prolixiori gravata incommodo, viandi tramitem penitus amiſit; univerſamque ſubſtantiam ſub obtentu medicaminis, præ rigore graviſſimæ ægritudinis, in medicinæ operam erogavit, quam nullis uſibus, nulliſque commodis ſibi didicit profuturam. Tantæ igitur inquietudinis oneri ſuccumbens diebus pariter ac noctibus, cum jam deſtructione ſolita cœpiſſet imminui; noviſſime parentes illius ejus diuturnæ compaſſi gravitati, cœperunt comminiſci, qualiter eum illa varios uſquequaque circuirent Sanctorum titulos. Denique aſino ſtramenta ſuperponentes, eam deſuper impoſuerunt; atque viciſſim ſuſtentantes, plurima pagi Senonici luſtravere cœnobia: ſed nequaquam ſunt adepti ſanitatis præmia, cum multa Sanctorum popoſcerint ſuffragia. Cumque nulla jam convaleſcendi de ea ſpes haberetur, ſed & cum inflicto infirmitatis contagio, ad domum propriam remearet; à comeantibus ad ultimum bonam virtutum B. Romani hauſit opinionem, quod videlicet nonnullis, quorum fides exigebat, innumera conferret ſanitatis compendia. Dehinc marito ſuo
B cum cognatis ſupplicat, ut eam cita deliberatione in ejus accelerarent ſiſtere præſentia. Cujus petitioni ſtatim annuentes, hoc implendi operam adhibuerunt. At ubi appropiaverunt ad villam quæ dicitur, Verillas, cœperunt membra illius invicem diſrumpendo contorqueri. Paulatimque vigore reſumpto, jam diu feſſa corporis membra, ut provolvit ſe ante altare, viſa ſunt perfectius in pleno vigere robore. Sicque erectionis ſuæ gaudium adepta, venerabiliſſimum Dei virum laudibus extulit, indefeſſis, cujus opitulamine tam præoptabili fuerat recreata munere.

& aliis tres infirmi.

25 Sed & quidam puer Magenerius dictus, laborioſo febrium æſtuans typho, bis quaternorum menſium jam expenſo curriculo, ubi venit in præſentiam ejus, ſine mora obtentum meruit emolumenti & ſalutis optatæ: redditus eſt gaudio, qui eatenus quartano laboraverat incommodo. Mulier quoque quædam S. Remigii, uno erat penitus diſſoluta brachio, irremediabili uſque adeo vulnere cruentato. Magis ac magis igitur invaleſcente morbo, cum jam ſibi viſum eſſet, quod operandi perpetim privaretur officio; quadam die plebeiis adjuncta catervis, quæ viri ſanctiſſimi Romani templum more adibant ſolito, varia conſecuturi ſanitatis beneficia; mox ut proſtrata eſt
C ſolo oratorii, quæ venerat illo cum fidei devotione, redditur gratulabunda de ſua reſtitutione. Altera etiam diutiſſime fatigata renum multifaria diſſolutione, poſtquam prædictum eſt aggreſſa Patronum; quæ per multa ſe nequiverat erigere temporum intervalla, ſanitatis ſubito conceſſæ obtinuit remedia. *e*

26 Noſtris factum temporibus
Conſtat miraculi decus,
Quod Romanus promeruit
A Chriſto ſuis meritis.
Claudus ſanatur:
Rei fuit neceſſitas
Pro raptorum injuria,
Qui tollunt res monaſticas
Propter ſui ſuperbiam,
Ut Sancti corpus ſplendidũ
Deferretur vehiculo
In villam Pontus nomine,
Super Igaunæ fluvium,
Qui dat paſcui copiam
His qui veſcuntur ſapidam.
Abbas erat Winemarus
Ipſius monaſterii
Pater vir venerabilis,
Qui officinas plurimas
Conſtruxit ſat egregias,
Ad habitandum monachis
Qui ſerviunt Remigio,
Antiſtiti præcipuo.
Hic in Sancti præſentia
Excubabat, vigilias
Perſolvendo ſollicitus,
Cũ ceteris tunc Fratribus,
Qui vigilabant propius,
Romanum decus patriæ,
Rogantes pio pectore.
Jacebat in ipſa domo
Quidã pauper homuncio,
Contractus ipſe, genibus
Terra reptãdo & manibus,
Alboinus de nomine,
Civis ipſius villulæ:
Cujus erat hoſpitium,
Quod tenebat ſanctiſſimũ
Romani patris feretrum.
Cum ſolis fidus radios,
Emenſo cæli ſpatio,
Sub terris flammas poneret,
Ut noctem terris revehat,
Quam mane facto diſſipat;
Ille pauper accelerat
Sancti tangere capſulam,
Quam dũ manu fideliter,
Fide plena contingeret,
Paulatim cœpit ſurgere,
Nervorum ſe erigere
Cœperũt chordę & genua,
Baſes plantarum tremulæ
Cœperunt ſtare ſolide:
Sanguis per talos defluit,
Dum virtus redit corpori
Voces emittit ſtupidas,
Horrendum alte reſonat.
His excitati vocibus
Qui dormiebant gravius,
Ora rigabant lacrymis,
Tundentes pectus digitis,
Læti facti miraculo,
Tripudiantes gaudio. (rus
Imperat Abbas Winema-
Manu ut ora comprimant,
Sed potius ſilentio
Grates reddant Altiſſimo,
Qui debilem conſolidat
Romani ſub præſentia.
Lumen extinctum fuerat,
Quod in laterna poſitum
Ardebat ante feretrum.
Omnes clamore ſtupidi,
Lumen requirunt pavidi,
Ut clareſceret oculis,
Contigerat quod hoſpiti.
Unus miniſter affuit
Extinctum lumen bajulat,
Ut ante Sanctum perferat
Scintillam clari luminis,
Quod caſu forte defuit.
Sed dum pergit velocius,
Pars quædam quam reliquerat
Candelæ lumen occupat;
Succenſaque divinitus
Lumen præbet fidelibus.
Plantis vident conſiſtere
Qui jacebat in ſtramine,
Et recto greſſu vadere
Qui ſe per terram penitus,
Solitus erat trahere.
Vir nobilis proſapiæ,
Rainardus vero nomine.
Urbis Comes Senonicæ,
Huic miro miraculo
Interfuit omnimodo.
Hæc civitas antiquitus
Caput extitit urbium,
Quas Galli cives incolunt,
Qui quondã Brenno principe,
Sedem urbis Romuleæ
Ceperunt forti pectore.
Armis accincti Gallicis
Trecenta fere millia,
Urbem cepêre nobilem;
Aurum tollentes remeant,
Totam pene deleverant,
Orbis terrarum Dominam,
Niſi anſer à gutture,
Conclamaſſet altiſſime.
Cuſtodes Capitolii,
Evigilati anſeris
Clamore, ſurgunt conciti;
Auro repellunt Senones,
Quos ferro duces nequeũt,
Oroſius Hiſtoricus
Et Jordanis Epiſcopus,
Et alii quam plurimi
Hoc in ſuis hiſtoriis,
Narraverunt veridicis:
Quas te moneo legere,
Si vis hæc plene diſcere.
Tũc videbis hunc Rithmicũ
Veri dixiſſe paululum,
De magna urbe Senonum.
Sub cujus altis mœnibus
Jacet corpus ſanctiſſimũ,
Romani Patris conditum,
De quo dicetur amplius:
Quod dictaverit calamus,
Cordis depinget digitus.

lumen divinitus accenditur.

27 In VVaſtinẽſi opidulo,
Mulier quædam peſſimo
Perverſa eſt dæmonio;
Quæ ſævis ſtridẽs dentibus,
Et ore frendens acrius
Alternis vadit ſaltibus,
Vt cernas diabolicum
Monſtrũ dæmonis peſſimũ.
Mille voces à gutture
Emittit dæmon peſſimus:
Vt taurus mugit horride,
Vt leo clamat valide,
Vt porcus grunnit ſtridule,
Vt Aſinus horrifice.
Ferreis nexa mulier
Vinclis & duris manicis,
Et loris ſtricta corii,
Sparſo crine muliebri
Vi parentum attrahitur;
Repugnans torvis vultibus;
Ne ducatur ad tumulum
Sancti Romani lucidum,
Miraculis egregium;
Quo ſpes ſalutis redditur,
Sanitas & revertitur;
Vbi dæmones fugiunt,
Romanũ ſanctũ metuunt,
Chriſto jubente trepidant
Ne trudantur in tartara;
Digni morte perpetua.
Erat tunc Abbas ſapiens
Orator & rhetoricus,
Doctus & liberalibus
Diſciplinis in omnibus,
Rainulfus, vir egregius:
Qui Sancti tunc Remigii
Regebat monaſterium.

damoniacus,

Dæmonium vero ſævum, ut ingreſſum eſt oratorium, ſævire cœpit. Romani vero vino brachium la- *infuſo in guſtur vino, tactu brachii ſacrato,*
vatur beatiſſimum. Vinum vero ori mulieris infundi-
tur Domni Abbatis manibus; ac vix per meatus in-
traverat, in venaſque ſe diffuderat vis vini, quod cœ-
pit pugnare cum dæmone, utpote ſacratum ſancti
contactu corporis. Sic in uno corpuſculo contraria
pugnant duo: vinum quod cor lætificat, dæmon qui
corpus poſſeſſæ agitat. At vicit vinum bibitum, dæ-
monis monſtrum peſſimum. Et S. Romani precibus,
cum rivo tetri ſanguinis diabolus exceditur & exit.
Mulier poſtea terræ decubat ac ſi ſit mortua, ante a-
ram Pontificis ac Francorum Præſulis Remigii, adeo *liberatur.*
ut diceres illam cum ſanguine vitam fudiſſe miſere.
Exclamant itaque qui aderant omnes, inter quos vir
ejus flens & ejulans ajebat: Quid fiet, Domne Abba?
uxor mea vivens in corpore venit, at mortiferæ nunc
ſubjacet neci: vitam amiſit, perdidit. Advenimus eam
incitati fama Romani Patris veſtri præcipui, confi-
dentes ipſam ſanitati eſſe reſtituendam. Heu! vero
nunc ſpem noſtram vacui perdidimus, & labor noſter
omnis

A omnis diſperiit. Melius nobis fuerat ut vivens nobiſcum viveret, ac cibos ore caperet, quam vitam tam horribili amitteret morte. Abbas vero piis cum lacrymis ac de Romani beati confiſus meritis, fiduciam habens Dei, hæc ſalubriter reſpondit: Deſinant fletus & lacrymæ, non mulier ſomno mortis tegitur, ſed laſſa membris recubat, mortis ſoporis neſcia. Hoſtis mundi hæreditatem perdidit ſuperbiens, filii quam hominum nunc poſſident: ac ob id ex invidia dum hoc manebit ſeculum, erit inter illum & genus humanum diffidium continuum. Nil novi vobis præſentibus agit antiquus hoſtis. Hæc locutus, fuſis ſuper faciem lacrymis, Rainulfus Abbas humilis; iterum vinum, brachio S. Romani ſacratum, infundit labiis mulieris; quod ut glutivit, ſurgit lento conamine femina de pavimento, & gratiam Deo ac Sancto agens Romano, dicebat: Bene veniſti, Pater Itale, Gallicanam noſtram provinciam digniſſime inviſere. Sicque ſoluta à catenis diaboli, læta remeavit ad ſua, plenis gradiens inceſſibus.

28 Quidam adoleſcentulus, ambobus genibus curvus, ac more quadrupedis per terram cubitis reptans, adeo ut cælum aſpicere nequiret. Nam animalis omne genus terram reſpicit penitus, eſt ſemper ventri ſerviens, herbam mandendo ruminans; unde ſumpſit originem, ibi tendit ingluviem; cum Deus de homine quem ſimilem ſibi fecit, juſſerat oculis ſidera eum cernere, mirari cæli culmina, atque quos ſol ſedulo peragrat circulos intelligere. Ille ergo juvenculus, Teudo nomine, mœſtus animo, rogabat Deum aſſidue, ut S. Romani merito, greſſus reciperet uſum, ac rectum ſineret Omnipotens incedere, quem plaſmaverat de pulvere. Quadam ergo dierum ita rogans ut potuit, reptando incedebat contra vitream baſilicæ S. Romani, qua lumen intus radiabat; & dum ſe ſervum S. Romani fore profiteretur, ſi incedendi beneficium ipſo annuente aſſequeretur; cœpit mox extra baſilicam ut erat conſtitutus, à B. Romano qui intus erat exaudiri. Nam ſtatim ejus ſe profuderunt nervi, & genua extendit, fuſo ſanguine liquido ad talos uſque, atque nervi dato ſonitu (ut cum oſſa validâ manu viri alicujus fortis franguntur) concrepuerunt, & rectus puer ſtetit. Fit concurſus & ſtrepitus ad ſonitum, clamor ad cælum tollitur, & laudatur altiſſimus Chriſtus tonans in nubibus; Romanuſque miraculis clarus habetur, publicis veriſque patulus indiciis. Sic ſancti in ſervitio Romani Teudo manſit, & dum vixit in corpore, ſervivit ſemper optime, ſponſionis non immemor ſuæ, quam fecerat in atrio Eccleſiæ. A. GISLEBERTO.

Talia Romani pro meritis
Chriſtus donat Senonicis,
Ut recolant aſſidue
Quanto fruantur munere.
Nam Gemmam cæli poſſident
Dum penes ſe hunc retinent,
Quem protulit Italia.
Servatque modo Gallia.

B *incurvus verſus terram erigitur.*

ANNOTATA. E

a *Miraculum hoc de reſtituta dextera & ſequentia duo, apud Boſcium leguntur poſt curationem Helenæ, relatam num.* 8.

b *Hic quoque ab eodem Boſcio interponitur miraculum de nobili cæco, ut ſupra num.* 9.

c *Rurſus idem proſequitur textum prioris Capitis, referendo curationem Teduini.*

d *Hinc iterum pergit Boſcius à num.* 11 *uſque ad finem Capitis prioris.*

e *Mirum, ſi ſequentia miracula, numeris quibuſdam ac pene etiam rhitmo adſtricta, ejuſdem cum prioribus auctoris ſint,*

DE SANCTO EUSEBIO
EPISCOPO COMENSI IN ITALIA.

D. P.

SYLLOGE HISTORICA

De vitæ actis, & inani ſtudio ipſum alioſque ſimiles familiis ſuis aſſerentium.

SEC. VI. *Antiqua nobiliſque civitas* Comum, *ſita in montibus confiniiſque Inſubriæ, ad extremitatem Larii lacus, plurimos habuit Epiſcopos Catalogo Sanctorum adſcriptos; ex his celebravimus ad diem* VIII *Martii S. Provinum, ad* II *&* VIII *Aprilis SS. Abundium & Amantium, poſt quos alioſque ſeptimus ejuſdem Sedis Epiſcopus fuit* S. Euſebius, *hoc* XXII *Maji vita mortali functus. Franciſcus Bellarinus Comenſis, Doctor Iuris, Protonotarius Apoſtolicus & Archipresbyter Locarnanus, lib.* 2 *Chronici Comenſis pag.* 98 *pauca hæc de S. Euſebio collegit.*

2 Cum jam cives Comenſes in ſancta fide præclare eſſent inſtituti & confirmati ab Epiſcopis externarum nationum, non defuerunt ex indigenis valde idonei ad hanc ſuam Eccleſiam regendam: inter quos fuit Euſebius, ex familia Caſſella & loco Sottramento dicto, in territorio Vico ſito prognatus. Hic ab anteceſſore ſuo S. Exuperantio fuit creatus Epiſcopus, congratulantibus ſibi & congaudentibus civibus Comenſibus, qui infinitas Deo egerunt gratias, quod virum tanti meriti, apud ſe fœcunde genitum, acceperint Paſtorem. Hic multa patravit miracula, & cum omni ſolicitudine procuravit ſuis prædicationibus & vita exemplari gregem ſibi commiſſum conſervare in fide Catholica, & protegere, ne bonorum conſcientiæ falſo impii & excommunicati Arii dogmate, in illis periculoſis temporibus, coinquinarentur. Cum vero Eccleſiam Dei per annos tredecim ſumma cum defatigatione rexiſſet, cum univerſali omnium dolore, animam ſuo Creatori reddidit, die XXII Maji anno DXXV, tempore Joannis primi Pontificis Maximi, & Juſtini itidem primi Imperatoris, depoſitus in urna lapidea, ac ſepultus in ſacello laterali eccleſiæ Sanctorum Apoſtolorum, & Catalogo cæleſtis Hierarchiæ inſcriptus. *Hæc ibi. Quibus ſimilia, ſed contractius, habent Vghellus tomo* 5 *Italiæ ſacræ in Epiſcopis Comenſibus, & Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ & alio Catalogo generali. Hic aſſerit* Vicum, *in quo natus eſt, modo* Burgum Vici adhuc dici, urbi conjunctum. *Aſt Vghellus* familiam *ſeu* gentem *non* Caſſelam, *ſed* Caſſettam *appellat. Miramur eruditos viros circa hujuſcemodi nugas occupari, atque ambitioni ridiculæ familiarum nobilium, quæ in antiquitate ſex ſeptemve ſeculorum probanda prudentius ſiſterent curas ſuas, aſſentatione inaniſſima ſervire.* *Elogium ex Bellarino.*

3 *Sapientior illis Auctor Novocomenſis Martyrologii anno* 1675 *vulgati, Primus Aloyſius de Tattis, cavit antiquos Sanctos partiri per familias, neque præſumpſit definire Sedis annos, nulla antiquiori auctoritate prælucente; ſed hoc dumtaxat elogium texit:* XI Kalen. Junii Novocomi, in D. Abundii eccleſia, S. Euſebii Novocomenſis Epiſcopi & Confeſſoris, qui in diſciplinis & *aliud correctius ex Comenſi Martyrol.*

AUCTORE D. P. Christianæ religionis virtutibus educatus, ita in illis profecit, ut S. Exuperantio vita functo in Sede Comensi subrogari meruerit. Cum autem hanc Ecclesiam aliquot annis sanctissime gubernasset, gloriosis onustus meritis, evolavit in cælum. *In Notis ait*: Natus est in Vici suburbio, apud eum locum qui de Sub-monte nuncupabatur, fato functus circa annum Domini DXXV, & tumulatus in basilica D. Abundii apud ossa ejusdem. Sed erectâ postmodum illi arâ in eodem templo, sub ipsa unà sepulcri locum invenit cum corpore S. Eupilii, *qui fuit etiam ex Comensibus Sanctis Episcopis unus, & colitur* XI *Octobris, sicut Exuperantius* XXII *Iunii*. Hanc S. Eusebii aram Urbanus II Pontifex maximus solenni ritu consecravit, additis illi Indulgentiis ad expianda fidelium invisentium crimina anno MLXXXXV. Hoc ipsum altare, in templi instauratione labefactatum, sacris denuo ceremoniis ad pristinam venerationem restituit Felicianus Ninguarda, *ab anno* MDLXXXVIII *ad* MDLXXXXV *Comensis Episcopus*.

Quam vanum sit antiquis illis Episcopis B 4 *Similia fere idem Auctor scripserat in prima parte Annalium civitatis Comensis, edita anno* 1663; *ingenue agnoscens, nulla firma haberi stabiliendæ chronologiæ in plerisque Episcopis fundamenta: eos autem qui suæ familiæ* S. Eusebium *inserunt, hortatur, ut ipsius imitando virtutes, saltem in eamdem cælestem familiam cum ipso adscribi mereantur: de eorum vero opinione sic loquitur.* Hic incipiunt hodierni scriptores aliqui cuique Episcopo cognomen gentilitium addere, designando familiam ex qua nati sunt: idem recentiores alii fecere circa Episcopos Mediolanenses, Novarienses, Vercellenses, ceterosque intra extraque Insubriam: qua in re quam nullum subsit fundamentum, videt quisquis sine passione ac præjudicio scit ponderare novitates. Non scribuntur historiæ, sicuti fabulæ: hæ in chimericis fundantur conceptibus intellectus, illæ in solida ratione; quæ cum Chronologis prædictis desit, relinquit compositionibus eorum apud sapientem æstimatorem inventionis paulo minus quam poëticæ noram; facitque sæpe sæpius videri incredibilem ipsam quoque veritatem, dum traducitur in pompa tot pigmentorum, naturalem ejus formam deturpantium potius quam ornantium. Nec ego, nec alius quisquam negaverit florente Roma, etiam diu ante Christum, Italicos populos habuisse communiter usitata familiarum cognomenta: sed ea simul cum Romani imperii occasu sic obscurata obliterataque sunt, succedentibus Barbaris & Italiam sibi vindicantibus, ut earum quæ sub illis fuerunt familiarum nec minima quidem superst memoria, sive in libris, sive in contractibus, sive in publicis inscriptionibus; quandoquidem in ea antiquitate nihil compareat præter nudum ac simplex nomen ejus cujus fit mentio. Cum igitur apud habentes vel modicam præteritorum seculorum notitiam ante annum millesimum, vel ut largissime sumam nongentesimum, id habeatur plus quam certum; non videmus qua ratione boni illi scriptores (nisi fuerint cælitus illuminati in præmium suæ excessivæ bonitatis) potuerint tam certo affirmare, quod affirmant, de Episcopis nostris. Summi Ecclesiæ Romani Pontifices, omni E fere seculo nacti eximios rerum suarum præcones, jacturam cognominum gentilitiorum sint passi; nostri autem Præsules, quorum memoriam suscitare vix ab uno seculo & paucis insuper lustris curæ cuiquam fuit, eam obtinuerint felicitatem, ut oblivione abolitis ipsorum gestis, recuperaverint nomina familiarum è quibus descenderunt? Apage ab historia veraci fictiones tales, cum evidenti præjudicio veritatis adinventas. *Hactenus ille, cujus verba integre placuit Latine reddere, quo Italis, identidem nos solicitantibus, ut nunc hunc nunc istum Sanctum ex hac vel illa familia prodiisse asseveremus, respondeat pro nobis homo Italus.*

certarum familiarum cognomenta affingere?

DE SANCTO FULGENTIO

EPISCOPO OTRICVLANO IN ITALIA.

G. H. COMMENTARIUS HISTORICUS.

De ejus cultu, notitiâ ex S. Gregorio: aliis Actis apocryphis.

C SECULO VI Triculum, *sive* Utriculum, *aliis etiam* Otriculi & Utriculi, *oppidum, aliud vetus, aliud hodiernum. Vetus erat in planitie juxta Tiberis ripam, ubi etiam testudines & columnæ multaque alia antiquitatis vestigia reperiuntur. Ast hodiernum in monte vicino constructum, est inter Narniam ad Boream & Civitatem-Castellanam ad meridiem. In antiquo* Otriculo *fuit Episcopus* S. Florentius, *cujus in hodierno oppido perseverat veneratio Ecclesiastica, quæ in Ms. Florario Sanctorum & apud Galesinium relata est ad Kalendas Ianuarii: ast apud Ferrarium in Catalogo generali ad diem tertium Decembris: sed in Catalogo Sanctorum Italiæ transmittit lectorem ad hunc* XXII *Maji, quando in utroque Catalogo de eo agit. Elogia ubique desumuntur ex lib.* 3 *Dialogorum S. Gregorii Magni, qui cum capite undecimo egisset de S. Cerbonio Populonii Episcopo, cujus annua celebritas est die* X *Octobris; ac narrasset navem, in qua illius corpus vehebatur, à procellosa pluvia intactam fuisse: mox capite duodecimo de* S. Fulgentio *ista recenset.*

Cultus Sacer.

Acta ex Dialogis S. Gregorii.

2 Hoc quod de divisa pluvia factum narravi miraculum, etiam in alterius Episcopi veneratione monstratum est. Nam quidam Clericus senex, qui adhuc supereſt, eidem rei præsto se fuisse testatur, dicens: Fulgentius Episcopus, qui Utriculensi Eccle- siæ præerat, Regem crudelissimum Totilam infensum F omnimodo habebat. Cumque ad easdem partes cum exercitu propinquasset, curæ fuit Episcopo per Clericos suos xenia ei transmittere; ejusque furoris insaniam, si posset, muneribus mitigare. Quæ ille, ut vidit, protinus sprevit: atque iratus suis hominibus jussit, ut eumdem Episcopum sub omni asperitate constringerent, eumque ejus examini servarent. Quem dum feroces Gothi, ministri scilicet crudelitatis illius, tenuissent, circumdantes eum uno in loco stare præceperunt, eique in terra circulum designaverunt, extra quem pedem tendere nullo modo auderet. Cumque vir Dei in sole nimio æstuaret, ab eisdem Gothis circumdatus, & designatione circuli incluſus, repente corusationes & tonitrua & tanta vis pluviæ erupit, ut hi qui eum custodiendum acceperant, immensitatem pluviæ ferre non possent. Et dum magna nimis inundatio fieret, intra eamdem designationem circuli, in qua vir Domini Fulgentius stetit, ne una quidem pluviæ gutta descendit. Quod dum Regi crudelissimo nuntiatum esset, illa mens effera ad magnam ejus reverentiam versa est, cujus pœnam prius insatiabili furore sitiebat. Sic omnipotens Deus contra elatas carnalium mentes potentiæ suæ miracula per despectos operatur, ut qui

Mittit ad Totilam munera,

constrictus ad eum ducitur:

incluſus circulo designato,

à pluvia intactus manet.

A qui ſuperbe contra præcepta veritatis ſe elevant, eorum cervicem veritas per humiles premat. *Hactenus S. Gregorius: & ex illo Petrus de Natalibus lib. 2 Catalogi cap. 33 & alii. Egimus die* XIV *Maji de SS. Victore & Corona, & in Analectis num. 2 diximus*, S. Fulgentium circa annum DXL corpus S. Victoris reperiſſe, ac ſupra illud conſtruxiſſe altare. *Maſinus in Bononia perluſtrata, Reliquias ejuſdem aliquas aſſerit ſervari in eccleſia S. Stephani. Ferrarius ex monumentis Eccleſiæ Vtriculanæ iſta adjungit:*

an vivus in fovea ſepultus?

3 Cum Torilas Utriculum veniſſet, ac iniquorum inſtigatione ſanctum Epiſcopum cædi, ac ante currum ſuum vinctum duci præcepiſſet; illum militi, quod à prædicatione non deſiſteret, in foveam præcipitantes vivum ſepeliunt. At globo lucis, ex quo vox Fulgentii orantis, & alterius illum conſolantis audita eſt, conſpecto; Rex & adſtantes, viri ſanctitatem admirati, factique pœnitentes, ipſum ad ſepulturam comitati ſunt. *Quibus illam Annotationem addit Ferrarius:* Si ita res ſe habet, pro Martyre ergo, non pro Confeſſore ab Eccleſia Utriculana S. Fulgentius Epiſcopus colendus eſt. *Sed qui credi poteſt narratio tam diverſa ab ea quam nobis tradidit S. Gregorius? Itaque non exiſtimamus laborandum nobis, ut ex Otriculana eccleſia accipiamus ea ipſa quæ Ferrarius allegat monumenta, merito pro figmentis habenda.* AUCTORE G. H.

DE SANCTA JULIA

VIRGINE MARTYRE IN CORSICA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. D. P.

De ejus Actis, ætate, cultu, tranſlatione Brixiam,

B SECULO VI AUT VII

Memoria Sacra. in antiquis faſtis

Elebris eſt memoria S. Juliæ *in omnibus Latinis iiſque vetuſtioribus Martyrologiis. Inter hæc eminent quatuor Martyrologii Hieronymiani apographa; in quibus poſt veteres Martyres, quos ſolos Hieronymus potuit deſcripſiſſe, ab alio ejuſdem Martyrologii auctius deſcribendi curatore, ſed perquam antiquo, ad hunc* XXII *Maji addita leguntur hæc verba:* In Corſica inſula natalis Juliæ: *ita Ms. Epternacenſe. At Lucenſe & Blumianum.* In Corſica inſula paſſio S. Juliæ: *additurque* Virginis & Martyris *in Ms. Corbeienſi Pariſiis excuſo: & ubique deinde ex priori die repetitur.* In Cæſarea Cappadociæ natalis S. Poliocti, *quod ſimiliter à Hieronymo ſcriptum ibi non fuit. Ejuſdem* S. Juliæ *mentio fit in Mss. Martyrologiis Barberiniano, in Supplemento Bedæ, Auguſtano S. Vdalrici, Richenovienſi prope Conſtantiam, Trevirenſi S. Maximini, aliiſque. Conſentiunt Vſuardus, Ado, Notkerus, aliique poſteriores cum hodierno Martyrologio Romano, in quo iſta habentur:* In Corſica S. Juliæ Virginis, quæ crucis ſupplicio coronata eſt.

2 *Acta martyrii pluries obtinuimus, ſed inter varia egrapha, phraſi, variantia primum locum obtinet, quod nos Florentiæ deſcripſimus in bibliotheca Medicæa, ex Legendario ſupra pluteum* XX *reperto. Auctor in Prologo aſſerit, ſe ea ex traditione ac plena fide majorum accepiſſe. Aliud egraphum, aliquanto elegantius, ſed ſine prologo, Ioannes Gamanſius, noſter reperit in monaſterio Weſtphaliæ Bodecenſi Canonicorum Regularium diœceſis Paderbornenſis, ubi in fine dicitur quod Monachi, qui Angelico monitu ex Gorgona vicina inſula Corſicam adnavigantes corpus Martyris è cruce depoſuerunt, avexeruntque,* invenerunt Vitam & paſſionem ejus ac certamen Angelicis manibus deſcriptum. *Quod ſi verum eſt, dolendum profecto ejuſmodi ſcripturam, quantumcumque brevem, adeo negligenter fuiſſe ſervatam, ut diu poſt opus fuerit ex majorum traditione deſcribere Acta. Fatendum eſt enim irrepſiſſe quædam, correctionem potius quam fidem merentia. Interim Florentina Acta, quod ſolum nunc poſſumus, ex Bodecenſibus illuſtravimus. Tertia Acta nobis ſubmiſit Bernardinus Faynus, Brixienſis Canonicus ex antiquo Breviario Brixienſium ſanctimonialium regii cœnobii* S. Juliæ, *in quo ejus venerabile corpus aſſervatur. Hæc veteribus nihil addunt, niſi laxiorem phraſim: quare ex iis aliud non ſumemus, quam clauſulam de corporis tranſlatione: deinde dabimus Hymnos de Sancta, in ejus feſto recitari ſolitos, quæ cultum confirmant, & fidem habitam Paſſioni ex Gorgona inſula ſimul cum corpore acceptæ. Alia ex dictis excerpta excuſa reperiuntur in Appendice Adonis, & inde deſumpta apud Surium & Baronium legi poſſunt; uti, & ea quæ edidit Petrus de Natalibus lib. 5 cap. 29 ex quibus ſuum elogium formavit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ. De eadem* S. Julia *poſt Chriſtophorum Laurum Octavium Roſſium alioſque, plura habet Salvator Vitalis in Sacra Chronica Corſicæ anno* MDCXXXIX *Florentiæ impreſſa, ſed (uti optime obſervat Franciſcus Mariæ Florentinius in Notis ad Martyrologium Hieronymianum)* pia magis quam ſolidâ veritate ſuffulta: *dum Sanctam fingit in Corſica natam, fidem inſulanis prædicaſſe, & ſub Barbaro Præſide tempore Diocletiani paſſam, aliaque ſimilia, quæ non eſt operæ pretium refutare.*

Acta Paſſionis ex Mss.

C

E

3 *Primus in Actis memoratus locus, eſt* Carthago civitas, qua *ab hoſtibus barbaris expugnata, abducta inde* Julia *ſit. Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum & in Annalibus ad annum* CCCCXL *num.* 16 *&* 17 *reſpexit ad tempora Wandalorum, quando ab his capta fuit Carthago, & uſque ad annum* DXXXIII *poſſeſſa. Paulo autem prius quam illi ab Africa expellerentur, potuit* Julia *adhuc parvula ab iis fuiſſe in ſervitutem vendita, & poſt viginti aut plurium annorum decurſum ad Corſicam cum domino ſuo appuliſſe. Atque hoc ſenſiſſe videntur Brixienſium Lectionum auctores, cum à tempore tumulati in Gorgona corporis (quod ipſum à tempore mortis aliquam multis annis disjungi fortaſis debet) uſque ad ejuſdem corporis tranſlationem Brixiam, ſub annum* DCCLIII, *dicunt* fluxiſſe ducentorum circiter annorum curriculum. *Quia tamen* S. Julia *in ſervitutem abducta veniſſe dicitur in poteſtatem cujuſdam mercatoris Paleſtinii, ſi mihi liceret tempus illud contrahere ad annos circiter centum & quinquaginta, magis placeret irruptio Perſarum, qui torrentis inſtar Syria, Ægypto, Lybiaque decurſis, Carthaginem occuparunt anno* DCXVI; *& iter cum præda relegentes, potuerunt Sanctam in Paleſtina reliquiſſe, venditam alicui Saraceno, licet Paganum Acta appellent, & à Paganis in Corſica deinde crucifixâ Sanctâ dicant. Cum enim illa Acta diu poſt rem geſtam ſcripta ſint, facile fuit, idololatras pro quibuſvis infidelibus venire in calamum, nihil explorati de eorum ſuperſtitione habentis auctoris, & tamen volentis hanc Paſſionem particularibus circumſtantiis pro ſuo captu excogitatis ornare. Certe Wandalis anteriora aliqua ſub Gentilibus Imperatoribus tempora, non patiuntur nos cogitare, vel capta à barbaris Carthago, vel Gorgonenſes & Caprarienſes monachi in Actis memorati, quorum priores corpus avexere; nec Perſarum incurſione poſteriorem aliquam ſeculi* VII *ſub Saracenis calamitatem cogitare ſinit antiquitas Epternacenſis ecgraphi, ubi* Julia *ad ceteros Martyres addita invenitur. Erat quidem inſula Corſica Chriſtiana tunc tota: ſed nihil impedit, quo minus Promontorium ſacrum, ad quod cum domino ſuo Iulia, Capocorſo vulgo dictum, ſaltem ad breve tempus appulit, obtinuerint*

F

Videtur paſſa

6 *aut* 7 *ſeculo.*

AUCTORE D. P.

nuerint ejuſdem impietatis conſortes piratæ Wandali *aut* Saraceni; *quorum duci cădem licentiá fecerit auctor nomen* Felicis, *quo Iuliæ dominum vocavit* Euſebium: *neque enim id credo ex majorum traditione acceptum, ſed æque ac verba quibus uſi inter ſe dicuntur, ornatus cauſa excogitatum. Saraceni autem, paucis poſt extinctum Choſroen annis, Perſarum Imperio Syriaque & Ægypto potiti, totum mediterraneum habebant piraticis lembis infeſtum, nec raro exſcenſione facta figebant tentoria, ad rerum hominumque prædam ex agris agendam, incolis intra munitiora loca urbiumque præſidia ſe continentibus, nec prohibere audentibus: & in tales inciderit navis quæ* Juliam *vehebat.*

Cultus in Corſica quo modo cœptus

4 *Porro cum* Gorgona *inſula vix amplius quam* P. M. XXX *diſtet à Corſica, pronum fuit cultum* S. Juliæ, *jam fama miraculorum celebris, aſſumi ab iis, apud quos paſſa fuerat; eique eccleſias nonnullas dedicari, illo imprimis loco ubi cruciſixa dicebatur, videlicet in extremo inſulæ angulo verſus Italiam, juxta oppidum* Nonza. *Ad hujus muros ait Vitalis pag.* 168 *ſcaturire fontem, iſtic ubi abjectæ creduntur mamillæ Virginis à corpore reſciſſæ, cujus aqua ſaluberrima habetur & miraculoſa, ideoque etiam longe lateque effertur. Nominatim autem id expertam aſſerit Proviſoris Liburnenſis filiam, depoſitam à medicis ſub annum* MDCIX, *illiuſque aquæ guſtu ſubitæ redditam ſanitati: quin etiam conſtanter affirmatum ſibi eſſe ab incolis,* B *quod antequam maceria, ejuſdem fontis labro circumducta, oblineretur calce, conſueverint per lapidum commiſſuras erumpere die* XXII *Maji, à primo mane uſque in veſperam, lacteæ ſimul & ſanguineæ guttæ, omnibus conſpicuæ: remque eam vel pueris notiſſimam fuiſſe, cum ipſe circa annum* MDCXXX *talia examinaret, nunc vero rarius parciuſque id fieri. Addit idem Vitalis, præter ipſius loci Parochialem eccleſiam,* S. Juliæ *ſacram, in ipſo crucifixionis loco ſacellum antiquitus fuiſſe, quod lapſu temporis ruinoſum fuerit à Fidelibus inſtauratum; aliamque ejuſdem nominis eccleſiam, cognominatam* de Tavaria, *trans montes prope Vigianellum. Rem autem imprimis memorabilem in ædificatione Parochialis Nonzanæ factam ait, videlicet quod cum ſitus loci incommodior & juſto vicinior arci videretur, voluerint incolæ eam facere in collo Guaita dicto, intervallo paſſuum ducentorum ab oppido; ſed omnem materiem illuc collatam, repertam quotidie mane eſſe ubi nunc eccleſia eſt; poſitiſque ad obſervandum nocturnis cuſtodiis, viſam eſſe puellam, quæ carrum à duobus niveis juvencis tractum eadem materia onerabat, quam non dubitaverint* S. Juliam *fuiſſe. Et certe tam ſpecialem ea ſe Nunzanis Patronam præbuit, ut eorum oppidum nunquam ullum paſſa ſit à Turcicis piratis aſſultum, licet vicina alia cum ſuo ingenti damno eos aliquando ſint experta. Denique concludit ſuum tertium librum Vitalis, qui totus de* S. Julia *eſt, hac precandi formula, credo ut uſurpatá à Corſis.*

C *& eccleſiæ variæ.*

℣. Ora pro nobis beata Mater Julia,
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oremus. Deus creator & conſervator omnium gentium, miſericordiam tuam humiliter poſtulamus, ut hunc diem beatæ Martyris tuę Julię congruis actionibus celebrantes, ſempiterna quoque exercitatione lætemur.

Corpus Brixiam tranſlatum an. 763.

5 *Celebris præterea Brixiæ in Subalpinis eſt memoria* tranſlati corporis S. Juliæ ex inſula Gorgona, & Brixiæ depoſiti in monaſterio ſub nomine Domini Salvatoris & S. Juliæ à Deſiderio Rege Longobardorum, precibus Anſæ uxoris magnificentiſſime erecto ac dotato, una cum eccleſia, quam Paulus hujus nominis primus Pontifex Maximus, annuens tantorum Principum voris, anno DCCLXIII ſolenni ritu conſecravit. Qui in hoc celebri monaſterio ſtatuit ſub regula S. Benedicti eorumdem Regum filiam Angelbergam in Abbatiſſam, ... Dotarunt ipſi Reges hoc idem templum & cœnobium multis prædiis & multis etiam Sanctorum corporibus: ſed præcipue S. Juliæ Virginis & Martyris Carthaginenſis, apud Corſicæ regionem cruci affixæ. Corpus ejus tanta ſemper veneratione eſt cultum, ut moniales, ejuſdem Angelbergæ primæ Abbatiſſæ ſectatrices, ob ſummam tantæ Virginis & Martyris devotionem, omiſſo priori Regio templo inveterato, novum à fundamentis admiranda ſtructuræ ædificaverint; ſicuti ex monumentis marmoreis in capella majori exculptis, & ex ſequenti inſcriptione ſupra januam ejus apparet: RELICTO TEMPLO, QUOD DESIDERIUS REX SALVATORI EREXERAT, HOC NOBILIUS DEO ET S. JULIÆ DICATUM SACRÆ MONIALES EXTRUXERE, ANNO SALUTIS MDXC. *Ita Bernardinus Faynus in Notis ad Martyrologium Brixianum, anno* MDCLXV *Brixiæ excuſum: ubi etiam ait in veteris templi fundatione Regia manu poſitum fuiſſe Titulum, quem integre ſic legendum putat:* Divæ Juliæ Cartaginenſi, Anſoloni filiæ, Chriſti Virgini & Martyri, Salvatori Deſiderius Rex & Anſa Regina. *Verum Ioſephus Ceus Liburnenſis, Congregationis Oratorii Presbyter Romæ, non judicat in fundamentis poſitum lapidem fuiſſe; ſed inſcriptionem ſepulcralem in epiſtola ſua ad nos ſcripta appellat, his notis expreſſam.* D. O. M. ET DIVÆ. IULIÆ. CARTHAG. ANALSONI. F. CHRISTI. VIR. ET. MART. T. H. S. DESIDERIUS. REX. ANS. *Vbi litteræ* T. H. S. *explicari poſſunt* Tumulum hunc *vel* Tumbam *aut* Thecam hanc ſacrat: *& ultimæ litteræ, ævo extritæ, ſic forſan integrandæ erunt;* ANSÆ. REGINÆ. ROGATU. *Atque ita prima eccleſia ſub nomine ſolius* Salvatoris *ſteterit, ſecunda ſub nomine* S. Juliæ. *Eſt autem* Brixia *ſub Metropoli Mediolanenſi, in cujus antiquis Miſſalibus & Breviariis* S. Juliæ Virginis & Martyris *memoria celebratur. In Kalendario antiquo Breviarii Dolenſis, anno* MDXIX *excuſi, indicatur* S. Juliana Virgo & Martyr, *quæ videtur hæc* Julia *eſſe. Variæ alioquin in hoc opere celebrantur etiam* Julianæ. D E a

ACTA

Ex Mſs. Florentino & Bodecenſi.

Acta ex traditione majorum accepta.

1 SCriptum eſt, Frattes *a* cariſſimi, narrabunt ea filiis ſuis, ut ponant in Deo ſpem ſuam, & non obliviſcantur quæcumque operatus eſt Deus in Sanctis ſuis. In illis namque diebus, requirentibus nobis à ſenioribus, qualis fuerit vita ſanctæ Martyris Juliæ, vel quod trophæum ejus paſſionis obtinuerit palmam martyrii; hoc nobis plena fide geſtorum retulerunt, ſibi à parentibus ſuis ita fuiſſe relatum, quod nos idem poſteritati qualicumque pagınula, non tam elegantia ſermonis, quam ſimplicitate fideliſſima, lectoribus credimus tranſmittendum: ne forte ſeneſcente fide, in occultis tantæ Martyris paſſio impendatur, quæ à Capite-Corſicæ *b* effuſione ſui ſanguinis in amore D. N. Jeſu Chriſti totam provinciam *c* conſecravit. b F c d

Captivæ pagono ſervit:

2 In illo tempore cum civitas Carthago *d* capta fuiſſet, tunc B. Julia ex eâ capta ducta eſt; atque ſorti to inſervitium pervenit cujuſdam viri, nomine Euſebii. Sed venerabilis Martyr Apoſtolicum obſervabat præceptum: ſerviebat Domino carnali, non quaſi ad oculum ſerviens, ſed tamquam Deo omni imperio ſubdita publice famulabatur. Et licet Paganus *e* fuiſſet dominus ejus, admirabatur tantam ejus ſervitii virtutem: propter quod etiam in aliquo venerabatur conſtantiam ejuſdem religionis. At ubi ſervitio famulatus requies ei data fuiſſet, aut lectioni vacabat aut orationibus inſiſtebat. Igitur cum ſe cibi contritione in amore Dei affligeret, nullatenus à domino ſuo nec blandimentis nec monitionibus vel unius diei, ut fertur, jejunio potuit relaxari, niſi ſolum Reſurrectionis Dominicæ diei. Pallebat vultus ejus e

& arcte jejunat: f

A ejus jejunio, ſed fides firma durabat: areſcebant membra afflictione, ſed mens cęlo intenta, verbis Dei
f quotidie paſcebatur: pallebat violis abſtinentiæ *f*, ardeſcebat liliis caſtitatis.

tranſlata in Corſicam:

3 Itaque Dominus ejus carnalis Euſebius, civis Syriæ Paleſtinæ, ad Gallias cum pretioſiſſimis mercimoniis properans, inopinantibus nobis quod pretioſum habuit Capite-Corſicæ reliquit. Igitur cum ibidem fortiſſimis remigiis navem ſuam anchoris ſiſterent, videns unius ritus à Paganis ſacrificia ibidem impendi, ſtatim præceps Euſebius cum ſuis omnibus ad ſacrificandum deſcendit: eadem vero die taurum dæmonibus ſuis immolabat. Interea cum illi crapulis baccharentur; Sancta vero Julia propter errorem de imo pectoris alta ſuſpiria protraheret, nuntiatum
g eſt Felici *g* à ſatellitibus ſuis, in navi eſſe puellam, quæ cultum deorum irrideret. Alloquitur Felix Saxo filius ſerpentis Euſebium dicens: Quare non omnes, qui tecum ſunt, ad cultum noſtrorum Deorum deſcenderunt? Præterea audio ibi eſſe puellam, quæ nomina noſtrorum Deorum irridet. Ad hæc Euſe-

pro fide cruciandâ,

bius reſpondit: Puellam quam dicis, nullo modo à
B cultu vel ſuperſtitione Chriſtianorum amovere prævalui, neque ſub interminatione ad noſtram religionem adducere potui: & niſi mihi fideliſſima ſervitia ſui famulatus neceſſaria eſſent, jam eam pœnis diverſis affeceram. Tunc Felix Saxo ait ad eum: aut eam diis noſtris vota ſolvere compelle, aut certe dabo tibi de meis quatuor ancillas quæ tibi placuerint meliores, aut pretium quod taxatum fuerit, tantum da mihi eam. Ad hæc Euſebus reſpondit: Si mihi integrum cenſum tuum dare volueris, non poterit ad ejuſdem meritum ſervitii comparari.

alapis caditur:

4 Tunc habito conſilio venenatiſſimus ſerpens convivium præparavit, ubi Euſebius poculis crapulatus, alto ſomno ſopitus eſt. Statim Gentilium turba furens navim conſcenderunt, atque exinde S. Juliam ad littus depoſuerunt. Tunc Felix Saxo dixit ad eam: Sacrifica diis, puella, ego pro te Domino tuo quantum petierit dabo, & nexum tuæ conditionis abſolvo. Sancta vero Julia reſpondit: Libertas mea Chriſti ſervitium eſt: cui ego quotidie mente pura deſervio. Ceterum iſtum veſtrum errorem non ſolum non veneror, verum etiam & deteſtor. Tunc Felix Saxo jubet eam alapis cædi. Sancta vero Julia
C ait: Si Dominus meus Jeſus Chriſtus propter me ſputa & alapas in facie accepit, quare non ego propter meipſam alapis cędar; & pro ſputis, lacrymis meis maxillæ meæ rigentur. Igitur ſæviſſimus draco juſſit eam crinibus torqueri. Venerabilis Dei Martyr torquetur, flagellatur: illa vero in confeſſione ſua clamat: Illum confiteor qui propter me flagellis cæſus eſt: nam ſi Dominus meus propter me ſpinis eſt coronatus, & trophæum crucis ſuſcepit, quare non ego per mollitiem capillorum meorum, & per hujus vexillum fidei ſuſtineam hujus paſſionis certamina, ut merear pervenire ad martyrii palmam? Itaq; feſtinus

cruci affixa moritur.

draco, ne ſævitiæ ſuæ damna pateretur, ſtatim juſſit Sanctam Chriſti famulam in patibulo crucis imponi: & expergefacto Euſebio ibidem pertulit certamina victrix ultima. Cumque laxaſſet [corporis] clauſtra,
h ſepulcri ſubjecta meritis, *h* ex ore ejus columba rapido petiit aſtra volatu. *i*

5 Ibidem in thalamo crucis dotalia ſua plena fide confeſſionis recitavit, & ſanguinis ſui effuſione
k ſubſcripſit adſtantibus Angelis: atque per eos divina diſpenſatione in inſula Margarita *k* nuntiatum eſt, ad ſanctorum monachorum congregationem. Qui confeſtim navim conſcenderunt, & levantes vela, præſtante ſibi vento ſolatium, ſubito pervenerunt in Capite-Corſicæ: & requirentes ita invenerunt, ſicut eis ab Angelis fuerat revelatum. Qui cum omni reverentia deponentes corpus ſanctæ Martyris de cruce, poſuerunt eam in navi: & levantes vela navigabant ſub omni celeritate, regredientes præſtante ſibi *l* contrario vento. Tunc obviaverunt eis monachi cum navi de inſula, que dicitur Capraria, *m* præſtante ſibi vento magnum ſolatium; & mirati ſunt, quod contra venti fortitudinem in modum volucrum vela plena iter ſuum agerent. Qui accedentes & diligentiſſime requirentes, quæ virtus Dei eſſet in navi, expoſuerunt eis omnia per ordinem ſicut geſta fuerant: & poſtulantes ab eis Reliquiarũ benedictionem impetraverunt, & regreſſi ſunt in ſua. Illi autem pervenerunt in inſulam Gorgonenſem, & deponentes corpus ejus de navi [invenerunt vitam & paſſionem ejus ac certamen Angelicis manibus deſcriptum. Tunc gaudio repleta eſt omnis illa Fratrum Congregatio: & accipientes corpus pretioſiſſimæ Martyris Juliæ] *n* & condientes aromatibus, poſuerunt in *o* monumento cum gaudio magno. Geſta ſunt autem hæc XI Kalend. Junarum in hoc loco, ubi florent orationes Sanctorum, ad laudem D. N. Jeſu Chriſti, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum Amen.

EX MSS.
l
m

deponitur in inſula Gorgonienſi.

n
o

ANNOTATA.

E

a *Monachos* Gorgonenſes *alloqui auctor videtur, ante annum 763 quo avectum inde corpus, fortaſis ſeculo 7 ſcribens.*

b Caput-Corſicæ *vulgo* Capo-Corſo, *Promontorium ſacrum Ptolomæi.*

c *Provinciæ nomine videtur omnes eas inſulas intelligere, quæ cum Sardinia uni Præſidi ſuberant.*

d *Anno 439 à Wandalis, vel 625 à Perſis: ſed ſi ſub Wandalis vendita eſt* Julia, *licebit ſumere annos extremos dominatus eorum in Africa, qui deſiit 533.*

e *Potius* Arianus, *aut* Saracenus.

f *Melius forte* Albeſcebat.

g *Ms. Bodecenſe* Felici cuidam, qui major erat inter turbas immolantium: *cognomen nullum addit: quid vero auctori primo in mentem venerit, ut* Saxonem *faceret hunc* Felicem, *non divino, niſi forte voluit notare Toparcham* Sagonenſem: *Fuit enim* Sagona *medio ævo nota civitas Corſicæ, hodie deſtructa.*

h *Ms. Bodecenſe tacet de columba, & ſic habet.* Cumque illi ſoporis fræna laxaſſet, ſancta illa anima carne ſoluta, martyrii palmâ roſeata, ad aſtra cælorum lætum cum Angelis petit volatum: *nullibi quidquam de mamillis abſciſis, ſed ſolum in Hymnis earum ſit mentio.*

F

i *Ms. Bodecenſe pro duabus ſequentibus lineis hæc habet*: Acta ſunt hæc ſub die XI Kalendarum Junii, ab impiiſſimis Paganis, qui crudeliter ſanctiſſimam illam puellam, in crucis patibulo ſuſpenſam, in odium nominis Chriſti martyriali ſanguine perfuſam, ad ſiderea regna tranſmiſerunt. Cumque tantum ſcelus peregiſſent, territi mox de Angelorum præſentia, omnes aufugerunt, eamque ſolam reliquerunt: quam tamen Chriſtus ſolam non reliquit, ſed cuſtodiam ei ſanctorum Angelorum deputavit, quorum etiam miniſterio nuntiatum eſt ad ſanctorum Monachorum congregationem qui erant in vicino.

k Margarita, *vetus Gorgonæ inſulæ nomen fuiſſe videtur, Ptolomæo aliisque antiquis neutrum nomen innotuit, propter ignobilitatem loci, qui teſte Vitali pag. 192 ſcopulus potius quam inſula eſt.*

l *Ms. Bodec.* Proſpero vento pervenerunt ad monaſterium ſuum, quod eſt de in inſula Gorgonienſi.

m Capraria *inſula etiam Ptolomæo nota, duplo propior Corſicæ quam Gorgonæ: Silent autem de hoc occurſu Ms. Bodecenſe & Breviarium Monachorum Brixienſium.*

n *Ex Ms. Bodecenſi accepta eſt hæc parentheſis.*

o *Idem Ms.* in decentiſſimo eccleſiæ loco.

APPENDIX

Ex Breviario Monachorum Brixienſium.

Corpus Brixiam tranſlatum

6 POſtea vero, quando beneplacitum fuit Deo, circiter ducentorum annorum curriculum, Dei nutu inſpirata Anſa Regina, uxor Deſiderii gentis Longobardorum Regis, audiens ejus venerabilia geſta atque miracula; ejus deſiderio accenſa, præcepit ejus Corpus debita cum veneratione ſibi afferri. Tunc apud Brixiam civitatem, ad honorem ipſius Beatæ Martyris Juliæ, monaſterium digno cultu dignaque fabrica conſtructum dedicavit, ubi Corpus ipſius mirificatiſſime collocavit. In quo loco ejus florent orationes, memoriaque ejus non derelinquitur uſque in hodiernum diem: atque interventu ipſius beneficia præſtantur omnibus, qui ad ejus ſanctum Corpus, ſacratiſſimamque ſolennitatem vera fide, pura mente, ſanctiſque operibus celebraturi conveniunt. Nec dubitandum nobis eſt, fratres cariſſimi, ejus piis interceſſionibus à peccatis & malis omnibus nos Dominum liberare, cui tam excellentem martyrii gratiam voluit prærogare, ſi puris digniſque mentibus eam nos voluimus celebrare.

claret miraculis.

B

Peroratio ad ejus cultum & imitationē;

7 Mores igitur noſtros, fratres cariſſimi, ad exemplum hujus Beatæ Juliæ, omniumque Sanctorum Patrum, corrigere & componere ſatagamus: ſi ad eorū conſortia de quibus agitur, pervenire deſideramus. Quid enim prodeſt feſtis intereſſe Sanctorū, ſi deeſſe contingat choris lætantibus Angelorum. Quid hic valet ad tempus jucundari carnaliter, ſi non ibi contingat perpetuo gratulari ſpiritualiter? Quid hic proderit carnem ſuam epulis vitiorumque luxu enutrire? illic enim non ſolum ſemper eſurire, verum etiam de digito cujuſlibet pauperis aquæ guttam perpetuo ſitire; & quod pejus eſt animam & corpus igni perpetuo damnari [oportebit], unde nunquā contingat amplius liberari. Hujus itaq; ſanctæ Martyris imitemur exempla, ut à vitiis & concupiſcentiis noſtra crucifigamus membra, quatenus ab his omnibus pœnis poſſimus liberari, ſimulque cum B. Julia Sanctiſque omnibus, eorum adjuti precibus, in Chriſto perpetuo lætari: cui eſt cum Domino Patre, ſanctoque Spiritu, in tribus Perſonis, una divinitas, æqualis gloria, laus & poteſtas ante mundi principia, & nunc, & per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

C

HYMNI

Ex eodem Breviario Brixienſi.

AD VESPERAS

1 CAuſa, corona Martyrū,
Deus efficax omnium,
Sexum fecit femineum
Sede potiri Martyrum.
Si durat quod eſt fragile,
Nobis eſt admirabile,
Sic in ſexu muliebri
Durities Martyrii.
Majorem decet fieri
Audaciam Martyrii,
Si quando ſexus fragilis
Laude gaudet certaminis.
Carthaginenſis Julia
Tormentis imperterrita,
Minas non timet mulier,
Quas crudus agit arbiter.
In omnibus Chriſticola,
Ut probaretur Julia,
Crucis ſubit patibula
Chriſti regnans veſtigia.
Cruci configi meruit,
Quia per crucem credidit
Certam ſalutem fieri
Omni humano generi.
Pretioſa eſt paſſio,
Et admiranda ratio,
Ancillam ſui Domini
Damnari morte parili.
Nunc lætatur perpetui
Spem conſecuta præmii:
Una prudentum Virginū
Pſallit in Choro Martyrū.
Beata Martyr Julia
Noſtrūm magna fiducia,
Tuis precibus impetra
Noſtra deleri crimina.
Deo ſit laus, & gloria,
Per quē laudantur omnia,
Laudes, quas tibi promimus (Amen.
Nobis ſuccurrant ocius.

AD MATUTINUM

2 Adeſt Beatæ Virginis
Sacer natalis Juliæ,
Quo cælū ſcandit inclitis
Martyr onuſta præmiis.
Infanda nam barbaries
Prædaverat Carthaginē,
Ex qua colendāVirginem
Euſebius ſortitus eſt.
Sed Virgo Chriſtī Julia,
Jugo carnali ſubdita,
Almam pudico pectore
Fidem ſervabat ſedule.
Pallebat os jejunio
Vigebat mens junctaDeo,
Non vincula, non verbera
Pavebat Chriſti vernula.
Saxo Felix Dux improbus
Puellæ tentat animum:
Armis munita fortibus
Neſcit timere perfidum.
Hæc mortis in eculeo
Flagris attrita concinit:
Crucis nixa patibulo
Hoſtis Trophæū ſuſtulit.
Et bonum finem tribuens
Columba valde ſplendida
Ex ore ejus prodiit,
Viā polorū petiit. Amen.

AD LAUDES

3 Beata namque Julia,
Ad cujus urnam ſiſtimus,
Nobis adeſt cum gaudio
Omni colenda tempore.
In hac die ſed maxime
Hoc proſequi nos cōdecet,
Qua mēbra linquens terra,
Perrexit ad cæleſtia.
Exemplaque ſalubria
Nobis reliquit plurima,
Quæ ſi ſequamur ſtrenue
Nos deviare non ſinent.
Viri, puellæ, parvuli
Morbis gravati peſſimis,
Ejus rogatu redditi
Sunt ſanitati priſtinæ.
Laus, Honor, Virtus, Gloria
Deo Patri, & Filio,
Sancto ſimul Paraclito
In ſeculorū ſecula. Amen.

AD SECUNDAS VESPERAS

4 Beata Virgo Julia
Mundana linquēs omnia,
Chriſti ſequens veſtigia,
Tranſivit ad cæleſtia.
Ex Nobili familia
Martyr proceſſit Julia,
Oriunda fuit Carthagine
Splendore grādis Africę.
Devicta tunc Carthagine
A Barbarorum rabie,
Inſulam ducta Corſicæ
Permanſit brevi tempore.
Nā quod Præfectus voluit,
Euſebius hoc renuit:
Decepto tandem callide,
Reſpondit coram Præſide.
Cur, Felix Saxo, deſipis?
Quid vana verba loqueris?
Nō me revolvūt munera,
Nec ſæva mortis vulnera.
Orare ſprevit Idola
Ancilla Chriſta Julia,
Juſſa torqueri variis
Tormentis & ſuppliciis.
Dilaceratis artubus
Ab omni parte carnibus,
Graphiis & virgulis
Mamillis quoq; Virginis;
Pendens crucis patibulo
Preces mittit Altiſſimo,
Animam meam ſuſcipe,
Magnæ Deus potentiæ.
Ei Chriſtus apparuit,
Cum diras pœnas ſuſtulit,
Virtutum parans præmia,
Beata cæli gaudia.
Emiſſus Chriſto ſpiritus,
Sanctorū choris jungitur,
Cum triumphali laurea
Cælorum ſcandit ſidera.
Tulerunt corpus Monachi,
Ab Angelis præmoniti,
Gorgone parent tumulū,
Chriſte Redēptor omniū.
Ornavit eam veritas,
Spesque fides, & charitas
Virtutes & nobilitas,
O lux beata Trinitas.
Vexillum portat Virginū,
Sanctarū quoq; Martyrū,
Floreſcit ſicut lilia
Inter ſanctarum agmina.
Omnes ſanavit languidos
In Chriſti fide fervidos,
Ad corpus Sāctæ Virginis
Conſors paterni luminis.
Sit Trinitati Gloria,
Quam deprecatur Iulia,
Quæ donet nobis gaudia
Per infinita ſecula. Amen.

IN TRANSLATIONE

5 Rex Lombardorū Flavius
Illuſtris Deſiderius
Fundavit hoc cœnobium,
Et ſacravit monialium.
In Salvatoris Nomine,
Virginis quoque Iuliæ,
Anxæ Reginæ precibus,
Exultat cælum laudibus.
Sacratum corpus Iuliæ
Tranſlatum jacet Brixiæ:
Ornavit illud ſplendide,
Lucis Creator optime.
Sanctorum multa corpora
Secum traduxit ſocia,
Et Martyrū, & Virginum,
Deus tuorum militum.
Summo locavit gaudio,
Regali monaſterio,
Dotato magno munere
Honore ſanctæ Iuliæ.
Felix lætetur Brixia
Dona tot ferens inclita,
Sanctorū tenet Corpora
Ducta per mundi climata.
Sit Trinitati Gloria &c.

D

E

F

DE

DE SANCTO LUPO

EPISCOPO LEMOVICENSI IN AQVITANIA.

SYLLOGE HISTORICA. G. H.

Poſt elogium ex Breviario agens de ejus ætate, & elevatione corporis.

POST DC-XXXVII. LEmovicum, *urbs Aquitaniæ primæ Epiſcopalis, gloriatur fidem ſe Chriſtianam accepiſſe à S. Martiale primo ſuo Epiſcopo. Inter hujus ſucceſſores nameratur decimus ſextus* S. Lupus, *quem ſolenni veneratione ſub ritu duplici colit hoc* XXII *Maji Eccleſia Lemovicenſis, in ſua urbe & tota diœceſi; atque in ſecundo Nocturno ad Matutinum has de virtutibus ejus recitat Lectiones.*

Elogium ex Breviario Lemovic. 2 Lupus, laudabilis vitæ Presbyter, tumuli S. Martialis fidelis cuſtos, ut mira ſanctitate floruit, ita non ſine miraculo Lemovicenſis Eccleſiæ factus eſt Epiſcopus. Vitâ functo Antiſtite Clerus & populus, dubii quemnam ſufficerent; cum ad ſepulcrum beatiſſimi Apoſtoli preces fudiſſent, inter ipſos tandem
B convenit, ut probitate inſignes duo, Lupus & alius itidem Sacerdos, ad Francorum Regem Chlotharium mitterentur: qui utrum vellet ordinari juberet, omnium fere tamen votis in Lupum concurrentibus. Cum eam legationem vir ſanctus, ab omni ambitione alienus, aliquamdiu recuſaſſet; importunis precibus exoratus, iter ſuſcepit. Verum cum nullâ aliâ nobilitate, quam eâ quæ à virtute ſumitur, nullo veſtium ſplendore inſignis videretur; non ei facilis ad Regem patuit aditus. Divino nutu effectum eſt, ut Chlotharii filius, gravi febri correptus, fruſtra tentatis medicorum remediis, Reginâ lacrymis & triduano jejunio afflictâ, oblato à viro Dei ſacrificio ſanaretur. Eo miraculo permotus Rex fuit, ut in Lupum conſentiret, nec niſi multis muneribus donatum abire pateretur. Opinionem quam de ſe apud populum excitaverat, in Epiſcopatu non fefellit; ut qui dignitate celſior, ſanctitate extitit ſublimior Lupus, non lupus, imo Paſtor vigilantiſſimus. Clarus denique miraculis, curſu vitæ religioſiſſime confecto, repoſitam juſtitiæ coronam accepit in cælis undecimo Kalendas Junii. Corpus ſacrum in æde S. Michaelis de Leonibus conditum ſolenni ritu, Deo
C ſanctitatem ſervi fideliſſimi illuſtribus miraculis declarante, fuit à Geraldo Epiſcopo Lemovicenſi è terra ſublatum, anno Salutis milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo.

3 *Hactenus Lectiones Breviarii Lemovicenſis, anno* MDCXXV *excuſi. Eadem ſuâ phraſi expoſuit Sauſſajus in Martyrologio Gallicano ad hunc* XXII *Maji. Quo itidem die ſacra ejus memoria inſcripta eſt Ms. Martyrologio Carmelitano Coloniæ adſervato & Ms. Florario, item excuſis faſtis Maurolyci, Felicii, Ferrarii; & ſub nomine* Lupini *Martyrologio Coloniæ & Lubecæ ſub annum* MCCCCXL *excuſo, & apud Grevenum in Auctario Vſuardi.* *memoria in Faſtis ſacris.*

4 *Rex, per quem ad Epiſcopatum promotus Sanctus eſt, fuit* Chlotharius II, *anno* DCXXVIII *vita functus, & videtur ejus ex Sichilde filius Charibertus ſive Aribertus, dein Rex Toloſanus, tunc ejus ſacrificio à febri liberatus. At* S. Lupus *ſubſcripſit fundationi monaſterii Solemniacenſis in agro Lemovicenſi, à S. Eligio facta* X *Kalendas Decembris, anno* X *Dagoberti Regis, Chriſti* DCXXXI. *Non videtur poſtea diu ſuperfuiſſe: nam ſucceſſit ei Simplicius, mortuus cum S. Eligius adhuc laicus eſſet, adeoque ante* E *annum* DCXL. *Conſule hujus Vitam lib.* 2 *num.* 28 *prout apud Surium ad Kalendas Decembris extat à S. Audoëno ſcripta. Bernardus Gaidonis Epiſcopus Lodevenſis, de Geſtis Epiſcoporum Lemovicenſium cap.* 2, *hæc breviter obſervat.* S. Lupus à Chlothario Francorum Rege (de duobus enim erat altercatio) electus fuit: cujus corpus, à proprio elevatum tumulo, poſitum fuit in Eccleſia S. Michaelis de Leonibus, anno Domini 358 *ubi mendum apparet amanuenſis, & forte legendum* anno 558, *aut quid ſimile.* *Tempus Sedis.*

5 *Gaufredus, cœnobita monaſterii S. Martialis Lemovicenſis & Prior Voſienſis, cap.* 15 *Chronici, agit* de Sanctis in Epiſcopatu præclarioribus, *& iſta interſerit:* Archangeli Eccleſiam Superiorem perornat Lupus ille magnus, non gregis vaſtator, ſed ovium pervigil Paſtor: qui primordio Henrici Regis Angliæ, filii Gaufredi Andegavenſis Comitis, ſigna & miracula plurima Lemovicæ patravit. *Dictus Henricus II creatus eſt Rex Angliæ anno* MCLV, *ſub quo (ut additur cap.* 54 *ejuſdem Chronici)* Corpus S. Lupi Lemovicenſis Epiſcopi elevatum eſt à proprio tumulo, quia parietes Eccleſiæ S. Martialis reædificabantur. Tunc multa populorum caterva Lemovicæ confluxit, propter multiplicitatem ſignorum, quæ Dominus per illum F Præſulem ex inſperato dignatus eſt exercere. *Quod ſupra factum dicitur anno* MCLVIII *à Geraldo Epiſcopo: qui vixit uſque ad annum* MCLXXVII, *mortuus tunc Kalendis Decembris.* *miracula patrata.* *elevatio corporis.*

DE S. QUITERIA VIRG. MART.

IN ADVRENSI VASCONIÆ DIOECESI.

COMMENTARIUS CRITICUS.

De cultu & corpore in Galliis, pro quo & Hiſpani & Luſitani certant, deque fabuloſis ejus Actis, ac vera ætate. D. P.

XXII MAII

Antiquioribus Martyrologis ignota,

VAm certus eſt hodie S. Quiteriæ *cultus, fuitque ſeculis præcedentibus aliquot, tam incerta ſunt omnia, quæ de ejuſdem ætate, patria, genere, ac martyrii loco in Gallicis Hiſpaniciſque legendariis, tam impreſſis quam manuſcriptis leguntur. Nec enim antiquis Martyrologiis ullis inſcriptum nomen, aut vetuſtioribus Paſſionalibus membraneis Acta reperiuntur inſerta. Allegatur quidem Vſuardus, ſed apud Molanum in Additionibus recentius collectis, quales tamen in tam multis, quæ partim habemus, partim vidimus Vſuardi exemplaribus, ad uſus variarum Eccleſiarum auctis, necdum nobis occurrerunt. Interim, ut dixi, certus eſt ejus cultus; & quidem* in Vaſconia, *cui ipſam adſcribit Molanus,* viſitur oppidum Manſi

AUCTORE D. P.

S. Quiteriæ, cujus eccleſia cum Concathedralis titulo, Epiſcopali Adurenſi annectitur, & magna populorum copia frequentatur, *inquiunt San-Marthani tomo 2 Galliæ Chriſtianæ pag.15. Eſt enim Epiſcopus* Abbas S.Quiteriæ ; *quin & aliquando in more fuiſſe ut Epiſcopi,* Vico-julienſes *primitus, deinde* Adurenſes *dicti, etiam* S.Quiteriæ Epiſcopos *ſe ſcriberent, ait Sauſſayus: probaturque ex Concilio Nugarolienſi celebrato ad annum* MCCXC, *conſidentibus cum Amaneo Epiſcopo Auſcitano,* Coſeranenſi, Olorenſi, Tarbienſi, Lalcurienſi, Adurenſi & S.Quiteriæ Epiſcopis, *ubi* Adurenſis & S.Quiteriæ *pro uno eodemque præſumendus eſt poni, fortaſis etiam melius abeſſet conjunctio &; certe non recte in margine notatur* Vaſatenſis *pro* S.Quiteriæ *Epiſcopo legendus; cum* Vaſatum, *vulgo* Bazas, *ſitum ſit ad Garumnam. Sed errorem hunc prius erraverat Sauſſajus,* Vaſato S.Quiteriam *adſcribens. Niſi forte eruditiſſimi Conciliorum editores ſuggerere voluerunt, pro Epiſcopo* S.Quiteriæ, *qui non fuit ab Adurenſi diverſus, rectius ponendum Vaſatenſem, aque Auſcitani Archiepiſcopi Suffraganeum.Porro* S.Quiteriæ *in illa eccleſia cultum conſervant frequentia beneficia, in amentibus præſertim furioſiſque ſanæ menti reddendis ; quorum infra dabimus collectionem aliquam, ab anno* MDCXXIIII *uſque ad* MDCXXXIIII.

colitur in eccleſia ſui nominis apud Vaſcones :

B

2 *Corpus illuc ex Hiſpania primitus fuiſſe allatum cenſuit Sauſſayus, in Martyrologio Gallicano ad hunc diem. Poſtea mutata ſententia, eodemmet loco paſſam Sanctam ſcripſit in Supplemento. De corpore aſſeruit, quod* ad S.Severi excitatum ea in diœceſi cœnobium tranſlatum fuit, ubi tamdiu quievit in honore, quamdiu in Gallia fides Patrum viguit. At erumpente ex orco tetra hęreſeos lue, Calviniſtæ, occupato plus quam Turcica rabie monaſterio, ſacratiſſima S.Quiteriæ oſſa, è ſacrario deturbata, in rogum conjecerunt: è quo nihilominus pia fidelium æmulatione partim erepta, ſemiuſta, abſconſa ſunt, ſervataque ; & demum P. Anſelmo Rolle, Superiori Seminarii Toloſani Ordinis S.Benedicti, religioſo data munere, ibi ab eo recondita ſunt magna cum veneratione.

ubi corpus ab hæreticis diſſipatum,

cellectum à Catholicis.

3 *Hiſpani & Luſitani, licet utrique exiſtiment ſe corpus habere, eo ubi primum credunt ſepultum fuiſſe loco; bi cum Cardoſo in oppido ac monte Pombiero quatuor leucis Conimbrica; iſti ex Pſeudo-Iuliano, prope Margalizam in agro Toletano ; neutri tamen quidquam oſtentant de corpore. Cultum vero* S.Quiteriæ *apud ſe receptum probant ex Breviariis antiquis diœceſeon variarum ; & ex Toletano quidem hanc Collectam proferunt :* Præſta quæſumus omnipotens Deus, qui Beatam Quiteriam virginitate & martyrio decoraſti, ut ſicut tua virtute diabolum colligavit, & Regulum cum infinita plebe convertit, ita & à rabie diabolica, & à cunctis infirmitatis fraudibus, ejus aſſiduis precibus nos facias liberari. *Fundatur hæc Oratio in Actis ipſius Sanctæ: hæc autem, & alia Acta earum quæ ipſius dicuntur ſororum, fundamentum habent in quadam omnibus communi fabella, jam olim per Hiſpaniam recepta, atque ex hac in Vaſconiam tranſlata, de quodam Catillio Rege, cujus uxor Calſia novem uno partu filias enixa, veritaque ne id ſibi vir ſuus probro verteret, omnes fluvio mergendas tradiderit obſtetrici Silæ : hæc autem ipſas tradiderit educandas Chriſtianis ; quæ à nutricibus genus ſuum edoctæ, atque ad patrem Chriſtianorum hoſtem fidei cauſa adductæ agnitaque, fugam in varias partes capeſſiverint ſingulæ, ubi denique Martyrio coronatæ ſint. Ita de omnibus communiter, ex Seguntino & Palentino Breviariis, Tamayus ad* XVIII *Ianuarii.*

C

illud etiam apud ſe eſſe credunt Hiſpani & Luſitani.

Acta fundata in Actis 9 filiarum Catillii,

4 *Hoc poſito fundamento, Acta* S. Quiteriæ *ſic incipiunt, in Latinis quæ habemus compendiis, ex Mss. Canonicorum Regularium Rubeæ-vallis in Brabantia, Carthuſianorum prope Confluentiam, & Bodecenſium in Weſtphalia.* Erat quidam Rex magnus ſuper omnes Orientales, Catillius nomine, habens uxorem nomine Calſiam, de ſtirpe Juliani Imperatoris. *Deinde, omiſſa expoſitione novem filiarum educationeque furtiva, dicitur earum præcipua* Quiteria, *divinitus fidem edocta per Angelum adhuc tredecennis, Deumque in* Oriano monte *clam orare ſolita; cum vero eſſet à parentibus nuptui tradenda juveni cuidam potenti, nomine* Germano, *conſilio Angeli, dimiſſa patris regia urbe* Blancagia, *cum triginta puellis & octo pueris fugiſſe in vallem* Aufragiam, *ubi* Rex Lentimanus *dominabatur, fidei Chriſtianæ apoſtata, theſaurumque è ſpoliis eccleſiarum collectum ſub* Alphiano *fluvio abſconditum habebat. Hoc cum ei Virgo indicaſſet, & poſt varia in carcere patienter tolerato prodigia fidem divinæ miſſionis obtinuiſſet ; dicitur ipſum ac gentem ejus totam ad Chriſtum reduxiſſe, cum interventu duorum qui apud ipſum erant Epiſcoporum,* Martiani & Valentiani: *deinde ex* monte Galgani *tricipitem beſtiam* Carnaliam, *dæmonem ex* Monte Unguli *depuliſſe, ne cui nocerent amplius; atque cum* BB.Remedio, Simplicio & Columbiana *ac ceteris ſeceſſiſſe in montem* Columbanum, *ubi fuerit eccleſia S.Petro Apoſtolo ſacra, & ubi illa Deo ſerviens undecumque adductos rabidos ac furioſos curabat. Interim fingitur* Germanus *juvenis, Sanctæ Procus, cum* Rege Blancagiæ *Catellio, alteroque* Rege Adriano, *junctis copiis intraſſe* Aufragiam *vallem, occupaſſe civitatem,* Quiteriam *quæſiviſſe ; cumque in Columbano monte eam eſſe intellexiſſet,* Dormitianum *quemdam ad ejus cædem immiſiſſe. Hic vero primum ipſam decapitarit, videritque ſublatum caput quo juſſerat Angelus ſuis manibus portantẽ; deinde ſuperveniens* Rex Adrianus, *etiam* Regem Lentimanum, *cum duobus Epiſcopis,* Columbiana *virgine &* Romano *Quiteriæ ſocio, omnibuſque in monte congregatis occiderit. Denique* Liberatum *quemdam, in Valle Aufragiæ commorantem, Angelico monitu ad ſepulturam Sanctorum Sanctarumque excitum aſcendiſſe montem, omneſque in eccleſia S. Petri ſepeliviſſe : ad quorum corpora crebreſcentibus miraculis,* Germanus *ipſe converſus, patrem quoque ſuum converterit; & poſt longam pœnitentiam eodem in monte ſancte obierit.*

D

ex eorum epitome patet.

E

omnino fabuloſa eſſe,

5 *Vetera hæc figmenta (quorum Latinum fontem necdum integrum videre licuit, Gallicam verſionem ex Vaſconia accepimus, Latinam paraphraſim, à quodam Nebriſenſi initio ſeculi præcedentis compoſitam, exhibet Tamayus) Vetera hæc inquam figmenta vel eorum epitomen, qualem habere nos diximus, viderat etiam Collector Legendarii Vltrajectini, ſcripti ad uſum eccleſiæ S.Martini: ſed veniens ad nomen* S.Quiteriæ *& diem* XXII *Maji, hoc ſolum notavit :* Hæc dicitur fuiſſe filia cujuſdam Regis Catillii, cujus uxor dicebatur Calſia, de tribu Juliani Imperatoris; quæ dicitur fuiſſe martyrizata in valle Aufragia, & in monte Columbiano in eccleſia S.Petri ſepulta: ſed quia hæc Legenda videtur valde apocrypha, ideo eſt hic prætermiſſa. *Prudenter ſane: nec minus prudenter vir eruditiſſimus Iacobus Sirmondus, viſa epitome quam Bollandus noſter cum eodem communicaverat, reſcripſit,* longe conſultius Eccleſiæque honorificentius videre carere ineptiis ſimilibus, quam eas in lucem proferre. *Sed quid agas ? Aliorum alius ſenſus eſt. Dum enim fabuloſas ejuſmodi Legendas nacti aliqui, eaſdem caſtigatiores politioreſque recudunt, reſciſis quæ impudentis fictionis inanitatem nimis evidentem rederent circumſtantiis; efficiunt, ut de re tota nequeat judicare lector, niſi admonitus ex quam lutulento fonte hauſta ſint illa ipſa, quæ nunc ſpecie veroſimiliori offeruntur. Tamajus etiam atque Cardoſus, & eorum in Hiſpania ſequaces, Pſeudodextrinis commentis ſubnixi, nunc corrigendo in nominibus quidpiam, nunc pro ignotis nota atque hodierni uſus nomina locorum ſubſtituendo, ambiguitatem omnem auferre ſe credunt,* & civitatem Blancagiam, Aufragiam Vallem, Alphianum *ſeu* Aliſanum fluvium, Oranum & Columbanum *montes, toti ignotos antiquitati, veluti digito demonſtrare intra ſuam Hiſpaniam.*

& talia ante nos etiam alii judicaverunt.

F

6 *Equidem*

Prodiit illa fictis locorũ ac perſonarum nominibus,

6 *Equidem vix dubito, quin ſicuti Regum* Catellii & Calciæ, Adriani *atque* Germani, Lentimani *ſeu* Leuciani, *Epiſcoporum quoque* Marciani *&* Valentiani *nomina gratis conficta ſunt; ſic & locorum appellationes pro libidine fuerint excogitatæ tales, quæ ſua peregrinitate antiquitatis ſpeciem imperitis repræſentarent. Hoc qui in Actis* S. Quiteriæ *concinnandis fecit, præter fabulam de filiabus* Regis Catellii, *à Pſeudo-juliano in* C. Attilium virum Conſularẽ & Luſitaniæ Regulum *transformati; videtur etiam præ oculis habuiſſe quamdam, nihilo meliorem Legendam S. Severi Martyris, quam optaremus nanciſci pro die* 1 *Novembris; ex iiſque* Alphianum *flumen,* Adrianumque *Regem accepiſſe. Certe in tabulis fundati ſub annum* DCCCCLXXXII *Severiani monaſterii, in oppido vulgariter Caput-Vaſconiæ dicto, apud Petrum à Marca in Probationibus ad Hiſtoriæ Bearnenſis lib.* 3 *cap.* 8, *& Sammarthanos Tomo* 4 *pag.* 824, *fundator illius Guilielmus Sancius Comes dicit, quod* S. Severi geſta vel Paſſionem requirendo, inventum eſt, qualiter olim illud monaſterium fuerat conſtructum, & à Francigenis deſtructum; *quomodo ſcilicet* Rex hujus patriæ (*Vaſconiam intellige*) Adrianus, poſt reintegrationem ſui corporis, regnum & ſe totum præfati Martyris ſubjecit ditioni. *Ipſe vero reſtaurator inter cetera donat,* omnia quæ ſunt inter duos fluvios, ab Alpheano, qui modo vulgo vocatur Aturris, uſque ad Gavaſenſem: *Et rurſum in ea charta, qua monaſterium jam fundatum ſubjicitur Sedi Apoſtolicæ, idem Guilielmus Sancius dicit, ipſum eſſe ſitum* ſuper fluvium Alpheanum. *Filius quoque illius, Bernardus Guilielmus Comes, in alia donatione aſſerit, quod* idem glorioſiſſimus Athleta, *Severus,* Adrianum Regem ab incredulitatis errore, omnemque provinciam ad fidem Chriſti convertit.

aut ex apocrypha S. Severi M. legenda ſumptis,

ex quæ ipſa tamen ſequitur Vaſconiæ adſcribendam Quiteriam

7 *Ridiculos ergo ſeſe faciunt, qui ut* S. Quiteriæ *Acta Hiſpaniæ aptarent, in eaque invenirent* Adrianum Regem Toletanum, *ſuum Pſeudo-Iulianum fecerunt ſcribere, quod res peracta fuerit* apud Veſetaniam *(ſic enim placuit corrumpere* Vaſcitaniæ *ſeu* Vaſconiæ *notum nimis nomen, quam ut in Hiſpaniam transferretur)* apud Veſetaniam, *inquam, nulli veterum notam,* Provinciam proximam Toletanæ meridiem verſus; oppido vero Adura vel Aërea, quod nunc Margaliza dicitur, *cui ſcilicet Rex præfuerit* Leucianus, Adurenſium & Carpetanorum Regulus. *Sed neſcivit impoſtor Epiſcopalem in Vaſconia urbem* Aduram *vel* Aëriam, *vulgo* Ayre, *manifeſtum indicium mendacii daturam. Magis impune fingi potuit, natam Sanctam* in civitate Galeciæ dicta Belcagia, quæ nunc Bajona dicitur: *non enim eſt ulla regio quæ talis nominis urbem ſibi aſſerat, aut aſſerere aliquando potuerit. Interim ex nomine* Alfanii, *jam olim* Aturri *flumini attributo, manifeſtum fit, Legendæ qualiſcumque auctorem intellexiſſe* Vaſconiam; *in eaque collocaviſſe Anfragiam vallem; ac Columbanum montem dicere voluiſſe, illum ipſum qui Aeriæ imminet, continetque* Manſum S. Quiteriæ, *vulgo* le Mas. *Vtrum autem Catilli Regiam cis vel trans Pyrenæos locaverit, incertum eſt.*

paſſam ſeculo, non 1

8 *Ad ætatem quod attinet, primo Chriſti ſeculo admovere Sanctam conatus eſt Pſeudo-Iulianus, quando inter alios, quos Leuciani tyranni perſecutio ad defectionem impulerit, nominat* Julianum Epiſcopum Toletanũ, *de quo ait, quod* Miſſis à B. Clemente litteris reſipuit, *addens iiſdem* Martialem Tyraſonenſem & Valentinum Valerienſem: *quos voluit eſſe* Marcianum & Valentinianum *nominatos in Actis, contractamq; maculam eluiſſe ſuo ſanguine. Gallica Actorum veterum interpretatio ſic concluditur:* Hic explicit paſſio glorioſæ Virginis S. Quiteriæ, quæ fuit decollata XI Kalend. Junii, id eſt XXI Maji, anno Gratiæ CCCCLXXVIII. *Acta Mss. Latina breviora in Rubea Valle & Carthuſia Confluentina atque Bodecæ ſic terminantur:* Paſſa eſt autem S. Quiteria in Vaſconia, prope civitatem Adurenſem, undecimo Kalendas Junii, anno Domini quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Multi etiam languentes, ad ſepulcrum ipſius venientes, ſunt curati; & ubique in omni neceſſitate devote ipſam invocantes exaudiuntur. *Hac tempeſtate, iidem Gothi, qui Hiſpaniam Italiamque, etiam tenebant vicinas ipſis Galliæ regiones, in qua Vaſconia: & nomen* Quiteriæ *Gothicum eſſe uidetur, hodie Hiſpanis adhuc uſitatum in nominibus* Guiterii *&* Guiteriæ. *Eamdem originem referunt quarumdam ex novem ſororum nomina,* Doda, Genivera, Wilgefortis. *Silentium tamen Adonis & Vſuardi de* Quiteria *facit, ut ipſorum ætate necdum notam fuiſſe credamus; adeoque incerta omnino manet conjectura: nec aliud dici veroſimiliter poteſt, quam populari traditione caſam pro caſtitate credi, incerto tempore; inventoque ac miraculis celebrari cœpto corpore, ſub decurſum ſeculi octavi aut noni, extitiſſe aliquem, qui compilaverit Acta, qualia indicavimus, ex ſuo illa commentus cerebro, & de ſimplicis populi fide confiſus: quæ pro veteribus edita & in Legendariis fuerint recepta, meliorum veriorumque defectu. His ergo omiſſis, ad miracula, cultum Sanctæ apud Vaſcones probantia, convertor.*

ſed 5 vel etiam ſerius,

quod & nomen ejus Gothicum ſuadet.

EX MS. GALLICO

MIRACULA

ab anno MDCXXIIII per decennium ſcripta.

Ex Inſtrumento Notariali Gallico.

9 Die Veneris, XIX Aprilis anni MDCXXIIII, mane, intra eccleſiam Abbatialem S. Quiteriæ Manſi Aërienſis, Catharina des Dalcheux, ex parochia Yſoſii diœceſis Aquenſis, in præſentiarum parochiæ de Caudreſſe prope urbem Aquenſem inquilina, filia qu. Petri des Dalcheux & Margaritæ de Moura, annorum circiter quindecim, pluſquam duobus menſibus & ſemis gravi correpta infirmitate, cum phreneſi & magna conturbatione ſpiritus, per Dei gratiam & intercеſſionem S. Quiteriæ, poſt novenam in dicta eccleſia ex more ibi conſueto celebratam, exivit inde mente & corpore ſana; rediitque in domum ſuam redditis Deo gratiis, in comitatu Nicolai Dabadie, Sergiantii in parochia Aquenſi; & Natalis de Baſeigne, habitantium d. loci de Caudreſſe, à quibus & adducta fuerat, quique illam in hac urbe expectaverant à die adventus ſui, qui fuit nona hujus menſis. Qua de re per me Joannem Caſcail Notarium Regium, ad petitionem Fr. Joannis Clementis Religioſi & Sacriſtani d. eccleſiæ, inſtrumentum hoc conceſſum fuit, coram Fr. Joannes Joly Eleemoſynario, Hieronymo Raoux Camerario, Petro Aymare Operario, omnibus Religioſis profeſſis d. eccleſiæ; Vitale-Petro Puguery & Joanne Damne, mercatoribus atque habitantibus d. urbis, ſignantibus ſimul cum prædictis Dabadie atque Clemente, (quod non fecit dicta des Dalcheux, ſcribere ut ajebat neſciens) & interpellatis ad id per me Joanne Mag. Arnaldo Caſſain Presbytero d. eccleſiæ.

Curati amentes an. 1624, 19 *Aprilis,*

10 Die Veneris XXIIII menſis Maji anni MDCXXIIII, circa ſeptimam matutinam, intra d. eccleſiã Abbatialem S. Quiteriæ Manſi Aërienſis, Sampſon de Molie Faber ferrarius, natus & inquilinus loci Cazaubon in Armeniaco diœceſis Auſcienſis, annorum XXVII, à trimeſtri & amplius gravi morbo ac phreneſi conturbatus, poſtquam ea de cauſa domi ſuæ vinctus fuerat menſe circiter integro, conductus fuit ad hanc eccleſiam, per Vitalem de Molie germanum fratrem ſuum, & Petrum de Pouchalant famulum ſuum: impletaq; in eadem eccleſia ſecundum morem novena, per interceſſionem Dei & S. Quiteriæ regreſſus eſt in domum ſuam bene ſanus corpore & ſpiritu, poſt ſuſcepta in eccleſia Pœnitentiæ atque Euchariſtiæ ſa-

24 Maji,

ex ms. GALLICO

cramenta, redditaſque Deo & S. Quiteriæ gratias pro recepto beneficio. De quo & prædictis omnibus requiſitus conceſſuſque eſt à me præſens actus Fr. Joanni Clementi Sacriſtano, coram Fr. Petro Ladue Priore, Joanne Joly Eleemoſynario, Raoux Camerario, Petro Aymarc Operario, Antonio Aubriac, omnibus Religioſis d. eccleſiæ, ſimulque ſignantibus, quod non fecerunt dicti fratres de Mobie neq; Ponchalant, quia dicebant quod neſciebant ſcribere. *Vtrobique ſequebantur ſubſignantium prædicta nomina, ac denique ipſe Notarius ſubjungebat*, ſignans Joannes Caſcail Notarius Regius.

11 *Eadem plane forma, cum expreſſione teſtium tam Religioſorum quam Laicorum, notantur ſequentes omnes curationes, ab eadem motæ mentis infirmitate: quare ſolum miraculi tempus nomenque ſanati, cum aliis paucis circumſtantiis, deinceps hic latine reddemus.* Die Dominica XVI menſis Junii ante meridiem, Petrus de Nercain, cribrorum propola, nativus & habitans territorii Grenatenſis in Marſano, annorum circiter XXXII, à bimeſtri inſaniens, adductus eſt per Joannem Tincens, Joannem de Nercain, & Bartholomæum de Nercain, proximos ſuos conſanguineos.... Die XXVII Septembris, in capellam quo ab omni tempore ſolent adduci furioſi, & ibi per novem dies manere ac jejunare, veniens Menjon des Coubiers, habitans vignani in Marſano, adduxit Bartholdam des Coubiers filiam ſuam, annorum circiter XII aut XIII; eum eadem, ſanæ menti poſt conſuetum novemdium redditâ, reverſurus, beneficiumque coram Notario & reſtibus agniturus.

16 Junii,

27 Sept.

B

12 Similiter die Mercurii & VII Maji, anni MDCXXV Joanna de Paramis, annorum circiter XL, uxor Joannis de Touyz, per maritum & nepotem ſuum Menigaudum Oupatz, ante novemdium adducta, eodem in oratione ac jejuniis tranſacto, reducta eſt ab iiſdem ſana.... Die XIIII Junii anno MDCXXV, circa ſeptimam matutinam, coram me Notario & teſtibus rogatis, comparuit Bernardus de la Bariere, habitans in oppido S. Macarii in diœceſi Burdegalenſi, annorum circiter XXXII; dicens, quod abhinc ſex vel ſeptem menſibus correptus amentia, ſic ut domi ſuæ fuerit vinculis conſtringendus, à fratre ſuo germano Jacobo de la Bariere & conſanguineis aliis commendatus fuerit S. Quiteriæ, voto facto; & huc adductus IV die præſentis menſis, poſt conſuetum novemdiale jejunium ſenſui ſuo redditus ſit: peractaque Confeſſione atque Communione, cum ſuis in patrium oppidum regreſſurus, gratiam ſibi factam voluit Inſtrumento publico teſtatam relinqui. Die Jovis XVIII Septembris, Perottus de Peccaſſi, annorum circiter XXV, natus & habitans in parochia Sedzero Bearnenſis provinciæ, diœceſis Leſcarenſis, egreſſus eſt mentis ſanæ compos ex ſacello meridionali, quo inductus fuerat & religatus, in feſto Beatæ Virginis ultime præterito, die VIII hujus menſis, per Guilielmum de Peemilher & Guilielmum de Peccaſſi fratres ſuos; quia uno abhinc menſe in amentiam lapſus fuerat, ſic ut nemo ei auderet appropinquare: exivit autem confeſſus & communicatus nono die ſuæ reclufionis & abſtinentiæ.

item anno 1625 7 Maji,

14 Junii,

C

18 Sept.

13 Die Jovis V Februarii anni MDCXXVI perſonaliter comparuerunt Simon & Perottonus de Lasbats, fratres, textores lini, ex loco de Mongu diœceſis Leſcarenſis; dixeruntque quod die Lunæ XXVI Januarii præteriti, adduxerint in hanc eccleſiam Bertinam de Piſon, matrem Simonis & Perottini novercam, annorum circiter LX, phreneticam ab annis tribus, quam, conſueto ibidem novendio peracto ſano ſenſui redditam, eſſent reducturi domum. XXIV menſis Martii, idem ſibi in ſimili caſu profeſſus eſt accidiſſe quidam Joannes de Therze, faber lignarius, ex Lagny diſtrictus Rechouënſis in diœceſi Aërienſi, adductus ab uxore ſua Bernardina de Huſtaillon & filio Bernardino de Therze, coram Priore, Camerario, & Operario Religioſis prænominatis; nec non D. Severo Deſchars Advocato curiali & Joane Meney Magiſtro chirurgo. XI Septembris Joannes de Novau, ex loco S. Cyrici in Marſano territorii Villanovani, annorum circiter XXVIII, eâdem ex cauſa inductus in capellam, quæ eſt ad dexteram ingredientibus per portam majorem, poſt novem dies ac totidem noctes, die XXI dicti menſis ſanus inde egreſſus eſt, incomitatu Vitalis de Novau patrui ſui, & poſt Sacramenta rite ſuſcepta domũ reverſus.

24 Martii,

D

11 Sept.

14 Die Lunæ IV Octobris anni MDCXXVII Mag. Antonius de Bedora, Presbyter Vicarius S. Martini de Bonuto, in diœceſi Aquenſi, adductus huc ad conſuetum mentæ motis novemdium, rediit ſanus ab ea quam diu erat paſſus phreneſi, in comitatu amicorum ſuorum Stephani de Laureto, Matthæi de Bedora, Petri Dernibrolle & Bonnegardæ Benvenuti. Anno deinde MDCXXXIV die Dominica, XIX Februarii, Nobilis vir D. Godefridus Bafus Armiger, Toparcha de Pouy, alloquens D. Joannem Joly monaſterii Priorem, dixit ſe huc veniſſe, ut adduceret nobilem virum Carolum de Cambis, loci ejuſdem Toparcham, filium nobilis quondam Joannis de Cambis; eo quod ante duos circiter menſes, exiſtens in loco Preignac dicto prope Lengon, inciderit in maniam; ipſe autem Dominus de Pouy ſuaſu quorumdam devoverit illum B. Quiteriæ; quapropter nunc D. Priorem rogabat, ut eumdem reciperet ad novenam ex more agendam. Quo annuente deductus eſt Dominus de Cambis in capellam à præd. Domino de Pouy & famulis ejus duobus, Daniele la Fargue & Petro Penevet. Cumque ibi manſiſſet & quotidie Miſſæ fuiſſent pro eo celebratæ, prima die Martii eductus inde ſanus eſt, atque cum eodem Domino de Pouy & famulis ſuis prænominatis domum reverſus, rogato deſuper inſtrumento.

& anno 1626, 5 Februarii,

24 Martii,

E

4 Octob.

& anno 1634, 19 Febr.

15 Die Jovis XVIII Maji, ante meridiem, coram me Notario regio conſtitutus Joannes de Commarien, agricola ex Ganyac diœceſis Aquenſis, dixit, quod ante tres menſes frater uxoris ſuæ Vincentius Labamu, agricola etiam ipſe ejuſdem loci, ex mœrore quem conceperat ob mortem filioli, à porco domeſtico occiſi, lapſus in phreneſim, poſt votum per ipſum Joannem alioſque conſanguineos factum, adductus, peractoque novemdio ſanæ menti redditus, cum ipſo ſanus domum redeat. Die Sabbati XX Maji anni ejuſdem MDCXXXIIII, coram prænominato Joanne Caſcail, Notario Regio & Secretario Capituli d. eccleſiæ, comparuit perſonaliter Ioannes Guichenec vinitor, ex Baſcons diœceſis Aërienſis; atteſtans, quod ante quindecim dies infirmata uxor ſua Catharina de Labac, annum agens circiter XXX, ſubito mentis ſuæ uſum amiſit: quo viſo ipſe eamdem die Mercurii ante octiduum vovit S. Quiteriæ, atque ad eccleſiam ejus adduxit: ubi novemdium agens conſueto more, jejuna ſcilicet nec niſi panem & aquam ſumens ſemel in die, bibenſque de aqua fonticuli ſcaturientis prope tumulum Sanctæ, ſanata fuit; plenoque ſenſui reddita, poſt ſumpta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſacramenta revertit ad propria, cum præfato marito ſuo: qui Inſtrumentum publicum de collata ſibi gratia confici petiit.

18 Maji,

20 Maji,

F

16 Die Mercurii XXVI Maji ejuſdem anni, perſonaliter ſe præſentantes Bernardinus Bordeux, Vitalis Taraube, & Matthæus Condier, ex territorio Montis-regalis in Condomio, locuti ſunt Fratribus Joanni Joly Priori, & Simoni Deſchars Sacriſtæ, Religioſis

26 Maji,

A ligiosis præd. monasterii; dixeruntque, quod tribus abhinc annis Bernardus Bordeux, filius legitimus & naturalis Barnardoni, agens ætatis annum circiter XXII, mente sua excussus fuit, sicut & cognatus d. Bernardonis Petrus Bordeux; in eadem domo commorantes uno abhinc anno, sic ut turbato spiritu neuter sciret quid ageret. Quo cognito dicti eorum consanguinei, auditis quæ hic fiebant mirabilibus, ipsos adduxerunt, impetraruntque ut ad novendium in ecclesia ex more agendum sub consuetæ abstinentiæ lege reciperentur. Positus igitur eorum unus est in parvo sacello ad ingressum ecclesiæ, & alter in sacello septentrionali; ubi illi inventi sunt pacate prorsus se habentes; & Bernardus quidem sanæ menti redditus, Petrus vero, qualis antea semper fuerat, innocens. Itaque Bernardus Sacramenta suscepit: regressique consanguinei domum ambos reduxerunt, post actas gratias rogatumque de prædictis instrumentum publicum.

1 *Iulii,* 17 Die Sabbati, primo mensis Julii anni MDCXXXIIII coram quinque Religiosis Fr. Joanne Joly Priore &c. stitit se Bertrandus de Pomiers, agricola, inquilinus urbis Aquensis, qui dixit, quod ab hebdo-
B madis circiter tribus, Stephanina Dileu uxor sua, spiritu magis quam corpore ægra, atque ab eo S. Quiteriæ oblata, die Martis, XX Junii proxime elapsi, ac sequenti die huc adducta est. Postquam autem edoctus ipse quid agendum esset, eam in capella meridionali ad ingressum per fabrum ferrarium vinciri & alligari fecisset, atque ex more jejunare in pane & aqua; postea rediens sanam reperit, confessamque & communicatam reduxit, mente tam integra, ac si turbata numquam fuisset.

18 *Hactenus Instrumenta illa, singula, ut dixi, de singulis ad longum scripta in formâ authentica, sicut ea à R.P. Petro de S. Marco Fulliensi accepit Eques Rotomagi nobilissimus Dominus de Hannivel, & per nostrum P. Ioannem Dardes submisit Bollando, sub initium anni* MDCXXXV; *ut dubitare vix possim, quin simili deinceps modo usque ad præsens tempus, notata sint curationes successive facta: quibus tamen operose ex Vasconia requirendis dandam operam non judicavi, eo quod ejusdem plane sint formæ omnia, & in solis fere nominibus curatorum testiumque diversa. Finio igitur cum ipsius R. P. Petri Epistola, ex Tutellensi Fulliensium monasterio in Lemovicibus data ad prælaudatum Dominum de Hannivel, die* VII *Iulii anno* MDCXXXIIII *in hæc verba*: Domine mi. Venio ex partibus Vasco-
C niæ, ubi visitavi ecclesiam S. Quiteriæ; ibique vidi feminam rabidam, & à duobus diebus alligatam, quæ nihil ex sana ratione agebat aut loquebatur. Redivi ad eamdem visendam die septimo novenæ, quando notavi eam nonnulla moveri verecundia, eo quod se alligatam videret: tandem vero finitâ novenâ, mentis sanæ compos apparuit, confessaque & communicata cum suis consanguineis læta recessit. Illa digressa, alligatus ibidem est juvenis, in furias actus per nimium quo puellam quamdam deperibat amorem. Fuit autem is sibi restitutus quarto aut quinto die, mansit tamen alligatus ut novenam compleret. *Ad confirmationem prædictorum scriptum ad me Burdegala est, anno* MDCLXXVI, *à Collegii istic nostri viro insigni Francisco Cosso,* fontem Sanctæ, qui creditur ad ejus preces emicuisse hodieque scaturit, perenni miraculo celebrem esse, quod ipse, *inquit*, meis oculis vidi, & infiniti homines quotannis spectant. Nempe in ipso pervigilio Festi, circa horam tertiam, ubi primæ Vesperæ cani cœptæ sunt, fons ille sensim assurgit crescitq; uno ut minimum pede geometrico: postridie vero, sub finem secundarum Vesperarum, eodem modo decrescit, recipitque sese ad priorem statum. Hujus aquis potantur homines mente capti, toto novem dierum intervallo, quo in beatæ Martyris templo ad stipitem alligantur, sicque ad sanitatem redeunt. D

Vltimæ curationi attestatur qui vidit & authentica misit 7 Iulii.

Fons miraculosus.

APPENDIX

De cultu S. Quiteriæ in Lusitania.

19 *Georgius Cardosus, in suo Hagiologio Lusitano ad* XXX *Martii, primo loco collocat* triumphum S. Guiteriæ Virginis, quæ circa Montem-majorem, oppidum diœcesis Eborensis, devotam Christo virginitatem servans, vixerit solitaria in quadam vicini collis spelunca; unde extracta raptaque ad Romanum Præsidem causa Christianæ Religionis, post varia tormenta, jussa præcipitari per asperum quoddam illius montis latus, martyrii palmam cum laureola virginali conjunxerit; noctuque sublata à fidelibus, & sepulta in ea quæ hodieque Spelunca sancta dicitur, invocatur ibidem, potissimum tempore grassantium morborum; & plurimæ illius regionis mulieres, ejus respectu, Guiteriæ appellantur: ibidem etiam ostenditur marmor, cum quo ad collum ligato præcipitata, spiritum efflasse creditur. *In Notis profitetur Cardosus sequi se auctorem P. Ludovicum dos Anjos, in Horto Portugalliæ num.* 7, *distinguentem illam ab altera Sancta ejusdem nominis, quæ colitur in diœcesi Bracarensi; cui tamen vulgus applicet eadem Acta, quæ Aduarensis causâ primum ficta esse omnino credimus.* E

Colitur 30 Martii in diœc. Eborensi.

20 *Ergo ad hunc* XXII *Maji rursum de* S. Quiteria, *velut de altera, agit Cardosus: aitque ex traditione populari civium Palumbariensium, vulgo* Pombiero *quatuor leucis Conimbrica, credi vixisse in ejusdem nominis monte; decollatam autem juxta vicum Sardanellæ in valle* Adafoga, *quam fluvius* Alba *irrigat; unde sublatum caput in montem tulerit ad ecclesiam S. Petri, quam rotundam fuisse residua etiamnum rudera testentur. Itaque prædicta Acta sic ille explicat, ut* Mons Columbarius in Palumbarium, Aufragia *vallis in* Adafogam, *fluvius* Alfanius *in* Albam, *populari usu sint appellando mutata. Traditionem autem confirmat apparitione, facta ut prætenditur puellæ cuidem pastoritiæ, ante annos non multos (scripsit autem Cardosus post annum* MDCLX) *quæ jussa fuerit monere incolas, ut super ruinas prædictæ ecclesiæ in illius honorem eremitorium construerent; ubi æque ac in altero, istic ubi decollata putatur pridem extructo, plura invocantibus ipsam præstentur divinitus beneficia. Sed hæc omnia aliud nobis non probant, quam unius ejusdemque* S. Quiteriæ, F *quæ apud Aduarenses colitur, etiam in hoc regno locis variis cultum: cujus ignorata origo occasionem dederit ipsius Passionem Lusitaniæ adscribendi, faventibus præsertim fabulis de Catillio Rege ejusque filiabus Belcagiæ in Gallecia natis, siquidem Belcagium placuit Galleciæ adscribere.*

22 Maji in Conimbricensi, tamquam diversa:

21 Invocatur autem à Lusitanis Quiteria, *sicut in Notis scribit idem Cardosus,* contra angustias & palpitationes cordis, canumque rabidorum morsus, cum multiplici beneficiorum miraculosorum effectu: quem etiam experiuntur termini Alenquerienses incolæ, in loco S. Quiteriæ de Meca dicto, propter ejus ibi antiquissimam imaginem: coram qua benedictus panis ipsos quoque rabiosos canes à rabie sanat, postquam fuerit intinctus lampadi ante dictam imaginem ardenti. Traditur autem quod imago illa fuerit miraculose inventa. Cum enim pastores quidam ista in regione custodirent greges suos, dicuntur eminus vidisse in quodam spineto immensum splendorem; ad quem propius accedentes, viderint eum procedere ex formosa quadam imagine S. Quiteriæ, sicut indicabat nomen subscriptum. Illi totius rei indicium mox detulerunt ad Priorem Dominæ nostræ de Varsea, qui clero ac populo comitante accedens

item in Alenquerienſi, ubi miraculoſa ejus imago.

ad

EX MS. GALLICO

ad locum, dictam imaginem requisivit, inventamque festive ac lætanter detulit ad ecclesiam suam. Verum illa paulo post per seipsam rediit ad locum apparitionis prædictæ; unde cum intelligeretur velle Deum ut ipsa ibi coleretur, erecta mox ecclesia est. Hæc autem decursu longioris temporis in ruinam propendens, restaurata fuit anno MDLXVIIII. Constat insuper, quod grassante per totam Lusitaniam pestilentia, isto in loco nemo unus lue communi tactus fuerit, beneficio haud dubie referendo in potentem sanctæ Virginis intercessionem.

22 *Ista Cardosus; quibus similia mallem legere in Tamayo, ad probandum peculiarem cultum Sanctæ in variis Hispaniæ locis, quam male defensas & pejus interpolatas Legendæ veteris fabulas. Has uti non cavit Saussayus, sic etiam auxit, geminando ad* XXII *Maji* Quiterias Sanctas; *quarum una passa sit in Vasconiâ,* alterius itidem Virginis & Martyris natalis *colatur* in territorio Carnotensi, vico Aufragiæ, quæ ex urbe Bajocensi in Neustria orta, sub Trajano Principe præclarum fidei certamen consummarit. *Ita ille ex* Belcagia, *fecisse videtur* Bajocas; *& quia in Carnutibus sub Decanatu Belsiensi invenitur parochia* Ausfargis *nuncupata, persuasus id nominis fluxisse ab* Aufragia, *in Passione* S. Quiteriæ *celebrata, novum istud commentum adornavit.*

Saussaius etiam duas fingit in Gallia.

B

23 *Convertit autem hoc in rem suam Episcopus Tarraconensis Didacus, ad facilitandam fidem duplicis* Quiteriæ, *quarum una Hispanis sit propria, & passionis socium habuerit, non* Marcianum *(ut scribitur in Actis) sed* Martialem *Episcopum Tarraconensem, à Iuliano-Petro nominatum. Huic proinde sacros honores in sua diœcesi instituendos esse contendit, libello in suæ sententiæ comprobationem Hispanice edito, sub annum* MDCLXIII, *cum titulo* Brevis Discursus; *quem libellum etiam misit Bollando nostro, additis litteris, quibus vehementer conatur ejus suffragium demereri. Sed cavit ille, ne subscriberet novellis sub Iuliani Toletani nomine fictionibus; quas vel ideo abominamur magis, quia Prælatos in Hispania non paucos, pios utique magis quam cautos, adduxerunt, ut cultum ecclesiasticum decernerent multis, qui non dico ad Hispaniam nihil pertinent, (id enim levius foret) sed nec probari quidem possunt in rerum natura fuisse. Hoc vero etiam intelligi volumus,* de S. Columbina Virgine, S. Leuciano Rege, S. Valentiniano Episcopo, Romano, Columbano, & Simplicio, *qui omnes ut Martyres inscribuntur Hagiologio Lusitano, Martyrologium Hispanum Tamajisecuto; in quo iidem, præter* Columbinam, *notati ad hunc diem reperiuntur, & quidem* Leucianus; *cum peculiaribus Actis, à Tamayo compositis excerptisque ex Passione* S. Quiteriæ, *nobis nimis incertâ, quam ut ex ea Sanctum aliquem recipiamus, aliunde ignotum.*

D

Socios martyrii addunt aliqui.

E

DE S. AYGULPHO, SIVE AIULFO,

ARCHIEPISCOPO BITVRICENSI IN GALLIA.

COMMENTARIUS HISTORICUS

G. H.

Ejus elogia ex variis, laus inter Carmina Theodulphi Ep. Aurelian. ætas, translatio, professio.

CIRCA DCCCXXXVIII.

Vintum damus hoc mense Majo Episcopum Bituricensem, Sanctis adscriptum. Is est S. Aygulphus, *sive* Aiulfus, *quadragesimus sextus Episcopus, mortuus hoc* XXII *Maji; quo die inter festa propria diœcesis Bituricensis, in antiquis Breviariis Bituricensibus, recolitur; ex quibus aliquod vitæ compendium descriptum Rotomago ad nos misit anno* MDCXLII *Ioannes Westhouen, Societatis nostræ Sacerdos: unde & aliud, sed dumtaxat circa exordium paucis verbis diversum, ex Ms. perantiquo misit Ioannes Dardes, item Societatis nostræ Presbyter, ambo studiorum nostrorum amantissimi. Illud ergo, ut certissimum monumentum, hic damus.*

cultus 22 *Maji,*

C

2 Quo tempore inclitus Bituricensium Præsul Elbonius humanis ablatus est, diu vixerat in quodam eremitorio sanctissimus servus Dei Aygulphus eremita, in solitudine sua nobilis vitæ sanctitate, gloriæ fama, & operibus. Hic virtutum suarum celebri radiatione taliter animos omnium ad se attraxerat, quatenus præfato Antistiti, consensu omnium, per Canonicam electionem in Archiepiscopum successor assumptus sit. Cum igitur absens monendus esset de sua promotione, missus est ad eum cum litteris nuntius: in cujus gratiam hoc insigne fertur edidisse miraculum. Cum eremitorium attigisset festinus litterarum lator, & fame & siti cruciaretur; nihilque haberet sanctus vir Dei quod ei traderet, quoniam omnia deficiebant; apparuit ipsis magnus cervorum cœtus qui transibat, inter quos cerva erat: cui beatus eremita, compatiens nuntio, præcepit ut maneret his verbis: Sta, cerva. Quæ statim obediens quasi voci Dei, substitit. Quod factum ut vidit nuntius, eam adiit, & inclinans se, mammam ejus suxit, donec refocillatus est. Unde factum est, ut locus ille usque in hodiernum diem, Sta-cerva, nominaretur. Supervenientibus post epistolæ latorem aliis, ægre & invitus Bituricam persuasus est ire, & deductus est. Appropinquanti totus Clerus summa cum gratulatione obviam processit, illumque ad suam Sedem honorifice deduxit. Præpositus Ecclesiæ, non sibi dormiendum, sed gregi suo vigilandum duxit. Episcopatum suum rexit viginti sex annis per turbulenta tempora. Secesserat in eremum suam, quando in morbum incidit, per quem felici fine requievit undecimo Kalendas Junii: quo die ejus depositionem commemorat Ecclesia Bituricensis, sicut unius Confessoris Pontificis. Ejus mausoleum retro altare positum est, cum hac inscriptione: Hic requiescit, Beati Aygulfi [corpus] Et successit S. Radulphus, qui circa tempora Caroli Calvi vixit.

Elogium ex Breviariis Mss.

F

3 *Hac ex dictis Mss. Annos Sedis viginti sex censemus accipiendos ab anno* DCCCXII *usque ad annum* DCCCXXXVIII, *vel uno alterove anno serius. Nam Elbonius ejus decessor florebat anno* DCCCX, *quando Indictione* IV *exemplar Formatæ pro Dodoberto Presbytero, ut in sua parochia apud Hercambaldum manere posset, inscripsit ad Archiepiscopum Senonensem Magnonem. Successor vero Radulphus anno Christi* DCCCXLI, *Caroli Calvi Regis primo, mense Martio aliquas donationes fecit, quas una cum præcedenti Formata habent Sanmarthani in Archiepiscopis Bituricensibus. Auctor Patriarchii Bituricensis apud Philippum Labbe longum de eo encomium habet, in quo de vita ejus eremitica ista tradit:*

Tempus Sedis.

4 Quadragesimus Sextus præfuit S. Aigulfus, alias Aiulfus. Sanctus hic post mortem parentum suorum adhuc juvenis existens, audita Domini voce, qua in Euangelio dixit: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum & sequatur me; quid enim prodest homini,

Aliud elogium ex Patriarchio Bituricensi.

A homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? illico profuſis mixta gaudiis ſuſpiria cordis mittens ad cælos, ſe Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ultro ſecuturum, ac eidem flore mundi calcato ſolerter militaturum proponens, in abditiſſimum nemus ſeceſſit, dicens cum Propheta: Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine, Pſ. 54,8. expectans eum, qui ſalvum me fecit &c. Hic itaque magni Eliæ & Ioannis Baptiſtæ æmulator exiſtens ferventiſſimus, in illa ſecreta eremi vaſtitate, die ac nocte cum ſumma animi voluptate piam divinarum Scripturarum intelligentiam & ſenſum mente in Deum excitata meditans, brevi temporis ſpatio in omni virtutum genere perfectus evaſit. At ubi clareſcentibus tantæ ſanctitatis inſignibus, beati viri nomen longe lateque enituit; vacante Aquitani Primatus Sede, unanimi cunctorum aſſenſu, idem verus Dei cultor in Pontificem Bituricenſis Eccleſię eligitur. Quod ille ubi veraciter perdidicit, ſe indignum tanto honore humilitatis gratia æſtimans, fugam iniit. Sed dum ſubterfugiens in interioris nemoris parte deliteſceret, tandem ab eo, qui eidem litteras electionis de ſe factæ adferebat, divino nutu eſt inventus. Contigit autem ipſum nuntium, multis

B diebus in illa eremo errando, ad mortem uſque famis inopia pene deductum eſſe. Huic vero B. Aigulphus, ut totus ſemper miſericordiæ viſceribus affluebat, homini fame pereunti compaſſus, valde affligebatur, quod unde ei ſuccurreret non haberet. Verum inter hæc ipſe elevans oculos, forte conſpicatur cervarum gregem haud procul tranſeuntem; extollenſque vocem, uni earum ſiſtere gradum jubet in nomine Domini, his uſus verbis: Sta cerva. Qua quidem non ſine magno miraculo ſubſiſtente, inclinavit ſe famelicus ille nuntius, & ſugens cervæ mammas, vires illico recepit. Hinc eidem loco vocabulum impoſitum eſt, Sta-cerva; ſed inde mos inolevit, ut corrupto nomine Sagerzia appelletur. Adductus igitur S. Aygulphus, ſtatimque conſecratus, Pontificali in throno ſolenniter collocatur.

emendatur circa tempus Sedis.

5 *Hæc auctor Patriarchii Bituricenſis ſeculo proxime elapſo ſcripſit, ſed mox in tempore Sedis illi aſſignando multum hallucinatur, dum* veterem Catologum, in quo præfuiſſe annis viginti & ſex *dicitur, à ſe citatum corrigit, quaſi* unum tantummodo annum & aliquot menſes ab anno DCCCXL ad DCCCXLII ſediſſet. *Verum in annis etiam aliorũ Epiſcoporũ aſſignandis plurimum aberravit, quod de S. Aigulpho infra clare demonſtramus. Hic porro* ſeceſſerat in eremum ſuam, (*ut idem Auctor habet*) ac tandem feliciter moriens undecimo Kalendas

Eccleſia S. Aigulphi. Junii, aulam regni cæleſtis gaudenter intrare meruit. Cujus ſacra oſſa magno devotionis affectu à Chriſtianis fidelibus honorifice aſſervantur in eodem loco, ubi in memoriam ipſius conſtructa eſt Parochialis eccleſia, ex ipſius denominationis vocabulo appellata Gallice Sainct-Au, ſeu Sainct-Hou. *Hæc ibi. In Regiſtro generali beneficiorum diœceſis Bituricenſis, ſub annum* MDCXLVIII *excuſo, collocatur hæc* S. Aigulphi parochia, *vulgo* S. Aouſt *aut* Ayeul, *in Archipresbyteratu Caſtri-Radulphi, vulgo* Chaſteau-Roux *aut* Caſteau-Raoul, *prope Angerim fluvium, à quo duabus leucis diſtat* S. Aigulphi *parochia verſus urbem Bituricenſem, cujus præſentatio ſpectat ad Abbatem Dolenſem. De aliquibus Reliquiis ejus in Campania ſervatis, & oſſe tranſlato ad Belgas, agitur in Vita B. Mariæ Oigniacenſis* XXIII *Iunii, cap.* X.

Theodulphus Epiſc. Aurelianenſis,

6 *Contiguæ diœceſes ſunt Bituricenſis & Aurelianenſis, & eorum Epiſcopi interiore amicitia conjuncti,* Aigulphus *ſcilicet &* Theodulphus, *vir ſingulari doctrina præditus, ſed inſimulatus quaſi particeps fuiſſet conjurationis Bernardi Regis adverſus Ludovicum Pium Imperatorem patruum ſuum, propter quod Epiſcopatu ſpoliatus anno* DCCCXVII, *vixit Andegavis exul in monaſterio: quo tempore ſcripſit carmen ad* Aigulphum *ſive* Aiulfum *Epiſcopum, qui tum magna cum laude aliquot annis rexerat ſuum Epiſcopatum. Hoc ergo carmen, à Sirmondo editum, extat lib.* 4 *Carminum ejus numero* 4: *quod hic damus.* AUCTORE G. H.

7 Hoc Aiulfe tibi, Præſul ſanctiſſime, mitto
Teudulfus carmen, exul ab exilio.
Nobilis & pulchræ fueras puer indolis olim; *laudat pueritiam,*
Nunc vir es, ornatus nobilitatis ope.
Quæ fuit in puero docilis ſolertia parvo;
Nunc manet in magno, dante Tonante, viro.
Signa puer magnæ ſemper virtutis habebas
Magna, docens magnum te fore ſorte virum.
Sic ſata promittunt fœcundæ præmia meſſis,
Sic tauri in vitulo forma patet tenero.
Ingenuas artes ſtudium tibi diſcere tandem
Extitit, & cultum his pectus habere ſatis. *ſtudia,*
At nunc divini tibi tradere dogmata verbi
Eſt labor, & populis jura referre poli.
Qui tunc Grammatico ſumebas pocula fonte,
Ambroſio mentes nunc bene rore rigas.
Vivere te ſancte rumor diſpergit ubique,
Magna per ora virum ſat tua fama volat.
Cuncta quis expediet laudis præconia veſtræ, E
Quæ Suitegaudus iſte referre ſolet: *opera illuſtria in Epiſcopatu,*
Suitegaudus, ubi probitas, verumque, fideſque,
Et bona cuncta ſimul conſociata manent.
Hunc Deus, & probitas vitæ, atque electio Fratrum
Prætulerat ſancto me mediante gregi:
Sed male livor edax, dolus & pellacia fallax, *exule ſibi exuli relata.*
Præſulis à propria Sede removit eum.
Eſt Deus in cælo, proprio hunc qui reddat ovili,
Cura ſit ut proprii, quæ fuit ante gregis
Hic de parte tulit veſtra mihi verba benigna,
Et mihi præſentem te dedit ore ſuo.
Dum bona veſtra mihi narrat, me perfovet ægrum;
Actibus eque tuis mens mea læta manet.
Hic vice res ſtudet à nobis hac quærere quaſdam:
Veſtra, & reſponſum, quod tibi portet, habet:
Rettulit ille mihi ſtudiumque, decuſque, modumque,
Quo vehis officii pondera digna tui:
Qualiter exemplis & verbis ferre ducatum
Non ceſſas populis ad pia regna poli.
8 Es bona magna gerens, ut agas majora precamur; *Hortatur ad majorem perfectionẽ:*
Poſcimus optatam ut det tibi Chriſtus opem.
Sunt exempla tibi Patrum ſectanda priorum,
Exemplo & verbis ut doceare tuis: F
Et tua continuis creſcat doctrina diebus,
Atque ut qui caput es per pia membra mees.
Et Patriarchali primæ prælatus honore es
Sedis, & alma Patrum eſt ſubdita turba tibi.
Inde manere tibi prudens ſolertia debet,
Omnibus ut ſpecimen ſis, decus, ordo, modus.
Quo magis es celſus, humilis magis eſſe memento,
Gratia te altithroni ditet ut alma Dei.
Eſto bonis agnus, leo fervidus eſto malignis,
Pars amet iſta patrem, ut illa paveſcat herum.
Cumque piis fueris pius, & diſtrictus acerbis,
Te pars hæc matrem ſentiat, illa patrem.
Sit tibi larga manus, placidum cor, dulcia verba,
Sis probus & ſolers, promptus ad omne bonum.
9 Sed quid ago, vel quo me nunc mea fiſtula ducit? *petitq; ejus preces.*
Doctoris ſimilis ſum modo factus ego.
Te precor interea, noſtræ memor eſto ruinæ,
Orate ut precibus fors mala noſtra levet.
Forſan te orante, Fratrumque juvante caterva,
Omnipotens veniam det miſerando mihi:
Et nos exilio relevet miſeratus ab iſto,
Joſeph qui exemit carcere, ſive Petrum.
Ipſe Deo fateor peccamina multa peregi,
Quæ ſuperant numero temet, arena maris,

AUCTORE G. H.

Et pluviæ guttas, maris undam, ſidera cæli
Herbarum frutices, germina cuncta ſoli.
Hæc ſunt ærumnas ego cur ſum miſſus in iſtas,
Eſſe nec ut debent ſunt mala tanta mihi.
Non Regi aut proli, non ejus crede jugali
Peccavi, ut meritis hæc mala tanta veham.
Crede meis verbis, frater ſanctiſſime, crede,
Me objecti haud quaquam criminis eſſe reum.
Perderet ut ſceptrum, vitam, propriumque nepotem,
Hæc tria ſum numquam conſiliatus ego.
Addimus & quartum, mihi non fuit illa voluntas
Utcumque, ut rerum hæc mala tanta forent:
Hoc ego clamavi, clamo, clamoque per ævum,
Hæc donec animæ membra liquor vegetat.
Qui modo non credit, cogetur credere tandem;
Ventum erit ut magni Judicis ante thronum.
Qui mihi teſtis erit pius & juſtiſſimus ultor,
Omnia cui ſemper nuda & aperta manent.
Qui non acceptat perſonas, munera ſive
Diligit, æquum æquus diligit omne bonum.
Ejus in adſpectu falſiſſima cuncta patebunt:
Hic mens alterius non ope teſtis eget.
B Me tua, care, fovet dulcis compaſſio, Frater:
Triſtitiæque meæ pars tibi magna manet.
Det Pater altithronus, cælum terramq; gubernans,
Lætitiæ noſtræ ut poſtmodo compos eas.
Te ſcio cunctorum redimitum flore bonorum,
Lampade virtutum ſeu rutilare ſatis.
Sit tibi vita, ſalus, & Chriſti gratia Regis,
Extet & Omnipotens fautor ubique tibi.
Vive Deo felix per tempora longa Sacerdos,
Deque bono in melius profice rite: vale.

innocentiam ſuam indicat.

optat omnia felicia.

10 *Hactenus Theodulfus Epiſcopus Aurelianenſis, qui Carolo Magno, quamdiu vixit inter intimos amicos adhaſerat, ejuſque teſtamento ſubſcripſerat, inter Miſſos Dominicos ampliſſima & honorata præfectura functus; at quo loco* S. Aigulphum, *cujus videtur potiſſimum ingenuitatem ac ceteras virtutes per Suitegaudum cognoviſſe, ipſe apud ſe habuerit, lector conſideret; ut cui res omnes ſuas aperuerit, ejuſque voluerit auxilio juvari, & conſilio dirigi, in ſuo, quod patiebatur, exilio anno* DCCCXVII *& ſequentibus, è quo liberatus & ad ſuam Sedem regreſſus, anno* DCCCXXI *vitâ functus eſt.*

liberatus Theodulphus,

anno 821 obiit.

11 *Memoratur* S. Aiulfus *in Capitulario tertio Ludovici Imperatoris, ſcripto ſub finem anni* DCCCXXVIII, *de iis quæ Aquiſgrani privato in Placito conſtituit, quando & Concilia Epiſcoporum quatuor in locis fieri juſſit, & Miſſos Dominicos per univerſum regnum delegavit. Vnus ex dictis locis fuit aſſignata Toloſa, in qua conveniebant Notho Arelatenſis, Bartholomæus Narbonenſis, Aiulfus Bituricenſis, & Bartholomæus alterius Sedis. Præterea Ebbo Remorum Archiepiſcopus, quod in Ludovicum Pium Imperatorem conſpiraverat, ab Epiſcopis anno* DCCCXXXV *depoſitus, ſcripſit libellum, in quo, deligit Iudicem delictorum ſuorum* Aiulfum *Archiepiſcopum Bituricenſem, cum Bradarado & Modoino Epiſcopis. Hinc liquet ejus Sedi recte poſſe cum antiquis monumentis aſſignari annos ſex & viginti, ſcilicet, ut diximus ab anno* DCCCXII *uſque ad annum* DCCCXXXVIII *aut uno alterove anno ſeriùs.*

S. Aigulphus anno 828 ſedit in Concilio Toloſano, C

an. 835 ab Ebbone Iudex electus.

12 *Requievit autem hoc die in pace, & colitur Officio Eccleſiaſtico Confeſſoris Pontificis. At Sauſſaius in Martyrologio Gallicano longo eum encomio, ſed non abſque variis mendis exornat, & martyrio coronatum aſſerit his verbis:* Bituricis natalis S. Aigulphi, Epiſcopi ejuſdem Sedis & Martyris. Hic ab ineunte ætate divinis litteris eruditus, ac Chriſti totus obſequiis deditus, in ſolitudinem ſecedens, herbarum radicibus & ceryæ lacte,

Elogium ex Sauſſaio.

quæ ſtatis ad eam horis veniebat, duriter dum victitaret, virtutibuſque cæleſtem vitam in terris imitaretur; poſt repentinum Ebroini Præſulis Bituricenſis obitum, divinitus electus tantæ Sedis Antiſtes, ex eremo renitens abſtractus, atque à toto Clero & populo ſolenni ſuſceptus occurſu, poſtquam rite pro more conſecratus eſt, admirabili ſanctitatis & vigilantiæ Paſtoralis ſplendore Eccleſiæ ſuæ præluxit: demumque pro juſtitia & caritate decertans, violenta morte ac glorioſo funere martyrii coronam (dum tota Aquitania bellicis tumultibus quateretur) pro votorum cumulo meritorumque fœnore adeptus eſt. Corpus ejus prope Caſtrum-Rodulphi, in ſacra ipſimet eccleſia, multo honore conditum quieſcit in capſula: cui è ſarcophago lapideo, ubi humatum fuerat, retro majus altare, per Joannem de Soliaco Archiepiſcopum Bituricenſem, ante annos ſuper trecentos octoginta, illatum eſt congrua cum ſolennitate. *Hæc Sauſſajus. Verum unde habet, quod lacte cervæ quæ ſtatis horis adveniret, vixerit? Occaſio videtur ex eo arrepta, quod nuntius adferens litteras de electione ejus in Archiepiſcopum, ſemel fuerit lacte cervæ refocillatus.*

D

13 *Claudius Robertus, in Archiepiſcopis Bituricenſibus, aſſerit* Dominum Rolandum Hebert Archiepiſcopum, dum XXII Maji anni MDCXXIII viſitaret capſam Reliquiarum hujus Sancti, inveniſſe Schedam talem, *quam hic damus.* Joannes permiſſione divina Bituricenſis Archiepiſcopus, Aquitaniæ Primas, univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Noveritis quod nos anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono, die Dominica, qua cantatur Miſericordia Domini (*ea eſt dies* XVI *Aprilis*) corpus B. Aygulphi Martyris tranſtulimus in eadem Eccleſia S. Aygulphi, de quodam ſarcophago lapideo, retro majus altare dictæ eccleſiæ ſito, in quo diu requieverat; in præſentem capſam ligneam, præſentibus nobiſcum religioſis viris Mollebecenſi, Cazalis Benedicti, & de Cellis S. Euſitii Abbatibus, & nobili Domina Agneta, Domina Caſtri-Radulfi, & aliis bonis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum, una cum ſigillis Dominorum Abbatum & Dominæ prædictæ, præſentibus litteris duximus apponendum. Datum anno & die prædictis. Sigillatum ſigillis quinque ceræ viridis. *Hæc ibi: intruſo tranſcribentis per errorem titulo* Martyris; *ſicut vitiatus eſt annus* MCCLXIX, *cum ſcribi debuerit annus* MCCLXXIX, *quo cyclo Lunæ* VII *Solis* XXVIII *littera Dominicali A Paſcha celebratum fuit die ſecunda Aprilis, & Dominica* Miſericordia *incidit in* XVI *Aprilis.*

Tempus tranſlationis.

E

F

14 *Quod aſſumitur à Claudio Roberto & Sauſſaio circa tempus, quo ſtatuimus* S. Aigulphum *obiiſſe, quaſi eo fuerit Aquitania tota bellicis tumultibus quaſſata, non probatur: demus tamen verum eſſe, an hinc continuo inferri poteſt* S. Aygulphum *martyrio coronatum fuiſſe, contra antiqua Eccleſiæ Bituricenſis monumenta, & hactenus ſervatam in cultu Eccleſiaſtico traditionem. Feſtum tranſlationis celebrat Sauſſaius ad diem* XVI *Aprilis, quando etiam Martyrem appellat; uti iterum ad diem* X *Iunii, quo ejus memoriam denuo celebrat: at ſequenti die* XI Junii *aſſerunt eum coli Ioannes Chenu & Sanmarthani, forſan decepti, quod dies ſit non* XI *Iunii ſed* XI *Kalendas Iunii, qui eſt hic* XXI *Maji. Interim ad dictum* XI *Iunii refertur à Menardo & Bucelino, ac dicitur* eum in cœnobio probatione ſui diuturna, juxta regulam S.P.N. Benedicti, ſtrenue ſe exercuiſſe, *in eremum ſeceſſiſſe, & à Wione lib. 2 cap. 19 ſtatuitur* monachus & eremita *fuiſſe. Sed ea apud antiquiores ſcriptores non invenimus.*

An fuerit Benedictinus?

DE

DE S. IOANNE ABBATE,

PARMÆ IN ITALIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. H.

De Vita à monacho coævo ſcripta, tempore regiminis atque obitus, & cultu.

AN. DCCCC-LXXXII. Eccleſia Parmenſis *celebrat hoc* XXII *Maji natalitia* S. Joannis, *civis ſui & primi Abbatis monaſterii S. Ioannis Euangeliſtæ ibidem conditi. Vitam ejus & miracula deſcripſit dicti monaſterii Monachus, qui illos à ſe viſos teſtatur jam ſenes, quos* S. Joannes *ſuum in monaſterium admiſerat: à quibus aſſerit num.* 3 *audiviſſe, quæ de Sancto viro collegit. Hoc autem præſtitiſſe ſe ait num.* 15, *cum temporibus* Hugonis *Epiſcopi ſancti viri oſſa in novam eccleſiam transferrentur. Præfuit autem dictus Hugo ab anno* MXXVII, *uſque ad annum* MXLVI. *Inter illuſtriores monachos, quorum teſtimonio auctor nititur, eſt* Raſtaldus, *quem inquit*, ſanctæ Eccleſiæ Piſtorienſi poſtea Prælulem vidimus. *Porro Vghellus tomo* 3 *Italiæ ſacræ hunc ait* anno MXVIII ſolenni SS. Baronti, Deſiderii & Sociorum monachorum tranſlationi interfuiſſe, pauloque poſt ex hac mortali vita deceſſiſſe. *Acta dictorum Sanctorum dedimus* XXV *Martii. Hinc colligimus Vitam* S. Joannis *fuiſſe ſcriptam circa annum* MXXX.

Vita ſcripta à monacho ſynchrono.

B

2 *At temporis, quo* S. Joannes Abbas *floruerit, varii ſunt characteres. Horum præcipuus eſt* tempus piiſſimi Ottonis ſecundi clementiſſimi Imperatoris, qui Romanorum gubernabat Imperium, *uti ſub initium Vitæ dicitur, & accurate ſub finem deſcribitur. Succeſſit is Ottoni primo patri ſuo,* VII *Maji, anno* DCCCCLXXIII *vita functo. Aſt ipſe Romæ è vita deceſſit anno* DCCCCLXXXIII. *Quo tempore, ut alium demus characterem, vixit fundator memorati monaſterii S. Ioannis Euangeliſtæ Sigefridus, ſecundus iſtius nominis Epiſcopus Parmenſis, ſubrogatus in locum Humberti Epiſcopi, qui adhuc vivebat anno* DCCCC-LXXIII, *quando conventui Mazaliæ in territorio Mutinenſi ab Honeſto Archiepiſcopo Ravennate celebrato interfuit, ubi Albertus Bononienſis Epiſcopus Humbertum Parmenſem ſua jura invadentem accuſavit. Quæ controverſia late deducitur ab Hieronymo Rubeo, lib.* 5 *hiſtoriæ Ravennatum pag.* 264 *& ſeqq. Videtur huic memoratus Sigefredus ipſo anno* DCCCCLXXIII *aut ſequente ſucceſſiſſe, qui* S. Joannem *monaſterii ſui conſecravit Abbatem anno* DCCCCLXXV. *Hic vero poſt ſeptem annos, quibus gregem ſibi commiſſum rexit, vitam ſanctam abſolvit anno* DCCCC-LXXXII, *qui tertius character eſt, ſed errore amanuenſium omiſſo unico* X, *quod facile fieri potuit, legitur corrupte annus* DCCCCLXXII, *& plures in errorem abducti cenſuerunt hunc characterem prævalere. Hinc loco Sigefredi Epiſcopi apud Vghellum ſubſtitutus eſt ante indicatus Humbertus, cujus nulla prorſus in dicta Vita fit mentio: & Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ allegat* Ottonem primum & ſecundum Imperatores, *ſcilicet quando ſimul imperabant; ſed hoc accuratus auctor dixiſſet, & tum non erat Sigefredus Epiſcopus, qui eum* conſecraſſe Abbatem *dicitur in Actis; à quo* tertius *ante memoratus* Hugo in præfata Eccleſia Epiſcopatum tenuiſſe, *etiam indicatur num.* 15. *Maneant ergo Acta inconvulſa, reſtituto ſolum anno* DCCCCLXXXII, *loco anni* DCCCCLXXII. *Ea nos Romæ accepimus à Ferdinando Vghello, & contulimus cum alio Ms. aſſervato in bibliotheca Novæ-cellæ Patrum Congregationis Oratorii ſignato littera O & numero* 34.

Fuit Abbas tempore Ottonis Imp.

& Sigefridi Epiſc. Parmenſis,

C

conſecratus an. 975

mortuus an. 982.

Dantur Acta ex Mss.

3 *Extant Compendia varia hujus Vitæ ac primum eſt in Hiſtoria monaſtica Petri Recordati de Bugiana anno* MDLXXV *excuſa, ubi folio* 549, *dicitur* Sacrum ejus ſepulcrum die XXII Maji à tota urbe Parmenſi publica & ſolenni proceſſione honorari. *Alterum eſt in Sanctuario Eccleſiæ Parmenſis ſub annum* MDXCV *edito, ex quo ſuum compendium deſumpſit Ferrarius, & in hoc iſta ſub finem habentur:* Quem Gregorius VII Pontifex Maximus in Sanctorum numero, ob miracula quibus poſt mortem micuit, adſcripſiſſe fertur. *Vitam* S. Joannis *Italice edidit Ranuccius Picus, Secretarius Sereniſſimi Ducis Parmenſis, in Theatro Sanctorum & Beatorum Civitatis Parmenſis ſub annum* MDCXLII *impreſſo, allegatque aliam Vitam ſub Abbate Mauro ante viginti circiter annos excuſam. Celebris etiam memoria invenitur* S. Joannis Abbatis *in Martyrologiis monaſticis Wionis, Dorgani, Menardi & Bucelini. Eumdem etiam Ghinius retulit in Natalibus Sanctorum Canonicorum, eo quod fuerat Eccleſiæ Parmenſis Canonicus. Eumdem denique commemorant Ferrarius in Catalogo generali, & Brautius in Martyrologio Poëtico. Rurſumque die* VIII *Maji ejuſdem* Joannis *tranſlatio refertur in dictis Martyrologiis monaſticis, & Catalogo generali Ferrarii.*

Vita Italice ſcripta.

Memoria in Faſtis.

E

etiâ 8 Maji.

VITA
Auctore monacho ejus monaſterii Synchrono.

Ex Mss. Codicibus.

CAPUT I.

Ortus, educatio, vita monaſtica. Electio in Abbatem; Aliqua miracula.

1 TEmpore, quo piiſſimus Otho ſecundus clementiſſime Romanum gubernabat Imperium, fuit vir quidam venerabilis in civitate, quæ vocatur Parma, Joannes nomine, qui ex optimo *a* genere originem duxit: nobilitatem tamen illam mentis, quæ plus omnibus eſt amanda, coluit magis quam carnis. Et merito iſte vir Joannes vocatus eſt: interpretatur enim gratia Dei, vel, inquo eſt gratia. Vere quidem Dei gratiam in iſto viro eſſe cognovimus: nam ab infantia Deum timere cœpit, atque virginitatem ſuam mente & corpore, Dei gratia cooperante, pariter cuſtodivit. Hujus mater cũ concepta prole utero gravida teneretur, & tempus jam parturientis appropinquaret, ob partus difficultatem, antequam filium enixa eſſet, de hac mortali vita ſublata eſt. Cujus cum poſt, peracto ipſi obſequio, ſicut mos eſt defunctorum, antequam in ſepulcro poneretur, uterus cæſus eſſet, inde vivus eleganſq; puerulus evulſus eſt. Qui cum ablactatus eſſet, à parentibus ſuis decenter, ut oportuerat, enutritus eſt: atque, cum jam ſeptennis eſſet, ſacris litteris imbuendus eſt traditus, necnon poſt hæc in ſancta Parmenſi eccleſia ab ipſius Sedis Præſule Canonicus ordinatus eſt. Sed cum jam ibidem Deo deſervire adhuc puer inciperet; atque, aliter quam illa ætas permitteret, divinis rebus operam daret; factus juvenis cœpit mente pertractare quomodo vel qualiter ſeculum cum ſuis oblectationibus derelinqueret; & Chriſto Domino, cujus ſe ſervitio ſubdiderat, placere potuiſſet.

a

F

Stirpe nobilis,

utero matris mortua exciſus,

Canonicus Parmenſis,

2 Cumque hoc diu tacite pertractaret, dedit

AUC. SYNCHRONO. operam, ut patriâ parentesque, velut Abraham relinqueret, & orationis causâ Sanctorum loca perquireret, atque ad sepulcrum Domini usque visendum Hierosolymas peragraret. Quod cum vir Domini sedule peregisset, nostræ non est facultatis evolvere, quantos ibi labores pro Christo sustinuerit; vel quanta lacrymarum flumina in sanctis locis ubertim fuderit. Cumque jam sexta peracta vice idem venerabilis vir suum desideratum fecisset iter, & in monastico b habitu, quem in sancta Hierosolymorum urbe à sanctis viris acceperat, in suam urbem reversus esset; vir reverendus supradictæ sanctæ Parmensis Ecclesiæ Præsul, Sigifredus nomine, (cum cœnobium in S. Joannis Apostoli & Euangelistæ ecclesiam, quæ est juxta & foris supradictæ urbis muros, jam constituere decrevisset) cœpit huc illucque discurrere, & ubi virum Deo dignum inveniret solicite perquirere, quem suæ Abbatiæ, quam jam Christo fundaverat, constituere Abbatem posset. Sed cum per multa, ut diximus, discurreret, & secundum suæ mentis instam qualitatem virum ad hoc opus strenuum non inveniret; eligit hunc sanctissimum virum, sibi & suis omnibus bene notum, castum, sobrium, benignum, misericordem, qui etiam ab ipsis, ut ita dicam, cunabulis Christi vestigia est secutus: & cum consilio Clericorum & populi, consentientibus etiam aliquantis jam illic congregatis Fratribus, dignum sui cœnobii, ut experti sumus, consecravit Abbatem.

Hierosolymam adit sexies,

b ibiq; sumpto habitu monastico,

constituitur Abbas S. Ioannis, Parmæ:

B

3 Præsul itaque prælibatus tantum in sui cœnobii exarsit amorem, ut non tantum illic congregatos veneraretur ac diligeret Fratres, verum etiam ubicumque in sua diœcesi religiosos reperiret Clericos, solicite ac diligentissime invitabat, ut sacrum in suo cœnobio acciperent religionis habitum. Verum cum in hoc multum diuque laboraret, aliquantos illic optimos coadunavit Clericos: quos non post multum tempus nimio confectos senio, in præfato cœnobio religiosos vidimus monachos, atque ab ipsis audivimus, quæ de sancto viro scribere conamur. Insuper etiam Ravennam perrexit, atque ibi in *c* sancta Synodo, subter confirmante Archiepiscopo cum ceteris Coepiscopis, decretum in prænominato monasterio tali ordine conscripsit, ut si quis unquam ex successoribus suis in jam dicto cœnobio per pecuniam aut aliunde Abbatem constitueret, anathematis jaculo feriretur, atque cum Simone mago & Juda proditore damnaretur. Quod Decretum etiam sanctissimo viro d Majolo ad confirmandum tradidit; cujus quidem mellifluis admonitionibus in prædicto cœnobio multa ad cœnobialem usum apta constituit. His vero omissis, ad ea quæ de sancto viro inchoavimus, succincte pergamus.

multos colligit Clericos:

c

statuta curat confirmari in Synodo Ravennensi.

d C

4 Ordinatus autem iste vir Beatissimus, regiminis curam officio tenuit, moribus implevit, & in tantum amorem conditoris sui exardescere cœpit, ut illum ultra humanum modum transcendere crederes. Erat enim in sermone verax, in judicio justus, in opere castus, fide Catholicus, aspectu Angelicus, spe patientissimus, misericordia plenus, humilitate præcipuus, atque ita in eleemosynis largus, ut in tota urbe vix inveniretur vidua, pauper, indigens, orphanus, cui sanctus vir, misericordia (ut diximus) plenus, de sibi collatis bonis non subveniret. Cumque jam magna conversatione polleret, se seque à malis operibus funditus abstineret, & carnem suam à vitiis abstinendo domaret, atque oviculas sibi commissas verbo simul & exemplo ad recti itineris tramitem perduceret, cœpit etiam miraculis coruscare; ut lucerna super candelabrum posita omnibus, qui in domo sunt, luceret.

eximius in omni virtute

miraculis claret.

5 Igitur dum quodam tempore quidam ex suis discipulis, Christophorus nomine, arte scriptoria peritus, ex ipsius jussu quemdam codicem scriberet, atque membranam ob istiusmodi gratiam incidere vellet; ita suum vulneravit digitum, ut os continuo ipsius denudaretur. Qui cum ab ipso, cur non scriberet, requisitus esset; dixit, se non posse, propter vulnerati digiti dolorem. Cumque sancto viro vulnus ostendisset, mox vir Dei salivâ linivit, ac ita sanatum reddidit, ut mirum in modum vix signum ibi appareret. Qui illico resedit, & magna cum cordis exultatione scribere cœpit. Quem digitum longo post tempore ipse Frater, prædicti monasterii jam Præpositus, nobis demonstravit; atque ea, quæ retulimus, narravit.

D

digitū vulneratum saliva sanat:

6 Alio quoque tempore dum à quodam venerabili viro, nomine Joannes, sanctæ prædictæ ecclesiæ Archidiacono, qui postea in sancta *e* Mutinensi ecclesia Pontificalem cathedram rexit, vas unum permodicum, potionis plenum, quod nos monachi justitiam vocamus, huic sancto viro transmissum esset, atque refectionis hora ipso benedicente omnes Fratres ex eo sufficienter biberent; ita incredibili facto opus est subsecutum, ut quindecim & eo amplius ex eo biberent Fratres, & ita vas plenum semper *f* repertum est, ac si intactum post primam permanserit impletionem. Hæc vero, quæ retulimus, quodam ex ipsis Fratribus, Gandulfo nomine, referente audivimus, qui ad mensam cum ceteris Fratribus resedit, atque potionis benedictionem cum aliis suscepit. In quo facto Eliseo consimilem decrevimus æstimandum, qui de paucis herbis plurimos in longum pavit artifices.

e

vinū multiplicat,

f E

7 Sed neque silendum hoc prætereo, quod à supradicto Christophoro Præposito narrante cognovi. Dum quadam die ad quoddam cœnobium *g* Brixelli positum, pro quibusdam causis idem vir beatus advenisset; tanta coruscationis & fulguris ac tonitrui virtus, tantaque grandinis inundatio erupit, ut pene omnes segetes vel vineæ atque arbores fructiferæ viderentur consumi. Tunc vir sanctus sub axe cæli nudo, prout erat piissimus, exivit, palmas ad cælum tetendit, lacrymas fudit, totamque illam metuendam coruscationis & grandinis inundationem mox orando in tranquillam serenitatem perduxit. Quo facto Domini nostri virtutem est secutus, qui in navi ventis imperavit & mari, factaque est tranquillitas magna. Nec mirum, si magistri virtutem iste vir beatus est imitatus: quia ipse Dominus noster in Euangelio discipulis suis est pollicitus, dicens: Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & majora horum faciet. Vere quidem iste vir sanctus, veritatis discipulus factus, ita verum magistri secutus est iter, ut quod sibi commissos docuit verbis, opere ipse prius impleverit.

g

tempestatē pellit.

Matth. 8, 26.

Ioa. 14, 12

F

8 Neque illud taceam, quod ejus prædictus discipulus, nomine Gandulfus, narrare consueverat. Huic sancto viro consuetudo erat, ut per singulos annos Romam pergeret, & ad limina Apostolorum suarum precum vota Domino redderet, atque ibi multa lacrymarum flumina contrito corde ubertim ex divina inspiratione funderet. Cumque ex more quodam tempore hoc in itinere perambularet, in domum cujusdam matronæ cum supradicto Joanne Archidiacono se hospitio recepit. Sed cum prædicta matrona à sancto viro pro quodam inhonesto opere humiliter reprehenderetur, & ne amplius illud flagitium committeret admoneretur; ita contra eumdem venerabilem virum in gravem iracundiam exarsit, ut multis etiam convitiis & opprobriis sancto viro contraire non timeret. Vir autem Domini, miræ humilitatis & patientiæ munere repletus, cum hanc nimium furentem conspiceret, non tantum illius probra patienter sustinuit, verum etiam suos contra eam ob sui

à femina convitia passus,

AUC. SYNCHRONO. rat indicaret, Prophetiæ hunc habere ſpiritum crediderunt.

12 Præterea cum idem vir beatus nocturno ſilentio in oratorio *b* S.Columbani, quod majori eccleſiæ contiguum fuit, ſuarum precum vota Chriſto Jeſu aſſidue redderet ; & aliquando quinquagenos, ſæpe etiam centenos pſalmos,nonnumquam vero ex ordine totum pſalterium ante nocturnalẽ conſummaret ſynaxim ; exceptis dumtaxat horarum ſpatiis, quibus orationum, lacrymarumque, ac creberrimorum ſingultuum preces fundebat ; diabolus, qui eſt noſtræ ſalutis invidus, cernens hunc beatum virum in divinis laudibus,ut diximus, quotidie pernoctantem,inquirere cœpit,qua arte eum inquietare poſſet. Nam cum vir beatus oraret, ipſe contiguus hoſtis, qui mille aſſumit artes ut Dei ſervos perturbet, modis omnibus quibus poterat illum concitare non deſiſtebat. Verum cum intempeſta noctis hora in eccleſia B.Columbani, ſicut præfati ſumus,ad Dominum preces funderet ; diabolus in pulcherrimæ mulieris ſpecie ante eum ſaltando ſæpe ludebat,aliquando etiam ſibi lucernam extinguebat;atque poſt hæc, ſicut ipſe Fratribus referebat, illic leonum rugitus audiebat, urſorum murmur, equorumque hinnitus, onagrorum rugitus, porcorum ſtridores, canum latratus,cattarum maulatus,ſerpentum ſibilos,ut vel ſic viri Dei animum ab orationis ſtudio removere poſſet. Cumque Dei vir has dæmonum inſultationes ſentiret,non ſolum immobilis permanebat, atque à Dei laudibus animum non revocabat ; verum etiam ſanctæ Crucis ſigno munitus, inimicum, ſicut fumum, evaneſcere faciebat. Sunt etiã alia multa laude digna,quæ de ſancto viro ſcribere poſſumus, ſed jam iſta nunc dicta ſufficiant : qualiter autem ad Dominum de hac vita migraverit ſcire volentibus, Deo juvante,ſcribere ſtudeamus.

pernoctat in oratione, b

dæmones inſultantes Cruce ſuperat. C

13 Igitur dum tempus appropinquaret, quo Dominus ac Salvator noſter hujus ſancti viri labores remunerare vellet,& gregem ſibi commiſſum per ſeptẽ rexiſſet irreprehenſibiliter annos ; infirmitate tactus eſt,& ad extremum uſque perductus. Cumque diem exitus ſui jam appropinquare ſentiret,& duo ex monaſterii Fratribus,*Gandulphus,quem nuper præfati ſumus,& *c* Reſtaldus, quem ſanctæ Piſtorienſi Eccleſiæ poſtea Præſulem vidimus, ejus aſſiſterent lectulo, ſic illis locutus eſt,dicens : Jam nunc Fratres pergite,& cum ceteris,qui nunc ſunt cœnaturi cibum ſumite. Sed cum alios ibi adeſſe non cernerent Fratres,quos ibi relinquerent, & hoc, quod juſſerat implere dubitarent ; iterum illis dixit : Nolite de me, filioli, nunc eſſe ſoliciti, ſed ſicut nunc juſſi hinc feſtinanter abite, cellulæque oſtium poſt vos claudere curate. Cumque ſubito,ſicut dixerat, cella exiſſent, & poſt ſe cellæ oſtium clauderent;non,ſicut præceperat,ad cœnam perrexerunt, ſed ante cellæ oſtium tacite perſtiterunt. Et ecce ſubito lux, cum odoris magna fragrantia emiſſa, omne illius cellæ ſpatium implevit ; & tantæ claritatis ſplendor circa illos emicuit, ut eorum corda inæſtimabili pavore perſtringeret. Tunc ſanctus vir viribus receptis,ſumma cum cordis exultatione ſubito clamare cœpit : Gratias non modicas vobis ago, eo quod ſervum veſtrum viſitare dignati eſtis : ipſi etenim ſcitis, quàm ſemper multum dilexi, atque prout potui ſedula mente vobis fidelitatem ſervavi. Nunc autem veſtris dignis orationibus me adjuvate; atque, ut ſecurus ante tremendi examinis tribunal aſſiſtere poſſim, univerſitatis Judicem ipſum enixius pro me orate. Cumque hoc crebrius diceret,atque poſt hæc quaſi ſub ſilentio vocem comprimeret ; paulatim lux, quæ fuerat emiſſa, ſubtracta eſt; ſed is,quem diximus, odor remanſit. Nam cum Fratres illi, qui ante cellæ fores perſtiterant, jam ſecum ſociatis aliquibus Fratribus, ad illum audacter introirent ; cum ſine mora percunctati ſunt, cum quibus, nullo ibi remanente, locutus fuiſſet. Quibus ille ait : Domina mea Maria, quam ſemper dilexi, ſociatis ſecum aliis Virginibus, me viſitare dignata eſt, atque ſubito me de hac vita migraturum manifeſtavit. Sed jam nunc Fratres omnes convocate,atque in hora exitus mei, quæ vicina eſt,pro me peccatore Domini miſericordiam enixius implorate. Cumque omnes Fratres,una cum præfato *d* Præſule ; ſimul & clero conveniſſent ; pſallentibus omnibus & flentibus, accepto viatico;cum per ſeptẽ, ſicut diximus,annos,menſes tres, & dies octo cœnobium honeſtiſſime rexiſſet,undecimo Kalendas Junii ſuum conſummavit agonem, atque carnis ergaſtulo exutus animam cælo reddidit.

ager

ſpectantibus duobus monachis B

inviſitur à Deipara,

D

d *& ſumpto palam viatico moritur,*

14 Quo defuncto tota urbs ita luctu repleta eſt, ut vix in tota civitate domus inveniretur, in quo lamentum non audiretur & planctus. Nam & venerabilis hujus ſancti cœnobii Præpoſitus, Rimprandus nomine, ſæpe nobis narrare conſueverat, dicens : In illis diebus cum adhuc in domo paterna manerem, cum quidam nobis vicinus Presbyter ipſa die ab urbe ſupradicta eſſet egreſſus, & à vicinis noſtris quid boni in civitate vidiſſet vel audiſſet, interrogaretur, tale nobis dedit reſponſum dicens ; Ad multorum certe obſequia mortuorum, Pontificum, Regum, Ducum,ac Marchionum, & Abbatum interfui, & nunquam tam grandem luctum, tamque grave lamentum audivi, ſicut hodie in tranſitu Domini Joannis Abbatis in noſtra civitate proſpexi. Ubique luctus audiebatur, & planctus : et vix in urbe tota domus, in qua lamentum non audiretur, inveniebatur. Undique pẽr plateas divites & pauperes, viduę ſimul & orphani concurrebant, ut ad obſequia ſancti Patris occurrere potuiſſent. Flebant igitur nimium monachi,eo quod tantum ac talem amiſiſſent Paſtorem ; Pontifex etiam ſimul cum populo flebat, pro eo quod tali carerent Patrono : inſuper & pauperes flebant in deſtitutione tanti Patris, à quo quotidie eleemoſynis recreabantur. Sepultus eſt autem idem venerabilis Pater à dicto Pontifice & Fratribus intra monaſterii clauſtrum, juxta majorem eccleſiam,in locello marmoreo: in quo loco, ad oſtendendam ſancti viri virtutem,multa Dominus beneficia inibi petentibus largire dignatus eſt.

cum magno omnium luctu:

E

claret miraculis.

15 Igitur cum jam prænominatus Antiſtes de talis viri tranſitu, ſimul & cœnobii deſtitutione, triſtis mœrenſque permaneret ; divino afflatus ſpiritu cum magna ſolicitudine *e* perquirere cœpit, ubi monachum, quem dignum in ſui monaſterii conſtitueret Abbatem, invenire potuiſſet. Cumque hoc devote perageret, interveniente B. Joanne Apoſtolo & Euangeliſta, atque præſtantibus viri ſancti meritis, invenit quemdam venerabilem monachum in cœnobio S.Petri, quod Cælum-aureum cognominatur, Joannem nomine, olim prædictæ matris ſuæ eccleſiæ ſtrenuiſſimum Canonicum;quem Domini pietas de hac ſeculi voragine ad monaſticum fecit habitum tranſire,caſtum,ſobrium, humilem, & longi jejunii maceratione caſtigatum,eleemoſynis largum, atque à prædicti Monaſterii Abbate,Domino Azzone,regulariter receptum, cum conſenſu & permiſſione dicti Abbatis;& à monachis electione facta,& ſubter confirmata,atque ab ipſo Epiſcopo roborata, omni cum honore Dominum prædictum Joannem Abbatem conſecravit.

F

e *ſufficitur e Ioannes alter,*

16 Sed neque hoc prætereundum dignum eſſe reor,quod Dominus ob hujus ſancti viri merita noſtris temporibus oſtendere dignatus eſt.Temporibus namque Hugonis Pontificis, qui *f* tertius poſt Sigifredum Præſulem in præfata Eccleſia Epiſcopatum tenuit,

transfertur corpus ad novam eccleſiam,

f

A *cohibet alios à vindicta,*

sui vindictam furentes, ne ullam ei inferrent molestiam, magna cum gravitate compescuit. Cumque prædicta mulier in sanctum virum multa, sicut diximus, nefanda verba injiceret, & quasi jam à labore fessa quiescere vellet; mox magno cum clamore cœpit à sancto viro veniam postulare, atque ex gutturis dolore jam se morti propinquam esse anxie pronuntiare. Et cum diu se ream esse, & ob meritum sancti viri hoc sibi eveniſſe cum lacrymis clamitaret; illico ad sancti viri vestigia deducitur, atque ad pedes ejus lacrymans prosternitur. Cumque diutissime, socio jam dicto Archidiacono ipsiusque sancti viri fratribus, ipsum, ut sibi misereretur, cum lacrymis exoraret, & sanctus vir se indignum ac tanti facti non esse idoneum pronuntiaret; tamen ob illorum petitionem illico misericordia motus est, atque pro illa preces fundere non est dedignatus. Nam cum signaculum sanctæ Crucis in ejus guttura imprimeret, & Domini pietatem pro ea enixius oraret; ad ejus jussum, continuo ut eam tetigit, quoddam sanguineum ac fœtidum in nucis modum ex ore projecit; moxque à terra sana surrexit, Deum quoque cum magna cordis exultatione laudare cœpit.

eamque à gutturis dolore sanat.

B 9 Fixum nunc paululum teneamus ingressum, factaque in tanti viri laudem aliquantulum mente cogitemus. Stemus interim, & videamus, si vir iste beatus in hoc suo facto Domini præcepta sit secutus. Dicit enim ipse in Euangelio: Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Vere sanctus iste pro hac muliere oravit, quando se maledicenti non maledixit, sed è contrario benedixit, atque ejus convitia patienter sustinuit; & non tantum patienter sustinuit, verum etiam pro ea Domini misericordiam imploravit; atque ad pristinam usque sanitatem orando perduxit. In quo facto, nos desidiosi & male viventes confundimur, qui nec unum quidem verbum pro Christo sustinere volumus; quando vero ab aliquo Fratre convitiamur, pro unico tantum verbo millia reddimus convitia. Et si ad tempus post furorem vel iracundiam fratri aliquando parcimus, quasi magnum aliquid nobis feciſſe videmur: cum vir iste beatus mille sustinuerit convitia, & non solum, sicut diximus, vel modicum non est contristatus; sed etiam pro sibi convitiantis sanitate preces fundere non est dedignatus. Nos quidem volumus præmia vitæ habere cum Sanctis; at cum illis sustinere & pati pro Christo nolumus. Nunc ergo, Fratres, patientiæ virtutem acquirere festinemus, ut à Christo Domino illius præmia mereamur accipere, dicente; Beati Pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Nunc ista dicta sufficiant: ast vero nunc ad ea, quæ de sancto viro inchoavimus, revertamur.

præbens nobis exemplum patientiæ.

C

ANNOTATA.

a *Franciscus Sansovinus libro de Origine familiarum Italicarum* S. Joannem *statuit inter viros illustres familiæ Corrigiæ, quam ex Comitibus Habspurgensibus deducit, & avum* S. Joannis *statuit Gibertum, qui tempore Caroli Magni floruisset circa annum* DCCLXXX. *Quæ aliaque ibi relata non cohærent, sed absque fundamento ex cogitata sunt. Ferrarius ait patrem ejus* Joannem *Picus* Gerardum, *ac matrem* Euphrosynam *fuisse. In Silentio Vitam scribentis Vitæ Auctoris nolumus similia admittere, ac sufficiat eum* ex optimo genere originem duxisse.

b *Picus credit* habitum S. Basilii ibidem susceptum.

c *Rubeus sub Honesto Episcopo Ravennatum tradit Synodum habitam, sed forsan potius ad annum* 976 *quam ad* 973 *referendam: aut alia potuit fuisse celebrata.*

d S. Majolus *tunc valde celebris erat Abbas Cluniacensis, cui monasterio præfuit per annos* 40, *scilicet ab anno* 954 *ad an.* 994. *Cujus varia Acta illustravimus ad diem* XI *Maji.*

AUCTORE SYNCHRONO.

e Joannes *creatus est Mutinensis Episcopus anno* 993. *Hic ex affectu ad Ordinem Benedictinum fundavit Mutinæ nobile S. Petri monasterium anno* 996, *& ex sui Egiscopatus opibus consentiente Clero locupletavit anno* 998, *utriusque rei diplomata edidit Vghellus. Mortuus dein est circa annum* 1003.

f *Hinc Picus credit consuetudinem introductam in dicto monasterio, ut in festo S. Ioannis benedicatur & distribuatur vinum. De voce* Justitiæ *eo sensu ut* vas vinarium *significet, justam unius refectionis mensuram continens, unde & nomen habet, vide Cangium in Glossario.*

g Brixellum *vulgo* Bresselo *oppidum Parmæ* VIII M. P. *dissitum prope Padum, in ditione hodierna Mutinensi.*

CAPUT II.

Alia miracula in vita & mortem patrata. Felix ejus obitus.

10 ALio quoque tempore, sicut idem Frater prædictus referebat, cum vir iste beatus idipsum iter peragere vellet, ad quemdã fluvium, nomine *a* Arnum, pervenit. Cumque idem fluvius inundatione facta sui cursus alveum egressus esset, & omnibus transvadando iter denegaret, ac multa populorum turba propter transvadandi difficultatem ibi turbata permaneret; Vir Domini prædictus, in Christo confisus, signo se sanctæ Crucis armavit; & cum suis omnibus, velut athleta, per medium furentis fluvii alveum, transire promeruit. At cum ipse fluvius in tantum crevisset, ut vix ibi navis cursum tenere potuisset; Vir sanctus ita cum suis recto tramite, adjutus Christi gratia, securus equitando transivit, ut nec etiam unda furens eorum pedes madefactaret. Quod cum gens equitatura, quæ ad hoc spectaculum cum multis aliis diversi generis hominibus aderat, vidisset, ac temere similiter equitando transvadare vellet, & Vir sanctus magno cum clamore illis, ne hoc facerent, prohiberet; atque ipsi econtra sancto viro resistendo, in fluvium temere introirent; ita vim suam aqua contra illos extorsit, ut statim in ipso fluvio necati essent, nisi vir sanctus orationibus suis protegendo, & per semetipsum eos adjuvando, cito succurreret. Quo stupefacti miraculo universi qui affuere, magnificas laudes Christo reddiderunt; & manibus in cælum erectis diutissime Deum glorificaverunt, qui ita quotidie suos non destitit Sanctos magnificare. O quam dulcis est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum! O quam sunt mira Deus tua portenta! Iste vir sanctus fluctivagos ornatus mundi, fortiter resistendo atque dimicando, illæsus calcavit; & contra se tumidum sævientemque fluvium omni cum fiducia transire promeruit.

E a *Arnum exundantem Cruce munitus transit*

alios temere sequentes liberat.

F

11 Sed neque illud silendum existimo, quod à multis referentibus audivi. Dum quodam die jam * dictus Dominus Christophorus, qui ruris curam illo in tempore habebat, suos vellet diluculo invisere famulos; eum, quo tenderet, requisivit vir Domini. Cumque quo pergere deberet ipsi indicasset, vir sanctus continuo adjecit, dicens: Cave, Frater, ut locum illum juxta spinarum condensa caute perambules, ne forte à serpente quem ibi reperies, aliquam molestiam patiaris. Quod cum Frater ille à sancto viro audisset, & secum hoc tacite in via pertractaret; mox, ut in prædemonstratum sibi locum pervenit, ibi miræ longitudinis serpentem invenit: quem mox ut vidit, nimium exhorruit; sed sanctæ Crucis signaculo munitus, atque sancti viri orationibus adjutus, illæsus in claustrum monasterii ad suos Fratres reversus est. Qui, cum eis prædictus Frater hoc quod sibi evene-

* num. 5

prædicit alteri periculum à serpente.

A tenuit,cum hujus ſancti viri oſſa in nova eccleſia, ubi nunc ejus ſepulcrum cernitur , Fratres tranſmutarent ; & accenſis luminibus cum crucibus apparatis omnes in altum pſallerent ; repente pergrande tintinnabulum unum , quod cum ceteris tintinnabulis ſonabat , cum ipſa trabe, inqua ſupra turrim pendebat, ab alto cecidit;atque laterem unum,ſuper quem corruit, in fruſta comminuit ; ipſum autem illæſum ab omni fractura permanſit.

17 Item ipſo die , cum quidam urbicus ultra fluvium g, qui juxta murum civitatis fluit, tranſire voluiſſet , dum ſuper ipſius fluminis pontem perambularet, repente cultellum,quod ſecum ferebat, in medium fluminis alveum cecidit. Cumque ſpes reperiendi ferramen nulla eſſet, jam talem ad Deum orationem fudit ; Omnipotens Deus , per hujus ſancti viri,cujus hodie oſſa tumulantur, merita & intereceſſionem,meum mihi redde cultellum.Cum vero hanc orationem compleviſſet, mox de ponte deſcendit, & juxta marginem alvei cultellum in aqua jacentem invenit.

cultellus in fluvium lapſus recipitur,

18 Item illis in diebus alius quidam urbicus,ipſius ſancti viri propinquus , cum ejus equus à fure quodam ablatus ſibi fuiſſet , ad ſepulcrum illius uſque pervenit. Et cum viri ſancti adjutorium ibi diutius imploraret , nocte ſuperveniente apparuit ei idem vir Domini in viſione nocturna;eique locum, inquo ſuus equus à fure cuſtodiebatur, oſtendit;atque cum magna ſecuritate,ut equum inde deduceret , præcepit. Cumque diluculo ſurrexiſſet , concite ſecundum viri Dei admonitionem orationis cauſa ad eccleſiam perrexit; atque mox ut ad prædemonſtratum locum pervenit, equum cum fure , ſicut ſibi prædictum fuerat,invenit. Quem cum audacter comprehendiſſet ſecundum viri ſancti admonitionem, abſque humano opere à compede ferri ſolutus eſt. Et ſic intrepidus ac ſecurus, latrone proprio aſpiciente, lætus cum equo ſuo domum remeavit.

B *& equus à fure abductus:*

19 Genitrix inſuper mea cum quadam die viſitandi gratia in monaſterium ad me perveniſſet, petiit & accipere meruit de hujus ſancti viri tumba particulam , atque ita cum gaudio ad propria remeavit : quæ cum infirmantibus de ipſa tumbæ particula ad potandum tribueret,ita,cooperante Chriſti gratia, in ſua patria actum eſt, ut omnes ex ea potantes ſani & incolumes,à quacumque detinebantur infirmitate, redderentur.

ſumpta in potu particula tumbæ agri ſanantur:

C 20 Noſtris quoq;temporibus quod obtutibus noſtris conſpeximus, ignavia quamvis preſſi , occultare non debemus.Ignaviæ namque decernitur eſſe, quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus per ſuos famulos non deſiſtit quotidie operari,ſi nos ſileamus. Verum ad cumulum laudis, quotidie fidelium votis , omnipotentis donorum largitoris gratia, ſanitatum efficacia acreſcit : quia unde Deum in Sanctis ſuis mirabilem prædicamus , virtutum continuationem examuſſim exaggeramus. Monachus namque in noſtro cœnobio exiſtens,Iſimprandus nuncupabatur & Levitæ miniſterio fungebatur , in cujus dextra cancri morbus crudeſcebat : ita ut nulli dubium eſſet, quin feſtinantius , niſi Dei omnipotentis opitulatio cito affuiſſet,ad occaſum raperetur. Archigenis *h* cataplaſma quoque defecerat , ceſſerat etiam omnis medicamenti incaſſum induſtria. Cum repente prænominatus Frater concito greſſu, à monachorum contubernio in refectorio,veluti moris eſt cibariis conſuetudinariis veſcentium, exurgens , mauſeolum adivit, in quo ſanctiſſimi Joannis Abbatis occultabantur oſſa. Lacrymis perfuſus Beatiſſimi Joannis Abbatis auxilium in ſui adjutorium invocans , ſic devote dicebat : O ſancte Joannes , qui omnibus aliis incolumitatis argumenta clementer impertiris , quæſo uberrimis lacrymis mihi miſerrimo ſalutiferum ſoſpitatis antidotum celerrime conferre digneris. Ad hanc vocem ſubito conticuit,& ſomnus ejus artubus deſideratiſſimus celeriter ipſum occupavit. Qui ſtatim obdormiſcens , & poſtmodum feſtinato expergefactus , manum dexteram ita à cancro eruderatam nactus eſt, ut nullatenus incommoditatis priſtinæ pene veſtigium inveniret. Quo facto congaudens omnipotenti Deo laudes rependit innumeras ; & S. Joannis beneficium cognoſcens,piiſſimo ac benigniſſimo omnium Salvatori magnificas cum exultatione laudes & gratias ſedulus miniſter devotiſſime lacrymans aſſidue referebat. Accedens quoque ad Fratrum collegium omnes unanimiter in unum conglomeravit,obſecrans tandem cunctorum Retributorem bonorum , pro tam ſalubri adminiculationis auxilio,laudis præconium referrent. Nos itaque,qui hæc obtulimus & conſpeximus,tanti viri miraculum ad poſterorum memoriam , ut Dei famulantes cautiores exiſtant, intimare dignum duximus : ut ſciant omnes,qui invocant nomen Domini , ipſorum orationes minime ſperni.

item cancri morbus

h

AUC. SYNCHRONO.

implorato S. Ioannes

E

21 Sunt & alia multa commemoratione digna, quæ per eum à Chriſto cognoſcuntur operata , ut ſi litteris ſcriberentur , forſitan antea nobis tempus, quam ſermo deficeret. Maxime cum ad ejus ſepulcrum quotidie febricitantes,aut aliquibus infirmitatibus laborantes,nobis cernẽtibus,perveniant;& hauſto [pulvere] de loculo marmoreo obliti, omni infirmitate ſani ad propria cũ gaudio revertantur. Nos itaque Fratres Cariſſimi,Domini omnipotentis magnalia collaudare ſtudeamus, qui talẽ nobis dignatus eſt condonare Paſtorem , cujus exemplis informamur, miraculis coruſcamus , orationibus apud Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum adjuvamur : qui , ut ſupra diximus,Beatiſſimus Joannes Parmenſis , S. Joannis Euangeliſtæ de Parma digniſſimus Abbas fuit, tempore Piiſſimi Othonis ſecundi clementiſſimi Imperatoris,qui Romanorum gubernabat Imperium,anno Domini *i* DCCLXXII ; præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto , cujus imperium ſine fine permanet in ſecula ſeculorum. Amen. *k*.

febricitantes & alii ægri curantur.

i imò DCCCC LXXXII.

k

F

ANNOTATA.

a Arnus *fluvius Hetruriæ , Florentiam interluit & Piſam, Parma autem euntibus Romam eſt rectiſſimum iter per iſtas Hetruriæ plagas.*

b S. Columbanus Abbas *colitur 21 Novembris.*

c *De tempore Epiſcopatus Reſtaldi ſupra egimus.*

d *Scilicet Sigefredo Epiſcopo, monaſterii fundatore, ut dictum num. 2.*

e *Hic aliqua deerant in Ms. Congregationis Oratorii, ſed integra in altero Ms.*

f *Interpoſito Elbuno , ſive Elburgo Epiſcopo , ſecutus* Hugo,*de quo ſupra actum.*

g *Fluvius hic* Parma *dictus: ipſi civitati nomen fecit.*

h Archigenus,*pro medico vel chirurgo, necdum alibi, quod ſciam, lectum eſt.*

i *Hactenus omnia accuratiſſime ſcripta reperiuntur: ſed unus hic nævus per oſcitantiam admiſſus ac facillime emendandus addito, ſcilicet unico* x, *ut ſupra monuimus.*

k *Ad ſcriptum erat in Vita ab Vghello communicata,* aſſervari S. Joannis hujus Abbatis corpus ſub cœnobii Parmenſis eccleſiæ ara majore.

DE S. BOBONE SEU BOVO

VIQVERIÆ IN ITALIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

G. H.

De ejus cultu, Vita ex Mss. danda, Fraxineto Saracenis erepto.

CIRCA DCCCC-LXXXVI. Viqueriæ ſitus,

Viqueria *ſeu* Vicheria, *vulgo* Voghera, *oppidum dives eſt & opulentum, Dertonam inter & Papiam, ad fluvium Stafforam, antiquis* Iriam; *unde* Viqueriam, *etiam* Iriam *ſeu potius* Vicum-Iriæ *antiquis dictum fuiſſe arbitramur cum Cluverio lib.* 1 *Italiæ antiquæ cap.* 10. *In hoc oppido, in Eccleſia Collegiata S. Laurentii, quieſcit corpus* S. Bobonis, *qui aliter* Bobus *&* Bovus *(vulgo* San-Bovo*) appellatur, & ut Protector principalis & Advocatus tam Cleri quam oppidi & territorii Viquerienſis hoc* XXII *Maji ſolenni veneratione colitur, atque in Officio quotidiano, dum Suffragia Sanctorum recitantur, ejus Commemoratio celebratur. In Miſſali Mediolanenſis Eccleſiæ anni* MDXXII, *& Breviario ejuſdem Eccleſiæ anni* MDXXXIX *&* MDLX *ſecundum inſtitutionem S. Ambroſii, in Kalendario præfixo iſta leguntur:* XI Kalendas Junii S. Bovi Confeſſoris & Juliæ Virginis & Martyris. *De hac jam ſupra egimus. Eodem die eum coli Laude-Pompeia tradit Ferrarius in Catalogo generali, licet ipſe tam ibi quam in Catalogo Sanctorum Italiæ referat ad diem* XXIII *Maji, arbitratus tunc coli Viqueriæ. Sed ex litteris Archipresbyteri Eccleſiæ Viquerianæ ſcimus, eum hoc* XXII *Maji ſolitum coli, & Acta infra inſerenda in omnibus exemplaribus habent eum* XI Kalendas Junii *vita functum. Quo etiam die refertur apud Grevenum & Molanum in Auctario Vſuardi, & apud Caniſium in Martyrologio Germanico, ubi tamē non* Bobo *ſeu* Bovus, *ſed* Bonus *ſcribitur. Colitur etiam Veronæ, ſed ut prædictus Ferrarius aſſerit* XXV *Maji. Verum in antiquis monumentis Eccleſiæ Veronenſis ab Auguſtino Valerio editis pag.* 46 *& ſeqq. extat aliqua ejus Vita, in qua litteris tranſpoſitis dicitur* migraſſe in cælum IX Kalendas Junii, *qui eſſet* XXIV *Maji, cum imprimendum fuiſſet* XI Kalendas Junii, *qui eſt jam dictus* XXII *Maji.*

Cultus ſacer S. Bobonis 22 Maji.

B

Eccleſia illi dicata cum monaſterio,

2 *Ad ſacram* S. Bobonis *venerationem confirmandam etiam conducit ſcire, ad honorem ipſius fuiſſe olim conſtructum monaſterium Ordinis Benedictini, cum eccleſia illi ſacrata, poſita prope viam, quæ Magiſtra dicitur, in capite ſuburbii S. Petro dicati, diſtante viginti circiter paſſus ab Eccleſia nova, eidem* S. Boboni *etiam ſacrata cum conventu Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum S. Franciſci, uti hæc aliaque mox referenda deſcripſit Frater Anacletus Cezzius de Vicqueria, dicti Ordinis Capuccinorum in jam memorato conventu reſidens, & nobis Genuæ tranſmiſit Ioannes Stephanus Fliſcus Societatis Ieſu, ibidem ſacræ Theologiæ Profeſſor ac deinde Rector Collegii.*

C

Vita ex 2 Mss.

3 *Vita* S. Bobonis *extat Viqueriæ in pervetuſto Legendario de Vitis Sanctorum, quo utebantur Reverendi Canonici Collegiatæ Eccleſiæ S. Laurentii de Viqueria, in recitandis Lectionibus ad Matutinum in feſtivitatibus Sanctorum. Ex quo Legendario, per Reverendum Dominum Cæſarem Cattaneum ejuſdem Eccleſiæ Canonicum Decanum ſibi commodato, deſcripſit eam ante indicatus Anacletus; qui ſub initium & iterum ſub finem teſtatur atque confirmat, ſe eamdem fideliter ad verbum extraxiſſe. Eadem Vita* S. Bobonis *extat in prægrandi pergameno cœnobii Blaburenſis prope Vlmam in Suevia Ordinis Benedictini, Paſſionali Sanctorum decimo, parte prima folio* L, *quod fuerat per Fr. Bartholomæum Krafft anno* MCCCCLXXX *elegantiſſime exaratum. Inde hanc Vitam curavit deſcribi Ioannes Gamanſius Societatis noſtræ Sacerdos, & ipſemet poſt factam curioſam collationem nobis ſubmiſit. Præterea eamdem habemus apud Boninum Mombritium, in Legendario ante ducentos annos excuſo parte* 1 *folio* 141 *& ſequentibus. Extat hinc extracta epitome, nonnullis omiſſis & aliis additis, in ſupra citatis Monumentis Eccleſiæ Veronenſis ab Auguſtino Valerio conſcriptis. Edidit etiam illuſtre Vitæ compendium ſupra citatus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ: & elogia quædam eidem compoſuerunt Scriptores Ticinenſes ſeu Papienſes, uti infra dicetur.*

& Mombritio:

4 *Tempus & locus, in quibus vixerit* Sanctus, *colligi poteſt utcumq; ex ſitu Fraxineti ejus occupatione per Saracenos, & deſtructione munitionis per S. Bobonem; de qua, qui vixit eodem tempore, Luitprandus, non procul à Viqueria Diaconus Ticinenſis ſeu Papienſis, lib.* 1 *Rerum geſtarum ab Imperatoribus & Regibus Europæ, cap.* 1 *iſta habet:* Oppidum vocabulo Fraxinetum, in Italicorum Provincialiumve confinio, mari ab uno latere cingitur, & in ceteris denſiſſima ſpinarum ſilva munitur .... Viginti Sarraceni, lintre parva ex Hiſpania egreſſi, nolentes iſtuc vento delati Chriſticolas jugulant, locumque ſibi vendicant montemque Maurum cohærentem refugium parant. Accerſitum plures in Hiſpaniam dirigunt: centum ſecum Saracenos mox reducunt; ſuaſque copias ex Hiſpania ſemper augentes, Provinciales modis omnibus inſequuntur, ſæviunt, exterminant, nihil reliqui faciunt. *Hæc aliaque ibidem Luitprandus: qui lib.* 2 *cap.* 11 *iſta addit.* Sed & Sarraceni, qui Fraxinetum inhabitabant, poſt labefactionem Provincialium, quaſdam ſummas Italiæ partes ſibi vicinas laniabant; unde tantus timor invaſerat univerſos, ut nullus eſſet, qui horum præſentiam, niſi forte tutiſſimis præſtolaretur in locis. *Hæc ibi, quibus ſimilia habet lib.* 5 *cap.* 5, *ubi indicatur apparatus Hugonis Regis, ut dictos Sarracenos è Fraxineto deturbaret:* & *cap.* 17 *dicitur* Hugo Fraxinetum ingreſſus, Saracenos omnes in montem Maurum fugere compuliſſe. *Sed cum iis fœdus iniit, ut ipſis contra Berengarium uteretur; quod factum eſt anno* DCCCXLIV. *Verum irrito eventu: hinc anno ſequenti eum in* Provinciam fugiſſe, & brevi viam univerſæ carnis ingreſſum *ſcribit cap.* 14: *quem ibidem in conſtructo à ſe monaſterio S. Petri de Arle monachum effectum aſſerit Leo Oſtienſis lib.* 1 *Chronici Caſinenſis cap.* 61. *Habemus tempus quo Sarraceni tenebant Fraxinetum, & populabantur vicinas ditiones: hinc progrediendum ad illud quo* S. Bobo *ipſum cepit, combuſſit, ac vaſtavit. Si detur alicui conjecturæ locus, poſſet hæc fundari in Hiſtoria Glabri Rodulphi monachi Cluniacenſis, cujus lib.* 1 *& pag.* 6 *iſta leguntur:* Sarraceni paulo poſt in loco, qui Fraxinetus dicitur, circumacti ab exercitu Willermi Arelatenſis Ducis, omneſque in brevi perierunt, ut ne unus quidem rediret in patriam. *Erat hic* Dux, *aliis* Comes, *aut* Princeps totius Provinciæ, Willermus, *ſive* Guillielmus, *ſub Conrado Pacifico, Rege Alamannia, Burgundiæ Transjuranæ, & regni Arelatenſis, cui ut Principi jam quaſi hereditario attribuebantur ea, quæ ipſius exercitus Duces generoſe perpetrabant. Quidni autem horum unus cenſeatur* S. Bobo? *qui Fraxinetum occupavit, ita ut ea occaſione omnes Sarraceni fuerint ex Provincia & vicinis ditionibus expulſi, cooperante reliquo dicti Willermi exercitu. Tempus rei geſtæ indicatur à Glabro, quando addit, quod* Ipſo tempore mortuus eſt Otto Imperator, ſuſcepitque filius ejus ſecundus Otto Imperium. *Factum id enim eſt anno* DCCCCLXXIII *die* III *Maji.*

E

Fraxinetum à Saracenis occupatum,

expugnat,

F

ſub Principatu Guillielmi Ducis,

circa annū 973.

5 De

A 5 *De ſitu Fraxineti iſta, ut magis probabilia, accipio ex Chorographia Honorati Bucheti, qui pagina* 170 *ita ſcribit:* Fraxinetum erat in Provincia & diœceſi Foro-Julienſi, *vulgo* Frejus, *in loco vulgo* Frainet *dicto, inter pagos* Molam, Grimaldum *&* Guardam, *paſſim* la Garde Frainet prope ſinum maris Grimaldicum. *Nomen deductum ait à fraxinis arboribus, quarum ibi maxima eſt copia, ad ſilvas usque quas* Maures *appellant, nomine conformi* Mauri, *quo uſus eſt ſupra* Luitprandus. *Denique ex ſitu* Fraxineti *reliqua loca, in Actis* S. Bobonis *relata, non procul inde poſita, cognoſci poſſunt. Sunt namque in dicta diœceſi Foro-Iulienſi loca ſub diverſis caſtris ſive caſtellis nominata circiter centum (& inter alia* Caſtrum de Caſtro-veteri) *aut Caſtra à variis Sanctis cognominata, ut facile potuerit* Caſtrum *ſeu* Caſtellum Nugherium, *in quo natus eſt* S. Bobo, *ſi non plane deletum ſit, ſub ſimili nomine latere. Quod idem de* Petra-impia *in montis cacumine facilius credi poteſt. His ita deductis, quia regione in pace conſtituta ſolitus erat* S. Bobo *quot annis Romam proficiſci, & in itinere Viqueriæ mortuus eſt* XI Kalendas Junii Sabbato Pentecoſtes, *quærendus nobis eſt annus aliquis, quo littera Dominicali* C *Paſcha incidit in diem* IV *Aprilis, & feſtum Pentecoſtes in* XXIII *Maji,* B *ut contigit anno* LXXV *&* LXXXVI *poſt nongenteſimum. Itaque ad alterutrum, & potius ad annum* DCCCCLXXXVI *arbitramur referendum felicem* S. Bobonis *ex hac vita diſceſſum.*

Situs Fraxineti & vicinorum locorum,

obitus circa an. 986.

VITA

Ex Mss. Viquerienſi & Blaburienſi atque Mombritio.

Nobilibus parentibus natus,

1 IN partibus Provinciæ, Caſtello quod Nugherium *dicitur, nobiliſſimis & Chriſtianiſſimis parentibus natus eſt beatiſſimus Bobo. Pater ejus Adelfredus, mater Odilinde nominabantur. Opibus divites & nobilitate ſublimes, vana gloria & ſeculari-bus cupiditatibus depulſis.

*Noghiers

Omnipotentis opus vigili ſub corde fovebant,
Greſſibus & fidei ſequebantur verba magiſtri.

Imo æquali voluntate & pari concordia cariſſimam nutrientes prolem, bonis eam moribus inſtruebant. Puer autem bonæ indolis creſcendo, paternum morem quaſi hereditario jure non morabatur amplecti, exercens ſe arcu & pharetra & equeſtri luctamine; ut ſi quando neceſſarium foret arcum cognoſceret, & ſi C equitandum equum non ignoraret; fide tamen Catholica eruditus, ſtudebat ut Chriſtianus in omnibus haberetur. Hoc magnum poſteritatis præſagium erat, quod cum puer nondum quindecim eſſet annorum, ſeculariter, ut mos eſt, deſiderans ſcandere inter ſeculares operationes, Chriſtianum opus retinere ſtudebat. In pueritia fidelis incola habebatur. Cum vero ad juvenilem pervenit ætatem, virtutum initio in pueritia ſumpto, de virtute in virtutem ſcandere conabatur. Quod adeo factum eſt, ut ab omnibus amaretur & cum grandi diligentia veneraretur. Et merito: incurſus enim hoſtium, Chriſticolarum terram defendendo, ſæpe refrænaverat, & pro pauperie multorum ſe clypeum oppoſuerat. Propoſuerant enim Hiſpanicolæ devaſtare Provinciam, quod ſæpenumero tentaverant: quibus ipſe, magis mori deſiderans, quam Chriſtianum nomen illis ſubjiceretur, viriliter obſiſtebat. Crevit igitur hujus valentiæ fama laudabilis, ita ut nonnulli Paganorum, piratarum quoque & latrocinantium regionem præfatam ſoliti deturbare, à barbarico impetu acquieſcerent. His & multis aliis

virtutem cum armis jungit:

Lætus uterque parens, poſito jam pondere carnis,
Ad patriam rediere ſuam, quam culpa parentum

Clauſerat, & cæli cives meruere videri.

Unde factum eſt ut totius familiæ & poſſeſſionis pondus [ad Bobonem] deverteretur, quam ipſe bene regendo opibus & moribus confovebat. EX MSS.

2 Poſt paucum vero tempus accidit, ut per Provinciæ partes, quæ una ex Tranſalpinis regionibus fertilitate potens & abundantia virorum ad præſens habetur, Paganorum perfidia ſuperabundanter excreſceret: qui ex Hiſpania navigantes, circumquaque regionem devaſtare moliebantur. Poſſidebant enim in ſuæ audacis crudelitatis auxilium inſulam, quæ Fraxenetum dicitur, quam ipſi præoccupaverant, navali munitione & maris amplexu munitam. Nullus in eam introitus habebatur, niſi quod tellus tenuem linguam in æquora porrexerat, quæ cum inſula jungebatur, quam ipſi firmiſſimæ turris munitione obſtruxerant: in hac abſque omni timore, velut in propria patria, morabantur. Excitabant ergo in Chriſtianos quotidie neces & latrocinia: & quotquot invenire vel ſuperare poterant, ad præfatam inſulam reportantes, in tuto refugio colligebant: unde innata ſuperbia Paganorum dicebant, ſe

contra Sarracenos Fraxinetum detinentes.

Quæ ſunt trans Alpes leviter devincere partes, E
Et populum Chriſti divellere lege magiſtri.

Raræ quoq; munitiones in regione illa habebantur; ſed unuſquiſque in villa ſua gaudens ante præſcriptam Paganorum incurſionem propriis utebatur: & non ſolum divites & nobiles in divitiis & nobilitate congaudebant, ſed etiam pauperes Chriſto devote ſervientes, à quo liberati ſunt, etiam in paupertate ſua cum ſumma alacritate vivebant. Poſtquam vero præſcripta incurſio prævaluit, jam multis in captivitatem ductis, Bobonem laceſſere moliti ſunt; ut fortiore de victo, accolas leviores ocius delerent. Quod audiens Bobo beatiſſimus, & quadam jam ex parte cognoſcens, quod tutum eſſet prævidit. Montis unius cacumen, quod Petra-impia nuncupatur, præoccupans, ſpeque vivens in Domino, ſecularis ſuæ munitionis ibi conſtruxit ædificium: in quo firmiſſime habitans Dominum deprecabatur quotidie, ut populum ſuum conſervaret, triumphum de inimicis & pacem concederet, ne perturbatione impiorum regnum cælorum amitteret.

munit montis cacumē;

3 Vovit etiam dicens, quod ſi ſibi Deus inimicos Chriſticolas oppugnantes ſuffocare permitteret, ſe arma depoſiturum, orphanorum & viduarum curam deinceps habiturum, beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli limina ſemel in anno, & (ſi magis poſſet) per totum vitæ ſuæ ſpatium deinceps petiturum. Sicque denique factum eſt: quod enim petiit à Deo obtinuit, & ipſe quod vovit fideliter adimplevit. Firmabatur igitur in manibus ipſius monarchiæ totius proſperitas, & admiratio cum virtutibus accreſcebat. Quod ſupradictæ gentis Regem (Regem enim habebant) latere non potuit, & ideo ſtudentes inſidiarum jaculis illum moliebantur devincere. Accidit autem ut die quadam Bobo fortiſſimus villam, in qua ſui commorabantur, tribus tantum comitantibus vernaculis viſere decreviſſet, quod confortationis ſtudio faciebat. Poſtquam ad villam perventum eſt, & ſub cujuſdam arboris patulis frondibus moraretur, (ſol enim in meridie prævalebat) arboreæ umbræ oblectamine victus dormire non diſtulit. Cui dormienti Beatus Petrus Apoſtolus ſomni viſione apparuit, dicens: F

vovet viſitare limina Apoſtolorum,

à S. Petro confortatur:

Confortare Bobo, tecum Deus, eſto robuſtus:
Nec timeas, ſed ſperne minas quas peſtifer hoſtis,
Actibus immodicis nunc nunc implere minatur.

Ego enim precibus meis à Domino obtinui, ut triumphum tibi de viſibilibus & inviſibilibus inimicis concederet; Surge tamen citiſſime, ad arcem recurre, ne inimici ad hoc mirabiliter cupidi illam valeant præoc-

EX MS.

præoccupare. His dictis nuſquam comparuit.

4 Expergefactus itaque Bobo confidendo pertimuit, & enarrans ſervis quod viderat ſomnium, properabat ad arcem, redeuntibus ſecum qui venerant. Et ecce è ſpecula quadam eminus proſpiciens, illos fere jam faſtigia montis captantes vidit. Unde perterritus ocius properabat, magis tamen greſſibus fidei quam corporali inceſſu: & iterum atque iterum Apoſtolica recolligens verba, ſe victurum ſperabat, quod loci difficultas & ocior illorum ad arcem progreſſio negare videbatur. Quapropter longa trahens ſuſpiria, Dominum exorabat dicens, Omnipotens Deus cujus obſequi voluntati nil aliud eſt, quam perfecte ditari, cui poſſibilia ſunt quæcumque impoſſibilia videntur, reſpicere digneris ad humilitatis meæ preces. Confirma in manibus meis, quod beatiſſimo Apoſtolo tuo Petro de me promittere dignatus es, ne elata ſuperbia Paganorum Chriſtianum nomen valeat delere. Et hæc dicendo arcem præintrare viriliter ſatagebat: Pagani tamen montem præoccupantes ante portam manebant. O mira potentia Salvatoris! Bobo adhuc obſecrabat & precibus repugnabat, & quod clypeo & haſta non valuit, precibus totum meruit obtinere. Per quorum medium vir beatiſſimus, ſpe providus & fide fervidus, arcem ingreditur, ſuoſque ſecum ducens, deſuper tela cœperunt dejicere. Confuſi vero Pagani, & nimio terrore perterriti, dum ſe nil profecturos aſpicerent, ad tutum refugium repedarunt; in quo fiducialiter commorantes, ſtudebant qualiter Bobonem ſuoſque devincerent.

per Saracenos obſidentes ingreditur arcem,

B

illoſque fugat:

5 Dominus Deus, populi Chriſtiani ſalutem providens, omnes illorum perturbabat inſidias. Qui poſtquam multas devaſtavêre provincias, quarum opibus divites effecti crevêre, eumque extrinſeca rabies aliquatenus deferbuiſſet, intrinſeca rabie commoti, in ſe ſuas convertêre manus: & adeo, ut nonnulli aliorum bonis invidentes, quod communiter ceperant, commune non exiſtimabant. Unuſquiſque etiam nefanda adulteria, prout poterat, exercebat: Quod non ſolum quidam de plebe operabantur, verum etiam Rex, in quo tota victoria eſſe credebatur, luxuriæ mirabiliter deditus, ſi quempiam ſuorum conjugem ſeculo habilem habere cognoſceret, contra jus omne rapere nitebatur. Sed poſtquam multas alias attentavit, &, ut voluit abuſus quievit; Portitoris illius, qui inſulæ introitu aſſidue utebatur, conjugem pulcherrimam adamavit: quam nec multas divitias, aurum, argentum, veſtes pretioſas promittendo, nec etiam minitando flectere potuit. Unde vehementer iratus Rex, quod precibus & minis non potuit, vi tandem potitus eſt. Triſtis itaque effectus eſt Portitor, & magis mortem quam vitam deſiderans, volvebat aſſidue, qualiter ſuam poſſet vindicare injuriam. Et poſt multa, multa revolvens ad portum tandem voluntatis adtinxit. Tunc puerum ad ſe accerſens quemdam, hunc precibus monuit dicens: Feſtinus adito Bobonem: cujus inclitiſſima fama tuas ut credo jam ſæpe perculit aures, & has illi meæ parvitatis litteras ſalutando deferto, quarum exemplar litterarum infra continetur. Boboni inclitiſſimo viro, Chriſticolarum clypeo, Paganus, in quo totius Fraxeneti cuſtodia ſtabilita quieſcit, ſalutem. Quia te, chriſtianitatis amatorem, cognovi hominem, cujus promiſſio firma & rata videtur; has tibi miſerabiles anguſtiæ meæ voces ſignificare ſalutiferum eſſe cognovi. Mihi etenim denegatur cum Paganis vivere, verum Chriſtianus mori deſidero. Pagani enim in ſua converſi viſcera, alter alterius neces moliuntur: exercent adulteria & rapinas; mihi etiam Rex ipſe uxorem rapuit; & quod deterius eſt, mortem minatur. Præpara igitur te, & congrega non modicam multitudinem, ad delendam inviſam gentem. Quotquot enim tecum duxeris introducam, quod in fide mea paciſcor.

ob horum & Regis luxuriam,

C

à portario monetur,

de Fraxineto tradendo:

D

6 His auditis gratias egit Bobo operanti Deo, qui fere ad portum ſalutis ſuum jam adduxerat populum; & convocans non modicam multitudinem equitum & peditum, iter aggreditur. Dum autem ad inſulam propinquarent, præmiſerunt legatos, Portitoris voluntatem renunciaturos. Qui cum gaudio remeantes, ſignificavêre victoriam de inimicis. Profecti itaque venerunt ad introitum inſulæ. Quibus Portitor portam aperiens, inſulæ denotavit introitū: quam ipſi grataner intrantes, repugnantium colla cædebant. Unuſquiſque vero circumquaque diſcurrens, quoſcumque poterat trucidabat. Ut autem ad Regem perventum eſt, à cæde ceſſandum fore judicavit inclitus Bobo; & ad ſe Regem vocans, interrogabat ſi vellet confiteri Chriſtum. Cui ille, Libentius, inquit, volo cum Chriſtianis feliciter vivere, quam cum Paganis infeliciter mori. Quod omnes audientes admirati ſunt, & educentes eum mirabiliter venerabantur: inſulam quoque comburentes devaſtaverunt, & quicumque volebant confiteri Chriſtum reſervabantur, nolentes autem duplici interitu damnabantur. Exeuntes autem cum lætitia magna baptizaverunt Regem, cum non modica multitudine ſuorum: & gratias illi agentes qui benedictus in ſecula conſervat univerſa, unuſquiſque repedavit in propria. His ita tranſactis tellus multis diebus pacificata quievit.

illud occupat & demolitur:

Regi & aliis fidem Chriſti amplexis parcit,

E

7 Sed poſtquam ſathanas ſuas caſſatas cognovit inſidias, non ſolitus à malo deſiſtere, alias molitur. Accidit ut quidam, diabolicæ fraudis ſtimulante nequitia, carnalem fratrem Bobonis auſus interficeret. Unde Bobo commotus funditus turbabatur: vincebatur enim intrinſecæ perditionis metu, vincebat tamen fortitudinis aſſumptione, & iràm in inimicum excitatam revocabat ſui miſericordia: & ita athleta Bobo plus intra ſe, quam in hoſte præliabatur. Quoties enim hoſtem cogitabat, accendebatur; ſed cum animæ ſuæ periculum pertractaret, molliebatur. Victus igitur ad tempus quievit. Poſt aliquot vero curricula temporis, Bobo tribus comitantibus vernaculis ſolum inimicum vidit: quem eminus proſpiciens, adeundum fore judicavit, dicendo: Nullus eum videtote percutiat, ſed mihi ſoli, cui debetur fratris vindicta ſervetur. Cujus voluntatem in coaptatione inimicus cognoſcens, locum evadendi non habens, de propria eſt diffiſus ſalute. Meliori tamen facto uſus, arma projicit; & ante Bobonem corruens, clamabat: Parce, parce, inclitiſſime Bobo, ne me interficias peccatorem: ſi enim interfectionem diſtuleris ſuffocabis diabolum, quem nunc cognovi de mea interfectione gaudere. His auditis, commota ſunt viſcera ejus, & pietate commotus, inter longa ſuſpiria loquebatur: Impie, crudelis, cur tale facinus perpetrare non dubitabas? putabaſne in ſolo iſto univerſum ſemen familię ſuę poſſe delere? Equidem non feciſti:

fratris ſui occiſori vitam concedit.

F

Reddere qui valeo pro factis digna, ſuperſum.
Non manibus moriere meis, ſed vive: Fidelis
Sis Domino Chriſto, qui tempore ſalvet in iſto.

Surge itaque & pacis oſculum accipe, & ne differas inimici mortales devitare inſidias, ne ipſius deprehenſus ſervitio æternaliter puniaris. Felix felicem imitatus eſt magiſtrum, qui ſuis monendo dixerat diſcipulis, Nulli malum pro malo reddentes. Quibus ita ſedatis ſiluit terra, omni gloria circumſepta.

8 Bobo quoque accreſcens quotidie, ſui compos, & voti non immemor, arma depoſuit; & totus pacificus effectus, per ſingulos annos Romipeta habebatur, memor promiſſionis Apoſtolicæ viſionis. Quotieſcumque Romam proficiſcebatur mulum ſecum ſemper ducebat, in quo vel vix; vel numquam

ſedere

A *quotannis Romam proficiſcitur:*

ſedere conſueverat: numquam tamen & abſque cæco & claudo & paupere aliquo vacuum dimittebat, & quem vehebat ciborum refectione alebat. Macerabat itaque corpus genere quodam martyrii, ne vitia carnis, delitiis accreſcentia, irrumpendi aditum invenirent. Eques enim non talibus uſus, pedeſtri exercitio terebatur; & bajulans ſibi crucem, Chriſti ſequebatur veſtigia. Sed Dominus multas ſervi ſui non deinceps paſſus ærumnas, hunc finem voluit habere Bobonis laborem. Die autem quadam cum Romam proficiſceretur, ſancto Pentecoſtes feſto appropinquante, Viqueriam ad uſque pervenit; quæ una ex Italicis villis & nobilitate laudabilis, populoſo frequentabatur acceſſu. Cum vero ad villam veniſſet, & more ſolito hoſpitaretur, pati videbatur; & non ultra progrdiens, in cujuſdam compatris ſui domo morabatur. Et prænoſcens extremum adveniſſe diem, locum elegit in quo pretioſa illius membra recondererentur. Sumenſque quidquid ſecum de facultatibus habebat, pauperibus gratanter diſtribuens, fundens vigiles preces ad Dominum, & corde integro illum exorans, XI Kalend. Junii ſancto Sabbatho Pentecoſtes,

moritur Viqueriæ.

B Membra matrem repetunt, petiit ſed ſpiritus aſtra, eo regnante, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus, per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

MIRACULA

Poſt mortem patrata.

Sepulcrum ſepimento clauditur

9 POſtquam de ejus laudabilibus actibus, in quibus ipſe ſe adhuc carnali pondere circumſeptus exercuit, ſufficienter ſignificavimus, ea quæ per eum Dominus carnali diſſoluta materia operari voluit, præſens ſtylus explicare non differat. Beatiſſimi igitur membra Bobonis ſepulturæ tradita in prædicto loco quieſcunt, ſicut ipſe vivendo diſpoſuerat. Cujus glorioſiſſimi corporis præconandæ virtutes ad tempus primitus quievêre. Aſſidue tamen per eum Dominus virtutes magnificas operabatur: nam ſi equus, vel pecus, vel aliquod animal (ut forte) ejus ſepulturam tranſiret, cominus expirabat. Unde accolæ perterriti, uſi conſilio, clauſuram ligneam circumquaque ſtruxerunt, ut & locus ſepulturæ nitidiſſime conſervaretur, & animalium deinceps jactura ceſſaret.

C Quod ita factum manebat: ſed Dominus nolens fidelis ſui virtutes diu ignorari, infirmorum, claudorum, aridorum ſalutem prævidens, hoc modo illum revelare dignatus eſt.

cæca illuminatur,

10 In Liguriæ partibus, in Caſtro quod Tragaucium dicitur, quidam juvenis morabatur, Joannes nomine, qui nimio corporis languore depreſſam ſororem habebat, lumine utroque carentem: & ideo Omnipotentem recuperatorem omnium aſſidue precabatur, ut illi perdita reſtauraret. Ad cujus humilitatis preces inclinans Dominus ſuæ miſericordiæ aures, nocturna viſione Angelum ſuum, ſanitatis conſilium deferentem, ad illum uſque direxit, dicentem: Si vis tuæ infirmitatis remedium habere ſororis, ſurge & Viqueriam feſtinus adito: ibique in capite villæ ſepulturam invenies lignis undique circumſeptam, in qua glorioſa membra Bobonis in pace quieſcunt: cujus interceſſionibus infirmitatis evaſionem & viſus reſtaurationem inveniet. His auditis ſurrexit ille, & Angelicis eſt roboratus promiſſionibus, nullo modo de ſororis diffidens ſalute, concituſque puerum itineris ductorem accerſiens, Viqueriam ad uſque pervenit: ſciſcitans ubi talis haberetur ſepultura, ad locum adtinxit, in quo contrito corde & humiliato Dominum precabatur, ut meritis & interceſſionibus inclitiſſimi ſervi ſui Bobonis paſſionem & privationem depelleret. Qui poſt orationem ex MS. ſubito proſilientes, ſana & videns effecta eſt mulier. Quod omnis audiens populus, ſenes & juvenes, virgines & viduæ, pueri & puellæ, ad ſtupendum miraculum percurrebant. Et interrogantes hominem quod acciderat, rei geſtæ viſionem per ordinem audiebant. Unde lætus effectus omnis populus in B. *corpus elevatur,* Bobonis laudibus prorumpebant, fodienteſque precioſiſſimum inveniunt corpus, à quo tanta odoris abundantia emanabat, ut ſi etiam virtutes ceſſarent, in odoris illius fragrantia corporis ſanctitas cognoſceretur. Et accipientes corpus, cum hymnis & laudibus condiderunt in ſarcophago novo. Eodem depoſitionis ſuæ die conſtruxerunt quoque baſilicam, *eccleſia conſtruitur:* ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, in qua tria altaria ædificavêre: quorum medium in honore ſanctæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ Sanctique Nicolai atque Sancti Bobonis conſecratum eſt; aliud quoque in S. Bartholomæi nomine, tertium vero in honore Archangeli & B. Benedicti ædificavêre; gratias agentes omnipotenti Deo, qui ſuum viſitare dignatus eſt populum.

11 Hoc audientes innumerabiles populi utriuſque ſexus, ad ejus limina concurrebant, Chriſti miſericordiam ejus interceſſionibus poſtulantes. Unus- E *cæcus illuminatur:* quiſque ſecundum ſuæ paſſionis effectum, ejus benignitatis precabatur auxilium. Si conſcius peccatorum obſtaculis angebatur, peccatorum remedia poſtulabat. Si corporali premebatur infirmitate, paſſionis evaſionem, Sancti intercedentibus meritis, inveniebat. Sonuit igitur fama virtutum, & diffamando miraculo tota provincia replebatur. Quo audito quidam cæcus effectus, in caſtro quod Rivus-turbi- *contractus ſanatur:* dus dicitur degens, abſque mora ad S. Bobonis glorioſa conductus veſtibula ejus merita precabatur, dicens; Inclitiſſime fidelis Domini benedicte Bobo, miſerrimo mihi peccatori ſubvenire non differas. Exaudi in cæcitate laborantem, ejus poſtulando virtutem, qui cæci nati oculos aperuit, qui eſt benedictus in ſecula. Qui poſtquam ab oratione ſurrexit, oculorum remota albugine, optatam meruit videre lucem, laudans & magnificans omnipotentiam Creatoris, qui ſolo præcepto reſtaurat univerſa. His ita tranſactis, alius quidam in villâ quæ Carlaxe dicitur morabatur, quem ita ſuperveniens ægritudo contraxerat, quod vel vix vel numquam cælum videre F valeret: pedum officio minime utebatur: ſed manibus ſcabella vehentibus, genibus proficiſcebatur. Qui virtutum audiens famam, ejus tendere ad limina nitebatur: ſed poſtquam ſanctum pervenit ad limen, more ſolito ingredi feſtinabat, benedicens Dominum qui ſuum aſſidue erigebat populum.

alia cæca illuminantur:

12 Dum hæc talia agerentur, & ad præconanda miracula populi frequentia adveniret, puella quædam, cæcitatis obſtaculo diu tribulata, in Montebello ſolita habitare, advenerat. Et audiens quod factum fuerat, multis audientibus precabatur dicens: Et mihi ſubveniant quæſo ſanctiſſimæ preces pietatis tuæ. Me miſeram, ſuccurre precor te corde precanti, ut oculorum cęcitate depulſa, meę mentis oculos dehinc ad religionis opus aperias. Vix illa verba compleverat, nullo interveniente temporis ſpatio, ſana facta dicebat; Benedictus es Deus omnipotens, qui patris mei Bobonis meritis me in hac horâ viſitare dignatus es. Unde populi exultantes qui advenerant, & alii præ gaudio flentes, Conditoris laudabant magnalia.

12 Alia quoque miracula quę ſequuntur, nullo modo credo prætereunda. Secretum enim Regis celare bonum eſt, ſed Dei mirabilia enarrare magnificum eſt. In Caſtro quod Caſelle dicitur duo homines mora-

EX MS.

morabantur, qui eâdem ægritudine devincti, fere nulla membrorum habebant officia : curvata enim erat junctura membrorum adeo, quod nec brachia neque tibias valerent distendere. Quadam die itaque quod optaverant facere decreverunt, & immissi vehiculo ad ejus usque perducuntur ecclesiam. Qui postquam de vehiculo sunt depositi, & ante altare adducti, per spatium ferme duarum horarum prostrati jacuêre, orationes ad Dominum pro ut noverant effundentes. Ossium crepitus, cum membra distenderentur, palàtim audiebantur. Illi quoque vociferantes præ nimio dolore preces miserabiliter effundebant. Mirabile satis, qui per multa temporum spatia eamdem infirmitatem perpessi fuerant, eodem momento sanitati sunt restituti. Exeuntes

Sanantur contracti plures

Gaudebant sani propriis incedere plantis,
Quos aliena modo conductio duxerat illuc.

14 His ita pristinæ sanitati restitutis, alius quidam de Lacusano qui manus habendo illorum carebat officiis, advenit; & postquam sanctissima tetigit limina, sanitati restitutus contractionis impedimentum evasit. Nec non quidam in Castro quodam, quod Via-cava dicitur, nutritus, pedum officio destitutus, evasit infirmitatis obstaculum. Post quorum evasionem puella quædam de Vico-piculo, febribus & alia ægritudine circumsepta, ejus auxilia postulabat : cujus ipse exaudiens preces, pristinæ restituit sanitati. Quidam quoque puerulus Papiensis advenerat, corporis infirmitate omnino constrictus, quem illico sanitati restituit. Advenit etiam Bobiensis quidam, qui guttæ impedimento funditus loquelam amiserat; cui post diuturnas cordis contritiones, redduntur officia. Advenit etiam quædam mulier cæca, habitans in Castro quod S. Julittæ nomine sonat : quæ diu rogitans suæ pietatis auxilium, ad portum tandem voluntatis adtinxit. Quidam quoque de Lardiraco, aridus in parte membrorum ; & cæcus unus de Lomello, gratia propriæ consolationis advenerant, ejus misericordiam miserabiliter postulantes : & ideo unusquisque petitionis susceptit consilium. Alter enim horum sanitatem accepit membrorum ; alter vero, cæcitate depulsa, optatam potuit lucem videre. In Viqueriâ quoque quædam Theutonica mulier morabatur, cui neque pedibus proficisci, neque manibus aliquid operari licebat : quæ videns eum assidue tantas operari virtutes, sui misericordiam exspectabat : & ipsa tandem quod exspectavit obtinuit.

C *& morbi varii*

B Mulier etiam de Aquitaniâ aridam habens manum, & mutus quidam ad ejus postulanda suffragia advenêre : & dum aliquandiu ibi commorarentur, femina sanitatem manus invenit, & vir ut optaverat loquebatur. De Adda quoque cæcus quidam advenerat, qui mox ut ejus tetigit limina, lumen recepit. De Laudensibus vero partibus homo quidam, secum ducens puerulum, advenit, ambo membrorum gravati contractione : quos eodem die sanitati restituit. Inter tot & tantas nominabiles virtutes homo quidam advenit, quem morbus qui vulgo cancer dicitur adeo devastaverat, quod fere jam oculum dextrum amiserat. Qui diu vigiles fundens ad Dominum preces, ita pristinæ restitutus est sanitati, quod nec in facie illius etiam plagæ cicatrix inveniretur. Hoc peracto miraculo & mulier quædam advenit, per cujus os dæmon loquebatur, dicens,

& aliter ægri

Bobo tuis precibus cur me compellis abire.
Et terribiles emittendo rugitus,
Compulsus tandem precibus Bobonis abivit.

15 Aliud quoque miraculum, quod inter cetera patratum audivi, scriptum etiam vidisse me recolo, prætereundum non credo. Equites quidam tanta de eo mirabilia audientes, Viqueriam adire festinant ; non ut delictorum suorum veniam postularent, sed

2 blasphemantes,

ut viderent mirabilia quæ fiebant ; quos hac intentione venisse sequens littera declarabit. Postquam cerę multitudinem advenire conspicerent, cupiditate devicti, candelas à monachis altare custodientibus obnixe petebant. Quorum illi annuentes petitionibus prout poterant, caritatis studio impartiebant ; sed quia illorum non replebatur cupiditas, blasphemantes, monachos mirabiliter vituperabant : unde tristes effecti monachi, lamentabantur, à B. Bobone auxilium acclamantes. Illi vero cum superbia recedentes, à minis nullo modo desistebant ; sed postquam à monasterio discessissent, cæcitate percussi ultra progredi non valebant. Stupefacti igitur & multo dissoluti timore, quia ultra progredi non valebant, revertebantur, corde integro veniam postulantes. O Divina potentia & præconanda glorificatio ! qui paulo ante veneraut, ut in aliis virtutum operationes viderent, in se proprias agnoscentes gaudebant. Hoc audientes universi populi, concurrentes dicebant ; Benedictus Deus omnipotens, qui facis mirabilia solus.

cæcitate percussi sanantur.

16 Duo quoque Milites, necessitatis suæ causa Viqueriam ad usque pervenerant. Dumque ibi aliquandiu commorarentur, inter diversas fermocinationes alter alterum interpellabat, dicens ; Velles ad ecclesiam S. Bobonis proficisci ? Cui ille, Vadant, inquit illi, qui illius virtutis auxilio indigent : nos autem sani & incolumes, non talibus indigentes virtutibus, ad propria redeamus. Quo facto conabantur [iter] supplere, & proficisci incipientes cum ad villæ exitum pervenirent, equos calcaribus & verberibus urgentes nullo modo egredi potuerunt. Descendentes itaque, quod equites non poterant, pedites complere conabantur. Sed nec uno nec alio modo egredi valuêre, donec prius ad S. Bobonis merita, ejus collaudando virtutes pervenirent. Et postquam sanctam intravêre ecclesiam, qui modo confusi advenerant, læti effecti, Christi laudabant magnalia : offerentesque prout poterant dona & vota voventes, ad propria cum gaudio sunt reversi. Amen.

E *2 negligentes ejus ecclesiam visitare puniuntur.*

DE CORPORE S. BOBONIS.

Sitne Viqueriæ an Papiæ, aut saltem aliquando hic fuerit ?

F *Controversia est de Corpore*

1 *Controversia de loco, in quo requievit corpus* S. Bobonis, *agitatur inter Papienses & Viquerienses. Philippus Ferrarius, in Academia Papiensi publicus Mathematices Professor, in Catalogo Sanctorum Italiæ anno* MDCXIII *excuso, & encomio* S. Bobonis *scripserat,* corpus S. Bobonis apud Ticinensem urbem, in ecclesia S. Apollinaris, repertum fuisse. *At postmodum in Catalogo generali Sanctorum, anno* MDCXV *edito, quasi modestè retractans priorem sententiam, ista annotat :* Corpus Vico-Iriæ jacet, licet Papiæ etiam esse feratur. *Nos prius referemus quæ à Viquerienſibus allegantur.*

quod Viqueriæ sepultum :

2 *Ac primo certum est, corpus* S. Bobonis *fuisse ex ejus præscripto Viqueriæ sepultum, & miraculis claruisse, ac tunc elevatum atque in novo sarcophago conditum : deinde basilicam constructam, in eaque altare ad honorem* S. Bobonis *consecratum. Postmodum anno* MCCCLXIX *inventum est corpus apud Viquerienses in medio altari die* XXII *Februarii, qui tunc incidebat in feriam tertiam post Dominicam primam Quadragesimæ. Mox autem à die* XXIIII *Februarii, intra tres menses, scilicet usque ad diem* XXII *Maji, ejus meritis & intercessione patrata fuerunt illustria miracula duo & quadraginta : quæ paucis tunc descripta extant in archivio Collegiatæ Ecclesiæ S. Laurentii, vocabulis & characteribus antiquis, prout illis temporibus in usu erant : ex quo Ms. sibi à D. Nicolao de Ruys accommodato,*

an. 1469 inventum,

miraculis claruit:

ea

A ea deſcripſit ſupra indicatus Anacletus Ceucius Capuccinus, quæ ejus manu exarata nobis Genua tranſmiſit ſupra memoratus Ioannes Stephanus Fliſcus Societatis Ieſu, & nos infra damus. Feſtum inventionis illius ſolenni cultu & magno populi concurſu celebratur quotannis Dominica ſecunda Quadrageſimæ, ſcilicet proxima poſt ipſam inventionem, quo tempore clarebat Sanctus novis miraculis.

3 Denique anno MCCCCLXX, id eſt ſequente poſt inventionem, ſacrum corpus reconditum & recluſum in novam arcam marmoream, deſuper ipſum altare depoſitum eſt XXI Maji hora Veſperarum, quæ tunc ſolenniter de ipſo Sancto recitabantur, eo quod feſtum ſequenti die eſſet celebrandum. Authenticum inſtrumentum hujus recluſionis addimus à Carolo Veſpaſiano Garino Eccleſiæ Collegiatæ S. Laurentii Archipresbytero communicatum, & à dicto Fliſco nobis tranſmiſſum: qui etiam ex memoria domeſtica Franciſci Negri, Canonici olim Viquerienſis, illud tranſmiſit teſtimonium: Anno MDXXII die VII menſis Novembris, circa horam vigeſimam, Corpus S. Bobonis de Viqueria fuit exportatum per Reverendos Dominos Canonicos & Clericos S. Laurentii oppidi Viqueriæ, & alios Clericos de dicta eccleſia S. Laurentii, & fuit poſitum in ſacriſtia ejuſdem eccleſiæ. Hæc ibi. Addit Garinus id factum ob ſemina belli, tunc ſuſcitati in illis partibus à milite Gallicano Franciſci Regis, qui poſtea Papiam obſidens, fuit captus XXIV Februarii anno MDXXV.

an. 1470. recluſum,

an. 1522 delatum ad Sacriſtiam.

B

4 Huc poſtremo ſpectant aliquot petræ ſeu laminæ marmoreæ, deſumptæ ex antiqua arca, in qua reconditum fuit corpus S. Bobonis. Horum una & primaria poſita eſt in interiori angulo dextro prope altare majus, & continebat iſta verba: Hic jacet corpus & membra S. Bobonis de Viqueria, poſita in præſenti arca nova MCCCCLXX die ultimo Aprilis. Repoſitam autē fuiſſe arcam deſuper altare XXI Maji jam diximus. Alia petra marmorea poſita eſt ſupra portam Conventus dictæ eccleſiæ, in qua ſculpta eſt imago Domini noſtri Ieſu Chriſti in ſepulcro. Alia etiam petra, in qua imago S. Bobonis ſuper equū, poſita eſt ſupra portam eccleſiæ prope tectum. In alia denique eſt imago cadaveris ipſius Sancti, cum enſe præ manibus, & poſita in ante dicto angulo eccleſiæ ſupra illam primo relatam. Quæ omnia latius deſcribit ſæpius laudatus Capuccinus Anacletus, aſſerens ſe juniorem vidiſſe arcam illam priuſquam dirumperetur. Et hæc ſunt quæ pro ſua poſſeſſione proferunt Viquerienſes.

veteris tumuli marmoreæ tabula.

5 At contra Papienſes etiam proferunt antiqua monumenta, ſcilicet Rodobaldi iſtius nominis ſecundi Epiſcopi, qui dicitur ſediſſe ab anno XXX uſque ad annum LIV ſupra milleſimū & ducenteſimum, Hunc enim aſſerit Vghellus tomo I Italiæ ſacræ in Epiſcopis Papienſibus, civitatis ſanctarū Reliquiarum repertorium conſtituiſſe, ne obliviosa vetuſtas illarum deleret memoriam. De hoc autem Ricobaldo ad annum MCCXXXVI ſcribit Paulus Paratus in ſua hiſtoria: In monaſterio S. Apollinaris extra urbem in dicta eccleſia jacet corpus S. Apollinaris Archiepiſcopi Ravennæ: item in dicta eccleſia eſt ſparzata de ferro, ubi jacet corpus S. Bobonis Confeſſoris & Militis Provinciæ. Hæc ibi, quibus conformia leguntur in Hiſtoria Ticinenſi, Gallicana appellata, ſcripta Avenione à quodam AulicoGallico, ubi ad annum MCCCXXX dicitur: In eccleſia S. Apollinaris corpus S. Bobonis, Militis Provincialis, qui totam Provinciam à Sarracenis armis ſuis ſtrenue liberavit: inde tendens Romam peregre moritur: à Viqueria Papiam tranſlatus eſt. Hæc ibi. Verum quo tempore hi duo ſcriptores vixerint, non potuimus aſſequi. At Iacobus Gualla Patricius Ticinenſis, qui anno MDV è vita deceſſit, lib. 3 Sanctuarii Papiæ cap. 7 iſta habet: Apollinaris eo in delubro, à ſuo nomine nuncupato tumulatur: qui ſanctitate clariſſimus ab Apoſtolo Principe Petro fuit ordinatus Epiſcopus, Ravennam deinde mittitur ad pontificandum. Cujus quidem ſacrum corpus per tempora Ticinum dela-

Papiæ dicitur corpus S. Bobonis fuiſſe anno 1236,

& anno 1330,

& ci.. an. 1500,

C

tum eam in ſacram ædem, in pervetuſta crypta fuit conditum . . . Bobonis quoq; ſancti Militis ex Provincia oriundi, qui pro Chriſti fide contra Sarracenos ſtrenue pugnavit, quique, dum Romam peregrinus properaret, apud Viqueriam gravi morbo correptus moritur: venerabile ejuſdem corpus Ticinum delatum, præcipua devotione ibidem colitur, una cum brachio S. Thomæ de Aquino. Hactenus Gualla: quem deſcribit & ſequitur Stephanus Brenventanus Papienſis lib. 4 Hiſtoriæ Antiquitatum Papienſium Italice anno MDLXX excuſæ cap. 2; ubi addit, prædictam eccleſiam S. Apollinaris, cum Franciſcus Rex Francorum anno MDXXIV Papiam obſideret, ſolo æquatam fuiſſe, & omnia ſacra ad eccleſiam S. Thomæ Ordinis Prædicatorum tranſlata fuiſſe.

EX MS. *cum corpore S. Apollinaris Epiſc. Ravennæ.*

& brachio S. Thomæ de Aquino:

6 Verum plura valde difficilia in iſta relatione reperiuntur. Ravennates enim aſſerunt corpus S. Apollinaris eſſe in cœnobio ipſi dicato in Claſſe oppido, vix tribus millibus Ravenna diſtante: quod auctoritate Alexandri III Pontificis anno MCLXXIII eſt examinatum ab Ildebrando & Theodino Cardinalibus, Gerardo Archiepiſcopo Ravennate aliiſque, & anathematis pœna iis propoſita qui alibi eſſe D. Apollinaris ſanctum corpus affirmarent. Noviſſime anno MDXI, cum Iulius ſecundus Papa eſſet Ravennæ, facta eſt nova corporis ejus tranſlatio cujus plenam hiſtoriam habemus edendam ad diem ejus Natalem XXIII Iulii. Interim videri poſſunt quæ Rubeus ſcripſit lib. 5 Hiſtoriæ Ravennatum pag. 241. Omitto autem varia monumenta quæ habemus de corpore S. Apollinaris in Germaniam delato, alius enim fortaſis Apollinaris is eſt: interim videri poſſunt quædam apud Hermannum Crombach Societatis Ieſu in Hiſtoria trium Regum Magorum tomo 3 lib. 2 cap. 11. Minor eſt ſcrupulus, eſt tamen aliquis circa brachium S. Thomæ Aquinatis, ibidem Papiæ ut præfertur aſſervatum: nam brachia ejus diximus ad Vitam VII Martii pag. 740 depoſita eſſe unum in Conventu Pariſienſi, alterum Neapoli in eccleſia S. Dominici, diciturque brachium verum Regi oblatum, & ipſo aliiſque comitantibus delatum ad Conventum Pariſienſem, deinde, os verum brachii de nodo ad nodum integrum aſſenſu, Definitorum Capituli generalis Neapolim tranſmiſſum. Sed cum hic loquendi modus ſignificet ſolum os primarium ab humero ad cubitum; nihil impedit quominus minora duo oſſa, à cubito ad carpum pertinentia, diviſim à majori oſſe alibi habeantur, & eorum unum Papiæ ſit. Similiter ſuſpicari poſſemus ſolum aliqua SS. Apollinaris ac Bobonis oſſa ibidem exiſtentia, ſumi & appellari pro integris corporibus: aut Papiæ eſſe Reliquias vel corpora aliorum Sanctorum cognominum, quæ mox credantur SS. Apollinaris Ravennatis & Bobonis Viquerienſis, uti ſæpiſſime deprehendimus factum in variis Sanctis: vel denique Corporibus Sanctorum anonymorum, ob affectum erga dictos Sanctos, impoſita horum nomina, & pro veneratione aſſumptos dies eorum natales.

ſed corpus S. Apollinaris aliis Claſſenſi in monaſterio.

E

& brachia S. Thomæ ſunt Pariſiis & Neapoli.

Quomodo eadem Papiæ adſcribantur.

F

7 Interim qualecumque fuerit illud corpus S. Bobonis, ob deſtruendam eccleſiam delatum Papiam, primum ad eccleſiam S. Thomæ Ordinis Prædicatorum, inde tranſlatum eſt ad eccleſiam ſanctimonialium S. Catharinæ de Senis, atque ibi in capſa marmorea pie aſſervatum. Verum quia prædictæ ſanctimoniales novam eccleſiam conſtrui fecerunt, cum aliis rebus etiam prafatum corpus in dicta capſa marmorea reconditum, ſolenni proceſſione & multis luminibus accenſis, de veteri ad novam eccleſiam deportatum eſt die Veneris XXIX Aprilis anno MDCXXXIX, ſub auſpiciis admodum Reverendæ Matris, Sororis Vrſulæ Hyacinthæ Bottæ, ejuſdem monaſterii Prioriſſæ. Quæ omnia communicavit ſupra laudatus Carolus Veſpaſianus Garinus, ſub finem addens S. Bobonem Viqueriæ, Laude, Pompeia, & per totam Lombardiam invocari in morbis & moleſtiis beſtiarum & armentorum, occaſione ſumpta ex primis miraculis ad ſepulcrum patratis.

Corpus illud ſæpius tranſlatū.

uſq; ad an. 1639.

MIRACULA

Anno MCCCCLXIX poſt inventionem Corporis facta, & nova illius recluſio anno MCCCCLXX.

Ex Ms. Viguerienſi.

ISta ſunt miracula nuper obtenta à S. Bobone, cujus corpus inventum eſt anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono, die vigeſimo ſecundo Februarii.

Initium miraculorum fuit in peregrino, qui nihil ſentiebat de uno brachio, & facta oratione obtinuit ſalutem.

Item in filio Stephani Gabriani de Viqueria, qui non poterat ambulare, facta oratione obtinuit greſſum.

Item in Joanne Antonio de Ricciis, qui habebat tres digitos curvos & manum curvam, facta oratione
B liberatus fuit, vigilando totam noctem ſupra foveam, in qua erat ſepultus.

Item in filia Hilarii de Gentilis de Terdona, quæ patiebatur fluxum corporis, facta oratione per parentes habuit ſanitatem.

Item in ſorore Domini Presbyteri de Povris de Viqueria, que ſtetit per annos ſeptem curva; & facta oratione obtinuit ſanitatem, & ſtetit per totam noctem in fovea B. Bobonis.

Item in homine de Novaria, qui patiebatur in juncturis pedum guttam, & ſtatim oratione facta obtinuit ſanitatem.

Item in Zanino de Pilie, qui in ætate annorum ſexaginta apertus in utraque parte, ſtatim ſanus effectus eſt, & vigilavit per totam noctem in fovea B. Bobonis de Vigueria.

Item in Bono Merio, qui habebat genua curva, & oratione facta ſanus reductus eſt.

Item Antonia Tarinacia de Viqueria, ſanata eſt de una infirmitate, ſuæ à morbo fiſtulæ, quam portavit per annos decem & octo, & facta oratione recepit ſanitatem.

Item in uno puero de la Turri, annorum duorum aperto ab uno latere, facto voto per parentes, liberatus eſt.

C Item in una Domina de Pontecurrono, quæ habebat guttam in uno brachio, quod non poterat ipſum movere: & facta oratione recepit ſanitatem ſtatim.

Item in una puella de Porana, quæ habebat ſignum in oculo dextro, & propterea nihil videbat; & facta oratione recepit viſum & ſignum evanuit.

Item quidam juvenis de Caſtro-novo, qui habebat tibiam fiſtulatam in quinque partibus, & vovit ſe devote B. Boboni, & facta oratione recepit ſanitatem, & liberatus eſt totaliter.

Item Lazarinus de Ferrariis de Silvano, qui erat apertus ab utroque latere, vovit viſitare eccleſiam, & vigilare per totam noctem: & facta oratione recepit ſanitatem.

Item quædam Marieta de Monteregali, quæ carebat viſu in oculo ſiniſtro, & patiebatur in uno brachio, & non valebat movere id; devote oratione facta recepit viſum in dicto oculo, & in brachio recepit ſanitatem die XII Martii.

Item in una puella de Silvano, quæ habebat unum brachium quaſi aridum, de quo non valebat ſe adjuvare; per interceſſionem S. Bobonis, & facta oratione cum magna devotione, habuit ſanitatem.

Item quidam puer de Calcabatio, annorum quatuor apertus ab uno latere, facto voto per parentes obtinuit ſanitatem. D

Item unus de Caſali, apertus ab utroque latere, facta oratione ſanatus eſt.

Item quædam puella de Silvano habebat ſuas variolas in oculis: & devote oratione facta, liberata eſt ab illis variolis.

Item mulier de tertio ordine de Pontecurrono tota infirma, & vix poterat ambulare & non poterat erigere brachium dextrum; & facto voto ſanata eſt totaliter Dei gratia & S. Bobonis.

Item quædam mulier de Caſtro-novo habebat certam infirmitatem in ancha ſiniſtra & non poterat ambulare niſi cum baculo. Votum emiſit; & completa oratione recepit ſanitatem, & dimiſit baculum ante altare appenſum.

Item quædam Bertramina de Caſtro-novo de Torris diœceſis Terdonenſis, quæ patiebatur malum in tibia ſiniſtra, ita quod non valebat ipſam erigere, nec ambulare; voto facto S. Boboni, & facta oratione devote habuit ſanitatem die XXIII Martii.

Item una de Caſtro-novo nomine Iſabeta de Cataneis patiebatur in brachiis & in genibus, ita quod E
non valebat flectere genua, & portavit febrem quartanam per quatuor annos; facta diſciplina, & vigilia, & voto, ab iſtis malis habuit ſanitatem.

Item quædam mulier de Terdona, quæ quaſi nihil videbat, vovit ſe S. Boboni viſitare eccleſiam, & evigilare per totam noctem. Completo voto, & oratione finita, Dei gratia obtinuit ſanitatem, & viſum recepit die III Aprilis.

Item Jacobus de Nolo, totus ſtropiatus ab una parte, ita quod non poterat ambulare ſine baculo, & venit ſtare in fovea S. Bobonis per totam noctem genibus flexis, in camiſia, & pedibus nudis; facto voto ſanitatis gaudium obtinuit, & reliquit baculum appenſum ad altare die V Aprilis.

Item quædam mulier de Vigueria, quaſi inſenſata, per decem & novem menſes habuit febrem quartanam; & voto emiſſo, per interceſſionem B. Bobonis recepit ſanitatem die XXIV Martii. Et multa alia miracula fecit S. Bobo, quæ non ſunt ſcripta, & ſunt in ſumma XXVII miracula, à die XXIV Februarii uſque diem V Aprilis.

Item quidam puer de Silvano annorum decem, apertus ab utroque, latere, viſitavit eccleſiam S. Bobonis, & fecerunt votum parentes ejus: completo F
voto ſanatus eſt, & dimiſit bravium ante altare.

Item Peragoli, filius de Porana, infimus, ita quod non poterat requieſcere, nec cibum ſumere: emiſſo voto per Patrem ipſius, & vigilando per totam noctem Dei gratia ſanus effectus eſt XXIX Aprilis.

Item N. filius apertus ab utroque, latere, emiſſo per parentes ejus voto, & vigilando, per totam noctem, Dei gratia ſtatim liberatus eſt, dimiſit bracrium ante altare appenſum die ſupradicto.

Item in filia Lazarini de Ferrariis, infirmata in uno brachio videlicet dextro, & non poterat ipſum movere: vovit pater ejus viſitare eccleſiam, & vigilare per totam noctem: expleto voto ſanata eſt ſtatim die III Maji.

Item quædam puella de Vigueria annorum decem non poterat ambulare, & unum brachium habebat quaſi aridum: facto voto per parentes ejus, & vigilando per totam noctem in fovea Sancti, ſanata eſt die V Maji.

Item Magiſter Gaſparinus Arcivora Doctor, qui regit Scolas in civitate Papiæ, habuit febrem quartanam per octo menſes, & vovit ſe devotiſſime S. Boboni, ſuam eccleſiam perſonaliter viſitare, & Miſſam ipſius S. Bobonis facere celebrare: quæ omnia devo-

devotiſſime peragit, & per interceſſionem Sancti ipſius liberatus eſt, die XIV Maji.

Item filius Petri de Peruſiis nomine Sebaſtianus, fuit vulneratus in capite gravi vulnere, ita quod omnes Medici Viquerienſes nullam ſpem habebant, propter cicatricem incurabilem: & ſemivivo relicto, pater ejus devotiſſime eccleſiam viſitavit, & ſe in foveam proſtravit, amariſſime flendo & rogando: & voto emiſſo per interceſſionem S. Bobonis habuit ſanitatem die XX Maji.

Item quidam Nicolaus, dictus Ciribicus de Viqueria, Armiger, infirmatus ita & taliter quod non poterat ſe regere, nec ambulare valebat; vovit S. Boboni ſe viſitare eccleſiam: completo voto & viſitatione facta, ſanus effectus eſt die XXI Maji.

Item Chichinus & Antonius, fratres de Podio de Montedondone, quilibet ipſorum habebat filium, qui ambo filii erant aperti ab ambabus partibus: & voverunt omnes viſitare eccleſiam; completo voto, & viſitatione facta ſani effecti ſunt die XXI Maji.

Item quidam de Linarolo diœceſis Papienſis habebat filium annorum ſex carentem viſu: vovit viſitare eccleſiam, & vigilare per totam noctem cum
B filio ſuo: completo voto viſum recepit die ſupraſcripto.

Item quidam Fr. Hieronymus, Eremita in loco Caſellarum, infirmatus ad mortem, ita quod Medici non habebant ſpem: & ipſe tamquam ſanus mente vovit viſitare eccleſiam S. Bobonis, & vigilare in ea per totam noctem: completis itaque votis recepit ſanitatem die ſupraſcripto.

Item quædam puella annorum decem & octo, non valens præ multitudine infirmitatis ambulare ſine adjutorio, vovit ſe S. Boboni, & vigilavit per tres noctes in fovea, ubi jacebat corpus S. Bobonis: & voto completo obtinuit, ſanitatem die ſupraſcripto

Item quædam mulier de Silvano annorum triginta patiebatur in facie, quod ortum erat ex colera; non audebat videri ab aliquo, tam deformata erat: vovit S. Boboni vigilare per unam noctem in eccleſia, & per interceſſionem S. Bobonis recepit ſanitatem die ſupraſcripto.

Item quædam mulier de Caſtro-novo annorum XXVI, habebat coleram in facie ita quod non volebat videre, nec videri; ſe devovit S. Boboni, & emiſſo voto per interceſſionem S. Bobonis ſana reducta eſt, & vigilavit in fovea, ubi erat corpus per duas noctes:
C & hoc die ſupraſcripto.

Item filius D. Marchini de Guerris de Viqueria, annorum duorum vel circa, infirmatus ad mortem, præfatus genitor cum maxima devotione vovit ſe S. Boboni, & completo voto ſtatim per interceſſionem S. Bobonis recepit ſanitatem die XXIII Maji.

Hæc ibi, ubi notabiles voces duæ, paſſim non obviæ, Bracrium *&* Colera. *Ex primo, hernia vinculum ſignificante, à Longobardico* Brâk *ruptura, habes diminutiva Tomo* 2 *Martii* Bracheriolum *&* Tom. 2 *Aprilis* Brachirolum; *Cangius in Gloſſario à* Brachis *ſeu* Braccis *etymon accerſere mavult.* Colera *ſingulariter eſſe videtur quod idem Cangius ex Mss. gloſſis pluraliter* Coleres *appellat, & humores interpretatur. Quid autem ſi morbum ictericum interpretemur, effectum* Choleræ, *id eſt flava bilis, per cutem oculoſque diffuſa?*

EX MS.

Reſtat ut inventi corporis recluſionem novam ex ejuſdem Viguerienſis eccleſiæ inſtrumento authentico producamus. Ipſum tale eſt. In nomine Domini Amen. Anno à nativitate ejuſdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo indictione tertia, die vigeſimo primo Maji, hora veſperarum, in burgo Vigueriæ, nuncupato burgo portæ S. Petri, in eccleſia S. Bobonis, præſentibus pro teſtibus idoneis vocatis & rogatis, egregiis D. Joanne Petro de Sartis legum Doctore, D. Joanne Stephano de Cavaneis legum Profeſſore, D. Carolo de Pixalibus Juriſperito, Rainaldo Balduino Notario, Ser-Bonacedre de Caſtaldis, nec non in præſentia quam plurium dignarum aliarum perſonarum, videlicet, V. D. Archipresbyteri totius Capituli, DD. Canonicorum Eccleſiæ S. Laurentii dictæ Terræ & Capituli, Dominorum Fratrum Minorum S. Franciſci, qui ex cauſa infraſcripta ibi convenerunt. Cum anno ſuperiore inventum ſit in eadem eccleſia S. Bobonis, in altari medio, ſanctiſſimum corpus & ejus ſanctiſſimi corporis oſſa, in quadam marmorea rubra ſepultura; & de eo loco non digno, ipſum ſanctiſſimum corpus & oſſa extracta ſint, cum præſentia, auctoritate & licentia reverendi & inſignis decretorum Doctoris Sigiſmondi de Vellonis, Vicarii & Locumtenentis Generalis Reverendiſſimi Domini D. Michaëlis de Merliano Epiſcopi Tertonenſis, ad finem ut illud & ea in digniore loco recondantur, in præſentia Reverendi Domini Bernardi de Baldizonibus, Dei gratia Abbatis monaſterii S. Bobonis prædicti; conſtrui & fabricari fecerunt aream marmoream deſuper ipſum altare de medio, ubi primo ipſum ſanctiſſimum corpus inventum fuit: & in ipſa area decreverunt idem D. Abbas, nec non egregii D. Antonius della Cauda filius D. Rufini, & Jacobus de Boſcho filius D. Petri, Syndici & Syndicario nomine Communitatis & hominum terræ Viqueriæ, & deliberatione generalis Conſilii dictæ terræ, & ipſum ſanctiſſimum corpus in dicta area recondi ſeu recludi, ibi perpetuo manſurum. Et etiam ob id in præſentia præfatorum teſtium ſpecialiter vocatorum præfatorumq; DD. Canonicorũ S. Laurentii Capituli, & etiam DD. Fratrum S. Franciſci, aliarumque multarum dignarum perſonarum de dicta terra, & Jacobi de Miliardis & mei Notarii, rogati in veſperis in dicta eccleſia, in ejuſdem honorem, cum hymnis & canticis luminaribuſque accenſis, per manus præfati D. Abbatis nec non & Ven. D. Gulielmi de Chriſtianis Archipresbyteri eccleſiæ ſeu plebis S. Laurentii dictæ terræ, ipſum ſanctiſſimum corpus ſeu oſſa ejuſdem, in quadam caſſa marmorea, exiſtenter exiſtentia, clavata cum tribus clavibus, repoſitum, reconditum, & recluſum fuit & fuerunt in dicta arca marmorea, exiſtente deſuper ipſum altare, ſuper columnis duabus, à parte de verſo mane. Clauſaque & implombata fuit dicta area, retento tamen ex eâ quadam [parte] oſſis brachii dicti ſancti. Et ad perpetuam memoriam harum præfati D. Abbas, Archipresbyter, & Syndici juſſerunt & rogaverunt per me Abraam de Cavaneis, & per Jacobum de Miliardis publicum conficere inſtrumentum præſentibus ſupraſcriptis.

An. 1470.

coram teſtibus,

E

Corpus S. Bobonis ſolenni pompa repoſitum.

F

DE

DE S. FULCO PEREGRINO

IN OPPIDO SANCTI-PATRIS DIOECESIS AQVINATIS.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus cultu, actis, sociis, miraculis.

SEC. XII.

PRimam hujus Sancti notitiam debent exteri Cæsari Baronio, Romani Martyrologii tabulas recognoscenti augentique ad hunc XXII, ubi scripsit; Apud Aquinum S. Fulci Confessoris, addens in Notis : De eo vetera monumenta ecclesiæ Aquinatis, ubi de eo natalis dies agitur. *Hoc indicio monitus Philippus Ferrarius, cum illa monumenta sibi communicari ab Episcopo Aquinate petiisset, queritur in Catalogo generali ea nondum habere potuisse; interimque tale elogium texit:* In Anglia natus, cum Grimoaldo Presbytero & Eleutherio fratribus in Italiam peregrinatus, Romam, deinde Aquinum venit : in cujus territorio sive diœcesi vitam duxit sanctitate plenam: denique multis clarus miraculis obdormivit in Domino XI Kal. Junii: cujus corpus Ceperani, oppidulo Latii ad Lirim, asservari fertur. *Ferrario credulus Nicolaus Brautius Episcopus Sarsinæ, in Martyrologio poëtico, hoc ei distichon concinnavit :*

Germano bino Fulcus sociatur: Aquini
Ignotus coluit, donec obivit, agrum.

Nomen Fastis insertum.

B

Vt autem solum hic Ferrarium præ oculis habuit; ita solum Baronium Constantinus Ghinius in Natalibus Sanctorum Canonicorum, ad illius verba istud Confessoribus omnibus commune elogium addens, quod Dei virtute fultus, despiciens mundum, & terrena triumphans, divitias cælo conditore, manu.

Acta ex ejus ecclesia accepta.

2 *Iejuna hæc valde, nec satis certa mihi videbantur. Considerans ergo quam parum Sora distaret nominatum à Ferrario Ceparanum, quam parum item inde abesset Aquinum, ad nostri istic Collegii Procuratorem dedi litteras: per hunc vero, non Aquino, non Ceparano, sed ex ignoto eatenus mihi* Sancti-Patris *oppido, diœcesis nihilominus Aquinatis, ubi* S. Fulci *corpus servatur in proprii nominis ecclesia (nescio quam procul à Ceparano) accepi ipsius Sancti Acta aliqua, anno* MDCLXXXII XXIV *Aprilis descripta manu Iacobi Georgii, Sacerdotis ibidem Præbendati, sub attestatione Archipresbyteri San-Patrensis Domni Francisci Capuani, fidem facientis, concordare omnia cum eo quod habetur ibidem Aquinatis originalis ecgrapho, facto sub annum* MDCLXIII, *& per Marcellum Episcopum Aquinatem subsignato. In horum Actorum, ante annos ut minimum centum scriptorum, fine, numerantur plus quam ducenti anni, quod brachium Sancti furtim ablatum restitutumque fuit: dicitur etiam non parvum elapsum tempus, quod destructo, in quo reversus Hierosolymis Sanctus servierat juxtaque fuerat sepultus hospitali, extra oppidi mœnia sito, corpus ignotum delituit. Proinde haud absurda conjectura fuerit, qua quis opinaretur, seculo circiter* XII *(quando potissimum transmarinæ peregrinationes frequentabantur) floruisse* S. Fulcum, *adeoque coævum fuisse Sanctis Gerio atque Liberio seu Oliverio, ex simili peregrinatione apud Anconam & Montem-sanctum in Piceno conditis, sicut videbimus ad eorum Natales* XXV *&* XXVII *hujus.*

C

conjectura de ætate.

Errores Ferrarii & aliorum.

3 *Nullum in his Actis verbum, quo Clericus, nedum Canonicus indicetur fuisse* Fulcus; *nulla quoque mentio Romæ; nulla denique duorum Fratrum, quorum primus Ferrarius meminit ad* XXIX *Maji &* XXIX *Septembris: utrobique allegans Aquinatis Ecclesiæ monumenta, sed Acta propria nulla sibi visa esse confitens; ut videatur parum fideli informatione deceptus, fratres credidisse, quia simili occasione & eadem verosimiliter ætate peregrinabundi in diœcesi prædicta substiterunt obieruntque*; Eleutherius *Arcani in Latio*, Grimoaldus *Ponte-curvo in Campania. Qui vero* S. Fulci *nobis descripsit Acta, spem etiam fecit ex tribus vicinis parochiis obtinendi notitiam totidem illius sociorum, quorum corpora simili in honore habeantur; videlicet* S. Gerardi *apud Gallianum*, S. Bernardi *in Rocca d'Arci, &* S. Ardoini *Ceparanensium Patroni : quorum solus Bernardus ad* XIV *Octobris Ferrario notus est, ex Lectionibus Officii proprii, quas hac occasione nobis mittendas confidimus, cum Actis duorum aliorum: quorum ultimus videtur à Ferrario confusus cum* S. Fulco *fuisse, quando hunc Ceparano adscripsit.*

Socii

4 *Ipsum* Sancti-Patris *oppidum, nescio unde sic nuncupatum, ad statum pertinet Ducis Sorani : in capella autem qua Sancti corpus servatur, ardet ante ipsum perpetuo lampas, unde in die ejus festo acceptum distributumque oleum, efficax est contra varios morbos remedium, ut quotidiana experientia constare in epistola asserit prælaudatus San-Patrensis Presbyter, dolens incuria quadam fieri, ut ejusmodi gratiarum nullæ scripto signentur. Tempore autem pestis frequentari præcipue sacrum corpus ait, advenientibus ex omni circum vicinia contactis, quorum plurimi domum sani redierint annis præteritis, quibus lues ista per Campaniam sæviit aliquoties. Nec unum solum festum* S. Fulco *celebratur, sed etiam alterum die* XIX *Septembris, sub titulo* Translationis. *Cujus Translationis facile esset definire tempus, si haberetur nomen Episcopi per quem curata fuit : sed æque hoc latet, atque annus, quo ipse Sanctus obiit.*

E

Miracula.

5 *Cultum ejus ante annos centum jam elapsos probavit Gregorius XIII, cujus nutu anno* MDLXXXIII *in typographia camerali impressum fuit programma Indulgentiarum, quod ex Italico Latine sic reddo:* Sanctitas Domini nostri Gregorii Papæ XIII, ad incrementum religionis inter fideles & salutem animarum, concessit per proximos decem annos plenariam Indulgentiam & remissionem omnium suorum peccatorum, cunctis fidelibus Christianis, tam unius quam alterius sexus, qui vere pœnitentes, confessi & communicati singulis istorum decem annorum visitaverint ecclesiam S. Fulci in oppido Sancti-Patris diœcesis Aquinatis, in festo ipsius S. Fulci, quod erit XXII Maji, à primis Vesperis usque ad occasum solis dicti jam festi; & in prædicta ecclesia oraverint devote Deum pro concordia Principum Christianorum, extirpatione hæreseon & exaltatione sanctæ matris Ecclesiæ : quemadmodum apparet per Breve suæ Beatitudinis, sub die XVIII Maji MDLXXXII. *In eadem Charta, sicut eam habemus, desuper exprimitur* S. Fulcus, *eodem plane modo quo pingi solet S. Rocchus, nisi quod absit canis, stans in habitu peregrini, & manu sinistra dexterum crus nudatum ostentans, quasi ulcere pestilenti exesum.*

Indulgentiæ an. 1582 *concessæ.*

F

ACTA

Ex Ms. Cancellariæ Episcopalis-Aquini.

IN terra Sancti-Patris corpus B. Fulci seu Fulconis Confessoris: pro cujus Vita seu Legenda hæc habeatur notitia seu traditio.

1 Beatus

A

In voluntaria paupertate,

1 Beatus vir, qui inventus eſt ſine macula & qui poſt aurum non abiit nec ſperavit in pecuniæ theſauris: quis eſt hic? & laudabimus eum. Hunc Beatum, eſſe Fulconem, proculdubio affirmare & probare poſſumus, qui in Anglia paternis materniſque bonis Domini pauperibus erogatis, ob corporis maceratio-nem terrarum orbem peregrinare cœpit: primumque Hieroſolymam, Jeſu Chriſti ſepulcrum viſitatum, petiit: inde rediens poſtea totam peregrinavit Apuliam, nonnulla pie viſitando loca, ut carnem, mundum atque diabolum, tamquam principales hominis inimicos, itineris fatigatione atque oratione ſuperaret. Denique, ut Domini fuit voluntas, poſt diuturnos animi corporiſque labores, ad Sancti-Patris Terram pervenit; ubi ut reliquum vitæ ſuæ ſpatium, ſpirituales exercendo miſericordiæ operas, terminaret, in ipſius Terræ hoſpitali, extra mœnia poſitum, ſe contulit: in quo dum vixit tale fuit ſuum exercitium, ut Deo & infirmis ſemper operam daret: Deo ſcilicet oratione, infirmis vero poſtea aſſiduo miniſterio. In tali ſe exercens officio obdormivit in Domino; atque extra hoſpitale, ut incognitus peregrinus, fuit ſepultus.

mortuus peregre,

& ſepultus juxta hoſpitale,

B

eodem deſtructo,

2 Peracta vero hoſpitalis ruina, non parvo elapſo tempore, nolens Deus tantum ſuum ſervum oblivioni dari (nam mirabilis Deus in Sanctis ſuis) per viam qua homines ſuper ipſius B. Fulconis tumulum iter faciebant, animalia tranſire nequibant, etiam verberibus coacta. Quid hoc ſignificaret ignorantibus Sancto-patrenſibus, omnipotentiæ nutu evenit, quod ipſe B. Fulco noctu cuidam homini claudo, ac totius ſui corporis à nativitate immobili, in viſione apparuit ſibique dixit: Ego ſum Fulco, Dei devotus, qui corpus prope dirutum hoſpitale habeo. Cras mane è lecto ſurges, atque ejuſdem Terræ Presbytero omnia à me relata referes, eique ex parte mea dicas, ut eras mane nulla interpoſita mora ſuum adeat Epiſcopum, meque talia tibi fuiſſe locutum ſibi narrabis, ut ſuo congregato Clero ex dicto tumulo meum extrahat corpus, ut, acſi Chriſti devotus ſervus, in eccleſia ſepulcrum obtinere merear. His dictis apud infirmum, firmum factum, inviſibilis præfatus Beatus fuit: nocte vero præterita, mane è lecto ſurgens, ad prædictum Archipresbyterum protinus perrexit, ſecumque quæ ſibi commiſſa fuerant communicavit.

apparens cuidã claudo,

transferri ſe jubet:

C

Viſioni incredulus Epiſcopus,

3 Dictis ſuis Archipresbyter fidem adhibuit, videns maxime infirmum ipſum à ſua infirmitate liberatum. Quapropter ſtatim ad ſuum acceſſit Epiſcopum, eique talem explicavit viſionem. Qua audita Epiſcopus maximopere ſuam increpat credulitatem, atque carcerem ei minatur, ſi talia amplius dicere audeat. Quo perterritus Archipresbyter, nulla poſtpoſita mora, ab Epiſcopo recedit ad Sanctum-Patrem. Epiſcopus vero poſt Archipresbyteri diſceſſum è ſede ſua ſe tollere conans, in qua ſedebat, non potuit, nec etiam ſervorum auxilio. At magnum ſe commiſiſſe errorem Epiſcopus poſtea agnoſcens, viſionem ab Archipresbytero Sancti-Patris ſibi relatam non credendo, ſuis imperat ſervis ut ſtatim ad prædictum perveniant Archipresbyterum, illumque rogent ut ad eum remeare velit: cui regreſſo talia verba facit: Archipresbyter, in non adhibendo tibi fidem erravi, atque debitam hujus erroris pœnam reporto, dum ex hoc loco immobilis factus ſum: propterea ad Sanctum-Patrem redeas, ibique pro mea valetudine B. Fulconem ores: & ego ei promitto, nunc ſanitate obtenta, me illuc duobus aliis convocatis Epiſcopis illico acceſſurum, atque omnia à te mihi dicta adimpleturum.

immobilitate punitur:

EX MSS.

4 His dictis atque promiſſis, ſanus evaſit: & ut promiſſis ſtaret, abſque temporis intervallo prędictos exoravit Epiſcopos, ac cum illis una ad Sanctum-Patrem perrexit: quo cum perveniſſent, Pontificalibus induti veſtibus, ad locum à claudo ſibi oſtenſum acceſſerunt; &, quo animalia tranſire nolebant, effoderunt. Ubi ſanctiſſimum Fulconis repererunt corpus: cui ut dignum daretur ſepulcrum, à duobus Epiſcopis in quoddam ſacellum, intra dictam Terram exiſtens, tranſlatum fuit. Ubi poſtea in B. Fulconis honore templum fuit dicatum: cujus Natalis celebratur die vigeſima ſecunda menſis Maji, Tranſlatio vero prædicta die decimâ nonâ menſis Septembris. Dictumque B. Fulconis corpus repoſitum fuit in quodam armario ligneo, columna ſuffulto deſuper quadratum lapidem, in medio pavimento prædictæ eccleſiæ poſita, ut adhuc eſt videre. Quæ columna cum ad nihilum devotionis cauſa eſſet reducta ab alienigenarum inciſione, adeo ut columna ipſa una cum armario ruinam facere videretur; illud ante altare, ipſius Beati honori dicatum, poſuerunt, atque caput & brachia argento texerunt: quæ in præſentiarum, intra ligneum armarium deauratum, ſuper dictum altare collocatum, reperiuntur.

ſibique redditus,

juſſa peragit.

E

Superſunt hodieq; Reliquiæ.

5 Et antequam in dicto armario recondita eſſent, in quadam capſa erant, à qua à duobus latronibus ſublata fuerunt, atque ſic ab illis portata uſque ad eccleſiam S. Mariæ de Campo, in Alberi territorio exiſtentem, ubi avaritia obcæcati, atque argenti aviditate impulſi, ipſius Beati brachium fregerunt. Quo facto, Dei permiſſione, nec ambulare, nec ex illo loco ſe movere potuerunt: quamobrē ipſi Beato voverunt, ſi eorum priſtinam ſanitatem à Deo impetrare dignaretur, ſtatim ad Sanctum-Patrem eos eſſe regreſſuros, atque ad ſuum locum prædicta repoſituros: Quo terminato voto incolumes evaſerunt, atque ad Sanctum-Patrem redierunt, atque omnia ſuo loco repoſuerunt: quæ ad omnipotentis Dei gloriam atque B. Fulconis honorem etiam ſervantur: atque brachii fractura, pellicea ligula atque filo ligatâ, integra atque intacta videntur uſque ad pręſens, quod etiam ducentorum annorum hoc numerum excedit. Quæ prædicta omnia & per antiquorum traditiones & per quamdam depoſitam hiſtoriam apparent.

ex quibus brachium furto ablatum,

miraculoſe reſtituitur:

F

6 *Quæ hæc ſit Hiſtoria Aquinatibus porro indigandum relinquo, inventam libenter daturus in Supplemento: requiro etiam Epiſcopi nomen per quem facta Tranſlatio, quo cognito haud tamen difficile erit divinare vicinorum qui ſuam ei præſentiam exhibuerint Epiſcoporum nomina; proxime enim ſunt Sora, Aletrium, Ferentinum, Veruli in Latio; in Campania vero Venafrum, Sinueſſa, Fundi, omnes urbes Epiſcopales, intra decimum quartum circiter ab Aquino lapidem.* Albetum *quouſque relatum à furibus brachium fuit, nullæ tabulæ geographicæ exprimunt; uti nec ipſum oppidum* Sancti-Patris: *credibile interim eſt non admodum diſita loca eſſe, & utraque Aquino proxima.*

cetera latent.

DE S. ATTO SEU ATTHONE

EX ABBATE GENERALI VALLUMBROSANO, *EPISCOPO PISTORIENSI IN HETRVRIA.*

COMMENTARIUS HISTORICUS

D. P.

Ex Vallumbroſanis & Piſtorienſibus monumentis.

CAPUT I.

Patria Sancti Hiſpania: Vita à variis recentioribus ſcripta.

MCLV. *Vallumbroſanæ Congregationis à S. Ioanne Gualberto inſtitutæ, Abbas Generalis octavus, Piſtorienſis vero Eccleſiæ ex eadem Congregatione quartus Epiſcopus,* Attus, Actus, Actius *antiquioribus ſcriptoribus, ex ſui temporis Latino uſu dictus; aliis ex vulgaris linguæ Italice forma,* Atto *ſive* Attho *nuncupatus invenitur: & ſic ipſemet anno* MCLIII *die* XXIV *Aprilis, ſub inſtrumento quodam,* Ego, *inquit* Fr. Atto Pecen. Monachus & dictus Piſtorienſis Epiſcopus, huic brevi firmando ſubſcripſi, & illud fieri rogavi cum omni bona voluntate, *uti in Vita Italica infra notanda legitur, eademque nomenclatura uſi ſunt Pontifices Romani in ſuis ad eum litteris. Patria viri ſancti creditur paſſim Hiſpaniæ urbs* Pax-Auguſta, *vulgo* Badajoz; *ideoque in vetuſtioribus Vallumbroſanorum Officiis anno 1624 Forolivii impreſſis ſic inchoabantur lectiones:* Quo tempore Mauri & Arabes Hiſpaniæ dominabantur, totamque fere provinciam morum fœditate corruperant, ortus eſt Atto honeſtis parentibus in urbe Pacenſi, quæ ad Luſitaniæ fines prope Anam fluvium ſita eſt. Verum Barbarorum convictum deteſtatus ſita eſt. Verum Barbarorum convictum deteſtatus Atto, ut liberiore ſtudio Catholicam fidem excoleret, patriam reliquit, in qua ad Sacerdotium & ad Cathedralis eccleſiæ Canonicatum fuerat promotus.

Atto Piſtorien. Epiſcopus, B

rectius forte dicetur Hetruſcus Pecenſis, non Hiſpanus Pacenſis, C

2 *Sed quamvis hæc ita lecta aliquando ſint, ad perſuadendum tamen quod Hiſpanus fuerit Sanctus, non Hetruſcus, parum efficacia ſunt. Nam, ut de nomine nihil dicam, antiquis æque ac recentioribus Hiſpanis inuſitato, Hetruſcis autem familiari, qui & olim Actium Tullum Volſcorum Regem Coriolani hoſpitem habuerunt, & iiſdem quibus floruit Sanctus ſeculis varios ejuſdem nominis numerabant Epiſcopos, uti videre eſt apud Vghellum tom. 3 Italiæ ſacræ: quæ obſecro ratio ſuadet, ut* Pecen. *legatur* Pacenſis? *cum in Hetruria ſit fluvius* Peza, *nomen tribuens toti* Pezenſi *ſeu* Pecenſi valli; *in qua Paſſinianum Vallumbroſani Ordinis præcipuum monaſterium, & S. Gualberti corpore venerabile? Ex altera quoque Arni parte fluvius eſt & vallis* Peſciæ, *ejuſdemque nominis oppidum nobiliſſimum. Vtrobique autem plurimæ eccleſiæ ſunt, & in alterutro tractu potuit Sanctus, ſi non ut Canonicus, (hoc enim probatu difficilius eſſet) certe ut Presbyter miniſtraſſe, prius quam fieret Religioſus. Econtra certum eſt Chriſtianos pleroſque in Hiſpania, quamdiu Maurorum jugum tulerunt, vix reliquias aut rudera eccleſiarum habuiſſe, & fere abſque externo cultu religionis vixiſſe, nedum habuiſſe Epiſcopos Canonicoſve. Pacenſis autem civitas anno* MCCXXVIII *recuperata, anno primum* MCCLV, *curante primo ſuo poſt Mauricam deſolationem Epiſcopo Petro, Canonicos habere cœpit, uti ſcribit Gonzales Davila in Theatro illius Eccleſiæ. Tamayus de Salazar, in Notis ad Martyrologium Hiſpanicum hujus diei, prædictam difficultatem ſibi objicit, reſpondetque, Pacenſem urbem ea conditione ceſſiſſe Mauris, ut Epiſcopum ſibi & religionis cultum ſalvum haberet, idque confirmat, allegatis primum* Iſidoro Pacenſi, *qui anno* DCCCVI *vixerit & chronicon ſcripſerit, tum* Julio Pacenſi, *qui anno* DCCCCXXXII *ſubſcripſerit privilegio Ranimiri* II; *potiſſimum vero (nam ſeptem alios fictitios prætereo) ex privilegiis anno* MCXXXV *ab Adephonſo Caſtellæ Rege, dicto Imperatore, conceſſis* Epiſcopo, Clero & Muzarabibus in urbe Pacenti exiſtentibus. *Sed hæc ut ficta non ſint (ſicut ficta ſunt hoc ſeculo plurima ab Hiſpanis nonnullis, neſcio quo ſpiritu actis) ut ſummum probant potuiſſe* Atthonem *ex illo Muſarabum Clero fuiſſe; non autem ideneam aliquam congruæ antiquitatis auctoritatem haberi, quæ probet revera ſic contigiſſe.*

Presbyter non Canonicus fuiſſe.

3 *Primus quem invenio in ea fuiſſe ſententia eſt* D. Marcus, *ab anno* MDXLVII *per triennium Præſes totius Ordinis Vallumbroſani, in quodam memoriali, Florentiæ apud S. Trinitatem ſervato, ita ſcribens:* Divo Bernardo ſucceſſit B. Atto, natione Hiſpanus. *Secutus Eudoxius Locatellus, Vallumbroſanæ hiſtoriæ anno* MDLXXXIII *Italica lingua vulgatæ auctor, lib. 2 cap. 3 Sancti hujus res geſtas breviter explicans; cauſam autem ſuæ brevitatis eam reddens (quæ ſi vera eſt, perſuadere etiam poteſt incerto plane fundamento niti opinionem de patria illius) videlicet incendium geminum, quo factum ſit ut perierint, ſi quæ antea extiterunt ſcripturæ, viri ſancti vitam, virtutes ac miracula continentes. Videtur tamen nihil omnino eſſe in principio ſcriptum, unde haberi potuerit talis Sancti patria, eo quod uſque ad annum* MCC *abſque cultu humi latuerit defoſſum corpus. Et tunc quidem, ſicut infra dicetur, repertum illud integrum eſt, tranſlatumque in marmoream arcam; nulla tamen ſcribendæ Vitæ cura ſumpta, defunctis pleriſque, qui viventis ſanctitatem compertam habentes ex familiariori convictu, de ea dignum aliquid ſcribere potuiſſent. Eſto enim incendio aliquo perierint Piſtorienſes ſcripturæ, non ſimul etiam periiſſe potuerunt in tot Vallumbroſanæ Congregationis monaſteriis tranſcripta talis Vitæ, ſi extitiſſet, exempla; ſicuti non perierunt SS. Ioannis Gualberti & Bernardi Parmenſis ab ipſo* Attone *deſcriptæ hiſtoriæ. Vt autem poſt annum* MCC *cœperit Sanctus haberi* Atto, *& invocatus aliqua patrare miracula, incertum eſt an hæc litteris mandata fuerint, nullo eorum uſpiam indicio apparente. Nihil certe reperitur ante annum* MCCCXXXVII, *quando conſcriptæ memoriæ quædam de Tranſlatione tunc facta eamque ſecutis miraculis.*

Hiſpanus credi cœpit præcedenti ſeculo,

quando nulla habebantur de eo ſcripturæ vetuſtiores. F

4 *Inter Hiſtoricos Vallumbroſani Ordinis primus qui aliquid omnino ſcripſerit de* S. Attone, *occurrit Hieronymus Monachus, in opuſculo de Vallumbroſanæ Religionis Beatis ad Laurentium Medicem, poſt annum* MCCCCL *edito, ita loquens.* B. Acto, hujus S. Mariæ monaſterii Abbas & totius Ordinis Generalis extitit: quem deinde invitum ſummus Pontifex præfecit Piſtorienſi Epiſcopatui. Quod laborioſum onus & perpetuum, ita prædicando, caſte humiliterque vivendo agebat, ut omnium Hetruriæ Epiſcoporum in ſe gratiam & caritatem mirifice transferret; ita ut cum omnes virtute anteiret, omnibus tamen carus eſſet. Imo adhuc ſuperſunt epiſtolæ D. Ranerii Cardinalis & Didaci Epiſcopi Compoſtellanenſis, & ipſius B. Actonis

Tacent de patria primi ejus laudatores Hieronymus,

A nis Episcopi Pistorienſis, in quibus agitur quomodo ei ſanctiſſimi Jacobi caput dono Piſtorium uſque ſumma cum veneratione miſit. Precibus cujus, ut dicitur, ſanctiſſimi Jacobi Apoſtoli majoris, fratris Joannis Apoſtoli & Euangeliſtæ, caput mire ex ultima Hiſpania Piſtorium uſque delatum eſt: & templum illud D. Jacobi Apoſtoli, Piſtorii dicatum eſt, quod opimis ſpoliis & vaſis ſacris aureis argenteiſque, ſua tempeſtate & deinde uſque ad hæc tempora, mirifice eſt ornatum. Hic ſanctiſſimi Joannis vitam, qua fere univerſa hæc Religio in præſenti tempore utitur, diligentiſſime & fideliter litteris mandari curavit. Cujus corpus adhuc in ipſius ecclesia S. Jacobi, Jeſu Chriſti clementia ſuiſque meritis, integrum oſtenditur.

5 *Hæc Hieronymus, nulla facta Hiſpanicæ originis mentione. Annis circiter quinquaginta junior Hieronymo fuit* Donnus Bernardus, ejuſdem inſtituti monachus, *qui teſte Pocciantio in Bibliotheca Florentina, edita anno* MDLXXXIX, geſta S. Aucti conſcripſit: *ſic enim ibi nomen legitur, loco* Acti, *typographico, ut exiſtimo, errore, poſt nomen Accurſii; alias ante Auguſtini nomen ponendum. Verum ex Iuſtiniano mox citando pag. 94 intelligitur, Bernardus ille breves dumtaxat ſcripſiſſe Annales, in quibus vix aliud de Sancto refert, quam hoc breve elogium:* Fuit vita multum venerabilis, plenus ſacra & perfecta doctrina, egregiuſque verbi Dei prædicator: *& hæc verba aliquanto prolixius deduxit Nicolaus Vngharus, ibidem à Iuſtiniano relatus, in libello quodam de viris illuſtribus Valliſumbroſæ, Præſidentis generalis officio functus circa annum* MDLXX; *neuter vero Hiſpaniæ meminit, ſicut nec eo ſenior Raphael Volaterranus, qui ſub Iulio II initio ſeculi* XVI *ſcribens ac florens, lib.* 21 *Vrbanorum Commentariorum, inter viros ſanctos Vallumbroſani Ordinis, ſic nominat* Actonem Prælulem Piſtorienſem, *ut verbum aliud nullum addat. Sicut autem antiquiores, quos jam enumeravi auctores, omnes tacent de patria: ita è converſo recentiores citra hæſitationem affirmant, Hiſpaniam fuiſſe. Ac primum Arnoldus Wion lib.* 3 *ligni vitæ, cum allegatis Tabulis Valliſumbroſæ ad* XXII *Maji ſic ſcripſiſſet,* Piſtorii S. Acti, ejuſdem civitatis Epiſcopi & Confeſſoris, Ordinis Vallis-umbroſæ, ſanctitate conſpicui: *in Notis hæc addidit:* Patria ei fuit Hiſpania, & ſeculo relicto monaſticæ vitæ genus amplexus eſt in cœnobio Vallis-umbroſæ: deinde ob inſignes animi dotes in Abbatem electus, non longe poſt Generalatus totius Ordinis apicem aſcendit; à quo ad Eccleſiæ Piſtorienſis regimen aſſumptus, eamdem capite S. Jacobi Apoſtoli Compoſtellani ditavit, & miraculis glorioſus migravit in cælum, anno MCLIII; & in eccleſia S. Joannis Rotundi ſepultus eſt. *Succeſſit Conſtantinus Cajetanus Abbas, qui vel à ſacra Rituum Congregatione vel à Piſtorienſibus rogatus, anno* MDCV *collegit quaſcumque potuit memorias, ad inſtruendam cauſam Beatificationis, faciendæ ex ſolenni ritu Eccleſiæ Romanæ. Hanc Conſtantini informationem habuiſſe potuit, qui poſtea Vitam Sancti Latine ac fuſim ſcribere conatus eſt, Ludovicus à S. Laurentio Cordubenſis, anno* MDCXIII *Romæ impreſſam, & dedicatam Ioanni Beltrano Guevaræ, Salernitanæ quondam & tunc Pacenſis Eccleſiæ Præſuli: & talis fere impreſſa extat apud Tamajum Salazar, una cum alia recentiori, Sapphico carmine concinnata à Pancratio Florentino Monacho Vallumbroſano: qui Ludovicum ſecutus eſt, &* Pacem Juliam *cum* Pace-Auguſta *ejuſdem exemplo imperite confudit. Non habuerunt Vitam illam Philippus Ferrarius aut Silvanus Razzius, ſed Locatellum ſimpliciter poſuerunt præ oculis: habuit autem Franciſcus Forteguerra Piſtorienſis, à quo ſcriptam Vitam hactenus non vidimus. Habuit denique eamdem omnium poſtremus Iuſtinianus Marchetti, quo nemo prolixius accuratiuſque argumentum iſtud tractavit, libro quidem Italico, ſed monumentis Latinis etiam inſtructo, editoque Piſtorii anno*

& Bernardus monachi Vallumbroſani

affirmant recentiores,

præſertim vitæ ſcriptores duo,

aliique poſt eos,

MDCXXX, *cum dedicatoria ad Decanum atque Capitulum eccleſiæ Pacenſis; adeo certum omnes jam habent, Pacenſem revera eſſe Sanctum, quod tamen, ut minimum, eſt perquam incertum.* AUCTORE D. P.

6 *Porro ex omnibus iſtis, inter Officia propria Ordinis à Sacra Congregatione Rituum* MDCLXXIII *approbata, conflatæ ſunt hujuſmodi Lectiones quatuor, ſecundum ritum Monaſtici Breviarii recitandæ ad* II *Nocturnum.* *& recentiſſimæ Officii proprii Lectiones:*

V Atho, natione Hiſpanus, patria Pacenſis, litteris & moribus cultiſſimus, jam ætate provectus in Italiam venit, ut ſacra Romæ monumenta inviſeret, & ſanctorum Apoſtolorum limina adoraret. Exinde ſacrum Montis Caſſini archiſterium & Camaldulenſem adiit eremum; ex quibus in Dei amorem ita exarſit, ut cetera Sanctorum loca cupidius exoptaret videre. Sed Vallem-umbroſam aggreſſus, Monachorum ibi degentium religione & ſanctitatis viva imagine delectatus, relicto ſeculo & cucullum indutus, ſanctiſſimi Patris Benedicti legibus ac Vallumbroſanis ſtrictioribus inſtitutis ſe devovit. *ubi dicitur peregrinatus per Italiam,*

VI Tanta in eodem cœnobio, ſub S. Bernardi Abbatis & Cardinalis directione, virtute & apud omnes exiſtimatione profecit, ut aſſumpto ad Epiſcopatum Parmenſem Bernardo, mortuoque Theodorico ejus Vicario viro ſanctiſſimo, poſt quinquennium à quo habitum ſumpſerat monaſticum, omnium votis & præcipue ejuſdem S. Bernardi precibus, Abbas & totius Vallumbroſanæ Congregationis Generalis electus ſit: quo in munere, & alios ad ſui imitationem provocavit, & multis monaſteriis conditis, ſacrum vitæ rigorem mirifice propagavit. *in Generalatu ſucceſſiſſe Bernardo Parmenſi Ep.*

VII Fama autem ſanctitatis ejus ubiq; diffuſa, à Piſtorienſibus ex eadē Congregatione ſucceſſive quartus Epiſcopus, poſt Hildebrandum inſtantiſſime depoſcitur. Quod munus, jubente ſummo Pontifice, invitus licet & multum reluctans, admittere coactus, de monachicis nihilominus ſtudiis atque exercitiis nihil prętermiſit. Divino cultui addictiſſimus, Horis omnibus, tam diurnis quam nocturnis, ſemper interfuit: ægrotos, ut verum Paſtorem decet, diligentiſſime fovit: afflictos, viduas, pupillos ac pauperes recreavit, quos ope ac opera juvit, ſanctiſque moribus inſtituit. *in Epiſcopatu Hildebrando,*

VIII Eccleſiam ſuam ad annos viginti gubernavit, itaut ea tempeſtate, in qua ſchiſmata plura regnarunt, in Anglicano Concilio, Matthęus quidam Cardinalis S. Georgii publice dixerit: Romana & Apoſtolica Sedes beata foret, ſi Atthonis Piſtorienſis Epiſcopi duceretur moderamine gubernaculi. Ejus inter merita haud minimū fuit impetratio Reliquiarum S. Jacobi Apoſtoli à Didaco Archiepiſcopo Compoſtellano, quem deinceps Piſtorienſes urbis ſuæ Tutelarem ſibi adoptarunt. Demū meritis plenus ac ſenio confectus, inſignibus à Deo miraculis honoratus, inter Monachorum ſuorum manus ſanctam efflavit animam, anno milleſimo centeſimo quinquageſimo quinto: cujus ſacrū corpus, poſt centum octuaginta annos integrum repertū, cæleſtis odoris ſuavitate fragrantiſſimum, adhuc incorruptum in eccleſia Epiſcopali quieſcit. *& acceptis S. Iacobi Reliquiis* *obiiſſe an. 1155.*

CAPUT II.

Regiminis utriuſque tempora, & res in eo geſtæ.

7 *Tiberius Petraccius, nunc Piſtorienſis S. Michaelis monaſterii Abbas, antea vero Congregationis ſuæ Procurator in Vrbe generalis, vir eruditiſsimus, Lectionum prædictarum auctor fuit. Hic annum* MCLIII, *quo Locatellus aliiq; Locatellum ſecuti obiiſſe* S. Attonem *ſcripſerunt, mutavit notavitque annum* MCLV. *An recte, ſtatuendum eſt ex publicis inſtrumentis, qualia in hanc rem duo ſuppetunt. Primum eſt Pontificiū quoddam Breve, cujus meminit Locatellus, tamquam anno* MCXXXIII *die* II *Septembris* *Poſt obtentam anno 1133 confirmatione Privilegiorum Ordinis,*

AUCTORE D. P.

expediti, quo Innocentius Papa II, D. Attoni *ejusque successoribus Generalibus imponit pensionem sex denariorum Mediolanensis monetæ, annue solvendorum Lateranensi Palatio. Alterum & cum priori componendum est ejusdem Innocentii Papæ privilegium*, Venerabili Fratri Attoni Pistorienſi Episcopo *inscriptum, quod, cum gratulatione quasi recenter initi Episcopatus, sic exorditur.* Pistorienſis Ecclesia, largiente auctore omnium bonorum Domino, in Thusciæ partibus à longis retro temporibus specialis prærogativæ munus obtinuit, ut sapientum & discretorum Pastorum regimine præfulgeret, & tam in spiritualibus quam in temporalibus per eorum industriam gratum Deo susciperet incrementum. Gaudemus equidem & debita jucunditate lætamur, quoniam supernæ dispositionis providentia te, Frater Atto Episcope, sapientem utique virum & in religione probatum, ejusdem loci Pastorem constituit, & ad gubernandum & instruendum doctrinæ & vitæ exemplo populum suum miseratione divina vocavit. Quanto ergo vita tua religiosior est, & præfata Pistorienſis Ecclesia (cui auctore Deo præsides) existit B. Petro devotior, tanto ex injuncto nobis Apostolatus officio magis grata incumbit necessitas, ut prænominatam Ecclesiam, tibi à Deo commissam, auctoritate Apostolica privilegiis muniamus, & ei jus suum illibate & integre conservemus.

factus Episc. Pistoriensis, similem impetrat pro sua Ecclesia.

B

8 *Referunt hanc Bullam datam* duodecimo Kalendas Januarii, *Baronius in Annalibus ad annum* 1133 *& Vghellus tom.* 3 *Italiæ sacræ col.* 359; *sed tanta cum diversitate annalium characterum, ut impossibile fuerit ullum sanum judicium inde elicere; cum prior notet* annum Incarnationis MCXXXIII, Indictionem XII, & IV annum Pontificatus, (*quem constat esse cœptum in Februario anni* MCXXX, *adeo ut anni Incarnationis & Pontificatus non conveniant*) *posterior vero notet* annum Incarnationis MCXXXIIII, Indictionem XII Pontificatus annum quintum, *ubi reperitur eadem incongruentia circa annum Incarnationis & Pontificatus, ut fileam de numero Indictionis, siquidem ex stylo Romanæ Curiæ à Kalendis Septembris anni* MCXXXIIII *inchoanda fuerat* Indictio XIII. *In hac erga perplexitate consulendum ipsum autographum censui, cujus inspectionem cum ab Operariis S. Iacobi impetrasset Collegii nostri Pistorienſis Rector Bernardinus Cavalcantius, invenit neutrum contextum esse sincerum; sed ita haberi:* Datum Pisis per manus Americi S. Romanæ ecclesiæ Diac. Card. Cancell. XII. Kal. Januarii Indict. XI, Incarnationis Dominicæ anno MCXXXIIII, Pontificatus vero D. Innocentii Papæ II anno IIII. *Verum neque hic recte se habent omnia, Indictioni enim non jam unus, sed duo anni deficiunt: quem defectum si possimus imputare oscitantiæ scriptoris, sic ut totius Bullæ sinceritas non veniat propterea in suspicionem falsi (de quo alii viderint) & si anni Dominici Pontificalisque congruentia sola sufficiat ad ordinandam Chronologiam; consequens erit, quod qui anno* MCXXXIII *mense Septembri solum Abbas erat, nec nisi sequenti jam forte in hiemem vergente factus est Episcopus, ac totis* XX *annis suam illam Ecclesiam gubernavit, mortuus* XXII *Maji, debuerit obiisse anno* MCLV, *non autem* MCLIII, *nedum* MCXLVII, *ut scribit Michael Pocciantius. Neque ex parte successorum, Trecia & Gratiani, ullum offertur impedimentum, deficientibus documentis, quæ Treciam prius sedisse probent,*

C

sed 1134:

mortuus 1155.

9 *Quam autem hoc bene observavit Petraccius, tam prudenter cavit in iisdem lectionibus, ne* S. Attonis *ingressum ad Ordinem, cum Ludovico atque Iustiniano, referret ad annum* MCXXIIII, *si verum est, quod post quinquennium ab assumpto habitu factus sit totius Congregationis Abbas generalis. Etenim* B. Bernardus, *cui is suffectus est, anno* MXCVII *ab Vrbano* II *factus Cardinalis, anno* MCVI *à Parmensi populo ad Episcopalem Sedem est tractus, Paschale* II *electionem approbante. Quod si* B. Atto, Episcopus *intra ipsam Hetruriæ factus, ubi pleraq; Ordinis monasteria erant, dimisit regimen Monachorum, uti probant privilegia successori Gualdo concessa Innocentii Papæ anno* X, *Christi* MCXXXIX, *ita ut mox ab evectione* Attonis *suffectus ille videatur; quanto magis credi debet Bernardus, Generalatui renuntiasse, tanto longius residere per officium obligatus? Si autem in Vallumbrosano archivio adhuc extat privilegium, intercedente Bernardo impetratum Ordini ab Imperatore Henrico V anno* MCXXIV *die* V *Augusti; non inde conficitur retentum ab eodem Bernardo fuisse titulum Generalis, ad illum usque annum & ultra; cum privilegium petere & impetrare potuerit, ut sui quondam Ordinis Protector; sicut non desiit eumdem etiam Episcopus amplificare auctoritate sua & gratia, per Romandiolam atque Lombardiam.*

D

cum successerit Generali Bernardo.

10 *Videant igitur Vallumbrosani Patres, quorum judicio libenter id subjicio, utrum Historiæ suæ aliquod incommodum proventurum sit, si dicatur Bernardus, mox atque Cardinalis creatus est, & ad varias pro Apostolica Sede legationes obeundas directus; videns quod jam non sufficeret Ordini per seipsum regendo, Theodoricum vicarium constituerit, cum titulo Abbatis Vallumbrosani; sub quo ad habitum venerit jam Presbyter* Atto, *circa initium seculi* XII, *tantumq; brevi tempore profecerit ut eidem Theodorico ante annum* MCVI *mortuo, successerit Abbas ejusdem monasterii, cum auctoritate Vicarii Generalis: deinde vero, resignante post susceptum Episcopatum Bernardo, absoluta ac suprema potestate cœperit Ordinem regere. Quod si desunt in Vallumbrosano archivio publicorum actuum instrumenta, ex quibus doceatur* Atto *totis fere triginta annis Ordinem rexisse antequam crearetur Episcopus; desunt etiam quibus ostendatur tam diu Vicarius fuisse Theodoricus, solo nomine notus apud Locatellum. Tum vero consequens foret,* Attonem *anno circiter* MLXX *natum, cum obiit anno* MCLV, *octogenario majorem fuisse, atque adeo vere* senio confectum *dici in Lectionibus, magno cum judicio, ut apparet, collectis; adeo ut, licet, ex communi jam sensu,* natione Hispanus, patria Pacensis *dicatur in principio Sanctus, taceatur tamen* Canonicatus, *à Ludovico primum excogitatus & temere assertus. Interim vellem ex Petraccio discere, undenam acceperit, quod alibi nusquam legimus,* Attonem *prius quam in Vallumbrosam se reciperet, non solum* Camaldulensem eremum, *sed etiam* Montis Cassini Archisterium *visitasse.*

E

circa annum 1106.

adeoque natus sit circa 1070.

11 *Omitto transcribere quæ de* S. Attonis *virtutibus referunt Constantinus Cajetanus in Actis Beatificationis; Thesaurus Veli in Vita B. Bernardi decessoris, edita Romæ anno* MDCXII; *& anno sequenti, Ludovicus à S. Laurentio; multo fortasis minora meritis, per conjecturam tamen solam, nullius antiqui scriptoris, quem vidisse illi potuerint auctoritati subnixa, uti supra satis ostensum est. Majori cum cognitione Michael Pocciantius in Bibliotheca ait, quod fuerit* sacrarum scripturarum cultor egregius: *hoc enim colligi potuit ex* libro Epistolarum *ejus,* non minus piarum quam doctarum; *quem æque aut magis dolendum est excidisse, quam Annales scriptos à Donno Bernardo; ex quibus idem Pocciantius accepit, scripsisse* Attonem, *non solũ* vitã S. Joannis Gualberti, *quæ habetur impressa Romæ an.* 1612; *sed etiam* Bernardi de Ubertis S.R.E. Cardinalis. *Est hic illius decessor, Sanctus Parmensis Episcopus supra laudatus, cujus Vitam habemus diversimode scriptam, antequam eam Thesaurus Veli interpolaret; sed nusquam auctor indicat se Bernardi synchronum; alioqui non leve argumentum id de ea suspicandi, præbere potest silentium de successore, ad regimen Ordinis Vallumbrosani delecto, quod modestiam denotaret* Attonis, *de se ipso scribere fugientis. Silvanus Razzius in Vitis Sanctorum ac Beatorum Hetruscorum, eumdem* Attonem *auctorem facit etiam Vitæ S. Verdianæ, cujus originalem contextum hactenus non potuimus assequi, sed ex Italica Razzii versione iterum Latinum fecit deditque Bollandus. Auctor vitæ illius se Beatæ conterraneum profitetur, & hinc Razzius conclu-*

F

Scripsit librum Epistolarum,

& Vitam S. Io. Gualberti, ac forte etiam S. Bernardi Parmensis,

non S. Verdianæ.

anno, non 1133,

Videtur factus religiosius diu ante an. 1124,

A *concludit* S. Attonem *in Caſtro Florentino natum fuiſſe: ſed vehementer fallitur, oblitus quod illum ſcripſerit obiiſſe anno* MCLIII, *Verdianam vero anno* MCCXXII, *Bellandus vero etiam* XX *annis ſerius mortuam eſſe oſtendit.*

Fundatur ſub eo monaſterium Senenſe an. 1119.

12 *Quod attinet ad Ordinis incrementum, ait Locatellus quod ſub* Attonis *Generalatu Ordini acceſſerit, non ſolum Canonica S. Mariæ de Vigeſimo, fundante eam D. Ambroſio Abbate Paſſinianenſi, quæ ipſa deinde in Abbatiam erecta eſt (id enim parvi noſtra refert, dum annus non additur) ſed etiam, quod Vgo, ejuſdem Paſſinianenſis monaſterii Abbas tertius,* Attone *gubernante, anno* MCXIX *fundaverit monaſterium S. Michaelis Senenſis, in vinea Hoſpitalis, jam pridem prædictæ Abbatiæ donata: unde ſolidiſſime confirmatur aſſumptum noſtrum de longe prolixiori Præfectura Sancti, quam externi ſcriptores Ludovicus & Iuſtinianus tradiderunt. Addit idem Ludovicus quod Sanctus* anno MCXXX, Innocentii Papæ II anno primo, obtinuit confirmationem multarum immunitatum, Vallumbroſanæ Congregationi à diverſis Pontificibus conceſſarum. *Ad annum vero* XXXIII *ejuſdem ſeculi pertinet acquiſitio monaſterii S. Vigilii de Lugana, in diœceſi Veronenſi obtenta, cujus causâ emanavit Breve initio capitis commemoratum. Sed neque jam factus*

& Ordo varie promovetur.

B *Epiſcopus* Atto *curare Ordinis negotia recuſavit, præſens ſæpe Capitulis ut ait Locatellus, & nonnumquam comes accedens Abbatibus monaſteria viſitantibus: & ſic anno* MCXL *die* XI *Iulii, coram Gregorio Epiſcopo Bergomenſi, altaria duo majori collateralia conſecraſſe legitur in monaſterio Sancti Sepulcri de Aſtino extra muros Bergomenſes, uti legitur in Vinea Bergomenſi.*

Eccleſia Piſtorien. jura confirmantur:

13 *Epiſcopo conſecrato, prima (ut vidimus) cura fuit Piſtorienſis Eccleſiæ jura Apoſtolicæ auctoritatis munimine confirmanda curare. Sed ſi Bullæ id probantis ſinceritas haud levi ſcrupulo obnoxia eſt, propter male notatam Indictionem* XI *pro* XIII; *graviori etiam præjudicio tenetur altera, quæ ſub nomine Cæleſtini II habetur, toto initio eadem, & quaſi tunc recens Epiſcopatum ſuccepiſſet* Atto, *qui jam in eo nonum annum agebat: ſiquidem ſubſcribitur* Datum Laterani per manus Gerardi SS. Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Card. ac Bibliothecarii, XIII Kal. Martii, Indict. XII Incarn. Dñicæ anno MCXLIII Pontificatus D. Cæleſtini Papæ II anno I. *Ita oculata fide, licet manu aliena, nobis tranſcripſit ſupranominatus Bernardinus Cavalcantius: & tamen certum eſt, quod eo anno non niſi* VI *Indictio currebat: & quod ſoleant Pontifices deceſſorum ſuorum Privilegia confirmaturi, eorumdem tenori verbotenus tranſcribendo, novum aliquod exordium*

C *præfigere. Proinde tantum abeſt ut poſterior Bulla priorem confirmet, ut per illam magis reddatur ſuſpecta, ne ſaltem originalis non ſit; licet præter eos per quorum manus datæ dicuntur, reperiantur ſubſcripti, priori quidem Cardinales decem, ut ſunt apud Vghellum; poſteriori vero viginti unus. Certius eſſe videtur, quod idem Cæleſtinus* XIII Kalend. Martii *ſcripſit in favorem S. Attonis* Clero & populo Pratenſi. Manifeſtum eſt, *inquit*, quoniam obedientia omnium virtutum ſtabilitas eſt & fundamentum: quocirca per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus venerabili Fratri noſtro, Attoni Piſtorienſi Epiſcopo, diſcreto ſiquidem & religioſo viro, tamquam proprio Paſtori & animarum veſtrarum Epiſcopo, abſque ulla contradictione, debitam obedientiam & reverentiam humiliter deferatis: de poſſeſſione vero & penſionibus Eccleſiæ ſuæ nullam ei injuriam faciatis, nec ab aliis fieri permittatis. *Idem denique Cæleſtinus* S. Attoni *commiſit cognoſcendâ controverſiam, quæ inter Archiepiſcopum Piſanum Lucenſemque Epiſcopum vertebatur eodem anno* MCXLIII, *ſicut refert Michael Angelus Salvi, auctor Hiſtoriæ Piſtorienſis editæ anno* MDCLVI *pag.* 78. *ex ipſiuſmet Sancti Epiſcopi Inſtrumento, condito per manus Olitoris Acolythi ejus & Canonici atque Iudicis & Notarii Piſtorienſis, ſub die* I *Maji hac fere forma,* Reſidens Mag. Atto Epiſcopus Piſtorienſis in eccleſia terræ Valda, delegato Sedis Apoſtolicæ in cauſa inter Archiepiſcopum Piſanum & Lucenſem Epiſcopum; videnſq; quod Archiepiſcopus cœpiſſet in prædicto loco caſtellum ædificare, mandavit ut deſtrueretur: quia parata erat lis inter civitates Piſanam & Lucenſem &c. recepitque novum inſtrumentum Epiſcopi Lucenſis, mandando ne quid innovaretur, ea lege ut cauſa caderet ea pars quæ mandatum tranſgrederetur.

cauſam inter Piſanos & Lucenſes cognoſcit

AUCTORE D. P.

Laudatus à Matthæo Card. Legato Apoſtolico in Angliâ;

14 *Interim contigerat, ſicut in epiſtola ſua narrat* Magiſter Raynerius, *Compoſtella ex Gallecia Piſtorium ſcribens, quod dum ipſe* Studium teneret Quintonio in Anglia, *id eſt ſupremarum facultatum aliquam publice profiteretur,* Romana & Apoſtolica Sedes in tantam *Attonis* prorupit laudem excellentiæ, in Curia Præſulis Quintonienſium, per Dominum Matthæum Diaconum & Cardinalem S. Georgii, ut interrogatus *à Raynerio* de Piſtorienſis & Romanæ Eccleſiæ ſtatu, dixerit, quod Romana & Apoſtolica Sedes beata foret, ſi Attonis duceretur moderamine gubernaculi. *Totam Epiſtolam recitat Vghellus Italiæ ſacræ tom.* 3 *col.* 361, *& recitando haud dubie animadvertit, iſtum Matthæum Cardinalem deeſſe curatæ à ſe ante annos ſeptemdecim editioni Ciacconii; non tamen ſuam illam animad-*

E *verſionem communicavit cum noſtro Oldoino, noviſſimam ejuſdem Ciacconii fere in quadruplum aucti editionem molienti: quare neque nunc* Matthæus S. Georgii Diaconus Cardinalis *invenitur inter Cardinales hujus temporis, ab Innocentio II creatus in locum Ruſtici, Titulum S. Georgii obtinentis, ſed eodem privati propter ſchiſma, quod una cum aliis complicibus fecerat, Anacleto Antipapæ adhærens. Huic ergo* Matthæo *partem aliquam earum Legationum attribuas licet, quas Matthæo Cardinali Cluniacenſi Epiſcopo Sabinenſi adſcribunt editores Ciacconii, atque imprimis Anglicanam, qua regnum iſtud ſibi univit Innocentius, ejuſdem Matthæi laudatiſſima opera fortaſſis etiam alibi uſus.*

ad ſe invitat Mag. Rayneriũ,

15 *Videtur autem quod* S. Atto, *per eumdem Matthæum Cardinalem aut alia via edoctus, quantus in doctrina Raynerius eſſet, eumdem Compoſtellam tranſgreſſum, & eodem quo in Anglia Scholarum Magiſterio fungentem ſub Archiepiſcopo Compoſtellano Iacobo, ſtuduerit revocare ad propriam ſuam Piſtorienſem Eccleſiam cujus Clero adſcriptus erat; ſimulque cum eo accipere partem aliquam Reliquiarum S. Iacobi Apoſtoli, miſſis eum in finem legatis duobus. Etenim per eoſdem Legatos,* ſuo dilectiſſimo Patri Attoni, Dei gratia Piſtorienſis Eccleſiæ Pontifici reverendiſſimo, Raynerius eadem gratia ejuſdem Eccleſiæ omnium Levitarum minimus, quod ſemper debetur, *obedientiam ſcilicet & reverentiam offerens, ſic reſcribit.* Tuis deſiderabilibus perlectis chartis, ſalutatione fideli, oratione dominica, benedictionis promiſſione, gratiarum actione, ſalutati doctrina, utili honeſtoque imperio uſquequaque refecti ſumus. Quocirca non milliaris & immobilis, ſed vivus & advolans cupio fieri lapis, exemplo illius quem reprobaverunt ædificantes ... vitæ docendo viam, prius tamen incedendo per eam .... Ad te igitur, promiſſor fideliſſime, & ad ſacratiſſimam meam Piſtorienſem Eccleſiam matrem, divina comitante clementia, cum debuero & potero, redibo: & te & eam pro viribus honorare & juvare non immerito ſtatui. *Redieritne, ut promiſerat, aliquando Raynerius, vehementer dubito. Cauſa dubitandi eſt, quod Hieronymus Vallumbroſanus, in elogio Sancti ſuperius relato, appellet* Raynerium Cardinalem, *id eſt, Canonicum Compoſtellanum: ſic enim ut appellarentur Canonici illi Paſchalis II conceſſerat. Nam hinc perſuadeor, eum qui tunc quidē eum ſcriberet necdum talis erat, poſtea vinculo iſto obſtrictum, &*

F *Compoſtellanæ Eccleſiæ fuiſſe incardinatum, ideoque per prolepſim Cardinalem vocatum. Quidquid ejus rei ſit, longe majus beneficium quam forte rogatus fuerat,* Attoni

poſtea Canonicum Compoſtellanum:

AUCTORE D. P. *ab eoque accipit aliquid de capite S. Iacobi anno* 1145,

& *Piſtorienſibus præſtitit Raynerius, quando* non modico labore & ſudore, & anguſtiſſima (*uti ſcribit*) difficultate, obtinuit partem non minimam de capite beatiſſimi Jacobi Apoſtoli, Fratris Joannis Euangeliſtæ, omnibus apud Dominum Archiepiſcopum Compoſtellanæ Sedis intercedentibus Perſonis atque ejuſdem eccleſiæ Canonicis. *Et hanc, inquit Raynerius,* non promitto, ſed fideliter atque filialiter & devote per * *medium* Villanum, prudentiſſimum virum & veſtrum legatum, & per Thebaldum avunculum ejus, vobis & ſanctæ matri Eccleſiæ Piſtorienſi ad præſens mitto. Suppliciter igitur (*proſequitur idem*) atque obnixe veſtram imploramus ſanctitatem atque pietatem, ut ea reverentia & honore, quo tantum decet Apoſtolum & noſtram matrem Eccleſiam veſtramque perſonam, exeundo obviare cum Clero & populo, ſi veſtræ complacet majeſtati, facta ex ordine proceſſione, ſupradicta patrocinia ſuſcipiatis, & ad veſtram & noſtram matrem Eccleſiam, cui delegamus, deducatis & honeſte tractetis: & in honorem ſupradicti Apoſtoli, in baſilica noſtræ matris Piſtorienſis Eccleſiæ, altare larga benedictione conſecrare, ſicut mihi litteris ſignificaſtis, quantocius ſtudeatis.

* *an.* Medicum

B

& miracula ejus Pontifici exponit.

16 *Recepit Reliquias deſideratas* S. Atto *anno* MCXLV, *& abunde explevit quod promiſerat. Quia autem poſt earum receptionem collocationemque* ineffabilis divinæ clementiæ magnitudo plurima clara diverſorum miraculorum genera, B. Jacobi Apoſtoli meritis ad ſacratiſſimum altare ſuum, ad compunctionem fidelium, in Piſtorienſi eccleſia demonſtravit; *ipſe Sanctus perſonaliter ſe contulit ad Eugenium Papam III, eodē anno electum & adhuc Viterbii commorantem; eidemque retulit, quod* Cæci, claudi, contracti, & alii diverſis languoribus debiles in eodem loco, per B. Jacobi preces & merita, optatæ ſalutis remedia percepere. *Quapropter Pontifex*, pro tanta divinæ gratiæ oſtenſione omnipotenti Domino gratias referens, dignum duxit ut fideles Chriſtiani, qui præfatum venerabilem locum pietatis intuitu devote viſitaverint, peccatorum ſuorum relevationem aliquam mererentur, de injuncta pœnitentia ſeptem dierum indulgentiam *ſingulis relaxando, per Breve* datum Viterbii x Kal. Decembris. *Extat illud aliaque eodem ſpectantia Brevia & epiſtola. Compoſtella accepta, cum relatione miraculorum prædictorum, in veteri Ms. Theſauri Reliquiarum S. Iacobi Piſtorii, atque ex parte Latine & Italice proferuntur à Iuſtiniano Marchetti. Nos eadem vel inde, vel ex authentico exemplo manu Mercurii Accurſii Notarii publici, tempore Clementis VIII exarato, expectamus integrum & fidele ecgraphum, ad magni Iacobi Apoſtoli ſanctique* Attonis *laudem, dandum* XXV *Iulii.*

C

dotat Hoſpitale,

16 *Porro ad reliquas ejuſdem* S. Attonis *laudes addit Ludovicus à S. Laurentio, quod* Hoſpitale S. Jacobi, in burgo portæ Gaialdaticæ Piſtorienſis civitatis conſtructum, propriis bonis locupletare curarit. *Hujus ſane rei extat inſtrumentum iſtud, cui (ſicut ſupra dictum eſt) ipſe ſubſcripſit* Ego Fr. Atto Pecen. *factumque eſt in gratiam Ruſticcutii, Rectoris ipſius Hoſpitalis, anno* MCLIII, XXIV *Aprilis, de novem cultris terræ; datis ad ſuſtentationem & refectionem pauperum, titulo emphiteuſeos, cum obligatione unius libræ ceræ & olei, ad lampadarium S. Iacobi quovis anno ſolvendæ. Poſt quod factum alia nulla memoria* S. Attonis *reperitur; ſolumque nobis reſtant verba Bernardi monachi apud Iuſtinianum, quod* Venerabilis Atto, Epiſcopus Piſtorienſis, poſt multas ſanctas operationes, ſigna & miracula, maximo cum honore ſepultus eſt. *Annum haud dubie addidit Bernardus, utpote Annales ſcribere profeſſus, eumdem quem ex illo Pocciantius tranſcripſit* MCXLVII, *quod diſſimulavit Iuſtinianus, erratum in anno eſſe videns; quamvis nec ipſe aliique ante eum, ac poſtea Michael-Angelus prælaudatus, notantes annum* MCLIII *verum mortis tempus attigerint, prædicto forſitan inſtrumento perſuaſi mutare annum à Bernardo ſignatum; & viginti annorum numerum ſe habituros rati, ſi Epiſcopum ordinatum dicerent anno* MCXXXIII: *quos meliori ratiocinio correxit Petraccius, pro tertio poſt milleſimum centeſimum quinquageſimum, notans quinquageſimum quintum ejuſdem ſeculi.*

& pie moritur.

D

CAPUT III.

Tranſlatio corporis duplex: miracula poſteriorem ſecuta.

Sepultus in Cathedrali

18 *Fuiſſe ſepultum* S. Attonem in eccleſia S. Mariæ, *quæ dicebatur* in Curte, *hodie vero* S. Joannis rotundi in foro *nuncupatur, ſcribit Locatellius, nec dubitat Iuſtinianus: ſed hic uſque ad annum* MCC *inſepultum ſtetiſſe corpus credit, non auſus per conjecturam definire locum, in quo fuerit aſſervatum. Exiſtimo ego verum eſſe, quod (fortaſſis ex Bernardo) ſcripſit Pocciantius, quod ſcilicet mortui corpus* in cathedrali eccleſia *primo* recondi-

E

tum eſt; *ac veroſimiliter juxta ipſum S. Iacobi Apoſtoli altare, ab eo erectum, aut etiam intra ejus cancellos. Poſtquam autem accumulatis ibidem eleemoſynis, viſum fuit Præfectis Operæ ſacellum condere ſpatioſius, ea quæ nunc cernitur dimenſione; accidere potuit ut vel novo operi incommodaret ſepulcrum* Attonis *(ſiquidem illud jam tunc erectum ſupra terram ſtabat) vel (quod exiſtimo veroſimilius) inter fundamenta jacienda retectum apertumque, exhibuerit præter expectationem corpus miraculoſe integrum; & hoc dederit cauſam fabricandi marmoream, quæ hodieque ſupereſt, arcam; cujus anterior frons inſculptam habet hiſtoriam allatarum Reliquiarum S. Iacobi, quas peregrini duo genuflexi exhibent illi Pontificaliter induto, & duobus Angelis venerantium ſpeciem habentibus ſtipato. Vt autem hanc arcam in aliam eccleſiam transferendam Domini Operarii cenſerent, movere eos potuit certa fides veræ ſanctitatis, per incorruptionem corporis declaratæ divinitus, eique innixa ſpes ſecuturorum miraculorum, ſi alio quam ubi eatenus latuerat loco propriam obtineret venerationem, & à cultu S. Iacobi diſtinctam. Itaque anno* MCC *tranſlatum fuerit ſacrum iſtud depoſitum ad eccleſiam S. Mariæ, ibique intra arcam prædictam collocatum manſerit uſque ad annum* MCCCXXXVII, *licet primæ illius Tranſlationis nulla nunc extet apud Piſtorienſes memoria, uti nec eorum quæ facta ſunt in ornando S. Iacobi ſacello quidquam ſcitur ante annum* MCCLXI, *quo erectum fuiſſe ibi novum altare docemur veteri inſcriptione, ibidē viſenda & ab Iuſtiniano relata pag.* 90. *Anni autem* MCC *notitia habetur ex veteri Theſauri Iacobæi Ms. jam allegato, ſub hac formâ, una cum hiſtoria ſecundæ tranſlationis & miraculorum eam ſecutorum.*

elevatur an. 1206, *& transfertur ad S. Mariæ:*

F

18 In quodam libro chartarum hedinarum, cooperto corio pavonatio obſcuro, in honorem beatiſſimi Jacobi Apoſtoli in ſuis Vigiliis, exiſtente in ſacriſtia dictæ Operæ, quaſi in fine dicti libri, reperiuntur infraſcripta de B. Atto Epiſcopo Piſtorienſi & de ejus ſancto corpore. In anno nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſeptimo, Indictione V, in die XXV menſis Januarii, in laudabili & felici introitu & initio Officii Operariorum tunc exiſtentium, volendo honorificare corpus pretioſi & venerabilis B. Atti, olim Abbatis de Vallimbroxia & poſtea Epiſcopi Piſtorienſis, repertum fuit in ejus ſepultura, qua fuerat ſepultus in anno Domini milleſimo ducenteſimo. Corpus vero dicti B. Atti repertum fuit in prima ejus ſepultura per dictos Operarios, & per aliquos Capellanos Capellę S. Jacobi præſcripti, & per Magiſtrum Cellinum, qui erat caput Magiſtrorum ædificantium eccleſiam S. Joannis Baptiſtæ, anno Dominicæ nativitatis milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſeptimo. Et

ubi anno 1337 *repertus adhuc integer,*

dictum

A dictum beatum corpus repertum fuit, totum integrum positum, solidum, & sine aliqua diminutione. Et fuit missum & depositum in quadam capsa katricolata de ferro, ita quod à cuncta gente clare videri poterat: & sic publice & manifeste tota illa die permansit. Et sequenti die missum & positum fuit in sacristia Operæ supra scriptæ, & ibi retentum fuit, donec factum fuit quoddam katricolatum juxta capellam Sancti suprascripti: & ibi mansit donec ejus sepultura fuit facta de marmore & capsa: quia provisum fuerat per Commune Pistorii, quod in fieri faciendo quamdam honorabilem sepulturam pro corpore beatissimi Atti suprascripti, expendi deberent de denariis Operæ S. Jacobi suprascripti libræ centum denariorum. Positum fuit pretiosissimum corpus S. Atti prædicti die Dominica, XXII mensis Junii. Quod corpus honorabiliter portatum fuit per honorabiles viros, D. Tommasum, honorabilem Potestatem civitatis Pistorii; & per Dominos Anzianos, & Vexilliferum justitiæ, & per certos clarissimos viros Lucanos, & per Operarios suprascriptos. Repertum fuit dictum corpus, & positum & missum in dicta capsa in præsentia totius cleri C & totius populi civitatis Pistorii. Deo grátias.

refertur ad Cathedralem 22 Junii,

cum omnibus rebus in arca repertis.

20 *Addit Iustinianus inventionem & translationem hanc incidisse in tempus* D. Barontii de Ricciardis Episcopi Pistorienſis: *Vghellus* Barenzum *appellat, & ab anno* MCCCXXII *ad* MCCCXLIX *sedisse ait. Addit etiam idem Iustinianus in primo, id est (ut ego intelligo) in priori apud S. Mariam sepulcro, inventam esse laminam plumbeam, cui ex una parte inscriptum esset,* Atto Episcopus Pistorien. *ex altera, Hic* requiescit. *Porro in quodam Sacristiæ Iacobeæ Inventario, sub nota anni* MCCCIXIII, *inveniuntur Italicis verbis notata hæc sequentia.* Annulus B. Atti in pyxide eburnea. Corpus B. Atti, & arca in qua allatum est ad portam ecclesiæ. Planeta qua induitur Dominus Sanctus Atto. Plures aliæ claves capsularum & corporis S. Atti in sacristia. Corpus S. Atti positum in arca katricolata, & tres claves parvulæ corporis S. Atti. *Alibi vero eodem anno similiter invenitur Italice scriptum,* Corpus B. Atti & arca, in qua stat allatum ad portam ecclesiæ, cum capsula, in qua sunt vestimenta suprascripti corporis, quibus erat involutum quando eductum fuit de arca, & cum reverentia translatum ad capellam. *Ad confirmationem præterea auctioris cultus à tempore dictæ translationis, facit statua Sancti argentea parva, una cum statunculis aliorum quinque Sanctorum similiter argenteis, posita supra altare S. Iacobi, cum memoria Rever. P. Pandolfi Arferuoli Sacristæ S. Iacobi & nota anni* MCCCLXXXVI. *Et huic parvæ statuæ prorsus similis est pictura pervetus, in eo conclavi quod audiendis causis, ad Dominorum Operariorum jurisdictionem spectantibus, servire solebat; ubi supra ipsius Scribæ cellam depictus fornix,* S. Atti *triumque aliorum Pistorienſium Patronorum imaginem exprimit, cum mitra Episcopali ac diademate. Est autem etiam talis pictura alia in refectorio inferiori monasterii Pistorienſis, dicti S. Michaelis ad Furculas, in actu manu tenentis librum, eumque offerentis Crucifixo, medio inter ejus iconem & iconem B. Bernardi Parmenſis superius memorati.*

Exinde in statuis & picturis honoratur ut Sanctus.

B

21 *Existimat Ludovicus à S. Laurentio, ante prædictam sancti corporis inventionem, non solum pie venerabilem fuisse* Attonis *memoriam, sed etiam* in Sanctorum numerum relatum *ejus nomen, idque suadere censet* Missalia & Breviaria vetustiora Vallumbrosanæ Congregationis, in quibus titulo sanctitatis decorabatur, & sub festo & Officio duplici *recitabatur. Sed si de canonizatione agitur, per Pontificem facta ritu solenni, certum est nullam hujusmodi actus supereſſet memoriam: Missalia autem & Breviaria illa accurate nominantur à Iustiniano pag.* 125, *suntque superiori seculo impressa omnia, puta anno* MDI, XXXII, LXIII *&* LXXV; *in quibus eorumque Kalendariis notatur* S. Attonis *festum; agendum* XXII *Iunii, ipso scilicet anniversario translationis præfatæ: quod factum non fuisset, si* ante *illam* translationem jam debitus sancto Episcopo exhibebatur cultus, *non qualiscumque, sed plenus, qualem probarent Missalia & Breviaria.*

Colitur à Vallumbrosanis 22 Iunii.

AUCTORE D. P.

22 *Pro Ecclesia autem Pistorienſi nihil etiam constitutum fuisse ante prædictam translationem merito dixerim: post eam autem anno* MCCCXL *&* LII *scriptum legitur in libro consultationum, ad Operam S. Iacobi spectantium,* Festum beati Domini ac Sancti Attonis tertia Dominica Junii celebratur, & ideo in honorem ejus sumpsimus tertiam cujusque mensis Dominicam, in eaque ostendimus gloriosum ejus corpus, quod tam diu prostat apertum, donec absolvantur Missæ, ut devotio sanctissimi nominis ejus multiplicetur & crescat. *Addit Iustinianus, pariter* decretum *fuisse,* ut quam diu aperta maneret arca S. Attonis, omnes & singuli Capellani S. Jacobi, post suam quique Missam, pluviale induti ante prædictam arcam genuflexi perseverent, donec proximus Missam absolvens ei succedat, indicta quinque solidorum mulcta ei qui decreto non paruerit. *Anno quidem illo quo facta Translatio est, quia littera Dominicalis* E *ipsi cenſebatur Kalendis; dies* XXII *Iunii cadebat in Dominicam mensis quartam: sed quia extra hunc casum, non nisi sexto post anno recursurum, necesse erat Dominicam quartam Iunii cadere infra Octavam S. Ioannis Baptistæ, & aliquando in ipsum Nativitatis illius festum, colendo solennius* S. Attoni *aptior visa est Dominica tertia, nullo simili concursu unquam impedienda.*

à Pistoriensibus 3 Dominica ejusdem mensis.

E

23 Katricolata *autem* arca *sive (ut magis Latine loquar)* craticulata, *in quam anno* MCCCXXXVII *fuit translatum corpus, operiebatur, ut ait Iustinianus, pretioso stragulo, quod præfatus Presbyter Pandolfus Arferuoli curaverat faciendum; stabatque elevata supra ipsam illam marmoream arcam, qua hodieque ei pro basi est, simul cum ipso corpore allata ab ecclesia S. Mariæ. Atque in hoc statu manserunt omnia usque ad annum* MDCVI, *accurrentibus interim ad sacri depositi venerationem undique populis; quorum pietatem excitabant miracula, ipso anno Translationis patrari cœpta, quorum nonnulla in antiquo illo codice habentur descripta, sub hoc titulo:* Hæc sunt quædam miracula, inter alia facta per Dominum nostrum & intercessionibus S. Atti, tempore translationis sui sanctissimi corporis, visa & publice manifestata multitudini populi civitatis Pistorii. *Iuvat illa legenda dare, servata genuini styli simplicitate, ut scripta primitus sunt, mihique curante prænominato Rectore transmissa: notatâ tamen in margine varietate lectionis, ex veteri tabella, de qua infra.*

describuntur miracula,

F

24 Matthæus Bernardi * Sartor, civis Florentinus de populo S. Pauli, audiens miracula, quæ fiebant per reverendissimum corpus S. Acti, infirmitate gravatus guttæ, jam sunt duo anni elapsi, adeo ut sine magna pœna & difficultate se movere non poterat: & dum sic ægrotaret cum magno dolore in ipsa civitate Florentiæ, quædam mulier Pistorienſis, nomine Domina Cecca, videns eum tanto dolore vexatum, ait ei: Amice, de novo apparuit in civitate Pistorii quidam Sanctus, nomine Actus, qui fuit Abbas Vallis-umbrosæ sanctissimæ vitæ, & postea Episcopus Pistorienſis: qui, noviter reinvento ejus corpore pretioso, facit multa & infinita miracula. Voveas te sibi, & habeas devotionē & fidē Deo, & in continenti sanaberis. Qui Matthæus, illico reverentia & devotione motus, se vovendo eidem

* *al.* Sutoris.

Sanantur arthritis,

AUCTORE D. P.

dem, ait, quod ſi Deus ipſum ob reverentiam S. Acti ab ipſa ægritudine liberaret, volebat ire Piſtorium ad viſitandum ejus corpus ſanctiſſimum pedibus denudatis. Et facto dicto voto, dolor ipſe & ægritudo guttæ ceſſavit, & eſt penitus liberatus. Et ad ipſius miraculi certitudinem pleniorem, hodie die XXIX menſis Aprilis, idem Matthæus, veniens à civitate Florentiæ ad civitatem Piſtorii, ad viſitandum ejus beatiſſimum corpus, à dicta ægritudine liberatus ex toto; nudis pedibus; Operariis & multitudini populi, inter quos præſentes fuerunt Gurinus Graudoni & Gheradinus Crani de Imbarcatis de Piſtorio aliiſque prædicta omnia audientibus, hoc miraculum devotiſſime enarravit: de quibus Deo Patri ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

contractio manus,

25 Domina Viola, uxor Ser-Joannis Neri olim D. Odaldi Capitanei S. Michaelis in Bonaccia, perſonaliter veniens ac reverenter in ſacriſtia S. Jacobi Apoſtoli, in præſentia ipſorum Operariorum dixit & narravit, quod jam ſunt duo anni & ultra, ipſa Domina Viola habebat ejus dexteram manum * contractam, ita quod nullo modo eam poterat aperire: quæ devotione mota, vovit ſe B. Acto, & ei ſe humiliter commendavit: qua commendatione facta, ſine mora ipſa Domina, meritis ipſius * ſancti Corporis, fuit à dicta infirmitate totaliter liberata. Quidam Ricoverus habebat quamdam ſuam filiam, ætatis quatuor annorum, quæ graviſſimis febribus tenebatur, in tantum quod erat à parentibus derelicta. Recogitans igitur idem Ricoverus de ſanctiſſimi Acti miſericordia & meritis, eam ſibi devotiſſime commendavit vovens Deo & illi, certam reverentiam & oblationem ceræ facere ad corpus ſuum: quo emiſſo voto, filia eſt de mortis faucibus revocata, & plenæ ſanitati reſtituta.

* quaſi aridam & ſiccam,

B

* tangẽdo membra ipſius

febris letalis,

26 Vannes olim filius Partini Ser-Vannis de Bombaſſallis, infirmitate gravatus ab infantia ſua exiſtens ..... meritis ſanctiſſimi Acti fuit liberatus, emiſſo prius à matre voto. Gentilis Jacomucci de * Fognano, ætatis annorum triginta, quæ infra octo dies à die ſuæ nativitatis corporali lumine privata ſtetit; audiens miracula quæ Deus quotidie operabatur meritis ſanctiſſimi Acti, cum devotione introducta ad locum, ubi venerandum corpus noviter tranſlatum eſt, ipſius quoque Reliquias contingens, beneficium viſionis impetravit. Domina Bandina Guidi Ormagni, infirma gravibus doloribus colicis; decima quarta nocte menſis Junii commendans ſe beatiſſimo Acto; devovens, ſi contingeret eam liberari, ad corpus ſuum devenire, & reddere votum quod promittebat; ſtatim fuit à dicta ægritudine liberata. Cujus beneficii ipſa non immemor, * quæ vovit, ſtatim feſto die ex teſtimonio mandavit.

* Ferignano

annorũ 30 cacitas,

C

27 Anno Nativitatis Domini MCCCLVII Indictione XI, die Jovis, VII menſis Septembris, Bonocurſus Neri de Florentia venit ad ſacriſtiam S. Jacobi Apoſtoli, in præſentia Operariorum ipſius S. Jacobi, & dixit infraſcripta miracula, quæ omnipotens Dominus fecerat in perſona ipſius Bonocurſi, per merita S. Acti prædicti. Scilicet imprimis, dum ipſe Bonocurſus ... *Hic nos deficit antiquus codex, uno alterove folio ut apparet avulſo: cetera ergo ſuppleat tabella, cujus ecgraphum invenimus Romæ in Bibliotheca Valli-cellana, inter Antonii Gallonii Collectanea, ſub hoc titulo.* Hæc miracula infraſcripta inventa ſunt in Opera S. Jacobi in civitate Piſtorii. Et ego Presbyter Franciſcus olim Ser-Baſtiani de Vergeleſiis Piſtorienſis, jam jam in noſtra Cathedrali, in quadam ibi exiſtente tabella, ad perpetuam memoriam notavi. *Illa autem ſic incipiunt*: Primum miraculum eſt, quod corpus B. Acti repertum fuit in prima ſua ſepultura anno Domini MCCCXXXVII die XXV Januarii: quod repertum eſt quando deputati [fuerunt] ad ædificationem cujuſdam eccleſiæ in noſtra platea, nuncupatæ eccleſia S. Joannis Baptiſtæ. Et ſepultum fuit anno Domini MCC: & ſine aliquo impedimento inventum eſt, & ad præſens poteſt videri ab omnibus cum ſuis paramentis: quæ paramenta ſunt nova & ſine aliqua læſione: & qui vident corpus ejus, affirmant maximum eſſe miraculum.

D

Cetera deficientia in veteri Ms.

habentur in tabella,

28 *Ita hæc tabella, in qua deinde ſecundum ponitur, quod ſupra eſt primum, ſed contractum in pauca; cetera vero ſimili ordine ſub quadam phraſis diverſitate. Quod autem ſuperius quartam legi integre non potuit, in tabula quintum eſt & prolixius refertur hoc modo:* Quidam Vannes Partini, Ser-Vannis de Buonvaſalis de Piſtorio, gravatur in lecto infirmitate incurabili, videlicet retractione brachii; mater ſua, audita ſtatim fama inventionis hujus ſancti corporis, genuflexa vovit Deo & B. Acto, ſi reciperet ſanitatem pro ſuo filio, offerre Beato illi pondus quoddam argenti, in teſtimonium hujus ſanitatis ab eo receptæ. Et ſic aridum quaſi corpus, tangendo membra hujus S. Acti, priſtinam ſanitatem accepit. *Sextum ſeptimumque in Tabula, relata ſuperius ſunt quinto ſextoque loco, variata non nihil phraſi, & addita etiam notabili, quem margo noſter exhibet circumſtantia; unde apparet, ea miracula aliunde quam ex libro originali eſſe tranſcripta à Presbytero Franciſco: qui ſuperius deſiderata beneficia, ut ab ipſo Bonocurſo relata fuerunt, & alia inſuper tria extra formam depoſitionis legalis, ſic ſcripta reperit.*

fidem faciente de curatis contractione brachii,

E

tumore crurum,

29 Bonocurſus nomine de Neris Florentinus, cum eſſet Piſis, & tenendo crura inflata, & habendo alteram infirmitatem, taliter quod incedere non poterat; & tenendo magnam fidem Deo & B. Acto, quod per ejus merita reciperet ſanitatem; fecit votum viſitare hoc corpus, & ſic habuit ſanitatem & votum adimplevit. Idem Bonocurſus infirmatus dolore ventris vel infirmitate colica, fecit votum offerre cereum librarum viginti quinque Deo & B. Acto, ut intercedere dignaretur pro ſua ſanitate apud Deum, [& ſanatus eſt]. Supradictus Bonocurſus, cum eſſet Romandiolæ, in ſervitium Eccleſiæ Romanæ, ut bellum ageret contra perfidum tyrannum Civitatis Forlivii; & eſſet ibi cum viginti quinque ſociis, ut faceret quamdam imboſcatam erga eos tyranni: & cum ſolus remaneret de illis in medio inimicorum, votum fecit Domino & B. Acto, venire ad viſitandum corpus ſuum; & facto voto ipſe ſolus evaſit, & adimplevit ſuam voluntatem. Et ille ore ſuo venit, ad publicandum ſe tantam gratiam recepiſſe à Deo per merita B. Acti, Operariis civitatis noſtræ, & cartam fieri fecerunt à ſuo Notario: & ſic fuit ſemper devotus. *Forolivienſis qui hic indicatur tyrannus* Franciſcus Ordelaffus *fuit, de cujus geſtis, ſucceſſibus, & ferocia vide Paulum Bonoli lib. 6 Hiſt. Forolivienſis & Odorici Raynaldi Annales eccleſiaſticos: Paulus vero ad hunc ipſum annum* 1337 *notat, quod menſe Octobri receptus in gratiam Ordelaffus, fuerit Vicarius perpetuus civitatis ſuæ conſtitutus, ſub tributo pendendo Eccleſiæ, in cujus tamen fide non diu manſit: ejus autem perpetua fere felicitas finem habuit anno* 1359, *quando ſe urbemque dedere Pontificio Legato coactus fuit.*

colico dolore,

item de liberatis à morte inter hoſtes,

F

& paralyſi ſanata.

30 Bartholomæus nomine quidam civis Florentinus del Nero, cum eſſet Præſes Civitatis Piſarum, & haberet quamdam partem corporis aridam & male tractatam; venit ejus in mentem memoria Dei & corporis B. Acti inventionis. Fecit votum venire ad viſitandum reliquias B. Acti, & offerre quamdam quantitatem aureorum, ad laudem Dei & B. Acti, ut dignaretur intercedere Deum pro ſua ſanitate: & recepit ſanitatem à Deo, per merita beatiſſimi Acti. Bartholomæus ſuperius dictus, cum eſſet Romandiolæ, cum comitibus ſuis circa triginta, & ab inimicis ſuperatus, fecit votum Deo & B. Acto, ſi evaderet

tale

A tale infortunium venire ad viſitandum corpus & reliquias B. Acti, & offerre veſtes ejus & arma ejus; facto voto evaſit inter ſocios ſuos ſolus, quia alius mortuus, alius vulneratus, & alii in fugam abierunt. Adeoque ille miſer commendavit ſe Deo, quod per merita ipſius S. Acti evaderet mortem & eſſet ſanus & ſalvus. Et ſic accepta gratia, ſemper dum viveret, eum peculiarem intercefſorem habuit, ad laudem Dei & B. Acti, qui dignetur etiam pro nobis intercedere. Amen.

CAPUT IV.

Sancti cultus per Romanos Pontifices auctus: tranſlatio nova & ſecuta miracula.

31 *EO quo ſupra diximus modo expoſitum S. Attonis corpus, non ſolum à vulgo fidelium fuit religioſe deinceps viſitatum, ſed ipſos quoque Romanos Pontifices veneratores habuit aliquando. Sic (teſte Ludovico à S. Laurentio)* anno Domini MCCCCIX menſe Novembri, Alexander V, Piſis peſte coactus, cum ſedecim Cardinalibus Piſtorium adivit, ut ſupplex B. Attonis veneraretur corpus: quod ut fecit, ſancto viro ſe & Romanam Eccleſiam commendavit. Eadem feciſſe traditur Eugenius Papa IV, cum Florentiam Ferraria, ad cœptum Concilium celebrandum, veniret menſe Januario, anno Domini MCCCCXXXI. *Sed ab his nihil mutatum circa cultum, Vallumbroſanis diem* XXII *Iunii, Piſtorienſibus Dominicam ejuſdem menſis tertiam obſervantibus, uſque ad annum* MDCIV; *quando utriſque placuit Apoſtolicam appellare Sedem, ut ſibi liceret die* XXII *Maji, quo Sanctus obiit, feſtum ipſius agere cum Officio & Miſſa de Confeſſore Pontifice, idque per totam diœceſim & Congregationem. Porrecta ergo Clementi Papæ VIII communi utrorumque nomine ſupplicatio fuit per Illuſtriſſ. Cardinalem Iuſtinianum, Protectorem Congregationis Vallumbroſanæ; qua ad ſacram Rituum Congregationem tranſmiſſa, una cum Documentis Piſtorio allatis & ab adm. Rev. D. Conſtantino Cajetano Monacho Caſinenſi induſtrie compilatis; commiſſum eorum examen fuit Cæſari Cardinali Baronio. Hic vero die* XI *Decembris judicium adeo favens retulit, ut Congregatio advocata in ſecretum Conſiſtorium coram Pontifice* XV *ejuſdem menſis, precibus annuendum cenſuerit, & decreverit Pontifex, prout anno mox ſequenti factum ſub hac forma.*

Corpus viſitatur ab Alexandro 5 & Eugenio 4.

B

Clemens 8, rogatus à Vallumbroſanis & Piſtorienſibus,

C

32 Clemens Papa VIII, ad perpetuam rei memoriam. Pietati ac devotioni dilectorum filiorum, Civium & Populi civitatis Piſtorii ac univerſæ Congregationis Monachorum Valliſumbroſæ, quantum cum Domino poſſumus ſatisfacere cupientes, piis ac devotis eorum ſupplicationibus, nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati; ex voto venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, ſuper ſacris ritibus & ceremoniis deputatorum, quibus hoc negotium examinandum commiſimus, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ut in civitate ac diœceſi Piſtorienſi ac in omnibus ejuſdem Congregationis Valliſumbroſæ tam Monachorum quam Monialium eccleſiis & monaſteriis ubicumque exiſtentibus, Officium & Miſſam de B. Attone, qui dictæ Congregationis Valliſumbroſæ octavus Generalis & poſtea Piſtorienſis Epiſcopus fuit, die XXII Maji, qua in Domino requievit, juxta regulas Breviarii & Miſſalis Romani, libere & licite recitari poſſit & valeat .... licentiam perpetuo concedimus & indulgemus, non obſtantibus &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die XXIIII Januarii MDCV, Pontificatus noſtri anno tertio decimo.

permittit feſtum cum officio 22 Maji.

33 *Hac gratioſa conceſſione excitati Piſtorienſes, conſtituunt novam capellam ex marmore, eodem ubi arca ſtabat loco fabricandam: quâ ut potuit citiſſime abſolutâ anno* MDCVI *relatum fuit ſacrum corpus, ex ſacriſtia, ubi tantiſper quieverat, ad priorem locum, intra capſam re-*

Itaque an. 1606 fit nova tranſlatio,

ſplendenti cryſtallo præmunitam, telaque filis aureis intexta opertam, quæ ibidem eleganti ex ferro crate circumdata, ſupra veterem arcam per ferias Paſchales XXVI *Martii inchoatas, populo aperta fuit, inter numeroſas faces ſuaveſque concentus.* Jacet autem corpus ſanctum, indutum planetam antiqui moris, per cujus latera circa medium aperta tranſmittuntur brachia, ſurſum ac deorſum mobilia; ipſa vero planeta eſt ex nitenti panno lineis viridibus, albis, nigriſq; & rubeis ſtriato, adeoque recenti ac pulchro ac ſi primum eſſet à contextu reſciſſus. Mitra ſimiliter veteris uſus eſt, humilis, parva, acuminata, ex Damaſcena tela alba & acupicta. Pedum ex leviſſimo ligno, ſed adhuc ſolidiſſimo, abſque cuſpide. Albam inferiori in limbo prætexta ornat, qualem antiquitus ſcimus in uſu fuiſſe Clero Piſtorienſi, maxime in ſolennioribus feſtis; nec deeſt annulus in digito, aliaque ornamenta: caput vero reclinatur ſupra pulvinar æque vetus: omnia autem membra integerrima ſunt, & adhuc carnoſa, ſic ut tactui cedant mollia adhuc, denuoque reſurgant ſi manum removeas. Aperto nonnihil ore hians vultus, dentes aliquot conſpiciendos præbet, ipſumque palatum intus album. Extremitas narium, licet eminus intuentibus nonnihil videatur eſſe conſumpta, vere tamen conſumpta non eſt, ſed depreſſa, veroſimiliter ab operculo loculi, intra quem primum conditus Sanctus fuit, & hoc cognovimus ipſum propius & remota cryſtallo intuiti, in eoq; obſervavimus aliquid aquilini. Oculi ſimiliter integri, ſic ut unius etiam pupilla appareat: aures puriſſimæ, vultus plenus atque ad quadraturam vergens, propter menti ſatis largi ſpatium. Manus ac pedes ſuis digitis, & hi unguibus inſtructi ſunt; digiti autem pedum, hallucibus exceptis, ſurſum curvati: omnibus autem color carnis adhuc ad ſtuporem intuentium eſt vividus. Statura corporis alta tres fere ulnas. *Hactenus Iuſtinianus Marchetti, atteſtans quod anno* MDCXXVI *curioſe fuerit ſcrutatus omnia, ipſa brachia adducens ac reducens, atque de conjectura ſua ætatem Sancto tribuens annorum* LXV, *quæ in noſtra ſententia ad annum octogeſimū fere debuit acceſſiſſe.*

AUCTORE D. P.

corporis incorrupti,

E

34 Taliter conſtitutum cum eſſet intra capellam corpus (*ut proſequitur idem Iuſtinianus*) ad demonſtrationem interioris gaudii & debitam adorationem convenerunt XXII Maji D. Alexander del Caccia Florentinus, dignus S. Attonis in Sede Epiſcopali ſucceſſor, cum Clero Magiſtratuque & magna Piſtorienſis populi multitudine, circa prædictum ſacrum tumulum; Miſſaque ſolennis à Reverendiſſ. Epiſcopo cantata eſt, quæ Miſſa & alia ad feſtum ſpectantia ut quotannis quam poteſt ſolenniſſime iterentur, commiſſum eſt Operariis S. Jacobi, Poſt Miſſam ducta eſt pompa proceſſionalis cum imagine Sancti, à Cathedrali per forum totum, geſtantibus illam primum quatuor venerabilibus Monachis Vallumbroſanis, deinde aliis ſucceſſive de Clero Sacerdotibus ſub baldachino, quod ſuſtinebant ſex Nobiles viri ad hoc à Concilio generali electi. Anno autem MDCVII Religioſi Vallumbroſani à prædicto Reverendiſſ. D. Epiſcopo poſtularunt Reliquiam aliquam ſui quondam Sancti Generalis. Quorum deſiderio facturus ille ſatis die XI Februarii, aſſiſtente ſibi univerſo Clero ac Magiſtratu, modica ferra (quæ hodieq; devote ſervatur in conclavi ad latus ſacelli S. Jacobi, poſt facti memoriã ejus lamellæ inſculpram) juſſit à miraculoſo corpore auferri os unum brachiale, una cum adhærente eidem carne à cubito ad manum. Hoc in actu Don Balthaſſar Vallumbroſanus recitavit devotam orationem de laudibus S. Attonis: deinde cum proceſſione ſolemni portata fuit venerabilis illa Reliquia ad monaſterium Piſtorienſe S. Michaelis de Furculis, ibique tradita in manus Don Theſauri Veli, Abbatis S. Michaelis de Paſſiniano, & conditum de re tota eſt

& feſtum ſolenmus agitur;

F

brachium Vallumbroſanis donatur:

AUCTORE D. P.

inſtrumentum publicum, coram quatuor Nobilibus ad hoc à Concilio generali lectis & duobus ex Operariis S. Jacobi.

35 Die XII Februarii prædictus D. Theſaurus Veli, cum aliis ejuſdem Congregationis Monachis, venerabile pignus detulerunt Florentiam, in comitatu quatuor prædictorum Nobilium; ubi ſolenni pompa magnaque devotione excepti ſunt in æde Sanctiſſimæ Trinitatis, ab illius loci Monachis. Dum autem Florentiæ eſſent, ipſe prænominatus Abbas detulit ſanctam Reliquiam ad Sanctimoniales ſui Ordinis, ibidem devenerandam oſculandamque; quas inter una, Soror Aurelia dicta, quæ totis decem diebus ac noctibus graviter infirma lecto decubuerat, poſtquam præmiſſa humili prece ipſa quoque oſculum impreſſiſſet ſancto brachio, ad ſtuporem omnium ſubito fuit à tam gravi morbo liberata. Denique die XIII Februarii, Ordinis Præſidens Generalis Don Proſper Boni-Matthæi, tunc Florentiæ aſſiſtens, cum aliis Monachis prædictiſque quatuor Nobilibus Piſtorienſibus, profecti ſunt Paſſinianum; ubi ab ibidem commorantibus Monachis devotiſſime recepta ſancta Reliquia eſt, & nobiliſſimæ thecæ argenteæ incluſa, collocanda poſtea intra capellam ad hoc dedicatam, quæ modo eleganti opere abſoluta cernitur.

& poſt monachã Florentiæ ſanatam,

Paſſiniani collocatur.

B

36 *Piſtorii vero non minus poſt ultimam illam, quam antea poſt priorem Tranſlationem patrata fuerunt miracula, quorum aliqua ex Italico Iuſtiniani Latine reddita ſic narrantur*: Anno MDCVII D. Julius Sozzifanti, Nobilis Piſtorienſis, ſub noctem diei XXII Maji erat in quodam ſuo prædio, Saliconis appellato apud Seravallem territorii Piſtorienſis, exutis ſuperioribus veſtibus lectum ingreſſurus. Sed Deo ſe primum, uti convenit, commendans de genubus; audivit fragorem rei cujuſdam labentis circa parietem, ad quem ſubtus cubiculum fabricabatur cella vinaria, & ad quem lecti caput acclinabatur. Interrogavit ergo villicum ſuum, in vicino loco cœnantem cum fabro, quid rei? Illi vero reſponderent, glires eſſe. Proſequebatur ergo orationes ſuas, quando ſenſit iterari fragorem, & neſcio quid de tecti materia intra cubiculum labi. Iterum ille interrogavit, quid caderet; rurſumque reſponſum, nihil id eſſe. Non potuit reſponſo acquieſcere Nobilis, dumque ambiguus intra ſe hæret, viſus eſt ſibi audire vocem intus monentem, Cito, cito; egredere hinc. Quare villico & fabro dixit: Eja ſurgite, & mecum vos proripite foras: quia certum caſum minatur domus. Cumque illi pergerent aſſeverare identidem nullum eſſe periculum; ipſe econtra ſcalas occupat, feſtinatque deſcendere, altum clamans, Foras, foras, donec & illi ſequerentur. Vix autem medietatem ſcalarum attigerant, quando corruit frontiſpicium domus, nec ſolum menſam ad quam prædicti cœnabant, ſed etiam lectum quem erat ingreſſurus Julius, opplevit rudere. Unde præſentiam divini auxilii intelligens, in domeſticum commentarium hæc verba retulit. Quia modicam caveam ſtruere dum volui, ſubverſa fuit facies orientalis domus, cum meo damno non exiguo, ſed majori felicitate, propter gratiam quam à Deo recepi, cui placuit vitam meam ſervare à ruina per ſuam miſericordiam; quo in periculo credo mihi adfuiſſe auxilium Reginæ cælorum & interceſſionem S. Attonis, qui noluit ut in die ſuę ſolennitatis XXII Maji, anni MDCVII, circa horam ſecundam noctis, tam miſere perirem, cum diſcrimine ipſius animæ meæ: quapropter ſemper benedicatur Deus, & gratiæ interceſſioni referantur. Sic ille, qui mox inſtituit anniverſarium ſacrum, ad altare ſancti corporis, cum aliis quibuſdam obſequiis faciendum.

Vir nobilis, ruina domus ſuæ oppremendus,

liberationẽ adſcribit S. Attoni,

C

37 Archangelus Mandoſius, Nobilis Romanus, per aliquot dies Piſtorii moratus, cum S. Attoni ſeſe commendans ſingularem aliquam gratiam poſtulaſſet impetraſſetque, menſtruum in eadem capella Sacrum celebrandum conſtituit, duplex autem Sacrificium in feſto ipſius Sancti, cui etiam viridem ex ſerico papilionem obtulit. Paupercula quædam in mea S. Hilarii parochia, nomine Barbara, quam multis menſibus cæcam ſæpe vidi alieno ductu ambulare, cum vota S. Attoni feciſſet, viſum intra dies paucos recuperavit. Duo quoque Sacerdotes Piſtorienſes, hoc tam multorum mortibus funeſtato anno MDCXXIX, ſerio à me interrogati, qua ratione evaſiſſent periculum, à quo non evaſuros medici judicarant; vitam ſuam acceptam retulerunt S. Attoni, cui votum fecerant. Unus autem eorum addidit, quod ipſo momento facti voti, de Miſſa ad ejus altare quamprimum poſſet celebranda, melius ſe habere ſenſerit. Circa alterum vero notabile eſt, quod ei quædam ſoror ſua, in Hoſpitali Dominarum de Cippo Monacha Piſtorii, in hæc verba ſcripſerit: Significo tibi, quod S. Atto te velit ſanare, ſi eum velis aſſumere in Patronum. Referente etiam adm. Rev. D. Pandolfo Arferuoli, Sacriſta S. Jacobi, didicimus, quod eodem prænotato anno Canonicus unus & duæ Piſtorienſes matronæ, ad mortem ægrotantes, poſtulato linteo cui nuper fuit involutum corpus ſanctum, quando reponendum erat in capellam, eoque impetrato, commendantes ſe Sancto recuperaverint ſanitatem. Sed neque defuerunt divinæ juſtitiæ exempla in eos, qui injurioſi erga Sanctum quomodocumque fuerunt. Nam cum Nobili cuidam Piſtorienſi credita eſſet notabilis pecuniæ ſumma, ornatui ſacræ arcæ impendenda, ipſeque eam dilapidaret; longe Piſtorio ad CLXVII P. M. poſitus, ſubito periit, die XXII Maji in noctem vergente. Multitudo autem votorum in charta aut tabula expreſſorum maxima ſatis declarat, quam multi ad Sancti patrocinium recurrant: adſunt etiam anathemata argentea numero magno, ex iiſque ante hos viginti annos memini confectum fuiſſe vas quoddam ad divini Officii uſum.

D

Ob receptas gratias fundatur annua & mẽſtrua miſſa.

ſanantur moribundi duo,

item moribunda:

E

punitur injurius Sancto.

38 *Neq; apud Piſtorienſes ſubſtitit beneficentia S. Attonis, ſed etiam ad Hiſpanos tranſivit, qui eum apud ſe natum credunt. Cum enim* Epiſcopus & Clerus, nec non & Magiſtratus civeſque & incolæ civitatis Pacenſis, ex ſingulari erga B. Attonem, qui ex dicta civitate originem traxit, devotionis affectu, in feſto illius Officium & Miſſam de communi unius Confeſſoris Pontificis celebrare poſſe ſummopere deſiderarent; *indulſit-id eis* Paulus Papa V, *pro* civitate & diœceſi Pacenſi; abſque tamen Lectionibus propriis, *per Breve datum* VIII *Aprilis anno* MDCXIIII. Nec non Urbanus VIII (*uti habet in Martyrologio Hiſpanico Tamayus*) efflagitante Joanne Sanctio de Valverde, in Epiſcopali Pacenſi Curia Procuratore, conceſſit ut eremitorium in dicti Joannis Sanctii prædio conſtrueretur, ibidemque effigies B. Attonis elevaretur, Sacrumque conficeretur, arbitrio, viſitatione, & interventu Ordinarii; ut patet ex Brevi, expedito Romæ apud S. Mariam Majorem die XXIII Novembris anno MDCXXIIII. Ex hinc cives & comprovinciales apud Deum mirabilem habent in ſuis neceſſitatibus Patronum. Cum autem hæc ſcriberem, *inquit idem Tamayus*, in manus pervenit meas catalogus quadraginta unius miraculorum, à S. Attone patratorum, poſt ejus imaginis, nimia vetuſtate decoræ, elevationem apud Pacenſes: quæ quia probata & in Ms. Codice relata ſunt, ne tanto fraudetur honore Sanctus noſter, aliqua hic ſubjicere propoſuimus.

Apud Pacenſes an. 1614 coli cœptus Sanctus,

F

erecta in eremitorio imagine,

39 D. Eleonora de Contreras, quondam Joannis Adame uxor, cum morbo intercedente correpta extremum Eccleſiæ Sacramentum accepiſſet, voto emiſſo

A *variis se invocantibus sanitatem præstat.*

emissa ad S. Attonem de visitando ejus eremitorio, si pristinæ valetudini restitueretur, protinus sanitati restituta, votum persolvit. Petrus Garcia de Vera & Silva, Presbyter & ecclesiæ B. Mariæ del Castillo Parochus, cum à physicis de ejus salute desperaretur, ex quo se morti proximum agnoscebat, corde & ore B. Attonem interpellavit, & eleemosyna oblata ad ejus eremitorium, subito sanitatem accepit. Franciscus Ximenez de Vera, cum filium, vix septem hebdomades agentem, pleuritidis morbo laborantem haberet, & jam jam supremum spiritum exhalantem, contusis oculis & ultimo vitæ deliquio jacentem, ita ut jam cadaver sub linteo involvere satagerent; cucurrit paterna pietas ad B. Attonis merita, à quo & puerum repente sanitati restitutum, & omnium admirationem promeruit. Joannes Sancius Valverde, in audientia Episcopali Pacensi Procurator, S. Attonis addictissimus servus, cujus curæ eremitorium & omnia quæ ad devotionem desiderantur augendam commissa sunt, cum oculorum fluxum pateretur, emisso voto, Missa peracta, è sancti Episcopi ecclesia liberatus discessit.

B 40 P. Fr. Didacus Ximenez, ex Dominicana familia alumnus, cum propter erisipelam, qua in cruribus laborabat, fere omni carne consumpta, vix tibiæ, venæ, aut nervi viderentur, ita ut ad ultimum vitæ terminum perveniisset, ex quo omnibus Ecclesiæ Sacramentis vallatus, jam jam nihil nisi sepulcrum supereesset; fidelis quidam amicus novemdiale sacrum S. Attoni promisit, & ultimo perveniente voti die, infirmus, saluti restitutus, laudes Domino, qui est mirabilis in Sanctis suis, lætabundus persolvit. Franciscus Rodericus Suarez, puerulum filium hernioſum cum haberet, & ad sanitatem reducere ope medicorum illum statuisset; convocatis aliptis, ut illud ministerium ferro & igne perficerent, subito dolore correptus chirurgos dimisit; puerulum ad S. Attonem perduxit, & voto facto, subito ligaminibus solutus puerulus sanitatem accepit. Alios quatuor puerulos, hujusmodi morbo laborantes, ad perfectam sanitatem diversis temporibus S. Atto perduxit: cujus si miracula omnia referrem, prolixum catalogum texerem. Dicta sufficiant, ut Dei omnipotentia laudetur. *Hactenus ille, sub annum* MDCLII *scribens Majum & Iunium.* AUCTORE D. P.

41 *Denique anno* MDCLXXIII *die* XXI *Ianuarii* sacra Rituum Congregatio, ad enixam supplicationem P. Tiberii Petracci, Procuratoris generalis Congregationis Ordinis Vallisumbrosæ, nomine dictæ suæ Congregationis exhibitam, referente Eminentiss. D. Cardinali Bona, censuit posse apponi & imprimi in Romano Martyrologio, *tum alia quædam Sanctorum Ordinis elogia, puta Ioannis Gualberti Institutoris, Gregorii Papæ VII, Petri & Bernardi Cardinalium, ac Verdianæ Virginis, tum ad* XXII *Maji hoc ut jacet*: Pistorii in Thuscia S. Atthonis Episcopi, Ordinis Vallisumbrosæ. *Die autem* IV *Martii eadem Congregatio, ad preces ejusdem*, proprias *de SS. Verdiana, Petro*, Attone, *Gregorio* Lectiones, recitandas cum offi- E cio sub ritu Duplici die eorum festo, ab *eodem* Eminentiss. D. Cardinali Bona, de mandato ejusdem sacræ Congregationis revisas & emendatas, prout jacent, *& superius impressæ sunt*, approbavit, pro Religiosis dictæ Congregationis Ordinis Vallisumbrosæ tantum, ac imprimi posse concessit; *ut ultra jam nihil sit quo attolli cultus* S. Attonis *possit, nisi ad universam Ecclesiam aliquando extendatur, Lectionibus præfatis Romano etiam Breviario inferendis.* *an. 1673 inscribitur Martyrol. Romano,* *& novæ Lectiones probantur.*

DE S. HUMILITATE ABBATISSA

ORDINIS VALLVMBROSANI FLORENTIÆ.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. D. P.

De ejus cultu, officio, festo; Vitæ auctoribus, translatione corporis & brachii.

ANNO MCCCX. C

In S. Salvii monasterio corpus integrum

super altari facto anno 1623

DRiusquam Florentia discederemus anno MDCLXII, placuit XIII Februarii ad suburbanum S. Salvii monasterium egredi, trahente nos illuc celebri fama SS. Humilitatis & Margaritæ, *quarum ibi & acta & corpora haberi dicebantur. Advenientes, excepit Reverendissima* D. Catharina Angela Passerini; *&, quoniam alius tunc ad manum Sacerdos non erat, cujus opera in ostendendo nobis integerrimo* S. Humilitatis *corpore uteretur, ipsas templi atque sacrarii claves mihi dedit: qui illuc cum* P. Henschenio *ingressus, post adoratum rite ad aram majorem Deum, sumpto superpelliceo atque stola, accessi ad arami lateralem, sub quo hæc legebatur inscriptio.* D. O. M. Virgini Deiparæ, S. Humilitati, B. Margaritæ discipulæ, Monialibus Congregationis Vallumbrosanæ, D. Clemens Bonentius Patavinus, ejusdem Congregationis Monachus, hujus monasterii Prior, P. An. MDCXXIII. *Aperui deinde valvam arcæ, inter altare & supra imminentem ei tabulam sic collocatæ, ut ultra murum quidem ecclesiæ introrsum non promineret, extrorsum vero, in æquali cum ipso altari altitudine consisteret, quasi supra aliud altare ex parte monasterii, in sacello interiori ac domestico Monialium, quarum aliquæ cum Abbatissa ibi adstabant honoris causa, & plures circum arcam candelas accenderant. Arcæ, venustæ atque eleganti, crystallina erant latera omnia, sic ut clarissime posset conspici intro collocatum corpus, in sui Ordinis habitu decentissime* [illegible]*positum; sed ore aliquantum hiante, cui insertum aliquid bombacii, quod ajebant sæpe renovari, & devotis amicis destribui, plurimas gratias eo mediante obtineri profitentibus; æque ac per lineas rosas, quæ ad vivum effictæ* F *sacro corpori plures insternebantur, & nobiscum etiam fuerunt communicatæ.*

2 *Subtus eam arcam, infra altare, dicebantur haberi ossa* B. Margaritæ, *de qua agemus* XXVI *Augusti: cetera fere solam* S. Humilitatem *spectabant, appensis circum altaris tabulam anathematis pluribus, etiam argenteis, in monumentum receptorum cælitus beneficiorum. Hujus etiam festum cum Octava à se agi* XXII *Maji testabantur Monachæ, fierique Officium ac Missam de communi non Virginum (fuit enim matrimonio illigata Sancta, quando de consensu mariti, ipsius exemplum sequentis, Canonicalem primo S. Marci Religionem, Monasticam deinde Vallisumbrosæ Regulam professa est) olim autem Missam propriam in usu fuisse dicebant cum hac Collecta, etiam in Officio recitanda, nomine, non Sacerdotis Officiantis, sed Conventus assistentis*; Omnipotens sempiterne Deus, qui remissis delictis beatitudinem te confessis attribuis, B. Humilitatis precibus exaudi vota præsentis familiæ tuæ; & confracto peccati aculeo, spirituali nos exultatione perfunde: ut quæ hactenus sicut oves perditæ eramus, Filii tui sanguine restitutæ, in patria gloriemur: qui tecum vivit & regnat. *Sequebatur, pro Epistola* Lectio libri Ecclesiastici *ex Cap.* XXVI. Mulier sensata & tacita, non est immutatio eruditæ animæ. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata: omnis *Festum cum Officio de communi,* *olim proprio*

AUCTORE D. P.

omnis autem ponderatio non eſt digna continentis animæ. Sicut ſol oriens mundo in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus ejus: lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctum, & ſpecies faciei ſuper ætatem ſtabilem: columnæ aureę ſuper baſes argenteas, & pedes firmi ſuper plantas ſtabilis mulieris. Fundamenta æterna ſupra petram ſolidam, & mandata Dei in corde mulieris ſanctæ. *Succedebat Euangelium ex Matthæi* XIII. Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis: *quæ omnia nunc ad ritum communem reducta ſunt.*

cœptum mox ab obitu celebrari

3 *Porro ex Vita Italica, quam edidit anno* MDCXXXII adm.Rev.P.D.Ignatius Guiducii Florentinus, Monachus Vallumbroſanus & Abbas S.Chriſtinæ; *apparebat antiquiſſima conſuetudine, & mox ab obitu Sanctæ eamque proximo anno* MCCCXI *ſecuta elevatione corporis, cœptum celebrari feſtum prædictum. Siquidem lib.3 cap.6 allegantur Indulgentiæ, à pluribus Prælatis, pro more illius ævi, conceſſæ viſitantibus eccleſiam S Ioannis Euangeliſtæ à* S. Humilitate *ædificatam, tum in majoribus feſtivitatibus atque Dominicis per annum, tum præcipue in natali ipſius Sanctæ, per quatuor Brevia Avenione expedita anno* MCCCXVII, *primum quidem* XXV *Martii., reliqua menſe Aprili, Ioannis Papæ XXII Pontificatus anno* I, *ſubſcribentibus*

B *cum indulgentiis anno 1317 conceſſis*

Iſnardo Patriarcha Antiocheno, Raimundo Andrinopolitano, Petro Nazareno,& Bartholomæo Raguſano Archiepiſcopis, Epiſcopis vero Benedicto Suacinenſi, Guilielmo Cumanenſi, Guttero Gienenſi, Petro Cittanovano, Gottifredo Brachilenſi, Ægidio Adrienſi, Petro Narnienſi, Bartholomæo Cernenſi, Ferdinando Cordubenſi, Guilielmo Tartariæ, Joanne Nepenſi, Hugone Placentino, Cojordano Avenionenſi, Petro Corbacenſi, Guidone Aſtienſi, Joanne Tectehenſi, & Aimone Arbenſi. *Hi tamen ex primo Brevi, ab infra laudando Hippolyto Cerbonio, cum nonnulla diverſitate nominum ac titulorum, ſic exprimuntur pag.*21 Iſnardus Patriarcha Antiochię. Raimundus Andrinopolitanus. Bartholomæus Raguſinus. Petrus Nazarenus Archiepiſcopus. Petrus Civitatis-novæ. Godifridus Brachilenſis. Bartholomæus Suacinienſis. Bartholom. Cernenſis. Guilielmus Camanenſis. Hugo Placentinus. Joannes Aviſionenſis. Petrus Corbaccienſis. Bartholomæus Brachalenſis. Petrus Navarinienſis. Petrus in Dominio Tartarorum. Gutter Gienn. Ægidius Andripol. Epiſc.

& hymnis propriis,

Extat etiam apud ipſas Sanctimoniales Pſalterium monaſticum, *ſecundum Ordinem Vallis Vmbroſæ impreſſum*

C *Florentiæ anno* MDLXVI, *curante D. Lactantio Medolaco Bergomenſi, de mandato Reverendiſſ. Patris & Domini D. Conſtantii Minuccii de Prato-veteri ejuſdem Ordinis Generalis in parvo octavo, uti appellant, cui ſub calcem adſuta ſunt Officia quædam ipſi Ordini propria, atque poſt hymnos de S. Stephano Protomartyre, inveniuntur hymni duo & tres orationes de* S. Humilitate, *infra dandæ à nobis quæ utrum aliquando fuerint in uſu publico ignoramus.*

etiam à Faventinis agitur,

4 *Neque Florentinis tantum nota hæc feſtivitas eſt, ſed etiam Faventinis, apud quos* S. Humilitas *nata, nupta, & velata, ac deinde recluſa annis duodecim, & denique fundatrix monaſterii S. Mariæ in Malta fuit. Cumque hoc monaſterium, mœnibus urbis vicinum, nimis expoſitum videretur inſolentia militari, tunc graſſanti; intercedente apud Alexandrum VI Duce Valentino Cæſare Borgia, data licentia fuit ipſum cum eccleſia transferendi eum in locum, in quo prius ſteterat monaſterium S. Perpetuæ, idq; ſub nomine* S. Humilitatis, *quæ eodem in loco primos Religionis annos agerat, juxta Breve datum anno* MDI, *die* XII *Iulii, Pontificatus anno* VIIII. *Adiveramus ipſi, anno* MDCLX XVII *Novembris Faventiæ tranſeuntes, monaſterium, totum novo opere à fundamentis extructum: in cujus ſatis eleganti eccleſia vidimus ipſius Divæ Altare, lumine lampadis perpetuo ardentis illuſtratum, multiſque anathematis circum ornatũ*

ubi ejus brachium.

qui autem nos deduxerunt, aſſerebant in monaſterio haberi ipſius Sanctæ brachium. Hujus rei memor ſcripſi ad Rectorem Faventini Collegii R.P. Iacobum Caſtelli, de auctore ac tempore tranſlati illuc brachii, deque miraculis ibidem ad Sanctæ invocationem patratis, diſcere aliquid ſperans: ſed reſcripſit, Monachas Faventinas excuſare, eo quod ardente aliquando monaſterio veteres omnes ſcripturæ conflagrarint: neque modo quidquam inveniatur præter ipſam ſanctam, quam venerantur, Reliquiam. D

Vita Latina ex Ms. Notariali,

5 *Quoniam vero in præfatione ad Lectorem profitebatur idem Guiduccius, ſecutum ſe Vitam à coævo ſcriptam, atque ex originali tranſcriptam auctoritate Epiſcopali, hanc ipſam apud Monachas S. Salvii requiſivimus, & benigne exhibitam in ſacriſtia deſcripſi ipſemet, una cum authenticatione hujuſmodi.* In Dei nomine. Amen. Reperitur in quodam libro ſeu chronica, compoſita de vita & operibus venerandæ ac religioſæ ſanctæque memoriæ mulieris, Sororis Humilitatis, dudum Abbatiſſæ monaſterii S. Joannis Euangeliſtæ juxta Florentiam, ordinis Vallis-umbroſæ (apud quod monaſterium ipſa Humilitas ſpiritum emiſit ad cælos, & ſuum in eccleſia dicti monaſterii corpus exſtitit à Chriſti fidelibus devotiſſime tumulatum) exiſtente ipſo libro in eccleſia dicti monaſterii, vita, E tranſitus, & miracula, quæ divina pietas ipſius Sanctę meritis demonſtravit; prout de verbo ad verbum tenor, ex ipſo libro tranſſumptus, per ordinem hic apparet. Qui liber auſcultatus fuit cũ exemplo præſenti, tranſſumpto ex ipſo libro, per me Philippum infraſcriptum Notarium tranſſumentem, una cum Benedicto & Marſoppo Notariis infraſcriptis, in præſentia Reverendi viri, D. Matthæi Abbatis monaſterii S. Laurentii de S. Severino, Vicarii Ven. P. D. Franciſci Dei Gratia Epiſcopi Florentini, pro tribunali ſedentis in eccleſia S. Salvatoris de Florentia. Et quia inventa fuerunt ad invicem concordare, idem D. Vicarius huic exemplo ſuam & Curiæ dicti D. Epiſcopi auctoritatem interpoſuit & decretum; ſub annis Incarnationis Dominicæ MCCCXXXII, Indictione XV, die IX menſis Septembris, Pontificatus S. P. D. Joannis Papæ XXII anno XVII, præſentibus teſtibus Ser-Jacobo Ser-Miniati, & Ser-Petro Paganuccii, Notariis Epiſcopalis Curiæ Florentiæ, & aliis plurimis. *Hanc ergo Vitam cum deſcripſiſſemus, exhibiti etiam nobis ad collationem faciendam ſunt alii libri membranei duo antiquiores (ut videbatur) in quibus ejuſmodi authenticatio non aderat.*

F 6 *Auctor ſe Monachum Vallumbroſanum videtur profiteri, cum* Sorores Cariſſimas *appellat; imo & ipſius Monaſterii Priorem ſeu Confeſſarium, cum ſic orditur,* Cogitis me S. Humilitatis vitam, matris veſtræ ac meæ, diverſis voluminibus à diverſis diverſimode ſcriptam, in unum volumen, prolixitate omiſſa, redigere, nec non quæ ab ipſa relatione veridica didici. *Quare nullâ verosimilitudine nititur conjectura Guiduccii, ſuggerentis eumdem videri poſſe, qui* B. Margaretæ *Vitam ſeu potius Revelationes ſcripſit,* Joannem Presbyterum Faventinum. *Hic enim ipſius* B. Margaretæ nepos, *ut ait poſt ea quæ Latine ſcripſit, profitetur ſe in principio* Notarium; *poſt alia vero quæ ſcripſit Italice, multo expreſſius ſeipſum indigetat* Rectorem eccleſiæ S. Antonii Faventiæ & Imperiali auctoritate Notarium. *Allegat deinde prædictus Guiduccius duas alias Vitas, antiquitus ſcriptas,* unam Italice, alteram Latine, in quodam libro de diverſis Sanctis Faventinis (*quem ſane librum optaremus totum deſcriptum habere*) *ſed auctores non nominat; neque uſquam in margine, ubi diligenter ſuos indicat fontes, quidquam habet huc faciens, niſi forte ad libri* I. *Caput* I *allegans* Joannem Zaratinum Caſtellinum in ſuis Notabilibus, & Joannem Baptiſtam Azzurinum in Vita S. Humilitatis: *& deinde lib.*3 *cap.*I *poſt alios plures, qui ejus cum laude meminerunt, ut ſunt* Raphael Vola-

non eſt ejuſdem qui ſcripſit de B. Margarita.

Alii de illa auctores.

A Volaterranus lib. 21 Anthropologiæ, Hieronymus Vallumbroſanus infra referendus, Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ad hunc diem, Petrus Ricordati in Hiſtoria Monaſtica, Arnoldus Wion in Ligno Vitæ, Eudoxius Locatelli poſt Vitam S. Joannis Gualberti, Lucas Caſtellini in libro de certitudine gloriæ Sanctorum: *poſt hos, inquam, omnes laudat* ultimo ſcriptum D. Hippolyti Cerboni Abbatis Vallumbroſani Diſcurſum, de vita & miraculis ipſius Sanctæ. *Eſt hic Diſcurſus impreſſus Italice anno 1624, eique ſubjungitur prolixum Poëma de ſanguineis lacrymis* Humilitatis, *inter meditandam Chriſti Paſſionem.*

7 *Habemus ſcriptores iſtos omnes, præter duos primo nominatos. Sicut autem in iis quos habemus, nihil magnopere invenit Guiduccius quo ſuam augeret ſcriptionem: ſic neque ex aliis multum videtur habere potuiſſe, quod non habuerit in prænemorata Vita, niſi fortaſſis poſteriora quædam miracula, paucaſque notitias, quas in Annotata ex ipſo transferimus: qui toto primo libro ſuo & majori etiam parte ſecundi aliud non egit, quam quæ breviſſimis verbis Vita abſolvit, prolixioribus extendere, ſimilibuſque aliorum Sanctorum præſertim Vallumbroſanorum exemplis, atque Scripturarum ſententiis illuſtrare. Hoc vero minime ei curandum fuiſſet, ſi conſervandis* diverſis voluminibus, *quibus mox ab obitu Sanctæ inſcripta ejus Acta* à diverſis diverſimode *fuerunt, cura fuiſſet impenſa conveniens, & maximo nobis uſui nunc futura. Accidit enim Auctori huic noſtro, quod ille ſibi evenire teſtabatur, qui ſcripſit:*

Vita Italica prolixior auct. Guiduccio.

B ——— Brevis eſſe laboro,
Obſcurus fio. ———

Obſcuritati huic, quatenus fieri poterit, occurrent Annotata noſtra: poſtmodum agemus de virtutibus ipſius Sanctæ ex Guiduccio, uſo ad hoc præcipue dictatis ab ipſamet Sancta ſermonibus: ſi tamen loca ab eo Italice reddita, poſſimus originali phraſi habere Latine expreſſa. Latine enim omnia dictabat Sancta, divinitus edocta, ad uſum ſuarum Monacharum ejuſdem linguæ ſatis peritarum; & ideo etiam Latine ſunt pro iiſdem ſcripta ſuarum Sanctarum Matrum Vitæ. Ipſe vero Guiduccius, ut hujus ætatis ignorantiæ conſuleret, qua multi etiam religioſi viri minorem habent ſacræ iſtius linguæ uſum, quam ante tam pauca ſecula habebant paſſim ſanctimoniales Virgines, non ſolum eos quos dixi textus, ſed etiam ſermones aliquot integros præcumque formulas à Sancta dictatas Italice reddidit; in quibus vel ſic lectis tanta apparet cæleſtis ſpiritus ſuavitas & affluentia, ut optabile ſit ea omnia fideliter tranſcripta aliquando venire in manus illorum, qui vel Sanctorum Patrum Bibliothecam augere, vel operum anecdotorum Spicilegia colligere ſatagunt.

Sanctæ ipſius ſermones, Latine dictati.

C 8 *Quod creditæ nobis Spartæ ſatis eſt, id agimus: quare curam illam aliis dimittentes, iis ſolis monumentis eruderandis intendimus, quæ ad hiſtoriam ſacram ſpectant, & talibus ſubjungimus rerum etiam poſtea actarum notitiam undecumque acceptam: Ita ex libro 3 Guiduccii ſumemus atque Latine reddemus, quidquid ille habet de Tranſlatione corporis* S. Humilitatis *ad eccleſiam & monaſterium S. Salvii, quod antea virorum fuerat, & caput perniciosiſſimi ſchiſmatis in Ordine; & tunc quidem ad regularem obſervantiam reductum, ſed quatuor ſolum Monachos cum Priore habebat: proinde opportunum fuit, traducendis eo ſanctimonialibus, occaſione ædificandæ arcis veteri ſuo monaſterio excluſis, & nullam certam ſedem Florentiæ habentibus, prout factum anno* MDXXIV. *Hanc vero Tranſlationem, de qua inter prætermiſſos egimus* v *Maji, ſecuta complura miracula ſunt, quæ ſimiliter Italice à Guiduccio deſcripta latinitati donabimus. Prius tamen placet ex Hieronymi Vallumbroſani ſupralaudato Ms. libello* ad Laurentium Medicem, de Vallumbroſanæ Religionis Beatis, *dare elogium* S. Humilitatis, *quo ille ante annos plures quam centum viginti ſuum iſtum libellum clauſit, etiam ad* xx *Maji in duobus ejuſdem Ordinis Beatis, Orlando atque Alberto, laudatum. Ipſum hujuſmodi eſt, poſt elogium B. Berthæ Abbatiſſæ, editum à nobis* XXIV *Martii.*

Tranſlatio corporis è loco S. Ioan. Euang. ad S. Salvii,

AUCTORE D. P.

9 Fuit & altera, Monialis Faventina, cui nomen Humilitas: huic non minor inerat familiaritas cum S. Joanne Euangeliſta, ac legitur olim cum Virgine glorioſa Maria S. Bernardo Claravallenſi extitiſſe: de quo ſanctiſſimo Joanne cum ſæpius meditaretur, ſæpiſſime in ſomniis vel per viſum ei apparere dignabatur. Hinc facile cuivis patere poteſt, quanta & mentis & corporis inerat ei puritas; cum ipſi familiaris exiſteret, qui dum vixit præter matrem Jeſu Mariam in ea virtute præ ceteris floruit. Hæc itaque cum monaſterium Monialium, quod de Malta dicitur (abeſt enim non multum à civitate Faventina) cum Monialibus quibuſdam ſanctiſſimis incoleret, & Dei omnipotentis cultum ſibi jam gratius & perpetuum in animum induxiſſet, cibo parca, linguâ modica, caſta, quieta, opportuna, & patientia incredibili prædita, omnium in ſe gratiam & caritatem, qua plurimum ipſa redundabat, transferens, per viſum à S. Joanne Euangeliſta, Florentinam urbem adeat monetur; ibi locum ſibi monaſterii ædificandi fore. Quam rem Monialibus aliis referens, mox in mœſtitiam ac lacrymas verſas hortari, ut mandata Jeſu, & D. Benedicti inſtituta, & Patris Joannis, in Dei ſervitio & honore ſervare & augere diligenter & caſte cum ſtudio & labore curarent. Inde quædam ſeniores paululum viæ lacrymis proſecutæ, caritatiſque oſculo ultro citroque dato; tandem illæ ad monaſterium, ea vero cum duabus Florentiam contendit: ibique non ſolum animum, ſed pedem defixit; & bene vivendi norma & optimis vite inſtitutis, propediem religioſis omnis generis & populis grata acceptaque facta eſt. Et cum multis polleret miraculis, & precibus etiam Joannis Euangeliſtæ ſanctiſſimi exanimo cadaveri vitam reddidiſſet, ſui viſendi cauſa undique concurſus fit. Demum brevi poſt tempore templum mirificum Florentiæ, extra portam quæ Faventina dicitur, in S. Joannis Euangeliſtæ honorem dedicatum eſt, & ei Monialium ædes addita: in qua iſta Deo grata Humilitas amplam & Deo gratam familiam, ſuis optimis monitis & exemplis, Domino Jeſu & Euangeliſtæ ejus educavit, ſemper cum ſuis ipſum Dominum Jeſum in Pſalmis laudans & hymnis & canticis ſpiritualibus. Demum ſoluta vinculis corporis eo contendit, ubi cum Jeſu & Apoſtolo ſuo & ceteris Sanctis perpetuo & felici ævo fruitur. *Hactenus Hieronymus, ex alio veroſimiliter antiquiori compendio Vitæ, in quo de matrimonio ejus maritoque nihil ſcriptum legebatur; unde ipſum contigit errare in titulo, &* Virginem *appellare, ejuſque* virginitatem *expreſſius commendare, quam Regina virginum ejuſque adoptivo Virgini Ioanni adeo familiarem fuiſſe intelligebat: id autem ne offenderet, verbum unum alterumve initio mutavi.*

Elogium ex Hieronymo Vallumbr.

E

ubi quomodo Faventia tranſierit Florentiam.

F

VITA

Auctore Monacho ſui Ordinis & familiari.

Ex Notariali tranſumpto anni 1332.

PROLOGUS.

Prolixe ab aliis ſcripta & ſibi nota paucis ſcribere proponit auctor.

1 COgitis me, Sorores cariſſimæ, S. Humilitatis vitam, Matris veſtræ ac meæ, diverſis voluminibus à diverſis diverſimode ſcriptam, in unum volumen prolixitate omiſſa redigere; nec non quæ ab ipſa relatione verifica didici ponere; cum me, ut aſſeritis, eâdem prodente multa credatis noſſe, quæ ipſius

EX MS. prodant veridice ſanctitatem. Verum me, licet parere vobis retraheret vitæ defectus, parvitas intellectus, temporalis conflictus, ejuſque detractorum balatus; coëgit tamen veſtræ ſanctitatis affectus, quo (ut noſtis) conſtringimur intime veſtri adventus à primævis. Sumite igitur avide : imitamini matrem tam ſanctam. Sumite collectum veſtris orationibus, quod anxia caritas veſtri in omnibus ſubditi ſub certis capitulis lucide tranſmittit ; & ſi quid ejus imitatione aſperum appareret, ævi quæſo conſpicitate brevitatem, corporis vilitatem, mortis neceſſitatem, cæleſtis patriæ amœnitatem, Chriſti aſperitatem, & cuncta pro certo facilitate prævia dulcedinem diſtillabunt.

CAPUT I.

Prima ejus adoleſcentia, conjugium, Vita religioſa, tranſitus ad Ordinem Vallumbroſanum.

a 2 ROſanenſis, *a* ſacræ Religionis baptiſmate vocata Humilitas, in provincia Romandiolæ civitate Faventiæ multum nobili orta proſapiâ, patre videlicet Elimonte, *b* matreque Richilda *c*, ab ipſis infantiæ annis divinis intenta obſequiis, orationibus continuis, & eleemoſynis magnis vacando, ſe Domino continue commendabat; poſt Chriſtum totam ſe ſubmittens Chriſtiferæ, quam ex tunc omnibus ſuis factis ſtatuebat & ſtatuendo ſumebat præcipuam totis ſuis niſibus in matronam. Et ut in aula tanti Regis tantęque Reginæ ei facili conamine pateret acceſſus, B. Joannem Euangeliſtam ſuum ibidem procuratorem inſtituit, obtinere quidquid vellet illo prævio non formidans apud illum, qui dedit & per conſequens penes illam quæ ſuſcepit, ad crucem flendo amariſſime, in matrem dulciter & alumnum. Roſanenſis igitur ſpreta pulchra valde aſpectu, ſuavis affatu, compoſitione morum incredibiliter gratioſa relatu omnium, dum die quadam ornatu leviſſimo, quia ditiſſimorum parentum unica, more patriæ ſe monſtraret; ſubito ad ſe rediit, in cameram introivit, orationi ſe dedit, quid ſenſerit ſiluit, niſi quod omni vanitate depoſita ſe totam ineffabiliter tranſmutavit. Quod ejus genitores conſiderantes, crudeliter doluerunt; & ex ipſius vitæ diſpoſitione quoad ornatus depoſitionem, vilium aſſumptionem, & coætanearum viſationem, ſpem omnem, quam ex ipſius exaltatione in ſeculo habuerant, perdiderunt; & ſolum, ne clam ingrederetur monaſterium, attenderunt.

b c *A pueris dedita pietati,*

B *ſupra vanitate veſtiũ,*

eleemoſynis intendit,

C 3 Cœpit interea quidquid poterat occulte & publice pauperibus erogare : camerariæ fatigatæ plurimum hoc ejus genitoribus nuntiare. Quod illi ſe ſcire diſſimularunt, & ut ſibi parerent ad votum in omnibus injunxerunt. Aliquibus Abbatiſſis de affectu monaſterii patefecit; quælibet aſſenſit, ſed quomodo extrahi ex parentum poſſit cuſtodia nulla cernit, eo quod aſſenſum divina providentia nondum dedit. Cum Fredericus Imperator Faventiam *d* poſt longam obſidionem obtinuiſſet, & in civitatem ingreſſus eſſet, patruus *e* ipſius, audita hujus pulchritudinis fama, cæco amore capitur : nuntios plures dirigit, nullus eam cernit. Qui ſe cum ſic poſſe nihil cernit, parentibus demum in uxorem adoleſcens eam petit. Se Chriſtum velle, nullum alium, requiſita puella reſpondit : quod adoleſcens perſentiens, intolerabili labore ſe ſupra tollit, inquietare eam ulterius deſerit, & quod non ſit talis puella in hac vita publice nuntiavit. Et licet hæc ipſa perſenſerit, non minus tamen circa ſui cuſtodiam, uſque quo prædictus affuit Faventiæ, vigilavit.

monaſteriũ fruſtra petit,

d

e *recuſat nubere viro Principi.*

4 Elimonte quoque ejus genitor, brevi tempore elapſo, ex hoc ſeculo nequam fine bono eripitur : &

f Roſanenſis Ugolotto *f* nobili viro civitatis Faventiæ matrimonio copulatur. Quo novennio in deliciis magnis degente, de vitæ mutatione prædicare non deſinit : ſed deriſorium ille reputans, non ſe facturum in perpetuum ſibi dixit. Illa vero continuis diebus magno tempore orationi ſe dedit, & quod negat ille à Deo petit; & in gravem infirmitatem, dum jure perſiſteret, cariſſimus cito ruit. Hinc inde medici advocantur, ab omnibus judicatur eum oportere caſte vivere : at ſi non, in languorem fœtidum & incurabilem ipſum concito caſurum, & in brevi morte crudeliſſima moriturum. Cœpit ille ſe caſte de cetero victurum dicere, ac conſanguineos ſuos & ſuæ conjugis, ut eam inducant ad hoc, ne pereat, rogitare. Quod ut Roſanenſis perſenſit, Deo exaudienti eam laudes devotas dedit, & deinceps velut cum germano quoad vixit fideliterque habitavit. Prædictus vero vir illius, antequam eam relinqueret, plures ex ea filios & *g* filias genuit.

D *Civi Faventino nupta, anno poſt nono,*

g

5 Conſiderans prudens Domina quod ſuum poterat deſiderium adimplere; cœpit eum prætextu ſanitatis corporeæ inceſſanter confortare, & ad religionis ingreſſum pro viribus animare. Cui is, multo mœrore ac fletu crudeli demonſtrando aſſenſit : inter Sorores Monaſterii S. Perpetuæ *h* prope Faventiam ſancte degentes ſub regula, datis ſibi omnibus quæ habebat, ingredi permiſit; & ipſe inter Fratres externos ejuſdem loci humiliter introivit. Tunc Roſanenſi nomen mutatur, & ut vocetur deinceps Soror Humilitas publicatur. Vigeſimum quartum annum Roſanenſis compleverat, dum hæc facit : & ab ipſa die ipſius olim conjux eam oculo corporeo nunquam vidit. Subito cepit in feminam alteram tranſmutari, omnia vilia monaſterii ſuis manibus operari, ac religione taliter informari, quod non ex ſeculo, ſed quod ex deſerto venerit nulli erat dubium : ſilentii, orationis, ſolitudinis, obſequii erga ſanas pariter & infirmas, abſtinentiæ atque arduorum aliorum operum ipſis cernentibus jam exemplum.

una cum illo fit Religioſa.

h

E 6 Die quadam Sorores, cum eſſet illitterata, eam vocarunt, & ut legeret ſecundæ menſæ, ut mos eſt Monialium, ſolatioſe ut æſtimo injunxerunt. Illa vero caput flexit, & ut obediret librum ſumpſit : quem ad locum aptum accedens aperuit, ea voce incipiens, Nolite deſpicere opera Dei, quia omnia vera & juſta ſunt : ſuper quo tam ardua, in cælum erectis ſemper luminibus, dixit, quod totum Conventum currentem ad ſpectaculum ac admirationem mirabilem excitavit : & dum ſibi ſignum terminationis factum fuit, dicendo, Tu autem, uti decuit, Spiritu ſancto edocta optime terminavit. Quæ autem legit, nullus unquam in præfato codice prius vel poſt penitus adinvenit : & ex tunc Conventus, data ſibi doctrice, ipſam litteras, quas & didicit, diſcere procuravit.

litterarum ignara mirabiliter legit,

F 7 Dum quodam tempore cancro quodam graviter in renibus eſſet læſa, tenendo (ut æſtimabat) quia medicum nolebat, curatricem deputatam ab Abbatiſſa; ne fœtore gravaretur Conventus, orationi ſe dedit : à qua ſurgens confeſtim ſanata fuit. Et tum Soror, quæ ſibi ab Abbatiſſa in curatricem data fuerat, more ſolito curare eam volens, ipſam ſic ſanatam reperit, ac ſi nulla ibi læſio unquam fuerit : de quo plurimum admirans, cauſam ab ea quæſivit : qua fideliter ſumpta, totum factum per ordinem devotione maxima Sororibus publicavit.

& mirabilius curatur à cancro.

8 Cœpit Soror Humilitas ceteris prætermiſſis orationi vacare; quod ut plene poſſet, totis viribus deſerta expetere, licet propter arctam cuſtodiam humano auxilio [id aſſequi] omnimode deſperaret. Quo affectu dum diutius perſtitiſſet, contemplationis divinæ die una ſe dedit : quod ſenſerit, tacuit, niſi quod ex monaſterio ſe die Sabbathi proximo exituram prædixit, & quod flagitabat ſe infallibiliter habituram toti

Conventui

A *ſolutudinis cupida educitur ab Angelo foras,*

Conventui patefecit. Qui conſiderans murorum altitudinem, portæ ac Fratrum ejus exterorumque cuſtodiam, phantaſtice fore quaſi dictum exiſtimans, ipſius verbis velut impoſſibilibus non attendit. Superveniente vero nocte prædicta, vox quædam inſonuit: Soror Humilitas, ſurge: meque ſequere, dixit. Paritura, ad lectum cujuſdam Sororis valde pauperis prius acceſſit, tunicam ſuam conſumptam pene totam ſubripuit, meliorem quam habebat eidem reliquit; & manu Pſalterium tenens, ſigno Crucis ſe muniens, ſuper murum in inſtanti poſita ipſa fuit. Dum vero ſic eſſet, & de deſcenſu anxie cogitaret; quidam eam inviſibiliter, ut prius, arripuit, & ſuper muro libro prędicto dimiſſo, firmatis portis, clavibus Fratrum, illas ea præſente aperuit; foriſque extra totum locum incolumem ipſam ſuaviter collocavit.

i *tranſitoque fluvio,*

Ad quemdam *i* fluvium ibidem ſituatum devenit, ſuper quo velut pertranſiens ſiccis pedibus ambulavit. Subito ad ſe rediit: ubi erat, ceu à ſomno evigilans, vidit; & Deo gratiis redditis ad locum Sororum Ordinis *k* S. Claræ, ob ſui cuſtodiam, gradu concito properavit.

k

B *recipit ſe in cœnobium Clariſſarũ,*

9 Ad locum vero jam ſupradictum Soror Humilitas cum devenit, omnes in admirationem Sorores induxit; & ob ſuam formoſitatem de periculo deviationis, inter alias Abbatiſſa, plurimum dubitavit. Tamen nil Abbatiſſa oſtendens, una cum ſuo Conventu, benigne multum eam recepit, & ſecum concito intromiſit. Quæ dum ipſius intentionem audierunt, ædificatione magna ædificatæ, ac de exitu tam arctæ cuſtodiæ non modicum admiratæ; pro quodam Milite Nicolao nomine, ſtricto ejuſdem conſanguineo, ex quo ſecum eſſe noluit, miſerunt; & in ipſius manus eam, multis devotis profuſis lacrymis, remiſerunt. Ipſe vero dulciter audita cauſa eam domum adduxit, & in quamdam pulchram cameram, penes ſe tenens clavem, neceſſariis magnifice munitam intromiſit. Ibi tempore quo fuit ſuper nudum pavimentum jacuit; arctiſſimoque ſilentio, continuis orationibus vacans, prĕter panem & aquam in cibum aliud nihil aſſumpſit.

l *inde in domum conſanguinei,*

m *qui ei cellã fabricari facit juxta eccleſiam S. Apollinaris:*

10 Religioſus quidam S. Apollinaris *m* civitatis Faventiæ, cui propter infirmitatem horribilem pes amputari debebat, peritorum conſilio audita ejus fama illuc portari ſe fecit, & ſibi ſe humiliter commendavit. Illa vero pietate commota, ejus pedem ſigno Crucis tetigit. Qui confeſtim curatus, ad propria factum publicando ſuis pedibus lætiſſimus remeavit.

C

Quod Dominus Nicolaus prædictus attendens, mora omni ſemota, ejus petitionibus ei cellam (ad Curati puto inſtantiam) juxta ſuam eccleſiam fieri procuravit. Juxta eccleſiam S. Apollinaris in civitate jam dicta eam cellam fabricarunt, parvam multum, cum feneſtrula in eccleſia reſpondenti, qua videre poſſet & recipere Sacroſanctæ Matris Eccleſiæ Sacramenta; nec non alteram deforis, unde reciperet eleemoſynam, & libere ſatisfaceret accedentibus, ut quæſivit.

in quam ab Abbate Criſpinienſi inducta,

Ad ingreſſum dies ſtatuitur; civitas tota illo concurrit, & ut Sanctam videant ab omnibus acclamatur. Abbas de Criſpino, cui ſubeſt locus, illuc perrexit: ſacræ Religionis, recepta ejus obedientia, ei habitum dedit: ſubvenire in neceſſariis pro ſe ac famula ſibi ſpopondit: ut Chriſtum pauperem ſequatur paupercula, redditis gratiis, omnia refutavit: & ſignata ſigno Crucis, poſt oratorium quamdam *n* aſſidem ad jacendum ſibi dari petiit. Nec aliud habuit quoad vixit ibidem, nec ſecum caſu aliquo intromitti ſuſtinuit.

n

aſperrimã vitam agit annis 12,

11 Annis duodecim in cella prædicta ſtetit, pane ſolum & aqua, decoctis herbis amaris intus in ſolennitatibus, ſemper uſa fuit: & ad tantam abſtinentiam devenit, quod die qualibet tribus unciis panis ſuum corpuſculum ſuſtentavit: nec ſecum, toto tempore quo fuit in cella, in duplici refectione, vel ciborum uſu, aliter quam ſicut dictum, caſu aliquo diſpenſavit *o*. Corpore ſuper nudo ſetis equinis, aut corio porci, verſis ſetis inciſis ad carnem, ſemper omni caſu, modo, & tempore veſtita ſterit, cum cuculla viliſſima, nullis interpoſitis pellibus aut aliquibus veſtimentis. Utebatur interdum loco cilicii veſte lanea aſperrima, quando caſu aliquo condeceret: fatigata vero ſuper genibus, ſuper prædictam aſſidem ſe locabat; muro, gravata ſomno, caput ponebat pſallendo, ſic ſomnum ſumebat, vel cogitando aliquid de divinis. EX MS.

o

12 Die quadam muſtela quædam cum pelteolo *p* ad collum in cellam introivit: ceu datam in ſociam divinitus care ſumit: dum vacabat orationi ad ejus pedes ſe ponit: de carnibus ſibi datis ſtudioſe quouſque fuit in cella, non guſtavit: nec alio cibo unquam niſi, quo Matrem ſanctam cui divinitus data in ſociam fuit, ſua exiſtimatione in cellula uti vidit. Tempore magno ſic peracto, cum quaſdam Dominas in cellis, juxta ſuæ Dominæ cellam, eſſe inſpiceret; ſuper feneſtram aſcendit, Dominam ſuam quaſi deridendo inſpexit, ſonalium ibi depoſuit, & quaſi valedicens nunquam comparuit *q*. Vir igitur ſuus, ejus abſentiam ferre non valens; cunctis quæ cum ipſa dederat monaſterio care *r* dimiſſis, licentiam ſociandi eam inſtanter petiit. Qua obtenta, in præfato monaſterio S. Apollinaris, jugo ſanctæ obedientiæ ſe adſtrinxit, & poſt Prælatum, olim conjugem in Prælatam ſumpſit: ſemper eam Dominam dixit, & licet nunquam eam videret (ut dictum eſt) ejus monita in nullo caſu aliquando prætermiſit: qui vivens triennio, ſancto fine vitam hanc ærumnoſam dulciter terminavit *s*.

p *fruitur muſtela ſocietate*

E

q

r *vir quoque ad Valumbroſanos tranſit.*

s

ANNOTATA.

a *Non eſt novum Italis, etiam à civitatibus ſumere nomina propria, neſcio quo reſpectu, fortaſsis ad conſervandam memoriam originis, olim aliunde traducta. Sic* B. Lucheſium *ſive* Lucenſem 28 *Aprilis, ſic* Genoveſas *mulieres dictas lego: eſt autem* Roſana *ſeu* Roſſana *oppidulum, titulo Comitatus inſigne inter, Parmam & Regium, unde* Roſanenſis *dicta, quæ poſtea in Religione, quaſi in altero baptiſmo,* Humilitas: *nata an.* 1226, *ut colligitur ex ætate annorum* 24 *qua eſt ingreſſa monaſterium, quæ annos* 9 *in matrimonio vixerat, necdum nupta anno* 1241, *quando urbs capiebatur, atque adeo annum* 15 *tunc agens.*

F

b Elimonte, *quibuſdam* Altimonte, *cujus aliqua memoria invenitur in quodam Notariali inſtrumento anni* 1225, 8 *Ianuarii, rogato Faventiæ ab Vgone Spada.*

c Richildæ *nomen Guiduccius nos docuit, alioqui per ſolam initialem litteram* R. *uti & alia plura, ex iſtius ſeculi uſu perquam incommodo, ſcriptum erat.*

d *Capta fuit à Friderico, bellum Eccleſiæ inferente, Faventia anno* 1241 *die* 22 *Maji.*

e Patruelis *potius: nam* Fredericus 2 *duos dumtaxat patruos habuiſſe ſcitur* Conradum *&* Philippum, *ſucceſsive Duces Sueviæ, pro fratre ſuo Henrico VI electo Imperatore; quorum ultimus anno* 1208 *obiit. Ambo effuſi in libidines, facile potuerunt filium aliquem nothum reliquiſſe, qui Friderici caſtra ſequens, ad haſce nuptias adſpiraverit.*

f *Hoc quoque nomen à Guiduccio ſumendum fuit, alias una ſolum littera ſcriptum: appellat autem is* Ugolottum de Caccianemicis, *familia etiam Bononiæ nobili, unde an.* 1144 *Lucius II Papa aſſumptus, & Givamontes anno* 1257 *Faventini populi Capitaneus.*

g *Guiduccius duorum dumtaxat filiorum meminit, paulo poſt baptiſmum defunctorum.*

h Monaſterium *hoc* S. Perpetuæ *fuiſſe Ordinis Canonicorum S. Marci Mantuæ, apparet ex Bulla Alexandri 6 anni*

EX MS. *anno* 1501; *agebatur autem annus* 1250, *quando illa hoc monaſterium ingreſſa eſt; nec niſi biennio, vel ut ſummum triennio, ibi manſit: ſiquidem annis* 12 *poſtea vixit ſolitaria in cella, & ante annum* 1266 *fundatum habuit monaſterium de quo infra: proinde manifeſte erravit Guiduccius lib.* 3 *cap.* 2 *ubi commorationi huic totum decennium aſſignat.*

i Lamonem *appellat Guiduccius*, Amonem *tabulæ chorographicæ, eſtque civitati ad orientem propinquus.*

k *Idem* S. Martini *nomine locum appellat: & addit quod Abbatiſſa Sanctam initio acriter increparit de eo quod auſa ſtulte videbatur: contra quam hic dicitur.*

l *Idem Italice* Zio, *quod ambignum eſt pro patruo vel avunculo: additque Priorem S. Perpetuæ fruſtra conatum ipſam reducere, ſed miraculo poſiti ſupra murum Breviarii perſuaſum eam ſuæ voluntati dimiſiſſe: ipſam vero, cum omnes negarent poſſe eam ſalva conſcientia manere extra monaſterium, & ordinem dimittere quem profeſſa erat, niſi alium ſtrictiorem ingrederetur, elegiſſe ordinem Vallumbroſanum, qui patitur etiam ſolitarie viventes.*

m Prioratus S. Apollinaris *prope Faventiam, cum titulo Parochiæ, dependet ab Abbatia S. Criſpini Ordinis*
B *Vallumbroſani.*

n Aſſis, aſſidis, *pro aſſere ſeu tabula, medio ævo ſatis eſt frequens: addit Guiduccius eidem affixum fuiſſe in capite truncum, qui eſſet pro cervicali.*

o *Idem Guiduccius cap.* 25 *diducit, quomodo aliquando in ſpiritu rapta dies novemdecim abſque ullo humano cibo egerit; donec admonitus Abbas S. Criſpini advenit, ipſamque ſonora voce compellans, in virtute ſanctæ obedientiæ præcepit ad ſenſus redire, cibum ſumere, & quomodo tam diuturno jejunio ſufficere corpus potuerit declarare: quod promptiſſime fecit, etſi incredibili cum labore quoad cibi trajectionem, ſicut poſtea faſſa eſt.*

p Pelteolum, *mox infra* Sonalium, *vulgo* Sonaglio *à ſonando, dicitur Tintinnabulum orbiculare, Nola. Prioris nominis quod ſit etymon haud facile dixero, ſuſpicor eſſe diminutivum à Teutonio* Bel, *nola.*

q *Guiduccius ait, quod cum inde diſceſſura Sancta eſſet, deſiliit de feneſtra, & qua venerat abiens nuſquam amplius viſa eſt: quo videtur ſignificatum fuiſſe, aliam ei ſocietatem deinceps habendam.*

r Care, *id eſt, libenter, ex caritate.*

s *Addit Guiduccius mutato nomine dictum* Donnum Ludovicum, *& teſtem allegat tabellam formæ Græcanicæ, à Cimabue, ut ajunt, pictam, quæ ipſius dicitur referre effigiem, in veteri habitu Vallumbroſano cum diademate, habetque ſuprafcriptum* ſanctus Ludovicus: *quem &*
C *Confeſſarius ſuus dicere ſolebat, poſt S. Franciſcum, paulo ante, id eſt anno* 1226, *ad Superos tranſlatum, nullum magis humilem eo ſibi notum fuiſſe. Obiiſſe autem mihi videtur circa annum* 1256, *prius quam ſancta adderetur ſuus ſecundus Angelus: de quo ipſa in Serm.* 4 *ſic loquitur*: Iſte Angelus à Deo mihi datus fuit poſt triginta annos ætatis meæ, dum intravi in cogitamina majoris gravedinis: nam quando mihi datæ ad cuſtodiendum pecudes fuerunt vere, non habebam virgam nec potentiam ejus fortitudinis. *Quæ nam autem hæ pecudes, ſive oves? an quas ei jam Recluſæ per viſum aliquod Dominus oſtendit, prænonens quod plurium regimini præficienda aliquando eſſet? Ita exiſtimo, niſi velis quod jam tunc Faventinæ aliquæ mulieres cœperint ab ea in ſpiritu, inſtrui, ex quibus deinde circa annum* 1266 *coaluit monaſterium, de quo mox.*

CAPUT II.

Monaſteria prope Faventiam & Florentiam ſtruit & regit Abbatiſſa: miraculis etiam poſt mortem clara.

13 Cœperunt *a* Epiſcopi, Abbates, aliique Clerici religioſi [rogare] eam, ut conſtrueret monaſterium *b* in civitate; inter quos erat Rev. Vir D. Plebanus, *c* Abbas Major Ordinis Vallumbroſæ. Cui ſolide credens, de cella exivit: juxta Faventiam, in loco qui Malta dicitur, in honorem Deiferæ *d* ſub regula B. Benedicti cœnobium conſtruxit; in quo (ſub prædicti Patris obedientia degens & Regula prætaxata) ejuſdem Patris ſuorumque ſucceſſorum manibus ſe ac locum, perpetuo ſubjugavit. Cœpit fama ſanctitatis ejus hinc inde diſcurrere: magnatum plurimi ſuo dominio filias & conjunctas tradere, quas ſervare Regulam jam dictam ad litteram docebat; quamvis ipſa de vita, quam tenuerat in cella, caſu aliquo nil mutaret. Die quadam cum quandam ſororem recepiſſet, & notabiliter quod minus bene officium Prælationis in quodam cœnobio habuerat attendiſſet, eam turpiter delinquentem invenit; & quod deterius eſt, ſecreto correpta ſæpius ab ea, emendationi attendere non curavit. Quod mater attendens, publice in Capitulo eam redarguit, & diſcretarum concilio tamquam reſiſtentem proterve carceri mancipavit: quæ & ciborum quidquam ſumere penitus recuſavit. Pluribus diebus dum tali ſtatu permanſiſſet, ad carcerem Abbatiſſa perrexit, cruciatis brachiis genua flectit, ut ſuæ attendat ſaluti eam dulciter exoravit. Tunc illa ejus pedibus ſe proſtravit; & ſuum ſcelus confeſſa, pœnitentiam voluntarie fecit; & de cætero ſancte vivendo, quod bene fuerit correpta, omnibus patefecit.

a
b
c
d
Fundato monaſterio Maltenſi juxta Faventiam,
E
Sororem delinquentem caſtigat & corrigit,

14 Die quadam Sororem quamdam de ſuis, graviter infirmam, more ſolito viſitavit: peccatum tale nominando inter ſe & ipſam ſecreto, quod præ verecundia nulli unquam confeſſa fuerat, denudavit; & ut confiteatur dulciter animavit; & ſciat pro certo quod feria VI proxima venienti, & hora ſexta, eſt de hoc ſeculo exitura; & de ipſo peccato cum aliis Deo rationem redditura, nuntiavit. Ex quo illa confuſa in ſe rediit, coram aſtanti Conventu quod verum fuerit publice dixit, & Sacerdoti confeſſa multis lacrymis, hora diei prædicta cælica penetravit. Cuidam ſuo Cappellano, eunti mane quodam celebrare, obviam ivit; & quaſi diſſimulando, quo tenderet requiſivit. Cui quo ibat reſpondenti, ſecreto multum devote dixit, Confitere prius, Fili mi, tale peccatum quod commiſiſti: & tunc ſecure accedere non formides. Tunc ille confuſus cum multis pudoroſis lacrymis prius per ordinem cuncta, quæ ſolum Deum ſcire credebat, ei dixit; & diligenter confeſſus, de cetero talia non commiſit.

alios ad integre confitendum revelatis eorum peccatis inducit:
F

15 Cum Piſciculus quidam ſibi oblatus eſſet, cellerariæ injunxit ut aptari faceret: & ex ipſo toti Conventui mane daret. Illa vero conſiderans, quod vix duabus & male ſufficeret, diligenter cum piperato liquido aptavit, & ſoli Abbatiſſæ ſuper menſam appoſuit. Quod illa conſiderans, coram toto Conventu paropſidem irata ſumpſit, & in pavimentum cum piſce projecit. Mirabile dictu! non ſic ſuaviter impoſitum menſæ, ſicut dejectum fuit: nam velut foret elavatum ligneumque perſiſteret, *e* ſic in terra delatum totus Conventus vidit. Tunc ſerviens de terra levavit, & de ipſo, ut prius juſſerat, Sororibus omnibus miniſtravit. Die quadam ſubito cuidam ex Sororibus, dum eſſet ſancta Mater Faventiæ, fluere in catinum ſanguis ita ex naribus cœpit, quod omni deſperata

e
inobedientem miraculo redarguit,

A *ægram ſanat,* deſperata remedio ſanitatis medicorum relatu, ad finem ultimum, ut cunctis patuit, propinquabat. Quod dum nutrix pia perſenſit, ſummum medicum dulciter ex more advocans, ſuper eam ſignum Crucis indidit, & confeſtim reſumptis viribus pleniſſime curata fuit. Cum ob nivium abundantiam more patriæ domorum immineret ruina, nec valerent ſibi modo aliquo providere, ipſam Fratres extrinſeci & conventus adeunt, & quod ſibi ſuiſque prouideat in tali tribulatione humiliter petunt. Tunc illa, confortatis eis, orationi ſe dedit: & ſubito fugata varietate temporis, ſol calidus valde apparuit, & deſtructis nivibus tota illa varietas conquievit.

nivem diſſipat,

laſſa divinitus equũ accipit,

16 Cum Romam quibuſdam arduis negotiis pedeſter pergeret, & in aſperiori via præ laſſitudine omnino deficeret; quidam cum equo manſuetiſſimo apparuit, ſuper ipſum eam poſuit, & uſque ad hoſpitium ſuaviter ſecum fabulando perduxit: quo ea depoſita valedicens, quis fuerit huc uſque non dixit, aut quomodo recederet ex ſociis tam Dominabus quam Fratribus nullus vidit. Dum vero prædicto loco conſocii ederent, & ipſa de pane tam aſpero ſumere nil valeret; quod omnes ederent præcipiens, à menſa (ſurrexit, & in viam quouſque manducarent ſolitaria multum orationi ſe dedit nam ei conſuetudo erat, ut quoties quovis tempore ad locum aliquem deſcendebat, confeſtim ſuper genibus incumbens orationi vacabat, uſquequo aliis attendere oportebat) ſubito quidam apparuit, panem albiſſimum ei dedit, & ut ex ipſo reficeretur benigne præcepit atque diſceſſit. Cui dum hilariter obediret, Fratres & Sorores qui comederant adfuerunt, & admirati plurimũ, audito negotio, dantes Deo laudes, iter quod ire cœperant perfecerunt. Dum vero in præfato itinere ad cellam duarum Recluſarum deſcendiſſet, mox ut eam viderunt, clamare cœperunt, Hęc eſt Domina, quæ nobis in ſomnis apparuit, & qualiter in via Dei deberemus pergere nos inſtruxit. Unde hoſpitari ſecum coëgerunt, & ab ea, ut viſione viderant, magna noctis parte devotiſſime perceperunt. Quadam nocte, dum ſuo monaſterio Matutinalibus intereſſet, ſubito ſignum fecit, & ut ſibi vinum portaretur & aqua cum manſuetudine imperavit. Quo allato, in infirmitorium ad quamdam infirmam graviter miſit; & quæ ſiti gravata dormire non poterat, Deo & Matri ſanctæ redditis gratiis potum ſumpſit, & deinde ſuaviter requievit.

& panem ſibi congruum.

duas Recluſas ſolatur,

ſitim ægræ Sororis levat.

C *Iuſſa Florentiæ ſtruere monaſterium S: Io. Euang.*

16 Licet ei B. Joannes Euangeliſta pluries apparuiſſet, & ſuum fabricari locum injunxiſſet; quadam nocte ſibi apparuit, & ne Venetiis ſicut diſpoſuerat, ſed ut faceret Florentiæ, imperavit; promittens quod de ipſo quod Faventiæ fecerat, & quod Florentiæ factura erat, curam gereret ſpiritualem, & in itinere viarum diſcrimina tranſiret, plenarie periculi ſine nota. Tunc ſigno Crucis ſe muniens, quaſdam Sorores vocavit ſecreto: factum eis propolavit; & nihil ex

f monaſterio aſſumens, Prioriſſæ *f* Conventum com-

g mendavit; & cum his quas *g* nominaverat nudis pedibus, inter guerrarum diſcrimina, cum tota ſua ſocietate incolumis, Euangeliſta prævio properavit. Cũ diu habere B. Euangeliſtæ Joannis reliquias affectaſſet, nec unde poſſet caſu aliquo habere exiſtimaret,

h devenit Florentiam eundo ad plebem *h* Ottonis: ubi

ejus Reliquias in via accipit, recipitur à Plebano & Clericis gratulanter; & ſi vellet videre ſuas Reliquias, ei dicit ſe oſtendere affectanter. Quæ libenter promiſſum recipiens, reverentia maxima conſpicit. Qua motus Plebanus jam dictus, quamdã capſulam cum manna Euangeliſtæ Joannis quam reperit, cum ſuis Reliquiis ei gratuite *i* condonavit: quam inæſtimabili gaudio Florentiam tulit, & decenti tempore ipſius honore mire pulchritudinis eccleſiam fabricavit.

17 A Florentinis itaque Prælatis & ſubditis, religioſis & laicis, gaudioſe recipitur; & hoſpitio conducto, extra civitatem in platea S. Ambroſii, honorifice collocatur: ubi vita ſanctitate ejus, in tanta veneratione habetur, quod velut Sancta inæſtimabiliter publicatur. Dum ſic Florentiæ biennio quaſi ſtetiſſet, locus ubi nunc eſt [monaſterium] à Florentinis *k* emitur: quo ipſa confeſtim, cum aliquibus Dominabus nobilibus civitatis Florentiæ, & illis quas ſecum Faventia duxerat, quam potuit citius ſe recluſit; & ſub Regula quam aſſumpſerat, ut ſonat, ſimpliciter Deo militare inſtruxit. EX MS. *& biennio poſt ingreditur novas ædes.* k

18 Dum die quadam, ut agere ſolebat, in lecto fluminis Munionis, juxta locum earum ſituati, lapillos pro loci ædificatione colligeret & ſuper aſellum poneret, domumque ipſum deducendo perduceret; duabus mulieribus, filium cujuſdam Florentini geſtantibus graviterque flentibus, obvia atque pietate commota, cauſam tanti luctus dulciter inquiſivit. Ad quam dum dicerent, prætextu infirmitatis diutinæ præcepto ipſorum genitorum ad eos duxiſſe, & ſic in itinere deceſſiſſe; omiſſis verbis multis, ejus pedibus ſe proſternunt, & ut eis reſuſcitet prędictum puerum ſingultibus maximis eam poſcunt. Tunc benignitatis mater brachiis eum ſumit, ante altare B. Joannis Euangeliſtæ, tunc exiſtens in quadam donumcula juxta viam, ſuper prædellam *m* eum poſuit, & devote coram aſtantibus orationi ſe dedit. Qua fatigata diutius ſurgit, filium ſumit, ac incolumem eis dedit; mandans ſuis ut quamdiu vixerit nulli dicant, & quod ad recolligendum lapides concito ſecum pergant. Nobilis quidam Miles de Rubeis civitatis Florentiæ, populi S. Felicitatis, nomine Bernardus, die quadam ipſam viſitavit; ac ſe, licet ſecularis, multum devote ſuis orationibus commendavit. Quem illa benigne ſuſcipiens, ut ſuæ animæ attenderet perſuaſit, quod die Jovis proximo accedenti de hoc erat ſeculo exiturus, & ante Deum de ſuis rationem actibus redditurus. Ille igitur, licet ſanus & clariſſimus foret, his auditis expavit; & ad propria rediens, die prædicta (ut protulit) exſpiravit. E *mortuum reſuſcitat.* m *cuidam vicinam mortẽ prædicit,*

10 Mater igitur ſancta, olim aſpectu pulcherrima, via Dei & ſeculi prudentiſſima, pœnitentiæ tramite de die in diem plus avida, in advocandis peccatoribus dulciflua, in correctionibus ut expediebat vinum fundendo & oleum ſagaciſſima, omnium morum compoſitione ornatiſſima, caritate perfectiſſima, ætatis ſuæ (ni fallor) anno *n* octogeſimo vel ultra, in magnum languorem die B. Luciæ *o* devenit: in quo ex fervore pœnitentiæ fiendæ (quam ſemper etiam nutu, dum non poſſet loqui, oſtendebat) omnes adſtantes ad ſerviendum Altiſſimo incredibiliter accendebat. Die igitur vigeſimo ſecundo Maji MCCCX, feria VI, hora quaſi VI, coram adſtanti ſuo ſancto collegio, flenti acriter pariterque pſallenti, cælica penetravit. Die vero Dominica, in eccleſia quam in honore S. Joannis Euangeliſtæ ædificaverat, juxta ſuum altare ſiniſtro *p* latere, honore maximo Prælatorum ſeculariumque & religioſorum, ac Clericorum aliorum, coram populi multitudine copioſa, devotione mirabili ſepulta fuit. F n o *ipſa moritur an.* 1316. p

20 Cœpit interea lapis *q* ſuperpoſitus tumulo emittere oleum apparenter. Quod altera *r* Sororum attendens, ne foret illuſio, cœpit tergere ſæpe ſæpius & prudenter. Quod dum quid divinũ fore conſpexit, ut erat, dixit omnibus accedentibus. Facta exterſione omni experientia verifice patuit, & ob id de ipſius tranſlatione Florentinis quidem curã dedit. Ex latere dextero altaris in eadem eccleſia ſolenne altare *s* devotione fidelium erigitur, in quo die VI Junii MCCCXI, præſentibus Venerabilibus Patribus & Dominis, Antonio *t* Epiſcopo Florentino, Rogerio Abbate Val- q r *& ſepulchro oleum ſudante,* s t

EX MS. lumbrosæ, Azzone Abbate Florentino, Gratia septimensi *u* Abbate, ac cum aliis multis Prælatis & subditis Religiosis & secularibus, nec non diversis Clericis, & Florentini Populi admirabili multitudine, corpus de loco, ubi erat tumulatum super nuda terra, integrum extrahitur; populo videndum, usque quo celebrentur Missarum solennia, conceditur: quibus expletis, ornatum mirifice, in locum pro ipsa factum (uti diximus) honore magno, uti decuit, sepelitur.

u *elevatur corpus an. 1311,*

x 21 Rev. vir D. Albertus, Abbas de x Razzolo, gravi pedis languore detentus, se sibi devotione maxima commendavit: & ut sibi sanitatem redderet, humiliter exoravit. Oratione vero vix expleta, optime liberatus fuit; & hoc [testis] suæ translationis existens, publice nuntiavit. Mulier quædam, quindecim quasi annis oculorum lumine privata, locum Sanctæ visitans, de suis rebus avide petiit; quædã Soror urceolum *y* quemdam, Sanctæ mensæ superpositum diutine ante ipsam, ei dedit: quem oculis devotissime ponens, subito curata optime, repatriare curavit. Cuidam Sorori ipsius Monasterii graviter languenti

patrantur miracula.

y

B D. nomine, quodam mane nec plene vigilanti nec bene dormienti, apparuit; & ut de lecto surgeret in ecclesiamque iret, auditura secundam Missam ut ipsa faciebat, præcepit, pariterque discessit. Cui concito illa obediens de lecto surrexit, & audire Missam sana & hilaris, multas Deo & suæ sanctæ Matri reddendo gratias, properavit. Juvencula quædam ejusdem loci Soror, nomine Franciscæ z, dum in extremis laboraret, subito, astante toto sancto Conventu suo, Exspectate me, Exspectate me, clamare cœpit. Quæ dum ab astantibus, quid foret, requisita esset; sanctam Matrem Abbatissam nutibus fore dixit: & sic clarefacta valde, ad ipsam quam vocaverat subito evolavit.

z

22 Si ultra quam volueritis, Sorores sanctæ, vestris neglexi postulationibus obedire, cedite precor veniã aberranti, quamvis queat nullus præstolanti celeriter subvenire: quadam tamen confidentia me retraxi ad plura, tractatum minorem reddidi ad singula. Vestram novi prudentiam non latere, ac ad tam arduum opus posse prosequi (prout dixi) vos me cernere non dotatum. Vestris, precor posse orationibus, illam de qua scripsi, quamvis improvide, penes Christum in patria revidere; quæ gaudet perfecte illo, quem dum religione diutine viveret, ceu in præsentiarum lacrymando uberrime, clavis in cruce vidit semper mortuum, & postea lancea crudelissime nostris sceleribus perforatum. Et qui hanc legit; supplico, non pigeat corrigendo revidere, ubi conspicit quod est scriptum in aliquo vitiatum: nam gratum erit in tam sancta Domina nil videri, nisi caritate prævia emendatura.

Epilogus auctoris.

C

ANNOTATA.

a *Guiduccius Cap. 29 narrat quomodo fuerit ab Episcopo Faventino visitata, eumque per conjecturam credit fuisse dictum* Jacobum. *Vghellus tom. 2 Italiæ sacræ sedisse primum hujus nominis ait ab anno 1259 ad 1270.*

b *Idem Guiduccius Cap. 30 explicat, quomodo nonnullis mulieribus, petentibus ut juxta ipsam sibi quoque extruere cellas liceret, monachi abnuerint; ipsa vero per visum monita fit à Deipara, de erigendo à fundamentis monasterio.*

c D. Plebanus, *Generalis Ordinis* XVIII, *ab anno 1258 ad 1272.*

d *Vulgo dictum* S. Maria Novella alla Malta, *extra portam olim Gavazinam, nunc Hospitalis appellatam, in fundo S. Petri, quem anno 1266 Episcopus donarit eo fine ut ibi fieret monasterium, quo sub annum 1500 destructo, fundus ille rediit ad Episcopum, inquit Guiduccius: qui deinde recenset fundos eidem monasterio donatos in Cauplano, Albonello, Claudiano & Gualdrata, per Fulconem Lamberti qu. Fulconis, ejusque matrem Ermellinam.*

D

e *Guiduccius magis clare dicit, scutellam, licet figlina esset, neque fractam esse neque eversam, & pisciculum illum inter manus atq; ora multiplicatum sufficisse omnibus.*

f *Idem vocat* Sororem Concordiam.

g *Tres solum socias assumpsisse eam idem ait, interque eas fuisse* B. Margaretam, *cujus supra meminimus, & vitam dabimus 26 Augusti: hæc autem facta esse anno 1280, idque ex multis instrumentis contractibusque etiam nunc asservatis.*

h Plebs Ottonis *vulgo la* Pieve del To, *distans octo milliaribus Faventia, & tribus ultra oppidum Berzighellæ.*

i *Tacet hic de Reliquiis Guiduccius, sed tantum pecuniæ donatum ait, quanta in reliquum iter sufficere poterat: in transitu vero Apennini occurrisse ait variis locis Latrones, qui conspecta Sancta statim arma deposuerint, ut ne timeret: deinde cap. 26 libri 2 dicit eam Florentia Faventiam aliquando excurrisse propter negotia, & tunc iterum eodem hospitio usam accepisse Reliquias istas.*

k Anno 1282 19 Octobris emit Sancta 12 Sextaria & 9 Panora terræ à Fratribus quibusdam de Pœnitentia dictis, tunc Florentiæ habitantibus, pro libris 382 & solidis 10, in parochia S. Laurentii, extra sed juxta civitatem, ad portam S. Joannis, contiguam portæ S. Galli, quæ fuit clausa tempore B. Margaretæ; atq; pro ea aperta alia versus portam Pratensem, quæ nominata fuit porta Faventina, in memoriam & honorem S. Humilitatis. Harum portarum hodieque supersunt vestigia, comprehensa ab arce. Cœpit ergo ibi fabricare Sancta, præhabito consensu omnium quorũ interierat; imprimis D. Valentini 11, Generalis Vallumbrosani xx, qui licentiam expedivit 14 Martii 1282, expressis nominibus supplicantiũ Sororum, Humilitatis scilicet, Margaretæ, Æmiliæ, Domninæ, Joannæ, Jacobæ, Jacominæ, Benedictæ. Consenserunt etiam in eamdẽ fabricam Mag. Jacobus Præpositus ecclesiæ Florentinæ, & D. Aldobrandinus Prior S. Laurentii; ipsoque die 14 Martii positus in fundamenta est primus lapis, de consensu Capituli Sede vacante, à Reverendiss. D. Fr. Philippo ex Ordine Minorum Episcopo Fesulano, sua præsentia suoque exemplo die tota omnes animante, ad operam eleemosynasque conferendas, etiam exhibitione Indulgentiæ dierum quadraginta: similis Indulgentia postea concessa fuit ab eo qui ecclesiam consecravit anno 1297 Episcopo Florentino, D. Francisco de Balneoregio. *Hæc Guiduccius lib. 2 cap. 18: cum præmisisset quod biennio habitaverint foris ad partem septentrionalem urbis, in loco S. Ambrosii, ubi concessa eis erat dominicalia quædam à piis hominibus.*

E

F

l Munio, *paulo infra civitatem in Arnum influens, ipsam pene arcem nunc alluit.*

m Predella *Tuscana lingua gradus ligneus altaris, seu suppedaneum.*

n *Scriptum fuerat* centesimo: *sed cum supra probaverimus natam anno 1226 correxi* octogesimo vel ultra: *antiquis interim exemplaribus omnibus hunc errorem inesse, notat Guiduccius.*

o Festum S. Luciæ *celebratur 13 Decembris.*

p Altare majus *fuisse scribit Guiduccius,* quod erat in media ecclesia.

q *Lapidem hunc celatum fuisse idem ait.*

r *Fortasis* Ancilla Sororum, *scribit enim idem auctor, quod* Sorores desuper ex Choro despicientes id primũ notarunt, miseruntque ancillam sibi in ecclesia ministrantem, ut lapidẽ extergeret; quæ cum deinde idem sæpius ultro feciſſet, rursum ut hoc faceret monita, cũ indignatione responderit, attenderent ipsæ orationibus suis, nec Dei opera scrutarentur curiosius; nihilominus eadem ancilla sępius resumpsit curã extergendi lapidis, rem tacite considerando, donec etiam ecclesiæ minister Clericus illã notavit, & Abbatissæ indicavit: quæ prius quam fidem adhiberet dictis, aliã majoris

apud

A apud ſe fidei perſonam delegavit ad explorandam veritatem miraculi, deinde vero juſſit lapidem tapete inſterni reverentiæ cauſa. Paucis poſt diebus venit eo ex monaſterio Vallumbroſanorum S. Pancratii Florentiæ Monachus, miraculum per ſe cogniturus. Qui lapidem madere cernens, ſuſtulit oculos, dubitans ne deſuper forſitan humor illapſus eſſet. Huic vero aſſiſtens ancilla prædicta, porrexit detractum capiti linteum, juſſitque extergere lapidem; quod ille fecit, rurſumque vidit erumpentes olei puriſſimi ſtillas, quodque viderat regreſſus ad ſuos cum ſtupore narravit. Denique cum matronæ aliquot Florentinæ eodem veniſſent, & ſublato tapeto idem notaſſent; plures relatu ſuo moverunt, ut ipſi rem prodigioſam & ſpiritualis ſolatii plenam intueri vellent.

s Super hoc altari, *inquit Guiduccius*, eleganti in tabula beneque ornata repreſentabatur ipſa, & picturam ambiebant tabellæ quatuordecim, præcipua quædam illius opera referentes: quæ quidem pictura in iſto altari ſtetit, quamdiu ibi fuerunt Monachæ, id eſt per annos 240. Nunc in S. Salvii devote aſſervatur. Solet autem, *inquit idem lib. 1 cap. 26 pingi* cum pellicula agnina ſupra velum: quia talem geſtare ſolebat quando fuit Florentiæ Abbatiſſa, eademque pellicula adhuc in honore habetur.

C

t Antonius Urſus, *Epiſcopus Florentinus*, *ab anno* 1309 *ad* 1321.

u Septimum, *Abbatia Ordinis Ciſtercienſis, diœceſis Senenſis.*

x Razzolum, *Abbatia Ordinis Vallumbroſani, ſub nomine* S. Pauli, *inter Apennini juga.*

y Urceolus hic uſque in præſentem diem apud Monachas in S. Salvii venerabiliter cuſtoditur, *inquit Guiduccius.*

z *Idem ſuggerit nomen, ſola prima ſui littera ſcriptum.*

CAPUT III.

Supplementum miraculorum in vita atque poſt mortem patratorum.

23 QUodam die dum in monaſterio prædicto non reperiretur niſi unicus panis, & hora reficiendi jam tranſiret; venerabilis Abbatiſſa fuit allocuta Cellerariam, dicens; Quare Sorores nō comedunt? At illa, Quia hic panis ſufficientia non habetur: excepto enim uno tantum pane, nullū alium reperimus. Abbatiſſa vero, confidens de omnipotentia ſui creatoris, qui ex nihilo cuncta condidit & creavit, qui etiam eſt omnia in omnibus; mox ut hæc audivit, præcepit menſam more ſolito præparari, & unicum panem confeſtim afferri. Accipiens autem illum Abbatiſſa, elevatis oculis in cælum dixit; Dominus qui pavit quinque millia hominum de quinque panibus hordeaceis, te multiplicet: factoque Crucis ſignaculo fregit, dicens Cellariæ, ut cuique diſcumbentium ſuum fragmen apponeret, & Dominus multiplicabit illum in ore ipſarum. Celleraria autem hæc audiens & firmiter credens, unicuiq; unum contulit. Sorores vero, quæ tredecim erant, comederunt ad plenum in maximo gaudio, remanſeruntque plura fragmenta quam illa quæ repoſita fuerant.

Vnico pane totum conventum reficit.

B

25 Quodam tempore dum in labiis Abbatiſſę quidam tumor fuiſſet exortus, ita quod non permittebat illam comedere; Moniales dixerunt, Domina, oportet mitti pro medico ut liberari poſſitis. Abbatiſſa vero, ſe nolle reſpondens, ait: Illius medicinam volo, qui me liberavit de cancro. Sequenti vero die liberata fuit. Alio quoque *a* tempore, cum exercitus Bononienſium eſſet ad civitatem Faventiæ, Abbatiſſa prædixit Monialibus, quod Bononienſes die ſequenti debebant venire, & intrare monaſterium, & deprædari oves & boves & univerſa quæ ſibi placerent: ideoque præcepit eis, quod omnia bene reconderent, ne amitti poſſent. Die itaque quem Abbatiſſa prædixerat, Bononienſes iverunt ad monaſterium, auferentes cuncta quę erant in monaſterio, exceptis indumentis Monialium quibus continue utebantur. Illas quidem, ob reverentiam Venerabilis Abbatiſſę, omnino nō lędentes, reverſi ſunt ad caſtra.

ſanatur miraculoſe,

a

EX MS. *prædicit depradationem monaſterii.*

26 Accidit alio tempore, quod Abbatiſſa divina revelatione prævidit cariſtiam venturam in anno proxime futuro; vocavitque Cellerariam, interrogans eam de ceteris frugibus quas habebat, à frumento uſque ad farra: præcepitque ei ne auſa eſſet de dictis frugibus exhibere animalibus, ſed omnes conſervaret de cetero uſque ad annum venturum. Cumque hæc Celleraria ceteris nuntiaſſet Sororibus, dixerunt ad invicem: Credidit forſitan Domina noſtra nos de tanta ubertate, qua ſumus, in egèſtatem venire: abſit hoc à nobis. Appropinquante vero tempore cum caritudine maxima & fame, frumentum ſeu aliud bladum, quod Abbatiſſa fecerat conſervari, ſic profuit monaſterio, quod nihil de caritudine ſenſerunt, ſed illo tempore largas eleemoſynas fecerunt. *b* Quod Moniales videntes, Dominum collaudabant, quem cum Abbatiſſa vere habitare videbant.

& annonæ caritatem

E

b

27 Quædam Domina mundum relinquens, intravit monaſterium ſupradictum cum omnibus bonis ſuis. Cumque poſt aliquod tempus confeſſa fuiſſet Sacerdoti, Abbatiſſa vocavit eam, quærens utrum bene eſſet confeſſa. At illa, Utique Domina. Et Abbatiſſa, Non mihi ſic videtur, quia video te turbatam faciem habere. Tunc illa, Quoddam peccatum habeo, quod unquam nemini auſa fui confiteri. Abbatiſſa dixit ei, Nunquam poteris ſalvari, niſi confitearis peccatum, quod furtim abſcondis. Illa autem conſiderans ſui ſceleris enormitatem, dixit ſe auſam non eſſe alicui confiteri. Tunc Abbatiſſa, Vis illud confiteri Sacerdoti, ſi proprio ore dixero ei? Tunc illa, ſciens ſuum ſcelus omnibus eſſe occultum & nemini apertum, dixit ei; Quomodo poteſtis ſcire ea quæ nunquam alicui confeſſa fui? Abbatiſſa reſpondit: Bene ſcio, bene ſcio. At illa conſentiens, dixit ut faceret quidquid vellet. Advocans autem Sacerdotem Abbatiſſa, dixit ei peccatum ſuæ Sororis, quod nemini unquam confeſſa fuerat. Cumque Sacerdos hoc Sorori nuntiaret, obſtupuit nimis, & præ nimio timore confeſſa eſt ei peccatum. Sacerdos autem abſolvit eam, collaudans Deum de ſanctitate Venerabilis Abbatiſſæ.

revelat peccatum à male confeſſa celatum.

F

28 Dum æſtivo tempore de menſe Auguſti, Abbatiſſa febrim continuam pateretur, & nihil aliud quam glaciem peteret, & illæ dicerent quod tempus glaciei tunc non adeſſet; Abbatiſſa dixit, quod ad puteum irent. Quæ cum ad puteum quodam mane iviſſent, in ſitula congelatam aquam in modum *c* inciſorii invenerunt; & accipientes glaciem, attulerunt ad Abbatiſſam, omnes ſimul obſtupeſcentes.

glaciem inveniri facit in æſtate,

c

29 Mos iſte erat Abbatiſſæ, ut cum videret in Deum aliquem mortaliter peccare, ſtatim facie turbata reſpiceret in peccantem; amiſſoque colore quaſi ſemiviva efficiebatur. Semel dum Chriſti paſſionem, quam ſemper in pectore gerebat, amare defleret; panniculo, quem prę nimiis lacrymis ſecum ferebat, more ſolito cœpit tergere oculos ſuos. In quem reſpiciens, vidit lacrymas in ſanguinem totaliter eſſe converſas. Cumque hæc vidiſſet, prę nimia humilitate abſcondit panniculum, ne videretur *d* ab alio.

lacrymis ſanguineis flet Chriſti paſſionem.

30 Alio quoque tempore, dum Abbatiſſa maneret in clauſtro monaſterii jam dicti, habens ſecum Monialem ſcribentem ea quę ſibi dicebat Abbatiſſa, ſub compendio, videlicet librum de Angelis, & anima, & de multis ſermonibus valde bonis, qui liber

d

EX MS. est in ipso e monasterio; cumque Abbatissa scribi faceret eumdem librū; euntibus per claustrum duabus Monialibus pariterque versus Abbatissam respicientibus, viderunt super humeros Abbatissæ columbam albissimam, cum pedibus aureis & rostro aureo, tenentem rostrum in aure illius, donec scribi fecit librum prædictum. Moniales denique referebant Abbatissæ, quę propriis viderant oculis. At illa, inquiens eis, Sic est quod dicitis: tamen quæ vidistis nemini unquam referre prę sumatis. Die quadam dum scribi faceret in claustro prædicto, alibi fortiter per totam domum pluebat, supra dorsum vero & humeros ipsarum nullam guttam pluit: hoc enim vere patuit omnibus in claustro commorantibus.

e *librum dictanti videtur in aurē loqui columba,*

nec officit pluvia.

31 Semel venit ad eam quædam mulier, ferens secum quamdam suam neptem, patientem morbum scrophulam: quæ cum perveniisset ad eam, projecit se ad pedes Abbatissæ, & ut neptem suam à prædicta infirmitate curaret humiliter deprecata est eam. Abbatissa vero, pia & humilis, ignorans illius infirmitatem, gulam ejus tetigit, Crucis signaculum faciens, & benedixit illam. Mox autem mulier respiciens, vidit neptem suam sanatam, gratias agens Deo Sanctoque Joanni Euangelistæ.

sanat scrophulas,

B 32 Tertia vero die post obitum suum, dum quidam monachus Presbyter brachium doleret, nec à sex mensibus citra Missam celebrare potuisset, venit ad tumulum Abbatissę; & se sibi commendans ac in orationem dans, illico liberatum se sensit, gratias agens Deo & B. Humilitati. Eadem autem die cum quædam mulier infirmitatem à quinquennio passa fuisset; & quasi omni die nec loqui, nec comedere, nec os aperire potuisset, cum illam habebat; nec unquam profecisset medicina aliqua; venit ad purissimū corpus B. Humilitatis, & tangens ejusdem corpus orare cœpit. Quæ domum recedens, melioratam se sensit: & post paucos dies se reperit totaliter liberatam, gratias agens Deo & B. Humilitati. Prędicta quidem die mulier quædam, devotissima B. Humilitatis, quæ diu occultam infirmitatem passa fuerat, venit ad monumentum, ubi jam sepultum erat corpus sanctissimū. Cumque doleret & fleret mulier super illud, orans cum lacrymis, consolationem immensam sensit, incipiens dicere hanc orationem, sicut revelatum est ei; O sanctissima Humilitas, plena fuisti patientia & caritate, amore Christi matrisque gratia, semper precor te orare pro me Regem cælicum, ut mea parcat crimina tuis sanctis meritis *f.* Quam orationem dixit C bene quadragesies, antequam de monumento surgeret, propter gaudium quod habebat. Quæ ab oratione surgens, mox sanatam se sensit, gratiasque Deo reddidit & B. Humilitati.

brachium male affectum,

duas graviter infirmas,

f

item alias duas,

33 Quodam tempore mulier quędam, dum pateretur infirmitatem gravissimam, semel in maxima pœna dormiens, vocem audivit dicentem sibi, Recommenda te S. Humilitati: nam meritis ipsius scias te sanitatem obtinere. Cumque expergefacta fuisset, se reverenter ac devotissime recommendans eidem, mox liberatam se sensit. Alia mulier laborabat in extremis, dicebatque suis, Quare mittitis pro medicis? Nonne videtis diem mortis imminere? Genitor autem ejus hoc audiens, confestim ad B. Humilitatem venit, atq; affectione nimia filiam suam eidem recommendavit: cumque domum reverteretur, Soror quędam jam dicti loci, portans secum velamen sanctæ Abbatissæ, præfatam visitavit infirmam: & ligantes cum ipso caput ejusdem infirmæ, mox convaluit, & post paucos dies totaliter sanata est.

manum lasam,

34 Cum quædam mulier, veniens ad jam dictum monasterium, petiisset devotissime de rebus Abbatissæ; accepit modicum pannorum quos Abbatissa in dorso detulerat, recessitque Vulterras: aderat enim illic quidam, in cujus manus vitrum incaute intraverat, qui præ nimio dolore quietem & pacem nequaquam D invenire poterat. Cumque mulier infirmi dolentis manum tetigisset pannis prędictis, illico liberatus est, gratias agens Deo & B. Humilitati. Alia mulier filium quemdam habebat, qui ruptus & inflatus in vesica erat: cumque parentes unicum filium cernerent tam perniciose infirmarum esse, multum dolebant. Vir autem irato animo inquiens ad propriam uxorem, dixit, Male custodisti filium nostrum. Mox mater recommendavit illum B. Humilitati, consurgensque de mane vidit filium suum pleniissime sanatum.

& puerum hernioſum.

35 Alia quoque mulier dolens brachia, cum laborare non posset nisi cum immenso dolore, petiit & venit ad tumulum venerabilis Abbatissæ, & humiliter se sibi atque devote recommendavit: cumque recommendasset, mox se sanatam sensit, gratiam agens Deo Beatæque Humilitati. Quædam Monialis ipsius monasterii, dum quinque annis plena fuisset doloribus in toto corpore, nec sine gravi pœna deambulare posset, recommendavit se Abbatissæ sanctæ; videns quod nulla medicina sibi proficeret. Cumque ab oratione surgeret, ita se liberatam sensit, quod nullus dolor in ea remanfit, laudavitque Deum & B. Humilitatem.

item mulieres duas.

FIDES NOTARIALIS.

E 36 Et ego Benedictus Mag. Martini, Imperiali auctoritate Judex atque Notarius Florentinus, & nunc R. P. D. Francisci D.G. Episcopi Florentini Notarius, originalem librum, dictam chronicam continentem, vidi & legi, & ipsum cum exemplo præsenti transumpto per infrascriptum Philippum Notarium & per infrascriptum Marsoppium Notarium subscripto, in præsentia suprascripti D. Matthæi Vicarii D. Episcopi Florentini, diligenter cum ipsis Notariis auscultavi: & quia invicem concordabant, de ipsius D. Vicarii mandato, suam & Curiæ D. Episcopi auctoritatem & decretum huic exemplo interponentes, hic me in testem cum solito signo subscripsi, in ecclesia S. Salvatoris Florentiæ, præsentibus testibus Ser-Jacobo Ser-Miniati, Ser-Petro Paganuccii, Notariis Curię Episcopalis, die anno, indictione, & Pontificatu, supra in principio scriptis. Ego Marsoppus D. Guidalotti Pintaccii de Signa, Imperiali auctoritate Judex &c. Et ego Philippus filius qu. Benincasę de Florentia, Imperiali auctoritate &c.

ANNOTATA.

a *Anno* 1274 *inquit Guiduccius lib.* 2. *cap.* 3, *occasione factionum inter Guelfos & Gibellinos.*

b *Idem Cap.* 7 *totum hoc narrat de caritate quam prædixerit futuram in Romandiola, triennio prius quam adveniret: & postea c.* 27 *narrat, quod* Faventiæ existens propter quædam negotia, & prophetice prænoscens caritatem proximo anno futuram in Tuscia, unam comitum suarum remiserit Florentiam, cum mandatis, ut quantamcumq; ibi reperiret pecuniam, præsenti usui non necessariam, expenderet in fruges pro anno sequenti emendas: si autem inventæ pecuniæ non sufficerent, peteret ab istis & istis, quos nominabat, Florentinis nobilibus quantum esset satis: quod deinde magnum commodum attulit. F

c *Guiduccius*, In formam mediæ lunæ.

d Sed frustra, *inquit idem*, quia paucos intra dies res innotuit Sororibus, *unde in Hymno ejus legitur.*

Dum plangis sacratissima dilecti Jesu stigmata,
Pro lacrymis das sanguinem, qui totam rigat faciē.

e *Est autem liber hic, quod mireris, scriptus lingua Latina, ut patet ex variis locis ex eo allegatis per Guiduccium, qui id ipsum expresse asserit servaturque etiam hodie.*

f *Guiduccius eam orationem leviter immutatam sic refert*, O sanctissima Humilitas, plena fuisti patientia & caritate, propter amorem Domini mei Jesu Christi, & matris sanctissimæ Virginis Mariæ, precor te semper, ut adores pro me Regem cæli, ut ex tuis sanctis meritis mihi remittat mea peccamina. Amen.

ANA-

ANALECTA

De virtutibus, ſcriptis, tranſlationibus & miraculis S. Humilitatis.

Ex Vita Italice edita per Ignatiũ Guiducciũ.

CAPUT I.

De Spiritu quo inſtructa ſcripſit, & duobus Angelis Cuſtodibus ejus, & S. Ioanne Euangeliſta Patrono.

Indocta dictat tractatus Latinos doctiſſimos,

1 FUit res omnino admirabilis, videre B. Humilitatem, quæ numquam litteras didicerat, non ſolum legentem ſuper menſa, uti dicitur in Vita; ſed etiam diſcurrentem loquentemque Latina lingua, quaſi multum in ea ſtudii poſuiſſet; dictando ſermones & tractatus pulcherrimos de rebus ſpiritualibus, in quibus apparet profunda doctrina, aptiſſimis expreſſa verbis, etiam circa ſublimiora ſacræ Theologiæ myſteria, cum deſcriptione dilucida gloriæ immenſæ Beatorum. Invenire in iis eſt præſtantes diſcurſus ſuper Incarnatione divina, nobilitate & officiis Angelorum, laudibus Deiparæ atque Joannis Euangeliſtæ, S. Jacobi & Angelorum Cuſtodum. Ponderandum autem hic imprimis eſt, quod verba ejus non tam ab ipſa profecta fuerint, quam cælitus à Spiritu ſancto dictata: id enim, Deo ſic ordinante, variis Sermonum ſuorum locis ipſamet indicavit. Puta ſermone III, *cujus verba, ac reliqua poſthac ſimilia loca exhibebo ex Italica verſione iterum à me Latine reddita: na originales textus ſæpius petitos ac pridem promiſſos, quos varie impediti amici necdum tranſcribere potuerunt, expectare non licet, moram non ferente prælo. Sermone ergo tertio ſic ait*: Miror & timeo atque erubeſco de iis rebus, quas audeo ſcribere & dictare: quia eas non legi in aliis libris, neque humanæ ſcientiæ addiſcendæ unquam me applicavi; ſed ſolus Dei ſpiritus in me loquitur, qui implet os meum iis verbis quæ debeo dicere. In ſecundo autem: Notum vobis ſit, inquit, verba divina quæ loquor, non eſſe mea, ſed venire à Patre & altiſſimo Deo, qui dat unicuique ſicut magis ei placet. Ipſe me docet interrogare & reſpondere, & mecum interim loquitur in abſcondito: ego autem vobis exterius in publico loquor. Ipſe me docet in ſilentio ſpiritus, & ego clara voce pronuntio vobis divina illa verba quæ audio. Cavete igitur ne in vacuum recipiatis, quæ mea lingua effert, mota à Spiritu ſancto. Et alibi: Ego vado ad Dominum, ut me jubeat hoc opus facere; & ſtatim ſpiritus mei Jeſu docet me. Ex tunc & ſemper de re omni ſecura ſum, quod non loquar velut ignorans: ſed intelligo quidquid video, pleneque inſtructa ſum de eo quod cogito. Denique Sermone VIII ſic habet: Quoniam tu magiſter meus es regius, dulciſſimus & ſuavis: tu loqueris mecum exhilarando me, & loquendo accendis deſiderium amandi Chriſtum. Tu me doces loqui & cognoſcere veritatem. Cum mihi vicinus es, facis ut ego indigna famula tua loquar & proferam ore meo ea verba, quæ non ſunt mea.

B

verbis à Spiritu ſancto ſuggeſtis,

ſicut ipſamet variis locis fatetur.

C

2 Ex dictis liquido apparet, ea quæ dictavit Humilitas, omnia ab eodem fuiſſe ſpiritu, qui ſimilia hoc eodem ſeculo XIV operaturus erat in alia æque dilecta ſua ſponſa S. Catharina Senenſi, annis XXXVII poſt illius mortem naſcitura; quæ ſuo Confeſſario (ut eſt in libro I Vitæ num. 84) ſic edixit: Habeatis pro concluſione veriſſima, Pater mi, quod nihil quod pertinet ad viam ſalutis, docuit me unquam aliquis homo vel mulier, ſed præciſe ipſe Dominus & Magiſter, Sponſus pretioſus & ſuper dulciſſimus animæ meæ, Dominus Jeſus Chriſtus, vel per ſuam inſpirationem, vel per claram apparitionem loquens mihi, ſicut ego modo loquor vobiſcum. Idem etiam demonſtrarunt divina miracula, quæ dictantem Humilitatem illuſtraverunt, referunturque ſupra in Vita ſua num. 29. Ex iſtis autem ſic dictatis ſermonibus cognoſcimus, quod præter aſſignatum ſibi à nativitate cuſtodem Angelum; poſtea, cum cura animarum ſibi ſubditarum, acceperit etiam, ad earum commodius regimen, Angelum alterum, quemadmodum in tali caſu fieri ſolere docent Theologi. Etenim Sermone IV ſic loquitur.

EX ITAL. GUIDUCI.

Ex illis novimus,

3 Equidem omnes Angelos cæleſtes amo, ſed duo imprimis ſunt deliciæ jucunditatis meæ, qui diu noctuque me confortant, & communicant inæſtimabilia dona divitiarum ſuarum. Dominus meus eos mihi in cuſtodes aſſignavit, ut me defendant ab omni moleſtia, quod divinum mandatum diligentiſſime ſunt hactenus executi, quia eorum robore optime ſum confortata. Ambo illi me ſuſtinent à dextera & à ſiniſtra, neque cadere poſſum niſi per ſocordiam meam: adeo ut ſi me firmiter juxta ipſos tenuero, nunquam nocere mihi poſſint inimici mei. Per gratiam S. Joannis Euangeliſtæ, & hunc & illum ſcio proprio quemque nomine appellare. Primus eſt ex choro Angelorum, eorum qui dantur hominibus in vita ſua ad cuſtodiam; & nomen ejus eſt Sapiel, quod denotat divinam ſapientiam. Quoties nomen illud audio pronuntiari, ſubito exhilaratur mihi cor. Hic autem fuit mecum ab eo momento, quo in hanc vitam ſum ingreſſa. Fateor quidem quod eum ſæpius offenderim tam multis meis defectibus; ſed ipſe, ut totus benignus, omnem culpam mihi remiſit, quin etiam ſemper mihi apud Dominum Jeſum fuit ſedulus advocatus. Alius appellatur Emmanuel, ex ordine Cherubinorum; mihique fuit datus poſt annum ætatis trigeſimum, quando ingreſſa ſum in cogitationes magnorum negotiorum: quoniam à Deo commiſſa mihi fuit cuſtodia ovium, licet non haberem paſtoralem virgam, neque robur aut vires ſufficientes tanto operi. Ille proprias ſuas alas expandit, meque juvit in laboribus & moliminibus meis: &, ut eſt benignus, conſolatus eſt me, participem me faciens ſuorum opulentiſſimorum theſaurorum. Ac rurſum alibi, id eſt, Sermone XII, Manifeſtum vobis ſit quod duo iſti Angeli ſint proprii, primi, atque optimi, ad opem auxiliumque mihi apud Deum ferendum, declarando mihi multa de divinis ſecretis.

duos Angelos cuſtodes ei datos fuiſſe:

unum Sapiel dictũ.

alterũ Emmanuel Cherubinũ,

F

4 His duobus Angelis obedientiſſima illa ſemper fuit; & ad eoſdem honorandos compoſuit pulchrum illum Tractatum de Curia Paradiſi, ubi hæc leguntur. Habeo immenſam gloriam in corde meo, certificata de nobilitate & magnitudine Angelorum meorum: cum autem cogito de eorum pulchritudine, ſentio me abire in eceſtaſim, ac veluti extra me rapi præ exceſſu gaudii; quia duos amatores habeo tam perfectos, qui ſemper aſſiſtunt in Dei præſentia, & interim magno ſubſidio mihi ſunt. Illi ſunt ſicut duæ rupes inexpugnabiles; in iiſque omnem ſecuritatem repoſitam habeo: tantaque eſt eorum fortitudo, ut non metuam cum quibuſcumque inimicis committi. Sunt admodum ſapientes, & tam induſtrii, ut in omni genere virtutis me erudiant. Tam ſolicite autem & tam prompte mihi proſpiciunt, ut prius quam neceſſarium ſit, eos mihi adeſſe comperiam: ſuntque duæ ſolidæ columnæ, ad ſuſtentandam meam debilitatem.

in quorum honorem dictat tractatum de Curia Paradiſi.

prout poſtea fecit S. Catharinæ Senenſis.

5 Huic tam potenti ſocietati commendabat ſe in ſuis neceſſitatibus, ſicuti Sermone XI declarat, dicens: Et vos Angeli mei fortes, obambulate omnes vias meas, & diligenter advigilate ne inimici valeant appropinquare oſtiis cordis mei. Exerite coram me

EX ITAL. GUIDUCI.

gladium defenſionis veſtræ, & conſtringite os meum tam bene, ut occluſum maneat omni verbo vano & otioſo, nec inde egredi tale poſſit eũ volet. Exacuite linguam meam novacula, ad extirpanda quæcumque vitia & virtutes plantandas. Oculis meis imponite duo ſigilla amoris, ut nullam hujus mundi rem ſimul cum Dilecto intueri valeant: tenete nihilominus eoſdem apertos & vigiles, ut non impediantur per ſomnolentiam recitare divina Officia, neque mentem aggravent quando debet intendere Dei laudibus. Servate aures meas apertas ad nomen Jeſu: & efficite ne ad illas penetrare poſſit verbum aliud ullum, quod animæ mortiferum venenum ſit. Ligate pedes meos catena amoris, ne valeant ſe movere per viam peccati: ſed omnes greſſus mei ſint ad honorem Chriſti, & ſuæ glorioſæ matris. Conſtringite manus meas veſtris benedictis alis, ſemper promptis & paratis ad divina obſequia. Removete odoratum ab omni vanitate, ut anima mea ſolum ſentiat odorem cæleſtium florum. Cuſtodite omnes meos corporales ſenſus, ut oblectentur ſpirituales, & anima poſſit quiete repauſare cum ſuo Dilecto. Facite ut viæ divini amoris in me ita muniantur, ut quando incurrent in eas flumina

B vanarum oblectationum nequeant pertranſire, pertraherent enim animam ad ſubmerſionem. Angeli mei cariſſimi, ecce depoſita ſum in veſtram cuſtodiam, & commendata vobis à meo dulciſſimo Jeſu; rogo vos in nomine ejus, ut ſemper ſolicite cuſtodiatis me. Commendo me vobis, ô benigniſſimi Angeli mei: orate Verbum æternum, ut velit ad ſe trahere cor meum, nec permittat unquam ut alio evagetur. Denique Sermone II circa finem ait: O Emmanuel, ô Sapiel, qui eſtis Angeli mei cuſtodes, oro vos, dulciſſimi ut ex omnibus viribus veſtris præſtetis mihi auxilium tam efficax, ut cum deduxeritis me ad præſentiam magnæ Reginæ, poſſim contemplari & frui matre cum dilecto filio ſuo, & de ſinu materno inter brachia mea accipere glorioſum iſtum infantulum.

ipſiſq; commendat ſingulos ſui corporis ſenſus.

His addit Patronos alios,

6 Longum foret cetera omnia loca enumerare, in quibus dilectos illos ſuos Angelos laudat, eiſque gratias agit. Satis eſt ſcire duos fuiſſe, quorum tutelæ adjunxerat etiam ſibi patrocinium ſpeciale S. Joannis Euangeliſtæ, S. Jacobi Majoris, & S. Joannis Baptiſtæ, quos nominabat tres ſolidiſſimas vitæ ſuæ columnas: unde & dicebat Sermone XI: Effice mi Domine, ut iſti mei ſancti Advocati me animent, ut abſque tui offenſa per vias rectas me feram ad tuam preſentiam.

C Impera illis ut uſque ad mortem ſint mei cuſtodes, & tunc offerant tibi animam meam, totam hilarem & jucundam. Neque iſtis contenta, ſed ut erat amantiſſima ſui Sponſi, ita venerabatur omnes ejus famulos; ex quibus ſibi inſuper Protectores delegerat S. Catharinam Virginem & Martyrem, Archangelum Gabrielem, S. Cæciliam, S. Joſephum, atque imprimis glorioſiſſimam Dei Matrem, ſicut infra apparebit. Quod ad S. Joannem Euangeliſtam attinet, cœpit ei devotius affici Humilitas jam inde à pueritia ſua: creſcentibus autem annis crevit & devotio, dum ipſa novis noviſque ab illo favoribus quotidie cumulabatur, patrem eum habens ac magiſtrum in via ſpiritus, uti expreſſe ait in quodam Sermone: S. Joannes Euangeliſta magiſter meus eſt & doctor, ſine quo nullam doctrinam volo addiſcere. Ipſe, poſt Chriſtum & ſuam benedictam Matrem, eſt gloria mea, ſpes mea, refugium meum, conſilium meum & lætitia animæ meæ.

præſertim S. Ioannem Euangel.

ſuumq; erga illum amorem explicat.

7 Sermone vero XI declarat hiſce verbis amorem ejus erga ſe: O Euangeliſta, bajule dulcium amorum: tu de cælo dilectis tuis ſpecioſa multa munera mittis. Memento mei pauperis & mendicæ, ſi tamen me adhuc agnoſcis. Sicut mei curam habuiſti quando eram dives, ita non derelinquas me in urgentioribus neceſſitatibus. Si enim propter amorem Soldani Saracenorum in has terras veniſſem, ſicut veni amore tui, pro urbanitate ſua ſolicitam mei curam ageret. Recordare pauliſper, ô Joannes continuarum largitiorum, quibus me cumulabas rebus pretioſiſſimis & incomparabilibus: recordare dulcium illarum legationum, quas mihi mittebas, ut magis me in tuum amorem inflammares. Equidem ex toto corde diligo te: & quamvis ego ſim vile ac pretii nullius folium, tu vero lilium candidum & odoriferum; noli nunc obliviſci quod mihi aliquando magnam tuam liberalitatem exhibueris. Memento tantiſper pulcherrimi illius cultelli, quem ipſe fabricaſti percuſſionibus amoris, non flagellationis, quo mihi cor transfixiſti; & amorem revovando, eodem cultello rurſum ne pervaſiſti; tibique tam fortiter confixiſti, ut inde avelli nequeat vel auferri dulcis amor tuus. O dilectiſſime Joannes, tu me ligaſti catena, aurea & deſponſaſti annulo. Cum igitur commendata ſim tuæ cuſtodiæ, ô ſponſe mi dulciſſime, noli me derelinquere. Obſecro ut recorderis quod obnupſiſti me tuo amore, & dotaſti muneribus ſponſalitiis, totque aliis rebus pretioſis ac pulchris, una cum linea illa pretioſarum gemmarum. Poſſem & de aliis multis tuis donis loqui, ſed tempus eſt finiendi, ne quibus mens parum ſana eſt, ſpinas colligant & roſas diſperdant. Confiteor præterea quod male uſa ſim donis tuis, nec te amaverim ſicut debebam; ſed purus amor meus factus eſt deterior, minuſque imo male ordinatus: verum tu in amando miſericors es. Obſecro ergo ut renovemus amicitiam, ſic ut anima mea recreetur in tuo amore, & producat optimum illum quem deſidero fructum, ut poſſit operari ad gloriam tuam. Ex quibus aliiſque verbis indubie poſſumus intelligere, quam ſingulariter afficeretur huic magno Sancto; in cujus honorem duos etiam Sermones dictavit, in quibus diſtincte & magno cum affectu declarat, quanta erga eum reverentia ſibi eſſet divinitus indita, quantam in eo poſitam haberet fiduciam, quanta ejus familiaritate ac liberalitate uteretur.

D

memor beneficiorum ab eo acceptorum:

& de ejus laudibus dictat 2 Sermones.

E

CAPUT II.

Devotio ſanctæ erga Deiparam: ejus Laudes quomodo & quo fructu ab ipſa dictatæ.

F

8 MUlto tenerior erat S. Humilitatis devotio erga beatiſſimam Dei Matrem. Conſtat enim quod numquam ordiebatur actionem aliquam, quin imploraret illius adjutorium; & laus Mariæ omnibus ejus ſermonibus miſcebatur. Si aliqua ei accidebat adverſitas vel neceſſitas qualiſcumque gravabat, implorato illius auxilio ſtatim confortabatur. In hac defixas habebat ſuas omnes cogitationes, modo virgineum ejus partum conſiderans, laborioſaque officia filiolo educando impenſa; modo acerbiſſimæ paſſionis gladium meditans, modo ſupremam in res omnes creatas poteſtatem ipſi conceſſam contemplans. Proinde mirum non erat, quod hujus erga ſe amoris intuitu cælorum Regina tot gratias ei fecerit, & ſæpius ei ſe perſonaliter videndam præbuerit, quemadmodum in ejus Sermonibus legitur. Nam in III confitetur & clare agnoſcit, quod Cælorum Regina dux ipſi & comes ſit per ſemitam Paradiſi, quod Sermone VIII his verbis explicat. Regina cælorum malus & velum eſt in navicula animæ noſtræ, ſuaque miſericordia facile illam deducit, monſtrans viam tutam, brevitatemque itineris, & quod cito perventura ſit ad portum. Ibi occurrent eidem Angeli, qui theſaurum ejus repræſentabunt Domino; qui tamquam liberaliſſimus, pro uno talento reddet centum, præter ingentem

Ad Deiparam ſolita ſemper confugere,

multa bona ei accepta refert.

A ingentem copiam inæſtimabilium divitiarum. Et Sermone XII: Scitis, Fratres, quod non ſolum in viſione, ſed etiam in colloquio familiari ac domeſtico, omnibus noſtris interrogationibus & petitionibus ab ipſo ore Mariæ Virginis data ſint gratiſſima reſponſa. Tum Sermone IX, Non mihi imputetur, inquit, ad gloriam quod lingua mea eloquor, quia non ſunt verba mea, nec ego eorum habeo poteſtatem; ſed reddite laudem Reginæ, quia ab ejus bonitate cuncta derivantur.

9 Sermone etiam IV de ejus laudibus ſic diſcurrit: Suprema Deitas venit ab imperiali cælo in terram, & humiliter intravit vaſculum unius puellæ, quam pulchritudine ſibi ſimilem reddidit, quia erat mater ſimplicitatis, cujus puritas tanta eſt, ut ſplendere eam faciat inter omnes Virgines velut gemmam puriſſimam. Ipſa eſt Regina humilitatis, quæ ſapienter penetravit ad fundum hujus virtutis. Ipſa eſt Domina noſtra, quæ humillimis oculis ſuis tales vibravit intuitus, ut ſatis potentes fuerint ad ſummum Deum de ſuo cæleſti throno deducendum in terras. Paulo autem inferius ſubjungit: Tam florida eſt ipſius virginitas, ut colloquentes ſecum efficiat
B caſtos. Et Sermone VI: O radix ſancta, quæ nobis protulit ramum, quo vita noſtra gubernatur! O Virgo glorioſa, cujus feſtivitas ſemper ſolenniter innovatur in cælo! Tanta tamque divina eſt pulchritudo
pulchritudinem, ejus, ut Angeli & Sancti nequeant ſatiari eam intuendo. Cincinni ejus impleti ſunt auro, quo caput ejus ſanctiſſimum operitur; nec poteſt explicari pulchritudo vel ſplendor, quo caput iſtud irradiat omnia. Oculi ejus, honeſtiſſimi & amoroſi, accendunt in corde flammam divinam. Riſus ejus & os, dum loquitur, ſemper apportant novum aliquod ac pretioſum donum: verbis autem ſuis exhilarat audientes, purificans & condecorans mentem. Angeli deſiderant audire illam, & in ejus voce delectantur Sancti. Ab ore & naribus ejus expirat fragantia tam ſuavis odoris, ut in omnibus renovet cupidinem iterum ipſam videndi atque ſalutandi. Labia ejus rubicundiora ſunt magiſque odorifera quam roſæ novellæ. Tota cœleſtis curia adorat pectus illud divinum quod lactavit æternum Regem, & corpus, quod eſt ſacratiſſimum altare. Dum ei loquuntur Angeli Sanctique, tollunt ſibi coronas regales de capite, & replicant illam gratioſam ſalutem, quam olim in terra eidem dixit Archangelus Gabriel: & ſimul omnes exſpectant benedictionem à ſanctiſſimis illis manibus, in quibus repoſita eſt omnis poteſtas: deinde optant famulatum & reverentiam exhibere huic benedictæ Reginæ, quæ eſt Imperatrix Angelorum & totius Curiæ divinæ. Corona ipſius ſtellarum duodecim, per figuram deſignata in Apoſtolis, & encauſto ſolaris ſplendoris depicta, quam infudit ei ſummi Regis pulchritudo, quando de hac vita aſcendit ad nuptias ſupra omnes cœlos, & collocata fuit ad dexteram Dei, ſedens ſupra Cherubinos. Hæc eſt lætitia curiæ totius cœleſtis &c.

majeſtatem impenſe laudat.

C

10 In hiſce ſimilibuſque diſcurſibus videtur Humilitas finem nullum invenire: cujus erga ſe affectui correſpondens liberaliſſima Virgo, inter alios favores hunc ei ſpecialiter contulit, quod aliquando meditanti de puerperio ſuo divino apparuit, mandans ut ſingula ejus myſteria attente contemplaretur, quatenus ea aliis poſſet ipſa manifeſtare. Mandavit inſuper, ut parvulum ſuum Jeſum amiciret pallio, gemmis intexto, & triplicis coloris varietate ſpectabili. Cumque illa humiliter reſponderet, O Domina mea dulciſſima, impoſſibile mihi apparet cæli terræque factorem, quem vix ipſi Angeli contingere audent, veſte materiali contegere; maxime cum nec gemmas ullas poſſideam, nec colorum requiſitorum ſpecies noverim. Reſpondit autem Sanctiſſima, nihil eo angeretur, adfuturum enim jubente ſe mox Euangeliſtam Joannem, qui doceret quid facto opus foret. Hic autem ei continuo explicavit, veſtem illam non debere eſſe materialem; ſed totam ex rebus ſpiritualibus contextam, puta ex dilatato corde, ſpiritu humiliato, ardenti animo, dulcedine amoris inexplicabili, ſuſpiriis ferventibus, copioſis lacrymis, contemplatione penetrativa. Ex his, ut totidem aureis filamentis gemmiſque, contextam veſtem offerret infanti; colores autem tres requiſitos nominabat, rubrum, incarnatum & album: quorum primo denotari ajebat Chriſti divinitatem, ſecundo humanitatem ejuſdem, tertio virginitatem & merita matris Mariæ. Hac enim veſte non ſolum operiri filium ac matrem, ſed totam quoque cæleſtem curiam.

Iubetur ab ea texere Ieſulo pallium,

ex ITAL. GUIDUCI.

quod quale eſſe debeat docet S. Ioannes Euangeliſta.

11 Sic inſtructa Humilitas, ſicut in Hymno de ipſa canitur,

Ipſa dictat Laudes B. Mariæ,

Librum componit ſpiritu dictante,
Laudibus plenum Virginis Mariæ,
Quem ſi quis legat gratiam reportat
Precibus ſuis.

Recitant autem frequentiſſime iſtas Laudes Monachæ S. Salvii, ſunt enim plenæ myſteriis. Incarnationis divinæ, & ſingulares Deiparæ prærogativas continent, & tam filii quam matris nomen frequentiſſime iterant. In principio autem ipſius tractatus, qui
E ſolum iſtas Laudes continet, hujuſmodi oratio invenitur: O ſancta Virgo Maria, Regina cæli, exaudi preces & orationem meam. Peto autem à te miſericordiam pro iis omnibus, qui legent hunc librum in tui honorem, vel legi audient, aut devote eidem affi-
orans pro recitaturis eas, cientur. Da eis magnum præmium & donum pretioſum, tui, inquam, & Jeſu Chriſti amorem. In hora mortis adſis in eorumdem defenſionem, liberando ipſorum animas ab ore draconis. Tu vero, Jeſu, in regno cæleſti concede eis ſalutem & gloriam. Amen. Aliam deinde precatiunculam compoſuit, dictis Laudibus præmittendam, hoc modo: O Virgo puriſſima, illumina corda noſtra luce Spiritus ſancti, ut poſſimus audire doctrinam, & addiſcere, atque eo modo recitare ut tibi ad laudem cedat & nobis infirmis ad
& explicans unde acceperit eaſdē. medicinam. Explicat deinde, ſic volente illo quo inſpirante agebatur, quomodo prædictæ Laudes non ſint ſuæ compoſitionis, dicens: O cariſſimi Fratres & Sorores pientiſſimæ, magna devotione afficiamur erga has Mariæ Virginis Laudes, quæ non ſunt de-
F ſumptæ ex libro aliquo, neque ex doctrina humana acceptæ. Magiſtri earum ſcribendarum fuerunt Jeſus Chriſtus & Virgo Maria, qui ſunt culmen & perfectio omnis virtutis, ipſis ſit gloria. Mulier quædam ipſas dictavit, & alia ſcripſit: & Spiritus ſanctus eaſdem inſpiravit cuidam peccatrici.

12 Narrat poſtea ipſa S. Humilitas, quomodo *in earum uſu donatæ ſingularibus gratiis.* prædictæ Laudes in Vigilia Aſſumptionis Dominæ noſtræ ſibi fuerint revelatæ; eaſque recitans ſingulari quadam gratiâ dignata fuerit, ſed quali non indicat: ſolum ait, Peccatrix quædam (talem ſeipſam nominabat humillima Sancta) petebat certam gratiam, pro qua Domina mea mediatrix interceſſit, ſtatimque obtinuit. O quam fortunatum munus, immenſum, mirandum, amabile, totumque ſuave & pretioſum hoc fuit! Donavit ei gratiam perquam inſignem, lucem quamdam divinam, qua ſcivit uti occaſione laudandi illam ſeque ipſi commendandi, unde cor ejus non parum fuit exhilaratum. Hic oſtendit Domina noſtra ſuam veram humilitatem, quia amat peccatores eiſque miſericordiſſima eſt, quandoquidem tam clementer egerit cum peccatrice iſta. O cariſſimi Fratres, recitemus ſæpe & attente meditemur iſtas Laudes. Dico vobis in veritate, quod ea ratione à Maria Virgine obtinebimus multa ſpiritualia dona:

eo

EX ITAL. GUIDUCI. eo quod in ipſis laudemus celſiſſimam Dominam, quæ animabus noſtris adfert efficacem medicinam. Ipſa cor exhilarat, mentem illuminat, pacem componit inter ſpiritum & ſenſum, longe pellit cogitationes malas periculoſaſque tentationes, ac ſui amoris participes nos facit. Dum enim Mariæ Virginis odorem percipimus, efficit illa ut mens obliviſcatur rerum temporalium, docetque Chriſtum & res ſpirituales amare; facit mundum & cuncta terrena contemnere, & cæleſtia quærere cum maximo deſiderio ea inveniendi. Quapropter præparemus cor noſtrum, & paſcamur fructu harum divinarum Laudum Mariæ Virginis, quæ lux noſtra eſt & ſtella matutina.

Religioſus quidam in viſione

13 Ad earumdem laudum efficaciam comprobandum faciunt duo miracula, quæ in veteri codice una cum ipſis reperiuntur deſcripta. Religioſus quidam tam gravi ſpiritus tribulatione preſſus, ut ſibi videretur plane derelictus à Deo; cum magni faceret exemplarem hujus ſanctæ Abbatiſſæ vitam, ejus confiſus meritis ad S. Salvii monaſterium ſe contulit, ubi audiverat vivere incluſas puellas virgines optimi nominis. Prius autem quam ad alicujus earum conſpectum affatumve veniret, voluit Deus alia ratione declarare ipſi magnam ipſarum puritatem. Repræſentavit enim ei menſam, regia magnificentia & ferculis omnino cæleſtibus inſtructam, cui accumbebant omnes illæ, & accumbebat etiam ipſe. Incredibilis erat tam divinæ refectionis ſuavitas: temperabat tamen eam dolor nonnullus ex conſpectu trium Sanctimonialium, quæ à jam dicta menſa recluſæ, procul inde velut ægræ jacebant in terra. Finita viſione manſit bono viro compaſſivus dolor, conjunctus cum deſiderio miſellas juvandi; & facta oratione decrevit prædictas orationes, ab illarum Abbatiſſa compoſitas, tranſcribere; primum quidem ut ipſemet ſolatium ſpirituale inveniret, quo ab illa tribulatione eximeretur; deinde vero ut tres iſtæ Sorores eas legendo ac relegendo meliores evaderent, & ad communem cum ſociabus gradum ſanctitatis pervenirent. Volens igitur quamprimum operi applicare manum, & ad hoc ab iſtis tribus id ſummopere optantibus ſtimulatus, rurſus exceſſit mente; viditque eaſdem tres candidiſſima operitas veſte, quibus obviam facta matrona aſpectus venerandi, ſubito deduxit ipſas ad ceterarum conſortium; quæ ſimul omnes cœperunt dictum Religioſum percutere ac flagellare, implorantem præ doloris ſenſu auxilium ſanctæ Fundatricis. Deinde ſibi redditus omnino ſerenatum ſibi animum eſſe comperit, eo ſolo quod propoſuiſſet per ſcriptionem dictarum Laudum, devotionem propagare tam gratam Reginæ Angelorum.

B

C

liberatur à gravi tribulatione.

proponens illas tranſcribere,

14 Alius quidam Religioſus, ſalutis conſequendæ cupidiſſimus, elegerat in loco aliquo deſerto ſibi ſuoque Creatori ſolitarius vivere. Id ferre minime valens dæmon, quaſcumque potuit tentationum machinas contra eum vertit tam furioſe, ut ille pene jam manus daret. Reſiſtebat nihilominus varieque ſe defendebat: cumque inter alia media quodam die etiam prædictas Laudes cœpiſſet recitare, victoriam celerem de inimico à Deipara, retulit intercedentibus meritis ipſius Sanctæ. Superatus autem infernalis hoſtis, relatæque confuſionis impatiens, die quadam ſub horam Tertiarum horribili & gigantea ſpecie apparuit in cubiculi oſtio, totumque à fundamentis concuſſit, atque ita diſparuit. Ipſe vero devotus Religioſus ex ea die Sanctæ noſtræ devotiſſimus manſit; atque ut ad plures pertingeret, tam proficuarum orationum fructus, eas ex Latina lingua in vulgarem tranſtulit, & ad earum calcem ſic ſcripſit: Ideo cariſſimi Fratres, frequenter & devote recipiemus has laudes beatiſſimæ Virginis: & quiſquis tribulationem aliquam vel infirmitatem ſpiritus patitur, cum hujusmodi precibus recurrat ad cæleſtem Imperatricem; quia eaſdem attente recitans, facile illam movebit ad concedendam ſibi deſideratam ſalutem, ac priſtinam ſuæ mentis quietem, quemadmodum ipſa Sancta in principio harum laudum affirmat.

idem expertus alius

ipſas Italice vertit

D

CAPUT III.

Tranſlatio corporis ad monaſterium S. Salvii, aliaque duplex ad altare proprium: probatus antiquus Sanctæ cultus, & inchoantur Proceſſus.

In loco deſtructi veteris monaſterii

15 Timebat Reſpublica Florentina bellum & obſidionem civitatis ſuæ ab exercitu Clementis Papæ VII, conjuncto cum copiis Caroli V Imperatoris. Volens ergo ſe munire, & quatenus poſſet inexpugnabilē reddere, mandavit deſtrui ædificia multa muris vicina, ne inimico receptum præberent. Inter ea fuerunt ædes filiarum S. Humilitatis, quarum pars à fundamentis diruta eſt, pars humilior dimidio facta, adhuc oſtendit veſtigia veteris dormitorii. Ibidem etiam invenitur puteus ille, ubi æſtivo tempore glaciem fecit inveniri Sancta, prout in Vita ejus legitur num. 27, hodieque vocatur Puteus S. Humilitatis; juxta quem atrii cujuſdam indicia conſpiciuntur, quo loco D. Joannes Brancadori à Firmio, arcis ipſius iſtic ædificatæ Præfectus, depingi fecit Sanctam, cui devotiſſimus erat, lecto decumbentem in eo ſtatu, in quo prædictam glaciem orando impetravit. Curabat idem ut ipſe puteus mundus & integer ſervaretur, eo quod ad ipſum ex omni circum vicinia accuratu cum magna fiducia conſequendæ ſanitatis præſertim à febribus, quam fiduciam confirmat ſucceſſus ipſe in pluribus aquam inde ſumptam bibentibus. De eccleſia vero S. Joannis Euangeliſtæ aliud nihil ſupereſt, quam pars frontiſpicii cum quibuſdā pilis ex albo marmore, & modicum veſtigium faſtigii ejus, quod totum ex marmore albo nigroque eleganter compoſito poliroque conſtructum fuerat.

E

ſervatur puteus Sanctæ

contra feores famoſus.

Deſtructum eſt illud an. 1529

16 Deſtructum autem monaſterium, ex ea quam dixi cauſa fuit, anno MDXXIX die XXIV Septembris, cum non exiguo inſuper damno in prædiis, domibus agriſque vicinis ad monaſterium pariter ſpectantibus, annis ECLVII poſtquam in loci ipſius poſſeſſionem filias ſuas induxerat S. Humilitas. Die XXIV menſis prædicti, eædem inductæ ſunt in urbanum S. Catharinæ monaſterium: ubi vix menſibus duobus ſteterunt, quando eis die XXIV Novembris nuntiatum eſt, exeundum intra biduum eſſe. Fuit is nuntius tanto triſtior bonis iſtis Matribus, quanto minor ſpes erat cito obtinendi promiſſam ſibi, cum deſtrueretur locus S. Joannis, habitationem ad S. Antonii; nec poſſibile erat in iſta rerum confuſione, hoſpitium idoneum invenire quo ſe reciperent. Sed difficultatem hanc ſuſtulit D. Raphael qu. Franciſci de Hieronymis, in ſequentem annum nominatus Confalonerius, vir probus & juſtus. Effecit enim, ut promiſſa concupitaque habitatio vacuaretur à militibus ibi reſidentibus; ita ut immigrare illuc potuerint XVIII Decembris; ibique manſerunt uſque dum anno MDXXIV tranſlatæ fuerunt ad monaſterium S. Salvii ubii nunc degunt, hoc qui ſequitur modo.

F

traductæque in urbem monachæ

ad S. Antonii:

17 Volebat Illuſtriſſimus Alexander de Medicis, primus Dux Florentiæ, fabricari arcem cum munitionibus, intra quas neceſſe erat etiam comprehendi majorem partem loci occupati à monaſterio S. Antonii: unde Rectoribus urbis neceſſarium fuit de habitatione alia Sanctimonialibus noſtris proſpicere. Itaque re collata cum Reverendiſſimo Vallis-umbroſæ Generali, decretum fuit, ut ipſe earum ſpirituaſis

& hoc loco arci novæ attributo,

A lis Pater concederet illis monaſterium S. Salvii: quod ipſis compatiens libenter annuit, & conſentiente Clemente Papa VII, ab eodem Duce Alexandro fuit executioni mandatum. Huc ergo ingreſſæ ſunt Reverendæ illæ Matres XIV Auguſti, Reverendiſſimo Generale P. Joanne Maria Cunigiani illas excipiente ad principalem portam monaſterii, & liberali dono ipſum reſignante cũ omnibus eo ſpectantibus, hortis, vineis, campis, argento & ſupellectili eccleſiæ. Donationem acceptavit Abbatiſſa tunc temporis D. Dianora, filia D. Petri-Pauli Machiavelli, magnæ prudentiæ matrona: quæ inter turbas tumultuſque illos, ſubditas ſibi Monachas magna cum quiete gubernavit, ſub directione D. Blaſii, earumdem regimini ſpirituali præfecti.

an. 1524 migrant ad S. Salvii.

18 Corpus ipſius Dei famulæ (quod ab anno MCCCXI uſque ad annum MDXXIX quieverat ſub altari, ad ipſius honorem erecto, annis CCXVII) die XXVI Septembris, una cum corpore B. Margaritæ, tranſlatum fuit ad S. Catharinæ, exinde vero ad S. Antonii, ac denique ad S. Salvii; in qua ultima tranſlatione caſus contigit memorabilis. Bajulus qui ex æde S. Catharinæ ad ædem S. Antonii tranſtulerat capſam

B ligneam, ſacrorum pignorum cuſtodem ferro, craticulatam, longamque circiter ulnas tres, profeſſus publice fuerat, quod illius nullum pondus ſenſiſſet: quare idemmet quinquennio poſt pro beneficio ſibi petiit indulgeri, ut rurſus transferre ſacram capſam poſſet. Graviorem capſam fecerant panni, arcæ incluſi & ſtipantes ſancta corpora cum multo goſſypio ne concuſſa ſuccuſſaque paterentur quidquiam. Dalmatica item Diaconalis injecta tegebat feretrum, pro more illius temporis; iter autem erat duorum milliarium; juravit tamen etiam tunc nullum ſibi pondus eſſe viſum, quemadmodum relatum eſt in Actum Notarialem Mag. Bernardi Mochi, ſub die XVI Decembris anni MDCX. Poſtea pro varietate occaſionum prædicta arca collocata fuit in variis locis ipſius eccleſiæ, ſemper tamen cum quanta maxime potuit reverentia, ex voluntate ipſarummet Sanctimonialium. Ac primo poſita eſt in ſacriſtia monaſterii, ſupra pulcherrimum altare ea cauſa erectum: deinde in choro ſuperiori, hac quam deſcribere aggredior occaſione.

Dum illuc etiam corpus Sanctæ transfertur,

nullum arcæ alias gravis pondus ſentitur à bajulo.

ea primum locatur in ſacriſtia;

19 Anno MDLVII die XIII Septembris ripas tranſgreſſus Arnus, eum in modum inundaverat totam S. Salvii planitiem, ut prædictam capſam operuerit totam ulnâ integra altior aqua: nec tamen cum biduo poſt inde extraheretur capſa, vel una guttula illuc ſe penetraſſe inventa: adeoque illæſum permanſit quidquid intro poſitum erat, ut etiam ſuum candorem ſervaverit byſſus ſericea, ipſa involvens corpora, auroque inſcriptas habens litteras aureas: quibus hinc quidem SANCTA HUMILITAS, inde annus MDXXX exprimebatur: cum tamen ſimiles panni cito ſoleant encauſto illo conſumi, quo ipſis aurum applicatur. Ideo byſſus illa à Sanctimonialibus reverenter ſervatur; & ad ſubſidium infirmantium requiſita, mittitur in loca varia, cum frequenti conſecutæ ſanitatis fructu. Ne tamẽ eidem periculo aliàs ſubjacerent ſacra corpora, placuit in eum quem dixi chorũ arcam transferri, ubi illa manſit uſque ad XXI Maji anni MDLXII. Tunc ea delata eſt ad novum altare, in ſacriſtia eccleſiæ perquam pulchre ornatum, ſub tabernaculo affabre ſculpto ex marmore candido, manu Benedicti Rovezzanenſis ſculptoris notiſſimi. Eadẽ arca anno MDCXXIV die XXXI Martii collocata eſt in eccleſia, ſuper altari quod ingredientibus dextrum occurrit, opus curante jam inde à XXII Maji præcedentis anni D. Clemente Bonenti de Padua Monacho Vallumbroſano. Tranſlationi huic faciendæ annuit Illuſtriſſ. D. Alexander Martii Medices, Archiepiſcopus Florentinus: apertaq; fuit capſa coram teſtibus ſeptem, ac D. Zenobio Benveri Notario Florentino: qui omnes invenerunt videruntque corpus integrum demptis, ſolum brachiis, quorum alterum pridem conceſſum erat Monialibus S. Humilitatis Faventiæ, totum ſibi corpus depoſcentibus; alterum apud ipſas monachas S. Salvii pulcherrimæ cryſtallo incluſum ſervatur. Eſt autem noratu dignum, quod adeo candida manſerit cutis Sanctæ, toto trecentorum & quod excurrit annorum tempore, ut viventis ſpeciem pene referat; nec minus quod militarem furorem evaſerit, tam nihil paſſa à ruinis incendiiſque quibus plus vice ſimplici obruta capſa fuit, quam ab inundationibus fluvialibus. Multum etiam goſſypii eſt repertum circa corpora ſacra, ipſaq; tegebantur panno rubro, & ſupra hunc expanſa erat prædicta byſſus, aliaque tota virgulata auro.

EX ITAL. GUIDUCI.

& invenitur corpus incorruptũ reſciſſis ſolum brachiis.

20 Nova deinde facta eſt capſa, ſpecioſa non minus quam pretioſa, cujus latera cryſtallina ſic paterent aſpectui, ut pulveri introitum nullum relinquerent. In hac repoſita fuit S. Humilitas, facie ſurſum verſa, ſic ut præter vultum pedeſque conſpiciatur nihil: reliquum enim corpus operit cuculla monaſtica ad normam Ordinis Vallumbroſani. Oſſa B. Margaritæ diſſoluta, collocata ſunt ad pedes ſuæ Magiſtræ, eo plane modo quo fuerant reperta in capſa veteri. Acta ſunt autem hæc die XXX Aprilis MDCXXIV, coram prædicto Notario. Poſtea die IV Maji abſolutis Veſperis, prædicta nova capſa fuit collocata ſuper novum altare S. Humilitatis, ad quod bis in hebdomade plenariam Indulgentiam conceſſit Gregorius XV, ſub Miſſa ibidem celebranda pro ipſius monaſterii defunctis Sanctimonialibus. Stetit ita expoſita ſacra Reliquia per biduum, id eſt uſque mane diei VI: tantus autem fuit concurſus populi, tam ex urbe quam ex omni circum vicinia, quantam nemo in ulla ſolennitate ſe vidiſſe meminerat, ita ut anguſtæ viderentur viæ publicæ quæ ducunt ad monaſterium; id quod mirabilius fuit, quia nulla præceſſerat publicatio hujus rei futuræ, ſed curatum erat ut quam ſecretiſſime omnia fierent.

huic nova capſa fabricatur

E

& tranſlatio fit 4 Maji,

cum maximo concurſu die 25.

21 Movit ea frequentia ſupralaudatum arcis Præfectum D. Joannem Brancadori, ut eodem die V ad S. Salvii adduci fecerit ſexcentos mortariolos, quibus ex communi bombardariorum munitione, abſque monaſterii impendio, ſæpius explosis, aucta lætitia fuit plauſuſq; popularis. Eodẽ die bis illuc inter plures alias illuſtres perſonas venit Illuſt. D. Alphonſus Giglioli, Nuntius Apoſtolicus apud Magnum Ducem Hetruriæ: venit etiam Eminentiſſ. D. Carolus Cardinalis de Medices, Vallumbroſanæ Congregationis Protector, ſed propter conſtipationem populi non potuit cum rheda ſua tranſire. Ob hanc cauſam venire in alium diem diſtulerunt Sereniſſimus Ferdinandus II, Magnus Hetruriæ Dux, cum fratribus & ſororibus ſuis, ejuſdem avia D. Chriſtiana à Lotharingia, & mater D. Maria Magdalena ab Auſtria; Dux item & Duciſſa Mantuæ, Princeps Laurentius de Medices & Principiſſa Urbini, cum omni aulico comitatu. Ergo die VI Maji ſancta iſtæc Reliquia proceſſionaliter deducta eſt intra clauſtrum, ita collocata ante cratem, quæ exterius interiusque altare loco parietis ſeparat, ut à populo in eccleſia poſito æque ac Monialibus intus conſtitutis conſpici poſſit, neutri tamen ſe mutuo videre.

eodem poſtridie venit Magnus Dux cum ſuis.

F

22 Solebat Congregatio noſtra Vallumbroſana in aliquibus monaſteriis celebrare Miſſam, & Officium recitare in honorem hujus Sanctæ, habeturque notata Miſſa cum Antiphonis & Hymnis atque Orationibus propriis, excuſis in variis libellis aut pſalteriis, ſecundum uſum Vallumbroſani Ordinis. Id quod etiam colligi poteſt ex quatuor Brevibus Pontificiis, vere inſignibus, per quæ conceduntur Indulgentiæ viſitantibus eccleſiam S. Joannis Evangeliſtæ

Vetus Sanctæ officium in Breviariis Ordinis,

an. 1562 transfertur ad proprium altare:

quod anno 1624 innovatur,

EX ITAL. GUIDUCI. listæ. Præterea Alexander Papa VI, anno MDI Pontificatus sui IX, concessit facultatem Anzianis Faventinis, ad intercessionem Valentini Ducis Cæsaris Borgiæ, ut pro monasterio S. Mariæ Novellæ (quod, quia ipsis civitatis fossis inhærebat, fuerat belli tempore complanatum) aliud erigendi intra civitatem sub titulo S. Humilitatis. In Kalendario quoque Psalterii Vallumbrosani, ad XXII Maji, rubricâ notatur HUMILITATIS ABBATISSÆ: & in Officio Mariano secundum usum ejusdem Congregationis, in Litaniis post Psalmos Pœnitentiales, legitur S. HUMILITAS ORA PRO NOBIS. Quæ omnia indubitatum testimonium præbent festi antiquitus celebrati. Quin etiam inter ephemerides monasterii, quibus continetur quid quoque die expensum receptumque sit usque ad annum MCCCC, reperiuntur adnotati sumptus, facti à Monialibus pro die festo S. Humilitatis.

aliaque indicia festi antiquitus celebrati

23 Verum postquam destructa fuit ecclesia S. Joannis, cum deesset commoditas visitandi altare & corpus hujus famulæ Dei, quod intra monasterium detinebatur nulli externo conspicuum; refrixerat observantia illa, præterquam inter Sanctimoniales utriusque monasterii Florentini & Faventini. De

B hoc ergo mœsti Patres, & optantes defectum reparare, negotiũ commendarunt Ordinis Procuratori in

ad quæ examinanda nominatus Commissarius anno 1621 Curia D. Virginio Moscardi; qui mox informandum curavit D. Franciscum Peniam Auditorem Rotæ, eique obtulit antiquissimas memorias de vita, sanctitate & miraculis magnæ hujus Dei famulæ. Ast prius quam causa deduceretur in Rotam uterque è vivis abiit anno MDCXI. Aliquot deinde annis post, Virginii successor D. Thomas Davanzati, eumdem in finem supplicavit Congregationi Rituum, & Commissoriales obtinuit dirigendas ad Illustriss. Dominos, Episcopum Faventinum & Archiepiscopum Florentinum; quibus eis mandabatur, ut in sua quisque diœcesi apud filias ipsius Sanctæ informationem sumerent, de vita, miraculis, devotione & concursu populari, aliisque rebus pertinentibus ad probandum suæ Sanctitati antiquum Humilitatis cultum. Signatæ fuerunt litteræ ille die XX Aprilis anni MDCXXIV: & postea die XXIX Maji D. Alexander Martii de Medices Archiepiscopus Florentinus ad S. Salvii idcirco venit, in comitatu trium suorum Canonicorum, Cruciferique & Caudatarii ac Cancellarii.

24 Vix eo advenerat Præsul, cum in ipsa porticu

C ante ecclesiam, vidit marmoream antiquissimam statuam, qua S. Humilitatem repræsentari demonstrabat agnina super caput pellicula, cum qua semper & ubique pingitur; dixitque non fore opus alia probatione, cum illa sola sufficeret ad finem intentum. Vidit nihilominus multas vetustissimas picturas, quarum aliquæ factæ erant ante trecentos annos, & omnes exhibebant circumductum Sanctæ capiti diadema. Præcipue tamen ei placuit tabula, sexto post felicem transitum anno, id est MCCCXVI picta, cum monacha ad pedes orante (quam B. Margaritam esse volunt) circumdata areolis quatuordecim, continentibus totidem S. Humilitatis miracula, & ipsam in singulis earum diadematam. In monasterio præterea ostensæ eidem sunt multæ scripturæ & memoriæ antiquæ, manu notariali authenticatæ, quibus Vita Sanctæ continetur; liber item choralis, in quo notata Missa cum Antiphonis, Hymnis & Orationibus jam olim compositis; aliaque plura, quæ longum foret enumerare singula. His omnibus plene sibi satisfactum testatus est Archiepiscopus, accedente insuper ea scriptura qua continebantur miracula facta per bombacium, quo corpus intra veterem aream fuerat constipatum, quodque post diem translationis prædictæ liberaliter fuerat erogatum populo. Vidit denique corpus ipsum, adhuc simile viventi

videt veterem Sanctæ statuam,

& antiquas picturas,

ac scripturas

& corpus.

post annos CCCXXII, & de omnibus relationem D factam scripto excepit.

25 Successit post hæc annus MDCXXVII quando D. Everardus Niccolini, Congregationis Vallumbrosanę Præses generalis, volens causam istam promoveri, D. Ignatio Guiduccio, tunc suo in Urbe Procuratori generali, rem commendavit: qui accepta relatione eorum quæ apud S. Salvii Archiepiscopus egerat, signata die XII Novembris anni MDCXXVII, informavit Eminentiss. D. Cardinalem Mellinum, hujus causæ Ponentem. Hic denique anno MDCXXVIII die XXVI Februarii, magno cum affectu, de illa retulit coram Sacra Rituum Congregatione, concludens quod Vallumbrosanæ Congregationi posset concedi, quam petebat, facultas Missæ Officiique de Dei famula Humilitate, ut Sancta, faciendi; attenta certitudine authenticorum documentorum, in quibus præcipuum locum tenebat Vita, anno MCCCXXX à Vicario Episcopi Florentini authenticata, cum Bullis Indulgentiarum & Brevi originali Alexandri VI. Addidit his efficaciissimas rationes, puta quod anno transitum felicem immediate subsecuto D. Episcopus Florentinus, præsentibus multis Prælatis & Dominis titulatis, sub ejus nomine erexerit E & consecraverit pulcherrimum altare, ac super eo perquam honorifice adorandum exposuerit sacrum corpus; quod jam olim ejus festum fuerit celebratum, sicut abunde probant Missa, Hymni, Antiphonæ, & cetera manu typisque expressa in S. Salvii; cum quotidiana commemoratione ibidem à Sanctimonialibus usurpari solitâ, juxta earum Psalterium impressum; quod eædem Monachæ, nec non Faventinæ, ab immemorabili solitæ sint festum agere, recitando tamen omnia de Communi; & sæpe per annum in ejus honore Sacrum dicendum curare, cum magna populi devotione & frequentia (prout jurata utrimq; testimonia, ab Archiepiscopo Florentino collecta, docebant) quod titulus Sanctę statim ei à morte datus, & in refossione sacri corporis; idq; etiam appareat in multis psalteriis, martyrologiis, kalendariis & scriptoribus antiquis. Nec leviter appendendum æstimabat, quod ipsa Fundatrix fuerit Monacharum Ordinis Vallumbrosani, quę proinde ęque ac S. Joannes Gualberti, Monachorum Institutor, digna esset veneratione publica. Postea producebat relationem D. Archiepiscopi Florentini, testis oculati tot imaginum, statuarum, tabellarum votivarum cum radiis, F diademate, titulo Sanctæ expressarum spatio annorum trecentorum: denique recitavit Summarium vitæ aç miraculorum, optimo ordine digestum à D. Pompejo Serni, Auditore Eminentiss. D. Cardinalis Pii.

Fit relatio Congregationi Rituum anno 1628

26 Tali Relatione audita, inspectisque & consideratis documentis allegatis, decrevit Congregatio, posse Apostolica auctoritate formari Processus ad comprobandum, quod Monachæ celebrent festum recitantes Officum de Communi, & facientes celebrari Missas, cum concursu & devotione populi. Itaque die X Martii anni MDCXXVIII, S. D. N. Urbanus Papa VIII desideratam Apostolicam Commissionem benigne concessit, & die ejusdem mensis XXVIII fuerunt à sacra Congregatione expeditę litteræ Remissoriales & Compulsoriales Florentiam atque Faventiam, ad hoc ut auctoritate Apostolica, per Illustriss. Dominos diœcesęon dictarum Prælatos, formentur Processus, valituri in ordine ad Canonizationem, quandocumque esset qui posset ac vellet expensas necessarias facere. Finitus est autem Processus Florentinus & Romam missus anno MDCXXIX XXX Martii, Faventinus vero anno MDCXXX die XXI Februarii.

probaturque variis modis ut Sancta, semper culta Humilitas,

Iubentur fieri processus ad Canonizationem.

CAP.

A

CAPUT IV.

Miracula poſt Tranſlationem S. Humilitatis facta, etiam uſu goſſypii ad corpus poſiti.

Sanantur Monacha toto corpore cruciata,

27 ERat in monaſterio S. Joannis Euangeliſtæ juvencula Monacha, toto corpore tam male affecta, tantoſque jam pridem dolores patiens, ut vivere ipſam ſupra modum tæderet. Huic magiſtra ſua ſuaſit, ut quando omni die videbantur miracula per interceſſionem S. Humilitatis in variis hominibus externis facta, ipſa quoque cum viva fide ad eamdē recurreret. Paruit conſilio ſalutari adoleſcentula, Sanctamque deprecata eſt, ut, quæ tam multos juverat, etiam in ipſa oſtenderet potentiam ſuæ benignitatis. Proxima nocte apparuit ei S. Humilitas: quam illa videns continuò cœpit ſeſe ipſi commendare, & quod deſiderabat poſtulare. Sancta vero benigne reſpondit: Nihil dubites, filia, iſta enim fides te ſanavit: vade & audi devote ſacrificium Miſſæ: quidquid enim optaſti conſequeris. Paruit ipſa, Miſſam audivit, ſtatimque ex integro ſanatam ſe comperit. Ibidem educabatur puella quædam Florentina, & ardentiſſima febri jam diu affligebatur, quando recordata glaciei à Sancta, cui devota valde erat, olim impetratæ in ſimili infirmitate, ab eadem refrigerium aliquod & auxilium humiliter requiſivit. Apparuit autem illa ipſi noctu, cum ſitula glaciei plena, velut hanc ei porrigens, moxque diſparuit: puella vero mane evigilans, ſeque à febri liberam ſentiens, magna cum animi conſolatione gratias egit: inveniturque prædictum miraculum depictum in tabula ſatis antiquâ, ſervaturque ad S. Salvii, in qua conſpicitur Sancta, tenens ſitulam plenam glacie, & puella ante ipſam genu flexa.

& puella febrim patiens,

C

an. 1562 curatur dolor brachii.

28 D. Gregorius Tiglia-mochi, monachus Vallumbroſanus & Confeſſarius ad S. Salvii, annum jam quintum patiebatur gravem in brachio dolorem, ſic ut nec movere ipſum, nec uti aliquatenus eo poſſet. Hic cum anno MDLXII die XXI Maji delaturus eſſet corpus Sanctæ, à choro Sanctimonialium ad altare Sacriſtiæ inferioris; ſtatim atque attigit capſam quæ tantas continebat Reliquias, eo dolore liberari ſe ſenſit, nec tale quid amplius paſſus eſt. Tale autem miraculum, una cum tribus ſequentibus, reperitur in actis regiſtratum manu Mag. Bernardi Mochi, Notarii publici Florentini, ſub die XVI Decembris anni MDCX. Anno MDLXXXVII Sor. Joanna, Monacha ad S. Salvii, filia D. Benedicti Bonacurſi, dicta in ſeculo Floretta, ab anno ætatis ſuæ XIV maleficiata fuerat, occultuſque in ea manſerat dæmon per annos XVIII, quamvis ſubinde aliquod ſui daret indicium. Sed decurſis prædictis annis, in Vigilia Aſſumptionis Marianæ, cœpit evidenter ſe manifeſtare, variis ac miſerandis modis poſſeſſam affligens; modo viſu, modo auditu vel loquela, modo ſenſibus omnibus eam privando, ita ut nec movere ipſa ſe poſſet, neque moveri ab aliis, facta ponderis importabilis. Ea res haud modicam monaſterio conturbationem attulit: quare ſæpe iteratis jejuniis orationibuſque rogatus Deus ipſaque ſancta Mater eſt, pro ejus liberatione: deinde exorciſmos Eccleſiæ per dies ſex ſuper ipſam continuavit D. Alphonſus Porta, Monachus Vallumbroſanus & Confeſſarius loci: ultima autem die, eademque Vigilia S. Bartholomæi, circumlatum proceſſionaliter eſt brachium S. Humilitatis. Cumque hymnis & pſalmis devote recitatis prædicta Reliquia poſita eſſet ſupra caput infirmæ, exivit dæmon, relinquens illam per horæ ſpatium quaſi mortuam. Horribilis porro fuit ſtrepitus & ululatus excitatus ab egrediente dæmone: eumque non ſolum Monachæ in monaſterio, ſed etiam frequens populus, qui ad proceſſionem accurrerat, audivit: infirma vero, ſtatim ut ad ſe rediit, flexis genibus ac manibus junctis hymnum Te Deum recitavit, totoſque XXXVIII annos poſtea incolumis vixit.

1587 liberatur energumena,

adhibito Sanctæ brachio,

B

EX ITAL. GUIDUCI.

29 Anno MDXC D. Julia Galeotti, Nobilis Florentina, uxor Alexandri Reineri, unius anni ſpatio ægra decumbebat ad mortem. Sæpius pro ea curanda adunatum fuerat Collegium Medicorum: ſed parum ei prodeſſe potuerant. Demum ipſa ſe vovit S. Humilitati, multaque cum inſtantia ſupplicavit, ut domum ſuam illius venerabile brachium deportaretur. Mox autem atque illud capite ſuo excepit, melius habuit, ac brevi reſtituta eſt integræ ſanitati. Anno MDCVII ſeptem annis infirma jacuerat D. Porcia Laudi, uxor D. Benedicti Ridolfi, Nobilis Florentini, morbo non minus gravi quam faſtidioſo; ſic enim caput inſidebat, ut attollere ipſum nullatenus poſſet, nec niſi cum maxima moleſtia movere; cui malo accedebat dolor toto corpore diffuſus. Ignotum medicis ſymptoma nulla poterat arte levari, dubitabaturque an ipſum non eſſet maleficio adſcribendum. Recurrit ergo ad Sanctam infirma, eidem ſe commendans: cumque devote ſupplicanti in domum eſſet delatum ejus brachium, melius ſibi fieri ſenſit; utque decentius exciperet tam venerabilem Reliquiam, ipſa per ſe ſurrexit de lecto (id quod nequiverat tot annis facere) propriiſque manibus aptavit, ac floribus ornavit altariolum cui eſſet imponenda. Deinde cum illa capiti ejus eſſet impoſita, facto deſuper Crucis ſigno, cum admiratione circumſtantium omnium, perſanata eſt à tam gravi cruciatu, nec umquam poſtea, quoad vixit, ſimilem eſt paſſa. Præſentes miraculo aderant D. Catharina de Pazzis, uxor D. Bernardi Zerzelli; D. Margarita Capponi, uxor D. Franciſci Michelozzi; & D. Maria Capponi, uxor Capitanei Pecori: quæ publicum tam admirabili eventui teſtimonium dixerunt.

eodem fanantur moribunda an. 1590

& an. 1607 clinica per ſeptennium.

E

Rector monaſterii deliquium paſſus

vovet altare novum curandum,

eoque abſoluto moritur ut prædixerat.

30 Cum D. Clemens Bonenti, Monachus Vallumbroſanus & monaſterii S. Salvii Rector, eſſet in ſacriſtia, ubi jam inde ab anno MDLXII corpus Sanctæ ſtabat ſuper altari; ſubitam ſyncopen paſſus eſt, quæ tam diuturna tamque vehemens fuit, ut certo crederetur eſſe mortuus, jamque adeſſent bajuli cadaver elaturi, quando cœpit in ſe reverti. Cognito autem tam periculoſo ſymptomate, cum necdum loqui poſſet, oculos defixit in altare Sanctæ; ſeque ei interiori oratione commendans, promiſit, quod ejus beneficio ſibi redditus, faceret ejuſdem corpus inde tranſferri in eccleſiam ſupra novum altare decentius exornandum. Vix tale decretum animo votoque formaverat, cum ſubito ad priſtinam rediit ſanitatem: & licet alias quandoque paſſus ejuſmodi deliquia & vertigines fuerit, poſtea tamen nihil tale ſenſit unquàm; & ideo non dubitavit incolumitatem ſuam Sanctæ, ut miraculo acceptam, referre. Itaque cœpit ad novum altare conſtruendum apparare omnia: & ecce nocte quadam videt Sanctam, ſolicite commendantem, ne quam moram cœpto operi interponeret. Obtenta ergo à Superioribus licentia initium fabricando altari novo fecit, urgens abſolutionem operis, ac ſæpe dicens eo perfecto moriturum ſe: quod ſic omnino evenit. Paucis enim ſuperfuit menſibus poſt tranſlatum illuc ſacrum corpus, debili exinde valetudine ſemper utens; ſuſceptiſque Eccleſiæ Sacramentis præmunitus ad exitum, magna cum humilitate & devotione ſpiritum reddidit Creatori.

F

EX ITAL. GUIDUCI.

ſanatur anginâ,

31 Uxor Raphaelis Corſi piſtoris Archiepiſcopalis Florentiæ, præcluſis angina faucibus nihil trajicere poterat, nec ſtillatum quidem: voto autem facto S. Humilitati, ſubito convaluit. Catharina Franciſci de Mazzuola, manum gerens enormiter ac fœde tumefactam, cum graviſſimo ſpaſmo, acceſſit ad altare S. Humilitatis; eique ſe commendans, ſequenti die

& mancæ duarũ manus.

invenit manum detumuiſſe, ac ſanatam ſe eſſe. Catharina Angeli de Amerino, cum anno MDCXX ex devotione Fæſulas iviſſet, cadens in terram tam male affectam manum inde retulit, ut contrahentibus ſe digitis omnibus, nec aperire ipſam poſſet, nec quidquam ea operari. Tandem anno MDCXXIV die XIII Maji acceſſit ad S. Salvii: & cum ſe ibi magno cum fervore commendaſſet Sanctæ, fideliter oravit ut corona ſua precatoria applicaretur capſæ, in qua ſacrum corpus requieſcit: deinde eamdem admovit mancæ manui, atque per ſingulos digitos ipſam duxit. Stupori autem omnibus fuit, quod ſequenti nocte laxatis nervis ita ſeſe extenderint ipſi digiti, ac ſi nihil mali unquam in eis fuiſſet: quapropter in gratiarum actionem attulit manum argenteam, capſæ appendendam.

B

Vſu goſſypii ad corpus poſiti curantur, ſpaſmus,

32 Sequitur nunc indiculus ſanitatum, gratioſe obtentarum per uſum goſſypii illius, cui ſacrum corpus veteri in arca fuit impoſitum & undique ſtipatum, ne concuti & quaſſari poſſet dum transferretur. D. Julius Cæſar Guerini, Capitaneus levis equitatus Sereniſſimi Magni Ducis, diebus quadraginta magnis cum doloribus ſpaſmum toleraverat in uno ſuorum crurium, occaſione plumbeæ glandis ſclopo immiſſæ: ut autem partem affectam iſto goſſypio tetigit, ſignumque Crucis ſuper ea cum eodem expreſſit, ceſſante dolore, brevi convaluit: venitque ad S. Salvii, magno cum animi gaudio teſtimonium depoſiturus recuperatæ ſanitatis. Eodem modo & ſequenti die

febris,

ſubito ſe ſanatum ſenſit Petrus Dominici del Golpe, ab ardentiſſima, febri à qua fuerat totis tribus menſibus crudelè in modum afflictatus. Dianora, uxor Antonii Scacchi, dies viginti duos jacuerat in lecto plena doloribus, qui per collum uſque ad renes ducti

nephritis,

ibi hærebant, tanta cum moleſtia, ut nec movere ſe poſſet, uſque dum prædictum goſſypium ſibi applicuit: quo facto mox levius doluit, ac cito tota ſanata fuit. Petrus Laurentius Becagli decem hebdomadas

febris,

patiebatur crudeliſſimam febrem: cui D. Marius Acciajuoli, intra chartulam miſit de prædicto goſſypio:

C

& ſubito ad ejus tactum convaluit æger. Sed cum perſanatus aliqua inordinate egiſſet, indeque in febrim recidiſſet; idem Nobilis ipſiuſque Patronus

ejuſque recidiva,

eamdem chartulam ipſi miſit, confidens quod Sancta, humanæ fragilitati compatiens, denuo ſuam ei opem præſtaret: quod & fecit. Cum enim de novo eodem goſſypio ſe ſignaſſet æger, perfectam recepit ſanitatem die IV Auguſti anno MDCXXIV.

ſanguinis fluxus è naribus,

33 Cum Eliſabetha, filia Baccii Scalandroni, veniſſet ad viſitandum Sanctæ corpus, adhuc in eccleſia proſtans; prorupit ei de naribus ſanguis: neque fluere ceſſans per horas duas, adeo debilitavit caput, ut deficere inciperet, nullo humano proficiente remedio. Recurrit ergo ad interceſſionem S. Humilitatis, capitique imponens aliquid ex goſſypio prædicto, ſtitit ſubito periculoſum illum fluxum, & ſanata eſt. D. Dominicus Gigolus de Parma venit ad S. Salvii, eo die quo illuc acceſſit Magnus Hetruriæ Dux Ferdinandus II. Poſt aliquot autem dies Parmam regreſſus, lecto decubuit correptus febri: eaque indies

deſperata febris,

acereſcente, depoſitus à medicis eſt. Recordatus autem S. Humilitatis, ei ſe commendavit. Cumque ipſam ſibi viſus eſſet in ſomnis videre, poſtridie ſurrexit ſanus, & egit Deo ac famulæ ejus gratias. Ejuſdem Dominici ruſtica quædam duobus menſibus tulerat apoſtema in latere, tam malignum & ſolidum, ut

D

chirurgi non potuerint illud ad maturitatem & vomicam faciendam adducere. Dominus ergo ſuus miſit ei particulam d. goſſypii; qua cum ſe devote ſignaſſet infirma, ruptum fuit apoſtema, ſanataque eſt mulier, ipſi Sanctæ & patrono ſuo gratias agens.

apoſtema lateris,

34 Margarita Joannis Pagni, per horas quadraginta crudelem paſſa febrem, nullam capere quietem

febris continua,

poterat: votum ergo fecit S. Humilitati, goſſypium ejus applicavit ſibi, & mane ſequenti prorſus ſana fuit. Eliſabeth Agnuli Dini, quinque menſibus tulit manum ſiniſtram ſic impeditam, ut ea nullo modo uti poſſet & totum brachium inde intumeſceret. Hæc cum die quadam adveniſſet qua corpus Sanctæ ſpectandum præbetur, ejuſque brachium ip-

manus mãca.

ſius capiti fuiſſet impoſitum, & manui deinde applicatum goſſypium; ſtatim convaleſcens brachium rediit ad uſus priſtinos, & ipſa argenteum brachium

crucis tumor,

ad altare detulit. Felix cauponaria in Varlungo, crus monſtroſe tumefactum habens, decubuerat lecto ſeptimanam totam, quia pedibus nequibat ullatenus ſubſiſtere. Cum autem ſequenti Dominica bajulos requiri juſſiſſet, à quibus ad Miſſam audiendam deferretur in eccleſiam; oblatam ſibi goſſypii particu-

E

lam malo applicuit, ſtatimque crus detumuit, & ipſa per ſe ad eccleſiam proceſſit. Catharina Nicolai Pa-

continua febris,

goletti, tribus diebus continuis cum febri conflictata, cum inflatione monſtroſa gutturis, que totam deformabat, eodem goſſypio applicato, convaluit ipſo momento, atque ad agri laborem exercendum proceſſit. Philippus Pauli de Logoro, correptus repen-

dolor,

tina febri & capitis dolore, ſic ut in ſede fuerit referendus domum, ſimili applicatione ſtatim convaluit, atque ad opificii ſui exercitium rediit.

& tumor capitis,

35 Soror Thecla de Fortuna, monacha in S. Ambroſii Florentiæ, ex quadam indiſpoſitione ferens caput valde inflatum ac vultum totum, in momento ſanata eſt, mox atque admovit ſibi goſſypium iſtud.

dolor in genu,

D. Clemens Presbyter, filius Laurentii à Pace, diebus pluribus tantum in genu ſiniſtro dolorem ſuſtinuerat, ut ei impoſſibile eſſet terram pede contingere. Signavit autem partem offenſam goſſypio illo, ſtatimque venit ad S. Salvii gratias acturus pro beneficio. Triennis puerulus, Andreæ Vettinenſis & Vitæ uxoris ſuæ filius, ex chirurgi judicio oculorum

oculi obſturatio,

unum prorſus amiſerat, altero vero videbat perparum: ſed utrique viſus integer rediit, ſtatim atque ap-

F

plicatum ei Sanctæ goſſypium fuit: & invicem par oculorum argenteorum parentes obtulerunt. Hora-

dolor capitis,

tii barbitonſoris uxor, pluribus diebus paſſa dolorem capitis intolerabilem, eodem remedio curata ſubito

cordis,

fuit. Michaeli Antonii Servalli obierat frater ex cardalgia, & ipſe ex eadem infirmitate periclitabatur; jamq; depoſitus à medicis erat Oleo ſacro inunctus, quando pro eo votum factum eſt B. Humilitati, applicatumque goſſypium; & continuo crepuit apoſtema, ceſſavit febris, & ipſe fuſcam veſtem induit, eoque in habitu ire voluit ac S. Humilitati gratias agere. So-

& oculorum,

ror Maria Angela Rucellai, Monacha in Monticellis Florentiæ, male ex oculis habens, goſſypioque ſignata, convaluit. Cum autem poſtea dictum goſſypium caſu quodam ipſi excidiſſet in horto, pluvia quidem denſiſſima ſuper ipſum decidit, inventum eſt tamen involutum ſuæ chartæ, tam ſiccum ac ſi omnino non pluiſſet, quamvis aqua & luto opertum fuiſſet. Bar-

febris extrema,

tholomæus Laurentii Allegri de Linto, decem diebus lecto affixus per febrem, ſtomacho ſic everſo ut cibum omnino nullum retineret, ingraveſcente malo, vitæ proſpiciebat imminere periculum. Poſitum ergo ſuper eum fuit aliquid goſſypii, atq; illius panni quo Sanctæ vultus fuerat coopertus: ſtatimque ſanari incipiens cœpit cibum ſumere, & ſequenti die modi-

A modiciſſimam ſenſit febrim, poſtridie vero omnino nullam.

infirmitas ſtomachi, 36 Andreas Juſti Montelatici, diu gravatus infirmitate ſtomachi, quæ tandem in vitæ diſcrimen vergebat; applicata ſibi chartula, in qua erat aliquid de capillis atque goſſypio Beatæ, ſubito convaluit. Auguſtinus Raphaelis del Brozzi tempore longiori

plaga in gutture, multas tulerat plagas circa guttur, cum intenſo ac fere intolerabili dolore, qui ei cœperat circa XXIV Junii anno MDCXXIII, totum ejus vultum fœde corrumpens deſtruenſque. Anni autem ſequentis die X Maji, in equo ſe deduci fecit ad corpus S. Felicitatis: ubi guttur ſuum ipſo goſſypio ſignans, ſubito dolorem omnem à plagis diſpulit, & die XXVII Maji votivum

febris letalis, anathema tulit ad S. Salvii, quia ſe plane ſanatum credebat. D. Ignatius, Monachus Vallumbroſanus, diebus quinque febri ardentiſſima cum intenſiſſimo capitis & pectoris dolore laboraverat, & deſperabatur à medicis, ideoque de apparando funere in diem ſequentem cogitabatur. Manſit autem in maximis anguſtiis uſque ad mediam noctem, omnis expers quietis, Interim maximo cum affectu commendavit ſe

B Sanctæ, & oratione finita obdormivit. Mane vero experrectus liberum à febri & dolore omni ſe ſenſit, & mox priſtinas vires recuperavit. Veniens ergo die ſequenti medicus D. Antonius Medici, & in tam bono ſtatu ſuum ægrum reperiens, vehementer obſtupuit: ſed intelligens quid actum fuiſſet, magnam concepit etiam ipſe venerationem erga Sanctam. Is vero qui infirmus fuerat, ſtatim acceſſit ad S. Salvii, atque in altari dictæ Sanctæ ſacrificium Deo euchariſticum obtulit, ibique argenteum anathema reliquit.

peteciæ, 37 D. Jacobus Federighi, puſtulis peſtilentibus ſic conſperſus, ut proxime morituru crederetur; conſignatus eo panno quo corpus Sanctæ fuerat intra capſam coopertum, & ipſo in momento melius habere incipiens, cito totus convaluit. Plebs tota Abbatiæ S. Reparatæ de Marradio, anno MDCXXX, præmiſſo jejunio, confeſſione & communione, pari ſe

peſtilentiæ, obſtrinxerat voto in honorem Sanctæ, ut liberarentur ab epidemico quod tunc graſſabatur malo: & quamvis Caſtellum vicinaque loca pervaſerit maligna lues, locus tamen ipſe tam immunis ab ea ſervatus eſt, ut nemo unus queſtus ſit ſibi caput dolere. Romulus Statii, graviter infirmus depoſituſq; à medicis jace-

C bat propter febrim hecticã quæ in continuã converſa

hectica, erat: ſed mox atque cœpit ſe commendare Sanctæ, cœpit etiam habere melius, citoque convaluit. Puella

contractio, multis annis in lecto jacens ſic contracta, ut movere ſe ipſa in nullam partem poſſet, goſſypio tacta & ſtatim ſanata fuit. Uxor Thomæ Montelatici duobus poſt puerperium menſibus ſic impedita brachio ut uti eo non poſſet, neque auxilium ferre medici, recurrit ad opem Sanctæ implorandam; & ſubito melius habens intra octiduum plenam recuperavit ſanitatem: atque in memoriam beneficii argenteum brachium obtulit ad altare.

38 Fr. Laurentius, Converſus Vallumbroſanus,

diſcuſſa pericula gravia, ſub equo in foſſam profundam corruit: ſeque commendans Sanctæ, illæſus inde eductus fuit. Peſſimum quoddam propoſitum animo conceperat Hippolytus Potiti, ad terminandum negotium unde ſuæ & plurium aliarum familiarum ruina timebatur: nec poterant perſonæ Deum timentes, quæ medias ſeſe offerebant, fixam ejus voluntatem flectere; donec ultro ipſe ad auxilium Sanctæ implorandum ſe vertit, exauditumque expertus eſt, turbis omnibus in brevi

ſanatur erisipelas, ſedatis. Catharina Antonii del Pace, eryſipelati vultum occupanti remedium nullum inveniens, diſſipavit illud, ſuperpoſito ſibi goſſypio ſæpe dicto. Filius D. Julii Cæſaris Paganelli, Nobilis Faventini, & uxoris ſuæ D. Bartholomææ Barbaveræ, graviſſimis oppreſſus ſymptomatis tantum non videbatur mortuus, idque ei accidebat ſæpius. Sed cum voto oblatus Sanctæ ſubito convaluit, delatuſque eſt cum anathemate argenteo ad altare ipſius. Simili ſucceſſu alia quædam nobilis matrona Faventiæ filium ſuum de equo lapſum commendavit Sanctæ, ſanumque recepit. D. Julius Rondanini, febri maligna correptus, Miſſam in illius honorem dicendam curavit, & ſtatim liber à febri fuit.

epilepſia,

febris,

furditas, 39 Perfectam ſurditatem incurrerat Soror Catharina, Monacha Ordinis Dominicani Faventiæ. Cumque intellexit multas gratias per interceſſionem S. Humilitatis obtineri, quodam veſpere ei ſe commendavit, & ſequenti die ſurrexit acutum audiens.

dolor brachii, Soror Archangela, Monacha in S. Humilitatis Faventiæ, diuturno brachii cruciatu exercita, eodem liberata fuit, ubi ſe commendavit Sanctæ. Soror Victoria in eodem monaſterio, graviſſimo correpta ſymptomate agebat animam, motus loquelæ & ſen-

ſenſuum privatio, ſus expers, neque extremorum Sacramentorum capax. Quod ultimum cum ſocias Moniales præcipue angeret, omnes flexæ in genua cœperunt ipſam benigniſſimæ ſuæ Matri commendare. Ecce autem rem E ſtupendam! Rediit in ſe ægra, tamquam ſi nihil mali pateretur, Confeſſioneque peracta & ſuſcepto Viatico, diem totum pro ſana egit; ſequenti vero die maxima cum devotione ſpiritum reddidit. Soror Laura-Felix Vergimilii, acrem in brachio cruciatum patiens, eumdem deterſit goſſypio illud ſignans, & argenteum brachium obtulit in memoriam acceptæ

oculi vitiũ, gratiæ. Sorori Theodoræ Carrari in oculo panus emerſerat, qui præter deformitatem in illo etiam cæcitatem cauſabat: ſed commendans ſe Sanctæ, eodem liberata fuit.

cæcitas, 40 Soror Magdalena fuerat totum menſem cæca, ſic ut non niſi alienis manibus capere cibum poſſet: invocata autem Sancta ſtatim recuperavit viſum. Alias cum ex dolore pectoris pene deficeret, ſignata goſſypio ad ſe rediit. Soror Cæcilia Victoria, à medicis

febris, depoſita erat propter malignam febrim: ſed à quadam ſua amitâ ut ſe S. Humilitati commendaret monita, cum recitaſſet devotam illam orationem, quæ incipit, O ſanctiſſima Humilitas, ſtatim ſoporata

peteciæ, fuit, & experrecta eſt ſana. Sorori Mauræ Dingofanti, peſtilenti febre cum puſtulis laboranti, poſt

F preſbitam extremam Unctionem applicita veſicatoria erant à chirurgo, qui ſequenti mane proculdubio extinctam ſe reperturum ajebat: ſed quia Sanctæ ſe commendavit, reperit illam idem ex integro ſanam. Alias coram Sanctæ brachio eadem orans liberata fuit à cruciatu gravi, quem ſuo in brachio ſic patiebatur, ut neque veſtire ſe neque aliud quidquam operari poſſet. Anno MDCXXXI Camillus, filius Petri Franciſci de Marradio, peſtilentia correptus, cum vomitu

peſtis, & febri exceſſiva; jamque depoſitus à medicis, eo quod omnes eo in loco correpti iſto malo jam obiiſſent, votum nuncupavit S. Humilitati, & ceſſante mox febri ceſſavit vomitus, atque anthrax peſtifer crepuit.

arthritis, 41 Anno MDCXXXII Antonia, filia Andreæ Pampaloni, annis ſeptem arthritide ſic fuit vincta, ut numquam vel ambulare vel etiam inſiſtere pedibus poſſet. Vovit ergo S. Humilitati, pro obtinenda liberiori greſſus facultate, Vigiliam feſti ipſius agere jejuna in pane & aqua. Ecce autem dum veſperi in ſuo cubili conſuetas preces Sanctæ offert, audivit vocem dicentem ſibi, Surge & ambula. Obedivit illa, cœpitque per cameram ambulare. Accurrerunt ad tantam novitatem mater & frater ipſius D. Hieronymus, Rector S. Stephani in Curtibus, multique vicini, & admiratione pleni gratias Deo egerunt. Duravit

EX ITAL. GUIDUCI. hæc ei ſanitas diebus quatuor, adeo ut foras etiam ad quoddam ſuum prædium via difficili arduaque ſit progreſſa: poſt quartum autem diem, cum vellet mane de lecto egredi, rurſum ſeſe reperit pedibus mancam, itaq; permanſit ſic, ut ſolum ambulare cum ſuſtentaculo deinceps potuerit. Silvagiæ Redini, uxori Silvii Annibalis, vehemens catarrhus febrim attulerat, cum dolore capitis quietem omnem auferente. Petiit autem perquam inſtanter ut ferretur ſibi velum S. Humilitatis, eoque conſignata ſtatim febri & dolore caruit.

catarrhus gravis.

HYMNI ET ORATIONES

Ex Officiis Vallumbroſanis, anno 1566 Florentiæ cuſis.

HYMNUS PRIMUS.

B Laudes excelſas cantent Moniales,
Melos flammantes Monachi devoti,
Feſto ſacrato piæ Matris noſtræ
Humilitatis.
Mundum tu ſpernis, alta Cherubina,
Volans ad Chriſtum ardens Seraphina:
Qui te veſtivit ſuo reſignatam
Lumine quondam.
Cherubim magnus ſummæ Jerarchiæ
Te ſponſam Chriſti curat & gubernat;
Cum Paſtoralem curam aſſumpſiſti
Angelus fortis.
Librum componis Spiritu dictante,
Laudibus plenum Virginis Mariæ:
Quem ſi quis legit, gratiam reportat
Precibus tuis.
Dies diei verbum eructaſti,
Hauſtum de fonte ſummæ Trinitatis;
Cum de adventu noſtri Redemptoris
Cauſas expandis.
Sculptam in corde celte caritatis
Habes Mariam, matrem Sponſi tui;
Cujus amore vulnerata clamas,
Ave Regina.
Multos tractatus ſcribis, Doctrix ſancta,
Neſciens librum, idiota ſciens,
C Candidam tenens humero columbam
Spiritum ſanctum.
Pallium texis Chriſto naſcituro
Trini coloris, monita beata
Myſtice complens Virginis Mariæ,
Quam dilexiſti.
Te deſponſavit annulo ſuperno
Sanctus Joannes, aquila cæleſtis;
Atque largitur dona pretioſa
De Paradiſo.
Cum cibum ſumis, tibi demonſtrantur
Stigmata Chriſti, vinumque myrrhatum,
Pauperes, nudi, atque carcerati,
Pane carentes.
Gloria Deo ſit æterno Patri, D
Et Jeſu Chriſto, ſanctæ Trinitati,
Matri Mariæ, Joannique ſancto
Euangeliſtæ. Amen.

ALIUS HYMNUS,

Hymnum canamus gloriæ, hymnum novæ victoriæ,
Humilitatis Dominæ ſanctæ virtutis munere.
In arcta cella clauderis, annis biſſenis tunderis,
Et poſt hæc de ſub modio reluces in candélabro.
Matrona nobiliſſima, omni virtute prædita,
In monte ſancto civitas Florentiam irradias.
Orationis imbribus canerum fugas à renibus,
Et labia tumentia abhorrens medicamina.
Joannes te præmonuit ut venias Florentiam,
Et Dominarum civium componas monaſterium.
Signis coruſcas maximis & validis prodigiis:
Puer decennis moritur, ſed vivus per te redditur.
Dum plangis ſacratiſſima dilecti Jeſu vulnera,
Pro lacrymis das ſanguinem, qui totam rigat faciē.
Unico pane ſatias famelicas diſcipulas:
Et multa panis fragmina reponit Diſpenſaria.
Occulta cordis penetras, peccata multa reſeras, (dens. E
Propinquam morti arguens, ejus deceſſum prævi-
Febri dum ardes valida, ferens Auguſti caumata;
Deſideraſti glaciem, quam ſumens ſentis requiem.
Qui viſitant Mauſóleum, reportant beneficium;
Et ſanitatis gratiam, qui fidem habent optimam.
Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine,
Cum Patre & ſancto Spiritu, per ſeculorum ſecula.
Amen.

ANTIPHONA.

O flos caſtitatis, benignitatis, miſericordiæ, & caritatis, B. Humilitas, intercede pro tuis quotidie devotis, tuum ſuffragium poſtulantibus.

ORATIO.

Deus qui S. Humilitatem ad ſumma virtutum & contemplationum cæleſtium præſtantiſſime ducere dignatus es: præſta quæſumus, ut meritis ejus & precibus, relictis terrenis, ſemper cæleſtia meditemur. Per Dominum &c.

ALIA.

Deus, qui glorioſam Humilitatem, litteras ignorantem, tanta ſancti Spiritus abundantia repleviſti, F
ut librum de cæleſtibus & laudibus civium ſupernorum Latino ſermone componeret: præſta nobis quæſumus, ut precibus ejus & meritis ejuſdem ſancti Spiritus gratia repleamur. Per Dominum &c.

ALIA.

Deus, qui dilectiſſimæ Sponſæ tuæ Humilitatis ſanctum corpus, ad oſtendendam glorioſæ mentis ejus integritatem, illæſum & integrum conſervare dignatus es: concede propitius, ut precibus & meritis ejus, noſtræ mentis & corporis nulla corruptionis vulnera patiamur. Per Dominum.

DE BEATA RITA

VIDVA ORDINIS EREMITARVM S. AVGVSTINI CASSIÆ IN VMBRIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P.

De ejus cultu, ſcriptoribus vitæ, & anno mortis.

MCCCC-LVI. *Floruit Seculo Chriſti* XIV *&* XV B. Rita, *ſive (ut nomen integre efferatur)* Margarita, *quæ cum adulta aliquamdiu in matrimonio vixiſſet, mortuo marito vidua facta, ſanctiſſimum arripuit vivendi modum; ac dein inter ſanctimoniales Ordinis Eremitarum S. Auguſtini aſſumpta, vixit & mortua eſt* Caſſiæ, *ſeu* Caſſii, (Curſulam *veteribus fuiſſe volunt aliqui*) *quod eſt Vmbriæ oppidum ſatis frequens in Spoletana diœceſi, à ſua metropoli* XX *circiter millibus paſſuum diſtans, à Nurſia ſolum ſeptem: atque ibidem in ſuo monaſterio corpus integrum ſervatur, ipſaque miraculis fulget. Fuit Spoletanæ diœceſis Antiſtes olim Maffeus Cardinalis Barberinus, qui (atteſtante Vghello in Epiſcopis Spoletanis)* ſanctimonialium cœnobia, ſecurioribus adhibitis diſciplinis, adeo brevi inſtituta optime habuit, ac ſi tum primum exordirentur florere. *Hic poſtmodum creatus Pontifex Romanus atque Vrbanus VIII dictus, ſingularem, quam de* B. Ritæ *rebus geſtis ac miraculis notitiam habuit, facilius* Supplicationibus Prioriſſæ & ſanctimonialium monaſterii B. Ritæ Ordinis S. Auguſtini de Caſſia Spoletanæ diœceſis inclinatus, licentiam & facultatem eſt impartitus, ut de dicta B. Rita in tota diœceſi Spoletana, ac ab omnibus utriuſque ſexus dicti Ordinis Religioſis ubique exiſtentibus, Officium & Miſſa tamquam de Communi nec Virginis nec Martyris recitari & celebrari libere & licite poſſit & valeat, per Breve datum Romæ II Octobris MDCXXVII. *Poſtmodum etiam novis* Supplicationibus inclinatus, licentiam & facultatem impartitus eſt, ut in die feſtivo de eadem B. Rita Miſſa ab omnibus Presbyteris Secularibus, ad omnes totius Ordinis præfati ac diœceſis Spoletanæ eccleſias confluentibus, celebrari libere ſimiliter & licite poſſit & valeat . . . per Breve ſimiliter Datum Romæ die IV Februarii MDCXXVIII.

Caſſiæ ſanctæ mortua,

ab Vrbano VIII ut Beatæ coli permiſſa an. 1627.

B

C 2 *Vitam primus ſcripſiſſe videtur Ioannes Georgius de Amicis Caſianus, ab Herrera indicatus (qui eam anno* MDC *Viterbii imprimendam curavit) & alteri eamdem in verſus tranſlaturo materiam ſuggeſſiſſe. Vtrumque opuſculum, ſine auctorum nomine, nec addito, Latinene an Italice ſcripſerint, laudat Fr. Auguſtinus Cavallucius in Præfatione, multumque iis vult addidiſſe videri. Et revera miracula complura addidit, jam inde ab ipſo quo Beata obiit anno publicis conſignata monumentis, quemadmodum vidimus in exemplo à Patribus noſtris ſubmiſſo Senis, ubi anno* MDCX *impreſſum fuerat. Verum licet Cavallucius Vitæ ei exornandæ per integra decem Capita, prius quam ad miracula veniat, multum chartæ verborumque inſumat; apparet tamen, tum ipſum, tum alios ipſum prægreſſos, vix quidquam reperiſſe antiquitus de rebus ante mortem ſcriptum; & niſi quædam vetus pictura in ſex tabellas diviſa, ipſarumque Sanctimonialium traditioni conjuncta, aliquam earumdem memoriam conſervaſſet, omnino defuturum fuiſſe quod ſcriberent. Neque plus dicere potuerunt, Onuphrius Martini Ilicetanus, & Hieronymus de Getthis Romanus ab Herrera laudati, ut Cavallucio poſteriores, ſed ignoti nobis; idem ſentire poſſumus, de Vita quam Hiſpanice edidit Alphonſus de Arragon & Borgia, Provinciæ Caſtellanæ alumnus; nec non de alia quam apud ſe nunc habet P. Aloyſius Torellus, à P. Donato de Donatis Lucenſi publici juris factam. Illa autem Cavaluccii tam parum ſolidæ materiæ habet; ut cum, prætermiſſis Compendiis mox nominandis, eam vellem ex Italico Latinam facere, qua parte hiſtorica erat (nam epiſodiis moralibus immorari non conveniebat) denique unum Caput vix plenum invenerim.*

Vita antiqua nulla extat,

plures hoc ſeculo ſcriptæ ſunt,

3 *Atque hæc cauſa fuit cur ipſo Beatificationis anno, quo Patres Auguſtiniani fere ubique novæ ſuæ Beatæ notitiam divulgare conati ſunt, edita ejus vita, profeſſi ſint omnes ſolum ejus Compendium ſe dare; licet etiam illud ipſum quod dabant verborum pluſculum, minus ſubſtantiæ haberet: quia ſcilicet, rejectis Cavallucii ſuperfluis, admodum parum ſupererat materiæ. Primum ejuſmodi Compendium, quod præcipuo nobis uſui ad formandum Appendicem fuit, Romæ ex typographia Cameræ Apoſtolicæ prodiit anno Beatificationis prædicto; quod anno mox ſequenti auctius recuſum Bononiæ fuit, opera Pauli Fraßinelli Ordinis Auguſtiniani Theologi. Aliud antea prodierat Mediolani, à Priore & Conventu S. Marci oblatum Comitiſſæ Iuſtinæ Viſconti Biliæ, partim ex Cavallucio prænominato, partim ex Andreæ Gelſominii Epiſcopi Aſculani Theſauro devotionis cæleſtis ad Beatam Virginem, prolixius deducente argumentum hoc. Et hæc quidem Italice ex profeſſo de B. Rita, ut Iacobillum in Sanctis Vmbriæ alioſque præteream. Simplicianus à S. Martino Vitas Sanctorum Auguſtinianorum Gallice edidit Toloſæ, anno* MDCXLI, *eiſque Vitam B. Ritæ inſeruit, perquam floride amplificatam, & epigrammatis Latinis Galliciſque diſtinctam. Sed dum fatetur vix alium auctorem habuiſſe præ oculis, quam Cavalluccium & Romanam Epitomen; ſatis certos nos facit, multas pulchras circumſtantias, quas adjungit, ex ingenio ipſius & veroſimilitudine; non autem ex idonea auctoritate acceptas fuiſſe; quod ſcribendi genus ut vulgo gratum, ſic hiſtoricis perquam incommodum accidit; haud parum poſtea laborantibus, ut certis relationibus cognita à veroſimilibus rhetorizantium encomiaſtarum adinventionibus ſecernant. Habet tamen Simplicianus, quam alibi non reperi, Relationem nomine Congregationis Rituum Vrbano Pontifici factam; ſed verſam Gallice, quam ſi originaliter Latinam exhibuiſſet, vellem huic operi inſerere, quamvis in hac quoque (utpote diu poſt rem factam compoſita) fortaſſis aliqua inveniantur non omnino certa. Nam ubi Cavallucius dicit* auditum in obitu Beatæ trinum monaſticæ campanæ pulſum tangente nemine; *ibi dicit Relatio, apud Simplicianum,* campanam quamdam convocando ad funus populo tota die ita ſonuiſſe; *ipſe vero Simplicianus rem auget, dicendo id de* omnibus totius oppidi campanis: *quod indico, ut intelligatur, quam multa inter ſe diſſona irrepere neceſſe ſit in hiſtorias, quarum auctores non diſcernunt inter antiquitus reperta & ſuas conjecturas, ſed eodem omnia ſtylo tradunt. Multo autem prius quam Gallice Simplicianus Latine ſcripſit Cornelius Curtius, & compendio contractam Vitam edidit Antuerpiæ anno* MDCXXXVI. *Vtrum Teutonica & Germanica lingua alius quiſpiam eam Curtii Epitomen verterit, necdum comperi: ſed ex omnibus ſimul collatis diſce, præter ea quæ ex Cavalluccio ſeligam, nihil hiſtorica via compertum haberi: proinde ea omnia miſſa facio, & ſoli Cavallucio inſiſtere propono, addita tamen ex aliis Appendice.*

pleraque ex Italico Cavallucii ſumpta,

E

ſicut & Gallica Simpliciani

& Latina Curtii.

F

4 *Difficultas eſt aliqua quomodo tam in prædicta Vita quam*

AUCTORE D. P.

VITA

Ex Italico Fr. Auguſtini Cavalluccii.

PROOEMIUM.

QUamvis Vita noſtræ B. Ritæ, Lector benevole, bis jam prælo ſubjecta fuerit, ſemel proſa & iterum verſu; utrobique tamen non ſatis diſtincte explicari videntur inſignia ejus acta: quapropter non ſolum à multis fide dignis perſonis ſolicite inſtructus propriisque oculis non pauca edoctus, tam circa vitam quam circa miracula, in brevi transſumpto per Jacobum Victorium Hiſpellatem nuper edito, perpenſis meditate ſingulis tandem decrevi, in unum opus colligere omnia ac prælo ſubjicere; idque ut tum fidelium devotioni augendæ ſerviam, tum mandato paream adm. Rev. P. Magiſtri Laurentii de Fulginio Auguſtiniani. Diſtinxi autē opus in plura Capitula; videlicet de ſua origine, de intentione qua debet ſtatus religioſus ſuſcipi, de ingreſſu illius ad eamdē, quomodo propriam omnem voluntatem abdicaverit, quam diligenter vota religioſa ſigillatim ſingula obſervaverit, adjungendo monita multa Religioſis lectoribus profutura; de abſtinentia ejus magna, oratione frequenti, felici tranſitu, ac denique miraculis. E

Conſilium & forma ac fontes operis.

CAPUT I.

De vita Beatæ in ſeculo ac religione, & felici ejuſdem tranſitu.

1 INter alia fertilis Umbriæ oppida in diœceſi Spoletana, prope Montem-corvum Caſſia adjacet, antiquum & celebre, ad cujus juriſdictionem pertinet Rocca-Porena, duobus paſſuum millibus inde diſſitum caſtrum. In hoc vivebant ſeculo Chriſtianæ æræ decimo quarto conjuges duo, multa cum concordia, addicti operibus religionis & pietatis Chriſtianæ, imprimis autem pie affecti erga Dominicam paſſionem; & pacis inter diſſidentes conciliandæ tam ſtudioſi, ut paſſim Paciferi Jeſu Chriſti appellarentur. Sed conjugio ſterili multis annis uſi, jam fere pervenerant ad ſenectam, quando divinæ bonitati placuit eis filiam largiri, claram toti mundo futuram operibus & miraculis. Mirabatur ſe gravidam mulier jam vetula, quando oranti adſtitit Angelus, qui bono animo eſſe juberet; fore enim ut filiam pareret acceptiſſimam Deo. Peperit autem abſque dolore: dubitantes, vero quod ei nomen imponerent parentes, moniti nocturno viſu ſunt, Ritam ut appellarent. Sub hoc nomine baptizata infantula dum aliquando jaceret in cunis, pluries viſa turba albarum apum infantile os ingredi atque egredi: quod prodigium fecit ut curam intenderet mater educationi illius; cui illa pulcherrime reſpondens, ita creſcebat ætate & gratia, ut parentibus nunquam fuerit moleſta in aliquo.

Nata in Rocca-Porena,

ex parentibus diu ſterilibus, F

2 Interim annis graves parentes nihil curabant ſolicitius, quam ut filiam prius quam morerentur in honeſto matrimonio collocatam viderent: quo licet minime propenderet, ſponſum Chriſtum optare profeſſa, eorum tamen conſentiens voluntati, duodennis adhuc ſe tradidit in poteſtatem viri, perquam ferocis & paſſim formidati. Sed hunc ita mulcere ſcivit Rita, ut eum magno cum ſtupore omnium mire manſuetum divinique obſequii ſtudioſum reddiderit, totis octodecim annis cum eo pacatiſſime vivens; nihilo tamen minus intenta devotionibus ſuis, quibus beatam Virginem, Baptiſtam Joannem, Sanctum Patrem

duodennis marito difficili traditur,

Obiit Beata Sabbato 22 Maji non an. 1447, aut 1443, vel 1484, ſed anno Piſano 1457, B quam circa annum & diem obitus B. Ritæ, quod in præcitatis omnibus Vitæ compendiis Italicis & apud Iacobillum de Sanctis Vmbriæ, nec non in folio quodam expanſo anni MDCLXXV, dicatur obiiſſe Rita in Sabbato die XXII Maji anno MCCCCXLVII. Qui characteres non cohærent. Nam dicto anno MCCCCXLVII cyclo Solis XXVIII littera Dominicali A, Sabbatum non incidit in diem XXII Maji, ſed in XX Maji, quem ideo arripuit Cornelius Curtius. Nævius XXII retinuit, ſed expunxit Sabbatum: Auctor Lectionum quæ jam in feſtiva ſolennitate recitantur, omiſſo etiam Sabbato, ſcripſit Sanctam anno poſt Chriſtum natum milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tertio, undecimo Kalendas Junii obdormiviſſe in Domino, ac proinde feria hebdomadis quarta, cyclo Solis XXIV littera Dominicali F. Ioſephus Pamphilus in Chronico Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, ut cum XXII Maji Sabbatum componeret, nullo alio auctore præeunte obitum B. Ritæ tranſtulit ad annum Biſſextilem MCCCCLXXXIV habentem litteras Dominicales D C, Cyclo Solis III. Thomas de Herrera parte 2 Alphabeti Auguſtiniani pag. 333 ita de obitu ſcribit: Tandem annis & bonis operibus plena, non anno MCCCCXLVII ut Andreas Gelſominius in Theſauro cæleſtis devotionis ad beatam Virginem cap. 8 & 11 pag. 60 & alii exiſtimarunt; ſed anno MCCCCLVII, ut in arca quæ corpus ejus conſervat, inſcriptum eſt antiquis characteribus, poſtquam anno MCCCCL Romam Jubilęi tempore viſitaſſet, die Sabbati XXII menſis Maji ad cælos migravit. Herreram quoad diem & annum ſequitur Ludovicus Torellus de Vitis Sanctorum ac Beatorum Auguſtinianorum Centuria 3 cap. 85, ſed tacuit de Sabbatho: videbat enim quod anno MCCCCLVII habente litteram Dominicalem B, dies XXII Maji ceciderit in Dominicam.

5 Difficultas tamen tota ſolvi videtur, & vetus arca inſcriptio ſervari, ſi ſumatur annus, non ille qui modo uſurpatur, ſed quem Covarruvias tom. 2 Reſolut. variar. lib. 1 cap. 12 num. 1 appellat Piſanum, cujus initium ſumitur novem menſibus ante nativitatem ipſo Incarnationis Dominicæ feſto XXV Martii: hanc enim rationem temporis plurimæ per Hetruriam & Vmbriam civitates tenuerunt, & ſic Majus anni ſecundum illos MCCCCLVII, eſſet Majus vulgaris anni MCCCCLVI, quando cyclo Solis IX litteris Dominicalibus D C dies XXII Maji revera in Sabbatum incidit: itáque ſalvatur tempus Iubilæi Romani anno MCCCCL celebrati ſub Nicolao Papa IV, uti ſcribit S. Antoninus 3 parte tit. 22 cap. 12 §. 3. Certius tamen definiri res poſſet, ſi miraculorum poſt obitum Beatæ patratorum Notarialia exempla haberentur: concurſus enim diei & feriæ, ex Notariali, ſtylo indicari ſolitus manifeſtum faceret unde Caſcienſes ſoliti fuerint anni ſui initium ducere. Eſt autem valde mirum, quod cum omnes quos præcitavimus vitæ Scriptores ſeu potius abbreviatores expreſſe meminerint Iubilæi à Sancta ante mortem petiti, eam mortem potuerint aliqui ponere ante annum jubilarem, facile ex hiſtoricis ejus ævi noſcendum. Porro ex anno mortis pendet annus nativitatis, quem facile fuerit præter propter definire, ſi B. Rita obierit circiter ſeptuagenaria, ſicut habet Romana Relatio, ex eaque alii; conſequens enim fuerit natam illam fuiſſe circa annum MCCCLXXXVI. Quod non ita per conjecturam dictum videtur, quin poſſit fundamentum dare corrigendo errori (haud dubium quin typothetico) apud Cavallucium ubi dicuntur parentes Ritæ convenisse in matrimonium, diu abſque liberis futurum, anno 1309; ſi enim affinem ſubſtituas characterem 6 pro 0, & legas 1369 rem plane ſimilem vero poſueris. Mediolanenſes Abbreviatores, neſcientes quomodo errorem corrigerent, ſatis habuerunt definire ſeculum XIV, quo nata ſit inter annum 1300 & 1400.

qui nobis eſt 1456.

C

nata ſub annum 1386.

A Patrem Auguſtinum, Sanctumque Nicolaum Tolentinatem impenſius proſequebatur. Jejunabat autem omnibus Marianorum feſtorum pervigiliis in pane & aqua, eſuriales reliquos dies ab Eccleſia conſtitutos religioſe obſervans, & ultra majorem Quadrageſimam communem omnibus alias duas; intendebat eleemoſynis & curæ pauperum infirmorum, approbante uxoris actiones marito.

jejunio & orationi nihilominus vacat:

3 Interim gemina proles eaque maſcula nata iis erat, cui dum Chriſtiane educandæ intendit pro matris officio Rita, occiditur ei infeliciter vir ſuus: cujus morte non minus afflicta quam quod videret filios de ſumenda aliquando vindicta ſerio cogitare; poſtquam hujuſmodi voluntatem vidit ſuis adhortationibus flecti non poſſe, eodem caritatis ardore, quo Deum fuerat pro homicida precata, precari eumdem cœpit, ut filios prius ex hac vita tolleret, quam illi fundendo contra ejus præceptum ſanguine manus inquinarent. Neque tarde quod precabatur obtinuit, & ambos infirmitate correptos cito vidit ad vitam meliorem prægreſſos. Ita mundanis ſoluta vinculis, poſtquam conjugali ac materno litavit affectui, ſeque ad Dei voluntatem exequendam compoſuit; monentem quaſi interius ſenſit, ut Caſciam tranſiret ad monaſterium reverendarum Matrum S. Mariæ Magdalenæ. Ivit ergo petiitque humiliter ad habitum recipi: ſed per Abbatiſſam Sanctimonialibus iſtis propoſita, rejecta ab his fuit, non tamen dejecta. Etenim ad ſuum reverſa caſtellum pietatis exercitiis cœpit vacare attentius, inter quæ cum iterum reviviſceret prius conceptum vitæ religioſioris deſiderium, rediit Caſciam ſemel iterumque. Sed tertia quoque vice repulſam paſſa, cogitavit humiliter, necdū adveniſſe tempus præfinitum à Deo, quo voti ſui compos efficeretur.

marito caſo & mortuis liberis,

petit Caſciæ admitti inter Auguſtinianas,

B

4 Ergo conſueta exercitia orationis proſequens, dum nocte quadam pervigilat ſupplicans; domus ſuæ oſtium vehementius pulſari audivit, vocemq; clamantis, Rita, Rita. Accurrit illico ad feneſtram: ſed nemine ante domum viſo, cum ſe denuo orationi reddidiſſet; ſimilem vocem ad ſe fieri audivit, qua monebatur à Jeſu petere ut in ſponſam ejus reciperetur, viditque tres Sanctos in ſuum auxilium miſſos. Tum rapta in extaſim ſenſit ſibi voce clara dici; Veni, dilecta Rita, jam enim tempus eſt ut ingrediaris monaſterium, unde toties fuiſti repulſa. Rurſum ergo ad feneſtram illa: viditque ante fores S. Joannem Baptiſtam: poſt quem protinus egreſſa, uſque in locum qui Scopulus Rupis-Porenæ nuncupatur, obſtupuit ad horrorem tam præcipitis altitudinis, quam vel pleno die tentare quis horreat: ſed apparentibus mox duobus aliis ipſius Advocatis S. P. Auguſtino & S. Nicolao Tolentinate, animos reſumens, eoſdem ſecuta eſt uſque Caſciam & intra monaſterium ipſum penetravit, portis feneſtriſque omnibus clauſis, ut erant, manentibus. Quod cum admirarentur Monachæ, aliæque in alias reſeratæ domus culpam ſuſpectando rejicerent; illa quod factum mirabiliter erat ingenue profeſſa, facile perſuaſit Sororibus, ne vellent ejectam quam Sancti introduxerant; virtutemque & perſeverantiam ejus bene expertæ, etiam ad ſolennem trium religioſorum votorum Profeſſionem, ſacrum velum concedentes, eamdem receperunt. Ipſa vero non ſolum tunc Deo gratias egit; ſed quanto deinceps vixit tempore iſtum ſui ingreſſus diem feſtivum habuit.

& ad eas à S. Ioan. Bapt. introducitur,

C

receptaque velū ſuſcipit,

5 Cum die quadam ſacro Miſſæ officio intereſſet, menti ejus tam alte impreſſa fuerunt hæc Euangelii verba, Ego ſum via veritas & vita, ut divino illuſtrata ſpiritu in eorumdem ſenſum quam altiſſime penetraverit, meditandoque inardeſceret in amorem Jeſu. Prima autem poſt factam profeſſionem nocte, viderat ſcalam, cùjus ſummitas ipſos cælos attingebat, eique innixum Dominum ſuum dilectiſſimum; indicio haud obſcuro, quod per trium ſolennium votorum gradus perventura eſſet ad ſummam Chriſtianæ perfectionis. Erat porro obedientiæ ſtudioſa imprimis & amans clauſuræ: verumtamen occaſione anni ſancti, cum plures ex Sororibus Romam ſe transferrent lucrandi Jubilæi cauſa, ipſam quoque deſiderium ſubiit eodem eundi: quod aperiens Matri Abbatiſſæ reſponſum accepit, non prius ei hoc permittendum, quam perſanata eſſet plaga inferius commemoranda. Hæc vero ſimplici unguento adhibito mox coaluit, eiq; commoditatem præbuit complendi pii deſiderii: quod ut divinitus inſpiratum fuiſſe pateret, iterum illa crepuit, cum Roma in monaſteriū Rita revertiſſet. Magis etiam obedientiam ejus probavit, quod ad imperiū Abbatiſſæ ipſam experire volentis, quotidiano labore diu irrigaverit ſiccā plantulam, quæ in horto monaſterii aruerat; ſicut de Abbate Joanne legimus inter Vitas-patrum.

visione ſcalæ in cælum pertingentis animatur,

EX ITAL. CABALUCI.

Iubilæi cauſa Romam proficiſcitur,

ſanatâ tantiſper quæ obſtabat plagâ.

6 In ſupradicto Romano itinere patuit etiam quantum ei cordi eſſet paupertas, dum peculium ad viatici uſus conceſſū in tranſitu fluminis à ſe abjecit: coarguentibuſq; eam ſodalibus reſpondit, nihil illo opus eſſe qui Chriſtum habebant proviſorem, ſe vero ipſo gravari diutius non potuiſſe. Solebat autem ſæpius inculcare Sororibus, tum demum magni faciendas ab hominibus (ſi tamen id tanti eſſet) quando invenirentur contemptrices mundanarum divitiarum. Dicebat etiam rationem optimam ad reprimendos carnis ſtimulos eſſe, nullam corporis rationem habere, nullam ei compaſſionem impendere. Nec minus quam dicebat faciebat ipſa, modo digitum, modo pedem adurens ſibi, ad reſtinguenda concupiſcentiæ incendia. Suadebat vero amare clauſuram, ſolicite que attendere in cuſtodiam oculorum & linguæ, neque externum quemquam temere alloqui, quod omnis hoc in genere exceſſus non careret gravi culpa, & ad famam eſſet periculoſior. Flagellabat ipſa ſeſe quotidie ter; ac prima quidem vice prolixius pro defunctis, catenulis ferreis ad id utens; ſecunda diſciplina, pro benefactoribus, ex corio ſciſſa; tertia pro peccatoribus omnibus, erat contexta ex funiculis. Harum vehementiam cum ferre nequiret inimicus, avertere eam à tanto rigore identidem nitebatur, modo diſciplinas ſubtractas abſcondendo, modo cogitationes imittendo, ne forte ſibi mortem acceleraret: ſed omnibus ejus verſutiis ſuperior illa, pergebat cum Apoſtolo caſtigans corpus ſuum & redigens in ſervitutem. Interrogata vero quonam iret, quando ſe recipiebat ad flagellationem conſuetam, Ad debilitandas, inquiebat inimici vires, & arma contra eum ſumenda. Induta quoque ſemper erat cilicio, ex ſetis porcinis contexto: conſueratque intra tunicam ſpinas, quibus identidem laceraretur.

viaticum ad id datum rejicit.

E

Salutariter Sorores inſtruit,

ter quotidie flagris in corpus ſævit:

F

7 Mirum in modum dedita orationi, videbatur ab ea non poſſe ceſſare: meditationum vero ejus potiſſimum argumentum Paſſio Domini erat, quam ut vivacius menti ſuæ objiceret, ſtationes ſibi intra cellam diſtinxerat, ſic ut unam partem montem Calvariæ appellaret, in angulo cogitaret Chriſti ſepulcrum, alibi alios paſſus conſideraret: in eoque exercitio ſic fere quotidie afficiebatur, ut identidem à Sororibus inveniretur alienata à ſenſibus, ac pene mortua crederetur. A media nocte uſque ad auroram ſolita contemplandis divinis inſiſtere, adeo breve rebatur tempus, ut de præpropero ſolis ortu non raro quereretur. Audierat aliquando concionantem B. Jacobum della Marca de acerbiſſima Chriſti paſſione, tamque alte animo ejus verba impreſſerat, ut domum regreſſa proſtrataque ante pedes Crucifixi, etiam nunc in veteri oratorio viſendi, ardentiſſime eum cœperit flagitare, ut ſibi quoque largiretur

meditandæ Paſſioni addicta,

ſpinam ex corona Crucifixi fronte excipit,

EX ITAL. CABALUCI

unam ſaltem earum ſpinarum ſentire, quibus tam numeroſe confixum fuerat ejus ſacrum caput. Quod autem petebat abunde obtinuit: neque enim ſolum ſenſit ejuſmodi cruciatum, ſed etiam frontem ſauciam exinde habuit immedicabili plaga, quæ omni deinceps vitæ tempore eidem manſit (niſi quantum in Romano itinere poſuit) computreſcentique & vermibus ſcatens adeo gravem de ſe emittebat fœtorem, ut, ne Sororibus moleſta eſſet, earum conſortio ut plurimum ſe ſubtraheret; quindenis aliquando diebus integris nulli niſi Jeſu ſuo loquens. Decidentibus autem de capite ejus vermibus, ſi qua interrogaret eam quid rei id eſſet, ridenti vultu reſpondebat, eſſe Angelellos ſuos.

qua ei plaga ad mortem uſque manſit.

8 Jam vero quam grata Deo & ad quidquid libuiſſet efficax oratio ejus fuerit, facile per ſe poterit unuſquiſque æſtimare: invenio autem quod cum eam aliquando mulier Caſciana rogaſſet, deprecaretur Deum pro filia infirma; ut domum rediit, orante ea, filiam ſanam omnino reperit. Item quod energumenam quamdam ſimiliter orando liberaverit à dæmonio, obſeſſum corpus dimittere coacto. Quorum miraculorum fama cum cœpiſſet ſe diffundere per oppidum, indeque etiam latius proſerpere; factus eſt ad eam viſitandã etiam è remotis regionibus accurſus frequens, quorum nemo abſque ſolatio & bonæ ædificationis fructu revertebatur.

ægram curat,

energumenam liberat:

B

9 Poſt hæc aliaque plura ejus ſancta opera, quorum memoriam conſequi non potui, viſitans eam Dominus infirmitate corripuit, ad exemplar patientiæ invictæ præbendum. Quo tempore cum vix aliquid alimenti ſumeret, mirabantur Sorores qua ratione poſſet vitam trahere, niſi quod crederent ſumenda ſæpius Euchariſtia magis ipſam quam materiali aliquo cibo ſuſtentari. Sic jacentem inviſit quædam conſanguinea ſua ſpecialius dilecta, quæ cum in digreſſu rogaſſet infirmam, numquid earum quas domi habebat rerum vellet; Vellem, inquit Rita, roſam ex hortulo meo: hortulum enim habuerat illa domui ſuæ junctum in Rocca-Porena, in eoq; nonnullas roſarum plantas. Menſis tum Januarius agebatur: quare delirare infirmam rata altera, ſubriſit & abiit. Sed in Roccam-Porenam regreſſa, & hortulum Ritæ forte inſpiciens, vernantem in roſario florem ac bene rubicundum reperit; & petitionis pridianæ recordata, decerptum illico Caſciam attulit exhibuitque infirmæ. Quæ roſam tam boni odoris coloriſque accipiens, poſt actas Deo gratias, per admirantium Sororum mànus tranſire eam voluit. Rurſus autem ab eadem conſanguinea ex eodem hortulo recentes duas ficus petiit: quas illa, jam minime hæſitans, requiſivit, inventas decerpſit, decerptas attulit Caſciam, ad ſtuporem incolarum, qui eaſdem videre & tangere geſtiebant, ipſis oculis ſuis ægre credentes.

extremum infirmata,

in Ianuario roſas & ficus reperiri facit:

C

10 Poſt hæc exactis menſibus aliquot ſenſit mortem ſuam adeſſe, convocatiſque Sororibus omnibus petiit extrema Eccleſiæ ſacramenta: quibus ſuſceptis omnes ad Auguſtinianæ Regulæ obſervantiam hortata, conjunxit in formam Crucis manus: & benedictione Abbatiſſæ accepta, placidiſſime expiravit anno milleſimo quadringenteſimo ſeptimo, in Sabbato ſub noctem, die XXII Maji. Ipſo autem quo expiravit momento, audita eſt monaſterii campana, movente nemine, ter pulſari, manibus (uti credere fas eſt) Angelicis; & ſubita lux per cellam reſplenduit, totoque cœnobio percepta fuit odoris plane cæleſtis fragrantia. Cadaver mire formoſum apparebat inſpicientibus: nihil tamen majori ſtupori erat, quam quod plaga frontis, antea tam horrida, quaſi in carbunculum converſa rutilaret. Sequenti mane omnibus ad honorandas exequias cum multitudine cereorum accurrentibus, relictum in eccleſia corpus fuit, dum locus tam honorato funeri condignus pararetur. Interim quædam conſanguinea defunctæ adfuit, brachium ad omne opus inutile ferens: ſed conàta collum cognatæ amplecti, rediviſſe brachio emortuo vitam ſenſit: magnàque cum lætitia ipſum omnibus oſtentans, ac liberrime quocumque eſſet collibitum agens, divulgavit miraculum, univerſali mox plauſu exceptum. Hæc hiſtoria etiam hodie depicta monſtratur in veteri tela, una cum aliis quinque præcipuis punctis; ſic ut primo repræſententur apes candidæ, circum os in cunis jacentis infantulæ volitantes; ſecundo tres præ-nominati Sancti, ducentes ipſam ad monaſterium; tertio Profeſſio illius, ſub habitu ſanctæ Matris Monicæ; quarto punctura, in fronte excepta ante imaginem Crucifixi; quinto tranſitus ejus, & obſequia Sororum aliorumque moribundæ lectulo circumſtantium; ſexto concurſus populorum, ad viſitandum mortuæ corpus. Cetera quæ ibi expreſſa non ſunt, ut melius potui deſcribere curavi, ad Dei & ſuæ Beatæ gloriam.

extremis munita pie moritur,

22 Maji,

ad corpus ſanatur brachium aridum.

vetus de ejus vitæ picturæ.

CAPUT II.

Miracula ad invocationem B. Ritæ facta ſeculo XV.

E

11 INfirma mundi elegiſſe Deum ut fortia quæque confunderet, patuit per miracula, quæ etiam his noſtris temporibus facere dignatus eſt Deus in eccleſia, ubi ſacrum B. Ritæ corpus quieſcit, quemadmodum demonſtrant anathemata multa argentea ac cerea, figuræ in ligno telave depictæ, ferrea vincula captivorum ſolutorum, ſcipiones aut fulera ſubaxillaria debilium: de quibus omnibus fidem certiſſimam faciunt Notarii, publicis de uno quoque miraculo teſtimoniis ſubſcripti. His alii multi fide digniſſimi teſtes accedunt, reverendi Sacerdotes ex Ordinibus SS. Auguſtini & Franciſci: itáque abunde certificatur, multos graviter infirmos vulneratoſque ſanatos eſſe, illuminatos cæcos, debilibus ac claudicantibus greſſum, & à nativitate mutis loquelam eſſe donatam; liberatos energumenos, & morti ſubtractos quos ad eam ſubeundam judicialis condemnarat ſententia: ut ſuperfluum fortaſſis videri poſſit ea referre ſigillatim. Ad pleniorem tamen ſatisfactionem Reverendarum iſtarum Matrum, quas, obliterato priori S. Mariæ Magdalenæ nomine, S. Ritæ appellare vulgus conſuevit; notabo illuſtriora quædam, adſcripto anno, menſe, die, ac nomine perſonæ, cui unaquæque gratia facta eſt.

Miraculis multis illuſtratur poſt mortem,

F

12 Prius tamen quam ad particularia miracula deſcendam, præmittendum cenſeo, quod etiam hodie, dum referatur arca in qua corpus conditur, ſentiatur mira quædam fragrantia, quaſi odoriferæ alicujus mixturæ, quamdiu illa aperta manet. Quin etiam obſervatum fuit diligenter, & certiſſimo cognitũ quod ſingulis vicibus, quibus D. N. Jeſus Chriſtus cuipiam gratiam notabilem facit per merita S. Ritæ, hujuſmodi fragrantia percipiatur aliquot diebus ante; & poſtea ex variis locis atque urbibus advenire peregrinos voti reos, acceptaque beneficia oblatâ eleemoſynâ teſtantes. Ita paucis ab hinc annis accidit, ut cum diebus aliquammultis totum monaſterium ſuaviſſimo odore perfuſum mirarentur omnes, Senogallia adveniret D. Violantes, uxor Mag. Andreæ Medici, plena gaudio, & argenteum anathema cum gratiarum actionibus offerens, pro ſervato ſibi filio, cujus vitam medici deſperaverant. Multis præterea ab hinc annis experientia docuit, vela, quibus caput ſuum cooperiebat Sancta, & quæcumq; alia ipſi ad indumentum corporis in uſu fuerant, nec non mappam cor-

& cæleſti fragrantia prodeunte ex arca,

maxime dũ aliquod miraculum fit.

pollere

A pollere virtute, & parturientibus facilitare laborem,
item miraculoſa veſtium omnium integritate. ac dæmonibus pellendis efficaciam habere. Amplius autem videri poteſt, quod vel ad ſolum contactum cannæ, cui affixæ ſunt pelliculæ quædam, ad capſam in qua jacet intus ac deforis emundandam à pulveribus, dæmonia compellantur egredi. Hinc Reverendæ illæ Matres & plenæ caritate, morem ſibi fecerunt, ejuſmodi velorum ac linteaminum particulas amicis diſtribuendi; quæ collo infirmantium appenſæ, multis ſanitatem celerem reddidere; uti etiam fruſtilla, ex tunicis B. Ritæ reſecta.

13 Anno MCCCCLVII die XXV Maji, Baptiſta Angeli de Colgiacone, oculorum uſu omnino privatus
Sanantur nonnulli 25 Maji, & ad corpus B. Ritæ orans, priſtinum eorum lumen recuperavit. Eodem die allata illuc Lucretia Ser-Pauli de Colforcello, non ſolum annis gravis ſed etiam hydrope, ibidem recepit ſanitatem. Eodem menſe Cecca Antonii de Fucella, aure una per annos quinque nihil audiens, evidentibus coram omni populo ſignis demonſtravit eam ſibi eſſe reſe-
29 ejuſdē, ratam. Die quoque XXIX, Salimenes Antonii de Podio, digitum unius manus plane emortuum habens, eumque ſacro corpori non minus reverenter quam devote ac fideliter admovens, ſperatam obtinuiſſe gratiam multis cum lacrymis publice eſt teſtatus. Ultimo vero die menſis, Giacomuccia
& ultimo. Leonardi de Occone, multis annis graviter crura dolens, totoque inflata corpore, ita ut biennio non niſi parciſſime veſci poſſet; inter domeſticorum brachia delata ante corpus, ipſa in eccleſia manſit diebus octo, nec niſi libera inde receſſit, gratiis copioſe actis. Eodem die Cecca Joannis de Biſſellis, territorii Nurcienſis, adducta fuit à nativitate muta, ſicut ejus teſtabantur parentes: qui dum coram ſancto corpore ſuas, fundunt preces, loqui puella cœpit & Ave Maria recitare, cum maxima admiratione præſentis populi.

14 Die XI Junii, Mattheus Regis de Ocone votum fecit pro filio, quem uſque ad mortem torque-
Item 2, 3, 7 Junii, bat calculus veſicæ innatus, eoque facto liberatum eum fuiſſe teſtabatur. Die III Spiritus Angeli de Caſcia, iſchiadis doloribus intenſiſſimis laborans, atque ad B. Ritam recurrens, auxilium retulit. Eodem die Antonius à S. Cypriano de Matrice, à nativitate mutus, atque ad B. Ritam adductus à patre, & per biduum ferventer ejus meritis commendatus, fandi
** al.* Cæſarina, accepit poteſtatem. Die VII, Matthia * Caneri de Rocca-Indulfi, diſtrictus Nurcienſis, ſimiliter à nativitate muta, ſimiliterque adducta à parentibus, cum loqui cunctis audientibus cœpiſſet, continuo in gratiarum actiones commoti Clerus populuſque, proceſſionem publicam indicendam cenſuerunt, in qua R.P. Mag. Joannes Pauletti de Caſcia orationem ad
& 18 ejuſdem, eos habuit. Die XVIII Junii anni prædicti Lucia Sanctis, de Caſtello S. Mariæ territorii præfati, annorum quindecim ſpatio unius oculi lumine privata, alterumque pano obfuſcatum ferens, adeo ut perparum omnino videret, atq; ad manum duci deberet: cum ſuam orationem ante corpus Beatæ diebus quindecim continuaſſet, utroque demum oculo illuminata, gratias divinæ Majeſtati retulit, non ſine piis lacrymis ſuſpiriiſque.

continuantur miracula an. 1477 15 Anno MCCCCLXXVII, die III Junii, Petrus-Santes, filiolus Florentii de Paganello, Nurcini diſtrictus, morbo quodam amiſerat loquendi facultatem ac pene omnium ſenſuum uſum, adeo ut ſe erigere in pedes nequiret. Pro hoc cum votum B. Ritæ nuncupatum eſſet, auditus fuit appellare matrem atque dicere, Mamma, cum magna admiratione parentum. Qui iterantes votum; viderunt puerum intra tres dies omni membrorum ac linguæ vinculo abſolutum, & gaviſi ſunt.

16 Anno MCCCCLXXVIII, die XII Junii, Santes Mar- EX ITAL. CABALUCI.
ciani de Rocca-Porena, dum pila ludens velociter curſit, in ſocium cultro accinctum impegit tam violen- 1478,
ter, ut converſa cuſpis ei intrans in corpus, grandem intulerit plagam: quæ licet ſecundum artem bene curata fuiſſet, nihilominus in fiſtulam verſa, fecit medicos de vita ipſi ſervanda deſperare. Sed quem ſervare illi non poterant, ſervavit patrocinium B. Ritæ in vota advocatæ, & periculo exemit.

17 Anno MCCCCLXXX, Spiritus Petri-Antonii de 1480,
Podio, factus phreneticus, tanta agebatur amentia, ut ſæpius vagaretur per ſilvas & montes, domi autē concluſus vim faceret ut ſe poſſet dejicere per feneſtras: poſtquā autem die VII Aprilis B. Ritam invocavit pro filio mater, ſub obligatione cujuſdam voti; gratiam eidem obtinuit, mentiq; ſanæ reſtitutum lætata eſt.

18 Anno MCCCCLXXXI, Vannora Ser-Antonii de 1481.
Foliano tam gravi laborabat angina, ut præcluſis ea faucibus nihil cibi tranſmittere poſſet amplius, ac ne bibere quidem; jamque depoſita à medicis ſæpe etiam mortua credebatur; cum die XXII Maji ſibi aliquantum reſtituta, circumſtantibus dixit, O quam gratam viſionem mihi interrupiſtis! Quærentibus autem quid vidiſſet; B. Ritam, inquit, conſolantē me, & manu tangentem guttur meum, atque dicentem, Ne dubites, filia, ſurge & expue. Quod illa faciens liberam ſe ſenſit; pendetq; etiamnum in tabula depictum hoc miraculum propē aream Beatæ. Eodem die Antonius Joannis de Colforcella, filium habens cui urinæ meatum præcludebat calculus, veſicæ collum occupans, ipſumque B. Ritæ commendans, pertinaci & periculoſo illo obice liberavit eum.

19 Anno MCCCCLXXXII, die XXII Maji, Joannes- 1482,
Marinus Marci de Longe, ſerpentinam quamdam infirmitatem diu erat paſſus, quo totum corpus impediebatur; ſed cum ad implorandum Beatæ auxilium ejus parentes recurriſſent, voti compotes pro filio ſunt facti. Eodem anno die XII Novembris, Petrus-Marinus Mariani de Nurcia, in uno oculorum ac genuum tam graviter læſus, ut diu tentatam curationem tandem medici deſperaverint; ſeipſum B. Ritæ per votum obtulit, atque intra octavum diem eatenus convaluit, ut potuerit ad agendas gratias corpus ſanctum accedere, coram quo denique perfectam obtinuit ſanitatem.

20 Anno MCCCCLXXXIII, Sancta Dominici de Lon- 1483,
ge, caput & guttur longo tempore inflata, ſic ut loqui non poſſet, magnoque dolore urgeretur ad mortem; quod lingua non poterat, animo concepit votum, de F
viſitando cum eleemoſyna corpore B. Ritæ: idque perſonaliter plene ſanata perſolvit. II Junii anni ejuſdem, Jacomuccia Marini de S. Anatolia, ex contabulatione quadam duodecim pedes alta cecidit, adeoque graviter alliſa terræ eſt, ut lumborum compago rupta ei ſit, & cadentem ſubſequens de alto ſaxum, eidem etiam humerum fregit. Dolorum vehementiam ſecutus eſt ſpaſmus, qui mortuam videri faciebat. Factum ergo pro ea votum eſt, cujus efficaciam mox experta, cum eleemoſynâ venit actura gratias. Deinde die X Novembris, Antonius Antonii de Nurcia, cui præter ſeptē inflicta vulnera, humerus pene à trunco ſuo erat abſciſſus, cum pro mortuo derelictus eſſet, facientibus pro eo votum parentibus convaluit, votoque ſatisfecit.

21 Anno MCCCCLXXXIV, Menica Dominici de
Nurcia ſanata fuit XVIII Julii, poſtquam diu fruſtra 1484,
laboraſſent parentes ad curandam plagam, quæ ei per biennium ſub aure duraverat computrueratque, ſic ut plures oſſium particulæ per eam eductæ fuerint: hoc autem acceptum referri debuit B. Ritæ à parentibus invocatæ. Die IX Decembris, Joannes-Andreas Joannetti de Atri procerā quamdam nucem

EX ITAL. CABALUCI. excidens, eam tam improviſo ſupra ſe ruentem excepit, ut nemo circumſtantium dubitaret quin totus contritus ac certo moriturus eſſet. Ipſe nihilominus B.Ritæ ſe devovit: & ecce grandis illa arbor, miraculoſe converſa in latus, facultatem ipſi præbuit ſubducendi ſe ponderi tam imminaniter prementi.

1485, 22 Anno MCCCCLXXXV Ser-Bartholomæus Amadei de Caſſia, in recuperatione oppidi quod Caſtellum Caſſiæ dicitur talum ſagittâ læſus, cum ferrum nequiret à medicis chirurgiſque eximi, ſpaſmique accederent; recordatus miraculorum B.Ritæ, cujus tum forte anniverſarius dies imminebat, ipſam oravit, ut apud Deum intercedens, eum à tam intenſo dolore liberaret: quo facto denuo tentaverunt medici ferrum eximere, cum eoque majorem partem cruciatus abſtulerunt. Die ergo ſequenti, quo feſtum celebrabatur, ſidenter acceſſit ad eccleſiam, Miſſam auditurus: ſub qua per Dei gratiam ita contiñuo melius ſibi fieri ſenſit, ut non niſi perſanato vulnere domum redierit.

& 1486. 23 Anno MCCCCLXXXVI, menſe Januarii, Petrus-Marinus Marini de Nurcia, læſus in crure, tantam
B effudit copiam ſanguinis, ut non modo impeditus manſerit toto illo latere neque ſtare ſupra pedes poſſet, verum etiam mente motus ſibi ipſi exciderit. Recordatus tamen miraculorum B. Ritæ, viſitare corpus, Miſſamque ad illud curare vovit; & mox habere levius cœpit, votoque ſuo ſe perſonaliter exolvit. XXII die Aprilis, Angelus Pauli de Colcorioſo, dolores intolerabiles patiens ab arenis, quæ urinæ meatum nullum permittebant niſi cum ingenti cruciatu; votum vovit, emiſitque calculum cum urina, qui ad corpus oblatus in memoriam fuit. Die XXIX menſis prædicti, Andreas Angeli de Onellis, decimum annum clinicus, utvovit ſe acceſſurum ad corpus B. Ritæ, & in eccleſia ejus curaturam Miſſæ ſacrificium, ſubito convaluit, votum ſolvit, & die I Maji ingreſſus eſt Caſſiæ in Magiſtratum.

CAPUT III.

Alia miracula facta ſeculo XVI *& initio ſeculi* XVII.

Renovantur curationes miraculoſæ an. 1501. 24 ANno MDI, die X Junii, Perna, Joannis-Petri de Helena Nurcini, quæ menſe Majo fuerat nuptui tradita, & mox à malis invaſa geniis diuturnos, tulerat cruciatus; perſuaſa denique ut B. Ritæ
C cum voto ſe commendaret, paruit ſalutaria monentibus; moxque ut eccleſiam eſt ingreſſa, cœpit habere levius, atque intra paucos dies liberata fuit. Eodem menſe, Joannes Bartholomæi alias Conteſtabilis de Rocca-Scuri, cum ſuo ſe gladio in junctura pedis læſiſſet, venamque ex majoribus unam ſcidiſſet, adeo copioſum ſanguinem emittebat, ut eo pene omni effuſo, medicus D.Gaſpar de Trevi actum de illo eſſe judicarit. Sed ille vovit viſitare eccleſiam B. Ritæ cum eleemoſyna: & mox ſanguis ſtetit; ac præter opinionem plurium medicorum conſervatus, coronam argenteam gratus attulit, quæ hodieque una cum aliis cimeliis ornandæ ſacræ capſæ ſervit.

1503, 25 Anno MDIII, die VII Martii, Petrus-Angelus Petri-Dominici de Sanboleta, Nurcinus, domum ſuam peſtilentia infectam ſentiens, in eaque jam lugens mortuam filiam; Deum per merita S.Ritæ rogavit, ut reliquam familiam ſalvam ſibi à contagio præſtaret: & exauditus, liberali eleemoſyna teſtatus eſt gratitudinem ſuam.

1510 *Monferratenſis cancroſus,* 26 Anno MDX, quidam D.Franciſcus de Monteferrato cancrum in gutture patiens quintum annum decumbebat lecto, quando una noctium dormienti apparuit B. Rita; & fidem ſomnio non habenti, apparuit iterum nocte ſequenti. Quapropter omnes D
ad ſe accedentes interrogabat, ubinam locorum haberetur corpus cujuſdam Beatæ, frontem læſam geſtantis; narrabatque ea quæ dormiens viderat. Verum illis rem in riſum vertentibus, ipſam rurſus tertia nocte viſus eſt videre, audireque dicentem, Ego ſum *juſſus viſitare corpus* B.Rita de Caſſia: vade & viſita eccleſiam ubi eſt cor- *B.Ritæ,*
pus meum: & hæc dicens videbatur manu guttur ejus contingere. Ipſe vero expergiſcens ſanatumque ſe reperiens, manè ſequenti in viam ſe daturus domeſticis dixit, abeo peregrinatum, uſque dum invenero corpus illius Beatæ, quæ toties nocte me viſitavit. Ita pervenit Senas, nobiliſſimam Hetruriæ urbem multorumque Sanctorum corporibus ditatam, ſperans iſtic reperiendam quam quærebat: ſed ſpe ſua fruſtratus, varioſque interrogans, nomen S. Caſſiani *tandè Caſſiam venit ſanatum ſe profitens.*
audivit, celebre iis in partibus, propter balnea ſalutaria ad quæ undique acceditur. Sed neque ibi quidquam ex animi ſententia nactus, Romam uſque perrexit; ubi poſt inquiſitionem multiplicem, tandem in diverſorio publico Nurcinos aliquot Peregrinos offendit, à quibus de via Caſciam ducente edoctus, illuc venit; actiſque Deo gratiis monſtrabat circatricem ex plaga cancri relictam in gula, & luculentam
E eleemoſynam obtulit Beatæ, cujus contactu ſe dicebat ſanatum: quapropter ab omnibus Presbyteris & populo inſtituta fuit devota proceſſio, ſub qua miraculum iſtud publicavit adm. R.P.Mag. Ludovicus de Caſſia Ordinis S.Franciſci.

Alii plures juvantur an. 1524, 27 Anno MDXXIV Joannes-Angelus Leonardi de Ocone, pridem correptus à dæmone, & die XXVI Aprilis adductus ad viſitandum corpus Beatæ, intra triduum fuit ab illis dimiſſus: unde quantum habuit donavit loco iſti, ſeque inſuper in ſervum addixit monaſterio, in cujus etiam famulatu uſque ad mortem perſeveravit. Menſe eodem, Bernardinus Dominici de S. Joanne, qui à ſeptem ſpiritibus immundis per annos decem, menſes ſeptem obſeſſus fuerat, & eorum quinque eatenus occultos geſſerat, tunc vero ab eiſdem ſeſe prodentibus gravius vexabatur; fuit ad corpus B.Ritæ præſentatus, & poſt orationem fuſam liberatus.

1525, 28 Anno MDXXV, die X Maji, ad monaſterium venit Joannes Franciſcus Nardi de S. Bonito, cujus triennem filiolum Oſarum tam atrox catarrhus occuparat, ut triduo toto ſine cibo maneret, clauſis oculis inſtar mortui. Ideo conſilii inops pater, voto B. Ritæ facto venerat viſitare ſepulcrum; factaque per ſe
F perque Reverendas Matres oratione, accepit à Rev. Matre Abbatiſſa, partem ex tunica ipſius Beatæ: cum qua domum regreſſus, filiumque eodem in ſtatu reperiens, ſuper faciem oculoſque ejus dictam tunicæ particulam duxit; quibus mox apertis reſtitutus ſenſui puer eſt, ſanuſque apparuit. Rediit ergo mox ad ſacrum corpus jam lætus pater, eleemoſynamque Matribus reverendis obtulit, cum multa gratiarum actione pro tam efficacium precum ſuffragio.

& 1527 *ad mortem læſus,* 29 Anno MDXXVII Bernardinus, alias Fatatus Nicolai de Caſſia, ſilvam quamdam in Aprutio tranſiens, à latronibus invaſus, ſpoliatus, multiſque vulneribus inflictis pro mortuo eſt derelictus: cui ſic humi ſtrato B. Rita apparuit, ipſeque eidem ſe commendans, ſurrexit in pedes; atque ut melius potuit ad proximum proreptans oppidum, denuo velut exanimis corruit. Cadentem viderunt aliqui, & accurrentes acceptum inter brachia detulerunt ad conventum Fratrum: ubi curatus ſanatuſque redivit Caſſiam; votoque ſuo facturus ſatis, ad monaſterium detulit caſum ſuum ſupra telam depictum, quæ ibi hodieque viſitur in memoriam miraculi.

30 Anno MDXXXIX die, I Maji, Scholaſtica Jacobi de Agriano Nurſina obtulit veſtem viridem, ex voto

A voto facto B.Ritæ, quia filium à medicis depoſitum ea invocata in vivis ſervaverat. Eodem die, Antonia Joannis-Silveſtri de Rocca-Porena, annorum novem puella, tranſiens pontem Corno fluvio inſtratum, improviſo lapſa eſt in profundum, adeo ut per ſpatium dimidii milliaris ſub aquis torrentibus provoluta nuſquam conſpiceretur. Qui autem ad caſum accurrerant & fluminis curſum inſecuti fuerant, invenerunt illam ſedentem in ripa, plane ſiccam atque illæſam, quia cadens B. Ritæ ſe commendaverat. Venuccius Sanctis de Foliano, inutile prorſus brachium gerens, B. Ritæ voverat ceream figuram brachii. Curatuſque divinitus, cum Dominica proxima conſtituiſſet ſuo ſe voto exolvere mane, mutato repente propoſito Nurciam abiit ad ſua quædam negotia. Eunti autem ſupervenit per viam in uno pedum dolor tantus, ut progredi poſſe deſperaret. Recordatus ergo dilati voti, ipſum denuo confirmavit; addens etiam cerei pedis oblationem, ſi hac quoque vice juvaretur: quod & contigit: itaque immediate poſt cum gèmino anathemate acceſſit ad beatum corpus. Denique die VII Decembris Luceſſa Joannis-Petri de S. Georgio, uxor Joannis Marini de Colcorioſo, B longo tempore dæmoniaca, cum pro ea oraturus populus multus ad B. Ritam conveniſſet; ſubito liberata fuit ab immundis ſpiritibus, palam quiritantibus cogi ſe ad diſceſſum à B. Rita. Verum reverſa domum, iterum vexari cœpit; rurſumque adducta & liberata eſt; confeſſaque ſe vidiſſe B. Ritam, imperantem dæmoniis ut egrederentur, reluctanteſque eximentem ſuis manibus, dicentemque bono ut eſſet animo, veniſſe ſe ad eam juvandum.

1539 liberatur à ſubmerſione puella,

brachio ac pede dolens curatur,

& liberatur energumena,

1541 energumena alia,

31 Anno MDXLI D. Caſſandra de Aquila, filios tres habens, pro eorum minore ad mortem infirmo votum fecerat, quod eum ductura eſſet ad B. Ritam, ſi Deus ſanitatem concederet; nec fruſtra. Sed cum negligeret votum factum implere. Rurſus infirmatus puer obierat, & ipſa correpta à dæmone fuerat, fingente ſe ſpiritum eſſe filii defuncti. Quare cum multis annis afflicta vixiſſet, audiviſſetque malignum clare edicentem, non diſceſſurum ſe ab ea niſi adduceretur ad B. Ritam; duobus ſuperſtitibus filiis indicavit votum cujus cauſa torquebatur. Aquila ergo adducentes matrem magna cum moleſtia ſua, tanto ſemper majori quanto magis propinquabant Caſſiæ, partim ſublatam in humeros partim violenter raptatam, tandem introduxerunt ubi corpus ſanctum erat: cumque & ab ipſis & à populo ferventes preces eſſent ad Beatam effuſæ, Caſſandra filiis inter brachia ruit veluti mortua, dum interim videbatur guttur ejus inflari, auditus eſt ſpiritus tamquam ſi filii fuiſſet clamare, Miraculum! miraculum! Hæc ſunt ſigna quæ me daturum promiſeram quando à corpore matris meæ diſcederem. Egreſſo autem ſpiritu rediit ad ſe Caſſandra, filioſque rogavit ubinam eſſet: reſpondentibus autem illis quod apud B. Ritam; ſurrexit in pedes, acceſſit ad capſam, actiſque Deo & Beatæ gratiis Aquilam cum filiis ſana revertit.

Aquila à filiis adducta,

C

1548 ſervantur moribunda duæ,

32 Anno MDXLVIII die VIII Junii, Brigidæ uxori Mag. Marſilii Nurcini, graviter infirmæ & depoſitæ à medicis, aſſiſtebat Hieronymus quidam Amicus, Nucerinus; cumque dormiret viſus eſt ſibi audire vocem, jubentem ut ægra B. Ritæ devoveretur: mane autem facto ſomnium ſuum narravit domeſticis: qui riſu ut ſomnium excepere. Verum ſequenti nocte iterum eamdem vocem audiens, excitata familia tota, cum ceteris concepit votum; & illa ſubito ad ſe reverſa convaluit, ac loqui incipiens promiſit coronam argenteam, quam paulo poſt uti promiſerat obtulit. Mulier quædam ex longinqua regione, Caſſiæ diu contracta jacuerat, jamque erat omnibus deſtituta ſenſibus, quapropter funebribus involuta, delata in feretro eſt ad eccleſiam B. Ritæ ipſique fideliter commendata: ſtatimque liberata per ſe pedes ad domum ſuam regreſſa eſt, multo cum comitatu acclamantium Miraculum, miraculum. Sic redeunti occurrit mulier quædam alia, cui filia erat, ab inveterato ſuper unum oculorum pano jam plane cocles. Ut ergo illam vidit, quam à multis retro annis lecto affixam noverat, magno cum fervore ſpiritus ipſo in loco ſe conjecit in genua, & filiam ſuam ſi viſus oculo obducto redderetur obtulit monaſterio B. Ritæ, modo ipſius maritique conſenſus accederet. Illi vero abierant Nurciam, quærendi remedii cauſa: ſed ut intellexerunt quod actum erat, votum matris confirmarunt filia ac pater ejus: & dimiſſis omnibus medicamentis intra breve tempus diſſolutus eſt panus, & utroque jam oculo recte videns puella, ingreſſa eſt monaſterium; ubi haud diu poſt electa Abbatiſſa, munus id magna cum omnium ſatisfactione tenuit triginta quinque continuis annis. Potentia Antonii de Monte-Leonis, pridem obſeſſa à dæmone, deducta ad corpus B. Ritæ, ibidem liberata eſt poſt orationem à ſe & Sanctimonialibus factam, quemadmodum ante obitum ſuum teſtata fuit.

EX ITAL. CABALUCI.

puella cocles illuminatur,

liberatur obſeſſa.

E

1603 mundatur alia.

33 Denique D. Antonia de Leoneſſa, anno MDCIII ſimiliter à malignis ſpiritibus invaſa, diuque ac dire vexata, votoquoq; S. Ritæ facto liberata, venit ad viſitandam ejus eccleſiam cum argenteo anathemate, & ſcutum inſuper unum eleemoſynæ nomine relinquens, exinde quotannis eamdem eleemoſynam iterare uſque modo non ceſſat. Adeo ut ex omnibus hactenus deductis concludere poſſimus, hanc Beatam Deo perquam acceptam fuiſſe, qui eam in morte & poſt mortem tot miraculis decoravit.

Panes in honorẽ Beatæ diſtributi,

34 Non omiſerim porro indicare, quod Reverendæ iſtæ Matres multis abhinc annis uſu receperint, conficere in ſuo monaſterio menſe Majo parvos panes, ea copia quæ duobus aſinis onerandis ſufficeret; & hos ipſo Beatæ feſto pro Dei amore & in honorem Beatæ diſtribuere. Hi longo ſatis ſervantur tempore, abſque mucore vel macula: & experientia docuit, quod à febricitantibus deguſtati aut aliter infirmis beneficium frequenter conferant ſanitatis optatæ. Illud etiam mirabilius uſu venit, quod in tempeſtatibus, vel nimiis imbribus, aut importuna grandine, expoſiti aëri panes prædicti, poſt recitatum ſuper iis Pater & Ave, ceſſare faciunt procellas ac ventos, quo pacto navicularii plurimi & mercatores à naufragio aliiſque periculis erutos ſe fatentur. Dicam præterea, quod eædem Reverendæ Matres, alentes lampadem ſupra capſam ardentem ad partem interiorem, ſæpius de illius oléo largiantur petentibus ad male affecta corpora eo inungenda: quod multis feliciſſime ceſſit, ac nominatim D. Coluccíæ Joannis-Andreæ Nurcini: quæ cum haberet filiolum nomine Venturam, pedibus & cruribus, manibus ac brachiis impeditum; eumque dicto oleo unxiſſet, anno MDCII brevi de lecto ſurgentem vidit, quem quocumque graditur circumducens, teſtatur omnibus, magna cum fide devotione & lætitia, eum eſſe puerum, quem B. Rita erexit in pedes, & ambulare fecit antea immobilem.

febres & tempeſtates coercent,

F

eodem ſervit oleum lampadis.

35 Hæc ſunt B. Ritæ miracula, alia qui volet pro ſua devotione videre, inſpiciat Notarialia inſtrumenta quæ in prædicto monaſterio aſſervantur; & conſideret picturas, ſupra lignum vel telam expreſſas, quæ circum ipſius corpus pendent in teſtimonium.

APPENDIX

Ex Relatione Italica Romæ impressa & aliis.

Quæ de prædictis habentur scripturæ & instrumenta,

36 *Postquam auctor Relationis, Cassianensium Matrum nomine & sumptibus in Apostolica Camera typographia impressa, ut diximus, primam de vita ac virtutibus* Ritæ *partem absolvit; secundam de miraculis ordiritur hoc modo:* Quæcumque superius enarravimus publica voce famaque noscuntur, à majoribus transmissa ad posteros, per traditionem longi temporis numquam interrupti: inveniuntur præterea scripturæ quædam antiquæ, per quas eadem confirmantur: præ ceteris autem consideratione digna est tela, ab ipso felicis transitus anno picta, præcipua quædam puncta exprimens. *Hanc telam operæ pretium foret etiam æri insculptam videre; sed magis ad rem nostram facerent ipsæ antiquæ scripturæ, pro quibus, nec non Notarialibus circa miracula prænarrata instrumentis Cassia obtinendis, nobis quidem solicitudo non defuit; sed, quod mirandum,* B *bona voluntas ei, qui pro veteri notitia multa pollicitus nihil postea effectum dedit: quod ei Deus & Beata ignoscat, publica Ordinis commoda, recenti cuidam nec justa offensiuncula postponenti. Erit forsitan post hæc alius ex eodem Ordine, qui sui Confratris culpam purget, in ordine ad Supplementum Maji. Ad Relationem Romanam redeo, quæ cœpta orationis filum sic prosequitur.*

desiderantur pro supplemento.

Agente D. Constantia Barberina,

37 De prædictis vero admodum bene informata D. Constantia Barberina, tum quia ipsius Beatæ vitam olim legerat, tum quia denuo cuncta didicerat ex Domino Fausto Poli, Canonico S. Petri, & Magistro domus S.D.N. Urbani VIII; cupiens propriæ devotioni facere satis, pro legitima Beatificatione Ritæ Beatitudinem suam rogavit. Quamvis enim temporibus anteactis fuerit à circumjectis populis honorata ut Sancta, appensis ad sepulcrum magno numero anathematis lampadibusque, & devotione integrarum Communitatum, processionaliter venientium ad venerandum ejus incorruptum corpus; nihil tamen adhuc super eo cultu fuerat ab Apostolica Sede decretum. Dominâ ergo Constantiâ intercessionem suam efficaciter interponente apud summum Pontificem cognatum suum; Sanctitas sua, memor quod corpus prædictum Cassiæ visitasset, dum esset Spoleti Episcopus; commisit Illustrissimis Dominis C Cardinalibus sacræ Congregationis Rituum, ut ad legalem informationem desuper sumendam in forma consueta procederent. Cum ergo Dominationes suæ illustrissimæ Commissoriales expedivissent, extrema cum diligentia ac fidelitate fabricatus est Processus, per quem non solum confirmata sunt omnia superius scripta; sed etiam digestæ sunt multæ gratiæ atque miracula, quorum aliqua hic breviter subjungere placet.

& Vrbano 8 annuente formatur processus,

in quo probatur corporis incorruptio aliaque miracula,

38 Non fuerit autem inconveniens ante omnia considerare corrupti post annos centum octoginta & unum corporis miraculosam conservationem; in quo non solum nihil vel extremarũ partium deficiat hactenus, sed nec ipse quidem vividus color, ita ut dormienti quam mortuæ similior videatur. Huc accedit suavis ac delicatus odor, nullo humano artificio comparatus, qui continuo ex illius Reliquiis spirat, præsertim in occasionibus alicujus miraculi faciendi. Manet præterea etiamnum domus ejus in Rocca-Porena, in cujus tecto grandis patet apertura, per quam communis popularium traditio habet descendere solitum Angelum ad visitandam Beatam. Istud certum est, nullâ unquam operâ claudi ab hominibus potuisse: quidquid enim cooperuisset illorum industria, mox iterum discoopertum apparuit. *Ceterum constat quod incorporeus Angelus non eguerit istiusmodi porta; quapropter Simplicianus à S. Martino veriorem causam consecutus videtur, cum ait; ipsam sibi foramen istud aperuisse, ut cælum posset indesinenter contemplari, portis domus & fenestris clausis. Sed ejusmodi imbecillitas, popularibus traditionibus familiaris, ipsi miraculo nihil detrahit. Addit idem Simplicianus, eadem in domuncula repertas vestes Beatæ, inde Cassiam translatæ, hodiedum servari integerrimas; & cum ad parturientes deferuntur, facile puerperium ipsis præstare. Hoc dum Itali tacent, in ipsius solius fide positum sit, donec certius confirmetur. Istis autem præmissis, transit Relatio de qua supra, ad singularia aliquot collatarum miraculosè sanitatum beneficia; unde nonnulla hic placet repræsentare.* D

& varia supra naturam curationes.

39 Alexander Alexandrini de Matrice, cruce de parte in partem transfixus, superveniente spasmo properabat ad mortem. Sed cum unctus esset oleo lampadis ante sepulcrum Beatæ ardentis, seque eidem devote commendasset, mox cessarunt convulsiones ac deinde perfecte sanatus fuit, nullo vulneris vestigio remanente. Ristonus Sarcius, indidem oriundus, laterum dolore atrocissimo pressus, & finem vitæ sibi adesse existimans, uxoris consilio vovit visitare E corpus Beatæ, & è vestigio liberatus fuit. Granitia, filia Pacis-Antonii Vanatelli, de Atri Cassiensis territorii oppido, dextero in latere apostema ferebat, quod acerbissimos ei pariebat cruciatus, quibus nullum remedium spondebat chirurgus citra incisionem. Hanc exhorrescens mulier sumpsit oleum de lampade Beatæ, eoque inungens latus dolorem dis- *ex Relatione Romana.* pulit, nullas sui reliquias dimittente in parte affecta. Joannes Andreas, filius Fabiani Fortunati, ætatis annorum quatuor circiter, prope locum consistens corruit; tantoque cum impetu impegit frontem in ollam aquæ bullientis, ut olla diffracta & ipse tota facie adustus manserit, neque loqui aut videre quidquam posset. Hunc mater Beatæ commendavit, & puer cito loqui incipiens etiam oculos aperuit, nullaque in parte offensus apparuit. Bernardinus Tiberii manum propriam tam infeliciter impegit oculo, ut pupilla disrupta fuerit, & crystallinus humor guttatim exciderit. Timebant autem medici non solum ei qui crepuerat oculo, sed etiam alteri ne visu privaretur: ipse tamen adductus ad corpus Beatæ perfecte curatus ibi est. *Præmittuntur admiscenturque his alia quadam, jam supra ex Cavallucio relata, neque hic repetenda.* F

Accedunt ex Curtio & Simpliciano alia.

40 *His aliisque Curtius interserit, quod* Cecca, Joannis de chiodo filia, ab ortu muta, ad tumulum sacrum sistitur, & B. Ritæ animitus commendata, solutis statim linguæ impedimentis, insonat Ave Maria. *Hæc ille, cui ex Simpliciano addas, quod sibi à fide dignis relatum asseverat;* corripuisse aliquando incendium capellam, in qua beatum corpus arcæ suæ inclusum jacet; consumptisque aliis ornamentis omnibus, arcam tamen attingere non potuisse, eamque sic miraculose servatam fuisse, ad communem omnium admirationem. *Porro Curtius suam concludens Epitomen.* Qui volet, *inquit*, omnia cognoscere (sed quis poterit?) accipiat in manum, plenum de B. Rita nuper editum Commentarium. *Quærenti quis commentarius iste, nemo eorum apud quos Curtius vixit, scripsit, & obiit, respondere potuit; neque ex Italia plus lucis allatum, aut indicatum aliquid, præter ea quæ inde habemus compendia, sumpta ex opere Cavallucii: quod si Codex Processus continens intelligitur, non bene* editus *dici potest, qui hactenus in tenebris archiviorum delitescit, & nec rogantibus quidem proprioque impendio descriptum volentibus communicatur. Sed ad Relationem Romanam revertor.* *desideratur etiam processus prædictus.*

41 *Concluditur hæc cum explicatione festorum Cassiæ cele-*

A *celebratorum die* XXII *Maji* MDCXXVIII *occaſione novæ Beatificationis, tamquam eo congruentior propoſito, quod popularis devotio tunc fuerit novis miraculis inflammata magis.* Cum ergo appropinquaret anniverſaria dies felicis in cælum tranſitus, apparatu quam potuerat ſplendidiſſimo decretum eſt eam agere. Itaque præter feſtivum ſonitum campanarum diebus aliquot antea reboantem, excitati ſunt tam Caſciæ quam in vicinis locis non paucis triumphales ignes; magnuſque numerus Religioſorum, præſertim Auguſtiniani Ordinis, invitatus eſt ad honeſtandam Proceſſionem, in qua circumferendum erat vexillum Beatæ: cui etiam intervenire voluerunt caſtellorum atque oppidorum vicinorum Curati ſinguli, cum grandi ex candida cera face, & bona copia monetæ argenteæ in eleemoſynam: tantus autem erat extraneorum concurſus ut fuerint cenſita ad quindecim millia. Hi proceſſionem comitati longo ordine ſunt, quidam etiam pœnitentialibus ſaccis induti, prægrediente ſerie trecentarum ardentium facularum: & ut omnis ætas ac ſexus partem ſuam in pompa haberet, pueri puellæque multæ partitim comparuerunt, in habitu idoneo ad varios Sanctos Sanctaſque repræſentandas. Mane ſolennis Miſſa, Veſperæ poſt meridiem cantatæ fuerunt, præſente tum Gubernatore tum Magiſtratu loci: ut autem populus non dimitteretur abſque voluptate idonea, medio foro erecta ſtabat ſcena, in quam inductus fuit David pœnitens, cum apparatu regiis perſonis digno, ſatisfactione publica, & actorum laude non ordinaria.

Anno 1628 Beatificatio Caſſiæ celebratur

maximo concurſu & apparatu;

B

42 Eccleſia Beatæ intus ac foris pulcherrime adornata erat, non ſolum panno ſerico abundanter ipſam veſtiente; ſed etiam novemdecim grandioribus tabulis, honeſte pictis, repræſentantibus actus & miracula Beatæ. Nihil autē æque ad hujus laudem fecit, quam quod ipſo feſti die fuerit à dæmonio liberata nobilis quædam matrona Spoletana, quæ multis annis extiterat obſeſſa. Corpus vero ſanctum ſpectaculo & admirationi omnibus fuit, non ſolum propter conſuetas miraculoſæ integritatis & fragrantiæ ſuaviſſimæ prærogativas, verum etiam quia cum antea ſemper oculos habuiſſet clauſos, iſto die à quam plurimis viſi hi ſint aperti, & quaſi viveret refulgentes: qua de re ut conſtet certius, ſumitur in præſentiarum diligens informatio conficiturque Proceſſus. Eodem anno (*ut ſcribit Victorellus in Additionibus ad Ciacconium in Nicolao V, ſub quo Rita obiit*) Antonius Barberinus, excelſi animi adoleſcens, ante

C paucos menſes ab Urbano VIII patruo ſuo Purpura honeſtatus, & Sanctimonialium B. Ritæ Protector, XVIII Kal. Auguſti in D. Auguſtini æde, juſſu impenſaque ſua ſplendido ac divite ornamento decorata, ſanctam Viduam inſigni veneratione honoravit, ſummo Pontifice non invito. Interfuit Purpuratorum Patrum Senatus ſolenni Sacro, admiranda femina inſigni panegyrico celebrata, populus qui frequentiſſimus advolavit à Pontifice maximo ſpiritalibus donis cumulatus. Antonium Cardinalem ſolennitati præfuiſſe dixeris. *Hinc eſt quod præmemoratam Relationem eidem nuncupatam voluerint Abbatiſſa & Sanctimoniales, quarum nomine eſt edita.*

ipſoque die liberatur energumena Spoletana,

& cadaver Beatæ oculos aperit.

Romæ inſtauratur feſtum 16 Iulii.

43 *Quod Proceſſum attinet ultimis verbis indicatum, is nobis neceſſarius non eſt, cum penes me ſit inſtrumentum, propriis manibus teſtium inſignium decem ſubſcriptum, & à publico Notario ſubſignatum, atque Reipublicæ Caſſianæ ſigillo juſſu Conſulum à Dominico de Lancillottis Cancellario munitum, anno* MDCLXXXII *die ultima Maji, de prædictis fidem faciens hunc in modum.* In nomine Dei. Amen. Die Sabbathi ad XVI Maji MDCLXXXII, in eccleſia antiquitus dicta S. Mariæ Magdalenæ, hodie vero appellata B. Ritæ, Nos infraſcripti Caſciani diœceſis Spoletinæ, medio noſtro juramento tactis ſacris Scripturis, ad delationem mei infraſcripti Notarii & Cancellarii foranei Epiſcopalis terræ Caſſiæ, plenam & indubitatam facimus fidem, quomodo in præſentiarum reperiatur corpus B. Ritæ integrum, incorruptum, cum carne candida abſque ulla vitii cujuſquam macula, oculis apertis ac ſpecialiter ſiniſtro magis quam dextero, ſuperciliis firmis, ore aliquantum aperto, ſic ut commodiſſime diſtingui poſſint dentes, candidi, etiam ipſi; ſicut etiam manus candidæ ſunt & carnoſæ, non exſuccæ, cum unguibus pariter candidis tamquam perſonæ viventis.

Publico inſtrumento anni 1682

Ex variis certificatur præſens incorruptio corporis,

44 Similiter obſervatæ ſunt veſtes ac velamenta capitis, eædem & eadem ipſa quæ vivens geſtavit, & cum quibus corpus mortuæ compoſitum intra capſam fuit, eamdem in qua modo reperitur (ſicut ex traditione perpetua Sanctimonialium monaſterii habetur) integra & incorrupta, nihilque à tineis vel tempore paſſa, ac talia omnino in præſentiarum ac ſi perſona nunc vivens ipſis indueretur. Inſuper teſtamur in veritate ut ſupra, olfeciſſe nos ſæpius cujuſdam odoris admirandi fragrantiam, eoque cæleſtem nobis viſam, quod neque dici poſſit cujuſmodi ſit, neque arti ulli humanæ adſcribi; cum ſacrum iſtud corpus nec balſamo nec aromatis conditum fuerit aut apertum, ſed impoſitum capſæ cum ſuis omnibus inteſtinis, non diviſis aut ſeparatis; odor autem iſte ſic aliquando propagatus eſt, ut etiam extra eccleſiam potuerit percipi. Denique ut ſupra atteſtamur, obſervaſſe nos, quod beatum corpus, ſublevatum à loco in quo ordinarie ſitum eſt, ſuſtulerit ſeſe uſque ad crates, aream in qua jacet operientes; idque contingere occaſione feſti, & quando miraculum aliquod patratur: quemadmodum contigit anno MDCXXVIII cum prima vice celebraretur ejus Beatificatio; qua de re habetur fides authentica conſcripta anno MDCLX, XIII Junii, per inſtrumentum Ser. Joſephi Bennati Notarii &c. *Subſcribunt autem ſua quiſque manu*, Carolus Judici Vicarius generalis, Raphael Cittadonius Archipresbyter, Dionyſius Pamphili Vicarius Foraneus, Hortenſius Martini & Antonius Ferfarelli Canonici, Cherubinus Bernardi de Caſcia Capitaneus cohortis loricatorum, ibidem ad cuſtodiam poſitorum; Joannes Angelus Gratiani, Capitaneus civilis; ac denique Alexius Martini de Caſcia, *ipſum inſtrumentum tamquam Notarius ſignans.*

& veſtium.

& elevatio Beatæ intra aream.

eiſdem atteſtatur Hiſtoriographus Ordinis,

F

45 *Atque hæc ad omnimodam præmiſſorum certitudinem ſufficere poſſent; placet tamen pro concluſione adjungere epiſtolam adm. R. P. Aloyſii Torelli, Auguſtinianæ Religionis Hiſtoriographi generalis, Bononiæ apud S. Iacobum in pervigilio S. Nicolai Tolentinatis die* IX *Septembris* MDCLXXXI *ad me datam hoc tenore.* Ex litteris Paternitatis veſtræ percepi deſiderium quo æſtuat, ſciendi quinam cultus corpori B. Ritæ à populis exhibeatur, & quæ miracula poſt Beatificationem ob ejuſdem merita piiſſimus Deus fuerit operatus; & ſi quæ alia recentiora mirabilia ad hæc uſque tempora fuerint ſubſecuta. Ut igitur ſanctæ cupiditati veſtræ, ut par eſt, integre ſatisfaciam, cultum quod attinet, dico, ſemper indies creſcere. Undique enim ex omnibus Umbriæ partibus, ac etiam ex finitimis regionibus quamplurimi populi circa illius feſtum Caſſiam turmatim confluunt, ſua vota impleturi, vel nova pro ſuis neceſſitatibus emiſſuri: nec deſunt qui per totum anni circulum devotionis ergo illuc fere quotidie properent.

fuavis fragrantia,

E

explicans celebritatem cultus,

46 Quantum vero ſpectat ad recentiora mirabilia, quæ adhuc P. V. ſi quæ contigerint, ſcire cupit; reſpondeo multa quidem contigiſſe, quæ brevis hæc pagina capere non valet; ex quibus duo tantum, ſed ceteris inſigniora, dabo; quorum alterum hoc eſt. Dum Caſſiæ poſt Beatificationem Ritę noſtræ in eccleſia Monialium, ubi ejus venerabile

cauſam apertorum in beatificationis feſto oculorum,

corpus

EX VARIIS. corpus requieſcit, ſolennis feſtivitas celebraretur; caſus, malo dæmone operante, repente accidit, qui ſolennitatem illam magnam valde interturbavit. Lis enim inter Clericos & Religioſos noſtros adeo atrox repente exorta eſt, ut populus univerſus, qui ibi multus erat, extemplo hinc & inde diviſus, partim pro Clericis partim pro Fratribus, jam jam dimicaturus viſeretur. Cum ecce corpus B. Ritæ, quod publicæ veneration expoſitum fuerat, oculos illico aperuit; illorumque pupillæ adeo integræ atque pulchræ apparuerunt, ut momento furor tumultuantis populi mirabiliter deferbuerit; cunctique flexo poplite miſericordiam inclamantes, veniam humiliter pro tanto ſacrilegio à Deo imploraverint.

cauſam apertorum in beatificationis feſto oculorum,

47 Alterum vero miraculum quod ſuperius narrare ſpopondi; perpetuum dici poteſt. Etenim quotieſcumque qui aliquam juriſdictionem in monaſterium illud habent (quemadmodum Epiſcopus Spoletanus, ſub cujus Diœceſi eſt, Pater Provincialis noſter Umbriæ, Prior localis Caſſiæ, ac etiam aliquando Monialium Confeſſarius) cupiunt ex devotione, vel ex alia rationabili cauſa beatum illud Corpus viſitare; ſtatim ac area lignea, in cujus fundo prædictum corpus jacet, aperitur; illico, ut extenſum manet, ad arcæ ſummitatem aſcendit, ut facilius & commodius inſpici poſſit. De hoc porro miraculo (quod non ſemel vidit modernus Spoletanus Epiſcopus) teſtem habeo R. P. M. F. Nicolaum Simonettum, Caſſiani monaſterii doctum alumnum, qui cum anno MDCLXXIII ad Capitulum Generale, Romæ eo anno celebrandum, ſuæ Provinciæ Definitor ſe transferre deberet, cuperetque in eo Capitulo in Provincialem ſuæ Provinciæ eligi; ante diſceſſum Miſſam celebrare voluit in eccleſia B. Ritæ: qua perſoluta, ad prædictam aream accedens, interceſſionem Beatæ multis precibus pro dicto Provincialatu conſequendo imploravit: proteſtatus tamen eſt, dignitatem illam ea tantum lege expetere, ut in Dei gloriam, animæque ſalutem, atque Provinciæ beneficium cederet. Romam igitur abiit, ubi abſque ulla arte, & fere nec ullo verbulo uſus, Provincialis evaſit. Reverſus Caſſiam, ſtatim altera die ad monaſterium antedictum perrexit, Miſſam celebraturus; gratiaſque itidem Deo primum, ac deinde B. Ritæ pro tanto beneficio relaturus. Poſt Miſſam ad arcam pergit, Abbatiſſam cum Monialibus ſuis advocat, arcam aperiri jubet; & mox beatum Corpus ad ſummitatem arcæ de more aſcendere non ſine magna lacrymarum effuſione cernit: gratias quam maximas potuit egit, ejuſque ſancto ac præpotenti patrocinio ſe, monaſterium ſuum Caſſianum, totamque Umbriæ Provinciam, ſibi ejus interceſſione commiſſam, commendavit. Eventum iſtum idem P. M. Nicolaus Simonettus jurejurando teſtatus eſt mihi ſuis litteris eodem anno MDCLXXIII, quod & fecit prædictus Pater Baccalaureus F. Gregorius Offidanus Monialium Confeſſarius.

& occaſiones quibus ſe corpus elevat:

B

prout an. 1673 expertus eſt Provincialis.

D

48 Prætereo hic alia duo miracula perpetua; nimirum Corpus ejus, poſt trecentos annos & amplius, adhuc omnino incorruptum eſſe, &, quod majus eſt, viſu pulcherrimum. Alterum eſt monaſtica veſtis, quam poſt mortem induta fuit, quæ adhuc integra, fortis, & recens eſt, ac ſi modo conſuta fuiſſet. Addo me quoque ejuſdem B. Ritæ ex variis Auctoribus compilaſſe Vitam, meoque ſeptimo Tomo, qui nunc ſub prælo eſt, ſub anno MCCCCLVII, qui fuit ejus vitæ poſtremus, inſeruiſſe: & quamvis in ea componenda quantum potui brevitati ſtuduerim, nihilominus ſeptem integra folia cum dimidio implevit. *Prædictos Annales necdum in Belgio videre licuit: ſpero tamen Lugdunenſium bibliopolarum opera eoſdem aliquando conſequi: interim addo, quod opera prænominati Provincialis anno* MDCLXXV *die* IV *Maji Provinciale Capitulum fuerit Caſcia celebratum, eo ſcilicet fine, ut perpetua illa* B. Ritæ *miracula tot teſtes haberent, quot eſſent conventuri ad comitia Patres: qui deinde ad ſuos quique Conventus regreſſi, notitiam venerationemque ipſius ubique excitarent. Vt autem certior memoria eſſet, curatum à Priore ac Patribus Caſianis fuit, ut Romæ & Bononiæ excuderetur in folio expanſo breviſſimum Compendium Vitæ, inter eos diſtribuendum, una cum imagine, repræſentante Beatã ante altare genuflexam, cui ex Crucifixi corona decerpta ſpina deſcendit in frontem; ſuperne autem advolat cæleſtis genius, capiti ejus coronam ſpineam impoſiturus.*

Acta inſerta Annalibus Ordinis.

E



DIES

DIES VIGESIMA TERTIA MAII.

SANCTI, QVI X KALENDAS IVNII COLVNTVR.

SAnctus Euphebius, Epiſcopus Neapolitanus.
S. Salonas, } Martyres apud
S. Seleucus, } Græcos.
S. Deſiderius Epiſcopus, } Martyres apud Lingones in Gallia.
Sancti alii plurimi, }
Sancti Martyres in Cappadocia & Meſopotamia paſſi.

S. Quintus,
S. Lucius,
S. Julianus,
S. Montana,
S. Januaria,
S. Emelia,
S. Nonna,
S. Almerida,
S. Aſtus,
S. Baſileus,
S. Victorius,
S. Firmus,
S. Montanus,
S. Julianus,
S. Victoricus,
S. Fidelius,
} Martyres in

S. Donatus,
S. Nicia,
S. Fauſtus,
S. Timotheus,
S. Silvanus,
S. Focius,
} Africa.

S. Epictitus ſeu Epitacius,
S. Apton,
S. Baſilas,
S. Apton alter,
} Martyres in Hiſpania

S. Eutychius Abbas, } Nurſiæ & Fulginii in Umbria.
S. Florentius monachus, }
S. Deſiderius Martyr, Epiſcopus Viennenſis in Gallia.
S. Siacrius, Epiſcopus Nicienſis in Alpibus maritimis.
S. Anno, Epiſc. Veronenſis in Italia.
S. Michael, Confeſſor Epiſcopus Synadarum in Phrygia.
S. Guibertus, Fundator Gemblacenſis monaſterii, in Brabantia.
S. Guillelmus Martyr, Roffæ in Anglia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

SAncti Theopomptus Epiſcopus & Syneſius Martyres, Nicomediæ paſſi *dicuntur à Petro de Natalibus lib. 5 cap. 33, & ſequuntur Grevenus, Maurolycus, Caniſius. Conſule quæ diximus inter Prætermiſſos* XXI *Maji. At ſunt alio nomine* Theopompus & Theonas, *de quibus egimus, maxime in Appendice ad diem* III Januarii.

S. Verus ſeu Virus Epiſcopus Viennenſis, ſub finem ſeculi ſexti, *refertur in Martyrologio Gallicano Sauſſaji, quem hoc die obiiſſe aſſerunt Ioannes Boſchius & Ioan. Chenu. De eo agimus infra in Vita S. Deſiderii ſucceſſoris. At cum aliis ejus Acta dedimus* XIII Januarii.

S. Æmilius Dux, Lucæ in Hetruria, *indicatur in adſcriptis Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. De eo egimus* I Februarii.

Alwreda, Soror Irmgardis, Magdeburgi vitæ Sanctitate clara, *laudatur à Dithmaro, & refertur in Menologio Laberii. De ea una & Irmgarde actum inter Prætermiſſos* VII Februarii.

S. Maria Unguentifera, *hodie laudatur in Ms. Synaxario Divionenſi: nos de* S. Maria, Cleophæ *uxore*, Jacobi & Joſeph matre, *egimus ad diem, quo colitur à Latinis,* IX Aprilis.

SS. Supplicius & Servilianus, Martyres Romani, *memorantur in Mss. S. Cyriaci & Pragenſi, item longo encomio apud Caniſium*, ob ſacras Reliquias in Germaniam ad monaſterium Elwangenſe delatas. *Vti dictum in illorum Actis num.* 5, *editis die eorum natali* XX Aprilis.

S. Gaii Papæ Romæ & CCL *memoria celebratur in Ms. Divionenſi. De Sociis nihil alibi legimus, ne quidem ad Vitam* S. Caii Papæ XXII Aprilis.

S. Epipodius Martyr Lugduni *proponitur in Ms. Divionenſi in auctario Bedæ. Vitam dedimus* XXII Aprilis.

S. Eutropius, Epiſcopus & Martyr, *memoratur in Ms. Florario non addita Sede Epiſcopali. Forſan eſt Santonenſis in Gallia, cujus Acta dedimus* XXX Aprilis.

S. Mercurialis Epiſcopus Forolivienſis, *refertur in Martyrologio Romano & aliis, aſt colitur, quando late de eo egimus & plures Mercuriales fingentibus contradiximus* XXX Aprilis.

S. Teutilla, Martyr in Umbria, ſoror S. Cryſpoliti, *profertur in Gynæceo ſacro Arturi. De utroque egimus* XII Maji.

SS. Victi, Quintini, Fauſtini, & Timothei Martyrum *memoria celebratur in antiquo Ms. Caſinenſi. Ex his videntur referendi* SS. Victus & Quintinus, *aliis* Quintus, *ad diem* XXI Maji.
Fauſtinus & Timotheus *ad* XXII Maji.

S. Helena, Virgo Antiſſiodori, *refertur in apographo Martyrologii Hieronymiani Corbeienſi Pariſiis excuſo. De ea egimus* XXII Maji.

S. Romanus, Abbas Confeſſor, *indicatur in Ms. Kalendario Antiſſiodorenſi. Vitam dedimus* XXII Maji.

S. Bobo, Vico-Iriæ ſeu Viqueriæ in Italia, *indicatur à Ferrario in utroque Catalogo. Acta ejus varia dedimus* XXII Maji.

Sanctorum Benigni & Evagrii, *tamquam* Martyrũ in perſecutione Severi Syracuſis *paſſorum, feſtum hac die urbs illa celebrat, nixa auctoritate cujuſdam Lilii, in edito à ſe de perſecutionibus Eccleſiæ libro ita ſcribentis. Nos auctorem & librum qui ſint ignoramus, & compertum habentes Sicularũ Eccleſiarum faſtos ex auctoribus vel apocryphis vel obſcuris auctos pluribus Sanctis hoc ævo fuiſſe, malumus hos (abſq; præjudicio tamẽ) dimittere.*

Juliana mater B. Demetriadis, quam SS. Auguſtinus, Chry-

A Chryſoſtomus & Hieronymus laudarunt, *ut* Sancta *referuntur in Gynæceo ſacro Arturi. Poterit de utraq; ſimul agi, ubi de cultu & die natali certius conſtiterit.*

SS. Benigni & Blaſii Martyrum, Urbani & Hilarii Confeſſorum, & S. Radegundis Reginæ adventus Reliquiarũ *indicatur in Ms. Martyrologio S. Maximini, non addita eccleſia ad quam delatæ. Damus ad Acta* S. Maximini XXIX *Maji catalogum Reliquiarum, quæ aſſervantur in ejus Eccleſia, abſq; mentione horum Sanctorum. Dedimus ad* XXIV *Februarii poſt Vitã S. Mathiæ Apoſtoli etiam Catalogum Reliquiarum, quæ in Eccleſia Trevirenſi illi dicata aſſervantur: habemus & aliarũ ibidẽ Eccleſiarũ Catalogos excuſos de Reliquiis in illis exponi ſolitis abſq; mentione ſed etiam, harum, quod ſufficit indicaſſe. Forſan aut nos alibi reperiemus, aut alii indicabunt ſe inveniſſe hunc nobis ignotum theſaurum.*

S. Eutebius Epiſcopus Confeſſor Neapoli *indicatur in Ms. Patriciano à nobis Neapoli reperto. Fuit ſeculo ſeptimo ibidem Epiſcopus hujus nominis, ſed non habetur* Sanctus. *Sufficeret tamen ad probandum veterẽ cultum dictum perantiquum Martyrologium, niſi hoc die etiam coleretur* S. Euphebius, Epiſcopus Neapolitanus, *à quo nomen* Euſebii *non multum diſcrepat.*

B Gobanus Mairgenſis, de Tegh-Scuithin ſeu domo Scuthini, *indicatur in Ms. Tamlachtenſi. Colganus ad 16 Ianuarii in notis ad 3 librum de Vita S. Furſei (cujus aliquis ſocius dictus eſt Gobbanus) num. 6 ſeptem proponit* Gobbanos, *& ſingulis diem Natalem aſſignat, ſed non meminit hujus diei. Quare ut ipſe non vult ſuam periclitari fidem, definiendo quis eorum fuerit ſocius S. Furſei, ita & nos abſtinemus ab illo, dum lucem majorem nanciſcamur.*

Nechtlagius Epiſcopus,
Crimthanus de Magh-dumha,
Foelchue,
Commanus,
} *indicantur in Ms. Hibernico Tamlachtenſi.*

Sraphanus Cluain-morenſis *refertur in eodẽ Ms. Tamlachtenſi. Aliis dicitur* Stephanus Cluainmorenſis, monaſterii in Lagenia. *Eum hoc die coli indicat etiam Colganus ad 13 Martii in Notis ad Vitam S. Mochoemori num. 17.*

Luceria Virgo *legitur in adjunctis Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum, de qua majorem lucem optamus.*

Calixta, nobilis Romana, *indicatur in Ms. Florario & in Auctario Greveni ad Vſuardum, de qua certiora cuperemus intelligere.*

C Ricuvera, à S. Norberto Fundatore Ordinis Premõſtratenſis ſacro velamine donata, & pauperum Xenodochio præfecta, incendiũ ſigno Crucis repreſſit, & bonis operibus cumulata, an. 1136 obiit, Præmonſtrati in pauperum cœmeterio ſepulta. *Quæ aliaque refert Ioannes le Paige lib. 2 Bibliotheca Præmonſtratenſis pag. 438, & lib. 1 cap. 18, ubi titulo* Beatæ *honoratur, uti etiam à Sauſſajo in Appendice Martyrologii Gallicani, quod dies obitus ignoretur. Illam Arturus du Monſtier in Gynæceo ſacro in hunc diem more ſuo conjecit, & Beatæ titulum etiam contulit. Cujus rei antiquiora teſtimonia opus eſſet proferri.*

Maurinus, *aliis* Maurianus *&* Mauritius, Abbas S. Benigni Divione, *cum titulo* Beati *indicatur à* Ferrario: *at ſolum* piæ memoriæ *nomen habet apud Sauſſajũ in Supplemento. Silent Martyrologi Benedictini.*

S. Euphroſyna Virgo, Wſeſlai Ducis Polocenſis filia, inſcio parente habitum monaſticum ſuſcepit Polociæ. Manſit multo tempore ad eccleſiã Cathedralem S. Sophiæ, ex manuum ſuarum labore, ac præſertim librorum tranſcriptione, egenis neceſſaria tribuendo. Divino dein monitu extra civitatem Salvatoris eccleſiam atque monaſterium extruxit. Exactis ibi pluribus annis religioſe, Hieroſolymitanam peregrinationẽ ſuſcepit. Mortua eſt Hieroſolymis vigeſima tertia Maji, ſepulta in monaſterio Deiparæ, vulgo Ruſſo dicto. Vixit circa annum milleſimum centeſimũ ſeptuageſimũ tertium: *Hæc P. Wiiuk-Kojalowix in Miſcellaneis Lithuanicis, ubi ait ex ritu Græco fuiſſe. Eſt Polocia ſeu Polotska urbs ibidẽ ampla, olim Ducatus nunc Palatinatus caput: ſed non ſatis conſtat iſtic ſeculo* XII *fuiſſe religionem Chriſtianam cum Eccleſia Cathedrali. Hinc nos optaremus de hac Sancta certiora monumenta. Vide interim quæ diximus 25 Septembris ad Ephemerides metricas Græcorum, occaſione antiquioris S. Euphroſynæ.* D

Joannes Calà, Anachoreta in Calabria, *à nobis inter Prætermiſſos relatus 13 Aprilis, quo dicitur obiiſſe anno 1255, & huc dilatus fuerat, dum cauſa prætenſi ab antiquo cultus decideretur in Curia Romana: deciſa autem ea nunc eſt 27 Iunii 1680 à Congregatione Inquiſitionis, coram S. D. N. Innocentio Papa XI, & caſſato Vicarii Caſſanenſis decreto, quo cultus ille velut ſatis certus manu tenendus eſſe pronuntiabatur,* Sanctitas ſua omnem cultum, hactenus qu. aſſerto Joanni Calà exhibitum, penitus tollit & interdicit: oſſa etiam aliaſq; corporis partes ſeu reliquias, quatenus è tumulo fuerunt extracta, in ſepulcro, ubi alia fidelium defunctorum cadavera requieſcunt, recondi & cum illis confundi, numquã inde amovenda ſeu extrahenda; imagines vero, tam pictas quam ſculptas vel impreſſas, ipſum Joannem Calà repræſentantes, prout & veſtes ejus aliaſque reliquias extrinſecas, ab omnibus ac ſingulis eccleſiis, oratoriis, ſacellis & altaribus omnino tolli & amoveri; diademata, radios, laureolas, titulum Beati, omnia quoque ac ſingula ſanctitatis vel beatitudinis ſigna vel indicia undequaque aboleri; libros, codices & folia quæcumque, ſive manuſcripta ſive impreſſa, in quibus de prætenſa ejuſdem ſanctitate, miraculis, vaticiniis, viſionibus, aliiſq; hujuſmodi ſignis tractatur, uti falſa & apocrypha prorſus improbari præcipit &c. *Quæ hic indicanda fuerunt, ut omnibus innoteſcat exitus controverſiæ, & peremptoria definitio, cui parere neceſſe ſit obedientes Eccleſiæ Romanæ filios.* E

Wipertus, propter minorennem ætatem à Pontifice Romano contemptus, ſed immiſſa ei una nocte canitie Epiſcopus Raceburgenſis in Germania creatus, Eccleſiã ſuam, libertatis Eccleſiaſticæ vindex, præclare gubernavit, & apud Eccleſiam ſuam quievit in pace, *uti traditur à Krantzio lib. 9 Metropolis cap. 47, & Ioanne le Paige lib. 2 Bibliotheca Ordinis Præmonſtratenſis pag. 589, addente eum* circa annum 1372 die 23 Maji obiiſſe, *ad quem eum retulit Chryſoſtomus vander Sterre in Natalibus Sanctorum Ordinis Præmonſtratenſis, forſan quod hoc die colatur* S. Guibertus, *aliis* Wibertus Abbas Gemblacenſis. *Ceterum dictus* Wipertus *ab his duobus honoratur titulo* Beati, *à quo abſtinet Krantzius.* F

Fr. Hieronymus Savanarola Ordinis Prædicatorum, *anno 1498 in Vigilia Aſcenſionis extinctus Florentiæ, propter zelum, ut viſum eſt inimicis, immoderatũ reformationis Eccleſiaſticæ, titulo* Beati *à variis ſui Ordinis ſcriptoribus honoratur; & Ioannes de Rehac in opere de ſanctis Canonizatis dicti Ordinis, ultimo loco ejus Vitam Gallice à ſe collectam ponit, appellatq;* Beatum Martyrem. *Idem notat, quod etiam S. Philippus Nerius ejus imaginem ſolitus fuerit, tamquam Sancti radiis caput cinctam, habere in cubiculo, & opem implorare. Equidem ejus famæ cauſaq; nec detractum quidquam nec præjudicatum volo; merito tamen dubito, an Apoſtolica Sedes probatura ſit, id in præſenti opere fieri. De hoc cum me ſecurum reddiderint ſacerrimi iſtius Ordinis Superiores, libenter de Hieronymo ut Beato agam in Supplemento Maji. Interim vel ideo juſtius videor poſſe ab illo abſtinere, quod qui nuperrime de hoc argumento tomos duos edidit & in fronte Vitã, ſcriptam à Ioanne Pico Mirandulæ Concordiæq; Principe, cum variis pro Hieronymo ſuo Apologiis*

A pologiis & publicorũ actorum inſtrumentis, compendioq; Revelationũ ejus, per coævum Hieronymum Benivenium civem Florentinum collecto; atque epiſtolas ejuſdem Spirituales Cardinali Gravinæ dedicavit; Frater, inquam, Iacobus Quetif, ſatis habeat Reverendum Patrem appellaſſe. Erit fortaſsis cum idem Auctor pro tertio tomo edere volet alia, quæ Illuſtriſsimus Antonius Magliabechius aliique eruditi Florentini vellent non fuiſſe omiſſa, videlicet ineditum hactenus Pici Nepotis opuſculum contra Samuelem Caſinenſem in defenſionem Savanarolæ, nec minus quam alia poſt Vitam recuſa recudi dignæ Apologias Georgii Benigni Archiepiſcopi Nazareni, & eruditiſsimi Ioannis Nerii. Nos vero, ſi id probatum fuerit, ex Italico Latinam in linguam transferemus, quæ invenimus Florentiæ in Bibliotheca S. Marci hactenus inedita, Vitam ſcilicet auctore Franciſco Burlamachio, quamvis valde prolixam; & Miracula, per Auguſtinum Campi de Petramola collecta. Sed ut dixi altioris Poteſtatis nutum præſtolamur; maxime cum nullius publici cultus Hieronymo à ſuo Ordini delati indicium, Florentiæ vel alibi, conſpexerimus; & poſt Martyrologium juſſu Reverendiſſ. Magiſtri Generalis editum Romæ anno 1616, in Indiculo

B Beatorum Martyrum ac Confeſſorum ſuorum, prætermittatur; multo proinde potiori jure nos videmur debere expreſſam Apoſtolicæ Sedis ſententiam expectare.

Guillelmus, monachus Claræ-vallis, apparitionibus clarus *laudatur à Cæſario lib.* 8, *cap.* 49 *& lib.* 12 *cap.* 58, *& refertur ad hunc diem in Kalendario Ciſtercienſi Divione excuſo & apud Henriquez, Chalemotum ac Bucelinum. Sauſſajus Piis annumerat. Ab omni titulo abſtinet Cæſarius.*

Angelus, Eremita Valliſumbroſæ, anno 1509 mortuus, *ab Eudoſio Locatello lib.* 2 *Hiſtoriæ Vallumbroſanæ cap.* 5 *cum titulo* Beati Domini *laudatur, non indicato die mortis: qui ad hunc diem cum titulo* Sancti *refertur à Wione, eumque ſecutis Dorganio, Menardo, Bucelino. Non eſt in Catalogo Beatorum nobis à Vallumbroſanis dato.*

Marci Cyriacopoli *è Candia prognati, & Smirnæ occiſi anno* 1643 *die* 23 *Maji generoſa mors, deſcripta eſt ab Iſaaco d'Aultry Societatis Ieſu Conſtantinopoli, & Italice excuſa Panormi anno* 1644, *quod hic indicaſſe ſufficit.*

Nicolaus à Pratis, Ordinis Cæleſtinorum Sacerdos, Angelicæ puritatis & Deiparæ Virginis cultor eximius, *cum titulo* Venerabilis *memoratur à Bucelino & Sauſſajo.*

C Roſtagnus Aquis in Gallia anno 1282,
Joannes Foreſtus in Anglia occiſus anno 1538,
Eliſabetha ab Annuntiatione Luſitana anno 1534,
Quiteria à Cruce Hiſpana anno 1543,
Maria de Jeſu Hiſpana anno 1575,
Ordinis Minorum *memorantur in Martyrol. Franciſc. Arturi & Virgines etiam in ejus Gynæceo.*

Bartholomæus Agricola de Amberg, Germanus Sacerdos Ordinis Minorum, *hoc die in conventu S. Franciſci Neapoli obiit anno* 1621: *ad cujus ſanctitatem probandam ſequenti anno permiſſu Superiorum impreſſi ſunt ibidem Articuli, velut in Ordine ad Proceſſum deſuper formandum, quod ab Apoſtolica Sede fieri permiſſum credimus, ſed quatenus progreſſum in negotio ſit hactenus, ignoramus: nec puto lateret, ſi quid indultum eſſet quo poſſet Beatis annumerari. Itaque articulos iſtos tantiſper ſeponimus.*

Margarita de Gerines, venerabilis ac beata Ordinis S. Dominici, *indicatur in Menologio Lovetii.*

Simeon Stylita junior in monte mirabili *honoratur in Menologio Baſilii Imp. Acta ejus damus* XXIV Maji.

S. Leo Abbas Mentanacenſis in diœceſi Trecenſi *indicatur in Martyrol. Gallic. Sauſſaii, Ejus Acta damus* XXV Maji. D

S. Canionis Epiſcopi paſſio *ponitur in Ms. Kalendario S. Maximini. Ea referetur die* XXV Maji.

S. Joannes Pſychaita Confeſſor, ab Iconomachis plurima paſſus, *indicatur in Menæis Mss. Chifletianis. De eo agimus* XXV Maji.

S. Antidius, Epiſcopus Veſontinus, Marty, *memoratur in Ms. Florario Sanctorum, ab aliis cum Martyrologio Romano* XXV Junii.

Alea ſanctimonialis, in Vita S. Moduennæ Abbatiſſæ ſuæ, laudatur, *& hoc die cum titulo* Sanctæ *refertur in Menologio Bucelini. De ea agendum erit ad dictam* S. Moduennæ *Vitam* V Julii.

Hemelaydes Virgo, *aliis* Hermelendis, Soror SS. Gudilæ & Pharaildis, *proponitur ut* Sancta *in Gynæceo Sacro Arturi. Mentio ejus fit in Notis ad Molani Natales Belgii (qui ejus ſeorſim non meminit) poſt Vitam* S. Amalbergæ *viduæ, quæ earum mater habetur, quãdo poterit ejus vita & cultus examinari die* X Julii, *aut cum Sauſſajo in Martyrologio Gallicano ad Vitam S.* Raynildis, *quæ etiam ſoror cenſetur, die* XVI Julii.

S. Wibertus, monachus Friſlariæ in Haſſia, *indicatur à Greveno in Auctario Vſuardi. Ab aliis vero differtur uſque in diem* XIII Auguſti. B

Tezelinus, pater S. Bernardi, ejuſque in religione filius, *cum titulo* Beati *memoratur ab Henriquez, Chalemoto & Bucelino. Quæ de ipſo dici poſſent, eruenda forent ex Vita S. Bernardi, quando ea indicabuntur* XX Auguſti.

S. Projectitius, Diaconus & Martyr Bergomas, *refertur à Galeſinio & Ferrario in Catalogo generali. Dies natalis eſt* XVIII Auguſti.

S. Victorinus, Epiſcopus Emiternenſis, *indicatur apud Galeſinium, &* Germaniæ *tribuitur. Eſt autem* Amiternenſis *in Aprutio, & colitur* V Septembris.

S. Stephani Epiſcopi Calatini caput & oſſa, à Vincio Epiſcopo exhumata & pulpito recondita, anno MDXII, XXIII Maji, legi in marmore ante altare *teſtatur Vghellus in Calatinis Epiſcopis tomo* 6 *Italiæ ſacræ col.* 568. *Dies ejus natalis incidit in* XXIX Octob.

S. Auſtremonii, Epiſcopi & Martyris, adventus Reliquiarum in Magno-loco, *refertur in Ms. Candiacenſis Prioratus. Eſt* Auſtremonius, Epiſcopus Arvernenſis primus, *non tam martyrio quam confeſſione fidei clarus; & colitur* I Novembris.

Fidelis, eremita Scotus, S. Florentio ſemper adhæſit; & eo ad honorem Epiſcopalem Eccleſiæ Argentinenſis aſſumpto, ipſe quoque Archidiaconatum adminiſtravit. *Ita Ferrarius & Dempſterus in Menologio Scotico & lib.* 6 *Hiſt. Eccl. gentis Scotorum pag.* 285, *citatis tabulis Eccleſiæ Argentinenſis & Vita S. Florentii. Hanc prælo olim paravit Henſchenius in gratiam R. P. Florentii Montmorency, cum aliquas S. Florentii Reliquias Inſulis deponeret in ecclesia Societatis Ieſu. Habemus etiam antiquiſsima Breviaria Eccleſiæ Argentinenſis: ſed nuſquam aliquid de hoc Fideli eremita legimus. Si tamen contingat ab aliquo nos edoceri, poterit de eo agi cum* S. Florentio VII Novembris. F

S. Mennæ Martyris ſolennitas, ſub ritu novem lectionum, *præſcribitur in Ordine divini Officii Eccleſiæ Cathedralis Claromontanæ pro anno* 1656. *Arbitramur intelligi* S. Mennam *inſcriptum Breviario Romano ad diem* XI Novembris.

B. Siardi, Abbatis Horti Mariani in Friſia, adventus Reliquiarum; quas Antuerpiam advectas, in cœnobio S. Michaëlis honoratas, inde ad cœnobium S. Foillani tranſlatas, *ſcribit Chryſoſtomus vander Sterre in Natalibus Sanctorum Ordinis Præmonſtratenſis. Dies natalis* B. Siardi *eſt* XIII Novembris.

DE SANCTO EUPHEBIO

EPISCOPO NEAPOLITANO IN CAMPANIA.

D.P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus cultu, ætate, miraculis: horumque & tranſlationis Actis.

SEC. III.

Cultus Sacer.

TAbulæ *Martyrologii Romani ad hunc diem* XXIII *Maji de hoc Epiſcopo iſta indicant:* Neapoli in Campania S. Euphebii Epiſcopi: *ubi ſic in Notis Baronius.* De eo tabulæ Eccleſiæ Neapolitanæ. Ejus res geſtæ habentur deſcriptæ ex vetuſtis codicibus à Paulo Regio. Migravit ex hac vita anno à Chriſto Domino DCCXIII. Legi & libellum miraculorum ejus. *Hæc ibi. Scripſerunt poſtea magis accurate Caſar Engenii Caracciolus, in ſua Neapoli ſacra Italice pag.* 642, *ubi vulgo* S. Eufrimum *vocari ait: Latine vero Bartholomæus Chioccarellus Neapolitanus, in Catalogo Antiſtitum Eccleſiæ Neapolitanæ; & Antonius Caracciolus, ibidem Clericus Regularis, in libro ſingulari de Sacris Eccleſiæ Neapolitanæ monumentis cap.* 14, *atque Ferdinandus Vghellus, tomo* 6 *Italiæ Sacræ in Epiſcopis Neapolitanis. Hi autem omnes deplorant Acta rerum à* S. Euphebio *geſtarum, quæ arbitrantur conſcripta fuiſſe, temporum injuria ac bellorum cladibus excidiſſe. Addit Chioccarellus maximam ſe adhibuiſſe diligentiam, ſed nihil certi ſe de ejus vita comperiſſe. David Romæus, in libello de Septem Sanctis Cuſtodibus ac Præſidibus urbis Neapolitanæ, Neapoli ſub annum* MDLXXI *excuſo, aliquod ejus elogium habet, ſed quale de omnibus Sanctis, honeſte educatis & ad dignitatem Epiſcopalem promotis, dici poſſe videatur. Illud interim amplificavit Paulus Regius par.* 2 *de Sanctis Neapolitanis pag* 159 *& ſequentibus anno* MDXCIII *excuſa, obitumque aſſignavit, ad annum* DCCXIII, *quod ex eo deſcripſit Baronius. Verum ſupra citati auctores id plane rejiciunt, & Caracciolus, Quo* tempore, *inquit,* Euphebius vixerit, aut Epiſcopus fuerit, ſignate quidem ſciri nequit. Id ſolum novimus, admodum antiquum fuiſſe Neapolis Epiſcopum. Nam Joannes Diaconus octavum numerat Epiſcopum Ephevum. *Apud hunc illud elogium legitur:* Pulcher corpore, pulchrior & mente, plebi Dei ſanctiſſime præfuit, & fideliter miniſtravit. *Septimus Eccleſiæ Neapolitanæ Epiſcopus, cui ſucceſſiſſet* S. Euphebius, *habetur S. Euſtaſius aliquatenus à nobis illuſtratus* XXIX *Martii. Hic dicitur S. Agrippino ſubrogatus circa annũ* CLXXX, *quamdiu autem ſederit non indicatur. At* S. Euphebii *Succeſſores habentur S. Marcianus, qui colitur die* XXX *Octobris; & Zoſimus ſeu Coſmus, qui ſub Conſtantino Magno floruit. His ſic poſitis, referendus videtur* S. Euphebius *ad Seculum Chriſti tertium: at quibus præciſe annis Eccleſiæ Neapolitanæ præfuerit, non poteſt definiri. Alius ab hoc præfuit Eccleſiæ Neapolitanæ* Euſebius *ſeculo ſeptimo, & in antiquo Ms. Patriciano ad hunc diem indicatur memoria* S. Euſebii Epiſcopi & Confeſſoris Neapoli. *Sed potuit utriuſque nomen confundi.*

Tempus Sedis, non ſeculo 8

ſed 3.

Acta non extant:

2 *Quem Baronius aſſerit ſe legiſſe libellum miraculorum ejus, damus nos ex triplici codice Ms; ſcilicet uno ſuperius relati Antonii Caraccioli, ex cujus tomo* 1 *Collectionis Vitarum Sanctorum Confeſſorum Neapoli deſcripſimus, alio Romæ apud Patres Congregationis Oratorii ex tomo Patris Gallonii, ac demum ex Ms. Longobardico Cardinalis San-Severini etiam Romæ, apud Perilluſtrem Dominum à Coſta reperto. Contulimus illa cum excuſis Neapoli anno* MDXXV *inter Officia Sanctorum Protectorum urbis Neapolitanæ, ubi ea ſunt diſtributa in novem Lectiones, ad Matutinum recitari ſolitas cum hac Oratione.* Da nobis quęſumus, Domine Deus noſter, Beati Euphebii Confeſſoris tui atque Pontificis gloriam inceſſabili devotione venerari, ut quem digna mente non poſſumus imitari, humilibus ſaltem frequentemus obſequiis. Per Dominum *&c.* Porro, *inquit Caracciolus,* non ſolum Neapoli, ſed Capuæ etiam & Salerni, Divi Euphebii nomen, atque annui cultus diem Breviaria illarũ Eccleſiarum abunde teſtantur. Libet autem Orationẽ ex Salernitano, à Grimoaldo II Archiepiſcopo anno Salutis MCLXVI conſcripto, hic ſubnectere, quam in ejus feſto recitare conſueverant. Ea eſt hujuſmodi. Deus qui perennem gloriam ſanctiſſimi Euphebii Confeſſoris tui atque Pontificis animæ conſtituiſti; tribue quæſumus ejus apud te ita patrociniis ſublevari, ut cum eo vitam poſſideamus æternam. *Cum autem olim poſt obitum celebris foret Sanctitas* Euphebii, *conſecrata fuit extra mœnia urbis & ejus nomini dicata Eccleſia, ad quam ſacrum ejus corpus tranſlatum eſt, eratque ibidem quando miracula quædam contigerunt: quorum primum ad Saracenorum ſpectat tempora, id eſt ad ſeculum nonum.* Poſtquam *enim uti ſcribit Caracciolus,* Docibilis Dux Cajetanus anno DCCCLXXVII iniit fœdus cum Saracenis, tradiditque eis arcem Gariliani munitiſſimam, quam per quadraginta annos tenuerunt, ex ea crebro populabundi excurrebant per totam Campaniam. *Miraculis ex Cardinalis S. Severini Ms. Longobardico, apud Dominum à Coſta Romæ invento, & alio Vallicellano tranſumptis, collatione facta cum Lectionibus antiquis, ſubjicitur hiſtoria inventi corporis anno* MDLXXXIX, *ex authenticis documentis Latine reddita.*

Cultus Capuæ & Salerni.

MIRACULA DUO

Ex variis Mſs. & antiquis Lectionibus.

1 SCiendum namque eſt, Fratres cariſſimi, quod Sancti Deo placentes, & pro ejus nomine legitime decertantes, *a* gemino æterni Regis munere adornantur, cum legitimi certaminis de cæleſti gazophylacio obtinent bravium, & propter crebra virtutum *b* miracula à Chriſticolis attentius nobilitantur. De quorum collegio hic ſanctiſſimus Chriſti Confeſſor Euphebius poſt multa annorum curricula, ex quo carne mortali exutus ad cæleſtia regna migravit, apud Parthenopenſes, quibus Pontificali dignitate redemitus præfuit, Chriſto ſibi concedente pluribus effulſit miraculis. Quæ quia tam mira ſunt, ut ſubſequens ſermo depingit, nullo modo reticenda cenſemus: ſed ad laudem Imperatoris ipſius, cujus munere conſecutus eſt, ut & in cælo arcem teneat ſanctitatis, & in terris miracula faciat ex virtute, multorum auribus fideli relatione commodum duximus enarrare.

F a

Sancto miraculis clarescente, b

2 Enimvero cum quidam Præsbyter extra Neapolitana mœnia in illius nomine conditam eccleſiam *c* ſedulus frequentaret, & illic quotidie ſacra Miſſarum ſolennia exhiberet; contigit ut Agarenorum impetus improviſe adveniens (quia intrinſecus non poterat) ex extrinſecus vicina quæque vaſtaret. Quod prædictus audiens Presbyter; Nullus inquit,

c *Presbyter Eccleſiam ejus à Saracenis inſeſſam adit;*

me

A me terror ab obſequiò mei Patris ac Domini poterit
d cohibere: *d* interritus adibo,& Miſſarum ſolennia,ſi dignus ſum, ſolito more perficiam. Verumtamen illius virtutis efficaciam hoc volo probare indicio, ſi me ſedulo obſequentem inter iniquorum hoſtium gladios & tela poterit cuſtodire. Et hæc dicens, inſertam baculo ſportulam,Eccleſiaſticis refertam monilibus, collotenus geſtans, intrepidus iter arripuit. *Miſſaque ibi celebrata,* Ad eccleſiam vero veniens,priuſquam ingrederetur, breve diſtichon in hunc modum carmen compoſuit.

Præſul amande, tui ſim tutus numine templi;
En tibi devotus ſolitas paro reddere laudes.

Et hæc dicens, Caſula indutus, Miſſarum ſolennia ſolito conſtantior inchoavit. Necdum prece finita Agarenorum manus illius ſacri templi ædificia undique circumſtat. Verum omnipotens Deus, ob meritum ſanctiſſimi Præſulis Euphebii, tanta eos cæcitate percuſſit,ut per eccleſiæ aditum introſpicerent, & ſacra myſteria celebrantem Presbyterum non viderent. Illis itaque forinſecus vagantibus, Presbyter Miſſarum ſolennia conſummavit.

3 Expletis vero Miſſarum ſolenniis,vocem prædictus Presbyter de cælo audivit, dicentem ſibi: Ne
B formides, ne paveas; conſtanter propriùm arripe baculum, & quoſcumque obvios habueris intrepidus *barbaros partim cedit,* percute. Ego enim eos, te aliquo modo feriente, proſternam. Quo firmatus oraculo, baculum, ut ſibi fuerat juſſum, arripiens, extra eccleſiæ januam audacter exivit; & quos ante fores eccleſiæ reperit, ictu baculi ferientis extinxit. Deinde recto tramite contra civitatis mœnia proficiſcens,quoſcumque hoſ-
c tium obvios habuit, *e* ejuſdem virgæ tactu delevit, ceteri vero videntes corpora ſuorum ſine telorum *partim in fugam vertit,* percuſſionibus ſtrata, terroris nimietate fugati, ad claſſes redeunt; ac mucronibus raptim retinacula truncantes navium, velis remiſque prout poterant marina ſulcantes æquora, ad propria ire moribundi feſtinant. Mira Dei Clementia, mira & incomprehenſibilis, quod totius civitatis populus gladiis & telis armatus, non poſſet præſumere; unius inermis Presbyteri baculus, ipſo adjuvante; alios in terram ſtravit, alios in fugam vertit.

4 Prædictus vero Presbyter ad civitatem rediens, *cum ſtupore populi ſpectatum effuſi.* ſuos concives ad currendum & inuſitata videnda miracula hortans, aiebat:

Currite Chriſticolæ celeres, properate fecuri,
Nullus in urbe metus voce liberante divina.
C Hoc baculo plures jam credite morte peremptos:
Aſt alii furtim fugiendo per æquora currunt.

Cumque populus civitatis de inaudito miraculo titubaret, nec Presbytero talia referenti credulitatis aſſenſum præberet; Ite, inquit Presbyter, & per iter quo redii uſque ad eccleſiam properate; & dum quæ dixi vera probaveritis, non mihi,ſed conditori omnium Chriſto Domino, imo & ſanctiſſimo Confeſſori Euphebio munera perſolvite laudis: cujus munere fretus alios hoſtium extinxi, alios in fugam verti. Cumque incredibilis multitudo per verbum Presbyteri ad hoc ſpectaculum curreret, & plurimorum corpora per viam (ſicut Presbyter dixerat) extincta videret;volucri curſu ad civitatem rediens omnipotenti Domino & S. Euphebio illius dilectiſſimo Confeſſori laudes referebat.

5 Alio quoque tempore quidam Parthenopenſium Presbyter, prædicti Sacerdotis exemplum cupiens imitari, prædicti ſanctiſſimi Euphebii eccle- *Videtur ipſe Sanctus in eadem eccleſia Miſſam celebrare.* ſiam, quam prædiximus,aſſidue frequentabat. Cumque ex more cum ſuo diſcipulo ſolita Miſſarum ſolennia celebraturus pergeret; Curre puer, inquit, eccleſiæ, januam aperi, & ea quæ opus ſunt ad Miſſarum ſolennia feſtinus præpara: ego enim te ſubſequens proficiſcar. Tunc puer præceptis Magiſtri obediens cucurrit, ad eccleſiam venit, clavem de ſinu ex mss. protulit. Sed priuſquam aperiret, per januæ aſpiciens rimas, mirabile dictu, vidit ante ſanctum altare reverendum Sacerdotem, Pontificalibus infulis redimitum, Miſſarum ſolennia celebrantem,juxta quem per totam eccleſiam tantus erat aromatum fumus,ut etiam per feneſtras & cavernas eccleſiæ illius nimietas exhalaret. Tum territus puer, ut invenerat obſeratam januam linguens, retro reverſus magiſtro ſuo obvians. Revertere, inquit. Nam quemdam reverendiſſimum, veſtitum Pontificali dignitate, ante altare ſtantem, & ſacra myſteria celebrantem, per januæ rimas priuſquam aperirem conſpexi. Sed miror unde illi aditus introeundi patuerit, cum janua ſeris & clave apud nos retenta firmata ſit,nec aliunde aditus pateat unde intrare potuerit. Tunc Presbyter,ut rei veritatem cognoſceret, ad eccleſiam cum diſcipulo feſtinus acceſſit; aperienſque eccleſiæ januam, neminem vidit: fumum tantum & odorem aromatum naribus ſenſit & conſpexit oculis. Qua de re obſtupefactus Presbyter, inquit: Nunc cognoſco, beatiſſime Pater Euphebi, quia tu cuſtos, tu rector tui templi exiſtis. Non miror ſi poſt mortalis ſarcinam
E carnis poſitam, tui officii fungeris dignitate: quia multos tui ordinis ſcimus, quibus voluiſſent, poſt mortem carnis apparuiſſe, & ſe in carnis effigie adhuc in hoc ſeculo viventibus exhibuiſſe. Deinceps in tuo obſequio ardentior fiam, credens quia non mediocriter diligis, qui in hoc templo ſancto tuo corporaliter ſerviunt, quod tu ſpiritualiter frequentare non deſinis.

6 Nec multo poſt quidam Clariſſimus vir apud Parthenopenſes, dives & admodum religioſus, hu- *devotus S. Euphebii,* jus ſanctiſſimi Euphebii feſtum continuo venerabatur obſequio; ejuſque patrocinio fidens, quodcumque de ſuis operibus diſponebat, ac ſi in corpore viveret, ejus arbitrio committebat. Cumque hoc diutius moliretur; contigit, ut quidam de longinquis partibus veniens, valde ſibi notus & compater, ab eo auxilium implorans, aiebat: O ſtrenuiſſime vir, noſti me tibi ſpirituali conſanguinitate conjunctum? nihil eſt quod in me poſſis aliquo modo dubitare. Navi fracta, amiſſis mercibus, deſævientis *naufrago mutuatus* naufragio pelagi nudus evaſi. Nunc te precor, ca- *50 ſolidos* riſſime, ut miſericordi viſcere mihi ſubvenias, miſeroque naufrago ſaltem vel quinquaginta commodes ſolidos: quibus in redeundi utilitate propria expenſis, poſſim ad patriam remeare. Et ille, Quem, in- F quit, mihi fidejuſſorem ponis, ſi tibi quos poſtulas præſtavero ſolidos? At naufragus, Deum,inquit,tibi fidejuſſorem pono, quia non à me accipies malum pro bono,ſed ſtatim ut in patriam rediero,aut per me aut per meum nuntium in conſtituto termino recipies ſolidos Prædictus autem Parthenopenſis vir ait: Non licet, frater, nec tibi Deum vadem ponere, nec mihi recipere. Mei Patroni ac Domini Præſulis Euphebii eccleſiam adeamus, ipſum mihi mediatorem conſtitue, ut ſi tu de meis negligenter tractaveris ſolidis, *f* ipſe, quem totius noſtræ domus cuſtodem f & tutorem credo, mihi quæ noſtra ſunt reddat. Et hæc dicens naufragum ad ſanctiſſimi Patris Euphebii *veluti ſub fidejuſſione Sancti* ecclesiam duxit. Tunc is qui ſolidos poſtulabat, ac ſi eum in corpore viventem attenderet, clara voce ait; O ſanctiſſime Euphebi, in tua fide de manu hujus creditoris accipio ſolidos, ea ratione, ut ſi in condicto termino illi quę ſua ſunt non reſtituero;tu, cui apud Deum omnia poſſibilia ſunt,de meis manibus creditum aurum requiras. Tunc creditor verbis naufragi credulus effectus, aurum de ſinu protulit,& petenti naufrago quinquaginta largitus eſt ſolidos. Quibus acceptis, & in mercibus ſibi utilibus expenſis, ad propria remeavit: ſed tranſacto termino,ami-

EX MSS. citiæ creditoris oblitus, ſolidos dirigere diſtulit.

7 Cumque diu poſt condictum terminum ipſe creditor expectaret, & nullo modo eos redire conſpiceret; uxor illius feminea indignatione virum deridebat, dicens: Vade, & parietibus templi Dei fidejuſſoris præſtitos quære ſolidos, nam aurum, quod tu fraudulento naufrago commiſiſti, non accipies in æternum. Tunc vir ejus ad eccleſiam veniens, ſancto Præſuli conquerebatur, dicens: Itáne in me agis, ſanctiſſime Pater? Eâne fide te mediatorem ſuſcepi, g ut de meis ſolidis *g* negligenter tractares? Nunquidnam de meis facultatibus tua feſta non colui? & tibi famulantes prout potui non honoravi? Quod ſi deinceps de tuo obſequio negligens fuero, non mihi h ſed tibi imputabitur culpa, qui *h* noſtris propriis conſentire damnis cognoſceris. Et hæc dicens ab i eccleſia *i* valde indignans abibat.

& eoſdem termino cõdicto non reddi quæſtus,

8 Eadem vero nocte idem ſanctiſſimus Præſul prædicti naufragi adiit patriam, eique comminanter in ſomniis apparuit, Cur inquiens, modicæ fidei, me k fidejuſſorem tuo creditori dediſti? *k* Cur in conducto termino tibi creditos ſolidos non miſiſti? Vade celer; & tuo creditori, cui me vadem poſuiſti, ſine B mora dirige ſolidos. Quod ſi me ſpreto hoc facere amplius diſtuleris, cæleſtem deprecor Regem, & hoc quod tibi creditum fuit, & omnis tua poſſeſſio quantocitius diripiatur. Cui prædictus naufragus, Cur, inquit, me tam aſperis verbis objurgas, ſanctiſſime Pater? Numquid per tam tempeſtuoſum & procelloſum & perturbatum mare Neapolim ſolidos dirigere potero? Cui ſanctus, Tolle, inquit, aliquod lignum, & in modum capſæ, ubi ſolidos claudas, ſtudioſe effodito; & deſuper optime ſolidatum cooperculum apta, & poſtea tibi creditos ſolidos cum cartula, quæ tuum & illius nomen & numerum ſolidorum contineat, intromitte: ego enim quocumque modo, quouſque ad Neapolitanum portum perveniant, & ſolidis & ligno per ſævientis maris procellas gubernator exiſtam. Quo audito naufragus, de lecto exiliens, juxta quod ſibi in ſomniis viſum fuerat, lignum optime præparavit: atque in eodem in modum capſæ locum concavum fecit; atque intromiſſis cum cartula ſolidis, lignum in mare jactavit. Mira Dei clementia! Inter tot procellas & turbines, prædictum lignum cum ſolidis, ſanctiſſimo Præſule inviſibiliter gubernante, Neapoli cum pluribus aliis lignis, quæ tempeſtas impulerat, applicuit portum. C Cumque populus civitatis catervatim ad ea colligenda ad maris oram concurreret, mirabile dictu, cetera ligna manibus hominum ſe velut ſponte præbebant; Cum vero quis lignum, in quo ſolidi conditi erant, comprehendere vellet; ac ſi illud aliquis forti niſu impelleret, contra undas pelagi fugiebat. Interea prædictus Præſul S. Euphebius, prædictum creditorem in ſomnis admonens, Vade, inquit, ad littus maris; & lignum, quod ad te velut ſponte venerit, in ſiccum trahe: quo intrinſecus perſcrutato, naufrago creditos reperies ſolidos, & ne mihi amplius calumniam inferre præſumas. Tunc expergefactus creditor, ad mare concitus properans, prædictum lignum (velut illud impelleret aliquis) ad ejus veſtigia venit. Quo accepto & intrinſecus perſcrutato, ſicut Sanctus dixerat invenit, & numerum ſolidorum, & chartulam utrorumque nomina continentem. Quibus acceptis omnipotenti Deo & S. Euphebio gratias referebat.

ipſos per mare miraculoſe recipit.

ANNOTATA.

a *In duplici Ms.* gremio, *ſed* gemino *legendum, ſcilicet ob duplex bravium & cæleſtis gloriæ & virtutis miraculorum in terra.*

b *Ms. Caraccioli.* Signa à fidelibus attentius honorantur. D

c *Ms. Caracciol.* ſedule viſitaret.

d *Ita Ms. S. Severini, alia* intentus.

e *Ms. Gallonii*, ex ejus virtute baculi. *Lect.* ex ejuſdem virtute baculi.

f *Lect. & Ms. Gallonii*, demens.

g *Ms. Caracc.* debitor ille deludat.

h *Ms. Gallonii & Lect.* noſtris pro peccatis conſentire, *Ms. S. Sever.* meis prius conſentire.

i *Ms. S. Sever.* velut indignans.

k *Ms. Carac.* Cur in condicto termino tuo creditori me vadem poſuiſti? Sine mora dirige ſolidos.

INVENTIO ET TRANSLATIO
SS. EUPHEBII, FORTUNATI, MAXIMI.

1 ANtiquiſſima cenſenda eſt ædes ſacra, Euphebio dicata. Ea vero anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo à Vincentio Carafa Archiepiſcopo tradita eſt religioſiſſimis Patribus Capuccinis, qui tum Neapolim ductu Fratris Ludovici Foroſempronienſis, viri ſanctitate conſpicui, advenerant. Non debeo tamen ſilentio præterire præclaram ſacri corporis Divi Euphebii inventionem, quæ anno Domini milleſimo quingenteſimo octogeſimo nono, Sixto Quinto Summo Pontifice, contigit. Nam annuit Deus Fratris Euangeliſtæ Lupienſis, Euphebiani monaſterii Vicarii piis votis, ſummopere exoptantis, ſacra Sanctorum lipſana, quæ in ea vetuſta eccleſia olim tumulata noverat, reperire, & honeſtiore loco reponere. Itaque die XX Novembris, ſub ejus ædis paraſtata, detectum eſt S. Euphebii corpus, lignea capſa concluſum, quam ferrei circuli ambiebant: caput vero non repererunt. Nam id jam antea ſejunctum à corpore, tranſlatum intra urbem, ſervatumque fuerat in æde Archiepiſcopali. Die autem ſequenti coram Alexandro Gloriero, Pontificiæ Cameræ Clerico & Apoſtolico Nuntio, qui ad eam eccleſiam una cum Lælio Brancatio aliiſque nobilibus viris acceſſerat, ibique Sacrum peregerat, ſub eadem paraſtata aræ maximæ proxima, reperta ſunt cum ingenti adſtantiam voluptate, atque effoſſa, SS. Fortunati & Maximi, antiquorum Neapolis Epiſcoporum veneranda corpora, cum hac epigraphe: HIC JACENT MAXIMI ET FORTUNATI CORPORA, SUB PAULO PRIMO. F

Eccleſia S. Euphebii data Capuccinis,

E

ejus corpus inventum:

cum corporibus SS. Fortunati & Maximi,

2 Porro cum unum ex his Divis ad ædem Conceptionis Deiparæ Virginis Cappucini Patres transferre cuperent, Sixto Quinto rem omnem deferunt: eumque exorant, ut transferendi ſacri corporis licentiam impertiret. Pontificem vero reſpondiſſe ferunt: Se per quietem à Divis jam dictis monitum, ne, qui per octingentos circiter annos conjuncti quieviſſent, disjungi ullatenus permitteret. Itaque ſub ara ejuſdem Euphebianæ ædis primaria, tres hi Divi honorificum è pario marmore tumulum habuerunt, ſolenni ſupplicatione per religioſum agmen, dum eo inferrentur, rite pieque celebrata, die VIII Junii anno MDXCI, poſt Miſſam à Nuntio prædicto cantatam. Ex quibus aliiſque Eccleſiæ Neapolitanæ monumentis licet colligere, Divi Euphebii corpus primo ſepultum fuiſſe, ut mos antiquus, in cœmeterio, quod Joannes Diaconus Urſo Epiſcopo tradidit: deinde tranſlatum ad Stephaniam Baſilicam, ut idem habet in Euphebio Epiſcopo; deinde in ædem ſui nominis, ubi nunc cum Sanctis collegis ſuis Maximo & Fortunato jacet, fuiſſe tranſvectum. *Hactenus Paulus Regius & poſt eum Cæſar Engenii Caraccioli.*

ſimulque depoſita ſub aram maximam,

an. 1591.

3 *Colebantur* Sancti Maximus & Fortunatus, *prior* XI, *poſterior* XIV *Iunii, ut ſcribit Bartholomæus Cioccarellus,*

A *Colunturpoſtremi menſe Iunio*

lus, in opere de Epiſcopis Neapolitanis, inde vero tranſlatos eſſe ad XII *&* XV *ejuſdem menſis, itáque hodie coli aſſerit prænominatus Caracciolus. Hunc vero alioſque, arbitrantes utrumque in eccleſia* S. Euphebii *quieſcere, erroris ſe convincere putat Bartholomæus jam allegata auctoritate Ioannis Diaconi. Sed non animadvertit à ſemetipſo aſſeri, hunc ſcripſiſſe ſuum Epiſcoporum Neapolitanorum Chronicon circa annum* CCCCXCIX, *ex titulo autem ſupra relato intelligi, ipſos in eccleſiam S. Euphebii, utique ex Stephania, primum fuiſſe allatos* ſub Paulo primo, *qui obiit dumtaxat anno* DCCLXVII: *ex quo tempore ſi numeres uſque ad annum inventionis, pluſquam* annos octingentos *invenies, quibus illi ſimul ſe quieviſſe Sixto V indicarunt. Itaque nihil eſt quod de veritate inventorum tranſlatorumque corporum dubitet illo ex capite quiſquam: minus autem poterit dubitare, ſi legat epiſtolam quam anno* MDXC *ſuper hac ipſa ſe prædictus Apoſtolicus Nuntius ſcripſit Hieronymo Cardinali Ruſticuccio, ſacræ Rituum Congregationis Præfidi; cujus verba ſic Latine ſonant.*

huc allati ſeculo 8.

Nuntius Apoſtol. 15 Novem. 1590 locum adiens,

4 Quemadmodum Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Dominatio veſtra mihi mandavit, per ſuas datas XV Novembris, ex voluntate Sanctitatis ſuæ, contuli me ad S. Euphebium, conventum ſcilicet horum venerabilium Patrum Cappucinorum, cauſa inſpiciendi locum ubi requieſcunt corpora SS. Euphebii prædicti, Fortunati & Maximi, quæ ut poſſent in locum decentiorem intra idem templum transferri, illi à ſua Beatitudine impetraverant. Eſt autem mihi monſtratus locus ſubtus altare majus, ubi pro certo credebantur antiquitus repoſiti: quod etiam quoad glorioſum S. Euphebium confirmabant duæ illius marmoreæ ſtatuæ poſt dictum altare: quarum antiquior una, alia recentior, utraque autem extenſa jacet ad longitudinem ipſius altaris, repræſentans Sanctum in habitu Epiſcopali cum Cruce in manu. Juſſi autem fornicem altaris retro aperiri, ut diligenter conſiderarem, quomodo ibidem ſepulti eſſent Sancti: & inveni ſub eodem altari majori ejuſque grandiori pictura intra convexitatem fornicis tres antiquas illorum imagines, coloribus expreſſas, cum inſcriptione nominis uniuſcujuſque ſupra caput litteris Longobardicis, nomen vero S. Euphebii ſic exprimebatur, SANCTUS EFFRIMUS. Itaque decretum fuit, ut ſubtus imagines prædictas cavaretur altare coram me: quod & factum eſt. Igitur poſt ſublatam incruſtationem coloribus variegatam, tribus in locis reperta fuerunt, (non intra urnas, aut alterius materiei capſas, ſed intra totidem ſepulcra ibidem fabricata) totidem corporum diſtincta oſſa, perpendiculariter ſub uniuscujuſque imagine. Hoc ſolum intererat, quòd corpus S. Euphebii eſſet poſitum loco eminentiori, quam alia, in ſuo ut dixi fabricato ſepulcro, ſubtus marmoream veterem ſtatuam, cui proxima erat ſtatua altera recentioris operis. Atque ex hac coordinatione judicatum eſt, ab olim ita jacuiſſe ſancta corpora, ſicuti imaginum ordo ſe habet: quæ deinde, cum quantâ potuimus reverentiâ, collocata ſunt diſtinctim intra tria vaſa, in quibus uſque modo ſervantur.

B

ſub aperto fornice tria ſepulcra invenit,

C

cum cujuſque nomine & effigie.

5 Hi Patres, pro zelo ſuo deſiderantes majori cum magnificentia honorare prædicta glorioſa corpora, animo deſignaverunt, exponere illa ſupra altare in tribus diſtinctis thecis, unâ majori cryſtallinâ arcâ claudendis, ſecundum rationem perſpectivæ: qui locus & forma abſque ulla comparatione decentior ac dignior erit quam prior ſepultura. Sed quia Illuſtriſſ. Dominatio veſtra juſſit ad ſe prius referri de re totâ, dilata Tranſlatio eſt. Interim examen proſequens, præter indicium imaginum, ad comprobandum quod iis ſubjecta olim corpora eorumdem Sanctorum ſint, quorum picturæ; inveni probationem deſumptam ex Proprio Protectorum hujus civitatis, ordinato per Cardinalem Oliverium Garaffam bonæ mem. anno MDXXV, & relato per Davidem Romæum in libro quem ſcripſit de Vitis ipſorum ſanctorum Patronorum, ac poſtea per Reverendiſſ. D. Paulum Regium Epiſcopum Vicenſem, adſtipulante iis denique Romano Martyrologio. Omitto autem multa miracula, quæ ſucceſſive facta videntur, cum magna hujus populi admiratione & devotione, per interceſſionem S. Euphebii in hac ſua eccleſia, vulgariter S. Eufrimi nuncupata, maxime circa expulſionem dæmonum & liberationem energumenorum. Caput S. Euphebii conſervatur in theſauro Archiepiſcopali Neapoli, decenter ornatum in habitu Epiſcopali: & in pictura ſubtus altari Patrum Cappucinorum, ipſe in eodem habitu repræſentatur, medius inter alias duorum Sanctorum imagines, quarum dextera S Fortunati eſt, ſiniſtra vero S. Maximi, in habitu Epiſcopali ſimiliter expreſſorum. Fama eſt quod dicta Patrum Cappucinorum eccleſia ipſiuſmet glorioſi S. Euphebii oratorium fuerit, idque abſque alia ulteriori probatione veroſimile facit humilitas fornicis & obſcuritas eccleſiæ. Deſiderant porro prædicti Patres, ad alium quemdam ſuum in hac urbe locum transferre corpus S. Fortunati aut S. Maximi: quod, ſi annuat Reverendiſſ. Dominatio Tua, fiet cum debita ſolennitate.

EX MS. ITALICO.

in eccleſia quæ creditur oratorium S. Euphebii fuiſſet

D

E

6 *Hiſce litteris Cardinalis hunc in modum reſpondit:* Illuſtriſſimi hi Domini ſacræ Congregationis Rituum, poſtquam mature conſideraverunt, quid conveniat fieri, tam quoad modum reponendi corpora trium ſanctorum Epiſcoporum Euphebii, Fortunati & Maximi, ſecundum informationem à Dominatione Tua miſſam, quam quoad ſupplicationem Patrum, cupientium unum eorum alio transferre; decretum ſuum condiderunt ea forma quæ in adjuncto his folio plene continetur, ſecundum quam procedendum erit: talis enim eſt voluntas Sanctiſſimi Domini noſtri. Ego Dominationi veſtræ à Deo animitus apprecor omne verum ſolatium. Romæ XIX Januarii, anni MDXC. *Decretum Congregationis tale erat.*

Horum tranſlationes probans Congregatio Rituum

præſcribit, ut prædicta debita atteſtantur,

7 Quamvis ex epiſtola D. Glorierii non intelligatur diſtincte, quod retegendis corporibus trium ſanctorum Epiſcoporum Euphebii, Fortunati, & Maximi, intervenerint Notarii publici eccleſiaſtici, præſumere tamen vult Sacra Congregatio, velut certum, quod intervenerint; adeoque facta ſit omnis ea diligentia in particulari, quæ requirebatur, tam in eo quo actio illa proceſſit modo, quam circa inventionem ſanctorum corporum, retectionem, ſitum, ſigna, & probationes authenticas, aliaſque omnes notabiles circumſtantias dictæ inventionis recognitioniſque. Quod ſi forte aliquid requiſitæ diligentiæ omiſſum eſt, neceſſarium erit ſupplere defectum per atteſtationem D. Nuntii, in bona ac plena forma: cui poterunt etiam ſubſcribere aliqui eorum qui præſentes adfuerunt, maxime ſi fuerint perſonæ religioſæ & Sacerdotes.

F

itemque indicia alia,

ponantur, non ſupra, ſed infra altare,

8 Nullo autem modo probatur ſacræ Congregationi, ut ſancta corpora reponantur in arca cryſtallina, exponenda ſupra altare, quemadmodum ſcribitur Patres Cappucinos intendere; cum id à ritu & uſu Eccleſiæ alienum ſit, quæ ſolet Sanctorum corpora tenere ſub terra, vel intra altaria ſupra quæ tremendum Sacrificium offertur. Proinde faciendum erit pulchrum altare marmoreum, intra quod, prius rite conſecratum, ſacra corpora reponantur: ſic ut illa collocentur diſtinctim intra tres arculas plumbeas; ſin vero aliter videatur, intra unam, ſeparatim tamen per intervalla: ipſa autem involvantur ſericeis pannis coloris convenientis Ordini eorum, puta Confeſſorum vel Martyrum: atque intra eamdem capſam ſeu capſas ponatur lamina ænea, cum litteris bene

EX MS. ITALICO.

bene ſculptis, continens Sanctorum nomina, & tempus quo iſtic fuerunt collocati, ac notitiam loci ex quo tranſlati fuerunt. Facienda præterea erit tabula marmorea vel ænea, & loco eccleſiæ conſpicuo affigenda; per quam conſtet intra ejuſmodi altare eſſe corpus vel corpora ejus Sancti vel Sanctorum, qui illuc transferentur, addito expreſſe id factum de licentia ſuæ Sanctitatis. Poterunt autem partes aliquæ Reliquiarum non admodum grandes reſervari, ut hierothecis decentibus incluſæ, in eorumdem Sanctorum feſtis aliiſque ſolennitatibus, populo ſupra altare veneranda exponantur. Curandum porro erit ut omnibus majoris momenti actibus interveniant ut minimum Notarii duo, unus D. Nuntii & alter Archiepiſcopalis: qui de omnibus & ſinguliſ conficiant unum aut plura publica inſtrumenta, reponenda in archivio Epiſcopali ad memoriam poſterorum.

additis cuique titulis æneis,

& permittit alio transferri corpus S. Fortunati vel S. Maximi,

B 9 Placet etiam Congregationi, ut boni Patres pro ſua conſolatione, unum ex prædictis corporibus transferre poſſint in novam ſuam eccleſiam, modo corpus S. Euphebii maneat in eccleſia propria, ubi creditur ejus oratorium fuiſſe. Tranſlatio autem talis facienda erit magna cum ſolennitate, magnificentia & devotione, procedente toto Clero Regulari ac Seculari, & interveniente Vice-Rege Magiſtratibuſque nobilibus ac plebejis: eumque in finem Sanctiſſimus Dominus plenariam Indulgentiam largietur. Quod ſi D. Archiepiſcopus in civitate præſens aderit, conveniet etiam invitari aut omnes aut aliquos comprovinciales Epiſcopos; nec parum ad honeſtandam pompam conferet præſentia ipſius D. Nuntii: atque in hunc finem tranſmittetur narratio ſolennis Tranſlationis, tam ejus qua corpus S. Gregorii Nazianzeni delatum eſt in Baſilicam Vaticanam; quam qua corpora SS. Abundii & Abundantii Patres Jeſuitæ ad ſe receperunt. Videtur etiam, quod proceſſio, egrediendo per portam Regiam & intrando per portam Capuanam, habitura ſit ſpatium ſe venuſte explicandi, exhibendique in partibus frequentioribus illius nobilis civitatis; in omnibus curando ut cum magnificentia ipſius nobiliſſimæ civitatis conjungatur pietas & ædificatio Chriſtiana: nihil enim minus expectatur à civitate tam Catholica & devota, ut Deus in Sanctis ſuis glorificetur.

cum proceſſione ſolenni.

ATTESTATIO GUARDIANI

De Actis ante Tranſlationem & veritate ſacrorum oſſium.

Quia facienda Tranſlationi interpoſuit ſe Diſcalceatus,

1 *ACcepta inſtructione prædicta, diligenter & quiete parabantur omnia, ad Tranſlationem ipſam decenter celebrandam, die quadam Dominica ejuſdem anni* MDXC, *habentis litteram Dominicalem G, & Paſcha celebrantis die* XXII *Aprilis; adeo ut conjectare poſſimus, electam Dominicam quartam vel quintam poſt Paſcha; inter quas dies* XXIII *Maji, annuum S. Euphebii feſtum referens, occupabat quartam hebdomadæ feriam. Ne tamen res perageretur, intervenit importuna oppoſitio Diſcalceati cujuſdam P. Ieremiæ Polanchi, de veritate & ſanctitate prædictorum corporum dubium moventis, prætextu tunc pariter refoſſorum aliorum corporum, quaſi permixta eſſent omnia, vel aliquid ſimile. Eidem etiam non probabatur rem per Nuntium agi, quam judicabat Archiepiſcopo deferendam. Ita diſcuſſa res tota eſt, ipſomet die, quo pro excipiendis religioſo epulo Epiſcopis ac Prælatis, ſolennitatem ſua præſentia cohoneſtaturis, altilia (ut cum Euangelio loquar) occiſa & omnia parata erant. Hac mora deſtinatæ Tranſlationi injectâ, fuerunt etiam qui Guardianum accuſarent, de nimio in prandium apparando conſtruendumque altare ſumptu facto: ita ut neceſſe fuerit per Commiſſarium Ordinis rem cognoſci ac definiri. Quod licet non adeo multum ad hiſtoriam S. Euphebii facere videatur; quia tamen eadem occaſione cognitæ ſunt plures circumſtantiæ, ad inventionem Sancti corporis, ejuſque imagines & Reliquias pertinentes, & prætermiſſæ in ea quam Nuntius fecit relatione; juvat totum examen Guardiani, cui* Fr. Andreæ de Celento *nomen erat, adſcribere cum reſponſis; palam etiam facturis ſolicitum Patrum iſtorum zelum, ne quid detrimenti pateretur rigor Cappucinicæ, id eſt arctiſſimæ paupertatis, ab omni ſuperfluitate abhorrentis. Ergo*

D

reiteratum in examen adducta,

2 Die XXI Aprilis anni MDXCI Rev. P. Guardianus S. Eufremi, injuncto prius obedientiali præcepto per Fr. Bernardinum de Aquila, Commiſſarium pro negotiis occurrentibus imminentis Capituli anni prænotati, interrogatus de tempore quo facta fuit exhumatio prædictorum ſanctorum corporum; de die, an de nocte, & coram quibus; reſpondit, de tempore quidem non ſe preciſe recordari, ſed ſcire quod ſub principium excavationis ageretur prima ac dimidia circiter noctis hora: præſentes autem adfuiſſe P. Fr. Euangeliſtam de Lupiis tunc Vicarium Provincialem, ipſumque Deponentem, P. Sorbo, P. Fr. Baſilium de Neapoli, Fr. Bonaventuram de Neapoli, Fr. Alexandrum de Lauro; item Fr. Danielem de Neapoli Guardianum Conceptionis, & Fr. Cornelium de S. Chriſtina. Poſt quos advenerint etiam ſubſcripti Fratres Ludovicus de Caſtellione & Stephanus de Nocera, defunctus poſt ipſam exhumationem, cum quibuſdam aliis quorum non recordatur.

explicat Guardianus quando & coram quibus reperta ſint corpora,

E

F

3 Interrogatus de cujus licentia res facta ſit, reſpondit, quod P. Fr. Euangeliſta de Lupiis, tunc Vicarius, dixerit ipſimet Deponenti, aut alteri Fratri id ex parte Vicarii relaturo, pro dicta Tranſlatione faciendâ ſcriptum fuiſſe Romam, unde negotium commiſſum ſit Nuntio Apoſtolico, qui P. Vicario licentiam dedit explorandi num ibi revera adeſſent præfata corpora, idque ſecreto; ne ſi forte ea non invenirentur, ſcandalum oriretur in populo: re autem explorata venturum ipſummet, quemadmodum immediate poſt primo mane venit. Interrogatus quot corpora ſint inventa; reſpondit, quod oſſa illa quæ ſervantur intra aream, fuerint reperta in tribus ſepulcris, nec ſubtus illa ſepulcra fuerint inventa corpora alia unum ſupra alterum: quamvis ſub ſepulcro quod præſumitur fuiſſe S. Eufremi craticula ſit, infra quam reperta ſunt duo vel quatuor oſſa; & ſub pavimento aliorum duorum ſepulcrorum reperta fuerint pauca quædam oſſa, antequam multo inferius reperirentur alia oſſa magno & majori numero; quemadmodum ajebat Deponens reperiendum in ſcriptis, propria ſua manu deſuper confectis, affixiſque intra capſam, in qua diſtinctis loculis prædicta oſſa aſſervantur: quæ quidem ſcripta expreſſe dicunt, ubinam ſint inventa ſingula. Lecto autem ſibi examine P. Jeremiæ Polanchi, & confrontato in præſentia dicti Patris Deponentis; reſpondit, hanc depoſitionem, quod reperta fuerint plus quam tria vel quatuor corpora, nihil definire: ſed, ſi placet Superioribus, inſpiciantur, inquit, ipſamet oſſa, per eum qui aptus ſit diſcernere; & tunc ſcietur, utrum ſint plura oſſa quam trium integrorum corporum. Inſuper dicit, quod unum alterumve os ex iis quæ ſub pavimento, ut ſupra dictum eſt, reperta fuerunt, ſi bene recordatur, caſu permixta ſint oſſibus ex tertio ſepulcro ſumptis.

auctoritate Nuntii Apoſtolici,

idque ſine confuſione eorum inter ſe,

aut cum aliis pariter inventis.

4 Interrogatus, cuinam ex dictis Reliquiis aliquid donaſſet; reſpondit: Die quodam venit D. Conſtantia de Correttis cum D. Epiſcopo de Cerra, petiitque à me modicam earum partem: ſed eidem à me reſponſum eſt, quod non volebam ei dare quidquam,

Ex reliquiis S. Euphebii aliquid donatum matronæ cuidam,

A quam, priuſquam Reliquiarum iſtarum approbatio Roma adveniſſet, per quam liceret eas habere pro veris verorum Sanctorum Reliquiis. Dominus autem Epiſcopus repoſuit, nihil referre; quia interim dum reſponſum veniret, prædicta Domina habitura eas ſolum eſſet velut in depoſito: itaque ei donavi dentem unum molarem, ex iis oſſibus quæ prętenduntur eſſe S. Euphremi, quem ipſa Domina deſiderabat: idemque D. Epiſcopus, ad ejuſdem Dominæ inſtantiam, etiam ex aliis Reliquiis nonnihil ſibi ſumpſit. Dedi etiam aliis quibuſdam Reliquias, ſed ex iis dumtaxat quæ prætenduntur eſſe de corpore S. Euphremii, idque cum licentia Patris Auditoris Nuntiaturæ & P. Provincialis, ſuntque ex fragmentis collectis de terra ipſius ſepulturæ cribrata: nam oſſa intra capſam contenta nullatenus attigi. Poſtquam autem Roma advenit decretum, ut inventa haberentur pro corporibus Sanctorum, ipſe Deponens dedit etiam ex iiſdem fragmentis, tamquam magnas certaſque Reliquias. *Huic depoſitioni, quoad Reliquias coram Epiſcopo de Cerra acceptæ, conſonans* Fr. Alexander de Lauro, *expreßius addit; quod*, cum D. Conſtantia non eſſet uno dente molari contenta, Epiſcopus accepit de corpore S. Euphremi duo oſſa longa, dimidium circiter palmum; ex aliis quantum ceperit non recordatur; cepiſſe tamen aliquid meminit.

& aliis nonnullis:

B

5 Interrogatus *Guardianus* de expenſis factis circa altare, reſpondit, ſcripto ſe daturum rationem omnium quæ per ſuas manus tranſierunt, quorum ſumma non tranſit Ducatos quinquaginta quatuor: & ex his ipſis Ducatos aliquot à ſe Deponente fuiſſe expenſos in apparatum eccleſiæ: ſi quid aliud expenſum ſit, cujus modo non recordetur, id ſe productum. Interrogatus de expenſis factis proprio die, quo debebat fieri ſolennitas Tranſlationis Reliquiarum corporum Sanctorum, & non fuit facta; reſpondit, primo fuiſſe minuta vitulinæ carnis, deinde caulium germina (Broccolos appellant) cum portione vaccinæ, tres lances grandiores panis intriti cum tribus elixis gallinis; gallum Indicum aſſum cum tribus caponibus, denique caſeolos & fructus cum pane albo ac duabus phyalis vini, quod mendicato quæſitum expreſſe eſt de mandato ſuo: in vitulinam autem & vaccinam impenſos circiter viginti Carlinos, gallinas æſtimatione conjecturali moderata ſeptem Carlinis cum dimidio ſtetiſſe, gallum Indicum cum caponibus ſeptemdecim Carlinis emi potuiſſe, caſeolos & fructus ſumptos eſſe è domeſtica penu. *Eſt autem Carlinus idem fere quod Iulius Romanus, quatenus decem Carlini unum ſcutum Neapolitanum conſtituunt, ſicut decem Iulii ſcutum Romanum, valoris aliquanto quam Neopolitanum majoris, ſub differentia quinque in centum.*

expenſos in altare, minus quam ducatos 54.

& ſolum 45 Carlinos in epulum.

C

6 *Poſtmodum iterum ad examen citatus Guardianus, de ſitu veteris ſepulturæ, impeditaque per Diſcalceatum Tranſlatione reſponſurus; reſpondit, quod* Altare majus eccleſiæ erat ſubtus fornicatum: & quod in muro, ſubtus altari ex parte poſteriori videbantur, ſicut videntur etiam hodie, tres imagines Sanctorum antiquiſſimæ, Francico more depictæ in habitu Epiſcopali, cum ſuo cujuſque nominis titulo ſuperne; ſic ut in medio eſſet S. Eufrimus, hinc S. Maximus & inde S. Fortunatus. Aderat ſepulcrum conjunctum altari, ex parte poſteriori ipſius aliquanto elevatum, ſic ut ſuperficies æquaretur ſuperficiei altaris: ſupra quod ſepulcrum jacebat extenſa figura lapidea, ſculpturæ rudis & antiquiſſimæ, in habitu Epiſcopali cum diademate, ut Sancti: & hoc ſepulcrum fuit ab omnibus Neapolitanis civibus ſemper habitum hono-

item quo ſitu inventa corpora & imagines:

ratumque pro ſepulcro S. Eufremi: & juxta eminentiorem illam figuram antiquam immediate collocata erat alia figura marmorea, & hæc de conſenſu Ordinis multis jam elapſis annis curata à Fratribus eſt, in habitu Epiſcopali Sanctum repræſentans etiam ipſa.

EX MS. ITALICO.

7 Tranſlatio autem fiebat ſine ſtrepitu: verum Diſcalceatus, non motus pio zelo, ſed indignatione, quia hoc in negotio nulla fuerat ratio ipſius habita, eidem ſe oppoſuit: ſcandalum tamen non fuit publicum, ſed coram ſolo Nuntio, Epiſcopo S. Severi, & paucis aliquot Eccleſiaſticis, qui Diſcalceatum judicabant indiſcretiſſime agere. Ipſe autem poſtquam ſuum recognovit errorem, retractavit à ſe dicta, & ſuſtulit impedimentum à ſe poſitum, dicendo, Tranſlationem ab Archiepiſcopo, non autem à Nuntio faciendam: ac proinde facta illa fuiſſet altero die, quemadmodum D. Nuntius deſignaverat; niſi iſte poſt talem retractationem de novo ſeſe oppoſuiſſet. Imo ipſe D. Nuntius, priuſquam locutus eſſet Diſcalceatus, quadam die ad S. Eufremum venit peracturus tranſlationem & collocationem ipſarum Reliquiarum in ſuis locis: ſed dilata res eſt ad perſuaſionem D. Sanſeverinatis Epiſcopi, ſuggerentis ut alio potius die, majori, cum ceremoniarum pompa, ipſam faceret: nec deerant qui dilationis cauſam eſſe dicerent, quod D. Nuntius non ſatis eſſet præmeditatus præſcriptos tali actioni ritus, atque conſtitutum fuiſſe ut proxima Dominica, octavo poſt die ventura, expectaretur: interim autem Diſcalceatus intervenit, ſeque oppoſuit.

& quomodo interceſſum ſit tranſlationi,

ante alia ex cauſa ad octiduum dilata;

E

8 Trium Epiſcoporum ac duorum Angelorum figurę ſculptæ ex marmore, in quibus prætenditur factus exceſſus, parvæ ſatis ſunt, & per modum orbicularis ſcuti haud valde profunde exſculptæ; permiſſæque ſunt fieri, quia promittebat ſculptor totum fere opus facere pro Dei amore. Vidit ipſa marmora, cum ſculperentur, P. Vicarius, nec verbum contradixit: poſtea tamen propter querelas à Fratribus delatas ad P. Commiſſarium, juſto majores expenſas fieri cauſantium, ſuſpenſa fuit operis abſolutio, donec rem totam cognoſceret P. Hieronymus de Caſtello: cui in Apuliam eunti commiſſum erat, ut inſpiceret altare quod fabricabatur: & huic impenſa pecuniæ ſumma, minor viſa eſt ea, quæ in noſtra canonica Amalfitana impenſa fuit aliis Reliquiis adornandis, multo minus notabilibus quam ſint hæ; nec tamen quiſquam Prælatorum aut Fratrum nimiam ſibi videri monſtravit.

expenſæque ut moderatæ, fuerint approbatæ.

F

9 *Hactenus Actus originarii, partim Latine partim Italice ſcripti, prout eos Romæ invenimus apud Illuſtriſſ. D. Ioſephum Coſta, Cardinalis Sanſeverinatis nepotem, in quadam ſimilium rerum ad Sanctos ſpectantium collectione. Cum autem cauſa* XXI *Aprilis, ut dictum eſt, cœperit examinari, &* VIII *Iunii ſecuta ſit Tranſlatio, conjectare poſſumus, difficultates illas divinitus ſic fuiſſe diſpoſitas, ut interim facultatem ſacrorum corporum ab invicem ſeparandorum, à Congregatione indultam, Pontifex auferret; & Tranſlatio, quam modeſte ac ferme ſilentio facturus Nuntius fuerat, priuſquam altare marmoreum perfectum eſſet inſtructumque; eo demum per otium conſummato, celebraretur ſplendidius, ex mente Pontificis; prout revera factum eſſe licet ex eo conjectare, quod tantum temporis interceſſerit à die obtentæ Roma facultatis uſque ad prædictum* VIII *Iunii, incidentem in Sabbatum infra Octavam Pentecoſtes, anno iſto habente litteram Dominicalem* F, *& Paſcha* XIV *Aprilis, celebrati die* II *Iunii; ut ſecutura mox Dominica frequenti plebi præberet opportunitatem concurrendi ad venerationem ſanctorum ſuorum Epiſcoporum, in ſuo altari pridie collocatorum.*

Interim revocata videtur facultas alio transferendi unum ex tribus Sanctis.

DE SS. SALONA ET SELEUCO,

MARTYRIBVS APVD GRÆCOS.

D.P.

ex Ms. Synaxario Divionenſi.

XXIII MAII *Laudatum à nobis ſæpe Divionenſe Synaxarium (quod quia noſter Petrus Franciſcus Chiffletius p.m. utendum exhibuit, ſæpe appellamus Chiffletianum) prænotatos in titulo duos Martyres nobis profert, ignotos alibi; ſed eo modo, ut neque locum aut tempus quo paſſi ſunt, neque an ſimul ſint paſſi, ſcire valeamus; ſed ſolum, quo mortis genere coronam obtinuerint: quod & tituli, & diſticha titulis ſubſcripta, hoc modo exprimunt.*

Ὁ ἅγιος Μάρτυς Σαλώνας ξίφει πελειοῦται.
Sanctus Martyr Salonas gladio conſummatur.

Σπονδὰς ἀπειθῶν θεοσφόρειν εἰδώλοισι,
Τέμνη. Σαλώνα, καὶ θεῷ σπόνδη γένη
Libare idolis, Salona, dum recuſas,
Gladio ſecaris, fiſque libamen Deo.

Ὁ ἅγιος Μάρτυς Σέλευκος πρίονι πελειοῦται.
Sanctus Martyr Seleucus ſerra conſummatur.

Φέρει Σέλευκος ἀξενακτὶ τὴν πρίσιν,
Καὶ τὸν πολυξένακτον ἐκλείπει βίον.
Serram Seleucus abſque gemitibus tulit,
Plenamque dereliquit gemitibus vitam.

DE S. DESIDERIO EPISCOPO,

ET PLVRIMIS ALIIS MARTYRIBVS,

G.H. *APVD LINGONAS IN CAMPANIA GALLICA.*

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. 1. Gallia à Barbaris vaſtata. Acta S. Deſiderii. Cultus ſacer.

CIRCA CCLXIV. *Anno Chriſtianæ Æræ ducenteſimo quinquageſimo quarto, Valerianus & Gallienus ejus filius Romanum Imperium adepti ſunt: qui gravem contra Chriſtianos perſecutionem commoverunt. Ex his Valerianus anno ducenteſimo quinquageſimo nono à Rege Perſarum Sapore captus & cute nudatus interiit; at Gallienus anno* CCLXVIII, *cum fratre Valeriano, ad Mediolanum occiſus. Erat Gallienus luxu nequitiaque perditus: cujus tempore undique, tam à barbaris quam à tyrannis (quos triginta ſuis nominibus percenſet Trebellius Pollio) Imperium Romanum laceratum fuit; imprimis autem Gallia, à Wandalis, Alamannis, aliiſque Germaniæ populis miſere vaſtata & occupata, uſque ad tempora Probi Imperatoris, qui regnavit ab anno* CCLXXVI, *uſque ad annum* CCLXXXII. *Hic, teſte Flavio Vopiſco,* cum ingenti exercitu Gallias petiit, quæ omnes occiſo Poſthumio turbatæ fuerant, interfecto Aureliano à Germanis poſſeſſæ. Tanta autem prælia illic feliciter geſſit, ut per Gallias ſeptuaginta nobiliſſimas reciperet civitates. *Quæ ferè eadem ſcripſit Probus ad Senatum Romanum. At præcipuus, qui invaſerat Gallias, fuit* Rex Crocus, *de quo Gregorius Turonenſis lib.* I *Hiſtoriæ Francorum cap.* 30, *indicata perſecutione Valeriani & Gallieni, iſta ſubdit:* Horum tempore & Chroeus ille Alamannorum Rex commoto exercitu Gallias pervagavit. *Sub hoc plurimi Epiſcopi Galliæ trucidati martyrii coronam meruerunt: è quibus Gregorius cap.* 32, *profert* S. Privatum, urbis Gabalitanæ Epiſcopum: *cujus Acta illuſtria habemus ex variis Mss. danda ad diem* XXI *Auguſti. Ibi dicuntur,* repente omnes pene barbaræ nationes, unita intentione prorupiſſe, adeo ut Orientem Occidentemque vaſtantes cuncta proſternerent, populos trucidarent; & omni regione populatione evacuata, ſolitudines relinquerent, vaſtitate horribiles. E quibus Alamanni tunc tranſmiſſo Rheno Gallias petierunt, numero quoque potius, quam virtute prævalidi: quibus Crocon Regem tunc præfuiſſe confirmat antiquitas. Hęc itaque gens, multitudine innumerabilis, locuſtarum more Gallias pervagata, univerſas perterruit vel delevit, quod etiam magnarum urbium proteſtantur ruinæ. *Hactenus illa Acta, quæ etiam in aliis antiquis Mss. ejuſdem S. Privati, ſic indicantur:* Tunc Alamanni cum Rege ſuo, nomine Crocho, tranſmiſſo Rheno Gallias petierunt. *Surius edidit Acta eadem, ſed ſtylo elimato,* & Regem Storconem *vocat, in margine autem monet* Crocum *eſſe legendum. Paſſi ſunt ſub eodem* Rege Croco *apud Arvernos* SS. Antholianus & Liminæus, *etiam à Gregorio Turonenſi memorati. Prioris Acta dedimus* VI *Februarii, alterius* XXIX *Martii.*

Temporibus Gallieni Imperatoris,

C

Galliæ vaſtata fuit,

potiſſimum à Croco Rege,

ſub quo occiſi S. Privatus Ep. Gabalitanus,

SS. Antholianus & Liminæus,

2 *Sub hoc eodem* Croco *ſubacti fuerunt* Lingones, *eorumque urbs, antiquis* Andomatunum, *occupata, etiamdum ampla & munita, in Baſiniaco agro Campaniæ Gallicanæ adſcripto, ad Matronæ fluvii fontes ſita, ſex circiter leucis à confinio Ducatus & Comitatus Burgundiæ, cujus urbis Epiſcopi ſunt Duces & Pares Franciæ. Horum Lingonum Epiſcopus* S. Deſiderius, *ſub eodem* Croco *Rege martyrio coronatus, hoc die* XXIII *Maji, quotannis ſolenni veneratione colitur. Acta martyrii, hactenus inedita, damus ex variis antiquis codicibus Mss. ſcilicet Trevirenſi monaſterii S. Maximini, Aroaſienſi cœnobii Canonicorum Regularium in Arteſia, Bellovacenſi à Petro Loveto olim tranſmiſſo, alio Chriſtinæ Reginæ Sueciæ numero* 81 *ſignato, alio denique inſigni Legendario noſtro, quod ab hoc menſe Majo uſque ad finem Decembris ſæpius allegabimus. Auctor horum Actorum videtur eſſe valde antiquus, & à Warnahario meliori ſtylo excultus. Dedimus* XVII *Ianuarii Acta Sanctorum Tergeminorum Speuſippi, Eleuſippi & Meleuſippi, etiam ab eodem Warnahario exculta, qui in Prologo ad* S. Ceraunum *Epiſcopum Pariſienſem (cui ſacer eſt dies* XXIII *Septembris) ait,* Geſta Sanctorum Geminorum, qui in ſuburbio Lingonicæ civitatis pretioſam adepti ſunt conſummationem martyrii, vel Beatiſſimi Deſiderii Martyris & Antiſtitis ipſius civitatis, ſicut devotionis ſtudio imperarat, ita deſideratiſſime ſe famulationis ſtudio cognoviſſe. *Hæc Warnaharius, qui* Crocum, *non* Alamannorum,

F

& S. Deſiderius Ep. Lingonenſis.

Acta martyrii dantur ex Mss.

à Warnahario excultæ:

ut

A *ut alii relati, ſed* Wandalorum *Regem conſtituit: ceterum de eodem Croco agit, ejuſque interitum apud Arelatenſes deſcribit. Secutus Aimoinus, lib. 3 Hiſtor. Franc. cap.* 1 ex veterum ſcriptis *interſerit, quomodo* Crocus cum gente Wandalorum, junctis quoque Suevis & Alanis, Arelas expugnare niſus, à quodam milite, Mario nomine, captus & per civitates quas everterat ductus, pœnis cruciatus interiit. *Fortè* Marius *iſte fuit ſeptimus inter triginta Tyrannos numeratus, qui à Trebellio Pollione dicitur* vir ſtrenuus, ac militaribus uſque ad Imperium gradibus evectus. *Sed hæc pluribus* VI *Februarii dicta ſunt ad Vitam S. Antholiani Martyris.*

memoria in Faſtis ſacris, 3 *Memoria ſacra Martyrologiis antiquis inſcripta eſt, & cum elogio iſto apud Vſuardum*: Apud Lingones paſſio S. Deſiderii Epiſcopi. Hic cum plebem ſuam ab exercitu Wandalorum vexari cerneret, pro ea ſupplicaturus exiens ſtatim jugulari eſt juſſus: qui pro ovibus ſibi creditis cervicem libenter tetendit, & percuſſus gladio migravit ad Chriſtum. Paſſi ſunt cum eo & alii plures de numero gregis ſui, & apud eamdem urbem conditi. *Hæc ibi, quæ plane eadem leguntur in Martyrologio Romano & apud Adonem: qui de Sepultura S. Deſiderii iſta addit:* Sepultus eſt ibidem
B beatus Martyr in baſilica juxta urbis muros, quod fi-
ſepultura, delium populus à Chriſto ei commiſſus, præcipuo ipſius amore & pia devotione, ad tutelam fieri curavit. *Claudius Robertus Lingonenſis, in Gallia Chriſtiana & Epiſcopis Lingonenſibus,* Sepultus, *inquit,* Deſiderius
eccleſia, fuit in Eccleſia, intra urbis muros, de ipſius nomine modo appellata, Prioratuſque titulo decorata, quæ antea in S. Magdalenes patrocinio extitit: ubi quoque ipſius Præſulis corpus elevatum fuit XIX Januarii à Guilielmo Epiſcopo LXX, *quod factum eſt* anno
feſtum, & MCCCXIV. *At* die XXIII Maji ſolenne ejus feſtum peragitur in diœceſi, ex præcepto Guidonis Epiſcopi LXXXV, *mortui anno* MCCCCLXXX. *In Breviario Lingonenſi ſub annũ* MDCIV *excuſo præſcribitur* S. Deſiderii Epiſcopi & Sociorum Martyrũ *officium Eccleſiaſticum ſub ritu duplici, & Lectiones novem deſumuntur ex Actis infrà dandis. Alia lectiones recitantur de Elevatione corporis, infra etiam danda.*

§. II. Tempus martyrii varium à diverſis ſignatum. Cultus Genuæ & vicinis locis.

4 *Paravit prælo Chronicon Lingonenſe Iacobus Vignerius, Societatis Ieſu Sacerdos, cujus aliquod compendium edidit anno* MDCLXV, *in quo pag.* 13 *iſta ſcribit:*
C Annus urbis Romanæ milleſimus, Philipporum Cæ-
Tempus Sedis S. Deſiderii, ſarum quartus, Chriſti CCXLIX fuit, quo ſeculares Ludi celebrati, eodemque fere tempore alii ſæcratiores apud Lingonas, nempe ab novi Pontificis exordia ſive natalem. Is Deſiderius, votis omnium expetitus, quoniam à Deo deſtinatus, extitit; quo Præſule res Chriſtiana floruit, incrementique plurimum cepit. Neque enim aſſentimur Sigeberto aliiſque, cædem ipſius ſub irruptione Wandalica anni CCCCVII
è ſenſu Vignerii, aut VIII; ſine etiam (ut ipſi volunt) anni CCCCX collocantibus. Pacificis illum temporibus Philipporum, & (poſt Decios) Galli, Voluſiani, Valerianique ſanctiſſime vixiſſe ex eo concludimus, quod Valeriano, poſt infauſtum prælium aut per fraudem capto, Gallienoque filio recens imperante, utique Salutis anno CCLXIV Chrocus, ſive Croſcus, aliis etiam dictus Carocus, magna Suevorum, Wandalo-
circa an. 264 occiſi. rum, Alamannorum manu cinctus, in Gallias penetravit, & Lingonum arcem Automadunum obſedit. Barbarum Principem Deſiderius, vigilantiſſimus Paſtor, non dubitavit adire, pro grege ſibi commiſſo ſupplicaturus. Cumque ſævienti divinam ultionem intentaret, juſſus eſt illico trucidari & capite truncari: quod dicitur ambabus manibus excepiſſe, &

intra fundatam à ſe B. Magdalenes baſilicam detuliſſe: quæ multis poſtea ſeculis inſtaurata, atque ejus AUCTORE
tumulo & nomine conſecrata, etiamnum perdurat. G. H.
Hæc Vignerius. At capitis ambabus manibus excepti & deportati, nulla eſt apud antiquos mentio. Ejuſmodi autem famæ ſeu fabulæ anſa arrepta eſt in variis Sanctis capite plexis, quod ſolerent ſtatuæ eorum cum capite ante pectus depingi, quo ſolum indicabatur, eos capite plexos martyrium ſubiiſſe.

5 *Sigebertus in Chronico ad annum* CCCCXI *iſta ſcribit:* Wandali duce Croſco Gallias pervagati, multas *in Chronico* urbes & Eccleſias ſubvertunt. Croſcus tandem à Ma- *Sigeberti* riano Præſide Arelate captus, & per victas urbes ig- *an.* 411, nominioſe retractus, ad mortem tormentatur. Sub hoc turbine inter multos martyrizantur, Sedunenſes Florentinus & Hilarius, Deſiderius Lingonenſis cum Vincentio Archidiacono, Antidius Beſontionenſis Epiſcopus. *Hæc ibi. Coluntur SS. Florentinus & Hilarius* XXVII *Septembris, dicunturque in Actis Mss. paſſi* ſub Rege Croſco, & gente Wandalorum barbara Gallias devaſtante, *nulla poſteriorum temporum facta mentione. Aſt Acta S. Antidii Veſontionenſis Epiſcopi, à Chifletio par.* 2 *Veſontionis edita, erunt ſuo tempore* XVII *aut* XXV *Iunii danda & examinanda, quod in iis plurima* E *videantur perperam congeſta, interque alia de* S. Deſiderio *iſta leguntur:* Unde factum eſt, ut B. Deſiderium, Lingonenſem Antiſtitem, virentem ac fructiferum vitis Dominicæ palmitem, quia brutis noluit ipſorum obedire præſtigiis, numinibus ſcilicet ut litaret vaniſſimis, mucronis ictu cervicis nudarent intimis. Memorabilem nec non & Valerium, ejuſdem Doctoris eximii diſcipulum, quem ad Archilevitæ delegerat officium, multimodis cruciatibus diſtortum, cæleſtis militiæ tironibus reddidere conſocium. *Hæc ibi.* S. Valerius Archidiaconus, *perperam à Sigeberto* Vincentius *appellatus, à Vignerio adjungitur* S. Deſiderio, *velut ſub* Croco *ſeculo Chriſti tertio etiam paſſus, de quo agendum erit die* XXII *Octobris. At* Crocus *ſive* Croſcus (*ut citata S. Antidii Acta habent*) cum Arelatem perveniſſet, jam majori deſtitutus exercitu, captus à Mario Præſide, catenis nexus, per plures quas vaſtaverat urbes ad improperium reductus, victiſque victor ad vindicandas injurias repræſentatus, poſt multorum cruciatuum tormenta impiam vitam miſero finivit obitu. *Hæc ibi, quæ eadem de interitu Croci habentur in Actis* S. Deſiderii, *& apud Gregorium Turonenſem, à quo ea peracta dicuntur tempore Galieni Imperatoris.*

F 7 *Aliud ſibi objicit argumentum ſupra citatus Iacobus Vignerius, agens de filiis Conſtantini Magni, & iſta tradit:* Ante hos annos nempe CCCXLV vel CCCXLVI *Num S. Deſiderius adfuerit Conc. Agrippinenſi an.* 346, Concilium nationale Coloniæ Agrippinæ habitum: cui legitur interfuiſſe, qui minime adeſſe potuit, Deſiderius Lingonenſis Epiſcopus, ſive is ſecundum Sigibertum, anno poſtea CCCCX gladio Wandalorum ceciderit, ſive longe ante, ut nos conteſtamur, obierit. Itaque certo ſtatuimus Urbanum ſcribi oportuiſſe, erratumque in ejus appellatione, quomodo & in plurium Antiſtitum Biſuntini, Remenſis, Metenſis, Virdunenſis, & quarumdam Eccleſiarum nomenclatura, uti Baronius, Sirmondus, aliique obſervarunt. *Hæc Vignerius. Colitur Vrbanus Epiſcopus Lingonenſis* XXIII *Ianuarii, de cujus ætate, neque in Vita ibidem edita, neque in Breviario Lingonenſi aliquid ſignificatur. Sed eſto dicto Concilio Colonienſi non adfuerit, ac ſerius vixerit: quidni aliquis* Deſiderius, *ſecundus iſtius* *an S. Vrbanus,* *nominis adfuerit, ad honorem* S. Deſiderii *Martyris ſic* *aut Deſiderius 2.* *appellatus?*

8 *Officia propria Genuenſis Eccleſiæ, juſſu Stephani* *Cultus ſacer Genuæ,* *S. R. E. Cardinalis Duratii Archiepiſcopi Genuenſis edita anno* MDCXL, *in Kalendario præfixo ad hunc* XXIII *Maji, præſcribunt illud,* S. Deſiderii Genuenſis, Epiſcopi &

AUCTORE G. H.

Martyris ſub ritu duplici. *Philippus Ferrarius hac de cauſa Catalogo Sanctorum Italiæ inſcripſit, & ex monumentis Eccleſiæ Genuenſis hæc de priore vita & ad Epiſcopatum electione ſcribit ad hunc* XXIII *Maji.* Deſiderius, patria Genuenſis & agricola, vir ſimplex & timens Deum, terram aratro exercebat apud Bavarum villam; cum Lingonenſes Romam ad Epiſcopum deponendum, nomine Deſiderium, profecti (ab Angelo enim admoniti fuerant, ut eum Epiſcopum ſuæ civitatis eligerent, cujus baculus terræ defixus germinaret) eâ pertranſire illis contigit, ubi Deſiderius erat: qui ab eo viam ſuſcitantes, cum illi nomen Deſiderii eſſe intelligerent; illiuſque baculum in terra fixum, donec de via reſponderet, ſtatim floreſcentem cernerent; illum, licet illitteratum, Epiſcopum conſecrandum curant. Qui divinitus inſtructus, dum munus Paſtorale præclare exequitur, Wandali in Galliam irruentes Lingones obſident, captaque civitate ſanctum Epiſcopum ... comprehendunt, & ad Croſcum Ducem perducunt, qui illum ... decollari juſſit. *Hæc ibi. Auguſtinus Calcagninus, Eccleſiæ Metropolitanæ Genuenſis Canonicus Pœnitentiarius, edidit anno* MDCLV *Sacram palmam Genuenſem; & in ea primo loco late deducit Italice* Vitam ſancti Martyris Genuenſis Deſiderii, Epiſcopi Lingonenſis, *ac dein Latine ſubjungit* Divi Deſiderii, Epiſcopi Lingonenſis Geſtorũ brevẽ excurſum, *cum* hymno de eodẽ & Proſa, *juxta ſtylum Eccleſiarum Lingonenſiũ: quæ ibidẽ legi poſſunt. In dicta Vita Italicâ dicitur* Villaggium de Bavari *ab urbe Genua quinque paſſuum millibus diſtare. Demum ſubjungitur longum* documentum donationis ſacræ Reliquiæ S. Deſiderii ac tranſlationis Genuam, *quod etiam omittimus, ac ſolum damus Summarium ejus lapidi marmoreo inciſum his verbis:*

ubi traditur natus,

& inde miraculoſe evocatus ad Epiſcopatũ.

B *Vita Italica,*

Reliquiæ ibidem.

9 Divi Deſiderii Genuenſis, Lingonenſium Præſulis & Martyris vertebra, quæ inter ſacra hujus Metropolitanæ lipſana colitur, theſaurus Regum regnique Galliæ fuit. Ludovicus XIV, Joannetino Juſtiniano Patricio Genuenſi, de ſe & Ludovico patre optime merito, parum ratus Marchionis dignitatem contuliſſe, partem hanc Regii plane cordis ut adderet, ab eodem voluit impetrari, Eminentiſſimo & Reverendiſſimo Stephano Cardinali Duratio Genuæ Archiepiſcopo ac Reverendiſſimo Capitulo & Canonicis dono dandum. Qui beneficii memores, religioſiſſimo civi annuum perpetuumque ſacrificium ſpoponderunt, ut in actis Jo. Baptiſtæ Badaraci Notarii die III Julii MDCLIV. *Hæc ibi.* Deſiderii hujus Epiſcopi, *ut annotat ſupra Ferrarius,* memoria in multis Italiæ urbibus celebris eſt, Genuæ maxime & Dertonæ: in cujus diœceſi Caſtrum-Novum eſt, oppidum peramplum & minime obſcurum, cujus hic ſanctus Epiſcopus Tutelaris eſt. Rem plane miram Neocaſtrenſes narrant, territorium ipſorum, quod ante filicibus refertum erat, ex die qua feſtivitatem S. Deſiderii ab operibus ceſſantes celebrare voverunt, illis omnino caruiſſe, cum tamen in finitimis cernantur. *Maſinus in Bononia perluſtrata tradit, aliquas ejus Reliquias aſſervari in Eccleſia S. Gabrielis ad portam Ravegnanam. Celebratur etiam ejus feſtum officio Eccleſiaſtico in Eccleſia & diœceſi Mediolanenſi.*

Summariũ tranſlationis,

C *feſtũ in Caſtro-novo.*

Reliquiæ Bononiæ.

10 *Inter Officia propria Sanctorum Eccleſiæ Arelatenſis, anno* MDCLVI *excuſa, præſcribitur cultus* S. Deſiderii ſub ritu duplici, *& ſub finem Lectionis* VI *iſta addunter:* In cœmeterio S. Honorati Arelate erat olim oratorium, huic inclito Martyri dedicatum, in quo ejus reliquiæ quieſcebant, quæ poſtea in ædem S. Trophimi ſunt collocatæ. *Præterea* Avenione D. Bertrandus de Deucio, S.R.E. Cardinalis Archiepiſcopus Ebredunenſis, grandem eccleſiam ſub invocatione S. Deſiderii extruxit dedicavitque, & inſigni Canonicorum Capitulo ornavit, addita etiam dote pro Muſica. Illi vero paucis ab hinc annis, *inquit D. Richardus Joſephus de Cambis Dominus de Fargues, in ſuis ad nos memoriis, poſt annum* MDCLXXIV *ad nos miſſis,* Capitulo Lingonenſi ſupplicarunt pro impetranda inſigni aliqua *communis jam Patroni reliquia, & obtinuerunt primam colli vertebram, ut partem ejus membri in quo Sanctus fuerat paſſus: quæ in æde S. Nicolai ſuper pontem Avenionenſem locata, maxima cum ſolennitate tranſlata deinde ad prædictam Collegiatam fuit; & exhinc quotannis proceſſionaliter circumfertur in proprio ipſius feſto, quando ritu duplici Officium de eo fit. Nec ſolum ibi colitur Sanctus; ſed etiam in eccleſia Collegii Societatis Jeſu, propter varias ipſius Reliquias, ibidem in majori altari collocatas à D. Dominico de Marinis Archiepiſcopo Avenionenſi, cum eccleſiam illam* IX *Maji conſecraret.*

D

11 *Elwanga Sueviæ monaſterium, ab Heriolpho Epiſcopo Lingonenſi conſtructum, cultum etiam* S. Deſiderii *Lingonenſis aſſumpſit, cum Commemoratione ejus in Laudibus & Miſſis privatis, ob venerationem tranſlationis corporum SS. Sulpitii & Serviliani, uti diximus ad horum diem natalem* XX *Aprilis. Aliqua etiam apud Elwangenſes traditio eſt, quaſi* S. Deſiderius *baptizaſſet Sanctos Tergeminos Martyres Speuſippum, Eleuſippum & Melaſippum, quorum etiam ibidem Reliquiæ aſſervantur, uti diximus ad eorum Acta* XVII *Ianuarii, ubi etiam dicuntur baptizati à S. Benigno Presbytero & Martyre. De hujus adventu & martyrii tempore nonnulla diximus* I *Maji ad Vitam S. Andeoli Subdiaconi & Martyris, reliqua dicenda erunt ad Kalendas Novembris diem ejus natalem. Coloniæ etiam eccleſiam fuiſſe, quæ* nunc B. Mariæ ad Indulgentias, olim S. Deſiderii in Vallo *dicebatur, ſcribit in Faſtis Colonienſibus Gelenius. Summa ſemper veneratione manſiſſe apud Lingonenſes* S. Deſiderium *indicant plurimæ parochiæ, quæ ſub ejus nomine notæ ſunt in Regiſtro beneficiorum dictæ diœceſis, è quibus ſunt in Decanatu S. Sequani* parochia S. Deſiderii de Charanceio, *in decanatu Bezenſi* S. Deſiderii & Antreino, *in Caſtilionenſi ad Sequanam* S. Deſiderii de Mont-lior *&* de Laine, *in Barrenſi ad Albulam* S. Deſiderii de Lepon, de Monſan, *& duplex* de Corifiere, *in Vinemerenſi* S. Deſiderii de Chellajo. *Vt alia loca omittam; celebre quoque eſt apud Lotharingos* Fanum S. Deſiderii, *præclarum oppidum, uti aliud æque celebre in Campania inferiore.*

E

Arelate, Avenione.

Cultus Elwangæ in Suevia.

Variæ parochiæ à S. Deſiderio nominatæ.

ACTA MARTYRII,

A Warnahario exculta,

Ex V *codicibus Mss. & Breviario Lingonenſi.*

PROLOGUS.

QVantæ *a* ſint in electis ac prædeſtinatis Dei omnipotentis Sacerdotibus virtutes; beatiſſimi Deſiderii Martyris, & Pontificis lingonicæ urbis, cujus redivivo anni circulo feſta de more ſolennia celebramus, præconia manifeſtant: cujus etſi geſta imperita loci ruſticitas per ordinẽ publicare nõ valet; ipſe tamen ſuis claris virtutibus Deo opitulante ſeſe manifeſtare non ceſſat. *b* Innumera enim ſunt bonitatis ejus virtutum inſignia, pauca tamen poteſt *c* dicendo noſtræ tenuitas facundiæ ut condecet deflorare. *d* Quanto namque prædictus Martyr divino præfertur munere glorioſus, tanto magis dictator apparet ad narrandas ejus virtutes per ignorantiam faſtidioſus.

a *Auctor tenuitatem excuſat.*

b

c

d

AN-

ANNOTATA.

a *Ms. S.Max perquã turbatum,hoc modo.* Quanta ſit in el.ac præd.Sac.à Deo omnipotente gratia largitionibus B.Def.M.& P. Lin.vr.red.an.circ. feſta de more ſol.celebrantes,ſuggeſta.... republicare non valet, ſeſe ſuis præclaret virtutibus Deo opitulante, per quas manifeſtari non ceſſat.

b *Ms. Reg. Suec.* Innumera enim ſunt boni operis.

c *Ms. S. Max.* dicendi in copia. *Ms. Reg. Suec.* dicendo inops *Aroaſ.* dicendo inopia noſtra tenuitatis facundia.

d *Ms.S. Max. & Bellon.* Quia quantum divino ritu prædictus Martyr in munere.

e *Ita Ms.Reg.Suec. Alia Mss.* omnino deſidioſus.

CAPUT I.

Irruptio VVandalorum. Martyrium S.Deſiderii & Sociorum.

C *In irruptione Wandalorum*

2 TEmpore illo, cum Wandalorum barbara & Gentilis ferocitas ad Galliarum veniſſet debellandas provincias; & devictis ac ſuperatis Gallis, Galliarum etiam urbes infeſtatione bellica plurimum devaſtaret, & in rapina prædæ crudeliſſime cuncta depopularetur cupiditatis inſtinctu; nutus Dei,eventus etiam rei atque itineris, gentem ipſam nefandam

a cum Rege eorum *a* Croſco ad civitatem Lingonas uſque perduxit. Tunc vero beatiſſimus Deſiderius in eadem urbe Pontificali officio fungebatur, Sacer-

b *urbs Lingonenſis,* dos virtutibus præſtantiſſimus. Et licet *b* oppoſito monte in ſublime firma ſit ex parte maxima naturalis expoſitionis munitio, & quadrorum lapidum ſtudioſe ſubjuncta compago muros ipſius civitatis efficiat tutiores;ad probandam tamen fidem præfati Antiſtitis, & eorum qui glorioſum martyrium,in ſancta Chriſti confeſſione manentes, cum eodem adepti fuiſſe dignoſcuntur; circumfuſa Wandalorum multitudo urbem undique circumvallat, & in obſidione

fortiter oppugnatur, perditionis à cunctis partibus civitas circumdatur. Nec mora miſſilibus, fundis,ſagittis, diverſiſque telis evertere mœnia, acrius impugnantes Wandali, crudelitatis inſtantia perurgebant. E contra beatiſſimus

S. Deſiderio fruſtra deprecante; Pontifex Deſiderius, cum ſuis Sacerdotibus,vel ceteris civibus, de muro clamabat dicens: Chriſti ſervi

B ſumus, Chriſtum Dominum noſtrum Deum vivum & verum colimus, qui univerſum mundum conſtituit. Nolite in nobis crudele ſcelus admittere, per quod Dei potentiam contra vos in iracundiam provocetis.

3 Sed quoniam Dei prædeſtinatione, martyrii præfinita dies advenerat; terror & metus inde ſimul cives omnes unus invaſerat, nec ſe ultrà ullâ virtutis

& intercipitur. audaciâ defendere conabantur;ſed retro redacti infra mœnia fugientes, quo quiſque pergeret ignorabat. Wandali vero præcipiti curſu irrumpentes, ruptis portis ingrediebantur mœnia. Aſt alii ſcalis oppoſi-

c tis in muros diverſa de parte ruentes, ignes in *c* pergama ſubmittebant; gladiis, diverſiſque jaculis cives omnes impia cæde proſternebant: nulli ſua profuit ætas, nulli ſexui vel ævo pepercit impietas: natos pendentes ad ubera cum matribus impia jugulabat crudelitas: unus gemitus & planctus morientium in totis mœnibus perſonabat.

S. Deſiderius ad Regem abductus 4 Denique beatiſſimus Deſiderius Antiſtes, in oratione poſitus invenitur, Regiſque cum ceteris Chriſticolis obtutibus præſentatur. Ille autem de perditione civium Paſtorali ſolicitudine dolore repletus, pro ſe Principem rogare noluit; ſed ut per-

d euntibus civibus ſubveniret *d* attentius exoravit dicens: Si pius es, jam parce rector optime, precor, miſeris civibus, & à tanta crudelitatis cæde hoſtiles manus tuorum ut compeſcas humiliter omnino depoſco. Ad hæc Princeps barbarus,immitis, naturalis crudelitatis aſperitate durus, eventu victoriæ tumefactus, barbara locutione hoc ſancto Deſiderio deſpecta reſponſione narravit, quod beatus Antiſtes nulla potuit intelligentiæ capacitate cognoſcere. Ideoque & quod prius Sacerdos Dei precatus fuerat Rex crudeliſſimus ignorabat. Obtulit ſe etiã pro ſuis civibus, cervice paratâ pius Paſtor ad victimam, ut ceſſaret de pereuntibus civibus vel aliquantulum jam ruina. Nulla rector impius permotus eſt pietate: ſed crudelitatis perſeverantia inflammatus,caput amputari præcepit Sacerdotis: plures etiam Chriſtianos *d* eadem ſimul hora & eadem ſententia interire præcepit. In totis namque Pergamis in Chriſti confeſſione perſeverantes, eadem die diverſa ſunt paſſim cæde proſtrati. De cultu religionis interrogati,quicumque Chriſtum confeſſus ſe dixit credere, nuſquam in tota urbe potuit evadere. O urbs Lingona, quod tunc ſubito remanſa deſolata, de tuis civibus ingemiſcis? habes inde magis quo exultes, dum tantos eodem tempore pro tuo munimine conquiſiſti Martyres. Pro nihilo temporale damnum tuâ reputes in cenſura *e* quod lugeas; dum abſque taxatione pretii, inde nunc habes & habitura es lucra ſine fine manſura quo gaudeas *f*. Contriſtata es tunc incendiis, gladiis, rapinis, cum omni humilitatis exemplo in favillam redacta;unde nunc es exornata, illuſtrataque fortitudine,& tutaminis ſuffragio præmunita, inde es & permanes in perpetuum præ ceteris urbibus glorioſa.

AUCTORE WARNAH.

fruſtra ſe pro aliis victimam offert;

d *occiſus cum illis*

cum magnâ Lingonenſium gloriâ.

E

e

f

ANNOTATA.

a *Ms. S.Max.* Croco, *aliis apud Vignier* Chroco *&* Caroco, *de eo ſupra egimus.*

b *Idem Ms.* oppoſitione montis, *alia Mss.* oppoſito montis. *In Breviario iis omiſſis ita legitur.* Licet naturalis expoſitionis munitis *&c.*

c Pergama, *arcium Trojanorum nomen fuit, imo & pro Troja ſumptum,inde huc transfertur ad quaſcumq; arces & loca munita.*

d *In aliquibus Mss.* Sacerdotes, *ſcilicet cum aliis.*

e *Mss. aliqua,* non lugeas.

f *Ms. S.Max.* Concremata es.

CAPUT II.

F

Percuſſor & Rex puniti. S.Deſiderii miracula & memoria.

Pereunt percuſſor ſancti 5 TAm præclari Deſiderii Martyris beatitudinis initium, & præcipuam perfectæ dilectionis gratiam in effuſione ſanguinis ſui, repentinis indiciis in perſecutoribus ejus divina pietas patefecit. Percuſſor illico ſuus, amentiæ ſenſu damnatus, impatientiæ furore correptus, per mœnia horribilibus vocibus clamans,curſu concito caput in portam civitatis impulit; & crebrâ percuſſione evacuatus cerebro,exanimis ibidem à paventibus ſociis contemplatur. Auditis his timor & tremor hoſtium cunctorum animos ſtupentium penetravit, & pauliſper ab effundendo ſanguine ceſſarunt. Denique non poſt multum temporis Deus judex juſtus ſancti ſui Deſiderii Martyris, vel ceterorum Martyrum urbis iſtius, ultione convictus, in *b* Arelatenſi urbe Croſcum Principem ſuis tradidit inimicis. Qui captus & catenatus, tam diu diverſis tormentis eſt diuturno tempore afflictus, quouſque per crudeliſſimam aſſiduamque cædem ad mortis interitum perveniret juxta ſuum meritum.

b *& Crocus Rex Arelate*

AUCTORE WARNAH. EX MSS.

6 Beatiſſimus autem Deſiderius Pontifex, ob præcedentem converſationem & boni operis ſtudium martyrii condignam coronam promeruit, pro eo quod prius juſtus inventus eſt & probatus. Cujus vitæ initium caſtitas, ſobrietas, eleemoſynarum largitio, miſericordia in pauperibus, pietas, morum probitas, patientiæ æquanimitas, ac Deo ita acceptabilis in omnibus eſt repertus, ut ad cælorum regna, conſociata militiâ multorum martyrum, acquiſitione ſua cum maxima beatitudine perveniret. In urbe ſua ſanctus Pontifex dono martyrii præcipue locupletatus eſt, in eadem etiam urbe pro ſalvationum beneficiis cum ceteris Martyribus veneratione eſt debita tumulatus. Præterito tempore, quantum fuit à ſuis civibus honoratus atque dilectus, ſepulturæ ſuę locus manifeſtis declarare videtur indiciis, in tantum ut infra muros amor populi diffuſus corpus ad tumulandum reciperet Sacerdotis, quem cum pro bonitatis manſuetudine & ſanctitatis conſtantia ſatis diligebat ſuperſtitem. Nam ſi quis ad ejus limina ægrotus advenerit, inde Deo opitulante revertitur confortatus; ſi mœrore perterritus, ſancti Martyris obtentu inde confeſtim redit exhilaratus; ſi cæcus, claudus, ſurdus, mutus, ab adverſâ parte vexatus advenerit, ſuam quiſque ibi medicinam & remedia priſtina ſine mora percipit opportuna.

Omni virtutum genere ornatus,

à ſuis dignè ſepelitur.

claret miraculis:

B

7 Inter cetera virtutum ſuarum inſignia multiplicia, Martyr in ſuo nomine non patitur impunitam ferre perfidiam. Nam ſi quis intra ſepta eccleſiæ ipſius, invocato nomine Chriſti ſuper ejus ſanctum altare, ſub falſitatis ingenio mendax perpetrare tentaverit ſacramentum, *c* ultione divinâ perditionis illico ſententiâ condemnatur; fides per fidelem Martyrem conſervatur. Nullus ibidem, divina obtemperante gratia, in fallacibus juramentis nomen ipſius Martyris invocare, aut memorare præſumit. O præferendum beatitudine Martyrem, qui tantum obtinuit apud Deum, ut oſtendere poſſit poſt obitum, quod odit inquitatem, & diligit veritatem; deteſtatur perjurium, condemnat mendacium. Hortatur pius paſtor, curam habens defunctus de ovibus, cives bonos, ut fidei integritatem pro animarum ſuarum ſalvatione ſine macula omnino cuſtodiant. Deteſtatur malignos, perfidiam æmulatur, dat perditionis exemplum ſpecialius ut emendent.

Porta ubi lictor periit, deinceps fuit clauſa.

Pejerantes ſuper altare ejus, aut nomen puniuntur.

c

8 Habetis denique Sacerdotes illuſtres, Primates, & omnis plebs Lingonici populi, præclari Martyris, ceterorum cui ſubjuncta eſt caterva Martyrum, intrinſecus tutamen urbis egregium & præcipuam de eo cuſtodiam civitatis; extrinſecus autem de tribus Geminis fratribus Martyribus ſingulare urbis præſidium ante poſitum, & civitatis maximum divinæ remunerationis ornatum. Nimirum ſatis ſupereſt in laude hujus ſancti Deſiderii Martyris de virtutibus amplius quod dicatur, ſed faſtidium generat auditori major ſi fuerit prolixitas dictionis. Nam ad confirmandam præclari Martyris teſtimonii veritatem, porta, ubi percuſſor pro admiſſo ſcelere reus impulſione capitis ſemetipſum peremit, nullum ab eodem tempore ingreſſionis viantibus officium præbuit, nec ægrediendi ab urbe conſuetudinarium aditum populis ulterius patefecit: ſed ſaxis clauſa, pro offenſionis indiciis, damnata potius perſeverat. Denique cum ipſius gladiator Sacerdotis ſacrum corpus truncavit, *e* in librum divinum ferventis ictus peracceſſit apertum. Ubi multa quidem folia perforavit, divina tamē *f* ſalvatione litterarum tramitem non contigit effuſio ſanguinis. Livor in libro certum beati Martyris paſſionis indicium manifeſtat, & in nullo ſcripturæ ſeriem legentibus perturbat. In utroque vivens teſtimonii veritas, & præſenti populo demonſtratur, & venturo ſemper ad cernendum Dei ordinatione ſervatur; dum ferro, aciem acuminis proprii, ad beatitudinem hujus Martyris ampliandam, vel libri folia perforanda, habere conceſſum eſt, at divina verba, ibidem in litterarum monumentis inſerta, violare propter Martyris ſui gloriam Dei omnipotentia non permiſit; regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria, virtus & poteſtas, in ſecula ſeculorum. Amen.

D

ANNOTATA.

a *Ms. Reg. Suec.* pauliſper impietas barbara ab effundendo cruore ceſſare fecit.

b *Gregorius Turonenſis lib.* 1 *Hiſt. Franc. cap.* 32, Chrocus, *inquit*, apud Arelatenſem Galliarum urbem comprehenſus, diverſis affectus ſuppliciis, gladio verberatus interiit, non immerito pœnas, quas Sanctis Dei intulerat, luens. *Similia plura ex Aimoino ſunt relata.*

c *Ms. S. Max.* ultio divina eum perſequitur.

d *Coluntur Tergemini Martyres, ut ſupra dictum* 17 *Ianuarii.*

e *Ms. S. Max.* in divino libro ferientis ictus pro acceſſu acceptus eſt.

E

f *Ms. Reg. Suec.* litterarii tramitem, *Ms. S. Max.* litterarum apicem. *Ceterum totum hunc contextum paulo aliter ex monumentis Genuenſibus ita exponit & multo clarius Ferrarius:* Liber quoque, in quo Deſiderius preces recitare conſueverat, ſuo ſanguine ita aſperſus fuit, ut cum eo plura folia tincta fuiſſent, characteres tamen illæſi remanerent. Qui liber ad hæc uſque tempora monſtratur.

HISTORIA TRANSLATIONIS

Ex Breviario Lingonenſi.

Capſa argentea in aurata

1 POſt multorum annorum curricula venerabilis Guido de Menenlis, quondam eccleſiæ beati Martyris Deſiderii Prior, capſam argenteam atque adauratam, ad collocandum glorioſi Martyris corpus, miro opere fabricare fecit: quo peracto viam univerſæ carnis eſt ingreſſus. Deinde Guillermus de Duro-forti Lingonenſis Præſul, qui poſt fuit Rotomagenſis Archiepiſcopus, una cum Stephano de Noëriis Religioſo, qui tunc Prioratum B. Deſiderii regebat, cœperunt anxii in animo ſuo volvere, qualiter ſanctum corpus magnificare ſeu relevare poſſent. Sperantes autem in Domino, accitis vicinis Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Religioſis & Sacerdotibus, cum innumerabili Cleri ac populi multitudine, ad tanti myſterii ſolennitatem, matura eorum deliberatione, relevationis dies fuit aſſignata, anno videlicet Domini milleſimo trecenteſimo quatuordecimo, decimo quinto Kalendas Februarii. Igitur deſcendente venerabili Epiſcopo Guillermo, Priore, ceteriſque Religioſis ac Sacerdotibus, in locum ubi conditum erat beati Martyris corpus, invenerunt ejus tumulum lapideum à terra deſuper levatum, plumbo & ferro clauſum, firmiterque ſignatum. Aperto denique tumulo tanta odoris fragantia de ejus corpore circumquaque emanavit, ut videretur circumſtantibus, quod eccleſia balſamis & aromatibus plena foret tota. Invenerunt itaque beati Martyris corpus, cum certis litteris valde authenticis & ſigillatis, omni corruptione carentibus, ſanctiſſimæ vitæ & martyrii almi Deſiderii teſtimonium perhibentibus veritatis. Tenor dictarum litterarum erat: Iſte pius Paſtor & Rector juſtus, Chriſti Martyr inſignis Deſiderius, fuit vas virtutum in vita ſua, & origo totius ſanctitatis.

imponendum corpus,

F

anno 1314, 19 *Ianuarii inventum*

cum hac inſcriptione.

Qui-

A

elevatum cum magno jubilo,

2. Quibus visis, pretiosum corpus, purum & integrum, ornamentis Pontificalibus decoratum, caput suum super pectus ejus in manibus tenens, à deputatis de tumulo est sublatum, & omnibus circumstantibus ostensum. Quantæ tunc jubilationes, quantæ laudes per totam urbem die noctuque sonuerunt, lingua narrare non sufficit. Divinis denique obsequiis orationibusque peractis, beati Martyris corpus in prædicta capsa argentea, variis lapidibus ornata, ante Ecclesiæ altare Dominicum, in ejus honore dedicatum, est honorifice depositum.

& in altari ejus depositum.

D

3 Brachium ejus dextrum, costa una cum mento & duabus maxillis, in ecclesia B. Mammetis fuerunt per dictum Præsulem deportata, atque in argento honorifice recondita. Eâdem denique die tanta miracula meritis beati Martyris fecit Deus, ut vix dinumerare quis potuerit, ad laudem ejus, qui vivit & regnat in secula. Amen.

Aliquæ reliquiæ delatæ ad ecclesiam S. Mammetis.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

IN CAPPADOCIA ET MESOPOTAMIA PASSIS.

G. H.

Ex Eusebio & Ruffino.

SUB MAXIMIANO.

Martyrium relatum ex Martyrol. Rom.

B

Eusebio,

Orum Martyrum memoria celebratur in Martyrologio Romano his verbis: In Cappadocia commemoratio Sanctorum Martyrum, qui in persecutione Maximiani Galerii confractis cruribus necati sunt: item eorum, qui eodem tempore in Mesopotamia appensi pedibus in sublime, capite verso deorsum, suffocati fumo, & lento igne consumpti, martyrium compleverunt. *Eusebius lib.* 8 *historiæ Ecclesiasticæ de his agit, & secundum divisionem capitum apud Christophorsonum cap.* 24, *ast apud Valesium cap.* 12, *ista leguntur*: Quid nunc opus est reliquos nominatim commemorare, aut multitudinem hominum recensere, aut varias tormentorum species orationis penicillo depingere? Quippe cum admirandi Martyres partim securibus cæsi sint, ut in Arabia contigit; partim suffractis cruribus interierint, quemadmodum accidit in Cappadocia; nonnulli capite deorsum verso pedibus suspensi, leni ac remisso igne subtus accenso, flagrantis materiæ fumo suffocati sint, ut in Mesopotamia factum est.

Ruffino,

2 *De Sanctis Martyribus tunc in Arabia pro Christo passis egimus die* XXII *Februarii. At de hic relatis Martyribus ista habet Ruffinus lib.* 8 *cap.* 11. Sed unde sufficimus propria uniuscujusque Martyris per singulos enumerare supplicia? Quis enim possit illa repetere, quibus apud Arabiam Martyres securibus cæsi sunt? Quomodo quis repeteret quæ in Cappadocia gesta sunt, ubi crura frangi Dei cultoribus jubebantur? Quis Mesopotamiæ referat cruciatus, ubi Christianos suini tergoris more singulis manibus pedibusq; suspensos, amarissimo fumo subter suggesto, indignis cruciatibus enecabant? Alios vero lento igni prope adhibitos tormentis longioribus absumebant. *Hæc ibi. Similia habet Nicephorus Callistus lib.* 7 *cap.* 11, *qui tamen scribit*, Martyres altero pede in sublime sublatos, molliori igne suppositio, fumo ex materia viridiroe proveniente, suffocatos.

E

Nicephoro Callisto.

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS,

QUINTO, LUCIO, JULIANO, MONTANA, JANUARIA, EMELIA, NONNA, ALMERIDA, ASTO, BASILEO, EP. VICTORIO, FIRMO, MONTANO, JULIANO, VICTORICO, FIDELIO, DONATO, NICIA, FAUSTO, TIMOTHEO, SILVANO, ET FOCIO.

G. H.

Ex Martyrologio S. Hieronymi.

XXIII MAII

Martyres ex Fastis S. Hieronymi

Illustrem hanc Afrorum Martyrum classem celebrant antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa. Ex his Corbeiense Parisiis excusum hoc ordine & modo illos proponit: In Africa Quinti, Luci, Juliani, Montanæ, Januariæ, Emeliæ, Nonnæ, Almeridi, Asti, Basilei Episcopi, Victuri, Firmi, Montani, Juliani, Victurici, Fideli, Donati, Niciæ, Fausti, Timothei, Silvani, Foci. *Hæc ibi, ex quibus duo ultimi desunt in aliis apographis, & loco* Almeridi *in Epternacensi & Lucensi est* Almerida, *uti in his & Blumiano est* Victori *loco* Victuri: *& sic pro* Victurici *est in Lucensi & Blumiano* Victorici, *& pro* Niciæ *est in Epternacensi* Nicæ. *Et hactenus ex Martyrologio Hieronymiano.*

& aliis.

2 *Notkerus ita refert aliquos*: In Africa Quinti & Lucii & aliorum multorum. *Hos duos* in Africâ *passos tradunt præter Florarium Sanctorum Ms. Romanum Cardinalis Barberini, Trevirense S. Maximini, Colonienſe S. Mariæ ad Gradus, Leodiense S. Lamberti & S. Laurentii, Rhinoviense & Richoviense*: *in quo (sed aliis interpositis) adduntur nomina* Juliani, Felicis, Montani, Januariæ. *In Casinensi sunt nomina* Quinti & Fausti: *in Auctario Greveni ad Vsuardum* Lucii, Quinti, Montani, & aliorum. *In Mss. Tornacensi & Latiensi*, Juliani Martyris, *qui in Atrebatensi Ms. dicitur* Julius Martyr. *Et palæstrâ Africâ omissa, celebratur memoria in Ms. Aquisgran. & Kalendario Lucensi* Quinti & Lucii. *In Ms. Vaticano S. Petri fit mentio horum trium*, Quinti, Lucii, Januarii, *aliis supra* Januariæ: *in Ms. Pragensi* Lucii & Quintini; *& in Augustano* Quinti, Lucii, Juliani, Firmi, Fausti. *Qui etiam referuntur in Ms. Parisiensi Labbæi, cum* Africâ *illorum palæstrâ.*

An passi in persecutione Wandalicâ

3 *Galesinius hoc eos elogio conatur ornare*: In Africâ beatorum Martyrum Quintii, Lucii, & Juliani. Ii in persecutione Vandalicâ, pro pietate Catholicâ susceptis fortiter concertationibus, ut fortissimi Dei milites coronis pro victoriâ donantur. *Hæc ibi, quæ inde adjecta sunt tertiæ editioni Martyrologii Germanici à Canisio conscripti. Citat Galesinius aliquod Ms. nec dubitamus quin in eo repererit tres nominatos Martyres*, Quintum,

AUCTORE G. H.

tum, Lucium, & Julianum, *eosque* Africæ *adscriptos, ut & nos ex tot Martyrologiis eos jam protulimus: sed Galesinius (quod etiã alibi observavimus) eos ex suâ conjectura transtulit ad Wandalicam persecutionem, de quâ agit Victor Vticensis, ab eo indicatus: licet apud eum tale martyrium non describatur, imo nec nomina reperiantur. Passos proinde sub Imperatoribus ethnicis arbitramur, & sic potuisse Martyrologio S. Hieronymi inseri, uti ex quatuor ejus apographis deduximus. Baronius, nimium Galesinio credulus, uti alias sæpius, aliquam conatus est adhibere medelam: & loco* Quintii *assumpsit* Quintianum, *atque ista Martyrologio Romano inseruit:* In Africâ sanctorum Martyrum Quintiani, Lucii & Juliani, qui in persecutione Wandalicâ passi, æternas coronas meruerunt. *Dein annotat,* fuisse Quintianum Siccensem Episcopum in Africâ, tempore Hunnerici Regis Wandalorum, de quo Victor de Persecutione Wandalicâ lib. 2. D

4 *In Codice Ms. Reginæ Suecia & ab Holstenio inter Animadversa ad Martyrologium Romanum excuso, loco & alibi Cæsareæ tributi.* Africæ *præponitur* Cæsarea *hoc modo:* In Cæsarea Lucii, Juliani, Felicis, cum aliis x. *Vbi* Felix, *supra ex Ms. Richenovienſi etiam productus, videtur loco* Fideli *aut alterius intrusus.*

DE SS. EPICTITO SIVE EPITACIO, APTONO, BASILIO, ET ALIO APTONO,

MARTYRIBVS IN HISPANIA.

G. H.

COMMENTARIUS CRITICUS.

De nominum notitia in Martyrologiis, Episcopatu uni trium priorum tributo, variis figmentis circa S. Epitacium.

XXIII MAII

Memoria in Martyrologio Hieronymiano,

Vlta circa hos Sanctos intricata sunt: hæc ut à lectore melius concipiantur, quæ in antiquis Martyrologiis de iis invenimus, primo referemus. In antiquissimo apographo Martyrologii Hieronymiani, quod apud Epternacenses adservatur ante mille prope annos exaratum, ista leguntur: x Kalendas Junii, Spanis Epicti & Aptoni... Basili Episcopi, item Aptoni. *In Lucensi apographo, à Florentinio edito, ea sic habentur:* In Spaniis Natalis SS. Epictiti, Aptoni, Basili Episcopi, item Aptoni. *In Ms. apographo Blumiano scribitur* Basili Episcopi *& bis* Optoni. *In apographo Corbeiensi Parisiis excuso,* Basili Episcopi *& bis* Aptonii, *cui sub finem additur nomen* Jocundi: *quod additamentum est suspectum, quia sæpius in isto apographo reperitur sub finem adjectum, licet in aliis desit. Quod ergo* Epicti *in priore scribitur, contortum apparet, & cum aliis legendum* Epictiti. *Erat in eodem Ms. interposita memoria* S. Desiderii; *sed facili amanuensium lapsu.*

2 *Hactenus apographa Martyrologii Hieronymiani: jam reliqua inspiciamus. Ac primo* S. Basilius Episcopus cum tribus aliis, *scilicet indicatis, memoratur in Ms. Reginæ Suecia, ab Holstenio vulgato. Antiquum Romanum Cardinalis Barberini, in additamento Bedæ ista habet:* In Hispaniis nat. SS. Epictiti, Aptoni, Basilii Episcopi. *Aliquod antiquum Ms. Corbeiense ista tradit:* In Hispaniis nat. SS. Epictiti, Aptonii. *Ms. Ado Leodiensis monasterii S. Laurentii, item Mss. Colonienſe S. Mariæ ad Gradus & Trevirense S. Maximini,* In Hispania Epicteti, Aptoni, Basilii Episcopi. *Ms. Pragense Ecclesiæ Cathedralis,* In Hispaniis Epictici, Basilei Episcopi, Aptoti, *qui melius in Ms. Leodiensi S. Lamberti & aliis relatis* Aptonus *dicitur: de quo tamen silent sequentia Martyrologia. Ac primo valde antiquum Trevirense S. Maximini:* In Spaniis Epictiti, Basilii Episcopi. *Septem aut octo Mss. Vsuardi, sed aucta, quæ apud nos sunt, ista habent:* In Hispaniis natale SS. Epictici & Basilei Episcopi. *In Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuso & apud Grevenum, additur,* Martyrum. *Ms. Carmelitanum:* In Hispaniis B. Basilei Præsulis & Epuliti Martyrum, *ubi errore amanuensis* Epuliti *pro* Epictiti *scriptum. Mss. Casinenſis monasterii & Romanum Ducis Altempsii:* In Hisp. S. Basilii Episcopi. *Ita hactenus* Basilius *in omnibus* Episcopus *dicitur, & sine isto titulo refertur* Epictitus. *Vterque etiam sine isto titulo habetur in Mss. Aquisgranensi, Augustano S. Vdalrici & Parisiensi Labbei, & apud Notkerum. Iterum uterque cum isto titulo memoratur in Mss. Richenovienſi & Rhinovienſi: sed scribuntur nomina* Epicterii Episcopi & Basi Episcopi. *Petrus de Natalibus lib.* 11 *cap.* 130 *num.* 148, Epitteus *ait,* & Basileus Episcopi in Hispania clarent x Kalendas Junii.

C *& aliis, saltem trium,*

aut duorum: & Basilius habetur Episcopus,

3 *At contra ordo supra relatus immutatur in Martyrologio Bellini, secundum morem Romanæ curiæ sub annum* 1498 *Venetiis excuso, in quo ista leguntur:* In Hispaniis Epitacii Episcopi & Basilei. *Secuti sunt Maurolycus, Felicius, Molanus, Canisius, Galesinius cum hodierno Romano. Quo citato referuntur ambo ab Ambrosio Morales in Chronico Generali Hispaniæ anno* MDLXXIV *excuso lib.* 10 *cap.* 28, *& Ioanne Marieta in Historia Ecclesiastica Sanctorum Hispaniæ anno* MDXCVI *impressa lib.* 2. *cap.* 32. *Eosdem habent Basilius Sanctarus, Villegas, & alii in Floribus Sanctorum, Padilla in Historia Eccl. Hispaniæ centuria* 4 *cap.* 31. *Et hi asserunt nihil aliud de iis sciri posse. Reperimus eos in citato Martyrologio Ms. Reginæ Suecia attribui* Hispaniarum civitati Valentiæ: *ast in Mss. Richenaugiensi & Rhinovienſi* urbi Emeritæ. *ab aliis Epitacius dicitur Episcopus.*

4 *Habes collecta, in gratiam Hispanorum, ultra quadraginta testimonia antiquorum Martyrologiorum & scriptorum, quibus possemus addere silentium reliquorum, qui ante hoc seculum* XVII *floruerunt: quando tandem excogitata sunt, & sub larva antiquorum scriptorum prodierunt plurima figmenta, quæ etiam viros eruditos in errorem abduxerunt. Ita Prudentius Sandovallius Episcopus Tudensis,* primum Ecclesiæ suæ Episcopum *statuit* S. Epitacium, *de quo hic agimus: cujus etiam præcipuum argumentum est ex quodam fragmento scripto sub nomine Athanasii, qui fuisset primus Episcopus Cæsaraugustanus. Hujus aliquam mentionem fecimus ad* XV *Maji, ubi de Adventu* VII *Episcoporum, ab SS. Petro & Paulo in Hispaniam missorum, egimus; ab iisque censuimus removendum Athanasium. Vt tamen is fabulosus non esset, sed primorum illorum Episcoporum vere socius, non continuo approbandum hoc sub ejus nomine editum fragmentum, imo figmentum:* F *Aliqua de iis censentur conficta,*

5 Ego novi S. Petrum, primum Bracarensem Episcopum: quem antiquum Prophetam suscitavit S. Jacobus Zebedæi filius, Magister meus. Hic venerat cum duodecim tribubus, missis à Nabuchodonosor in Hispaniam Hierosolymis, duce Nabuchodonosor vel Pyrrho Hispanorum Præfecto. Dictus est hic Propheta Samuel junior, vel Malachias senior, *quasi à S. Petro Bracarensi Ep. seculo* I *essent consecrati Episcopi.*

A senior, propter morum gravitatem & vultus pulchritudinem, Uriæ Prophetæ filius. Factus Episcopus multos Judæorum ad fidem convertit, dicens se venisse cum illorum majoribus & prædicasse transmigratis; obiisse vero xx anno post adventum eorum in Hispanias. Hic vir Apostolicus, acceptis à S. Jacobo institutionibus Apostolicis, Euangelio & Ordine Missæ ac celebratione Sacramentorum, venit Bracaram. Epistolas Apostolico plenas spiritu scripsit ad Ecclesias: in quibus Episcopos constituit, ut Irienſem, Amphilochienſem, Eminienſem, Portuenſem, ubi S. Basileum condiscipulum posuit (qui illi per martyrium sublato successit in Sede Bracarensi) Epitacium in Tudensi. Isti viri divini planeque Apostolici, instar Apostolorum, non in una semper urbe morabantur, sed quo rapiebat illos Spiritus sanctus ferebantur: ut Epitatius, qui non solum in Tudensi diœcesi, sed in urbe Lusitaniæ Ambratia prædicavit. Qui signis & varietate linguarum .... prædicationem illustrabant: nec soli ibant prædicatum, sed multis discipulis comitati, ut fecit Christus, Petrus, Jacobus, & Apostoli ceteri.

B *alia commentitia à variis asserta.*

6 *Hæc apud Sandovallium dictus Athanasius. Egimus de S. Petro Episcopo Bracarensi ad diem* XXVI *Aprilis, in Appendice pag.* 1001 *& sequenti, arbitrati eum potius seculo Christi quinto vixisse: & explosimus hanc ejus inauditam hactenus suscitationem à mortuis, ceteraque adjuncta, ut plane fabulosa: proinde iis hic iterum refutandis non oportet immorari. Secundum Sandovallii argumenti, desumitur ex Dextri Chronico æque fictitio, cui ista inserta.* Anno CCLXXVII floret memoria Tude S. Epicteti sui primi Episcopi, discipuli S. Petri Bracarensis: Creditur passus gravissima tormenta sub principio Neronis. *His similia habentur ad annum* CCLXVIII. *Additur Iuliani Archipresbyteri ejusdem farinæ scriptum his verbis:* Anno CCLII Tudei & alibi floret memoria S. Epitacii, Tudensis Episcopi & Martyris. *Demum ad istam rationem conflatum videtur Martyrologium, quod ubi totum prodierit, de isto rectum judicium poterit ferri. Nihilo majoris auctoritatis est, quod ex æque fictitio Maximi Episcopi Cæsaraugustani Chronico sic profertur:* Anno DLXXXIII, ex ruinis Ambratiæ, ubi S. Epitatius, primus Episcopus Tudensis, passus est, Neusila Episcopus Tudensis Tuden Reliquias transtulit: Anastasius Episcopus ædem illi sacravit. *Interim hujusmodi auctoritatibus nixum Sandovallium, in suo tractatu anno* MDCXIX *excuso, Secuti sunt Rodericus de Acunha in Historia ecclesiæ Portuensis & Bracarensis, Franciscus Bivarius & Rodericus Carus ad Dextrum, & potissimum Ioannes Tamajus Salazar in libro particulari de Actis* S. Epitacii *anno* MDCXLVI *edito, ac demum in Martyrologio Hispanico ad hunc* XXIII *Maji: quem poterit talium rerum curiosus adire, aut etiam postea editum Hagiologium Lusitanum Georgii Cardosi.* E

AUCTORE G. H.

DE S. EVTYCHIO ABBATE, ET FLORENTIO MONACHO,

NVRSIÆ ET FVLGINII IN VMBRIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. H.

De eorum monasterio, translatione, cultu diebus variis.

CIRCA DXL ET DXLVII.

Post vitam aliquamdiu solitarie actam,

C

S. Eutychius fit Abbas monasterii vicini,

postea florentissimi.

Ursia *urbs, antiquis Romanis notissima, habita fuit una Sabinarum urbium in confiniis Piceni & Vmbriæ, cui modo attribuitur. Inter hujus urbis & diœcesis Sanctos Tutelares sunt* SS. Spes & Eutychius, *sive* Euticius *aut* Eutitius, Abbates *monasterii, in vicina valle Castoriana, circiter sex millibus passuum Nursia dissiti: quod illic construxit* S. Spes Abbas, *cujus Acta dedimus die* XXVIII *Martii. Haud procul à dicto monasterio vixerunt solitarii* SS. Eutychius & Florentius, *in aliqua crypta in magna pœnitentia & sancta erga se invicem caritate: & construxerunt parvum aliquod tugurium, cum oratorio etiam non magno. Erat autem* S. Eutychius *vir multæ doctrinæ, & magni zeli ac fervoris, in vita etiam activa exercitatus; hinc post obitum* S. Spei Abbatis *& intervallum aliquot annorum, quo aliquis monachus præfuerat, ab illius subditis in Abbatem electus* S. Eutychius, *per plures annos in omni bonitate illud monasterium rexit, monachosque in omni virtutum genere instituit. Hinc cum fama sanctitatis ejus late spargeretur, plurimi se subjecerunt ejus disciplinæ, monasticam vitam amplexi: varii, propriis habitationibus relictis, alia sibi prope monasterium domicilia construxerunt: è quibus quatuor parochiæ accreverunt sub cura Abbatis ejusve Vicarii.*

2 *Dum autem* S. Eutychius *in hoc suo regimine ejusque monachi ac successores viverent, cum multa observantia atque exemplo singulari, ac varii bona stabilia & mobilia conferrent; facta est Abbatia ditissima, ac sub se constitutas habuit Præposituras, Prioratus, Plebes, Rectoratus, Canonicatus & Beneficia, cum cura Pastorali eis annexâ aut etiam libera: & non solum in territorio Nursiensi, sed etiam Cassiensi, Cerretensi, & locis magis dissitis, in diœcesibus Spoletana, Asculana, Camerinensi & aliis. Plurima etiam dicto cœnobio concessa fuerunt privilegia, gratiæ & exemptiones à Summis Pontificibus Innocentio IV, Gregorio XI, & Martino V; item ab Episcopis Spoletanis Henrico & Bartholomæo, nec non ab Imperatoribus Ottone III, Conrado II, & aliis Principibus & Magistratibus, uti hæc omnia indicavit Iacobillus, in ejus Actis inter Sanctos Vmbriæ editis.*

3 *Ad Acta* S. Spei *Abbatis diximus, hunc circa annum* DXVII *vita functum, Post cujus obitum cum aliquis ex discipulis fere decem annis præfuisset, secundum calculum Iacobilli, subrogatus fuisset* S. Eutychius *circa annum* DXXVI, *mortuus circa annum* DXL, *die* XXIII *Maji, sepultus in ecclesia sui monasterii, in cujus locum alia multo illustrior à posteris constructa fuit, &* S. Eutychio *dedicata. Corpora* SS. Spei & Eutychii *fuerunt in ecclesiam eam translata ad majus altare, & urnæ marmoreæ inclusa: Capita vero eorum cum magna veneratione adservantur in Tabernaculo & in mansiuncula prope sacristiam erecta. Vestes quoque ejus, quæ erant instar rudis cilicii, sub forma tunicæ monachorum confectæ, etiamnum in magna æstimatione habentur, in sacrario argentato depositæ, per quas Deus multa mirabilia patrare solet. Nam præter illa, quæ infra ex S. Gregorio Magno proferentur, cum anno* MCCCCXCII *diuturna siccitate fructus terræ, ne omnes perirent, in periculo forent, exposita fuit tunica seu cilicium* S. Eutychii, *ac subito copiosa pluvia irrigavit agros, cum magna omnium consolatione. Tunc publico decreto sanctum est ut festum* S. Eutychii *in urbe ac territorio Nursiensi celebraretur solenniter, neque liceret aliquod opus servile exercere: assumpta etiam obligatione offerendi quotannis in ejus festo duas faces cereas librarum viginti quinque.*

F

translatus ad ecclesiam ei dicatam,

habet festum in populo:

AUCTORE G. H.

quinque. Alio deinde instrumento, anno MDIX *confecto, in gratiam sui Protectoris* S. Eutychii *monasterio ejus contulerunt priviligium, quo duplex mulcta imposita iis, qui aliquod damnum bonis aut personis monasterii inferrent.*

claret miraculis :

4 *Multa enim Deus per intercessionem* S. Eutychii *miracula operatur, dum accurrentes ad ejus Sacras Reliquias, claudi, phrenetici, aliique variis infirmitatibus vexati sanantur, & energumeni liberantur. Cum bos furto esset abductus, ad hos monachos pertinens,* S. Eutychius *apparens, minatus est furi castigationem nisi bovem restitueret: quo non obediente, bos ultro è casa ejus, qui furatus fuerat, aufugiens ad portam monasterii, agnitus est à monachis & ad stabulum reductus. Sed singulare privilegium videtur à Deo huic Sancto collatum, ut in magna siccitate pluvia impetretur, si ejus tunica aut cilicium per triduum in majori altari exponatur. Quod sæpius postulatur à Nursiensibus, cum facibus processionaliter advenientibus & audituris quod tunc celebratur solenne Sacrum : atque ita factum fuisse anno* MDXIII *&* MDCIX, *cum optatissimo successu, in registris annotatum est. Præterea plures per Italiam* S. Eutychio *dedicatæ visuntur ecclesiæ, quales tres in territorio Spoletano, unam in Vissensi, atque unam etiam in Fulginiano indicat supra memoratus Iacobillus, ex quo, quæ retulimus, potissimum desumpta sunt. In Ms. Martyrologio Vallicellano ad hunc* XXIII *Maji ista leguntur :* In Nursinæ partibus provinciæ, depositio beatissimi Euticii Confessoris & Abbatis.

varia ei dicatæ ecclesia.

B

5 *At* S. Florentius, *dum viveret* S. Eutychius, *in priore crypta permansit ; eoque mortuo Fulginium ad S. Vincentium Episcopum (quicum è Syria ad hasce Italiæ partes venisse nonnulli autumant) secessisse creditur ; atque in tugurio, in quo S. Vincentius ante latuerat, primum vixisse, deinde in annexo domicilio, aut etiam cœnobio ad honorem S. Silvestri constructo vitam austeram duxisse ; ac tandem pœnitentiæ laboribus fractus, prima die mensis Iunii, anno* DXLVIII *sanctissime vitam finivisse. Corpus ejus in Cathedrali ecclesia sepultum est: quæ cum anno* MCXLVI *publicis sumptibus fuisset ampliata, SS. Ioanni Baptistæ, Feliciano Martyri, & Florentio monacho est consecrata: sed usu hodierno solum retinuit nomen S. Feliciani, cujus varia Acta dedimus* XXIV *Ianuarii. Perseverat nihilominus in dicta ecclesia* S. Florentii *sacellum, ejusque festum sub ritu duplici celebratur in urbe & diœcesi Fulginiensi dicta prima Iunii, atque ex antiquissima consuetudine, dum in Officio Suffragia Sanctorum implorantur, hæc oratio recitatur :* Per merita gloriosa sanctorum Martyrum Heraclii, Justi, & Mauri, atque Florentii, & Petri Confessorum, quorum corpora in nostra requiescunt Ecclesia *&c. Iacobillus Acta ejus deduxit, edita ad dictas Kalendas Iunii.*

S. Florentius Fulginii

deposítus in Cathedrali

colitur 1 Iunii.

C

6 *Eodem modo ob grandem devotionem, quam Fulginates habuerunt erga hunc* S. Florentium, *voluerunt etiam revereri dilectum ejus socium* S. Eutychium, *ac propterea ab antiquis temporibus erexerunt illi ecclesiam in quodam pago suæ diœcesis, Belfiore appellato, eamque illi dedicarunt, & quotannis huc usque celebrant sub ritu duplici ejus festum* XXIII *Maji, quo die ex hac vita ad cælestem migravit. Eodem modo Clerus Ecclesiæ Nursinæ & Sacerdotes Abbatiæ Vallis-Castorianæ, quæ* S. Eutychii *nomen habet, cum lectionibus propriis à Sede Apostolica approbatis, celebrant festum* S. Eutychii *hoc* XXIII *Maji, &* S. Florentii XXVII *Iunii, quo die creditur translata hujus aliqua illustris Reliquia ad dictam Abbatiam. Utrorumque memoria simul hoc* XXIII *Maji in Martyrologio Romano sic habetur :* Apud Nursiam Sanctorum Eutychii & Florentii monachorum, quorum meminit B. Gregorius Papa. *Quo etiam die celebrat utrumque Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, relato encomio ex lib.* 3 *Dialog. S. Gregorii cap.* 5, *quod itidem fecit Petrus de Natalibus lib.* 2 *cap.* 11 ; *additque sub finem,* quievisse in Christo S. Eutitium v Kalendas Januarii, eoque etiam festum consocii Florentii in illis partibus celebrari : *Sed forsan deceptus fuit* natali S. Eutychii Presbyteri & Domitiani Diaconi, Martyrum Ancyranorum. *Interim illum secuti sunt Grevenus & Molanus in Auctario Vsuardi, Maurolycus, Galesinius, Canisius, aliique, item in Martyrologiis monasticis Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus. Fuerunt porro Abbates, & sub se habuerunt monachos* SS. Spes & Eutychius : *& ille (si Iacobillo fides habenda) construxit monasterium circa annum* CCCCLXXI, *id est novem annis antequam S. Benedictus nasceretur. Num autem* S. Eutychius *postea assumpserit regulam S. Benedicti, non liquet. Mabillon primo seculo Ordinis Benedictini ne quidem inter Prætermissos retulit. Assumpta tamen fuit in illo monasterio, sed nescitur quando, regula S. Benedicti, & permansit usque ad annum* MDLXVIII, *quando sub Commendatorio fuerunt ibidem duo Canonici, duo Sacellani Presbyteri seculares ibidem cum Sacristano.*

uti ibidem S. Eutychius 23 Maji.

& apud Nursianos S. Florentius 27 Iunii

23 Maji.

& 28 Decembris,

D

An Benedictini?

VITA

Auctore S. Gregorio Magno,

Libro 3 Dialogorum cap. 15.

E

1 NEque hoc sileam, quod ex regione eadem venerabilis viri Sanctuli Presbyteri narratione cognovi ; & de cujus verbis [Petre] ipse non dubitas, quia ejus vitam fidemque minime ignoras.

Sanctis apud Nursiam commorantibus

2 Eodem quippe tempore in Nursinæ partibus provinciæ duo viri in vita atque habitu sanctæ conversationis habitabant, quorum unus Eutychius, alter vero Florentius dicebatur. Sed idem Eutychius in spiritali zelo atque in fervore virtutis se exercuerat, multorumque animas ad Deum perducere exhortando satagebat. Florentius vero simplicitati atque orationi deditam ducebat vitam. Non longe autem erat monasterium, quod Rectoris sui morte erat destitutum : ex quo sibi monachi eumdem Eutychium præesse voluerunt. Qui eorum precibus acquiescens, multis annis monasterium rexit, discipulorumque animas in studio sanctæ conversationis exercuit.

Eutychius Abbas eligitur:

Florentio socius ursus accedit,

3 Ac ne oratorium, in quo prius habitaverat, solum remanere potuisset, illic venerabilem virum Florentium reliquit. In quo dum solus habitaret, die quadam se in orationem dedit, atque ab omnipotenti Domino petiit, ut ei illic ad habitandum aliquod solatium donare dignaretur. Qui mox ut implevit orationem, oratorium egressus, ante fores ursum reperit stantem. Qui dum ad terram caput deprimeret, nihilque feritatis in suis moribus demonstraret; aperte dabat intelligi, quod ad viri Dei obsequium venisset : quod vir quoque Domini protinus agnovit. Et quia in eadem cella quatuor vel quinque pecudes remanserant, quibus omnino deerat qui pasceret & custodiret; eidem ursо præcepit, dicens : Vade, atque oves has ad pastum elice : ad horam vero sextam revertere. Cœpit itaque hoc indesinenter agere. Injungebatur ursо cura pastoralis, & quas manducare consueverat, pascebat oves bestia jejuna. Cum vir Domini jejunare volebat ad nonam, præcipiebat ursо eadem hora cum ovibus reverti : cum vero noluisset, ad sextam. In omnibus itaque mandatis viri Dei obtemperabat ursus, ut neque ad sextam jussus redire, veniret ad nonam ; neque ad nonam jussus redire, veniret ad sextam. Cumque diu hoc ageretur, cœpit in loco eodem tantæ virtutis fama longe lateque crebrescere.

F

& ejus oves pascit:

hoc à monachis occisо,

4 Sed quia antiquus hostis, unde bonos cernit enitescere ad gloriam, inde perversos per invidiam rapit ad pœnam, quatuor viri ex discipulis venerabilis Eutychii

A Eutychii vehementer invidentes, quod eorum Magiſter ſigna non faceret, & is qui ſolus ab eo relictus fuerat, tanto hoc miraculo elatus appareret, eumdem urſum inſidiantes occiderunt. Cumque hora qua juſſus fuerat non rediret, vir Dei Florentius ſuſpectus eſt redditus, & uſque ad horam veſpertinam expectans, affligi cœpit, quod is, quem ex ſimplicitate multa fratrem vocare conſueverat, urſus minime reverteretur. Die vero altero perrexit ad agrum, urſum pariter oveſque quæſiturus, quem occiſum reperit: ſed ſolicite inquirens, citius à quibus occiſus fuerat invenit. Tunc ſeſe in lamentum dedit, Fratrum malitiam magis quam urſi mortem deplorans.

dolet ipſos ad ſuam imprecationem

5 Quem venerandus vir Eutychius ad ſe deductum conſolari ſtuduit: ſed idem vir Domini coram eo doloris magni ſtimulis accenſus, imprecatus eſt, dicens: Spero in omnipotenti Deo, quia in hac vita ante oculos omnium ex ſua malitia vindictam recipiant, qui nihil ſe lædentem urſum meum occiderunt. Cujus vocem protinus ultio divina ſecuta eſt. Nam quatuor monachi, qui eumdem urſum occiderant, ſtatim elephantino morbo percuſſi ſunt, ut membris putreſcentibus interirent. Quod factum vir

B *elephantia percuſſos,* Dei Florentius vehementer expavit, ſeque ita Fratribus maladixiſſe timuit. Omni enim vitæ ſuæ tempore flebat, quia exauditus fuerat, ſe crudelem, ſe in eorum morte clamavit homicidam. Quod idcirco omnipotentem Deum feciſſe credimus, ne vir meræ ſimplicitatis quantolibet dolore commotus, intorquere ultra præſumeret jaculum maledictionis . . .

6 Idem vir Dei egit aliud quod filere non debeo. Cum enim magna ejus opinio longe lateque crebreſceret; quidam Diaconus longe poſitus ad eum pergere ſtuduit, ut ejus ſe orationibus commendaret. Qui ad ejus cellulam veniens, omnem locum per circuitum invenit innumeris ſerpentibus plenum. Cumque vehementer expaviſſet; clamavit dicens: Serve Dei, ora. Erat autem tum mira ſerenitas. Egreſſus vero Florentius, ad cælum oculos & palmas tetendit, ut illam peſtem ſicut ſciret Dominus auferret. Ad cujus vocem ſubito cælum intonuit: atque idem tonitru omnes illos, qui eumdem locum occupaverant, ſerpentes interemit. Quos cum vir Dei Florentius interemptos aſpiceret, dixit: Ecce illos occidiſti, Domine, quis eos hinc levabit? Moxque ad ejus vocem tantæ aves venerunt, quanti ſerpentes occiſi fuerant: quæ aſportantes ſingulos, & longius projicientes, locum habitationis illius mundum à ſerpentibus omnimodo fecerunt . . .

EX S. GREGORIO.

oratione ſerpentes tollit:

ejus ſocii S. Eutychii

7 Eutychius vero, qui prædicti Florentii in via Domini ſocius fuerat, magnus poſt mortem claruit in virtute ſignorum. Nam cum multa cives urbis illius de eo ſoleant narrare miracula, illud tamen eſt præcipuum, quod uſque ad hæc Longobardorum tempora omnipotens Deus per veſtimentum illius aſſidue dignabatur operari. Nam quoties pluvia deerat, & æſtu nimio terram longa ſiccitas exurebat, collecti in unum cives urbis illius ejus tunicam levare, atque in conſpectu Domini cum precibus offerre conſueverant. Cum qua dum per agros pergerent exorantes, repente pluvia tribuebatur, quæ plene terram ſatiare potuiſſet. Ex qua re patuit, ejus anima quid virtutis intus, quid meriti haberet, cujus foris oſtenſa veſtis iram Conditoris averteret.

E *veſte circumlata impetratur pluvia.*

DE S. DESIDERIO MARTYRE,

EPISCOPO VIENNENSI IN GALLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. G. H.

De Actorum chronologia, auctore, fide: deque ipſius cæde, tranſlatione, reliquiis.

ANNO DCVIII. C *Actorum ejus chronologia.*

Lter Galliarum Epiſcopus & Martyr Deſiderius, *hodie colitur, altero Lingonenſi Epiſcopo, de quo ſupra actum, aliquot ſeculis junior: qui cum Eccleſiæ Viennenſi ſub quatuor ejus Epiſcopis ultra annos quadraginta fidele miniſterium præſtitiſſet, anno* DXCVI *S. Vero ſeu Viro,* XIII *Ianuarii vita functo, ſubrogatus eſt: ſed anno* DCIII *in exilium pulſus, per quadriennium in inſula Leviſio vixit: inde ad Sedem reverſus, anno ſequente* DCVIII *martyrio coronatus eſt juxta flumen Calaronam, & in vico Priſciano ſepultus. Vocatur ea* parochia *hoc tempore* S. Deſiderii ad Calaronam, *vulgo* S. Didier de Chalaronne, *ſita in dominio Dombeſio, nec procul inde apud Thogiſium oppidum fluvius Calarona in Ararim defluit: per quem corpus devectum eſt in Rhodanum, & ſic Viennam delatum, atque in eccleſia SS. Petri & Pauli extra muros depoſitum à S. Ætherio Epiſcopo; inter quem & S.* Deſiderium *ſolus ſedit S. Domnolus, circa annum* DCXVIII *vita functus. Colitur hic* XVI *Iunii, & S. Ætherius* XIV *ejuſdem menſis.*

locus martyrii,

& ſepultura.

2 *Vita* S. Deſiderii *ſcripta eſt ab auctore coævo, ſub Domnolo ſucceſſore, quam hactenus ineditam damus ex veteri Ms. à Petro Franciſco Chifletio noſtro Divione ſubmiſſam. Extat magna ejus pars eiſdem plane verbis in Breviario Viennenſi anno* MDXXII *excuſo, in novem Lectiones ad Matutinum recitari ſolitas diſtincta, reliqua parte reſciſſa & prætermiſſa. Nulla hîc fit mentio tranſlati corporis Viennam, quia id ſub ſucceſſore Domnoli Ætherio factum eſt. Meminit hujus Vitæ Ionas antiquus auctor in Vita S. Columbani Abbatis, circa annum* DCXLIII *ſcripta, in qua iſta habet:* Eo in tempore Theodericus atque Brunechildis, non ſolum adverſus Columbanum inſaniebant, verum etiam & contra ſanctiſſimum Deſiderium, Viennenſis urbis Epiſcopum, adverſabantur. Quem primo exilio damnatum, multis injuriis affligere nitebantur; ad poſtremum vero glorioſo martyrio coronarunt: cujus Geſta ſcripta habentur, quibus & quantis adverſitatibus glorioſos apud Dominum meruit habere triumphos. *Hæc Ionas. Ado etiam Epiſcopus Viennenſis circa annum* DCCCLXX *Vitam ejuſdem S. Deſiderii, ſicut antiquis ſcriptis commendatur, ſe conſcripſiſſe teſtatur. Eam edidit Henricus Caniſius tomo 6 Antiquarum lectionum, & ex eo in ultima editione Suriana recuſam habemus: ex qua ſubjungimus, quæ ſpectant ad Tranſlationem corporis Viennam, quia reliqua ex priori Vita tranſcripta ſunt, cum amplificationibus aut nullius momenti, aut cenſuræ ſubjiciendis, ut conferenti patebit. Extat etiam aliqua* S. Deſiderii *Vita apud Boninum Mombritium, quæ minus probatur, & ibidem legi poteſt hîc omiſſa. Omittimus etiam quæ Romæ deſcripſimus apud Patres Oratorii, ſumpta ex monumentis eccleſiæ Piſtorienſis, quia ex aliis contracta. Fredegarius in Chronico*

F

Ionæ & Adoni laudata,

Vita ſcripta ab auctore coævo ex Mſs.

ex quo datur hiſtoriæ Tranſlationis.

AUCTORE G. H.

Non fuit ejus cadis reus S. Aridius.

deſcribit exilium & martyrium S. Deſiderii, *ſed Acta jam indicata non habuit, & ideo aberrat dum exilium ejus ad biennium contrahit, & martyrii reum facit S. Aridium Epiſcopum Lugdunenſem, cujus neque Acta, neque Ado, neque alii antiqui meminerunt. Rainaudus in Indiculo Sanctorum Lugdunenſium illius famam tuetur contra Fredegarium, ejuſque ſequacem Aimoinum.*

3 *Florus Subdiaconus Lugdunenſis, Adone antiquior, in ſuo Martyrologio iſta ſcribit:* In Vienna depoſitio S. Deſiderii Epiſcopi, qui juſſu Theodorici Regis & Brunechildis Reginæ primo eſt lapidatus; & cum jam viram exhalaret, fuſte in collũ percuſſus, & ſic interemptus eſt. *Longo elogio eum proſequitur Notkerus, ſed ex Vita per Adonem ſcripta,* quod eam idem Apoſtolicus vir, *inquit,* anno DCCCLXX, per virum ſanctiſſimum Beroldum Presbyterum indigenam eorumdem locorum, ſed nunc in caſtro Turicico Chriſti ſervitiis inſiſtentem, cum reliquiis ipſius ſancti Martyris Deſiderii & aliorum Sanctorum pignoribus atque agonibus, nobis in cœnobio B. Galli conſtitutis direxit. *Hinc colitur ibidem officio Eccleſiaſtico ſub ritu duplici. Eſt aliud in Helvetia celebre monaſterium, vulgo* Einſidlen *id eſt* Eremitarum, *ſeu S. Meginradi cella dictum, in quo*

Reliquiæ in Helvetia.

B *adſervari* caput S. Deſiderii Epiſcopi & Martyris *teſtatur Bucelinus in Sacrario Benedictino. Ioannes Lieuræus in Antiquitatibus Viennenſibus cap. 22 teſtatur, eum publica in populo feſtivitate Viennæ coli hoc* XXIII *Maji. Plurimi eumdem referunt* XI *Februarii, ob tranſlationem corporis Viennam, quo die etiam inſcriptus eſt Martyrologiis Benedictinis, Menardi & Bucelini. Hic aſſerit ante fuiſſe Luxovienſem monachum, ſed fallitur cum Wione, qui Lugdunenſem etiam Epiſcopum fuiſſe tradit. At Conſtantinus Ghinius eum recolit in Natalibus Canonicorum die* XII *Februarii, quo die paſſum arbitratur. Galeſinius eumdem refert* IV *Auguſti, at qua de cauſa non indicat, ejus interim auctoritate memoratur etiam à Ferrario iſto* IV *Auguſti, uti etiam* XXI *Iunii, quem ſecutus in Supplemento Sauſſajus.*

Non fuit monachus Luxovienſis.

VITA

Auctore coævo compoſita.

Ex Mſs. eruta à Petro Franciſco Chifletio.

C *Ædueníis nobilis,*

HIc vir ſanctus, in Auguſtudunenſi civitate ex nobili proſapia oriundus, quia juſtificationes Domini in omni tempore fuerat deſideraturus, quaſi quodam præſagio futurorum cum Daniele nomen ſortitus, in baptiſmo vocatus eſt Deſiderius. Qui à pueritia ſtudiis litterarum traditus, ſuperna donante gratia, inter ſui temporis ſcholares in ſeculari dumtaxat ſcientia factus eſt præcipuus, ſicut evidenter patebit in ſubſequentibus. Deinde Vi-

a *Vienna ſub 4 Epiſcopis degit:* ennam expetens, & B. *a* Naamato ejuſdem urbis Archiepiſcopo adhærens, diligenter ab eo quaſi filius à patre enutritur, doctrinis eccleſiaſticis imbuitur. Huic autem S. Naamato in Epiſcopatus regimine ſucceſſit *b* S. Philippus; cujus temporibus monaſterium S. Andreæ, à Romula Eugenia, Auſemondi Ducis filia, in Vienna inferius conſtruitur, atque ſub teſtamento matri Eccleſiæ traditur. Nam aliud mo-

b

c naſterium S. Andreæ ſuperius in colle civitatis ſitum jam erat, quod B. *c* Leonianus, temporibus S. Aviti ejuſdem urbis Epiſcopi fundaverat, ubi eadem ipſa Remula ſub diſciplina regulari nutrita fuerat. S. Philippo in Epiſcopatu ſucceſſit Euantius, Evantio vero ſanctus *d* Virus. Horum ergo quatuor Archiepiſcoporum temporibus in Eccleſia Viennenſi Sanctus deguit Deſiderius; acceptoque ibidem Diaco-

d *Diaconus creatus:* natus officio, inter Clericos Deo ſervire in bonis operibus ſtuduit. Sancto autem viro de hac vita migrante, in ejus locum B. Deſiderius levatur Archiepiſcopus, S. Gregorio magno Doctore tunc temporis Sedi Apoſtolicæ præſidente. Quod autem litterarum ſcientia affatim ſplenduerit, hinc ut prædixi, liquido comprobari poteſt, quod cum Archiepiſcopus factus, ex more Romam miſiſſet pro adipiſcendo Sedis Apoſtolicæ Pallio, præfatus Beatus Papa *e* Gregorius, directa epiſtola eum vehementer redarguit, quod Grammaticam quibuſdam exponeret; admonens ne hoc ulterius faceret, quia in uno ſe ore cum Jovis laudibus, Chriſti laudes non caperent.

D

dein Archiepiſcopus.

e

f *Brunechildem ob nuptias inceſtas arguens,*

2 Eodem namque tempore *f* Brunechildis Regina impiiſſima regnum Burgundiorum obtinebat, Arrianæ hæreſeos fautrix famoſiſſima: cujus maritus Rex Sigebertus dum contra fratrem ſuum Chilpericum Regem, in urbe Tornaco reſidentem, regnum ejus obtinere volens proceſſiſſet, & à duobus juvenibus prope eamdem urbem Dei judicio *g* dolo interfectus fuiſſet; eadem Brunechildis, legitimo ſpreto matrimonio, nepotem ejus Meroveũ adoleſcentem, præfati Chilperici Regis filium, maritum *h* accepit. Quod Chilpericus audiens, & coram filium ſuum pro tam inceſtuoſo conjugio, quod ſe neſciente commiſerat, juſtiſſima ira frendens; eumdem filium ſuum Meroveum, captum & tonſoratum, Presbyterumque ordinatum, in pago Cenomannico monaſterium *i* intrare coëgit. Beatus autem Deſiderius Epiſcopus eamdem Brunechildem, tam pro iſto inceſtuoſo matrimonio, quam pro aliis pravitatibus ſuis, zelo Divino ſuccenſus, arguere cœpit. Protinus illa nimio furore inflammatur; & ſicut Jezabel contra Eliã [& Herodias contra Joannem Baptiſtam] ita & nunc earum ſectatrix & pediſſequa Brunechildis, contra Deſiderium inardeſcit. Alloquitur nobiles & ignobiles, plebeios & militares, & in ſanctum virum totum concitat orbem terrarum. Accuſatores perquirit, & ut eum de aliqua falſitate accuſent, alios hortatur, aliis præcipit; falſos etiam teſtes ſollicite adjungit, utque criminatoribus in mendacii concinnatione teſtificando auxilium præbeant, præmiorum promiſſione corrumpit. Quid multa? Diabolo inſtigante & Domino permittente, mulier quod conabatur perficit; ſanctumque virum in inſula Leviſio nomine exilio pertrahi *k* compellit.

g

h

E

i *in exilium pellitur:*

k

3 Sed Deus, qui Joſeph in Ægypto vendito & in carcere poſito non defuit, Beato etiam Deſiderio in exilium directo clementer affuit. Nam cum ingreſſus oratorium, conſuetumque divini Officii nocte volens peragere curſum, manu propria lampadem accendiſſet; tantam Dominus dignatus eſt oſtendere gratiam, ut à die Dominico quo eam accenderat, per ſingulos ſigillatim venientes totius ſeptimanæ dies uſq; ad alteram Dominicam, nec oleum minueretur nec linum lampadis. *l* Tanti miraculi famâ tota protinus repletur provincia; currunt que diverſi, & oculis videndo vera fuiſſe probant, quæ auribus audierant. Nonnulli etiam ad Sanctum ex diverſis partibus infirmi adveniunt, atque eodem oleo præfatæ lampadis ab eo perunctí in Chriſti nomine ſuas quique calamitates effugiunt. Inter quos quidam leproſus advenit, oleoque prædicto ab Epiſcopo linitus, priſtinæ ſanitati eſt illico reſtitutus.

F *ubi honoratur miraculo lampadis non deficientis,*

l

4 Nonnulli etiam ferunt manna cæleſte ei à Domino, per avem, ſicut ſanctis Paulo & Antonio, ibidem tranſmiſſum. Quadam etiam vice, dum à fidelibus Dominum timentibus, & ad eum pergentibus vaſculum vino plenum fuiſſet delatum, & exinde longo tempore univerſis ad eum venientibus fuiſſet convivium præparatum, nec jam ſe exiſtimarent vel unius prandii refectionem ex eo poſſe habere; ecce ſubito unus ex vernaculis lacrymarum rore perfuſus,

aliiſque prodigiis.

A fusus, ad Pontificem accurrit, dicens vinum ex toto defeciſſe, vaſque vacuum remanſiſſe. Præſul nihil motus, nec triſtitia aut mœrore detentus, ſed hilari corde exultans in Domino, pauliſper oravit: deinde famulis, ut iterum ad vas videndum pergerent, imperavit. Illi præcepto ejus obedientes, locum in quo vas poſitum erat introeunt; propiuſque accedentes plenum illud vivo uſque ad ſummum conſpiciunt; ſtatimq; celeri curſu ad Pontificem redeuntes, quod invenerant cum gaudio referunt.

Revocatus ab exilio,

5 Dum ergo iſta & his ſimilia Chriſtus Dominus per famulũ ſuum operaretur aſſidue; & exinde fama ejus per totam crebreſceret de die in diem provinciam, invida & inſatiabilis perſecutrix nimio livore tacta, quod gloriam ejus magis ac magis cerneret in populo diſſeminari; ſimulans ſe ſuper eum pietate motam fore, jubet eum ad propriã Sedem redire, cum jam in exilio conſtaret eum per annos quatuor detentum fuiſſe. Illud plebs Viennenſis, ac ſi poſt tanti temporis tenebras novam lucem de cælo ſuper ſe videret deſcindere, laudes Deo lætabunda concinit, & ſicut Joanni Euangeliſtæ quondam de Pathmos inſula redeunti omnis populus accurrit Epheſiorum, clamantium & dicentium, Benedictus qui
B venit in nomine Domini; ſic & iſti Paſtori ſuo advenienti procul ab urbe obviam ruunt, eumque præcedentes ac ſubſequentes, in voce exultationis & jubilationis, ad Sedem propriam deducunt.

recipit miniſtros per S. Severum è vinculis.

6 Nec tamen peſtifera illa perſecutrix, ſerpentino repleta veneno, deſtitit dolos & conſilia perquirere, quibus illum poſſet occidere, aut ſi hoc non poſſet, ſatis quotidie irritare. Quemdam itaque Judicem in ſupradicta urbe conſtituit, qui miſeriarum ſuarum voluptatibus deſerviret, atque inſidiarum omnium ſtudia circa Eccleſiæ ſanctæ famulos irrogaret. Cumque Judex iniquitatis in iſtiuſmodi rebus intenderet, ut ſanctum Pontificem ad iracundiam totis viribus provocaret; quadam die, duodecim ſervientibus ſanctæ Eccleſiæ comprehenſis, carceri publico eos mancipari præcepit, atque catenarum obligatione in odium beati viri connexuit. Cumque longo tempore, non ergaſtulo, ſed imo carceris detinerentur obſcuro; orante pro eis B. Deſiderio Epi-
m ſcopo, S. *m* Severus, qui jam multos annos ex hac vita migraverat, & in eccleſia B. Stephani intra ejuſdem civitatis muros ſepultus fuerat, quadam nocte inter catenarum pondera carceratis medius aſtitit: eoſque dormientes à ſomno viſibiliter ſuſcitans, ab
C eorum corpore vincula depoſuit: ſicque eos foribus reſeratis, cum ipſis exire compulit, atque liberos abire imperavit. Omnes itaque cum depoſitis à ſe vinculis ad baſilicam B. Stephani, atque ad ſepulcrum B. Severi pariter venerunt; deinde ad S. Deſiderium properantes, gaudium non parvum, tam ipſi quam univerſis ejuſdem Eccleſiæ filiis contulerunt.

Quia Theodorico Regi ſuaſerat matrimonium,

7 Hæc igitur & his ſimilia B. Deſiderii miracula cum ad aures excellentiſſimi Principis Theoderici Regis perveniſſent, miſſis ad eum legatis humiliter petiit, ut uſque ad ſuam dignaretur præſentiam fatigari: quoniam plurimum deſiderabat ejus colloquio perfrui. Mox ſervus Chriſti non diſtulit Regis parere petitioni. Veniens itaque interrogatur à Principe, ſi melius eſſet conjugium ſortiri, quam per carnis miſeriam bacchari. Illico vir ſanctus exemplo B. Pauli Apoſtoli ei reſpondit, quia melius eſt nubere quam uri. Itemque, quod propter fornicationem unuſquiſque ſuam uxorem habeat, & unaquæque ſuum virum habeat. Poſtquam autem diſcedente Pontifice hæc ejus ſuaſio fama currente auribus delata fuiſſet præfatæ Brunechildis Reginæ; protinus nimio inflammata furore, ardenti conſilio ſervum Dei conatur occidere; conquerens ipſius verbis Regis amorem erga ſe refriguiſſe. A tribus itaque impiis comitibus, Beſſano ſcilicet, & Gaſiſredo, atque Betone, Pontifici Dei etiam intra fores eccleſiæ juges inſidias jubet parari: & ubicumque poſſit comprehendi, protinus eum præcepit interfici. Tunc vir ſanctus, animo fixus in Domino, intrepidus optat ex- *Juſſu Brunechildis occiditur.* cipere, quod ſibi olim à Domino cognoverat promiſſum fuiſſe: feſtinanſque optatum aſſequi martyrium, hinc & in ſe conſtipatas acies celeri curſu ingreditur armatorum. Cum ergo eum hoſtes in territorio Lugdunenſi, juxta flumen cujus vocabulum eſt Calarona adſtantes conſpicarentur, & eum occidere vellent, & multi ex ipſa plebe cum nimio fletu teſtarentur, talia ſe nulla ratione velle admittere; tum Sanctus Dei, poplite fixo in terram, atque oratione completa, caput obtulit indubitanter, oſtendens ſe velle accipere ictum ferientis. Subito unus ex ſatellitibus impiorum, projecto grandi lapide, caput conliſit Paſtoris; moxque uno tantum lapidis ictu ſanctum virum in terram cadere coëgit. Sed cum diuturno ſpatio placita Deo anima nullatenus vellet propriam ſedem relinquere; perfidus ille, apprehenſo ambabus manibus ſtipite, cervicem tanti confregit Paſtoris. Tali ergo martyrio B. Deſiderii anima migravit ad Dominum, acceptura ab eo gloriam & E honorem, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

A. COÆVO EX MSS.

8 Corpus autem ejuſdem cum magno honore in
n Priſciniaco vico Lugdunenſi ſepelierunt; ubi Dominus, cujus eſſet meriti, multis demonſtrare cœpit ſignis miraculorum: ex quibus pauca deſcribimus, *Ad ſepulchrum ſanantur contracti,* quia cuncta referre nimis videretur tædioſum. Quidam homo pauperculus, origine Romanus, adeo univerſa nervorum atque membrorum ſuorum ariditate fuerat contractus, ut ſolummodo caput & linguam agitare videretur. Cumque ab amicis ſuis in cophino pro recuperanda ſanitate, per multa Sanctorum loca fuiſſet deportatus, & famam de B. Deſiderii audiſſet virtutibus; rogavit ut illuc deferretur. Ubi vero de ſancto ejus ſanguine membra ſua perunxit, protinus Epiſcopi operante gratia priſtinæ ſanitati reſtitutus, incolumis eſt ad propria reverſus. Alius etiam homo, nomine Claudius, in territorio Lugdunenſi commanens, habebat filiam, nomine Seliſiam, quæ cum vermis adhærentis aſſidua corroſione, tibiarum amiſſa ſoſpitate, continue claudicaret, & jam ſe ulterius ſanandam deſperaret; ſuaſit ei pater, ut cum fide ſancti Martyris ſepulcrum expetens ejus miſericordiam imploraret. Quod mox ut illa complevit: coopertoriumque illud, quo Sanctum tegebatur ſepulcrum, contingere potuit; ac oleo illo Sancto liniri meruit; protinus dolore diffugato, ſaniſſima ad patris ſui domum rediit. Cæci quoque ibi quam plures illuminati, & febricitantes nonnulli ſunt *cæci & febricitantes.* ſanati: alii quoque infirmi multi à diverſis ægritudinibus per Dei gratiam liberati.

9 Paſſus eſt autem B. Deſiderius Martyr, & vigeſimus ſeptimus Epiſcopus Eccleſiæ Viennenſis, x Kal. Junii, temporibus Theodorici Regis & Brunechildis Reginæ. Chlotarius ſiquidem præclariſſimus Rex Francorum, audiens B. Deſiderium, juſſu Brunechildis perfidæ Reginæ, tam injuſte quam crudeliter interfectum fuiſſe, volente Deo juſta ira ſuccenſus, & ad tantum facinus vindicandum divinitus animatus, eamdem *o* Brunechildem à militibus *o* ſuis juſſit comprehendi, ſibique præſentari, congre- *Brunechildis punitur.* gataque Optimatum ſuorum curia, tam pro iſto quam pro aliis ſceleribus; judicantibus Francis eam indomitis equis præcepit religari: brachiiſque & cruribus divaricatis, membratim diſciſſam, horribili nece fecit interimi; ac poſtmodum oſſa illius juſſit igne cremari. Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu vivit & regnat per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a Naamatus *obiit circa an.* 558. *In tranſlatione corporum ejus & aliorum traduntur data Indulgentiæ ab Innocentio* 4 *Papa.*

b SS. Philippus & Evantius *ejus ſucceſſor coluntur* 3 *Februarii, quando de iis egimus, & obitum* S. Evantii *retulimus ad an.* 586.

c S. Leonianus Abbas, *frater S. Aniani Epiſcopi Aurelianenſis, colitur* 16 *Novembris.*

d S. Verus *ſeu* Virus *à Sauſſajo hoc die cum* S. Deſiderio *refertur. Nos de eo egimus* 13 *Ianuarii.*

e S. Gregorius Magnus *commendavit illi & Coëpiſcopis Gallis SS. Auguſtinum Laurentium & alios, abeuntes anno* 596 *in Angliam. Dedit huic petenti Pallium, ſcripſit anno* 599, *& arguit docentem Grammaticam anno* 601.

f Brunechildis Ariana, *dum nuberet Sigeberto Regi Auſtraſiorum anno* 566, *facta eſt* Catholica, *laudata à S. Gregorio Magno; condidit eccleſiam S. Martini & Xenodochium Auguſtoduni, & alia ædificia conſtruxit & reparavit: ſed paſſa eſt ab inimicis multas calumnias.*

B g Sigeberto, *anno* 575 *per fraudem interfecto, ſucceſſit filius ejus ex Brunechilde* Childebertus: *& huic anno* 596 *filii,* Theodericus *in Burgundia, &* Theodobertus *in Auſtraſia.*

h *Anno* 576. i Aniſolenſe *diœceſis Cenomannicæ.*

k *Anno* 8 *Theoderici Regis Burgundionum, Chriſti an.* 603, *uti annus prior apud Fredegarium legitur.*

l *Anno* 607. m *Hic eſt* S. Severus Presbyter, *cujus meminit Ado in Chronico ad an.* 452. *Colitur* 8 *Auguſti.*

n Priſcianum, *nunc* S. Didier de Chalaronne *in* Dominio Dombenſi.

o *Anno* 613, *à quo Chlotharius Francorum Monarchæ regnavit uſque ad annum* 628.

ACTA TRANSLATIONIS,

Auctore S. Adone Epiſcopo Viennenſi.

1 EVoluto itaque tempore, viſum eſt Pontifici Viennenſium & ſanctiſſimo Clero ac univerſo populo, ut precibus ſuis pervincerent Chlotarium, tunc temporis pium Regem, quatenus concedere dignaretur eis membra beatiſſimi viri, quæ ſicut ſepulta fuerant, in diœceſi Lugdunenſi & in loco paſſionis ſuæ ſervabantur. Quæ idem pius Rex clementer indulſit; videbat enim digniſſimam rem & Deo cariſſimam illos poſtulare, & affectum piorum filiorum circa patris reverentiam eſſe profuſum. Quis tantum opus pietatis quærentibus non concederet? Debent Patres filiis theſaurizare. Theſaurizavit plane iſte theſaurum illis non deficientem in cælis, quos purpura ſanguinis ſui ad decorem filiorum ſuperveſtivit; debent & filii patribus affectum piæ caritatis & obedientiæ, ac de pomis deſiderabilibus virtutum eos reficere, ut eorum guſtu & odore refecti & ſatiati in caritate, templum decoris & domus Dei unum in Chriſto fiant. Quæ gratia piæ matris Eccleſiæ major, quam ut videat filios ſuos digne Deo ambulantes? caput humilitatis in compage caritatis connexum, membris vigorem timoris & pietatis bonæ ſpei ſubminiſtrare?

C *Facultate à Chlothario Rege accepta,*

2 Revertuntur alacres à Principe tam Clerus quam populus, quod deſiderium cordis ſui, deſiderium amoris ſui impetrare meruiſſent. Benedictus Deus qui dedit hoc in corde Regis, ut magnificaret civitatem noſtram, de receptione beatiſſimi Paſtoris noſtri ac Martyris ſui. Congregatur univerſa Eccleſia, gaudium tam celebre omnibus indicitur, parantur cruces, parantur luminaria, feretrum pretioſiſſimis veſtibus componitur, feſtivis ornatibus univerſi induuntur, ac tali pompa honoris fit proceſſus ad ſancti Pontificis martyrium. D

abitur ad locum martyrii.

3 Rem dicturus ſum devotionis in Deum pleniſſimæ. Populi tam Viennenſes quam Lugdunenſes in unum conveniunt; fit pia altercatio, Lugdunenſes Martyrem habere, Viennenſes Paſtorem referre; atque inter utroſque cariſſima concertatio, cum iſti acquiſitum, illi repoſcerent Patronum. Iſti cum quibus Martyr in Deo vivebat, illi cum quibus & carne magiſter vixerat. Quid longius morer? Dum perſeverantiſſime utrimq; pro amore Martyris in ſententia durarent, ruit nox. Viennenſes, qui plus dilexerant, & quibus juſtior cauſa famulabatur, conſilium ſubtilius capeſſunt. Furtim egeſta humo, ſanctum ſepulcrum referantes, navicula cum rete piſcatorio parata, ſubcelant corpus, atque per *a* Saonam & Rhodanum ante mittunt. Lætis undis tam ſanctum funus ipſe Rhodanus, ſuis civibus ſerviturus, excipit. Crepuſculum rediit, atque caterva Viennenſis cum feretro vacuo pedeſtris revertitur: exultant Lugdunenſes decepti vana ſpe; ſed non diu tam felix furtum eos latuit, ſicque lætitiam deſperata victoria perdiderunt. *nec ſine altercatione aufertur corpus.* a E

4 Illi autem qui navi transferebant membra Pontificis, ut venerunt contra *b* Faſianam villam, appulerunt ad litus, ſuſtinentes ſanctam catervam pedeſtrium. Erat tunc temporis ager Faſianus, jam ut proprius delegatus pauperibus ſanctorum Martyrum, in quorum honore Viennenſis Eccleſia fundata conſiſtit; nam antè (ſicut idem Martyr, in teſtamento ſuo quod fecit ſanctis Martyribus *c* Machabæis, & ſancto Mauricio, ac ſex millibus ſexcentis ſexaginta, commemorat) ex maternis & paternis eadem villa, ſorte beato Deſiderio obvenerat. In quo teſtamento, quod præſentibus ſanctis Coëpiſcopis manu propria fecit, ſub Dei omnipotentis obteſtatione conſtituit, ut nullus præſumeret votum ipſius, intuitu pietatis perfectum, in aliud quam ipſe ſtatuerat mutare. Quod ſi aliquis ſpiritu cupiditatis incitatus feciſſet, ſi ſententiam ſuæ actionis pœnitendo non mutaret, anathema in æternum fieret. Suſtinentes igitur vectores ſancti funeris in hac villa illos qui per terram pedeſtres veniebant, in loco mundiſſimo interim ſancta membra compoſuerunt. Quid miraculi tunc contigerit, ſilere non puto. Mulier multis annis ab ſpiritu immundo vexata, illuc manibus ſuorum attracta, ut ſancti Martyris locum attigit, illico virtute divina curata eſt. *Factis in via miraculis,* b c F

5 Ut autem B. *d* Ætherius tunc Viennenſis Antiſtes, cum reliquis qui in urbe remanſerant, advenit, & ſancto feretro ulnis piorum ſubvecto, choruſque beati populi, voces cantantium Deoque noſtro pſallentium, in altum ſuſtulit; quis ibi tam ferreum pectus, tam dura præcordia habere potuit, qui non aut gemitum præ nimia exultatione cordis emiſerit, aut lacrymis ora rigaverit? d

6 Tali igitur cæleſti agmine præeunte & ſubſequente, pervehitur beati viri corpus uſque ad locum ſepulcri, quod digna veneratione paratum erat in eccleſia beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli extra civitatem, ubi & multorum Pontificum ejuſdem urbis Viennenſis membra tumulata ſervantur. Cumque jam odoramentis & pretioſis linteaminibus involvendum ſanctiſſimi Martyris corpus, Epiſcoporum manibus tractaretur, quod in laude omnipotentis Dei reticendum non eſt, ita ſanctiſſimi capitis vulnera integrata apparuerunt, ut penitus ubi cutis rupta fuerit non appareret. Nam & reliquum corpus, ſuis juncturis & nervis conſtructum, ſana pelle ſua veſtitum manebat, recinentibus choris Pſalmiſque *defertur ad eccleſiam SS. Petri & Pauli,* *adhuc integrum.*

misquè antiphonatim consonantibus.

A 7 Ut Sanctus Dei tumulo est ad tuitionem totius urbis compositus; mox glorioſa mulier, quæ fuerat quondam B. Ætherei in laicali habitu conjunx, sed tunc verè sanctimonialis, hominem à nativitate cæcum juxta tumbam Episcopi & Martyris Desiderii constituit, eumque fidem habere prænonuit. Adfuit virtus divina, quæ semper suos glorificat, & quanti meriti esset apud Deum, is qui in loco illo teneretur, evidentibus signis monstravit. Nam in conspectu totius Ecclesiæ cæcus idem lumen inexpertum recepit. Multaque ibi Dominus per servum suum operatus est, quæ si quis universa scribere voluerit, volumen longi operis consummabit . . . Dies translationis ejus, quando translatus est ab territorio Lugdunensi, de Priſciniaco villa, in suburbio Viennensi in Ecclesia B. Petri, agitur III Idus Februarii.

Tum cæcus à nativitate illuminatur.

ANNOTATA.

a Saona, *antiquis* Araris, *miscetur Rhodano Lugduni.*

b Fasiana *villa, vulgò* Feisin; *Massonio dicitur insula infra Lugdunum, longitudinis unius leucæ & totidem latitudinis.*

c *Coluntur hi 22 Septembris, estque iis etiamnum Ecclesia Cathedralis sacra.*

d S. Ætherius *creatus circa ann.* 618, *habuit successores, Clarentium, tum Syndulphum, qui interfuit Concilio Remensi sub Sonnatio an.* 624, *aut initio sequentis.*

DE SANCTO SIACRIO

EPISCOPO NICIENSI IN ALPIBVS MARITIMIS.

COMMENTARIUS HISTORICUS, G. H.

De ejus Actis, professione, reliquiis, prosapia.

CIRCA DCC LXXXVII. Nicæa *seu* Nicia, *in radicibus Alpium Maritimarum, non longe ab faucibus Vari fluvii, à quo Gallia modo ab Italia disterminatur, urbs est Episcopalis sub Ducis Sabaudiæ ditione, cum arce munitissima.* *Memoria 23 Maji.* *Hujus urbis fuit Episcopus* S. Siacrius, *seu* Siagrius, *relatus à Ferrario in Catalogo generali ad hunc* XXIII *Maji, qui addit* se inde ejus Vitam Ms. accepisse: *at quænam illa potuerit esse, haud scimus. Aliqua Italice scripta nobis submissa fuit Taurino à Ioanne Iacobo Turrinetto, tunc Collegii Societatis Iesu ibidem Rectore: sed quæ videtur desumpta magna ex parte, ex illa S. Siacrii Vita, quam ex* *Vita ex Ms. S. Pontii.* *antiquis Mss. cœnobii S. Pontii, quod erexerat, à variis soleciſmis vindicatam, edidit in Chronologia Sanctorum monasterii Lerinensis Vincentius Barrali par.* 1 *pag.* 132, *quæ est hujusmodi.*

2 Beatus Siacrius, Episcopus primus urbis Nicienſis, natione & genere Caroli Magni Imperatoris, Pippini filii, fuit. Qui Carolus, divina inspiratione ad partes Provinciæ Provinciarum disponente, pervenit, ut Paganos & infideles ex dictis locis expelleret, & ipsam gentem ad fidem Catholicam reduceret. Qui cum veniſſet ad fines Cimellienſes & Nicienſes; Regem Chimerienſem, Cimellienſem, & Nicienſem ope divina destruxit & effugavit. Duxerat autem idem Carolus secum dilectum honestumque juvenem Beatum Siacrium, nepotem suum Comitem Brienſem: qui inveniens in districtu Cimellæ ecclesiam, in qua S. Pontii Martyris corpus venerabatur; monasticam regulam sectari gestiens, à patruo Carolo Magno, ut inibi sibi monasterium ædificaretur, instantiſſimis precibus obtinuit. In quo postmodum B. Siacrius veluti clarum jubar virtutibus ac miraculis plurimis effulsit, ipsumque monasterium multiplici virtutum genere decoravit. Ad cujus piam petitionem idem Imperator Comitatum Cimellienſem, sibi & monachis, præsentibus & futuris, in perpetuum in præfato cœnobio Deo militantibus, ad quotidiana onera supportanda, benigne cessit ac largitus est.

Cum Carolo Magno profectus, C *curat ab ipso monasteriū S. Pontii erigi,* *& Cimellienſem Comitatum donari:*

3 Moderante vero summum Apostolicæ Sedis clavum Adriano Papa primo, anno ejus quinto, qui erat Domini septingenteſimus septuageſimus septimus, B. Siacrius à monasterio extractus, primus Episcopus civitatis Nicienſis ordinatus fuit: in quo per decem annos laudabiliter vixit, virtutibus eximiis coruscavit, ac demum ejus anima decimo Kalendas Junii, carne soluta, æthereas regiones, cum Christo perenniter regnatura, feliciter conscendit. Corpus vero ejus sepulturæ mandatum est in basilica prædicti monasterii S. Pontii, in quo primus Monachorum Pastor extiterat.

ex Abbate Episcopus Nicienſis obiit 23 Maji

4 Porro Sanctus hic Siacrius, in adoleſcentia & in omni vita sua, largitione divina, meruit infirmos curare, dæmones fugare, virtutes plurimas exercere: in quo tanta lux cæleſtis gratiæ mirum in modum radiabat, ut rebellium Dominus corda non minus miraculis quã prædicationibus per ipsum obtineret. Tanta denique & tam profunda erat præditus humilitate, ut etsi magna & ineffabilia Dominus per ipsum, populo vidente & audiente, ederet mirabilia, numquam tamen vitio subjacuit vanæ gloriæ. Aliquando quidam puer laxis loris cursu volatili equitans, incauteque ab equo desiliens, extinctus est. Tunc clamor populi extollitur, pervenitque ad aures S. Siacrii: qui statim accurrit, & facta oratione, signoque salutiferæ Crucis impoſito, puer revixit, & sanum reddidit patri suo, populo plaudente ac dicente: Benedictus qui venit in nomine Domini. O beate vir Siacri, ô Pastor egregie, te supplicitèr deprecamur, ut pro nobis depreceris Dominum, qui te secum regnaturum dat per omne seculum. Amen. Obiit circa annum Domini septingenteſimum octogeſimum septimum.

miracula patrat, *mortuum resuscitat:* F

5 *Hactenus Acta illa apud Vincentium Barrali, qui in Indice ejus natalem asserit esse hunc* XXIII *Maji: quo die etiam refertur à Saussajo in Supplemento Martyrologii Gallicani, ita tamen ut non ex monasterio S. Pontii, sed ex Lerinensi dicatur ad Præsulatum fuisse evocatus Sanctus. Ferdinandus Vghellus tomo* 4 *Italiæ sacræ in Episcopis Nicienſibus, eamdem Vitam, sed contractam edidit. Franciscus Augustinus ab Ecclesia, in Chronologica historia Pedemontanæ regionis cap.* 15, *in Serie Episcoporum Nicienſium aliquod Vitæ compendium habet, in quo* Abbatiam S. Pontii Ordinis S. Benedicti *asserit fuisse. Num tamen ab initio sub S. Siacrio, videtur dubitare Ioannes Mabillon, qui eum parte* 2 *seculi* 3 *Benedictini ad Prætermissos rejecit, licet Menardus & Bucelinus eum Fastis Benedictinis adscripsissent. Auctor Italici Ms. supramemorati, miraculo pueri ex equo lapsi & per Sanctum resuscitati, alterum simile addit de puero, quem unigenitum habens matrona nobilis, magnis cum lamentis ad Episcopum detu-* *An Ordinis Benedictini?*

li-

AUCTORE G. H.

lit, obteſtans ut eum ſibi vivum orando redderet; quod ille miſericordia motus præſtitit. Addit etiam defunctum Siagrium *multis poſt mortem miraculis claruiſſe.*

6 *Quod ad Genealogiam ejus ſpectat, prædictus auctor Italicus, poſtquam operoſe refutavit eos qui Caroli Magni ex filio Pipino nepotem eſſe crediderunt, Caroli Martelli ex Pipino Rege facit nepotem; atque adeo confundit Caroli Magni fratrem juniorem cum ſynonymo ejus patruo, & illius exemplo motum* Siagrium *putat monaſticam quietem concupiviſſe. Econtra Carolomanni junioris filium fuiſſe Siagrium, adeoque Caroli Magni ex fratre nepotem ſcribunt Buchetus in vera Origine familiæ Regiæ pag.* 12 *Honoratus Bouchæus lib.*5 *Hiſt. Provinciæ ſect.* 2 *cap.* 2, *Philippus Labbe in Tabula Genealogica ſecunda cap.*10 *& alii. Fuit hic* Carolomannus *Rex Alſatiæ, Burgundiæ & Provinciæ, cumque mortuo Pipino Rege ſub annum* DCCLXVIII *de ſtabiliendo filiorum regno tractarent Franci, placuit affinitatem contrahi cum Deſiderio Longobardorum Rege. Hoc vero ne fieret impedire conatus fuit, qui eodem anno ad Pontificatum Romanum aſcenderat, Stephanus Papa* III: *inter poſuitque comminationem anathematis, eo maxime titulo, quod uterque Rex* jam Dei voluntate & præceptione genitoris conjugio legitimo eſſet copulatus. *Sed conjugium ejuſmodi nunquam conſummatum, ac ne contractum quidem fuiſſe, verum intra ſponſalium terminos conſtitiſſe, diximus ad Vitam S.* Hildegardis *Reginæ* XXX *Aprilis num.*9; *oſtendimuſque, non obſtante Pontificis prohibitione, Carolomannum uxorem ex Longobardis accepiſſe; quod etiam cum bona Pontificis venia pene fecit Carolus Magnus anno* DCCLXX, *& ſequenti anno* II Nonas Decembris Carolomannus deceſſit. *Hujus regna cum ſibi Carolus Magnus vindicaret, id impeditura* uxor ejus & filii in Italiam pergunt, *ut habetur in Annalibus Francorum. Filiorum primus Pipinus, puer obiiſſe creditur, ſecundus ſi fuit hic* Siagrius, *profecto nec anno* DCCLXXVII *potuit extractus fuiſſe ex monaſterio, quod Abbas regebat, ut ordinaretur Epiſcopus, utpote tum necdum octennis; neque circa annum* DCCLXXXVII *obiiſſe. Præterea non Carolus Magnus, ſed Martellus Saracenos ex Provincia ac Nicienſi tractu expulit: neque Comitum Brienſium titulus ea ætate notus erat. Multis igitur modis vacillant Acta apud Barralim.*

Nec Caroli Magni ex Pipino filius, neque frater,

D

7 *Quod ſi conjectandum eſt aliquid, ſuſpicabor,* Siagrium Caroli Martelli, *non ex Pippino, ſed ex Carolomanno nepotem, Caroli Magni patruelem fuiſſe. Hic enim* Carolomannus, *priuſquam abdicato regno monachum indueret in Italia, conjugem habuit, ex eaque filium* Drogonem, *quidni & Siagrium? qui patris exemplo monachus etiam eſſe elegerit, annos circiter natus* XXIV *quando regnare cœpit Carolus Magnus. Ita anno Adriani Papæ quinto annorum fuerit* XXXIII, *& decimo Epiſcopatus anno potuerit obiiſſe, alioqui ad multo poſteriores annos differendus. S.Pontii Martyris, cui relata Abbatia fuit dicata, Acta illuſtravimus ad diem* XIV *Maji, ubi late ſitum antiquæ urbis Cimellenſis deſcripſimus, quæ ibidem benevolus Lector poterit videre. Hujus & Siacrii Reliquias in dicta Abbatia S.Pontii etiamnum aſſervari, aſſerit dictus Buchæus lib.*2 *cap* 29 *& lib.*5 *cap.*3.

ſed potius Martelli nepos ex Carolomanno, Magni patruo.

neque nepos ex fratre Carolomanno fuit,

B

E

DE SANCTO ANNONE

EPISCOPO VERONENSI IN ITALIA.

G. H.

Acta ex Valerio Auguſtino & Ferdinando Ughello.

CIRCA DCCLXXX.

Vguſtinus Valerius Epiſcopus Veronenſis, in antiquis monumentis ſanctorum Epiſcoporum Veronenſium, de S. Annone *hanc rerum geſtarum epitomen ſcripſit:* Anno, civis Veronenſis, parentibus ortus religione & generis nobilitate claris, Presbyter antea factus, in demortui Veronæ Epiſcopi locum, magno Cleri & populi conſenſu, ob eximiam doctrinam & admirabilem ſanctitatem, invitus Epiſcopus eligitur. Ne Dei tamen voluntati adverſaretur, multis ab eo id flagitantibus, graviſſimum impoſitum ſibi munus ſuſcepit; in quo aſſidue ſe geſſit, ut priſtinæ ſuæ religionis ac ſanctitatis exempla quotidie dederit illuſtriora. Beatus Epiſcopus ac pius Pater, dum in magna populi Veronenſis calamitate, ob diutinam cæli ſiccitatem dira fame ac lue laborantis, mœrore conficiebatur, aſſiduis precibus & lacrymis collacrymante Maria ejus ſorore (cui cognomen poſtea inditum eſt Conſolatrix) ſanctiſſima Virgine, tantæ calamitatis divino monitu cauſam comperit. Nam Angelico miniſterio utrique una eademque nocte revelatum eſt, non prius Veronam manu Domini ex ea calamitate liberandam, quam beatorum Martyrum Firmi & Ruſtici corpora in illam eſſent reducta; ut ibi honore debito condita conquieſcerent, ubi pro gloria Chriſti martyrii coronam acceperunt. Magna igitur diligentia, qua ratione ſancta illa corpora inveniri poſſent, multæ ac variæ conſultationes per eum cum Clero & viris de populo pietate & prudentia præſtantibus ſunt habitæ. Inventa vero ſunt, & S. Mariæ Conſolatricis opera Veronam tranſlata. Claruit autem B. Anno circa annum Domini DCCLV. Conſecravit eccleſiam SS. Teuteriæ & Tuſcæ Virginum, earumque corpora in arca marmorea collocavit.

Invitus Epiſcopus creatus,

C

tranſfert corpora SS. Firmi & Ruſtici,

& SS. Teuteriæ & Tuſcæ.

Obiit decimo Kalendas Junii. Nunc in Eccleſia Cathedrali, ſubter altari S. Andreæ, in arca marmorea ejus corpus collocatum eſt. In conſecratione altarium majorum eccleſiæ S. Marci Veronæ, & eccleſiæ monialium S. Catharinæ Virginis & Martyris, & eccleſiæ monialium S. Mariæ Magdalenæ, inter ceteras aliorum Sanctorum, poſitæ in eis ſunt Reliquiæ etiam ſancti hujus Epiſcopi. *Hæc ibi folio* 37, *at folio* 5 *hæc inſuper indicantur:* S. Annonis Epiſcopi Veronenſis corpus requieſcit in Eccleſia Cathedrali, in altari S. Andreæ prope januam ſeptemtrionalem, in arca marmorea, in qua hi verſus inciſi ſunt.

Corpus in altari:

F

Veronæ Præſul, cæli qui fulget in arce,
Hic ſitus eſt Anno ſanctus, Pater inclitus urbis.
Floruit B. Anno circa annum Domini DCCLX.

In palla ipſius altaris eſt imago S. Annonis in habitu Pontificali, & in eadem eccleſia eſt titulus S. Annonis . . . In Pſalmiſta vetuſto ex membranis in eccleſia ſanctorum Apoſtolorum hæc de S. Annone: Anno Domini ſeptingenteſimo quinquageſimo primo vivebat S. Anno Epiſcopus Veronenſis, frater S. Mariæ Conſolatricis, qui conſecravit eccleſiam ſanctarum Virginum, in dicta eccleſia in arca præſenti, & dedit magnam indulgentiam cum aliis quamplurimis. In eccleſia etiam ſanctorum Apoſtolorum, ut ex libro prædicto, conſecratum fuit altare S. Jacobi, reliquiis etiam S. Annonis Epiſcopi; & altare majus eccleſiæ S. Mariæ Magdalenæ in Campo Martio Veronæ, conſecratum anno Domini MCCCXVIII, ut ex tabula vetuſta apud moniales dictæ eccleſiæ: item altaria eccleſiæ Omnium Sanctorum, ut ex tabula in ſacrario ipſius eccleſiæ: item altare portatile, poſitum ſuper altare majus eccleſiæ S. Clementis Veronæ, ut ex ipſo altari portatili: item altaria majora

Reliquiæ alibi.

eccleſiæ

A ecclesiæ S. Marci & S. Catharinæ Virginis & Martyris. In ecclesia S. Zenonis in oratorio, inter Reliquias quæ asservantur in dextro & siniſtro cornu altaris majoris, & in ecclesiis Sanctissimæ Trinitatis & Marci. In Disciplina etiam S. Mariæ de Domo, posita in vicinia S. Mariæ ad Favam, inter Reliquias quæ ibi asservantur, sunt etiam Reliquiæ S. Annonis Episcopi. *Hæc ibi: & confirmantur in Indice Reliquiarum, ibidem à folio 76 excuso: ubi præterea ejusdem* S. Annonis aliquæ Reliquiæ *dicuntur* asservari in ecclesiis S. Cæciliæ & S. Gabrielis. *Acta SS. Teuteriæ & Tuscæ dedimus* v *Maji, daturi S. Mariæ Consolatricis Kalendis Augusti, & SS. Firmi & Rustici Martyrum die* ix *ejusdem Augusti. Ferdinandus Vghellus in Episcopis Veronensibus statuit* S. Annonem *hujus Ecclesiæ Episcopum* XLI, *creditque* corpora SS. Primi & Marci, Lazari & Apollinaris Subdiaconi & Martyrum ex Tergestina civitate Veronam fuisse translata à S. Maria Consolatrice, & recondita à S. Annone Episcopo anno DCCLV in ecclesia S. Firmi majori, in crypta sub confessione ejusdem ecclesiæ, post altare majus in sepulcro marmoreo, ubi post ipsum altare sunt hæ litteræ in duabus tabulis depictæ, *etiam apud Augustinum Valerium folio* 17 *relatæ.*

transfert corpora SS. Primi, Marci Lazari & Apollinaris,

B

Translatio Sanctorum Martyrum, hic requiescentiũ, facta fuit XI Kalendas Junii anno Domini DCCLV, per B. Annonem tunc Episcopum Veronensem. cum universo Clero ac populo solennizata.

Ex his Sanctis colitur XII *Aprilis S. Lazarus Diaconus, ubi plura de hac Translatione invenientur. At SS. Primi & Marci Martyrum Acta dedimus* X *Maji. S. Apollinaris Subdiaconus & Martyr colitur* VI *Decembris. Denique addit Vghellus* S. Annonem, de Ecclesia Veronensi optime meritum, obiisse sub Rege Carolo Magno, circa annum Domini DCCLXXX. *Quæ plane eadem leguntur apud Onuphrium Panvinium lib.* 5 *Antiquitatum Veronensium cap.* 15. *Eumdem celebrat Ferrarius in Catalogo generali & alio Sanctorum Italiæ; & Galesinius, qui* Ammonium *appellat, sed in Notis ait potius* Annonem *vocari.*

obit circa an. 780.

AUCTORE G. H.

DE S. MICHAELE CONFESSORE,

EPISCOPO SYNNADARVM IN PHRYGIA.

COMMENTARIUS HISTORICUS, G. H.

Elogia ejus ex Synaxariis, tempus certaminis, acta in Episcopatu ex variis.

CIRCA DCCCXX.

Eleberrima est memoria hujus Sancti, qui solus hujus diei Officium implet in Menæis absque ullius alterius Sancti societate, & in Ephemeride metrica solus notatur, atque inde etiam Moschis innotuit, figuratus apud eos. De hoc sancto Confessore in Menologii Basilii Porphyrogenetæ Imperatoris istud extat elogium, quod post primum Tomum Maji Græce dedimus, Latine autem sic sonat. Michaël, sanctus Pater noster & Christi Confessor, fuit monachus pius & Deum timens, atque ob religiosum ipsius vitæ institutum Synadarum consecratus est Episcopus. Postea vero sub Imperio Leonis Iconomachi, propter orthodoxam fidem, inter ærumnas quas sustinebat, constans permansit in Christi populo docendo ea quæ ad salutem spectarent. At suis sermonibus velut jaculis hæreticos percutiens, eosque à suo grege expellens, impium Imperatorem ad iracundiam provocavit. Vocatus igitur ab ipso, jussus est venerationem sacrarum imaginum abnegare: ac cum id constanter respuisset, durissimis exiliis subjectus fuit: ubi cum tentationes ac miserias plurimas ob veritatem atque orthodoxæ religionis doctrinam sustinuisset, atque ad finem usque immutabiliter constans perseverasset; huic mortali vitæ gaudens finem imposuit, duplici coronatus diademate, summi nimirum Sacerdotii ac fidei confessionis. *Hæc ex Menologio Basilii Imperatoris: quæ aliquanto latius explicantur in Ms. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quod spectat ad Collegium Ludovicianum Societatis Iesu Parisiis, & sunt ejusmodi.*

Elogium ex Menol. Basilii Imp.

C

Aliud ex Ms. Synaxario.

2 Μηνὶ Μαΐῳ ΚΓ'. Μνήμη τῦ ὁσίυ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Ὁμολογητῦ Μιχαὴλ, Ἐπισκόπυ Συνάδων. Οὗτος ὁ ἀγγελώνυμος Μιχαὴλ, διὰ βίυ τελείυ ἑαυτὸν ἐκκαθάρας, ἐκ μητρικῶν ἀγγαλῶν γεγονὼς ἀνάθημα τῷ Θεῷ, ὥφθη Ἱερεὺς τῦ Θεῦ ὑψίστυ· καὶ ὑπ' αὐτῦ δυναμούμενος τῶν θεομάχων πᾶσαν καθέσβεσε γλωσσαλγίαν, αἱρετιζόντων ἀθεα σόματα φιμώσας, κατὰ τὰς θείας αὐτὰ μορφώσεως ἀνοίγομενα. Μὴ φέρων γὰρ τῆς γλώσσης αὐτῦ ὁ θὴρ ὁ δυσώνυμος τὸ θεῖον ρεῦμα, ὅτι περεσὼς ὁ Μακάριος ἔμπροσθεν τῦ βήματος αὐτῦ ἐκαλεπλάγη τὰς μάσιγας καὶ ἀπειλὰς, οὐ δὲ κεχαυνώθη τὸν νῶν, ἀλλ' ἐλευθέρᾳ τῇ φωνῇ ἐξεβόησε, τὴν ἄχραντον καὶ θεῖον εἰκονα σέβω καὶ προσκυνῶ τὸ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Θεῦ Ἰησῦ Χριστῦ, καὶ τῆς παναγίας αὐτῦ Μητρὸς, τὸ δὲ σὸν δόγμα διαπτύω καὶ εἰς ἅδου λογίζομαι. Ὁ δὲ αἰσχύνης ὑποπλησθεὶς καὶ τῷ θυμῷ ὑπερζέσας ἐξορίᾳ αὐτὸν μακρᾷ καθυποδικάζει. Αὐτὸς δὲ διαπηρῶν τὸ καθ' εἰκονα ἀῤῥύπωτον καὶ ἀκοινώνητον, καὶ διωκόμενος τόπον ἐκ τόπυ, θλείψεις πολλὰς ὑπομείνας καὶ πικρίας, εἰς εὐρύχωρον πλάτος καταντησε. Οὕτως τὸν δρόμον τελήσας καὶ διπλοῖς στεφάνοις κοσμούμενος, προσετέθη τοῖς Ἀρχιερεῦσι Ἀρχιερεὺς καὶ τοῖς Μάρτυσιν ὁ Μάρτυς, τὰ γέρα τῶν ἀγώνων λειψόμενος. *Quorum hæc est Latina interpretatio:* Hic Angelicum nomen sortitus Michael, per vitam perfectam se immaculatum custodivit, & ex ulnis maternis Numini consecratus apparuit Dei altissimi Sacerdos: à quo cælesti virtute confortatus, omnem linguam adversus Deum se exerentem extinxit, impiaque hæreticorum ora, in divinas Dei imagines blasphemiam eructantia, prorsus obturavit. Verum infausto nomine fera bestia, non ferebat divinum ejus eloquium: neque enim ejus minis aut flagellis percellebatur, neque animo his quidquam cessit, sed libera voce palam exclamavit: Immaculatam & divinam imaginem veneror & colo Salvatoris & Domini nostri Jesu Christi, atque sanctissimæ matris ejus: tuum autem decretum respuo, & ut nullius momenti æstimo. Offensus his Tyrannus & pudefactus, gravique ira inflammatus, longo Sanctum exilio damnat. Sed Sanctus erga imagines conservans animum immotum atque immutabilem, locum ex loco in persecutione mutavit, quoad in ampliſſimum cælestis regionis campum evaderet. Hoc igitur præclaro vitæ cursu absoluto, gemina corona ornatus, inter Episcopos ut Episcopus, & inter Martyres ut Martyr est collocatus. *Similia habentur passim in omnibus Græcorum Menæis, tum manu exaratis quam typo cusis,* & Memoria *notatur in Arabo-Ægyptio Ms. Maronitarum.*

F

3 *Tempus memoratæ supra persecutionis optime explicatur in Vita S. Nicetæ Hegumeni Medicionsis in Bithynia vicina, quam scripsit Theosterictus monachus & ejus discipulus, quam ex Ms. Græco Vaticano erutam ac Latine*

AUCTORE G. H.

redditam edidimus ad diem III *Aprilis*: *in qua capite* 5 *explicatur iconomachia, à Leone Armeno reſuſcitata cum magna fidelium perſecutione, & num.* 35 *iſta leguntur.* Negaverunt Patres permittendum eſſe, ut vel ante conſpectum ſuum iſti, vel ad colloquium venirent. *pro cultu imaginum,* Cumque Imperatoris mentem perſpectam haberent proclivem in malum, ab eoque non abducendam, licet univerſam Scripturam adducerent in teſtimonium; reſpondit Æmilianus Epiſcopus Cyzici: Si quæſtio Eccleſiaſtica eſt, ut dicis, Imperator, diſcutiatur in Eccleſia, ut moris eſt: nam à principio conſueverunt quæſtiones Eccleſiaſticæ in Eccleſia tractari, non in palatio. *Leoni Armeno ſe opponit:* Sed & ego, inquit Imperator, ſum filius Eccleſiæ, & velut mediator utroſque vos audiam, ut hinc inde dicta dijudicans, quæ vera ſunt cognoſcam. Ad hæc Michaël Synadarum Epiſcopus: Si mediator es, quare non facis quæ ſunt mediatoris? Nam iſtos quidem abſcondis in palatio congregaſque, fiduciam illis dans ad docendum impia dogmata: alii autem neque in angulis audent dicere quidpiam, perterrefacti tuis ubique edictis. Non eſt hoc judicium mediationis, ſed tyrannidis. *Eodem modo cum SS. Æmiliano & Michaële reſponderunt Leoni Armeno* S. Theophylactus Epiſcopus Nicomedienſis, Petrus Nicænus Epiſcopus, S. Euthymius Epiſcopus Sardium, & S. Theodorus Studita: *quorum ſententiæ ibidem legi poſſunt.* Tunc, *ut habetur num.* 39, iracundia exæſtuans Imperator, *&* pro æquitate ſuam æſtimans injuriam, dimiſit omnes, *ac pleroſque in exilium relegavit. Nam* de S. Michaële *cap.* 7, *num.* 45 *iſta ibidem indicantur*; Zacharias, S. Nicetæ beneficus Cuſtos, pro adminiſtratione publicarũ rerum miſſus ab Imperatore in partes Thraciæ, captus à barbaris oras illas accolentibus, & vinctus in eorum regionem abductus eſt. Id cum audiviſſet Michaël, ſanctiſſimus Synadarum Epiſcopus, ex cuſtodia, in qua detinebatur etiam ipſe, ſignificavit beatiſſimo Nicetæ, quod communis ipſorum amicus Zacharias comprehenſus à Thracibus, in eorum terram vinctus abiit: ſed rogo, inquiebat, coge pro eo Deum: potes enim. *Hæc ibi.*

B

mittitur in exilium:

4 *Colitur memoratus S. Theophylactus Metropolita Nicomedienſis* VIII *Martii, ubi de eo protulimus elogium ex veteri codice Tiliano à Franciſco Combefis productum, in quo iſta leguntur*: Quia Taraſius divino ſuffragio in urbis Conſtantinopolitanæ Sedem evehitur, diviniſque Pontifex creatur (*quod factum* XXV *Decembris, anno* DCCLXXXIV) per id tempus Michaël Synadenſis ac admirabilis Theophylactus vitam monaſticam arripiunt, atque à magno Taraſio ad monaſterium deſtinantur, quod ad Ponti Euxini oſtium eſt poſitum. Tum vero, cum eorum virtus promoviſſet ac inſtar ſideris eluceret, dignos judicans magnus Taraſius Summo Sacerdotio, Michaëlem quidem mittit Synadam, beatus vero Theophylactus Nicomediæ ordinatur Epiſcopus. *Hæc ibi. Vita functus eſt S. Taraſius anno* DCCCVI, *die* XXV *Februarii, quo ejus Vitam illuſtravimus. Huic ſucceſſit S. Nicephorus, Dominica Paſchæ* XII *Aprilis ordinatus. Hic poſt eadem Nicephori Imperatoris iconomachi, electum anno* DCCCXI *Imperatorem Michaëlem Curopalatem Catholicum coronavit: qui mox, atteſtante Theophane*, ad Leonem III ſanctiſſimum Romæ Papam litteras Synodicas tranſmiſit: ad hoc enim tempus à Nicephoro Imperatore prohibitus fuerat, quo minus id præſtaret. *Eas litteras aſſerit ſe* ferendas commendaſſe ſanctiſſimo Metropolitæ Synadon *ſive* Synadarum (*non autem* Synnaculorum *ut perperam intruſum*) Chriſto amabilis civitatis: *& dein addit*: Certi ſumus de jam dudum accepta ejus apud vos appellatione & locutione, quod benigne à vobis videbitur & ſuſcipietur. Rogamus autem & propter noſtram parvitatem, ut majori cum benevolentia & familiaritate, quæ ſuſceptionis ſunt & honoris ei deferantur. Etenim erga veſtram dilectionem valde ardenti & ſincero amore afficitur, & in Eccleſiaſticis rebus ſtudioſum & alacrem ſe præbet, ſicut & in ſermone & converſatione ac virtute ceteris antecellit: qui & debet, Deo bene juvante, & vos in hoc movente, dilectionis & concordiæ ſymbola, hoc eſt honorandos veſtros apices & ſyllabarum, quæ in manibus ſunt reſcripta, ad nos ferre, ad majorem lætitiam noſtram ſpiritualem & perfectionem noſtræ in Domino amabilis affectionis. *Hæc in dictis litteris Synodalibus, quæ integras edidit Baronius ad an.* 811 *à numero* 20 *ad numerum* 23.

D

& Epiſcopus creatus.

ab eo Romã legatus ad Leonem III

E

C

ante ſub S. Taraſio monachus,

5 *Michaëli ultro Imperium relinquenti ſucceßit Leo Armenus, qui, uti in citato ſupra elogio S. Theophylacti legitur*, univerſos damnat exilio, ac divinum quidem Nicephorum relegat in Taſum inſulam, inclytum vero Michaëlem Synadis Epiſcopum in Eudociadem, alioſque in alia loca deportat. *exul in Eudociade.* *Eſt autem* urbs Synadarum metropolis Phrygiæ Salutaris: *at* urbis Sinnaculorum *nullum uſpiam veſtigium reperitur. Simile eſt* Ζφάλμα *Sirleti in ſuo Menologio, ubi dicitur* S. Michaël *ejectus in exilium à Leone Iſaurico, quod elogium ita etiam expreßit Baronius in Notis ad hunc* XXIII *Maji. Aſt in ipſo Martyrologio ſolum iſta leguntur*: Synnadæ in Phrygia S. Michaëlis Epiſcopi, *addit Molanus,* & Confeſſoris. *Canonis hoc die propoſiti Odæ, nihil continent ſingulare quod elogia non habeant: ſolum videtur indicari Ode* V, *quod aliqua erudite ſcripſerit, cum dicitur*: Πολαμὸς ἀν ἔβλυσε δίδα γμάτων, οἷς ἐντρυφῶν-λες εὐφραινόμεθα, Μάκαρ. Doctrinarum flumina de te emanant, quibus fruentes exultamus, ô Beate. *Quod autem in brevi tempore expleverit multa, colligi quadamtenus poſſet ex hoc diſticho ante elogium*:

F

Τῷ κυμαΐῳδει μικρὸν ἐμπρέψας βίῳ,
Αὐγὴ Μιχαὴλ οἷα κἀφη πομφόλυξ
Tempeſtuoſo perparum lætio micans,
Ceu bulla flatu ſolveris Michael levi.

DE

DE SANCTO GVIBERTO,

FUNDATORE GEMBLACENSIS MONASTERII

ET MONACHO ORDINIS S. BENEDICTI IN BRABANTIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. H.

De Vita à Sigeberto ſcripta, ætate, cultu & Reliquiis Sancti.

ANNO DCCCCLXII

Emblacum, *antiquis* Gemmelaus, *vulgo* Gemblours, *olim caſtrum, à* S. Guiberto *in monaſterium Ordinis S. Benedicti converſum, ſitum in diœceſi olim Leodienſi, nunc Namurcenſi, & hodiernæ Brabantiæ inſertum: quod accurſu incolarum, ob miracula & venerationem* S. Guiberti, *adeo accrevit; ut Arnulphus Abbas nonus illud circa annum* MCL *mœnibus cinxerit. Gaudent Abbates titulo Comitum, & in publicis Ordinum Brabantiæ comitiis primum inter Nobiles locum obtinent. Monaſticam vitam auſpicatus* S. Guibertus *in monaſterio Gorzienſi prope urbem Metenſem, ibique etiam vita functus, ſed Gemblacum tranſlatus, ibidem ſepulturam habuit. De Gorzienſi monaſterio conſule Acta* B. *Ioannis ibidem Abbatis, à nobis ad diem* XXVII *Februarii illuſtrata.*

Gemblacum monaſterium S. Guiberti,

Gorziæ defuncti.

B

2 *Vitam* S. Guiberti *ſcripſit Sigebertus monachus Gemblacenſis, editam ad hunc* XXIII *Maji à Laurentio Surio, quam nos contulimus cum duobus codicibus Mss. altero Trevirenſi monaſterii S. Maximini, altero cœnobii Corſendoncani Canonicorum Regularium in Campinia prope Turnhoutum; in quo aderat Hiſtoria elevati corporis, quam Vitæ ſubjungimus. Habuimus & Vitam & dictam elevationis hiſtoriam ex Ms. codice Vltrajectino, ſed in compendium contractam: profuit tamen etiam illa epitome pro aliqua lectionum varietate internoſcenda: & quia meminit libri, innumera fere miracula ad Sancti tumbam patrata referentis, occaſionem nobis dedit eum ſolicitius apud Gemblacenſes requirendi; ſed negaverunt aliquid ejuſmodi apud ſe inveniri. Autbertus Miræus in Notitia Eccleſiarum Belgii cap.* 56 *edidit duo Ottonis I Imperatoris diplomata: quorum altero confirmat conſtructionem dicti monaſterii Gemblacenſis eique oblatas poſſeſſiones; altero conſtituit Advocatum ejus Lambertum Comitem Lovanienſem: quæ ibi videri poſſunt. Ex priore præcipua in Vitam à ſe ſcriptam tranſtulit Sigebertus, addiditque ſubſcriptionem, quæ apud Miræum deſideratur. Richardus Waſſenburgius lib.* 3 *Antiquitatum Galliæ Belgicæ fol.* 179 *etiam intexuit aliqua* S. Guiberti *Acta, in quibus aſſerit, hujus potiſſimum auctoritate dejectum fuiſſe Hilduinum, ſimoniacè promotum ad Epiſcopatum Leodienſem, & Richarium illi ſubrogatum, cum ipſe ſibi oblatum Epiſcopatum recuſaſſet. Factum id fuiſſe anno* DCCCCXX *conſtat ex Flodoardi Chronico, qui tamen* S. Guiberti *non meminit. Bartholomæus autem Fiſen utroque in opere infra laudando amplius dicit, illum de Hilduino conquerentem, Carolo Simplici dignum viſum, licet adhuc Laicum, qui dejecto ſacrilego ſubſtitueretur: quod ille tamen recuſaverit.*

Vita à Sigeberto ſcripta

& hiſtoria elevationis ex Mss.

diplomata apud Miræum.

C

alia apud Waſſeburgium.

3 *Tempus vitæ ejus nemo accurate propoſuit: Cum tamen anno* DCCCCXX *adhuc in militia ſeculari exiſtens, judicatus fuerit aptus, qui ordinaretur Epiſcopus Leodienſis, ſatis intelligitur tunc aliquam ætatem habuiſſe. Demus ergo eum, quem conſtat obiiſſe anno* DCCCLXII, *vixiſſe circiter ſeptuaginta annos; & ſequetur, natum circiter annum* DCCCXCII, *ætatis anno* XXVIII *judicatum dignum, qui ad Epiſcopatum aſſumeretur. In Hiſtoria elevationis dicitur* quadraginta fere annorum ſpatia in bonorum operum conſummaſſe exercitio: *ſive intelligatur conſtructio monaſterii Gemblacenſis, ſive monaſticæ vitæ in Gorzienſi cœnobio auſpicium, annus indicabitur viceſimus ſecundus ſupra nongenteſimum. Confirmatio Ottonis primi Imperatoris ſupra indicata de conſtructo monaſterio, facta eſt anno* DCCCCXLVI, *ac biennio dein elapſo datus Advocatus. Hungaros, in haſce partes irruentes anno* DCCCCLIV, *aliquos convertit: ac denique anno ut dictum* DCCCCLXII, *hoc* XXIII *Maji ſuum Deo reddidit ſpiritum. Elapſis dein annis* CXXXVII, *ſcilicet anno* MXCIX, *cœpit multis clarere miraculis, ac poſtea anno* MCX *ejus corpus fuit ſolenniter elevatum.*

Videtur natus circa an. 892,

mortuus an. 962,

4 *Memoria illius ſacra deinceps fuit Faſtis inſcripta, atque ad hunc* XXIII *Maji refertur in Ms. Martyrologio Trevirenſi S. Maximini his paucis verbis:* S. Wiberti Confeſſoris. *In Ms. Bruxellenſi Eccleſiæ S. Gudulæ ita ſolebat recitari.* Apud Gemblacum S. Witberti, qui inter nobiles Lotharingiæ Milites primus, militiæ depoſito & religionis accingens ſe cingulo, Gemblacenſe cœnobium fundavit. *In Gemblacenſi Eccleſia iſta ſolebant annuntiari. In* Gemblaco monaſterio S. Guiberti, Patris noſtri ac Fundatoris, Confeſſoris præclari in miraculis. *Secuti paſſim alii, præſertim monaſticorum Martyrologiorum auctores, Wion, Dorganius, Menardus, Buſelinus, cum Ms. Florario, ac Galeſinio, Caniſio, Sauſſajo, Fiſen, potiſſimum autē Molano in Natalibus Sanctorum Belgii, ubi plurima de eo recitat. Colitur die* IV *Februarii* S. Gilbertus, Fundator Ordinis Sempringaumenſis in Anglia, *cujus loco Petrus de Natalibus lib.* 3 *cap.* 83 *ſuppoſuit hunc* Guibertum, *quem* Gilibertum *ſcribit, aſſerens* 2 Nonas Februarii in pace quieviſſe. *Secuti mox Galeſinius, Felicius, Baronius in Notis ad Martyrol. Rom. Miræus in Faſtis Belgicis & alii. In Ms. Florario refertur etiam* XXIII *Aprilis per errorem, loco* XXIII *Maji: omnes ex Vitæ auctore & utriuſque Sancti diſtinctione redarguendi. Simili mendo ad* XXV *Octobris inſcriptus eſt Ms. Kalendario Ordinis Benedictini, fere deſumpto ex Trithemio, qui aliquod elogium habet lib.* 3 *de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti cap.* 217: *ſed Vitam, quam aſſerit ſcriptam fuiſſe à Sigeberto non legit, dum diem obitus ſilet, notatque claruiſſe Sanctum anno* DCCCCXX, *quo adhuc militiæ cingulo erat accinctus.*

perperam 4 Febru.

25 April. & 25 Octobris.

F

5 *Eſt autem præter primariam feſtivitatem, quæ* XXIII *Maji cum octava celebratur, alia ſecundaria feſtivitas, propter corporis elevationem ad diem* XXIII *Octobris haberi ſolita; quæ apud Gemblacenſes annue proclamatur iſtis verbis:* In Gemblaco, elevatio corporis ſancti Patris noſtri Guiberti, Confeſſoris Chriſti, in miraculis præclari. *Secuti ſunt Molanus, Caniſius, Wion, Dorganius, Ferrarius. Arnoldus Rayzzius in Hierogazophylacio Belgico pag.* 223 *ſcribit* anno MDCXXIII, die XXIII Julii, viſitatas fuiſſe Reliquias in Eccleſia Gemblacenſi aſſervatas, in præſentia Abbatum Gemblacenſis & Villarienſis, item Hyacinthi de Caſali Capucini, tunc pro tempore à Sede Apoſtolica in Belgio Legati, & Andreæ Treviſii, Medici Sereniſſimæ Infantis Iſabellæ Claræ Eugeniæ. *Tunc* primo, *inquit Rayzzius*, inventum fuit corpus glorioſiſſimi Confeſſoris Guiberti, linteis & ſericis involutum, & inter varias oſſium partes, magna pars ipſius calvariæ, oſſa brachiorum & tibiarum, ſpinæ dorſi & ſcapularum integrarum, item vertebræ multæ ſpinæ dorſi. *Addit Rayzzius, ſe dono accepiſſe* de S. Guiberti vertebra integra, & de medietate minoris oſſis brachii

elevatio 23 Septem.

inſpectio Reliquiarum anno 1623

AUCTORE G. H.

ejuſdem. *Præterea pag.219 aſſerit* os S.Guiberti Confeſſoris in eccleſia Floreffienſis monaſterii eſſe. *Dedicavit autem* S. Guibertus *monaſterium ſuum Gemblacenſe* Deo, & Apoſtolorum Principi Petro, Sanctoque Exuperio Martyri. *Fuit hic ex Thebæis Martyribus primarius S. Mauritii ſocius, cujus ille Reliquias obtinuit, & harum magnam adhuc partem ibidem ſervari dicetur ad diem illorum natalem* XXII *Septembris.*

Mons S. Guiberti,

6 *Miraus in Natalibus iſta ſuggerit, hic inſerenda:* Fuit prædium quoddam monaſterii, quod nunc Mons S.Guiberti dicitur, locus incultus, ſed munitioni aptus. Quem locum ne invaſor occuparet & muniret, conſuluit Godefridus Comes Lovanienſis, Dux Lotharienſis, qui Advocatus erat Gemblacenſium, ab Imperatore conſtitutus, & ab Epiſcopo Leodienſi confirmatus, ut feretrum S. Guiberti eo adduceretur, ad reficiendum deſtructam eccleſiam.

miraculis ejus celebris.

Tantam autem ſanitatum gratiam Deus per eum largitus eſt, ut inſignis ex oblationibus conſtructa ſit eccleſia, circa quam multi ædes ſtruxerunt. Unde Godefridus nullum voluit loci eſſe Advocatum præter ſe, nec aliud jus legale aut conſuetudinarium ibi obſervari quam in Gemblaco: Godefridus autem tertius ejus nominis & honoris, confirmavit etiam

B burgenſibus dicti Montis nundinale forum. *Hæc Molanus: diſtat autem vicus iſte Gemblaco, Bruxellas verſus, ſeſqui hora itineris. Godefridus filius Henrici II Comitis Lovanienſis præfuit ab anno* MCVI *ad annum* MCXL, *cui tunc ſucceſſit filius Godefridus II; & hoc ſub annum* MCXLIV *vita functo ſubrogatus eſt Godefridus III, in Cunis vulgo dictus, qui vixit uſque ad annum* MCLXXXVI. *Bartholomæus Fiſen obitus & elevationis* S. Guiberti *meminit in Hiſtoria Leodienſis Eccleſiæ: in Floribus quoque ejuſdem Eccleſiæ ex Sigeberto atque Molano elogium contexit, cui in Floribus ſubjungit ſeriem chronologicam Abbatum Gemblacenſium, ab Erluino, quem* Guibertus *inſtituit, uſque ad tempus ſcriptionis ſuæ, id eſt ad annum* MDCXLVII.

VITA

Auctore Sigeberto Gemblacenſi monacho.

CAPUT I.

Proſapia, educatio, militia: Gemblacenſe monaſterium conſtructum.

C

a 1 INſignis Pater Guibertus, in pago *a* Germienſi reliciter natus, hominibus illius temporis ad

b exemplum creditur eſſe datus. Cujus avum *b* Redingum, & aviam Giſlam, patrem quoque Lietoldum & matrem Osburgam, omnes, qui hujus anti-

Germii illuſtri ſtirpe natus,

c quitatis retinent notitiam, fatentur longam antiquæ

d nobilitatis *c* traxiſſe lineam. Porro mater ejus Osburga, *d* abutens Apoſtolica indulgentia, qua dicitur, Melius eſt nubere quam uri; poſt mortem

1 Cor.7. prioris mariti Lietoldi, de quo ſuſceperat Dominum Guibertum & Remundem ejus germanam; dum gaudens polygamia, ſecundi, tertii, & etiam quarti mariti non refutat copulam, ex multis maritis prolem genuit numeroſam: *e* Helluinum ſcilicet, *f* Oilbaldum, Raginardum, Dodam, præter eos quorum nomina obliteravit oblivio; quorum longe lateque pullulante proſapia, ſe pene tota repleri & nobilitari gaudet Lotharingia. Siquidem ex proſapiæ numeroſitate, accreſcebat poteſtatis eminentia; ex poſſeſſionum multiplicitate, rerum affluebat opu-

e

f

g lentia, per quas *g* cumulari & provehi ſolet mundanę nobilitatis potentia. Hoc tamen in ſervo Dei nullus ducat ſatis prædicabile, cum ſecundum Dominicam vocem, non in abundantia cujuſquam vita ejus

D Luc. 12. eſt ex his quæ poſſidet; & ſecundum Apoſtolum, Rom. 2. non eſt perſonarum acceptio apud Deum. Sed hoc in eo nimis debet eſſe commendabile, quia cum veritas dicat, Facilius eſt camelum per foramen acûs Matth. 19. tranſire, quam divitem in regnum cælorum intrare; hic, tamquam gibbi ſarcina ſuperexcreſcente, terrenæ nobilitatis & facultatis depoſito tumore, hoc hominum impoſſibile, per pronam animi voluntatem redegit ad poſſibile.

2 Hic ergo juſtus plantatus, & fidei firmitate radicatus in domo Domini, jam inde à teneris annis flores virtutum emittere cœpit, in atriis domûs Dei noſtri eminens, ut palma altitudine nobilitatis, utque cedrus Libani multiplicandus ſuaveolenti ubertate ſanctitatis. At poſtquam de floribus bonæ ejus indolis pulchritudo & ſuavis odor pietatis ſe longe

h lateque effudit, & tempore primi *h* Henrici, glorioſi *pieq; educatus,* & victorioſi Regis, in fructuum gemmas erupit; tandem circa tempora Otthonis primi, quaſi oliva fructifera in domo Domini ubertim matureſcere cœpit. Qualis autem per prima ætatis incrementa ejus vita fuerit, non eſt diſcutiendum nobis: nam ſuperflue quæritur de arbore, qualis ſit radix ejus, quæ

E latet humo obruta; cum ex ſolo ſapore fructus, cognoſcatur arboris natura: Veritatis enim voce dicitur, Unaquæque arbor ex fructu ſuo cognoſcitur: Luc. 6. non enim de ſpinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiant uvam. Hæc ergo arbor in agro Domini plantata, nec ſpina nec rubus fuit, de qua nulla punctionis aſperitas, nulla amaritudinis acerbitas proceſſit; ſed tanta dulcedo fructus effluxit, ut proventus ejus etiam nunc in Eccleſia Dei fructificet. Siquidem fratribus ejus de carnalis poſteritatis proventu cogitantibus, ſolus ſanctæ memoriæ Guibertus ſpiritualis generationis heredes ſuſpirabat; bene monitus ab Apoſtolo, Qui ſine uxore eſt, cogitat quæ Domini 1 Cor. 7. ſunt, quomodo placeat Deo. Ideo de patrimonio ſuo non quæſivit carnalis copulæ ſponſam dotare, ſed matrem ſuam Eccleſiam unico affectu ditare: quæ ſibi non fratres brevi victuros aleret, imo cæleſtis filiationis prolem numquam morituram augeret; quam nec cum dolore pareret, nec cum dolore amitteret, ſed quæ eum æternali gaudio filio Dei cohereditaret. Militabat interim mundo ſpecie tenus; *militiæ vacat inculpatus.* ſed quantum patiebatur hujus negotii uſus, à militiæ vitiis erat extraneus. Et, ne curram per ſingula vitio- F rum genera à quibus Deo auxiliante deſtitit, aut per ſingula virtutum officia quibus diligenter inſtitit; hoc in eo egregie præter cetera laudabile fuit, quod cum hujus generis hominibus familiare ſit, res alienas & maxime pauperum & eccleſiarum Dei inſolenter rapere, hic profecto neſcivit aliena diripere violenter, qui ſua tam hilariter pauperibus & eccleſiis Chriſti novit diſtribuere.

3 Poſtquam ergo diu ſub chlamyde militaris habitus latuit, quia lucerna ſub modio poſita diutius latere non debuit, nodum & impedimentum divini *dein eidem renuntians* ſervitii à ſe quantocius diſſolvit, & militiæ ſecularis cingulum depoſuit. Ita mundi veteranus, terrenæ militiæ rude donatus, cœpit eſſe novus Chriſti tiruculus; & longævus mundi ſervus, per vindictam divinæ libertatis factus ſuus, effectus eſt Dei libertus. Igitur poſt multiformes ſpatioſæ viæ anfractus ad anguſtam vitæ portam directus, ut cantaret nudus viator coram hujus mundi latronibus, deliberavit etiam à cunctis nocivæ poſſeſſionis ſe expedire oneribus. Ne enim poſt plenam legalium præceptorum obſervantiam, cumulo ſuæ perfectionis deeſſet illud unum Dominicæ ſententiæ; Vade, & vende omnia,

A omnia quæ habes, & da pauperibus ; & veni, ſequere
Matth. 19. me, & habebis theſaurum in cælo ; hic omnia ſua, non quidem vendidit, ſed fideli debitori Chriſto commendare ad uſuram ſtuduit ; gaudens quod ejus
i fœnerator exiſteret, de quo non dubitaret, quin ſibi
2. Cor. 6. fideliter *i* uſuram ſolveret. Ut enim unus eſſet illorum, de quibus Apoſtolus dicit, tamquam nihil habentes, & omnia poſſidentes ; volebat ſua habere, & non habere : habere, bene diſpenſando ; non habere, avare conſervando. Fidelis namque & prudens ſervus, conſtitutus à Domino ſuper familiam ſuam, tam provide & lucroſè ſategit locare peculii ſui ſummam, ut eum nihil ſibi de ſumma decreſceret, de mercede tamen fœnoris ſumptus eximeret, unde conſervis ſuis in tempore tritici menſuram erogaret.

bona ſervat in ſervitiũ Dei expendenda.

Quid enim lucroſius fideli œconomo, quam ſua in ſervos Domini profundere, quæ ipſe Dominus in ſeipſum gratanter dignatur refundere? Præterea & alio Dominicæ vocis hortatu incitabatur, ut & alios exemplo & auxilio ad bene agendum illiceret, dum non negligenter dictum à Domino recoleret ; Qui
Matth. 10. recipit Prophetam vel Juſtum in nomine Prophetæ
Dan. 12. vel Juſti, mercedem Prophetæ vel Juſti accipiet ; &
B illud Danielis ; Qui ad juſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Unde ut mercedem juſtitiæ multorum acciperet, non ſatis eſſe viſum eſt ſibi, ſi ipſe ſolus ad juſtitiam tenderet, niſi & alios ſecum currere ſuo exemplo & hortatu moneret, & ipſe cauſa ſalutis multorum fieret, & duplicem coronam remunerationis acciperet.

Eſa 26. 4 Hic fratrum amator, qui ex alto cordis ſuſpirio ad Deum clamare poterat cum Eſaia, A facie tua Domine concepimus, & quaſi parturivimus, & peperimus ſpiritum ſalutis tuæ, quem fecimus in terra ; quod cogitando conceperat, & quaſi longo deliberationis æſtu parturiverat, piam animi pepererat benevolentiam, per quam Deo filios ſalutis faceret ſuper terram. De proprietate ſiquidem hereditatis ſuæ fundum, Gemmelaus dictum delegit, & Deo & Apoſtolorum principi Petro Sanctoque Exuperio Martyri glorioſo, ad conſtruendum in eorum honore monaſterium, devotiſſime delegavit. Hic tabernacu-
Pſal. 83. la, dilecta Deo & delectabilia hominibus, conſtruens Domino virtutum, ut paſſer humilitatis volatu directus, invenit ſibi domum ; & ut turtur, zelo caſtitatis & gemitu compunctionis animatus, poſuit ſibi nidum, ubi reponeret pullos ſuos, ſub alis matris Eccleſiæ confovendos. Ibi monachorum collectâ caterva, per eorum obſequium diſponebat immolare Deo laudum ſacrificia, & reddere Altiſſimo vota ſua : qui ſeminantes ei ſpiritualia, ſua meterent carnalia. Hos ad rectam morum volens informari regulam, ad Apoſtolicæ vitæ dirigi fecit lineam, per quam in initio fidei fundatam primitivam competerat Eccleſiam : in quibus illud præcipuum erat, ut nulla eis propria, ſed omnia eſſent communia ; ut quorum converſatio jam erat in cælis, Angelicam quodammodo vitam degerent in terris. Porro ipſe ad eorum, tamquam ad Apoſtolorum pedes ponens omnia quæ habebat, ut uſibus eorum ad omnem ſufficientiam neceſſaria ſuppeterent, ſolicita paternitate diſponebat. Unde legali traditione tradidit eis villam ſuperius nominatam Gemmelaus, & omnia ad eamdem appendentia, & alia multa, undecumque in parte vel ſorte ſua jure hereditatis cedentia.

Fundat monaſterium Gemblacenſe:

C

ei confert facultates ſuas:

5 Ad hoc opus felici auſpicio inceptum, animabatur non ſolum divinitatis gratia, ſed etiam nobiliſſimæ & Chriſtianiſſimæ aviæ ſuæ Giſlæ pia *k* convenientia : quæ dulciſſimum nepotem ſuum videns viam veritatis inſiſtere, collaborabat magnopere, ut amoto omni impedimento à cœpto pietatis itinere, viam mandatorum Dei dilatato corde poſſet curre-

k *adjutus in hoc à Giſla avia,*

re. Quia enim non, ut Eſau piloſus, venationum vanis aut nocivis exercitiis inſerviebat ; ſed, ut lenis Jacob domi habitans, ſimplicitati & innocentiæ ſtudebat ; totam ſe in ejus dilectione transfuderat. Quippe quem exemplo fidelis Abrahæ de terra & de cognatione ſua jam dudum animo exiſſe cognoverat, ei terram repromiſſionis comperere credebat : nec eum volebat ſuo deſtituere ſubſidio, quem perpendebat per omnia dirigi divino auxilio. Ideo ſalubri reperto conſilio, omnes *l* res hereditatis ſuæ, quas ſibi vir ſuus Redingus doris gratia impenderat, vel quas ipſi pari æquitatis induſtria addiderant patrimonio ſuo, ad præſidium Deo placitæ conſtructionis contulit legaliter cariſſimo nepoti ſuo. 1

A. SIGEBERTO.

6 Ad hæc omnia non parum ſolatii Divinitas fideli ſuo Guiberto contulerat, quod in his omnibus Doctorem & Patronum quemdam venerabilem virum, Erluinum nomine, præviderat ; qui & ipſe canonicam, quam vivebat, regulam ad monaſticam vitam converterat, & in Gorzienſi cœnobio regulariter degendi omnibus exemplo erat. Is pio Patrono noſtro, in omnibus utilium rerum conſiliis exequendis, in eccleſia ædificanda & officinis clauſtri conſtruendis, in Fratribus ad ovile Dei convocandis & regendis, aderat adjutor opportunus & unanimis. E

& Erluino directore.

ANNOTATA.

a Germium, pagus Lotharingiæ *Orteliò, pro quo in* pago Darnuenſi *legitur in Ms, S. Maximini, &* Darnay *locum Lotharingiæ indicat Du Val in Alphabeto Franciæ. Gemblacum quoque dicitur in charta Ottonis primi eſſe in Comitatu Darnuenſi.*

b *Ms. Corſend.* Rodingum, *Ms. S. Maxim.* Rodigum, *in diplomate* Rothingum.

c *Waſſeburgius addit* Regum Auſtraſiæ.

d *Ms. Corſend.* gaudens.

e *Mss. Corſ. & S. Max.* Hellinum.

f *Eadem* Oibaldum *&* Orbaldum.

g *Ms. S. Max.* æmulari.

h *Hic eſt Henricus Auceps, pater Ottonis primi, qui iſti anno 936 functo ſucceſſit.*

i *Surius* menſuram. k *Idem* conniventia.

l *Res ſingulæ in diplomate Ottonis Imperatoris enumerantur & confirmantur.*

CAPUT II.

Vita monaſtica Gorziæ. Gemblacenſibus datus Erluinus Abbas. Immunitates ab Ottone I *conceſſæ, à Benedicto* VII *confirmatæ.*

7 ALii ad perfectionis culmen tendenti ſufficere videtur à malo declinaſſe, mundi pompis abrenuntiaſſe, ſua omnia pauperibus erogaſſe ; at Dominus Guibertus, quæ retro ſunt oblitus, in anteriora ſe extendere nitebatur, ſemetipſum arguens imperfectionis, niſi argumento Dominicæ manus ad unguem expoliretur. Audiens nempe Dominum di- Luc. 9.
centem ; Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me ; totum hoc Dominicum imperium traxit ad ſe ; & abnegans ſemetipſum, tulit crucem mortificationis Jeſu in corpore ſuo ; caſtigans corpus ſuum & in ſervitutem redigens, ne forte aliis prædicans ipſe reprobus inveniretur. Tulit crucem etiam fraternæ compaſſionis, quando erutus de cribro diabolicæ tentationis, ipſe aliquando converſus, confirmabat Fratres ſuos, pro quibus Chriſtus ipſe biberat calicem paſſionis. Igitur arrepto rationis clavo, poſt rerum ſuarum jacturam, nudus enatavit de mundi hujus naufragio ; & tandem

Monaſticæ vitæ ſe tradens Guibertus,

A. SIGEBERTO. positus monaſticæ quietis portu, ancoram ſtabilitatis de alto pectoris ſui jecit in clauſtralis vitæ profundo. Videbat enim, quod nuſquam alibi tutius perfugium eſſet fugienti à mundi periculo; cum in clauſtris monaſterii & eremi non deſit ſolitudo; & ſi quem aliquo modo diabolicæ incurſionis titillet inquietudo, præſto adſit prompta fraternæ conſolationis fortitudo. Videbat etiam, quod non altius poſſet aſcendere, ſi poſſet illum religionis gradum attingere, ad quem omni quidem ordini Eccleſiaſtico, omniq; terrenæ poteſtati liceat accedere, à quo nulli omnino, nulla omnino occaſione, liceat impune recedere. Præterea vir prudens, ante & retro oculatus, nihil temere & improvide ſibi agendum eſſe attendebat diligentius. Ut enim athleta ſtadium ingreſſus, ſolicite qualitatem loci circumſpicit, ne quod offendiculum ſibi pugnanti vel currenti obſit; ita & hic noſter athleta opportunitatem & qualitatem loci, ubi propoſitum ſuum ſecure exequeretur, caute diſpexit; ſcilicet ubi nec indulgeret ſibi diſciplina remiſſior, nec pro intuitu notæ nobilitatis male blandiretur ſibi honorificentia impenſior. Timebat enim ne ſibi diceretur à Domino: Utinam calidus eſſes, aut frigidus: ſed quia tepidus es, incipiam te evomere ex
B ore meo. Timebat etiam, ne ſicut ille, qui contra flantem ventum flores portat, etiam ipſe inanitate elationis inflatus, collectos virtutum flores perderet,
Apoc. 3. & quaſi pulveris ſqualore, fœditate apoſtaſiæ ſorderet & cæcutiret.

8 Denique columba Chriſti, nolens diutius involvi mundanis fluctuationibus, dum non inveniret ubi requieſceret pes ejus, adiit aream paratam à Deo multorum ſaluti, clauſtrum ſcilicet Gorzienſis cœnobii. Id cœnobium olim vir magni nominis, Pipini Regis ex ſorore nepos, *a* Grodegandus Metenſis Epiſcopus conſtruxit, & ad æternum ſanctitatis ſuæ monumentum opibus ditavit: &, quod majus eſt, religionis gratia decoravit. Sed proceſſu temporis, crebreſcente bellorum malitia, & per hæc crudeſcente malorum miſeria, & quia leges ſilent inter arma; ideo invaleſcente quaqua terrarum injuſtitia, etiam ibi, per notam temporis & Prælatorum incuriam, diſciplinæ regularis cœpit emolliri cenſura. Et hæc cæleſtis iræ permiſſio tamdiu permanſit, donec tandem divinæ miſerationis oculus ſuper inhabitantes terram proſpexit, qui & infidelitatis tenebras amovit, & lumen veritatis revocavit. Adhæc inter primos à Deo miſſus eſt *b* Adelbero, primus hujus nominis Metenſis Epiſcopus, qui nobilium Chriſtianiſſimus, &
C Chriſtianorum nobiliſſimus (erat quippe frater *c* Friderici Ducis) in hoc primum regiminis ſui dedit exb ercitium, ut & ſeculari potentia & Epiſcopali cenſuc ra exturbaret à ſua diœceſi irreligioſitatis vitium. Hujus bonæ intentionis oculum intendens primum ſuper monaſticam diſciplinam, elaborat eam ad Apoſtolicæ vitæ redigere normam. Et incipiens à Gorzia, quæ ceteris monaſteriis erat præſtantior in ſua parochia, ubi inſtitutæ religionis vix ipſa apparebant veſtigia; non prius deſtitit, quam monaſticæ vitæ profeſſores, à ſeculi vanitate retractos, rectæ viæ reddidit, & ante omnia radicem malorum, & malam Monachorum novercam, ſcilicet proprietatum concupiſcentiam, mucrone paſtorali extinxit; & qui in ſeculi compitis patebant luporum morſibus, Dominico ovili incluſit. Collaborabat ſibi ad hoc pius Gorzienſis Abbas Agenoldus *d*, reſtaurandæ ſanctæ religionis adjutor opportunus. Itaque extirpatis no-
d civis radicibus de Dominici horti areola, Adelberone Epiſcopo plantante, Agenoldo rigante, Deo autem incrementum dante, creſcebant ſolito uberius virtutum plantaria. Quicumque ergo abrenuntiantes ſeculo, ſuave jugum Chriſti tollere volebant,

recedit in Gorzienſe cœnobium, a

& ſub Agenoldo Abbate,

quam mites & humiles corde exemplo Chriſti eſſe deberent, hic ediſcebant. Quicumque ex militari habitu in timore Domini fortitudinem ſuam mutabant, hic quaſi in campo divini tirocinii experimentum ſui capiebant. Quicumque ex Clèricali ſorte ad Geneſ. 28. altiorem humilitatis gradum optabant aſcendere, hic cum Jacob non in ſomnis, ſed re vera ſcalam cælos attingentem merebantur videre, per quam Angelos aſcendentes & deſcendentes poſſent videre.

9 Cum ergo hic tantus ſanctæ religionis fervor tam longe & tam late caloris ſui diffunderet flammas, huc ad diſciplinam Domini omnis confluebat nobilitas, omnis dignitas, omnis ſine perſonarum diſcretione profeſſio concurrebat & ætas; nec quiſquam vel initium converſionis ſe credebat arripuiſſe, cui non contigerat Gorzienſi Regulæ initiatum eſſe. Hic inveniebatur lac, quod parvulus ſugeret; hic ſolidus panis, quem perfectus manderet, & aliquan- *ſedulo ad virtutem exercetur:* do quaſi nutrix in corpus ſuum trajiceret, ut & alios rudes vel infirmos inde paſceret. Inter eos hic noſter Patronus Guibertus, non ultimæ nobilitatis, imo non ultimæ humilitatis & ſanctitatis, ſpiritu Dei agente, eſt adductus: ut qui jam dudum renuntiaverat ſuis omnibus, hic etiam ſibimetſi renuntiaret, ut Chriſto perfectius adhæreret. Seipſum ergo, & omnes quos Chriſto lucri fecerat, venerandi Patris Agenoldi committens manibus, adhærebat ei ſtudioſius, & ab ore ejus pendebat intentius; utpote qui ex doctrina ejus non ſolum paſci habebat, ſed & de micis ex ea collectis per ſe Chriſti pauperibus ferre ſatagebat. Et ut id, ad quod venerat, diligentius exſequeretur, ſingulorum gratias ſolerter contemplabatur, & aliquid inde ad ſeipſum trajicere nitebatur. Erudiebatur illius patientiâ, accendebatur iſtius orandi inſtantiâ, alterius delectabatur obedientiâ; iſtius humilitatem, illius imitabatur ſobrietatem; in hoc activæ vitæ laborem, in illo contemplationis mirabatur ardorem. Fiebat proinde miro modo, ut dum ipſe de ſingulorum virtutibus aliquid decerpit, quod ſibi ſit pro exemplo, ipſe ſolus omnibus eſſet exemplum. Ut enim, ſecundum Salomonis Proverbium, Prov. 27. ferrum ferro acuitur: ita alter ab altero ad bene agendum exacuebatur: & ut homo confundit faciem amici ſui, ita & eos pia fraternæ æmulationis movebat confuſio, niſi alter alterum quiret imitari.

10 Ipſe ergo qui mundi renuntiaverat vanitatibus, timens ne iterum ejus illiceretur voluptatibus, dum ſub obtentu diſponendarum Eccleſiaſticarum rerum adhuc ei deſerviret ſpecie tenus; ad hoc etiam timens illud Apoſtolicum, doctorem non debere *Idem conſtituto Gëblaci Erluino,* eſſe neophytum, ne elatus incidat in judicium diaboli; induxit in animum, venienti morbo quanto- c eyus occurrendum. Venerabilem, cujus ſupra meminimus, *e* Erluinum, virum Deo placitum, hominibus acceptum, in gymnaſio ſanctæ religionis laudabiliter exercitatum, lucrandis Deo animabus intentiſſimum, amicitiis Principum terræ & majorum Eccleſiæ glorioſum, exequendis rebus Eccleſiaſticis per omnia idoneum; hunc talem virum, utpote patrem & intimum ſuum, convenit amicabiliter, in eum ſe rejecit quam familiariter, in eo quaſi in reclinatorio animæ ſuæ tantum incumbit fiducialiter: ei ex ordine velle ſuum aperiens, ei ſeipſum magis quam ſibi credens, communicato cum Fratribus conſilio, eum Abbatem ſibi deligit, & fidelibus Chriſti adnitentibus Dominico ovili præfici facit. Ille tamquam bonus pater familias, doctus de theſauro ſuo proferre nova & vetera, ſciens ſic adimpleri legem Chriſti, ſi alter alterius portet onera; ſuppoſuit humiliter humerum ad ſuſcipiendum onus, ſatis quidem grave, ſed Deo ſibi cooperante portabile: animatus illo proverbio, quod Prov. 18. per Sapientem dicitur, Frater qui à fratre adjuvatur, quaſi

quasi civitas, quæ non expugnatur. Ita vir sanctus
A Guibertus, strenuo cooperatori suo Erluino Marthæ ministerio delegato, ipse cum Maria sedens ad
ipse Gorziam regreditur. pedes Domini pro audiendo ipsius verbo, elegit optimam partem, quæ non auferetur ab eo. Nam ad alvearium monachorum, scilicet Gorziam, regressus, jejuniis, vigiliis & orationibus intentus, contemplationis virtuti vacabat liberius.

Ob fundatum feliciter monasterium 11 Jam in laude Dei novella plantatio fructificaverat, jam agricola pretiosum fructum terræ exspectans patienter ferebat, quia temporaneum & serotinum se accepturum non diffidebat; jam crescebat Christi gloria, jam illorum per quos benedicebatur nomen Domini multiplicabatur gratia: quando de Gemmelaus, novellæ scilicet constructionis cœnobio, boni odoris longe lateque exibat fragrantia, quod ibi sanctæ religionis fervente flamma, & justi de virtute in virtutem indies proficiebant, & injusti ab erroris tortitudine conversi jam in directum ibant. Ex hac boni odoris suavitate repleta erat tota domus Ecclesiæ, & attigerat jam ipsa culmina Imperialis aulæ, ubi cunctis Palatinis in ore erat pia nobilissimi viri Guiberti ad Deum conversio, & de ejus conversione non minima in tota Dei Ecclesia
B ædificatio, quod ejus exemplo multi renuntiantes seculo sanctæ Religionis se subjiciebant proposito.

delatus apud Imperatorem Ottonem, 12 Sed invidia ubi desit, quæ nec in paradiso deliciarum, nec in ipso quoque cælo defuit? Quidam, qui bona fidelis Christi Guiberti obliquo oculo limabant, aures Cæsaris adversus eum appellant, & invidiose ei derogantes, contra rempublicam eum egisse accusant, qui Gemmelaus regalem fiscum, majoribus ipsius munificentia Imperiali loco beneficii attributum, in partem proprietatis suæ usurpaverit; & injussu Regis, fundato ibi cœnobio, in sortem Ecclesiastici juris injuste transfuderit, quod fieri nullo modo lex publica sinit. Pius constructor [Guibertus] & sanctus provisor Erluinus loci nostri, ad causam dicendã edicto Regis ad curiam invitantur: causa proponitur, de injustitia expostulatur, in deliberanda sententia alius alii varie assentitur. Discipuli Euangelii à
Matth. 10. Domino docti, Cum stabitis ante Reges & Præsides, nolite cogitare qualiter aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini; non sophisticam quærunt argumentationem, sed simplicitatis Christianæ prætendunt humilitatem. Scientes enim, quia periculosum est contra torrentem brachia
Rom. 13. C tendere, nec ignorantes sententiam Apostoli, Qui potestati resistit, resistit Dei ordinationi; pedibus Imperatoris se humiliter provolvunt, & ne in se &
simpliciter exponit factum, in pauperes Christi terrena sua potentia abutatur suppliciter exposcunt; dicentes, gaudendum esse majestati Imperatoris, quod temporibus imperii sui divina miseratio ostium misericordiæ suæ voluerit patefacere, dum tales aliquot viros dignatur mundo transmittere, qui digni sint exaudiri orantes pro statu reipublicæ: posse Imperatorem de alieno fundamento laudem mereri, si ab aliis in honorem Dei constructa loca, sua Regali potentia velit tueri: alieno labori eum posse participare, si res ab aliis Deo jure hereditario legatas, dignetur auctoritate Imperialis manûs corroborare: dignum esse, ut apud Imperatoriam censuram plus valeat Deo placita veritatis æquitas, quam susurronum & bilinguium calliditas, vel adulantium dolositas, de quibus Sapientia
Eccli. 28. dicit: Susurro & bilinguis maledictus, multos turbavit pacem habentes: & lingua tertia (hæc lingua adulantium intelligitur) multos commovit. Hæc & alia in hunc modum locuti, à bona spe, quam in Deum habebant, non sunt frustrati; illud Sapientis dictum esse verum experti: Beatus, qui loquitur in auribus sapientis. Pius enim Rex Ottho, vere ad restaurandam rempublicam & reparandam Dei Ecclesiam directus à Deo, his salutis monitis aurem ad- A. SIGEBERTO.
vertit gratanter, & petitionem fidelium Christi accepit dignanter. Annuit enim communi Palatinorum
impetrat consensum consilio, & regali censuit edicto, ut rata & inconvulsa permaneret novella Gemmelacensis cœnobii constructio: & quidquid illi ecclesiæ ab ipso Domino Guiberto, vel etiam aliorum venerabilium virorum largitione fuerat concessum, ut nullus infidelium vel aliquis heredum ejus infringere audeat, omnino est interdictum. Insuper permissa est eis potestas *f* Advocatum & regularem Abbatem cum imperio Regis eligendi, castellum construendi, mercatum, percussuram monetæ, maceriam faciendi. Ipse locus ab *in immunitatem cœnobii Gemblacensis,* omni omnium servitio immunis est redditus in civitate, in castello, in villa, super aquas, in pontibus, in omnibus Imperii sui locis, ab omni telonio & tributo est absolutus, sub solo Regiæ defensionis munimine subjectus. f

13 Omnis res jam composita videbatur, omnia jam in tuto esse credebantur, nihil ex aliqua parte metuebatur: de rebus ecclesiæ traditis, & de libertate ipsius loci charta conscripta, Imperiali erat edicto confirmata, & annuli impressione Imperialis auctorizata, quæ auctorizatio facta est solenniter Leodii E
XII Kalend. Octob. anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo quadragesimosexto, Indictione IV, Regni Domini Ottonis primi anno undecimo, Cathedram Trajectensis ecclesiæ regente *g* Hugone. g
Ad hanc confirmationem Imperialis potestatis, accessit etiam Apostolicæ Sedis auctoritas, dum à Benedicto VII hujus nominis Papa decretum est, ut h
rata esset in perpetuum Gemmelacensis cœnobii prærogata immunitas. Decretum est etiam, ut de alio monasterio ibi Abbas non constituatur; sed ipsi servi Dei, secundum S. Benedicti regulam viventes, *à Benedicto VII approbatam.* ex sua propria congregatione Abbatem eligendi potestatem habeant; & ut Abbas ipse, privilegiis Sedis Apostolicæ, infulis decoretur; & ut ipsum monasterium, sub jurisdictione Sanctæ Romanæ Apostolicæ Sedis constitutum, nullius alterius Ecclesiæ jurisdictionibus submittatur, interminando ex auctoritate B. Petri Apostolorum Principis, sub divini obtestatione judicii ac validis anathematis interdictionibus, ut nulla aliquando vel parva vel magna persona aliquid de rebus vel possessionibus ad idem monasterium pertinentibus, auferre vel alienare præsumat. Hoc scriptum per manum Bonifacii Notarii Regionarii atque Scriniarii Sanctæ Romanæ F
Ecclesiæ, Datum est VIII Kalend. Aprilis, per manus Stephani Episcopi ac Bibliothecarii Sanctæ Sedis Apostolicæ, anno Pontificatus domini Benedicti VII Papæ nono, imperante Ottone à Deo coronato, magno ac pacifico Imperatore anno XVI.

ANNOTATA.

a *Floruit S. Grodegandus seculo Christi* 8, *mortuus anno* 766 *die* 6 *Martii, quo die Acta ejus ex variis collegimus, &* §. 2 *prosapiam illustrem deduximus; non tamen admisimus eum Pipini Regis ex sorore nepotem fuisse, quod hic dicitur:* §. 3 *deduximus vatia monasteria ab eo constructa, & inter illa hoc Gorziense, de quo late egimus* 27 *Februarii ad Vitam B. Ioannis Abbatis Gorziensis.*

b Adelbero *privilegium Gorziensibus dedit anno* 928, 17 *Kalend. Ianuarii, vixit usque ad annum* 966.

c *Sigebertus in Chronico ad an.* 945, hos fratres *agnoscit.*

d Agenoldus *sive* Agenaldus *adfuit anno* 942 *consecrationi Ecclesiæ S. Maximini apud Treviros.*

e Erluinus *dicitur vixisse usque ad annum* 986, *verum nescio, an paulo ante non aliquid desideretur, quo clarius*

A. SIGEBERTO.

rius intelligatur Gorzia Gemblacum tranſtiſſe Sanctus, ad monaſterium ibi ordinandum.

f *Otto Imperator Advocatum dedit anno* 948 *Lambertum I Comitem Lovanienſem, & hæc omnia confirmavit diplomate edito à Miræo in Notitia Eccleſiarum Belgii cap.* 56, *cum alio primario ante conceſſo anno* 946 *ut mox dicitur.*

g Hugo Epiſcopus, *licet Leodii ſederet, appellatur Trajectenſis ad Moſam, ex Abbate S. Maximini aſſumptus anno* 945, *mortuus anno* 947.

h *Benedictus VII paſſim dicitur ex Baronio creatus* 11 *Maji an.* 975 *ſed Collega meus Papebrochius oſtendet, ordinationem ejus differendam ad* 19 *Decembris: obiit anno* 984, 10 *Iulii: quo eodem anno data hæc approbatio, poſt obitum S Guiberti obtenta intelligitur.*

i *Hic aliquis imperite adſcripſerat,* qui eſt annus Domini 953 *& quidem per zifram; ut plane novitium eſſe gloſſema intelligas, ideoque illud expunximus. Conſuluerat imperitus interpolator Sigeberti chronicon, in quo anni Ottbonis numerantur, non à coronatione Imperiali facta Romæ anno* 967 *in Natali Domini, cujus ſolius ratio haberi ſolet in Pontificum Bullis; ſed à coronatione Regia, vivente adhuc patre facta Aquiſgrani anno* 961 *in die Pentecoſtes. Surius in margine cenſuit legendum eſſe* Agapeti II annum VI: *qui fuiſſet annus* 16 *Otthonis, verum non ſecundi, ſed primi; annus autem Chriſti ſolum* 951. *Neſcio tamen an non ipſe Sigebertus ſui obliviſcatur, qui ſequenti capite meminit* Apoſtolicæ cenſuræ, *vivente adhuc S. Guiberto, monaſterium munientis.*

k *Ms. compendium Vltrajectinum addit:* Ad cujus tumbam ex hinc innumerabilia acciderunt miracula, ſicut liber confectus inde teſtatur.

CAPUT III.

Monaſterium infeſtatum. Pius obitus & ſepultura.

14 ITa aliquamdiu arridente ſereno cælo proſperitatis, derepente inhorruit maxima immiſſio diabolicæ tempeſtatis. Siquidem Heribrandus de vico *a* Maviwolt, qui inter nobiles *b* Bratuſpantium genere & divitiis eminebat, cujus nobilitatem alia nobilitas augebat; ei quippe *c* Rembidis, germana nobiliſſimi ſenioris noſtri Guiberti, nupſerat: hic injuſtitiæ gladio accinctus, cupiditatis armis confiſus, clamat Gemmelacenſem fiſcum hereditaria lege, ex matrimonio uxoris ſuæ Rembidis, ſibi competere; affinem ſuum Guibertum non legaliter egiſſe, qui ſub obtentu religionis uxorem ſuam, germanam ſcilicet illius, voluerit injuſte exheredare. Contempta ergo Imperialis Curiæ auctoritate, contempto Apoſtolicæ cenſuræ anathemate, junctis ſibi complicibus ſuæ injuſtitiæ, non timet Abbatiam inſolenter invadere, & ſubſtantiam Fratrum violenter diripere. In officinis clauſtri equi ſtabulantur, per loca monaſticæ ſolitudini competentia ſecularis perſonæ militiæ vagantur, Fratres per latibula ſanctuarii quomodocumque ſeſe tutantur, & in tantæ tribulationis articulo ſubſidium divinæ pietatis præſtolantur. Videbatur nempe malevolis implendæ injuſtitiæ opportunum eſſe tempus, quia ipſe ſanctus vir Guibertus mundo jam mortuus, & ab eis longe remotus, excuſſerat ſe à cunctis ratiociniis mundani tumultus: porro Abbas Erluinus, recens oculis privatus, reſtaurandis rebus perditis putabatur eſſe minus idoneus. Hic ſiniſter rumor ut perculit aures ſancti viri, cujus converſatio jam erat in cælis, quid ei tunc fuerit animi, non opus eſt exprimere verbis: cui quamvis indignum videretur de ſtiva Dominici aratri oculos retro convertere, & grave eſſet, ſe, emeritum militia, bello mundanæ ſolicitudinis iterum involuere; non diſtulit tamen pro conſolandis Fratribus iter accelerare, qui pro illis paratus erat etiam animam ponere. Veniens ergo deſideratus ad deſideratum locum, qui teſtimonium erat ſuæ devotionis, triſtes & deſolatos Fratres confirmat verbis conſolatoriis, & quibus potuit armis humilitatis & modeſtiæ occurrit adverſariis, & feritatem & cupiditatem eorum mitigare laborabat monitis ſuaſoriis. Illi præſentiam ſanctitatis ejus aliquantulum reveriti, & aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promptum habentes, ceſſerunt ad tempus ejus voluntati, ſe intuitu affinitatis ejus ab injuſtitia iſta ceſſaturos polliciti *d*.

a b

c

Ab affine ſuo viri ſancti infeſtatur monaſterium.

C

D

d

15 Sæpe nominatus & ſæpe nominandus nobis Dominus Guibertus, tam gratioſus fuit Deo, ut dignus fuerit etiam Apoſtolicæ prædicationis miniſterio. Gens ſiquidem *e* Hungarorum, quæ quibuſdam munitiſſimis cluſis remota, nec ad meridianam nec ad occidentalem plagam exeundi habuerat facultatem; per *f* Arnulphum Imperatorem ruptis cluſis emiſſa, mortuo Arnulpho Imperatore, totam Italiam, totam Germaniam, ut fera tempeſtas, vario vaſtationis genere depopulata eſt per annos circiter quinquaginta. Hæc gens etiam tempore primi Ottonis aggreſſa Lotharingiam, deducta eſt à Duce *g* Conrado uſque ad ſilvam Carbonariam, & virtute Dei apud Lobienſe cœnobium oſtensâ prohibita ultra prodire, rediit impune. Hungaris ergo in eundo & redeundo per vicum Gemmelacenſem tranſeuntibus occurrit vir Dei Guibertus, non clypeo aut galea materiali protectus, ſed tantum gladio verbi Dei accinctus, paratus bibere calicem paſſionis, & ponere animam ſuam propter ſalvandas Fratrum animas: qua, ut dicit veritas, non eſt major caritas. Et primo miles Chriſti ſecundum præceptum Euangelii offerens illis verbum pacis, ingreſſus eſt viam prædicationis; & paulatim mitigata eorum rabie, cœpit jam agere de eorum ſalute; nec deſtitit illis, idololatriæ ſpurcitiâ ſordentibus, pandere fidei dogmata & Regis æterni myſteria, donec aliquos eorum à regno diaboli abſtraxit, eoſque abjurantes ſacramenta diabolicæ militiæ, tranſcripſit in novum nomen Chriſtianæ militiæ. Benedictus Deus per omnia, qui Guiberto ſub ſignis ſuis militanti adfuit, eique civicam coronam tribuit.

Ex Hungaris late

e

f

g

etiam Belgium populantibus

E

Joan. 15.

quoſdam convertit Sanctus:

16 Prævidens vir Deo plenus, non eſſe paratum ſibi à Deo Patre, ut biberet primum calicem paſſionis; animum appulit ut mereretur bibere ſaltem ſecundum calicem confeſſionis: & ideo totus in hoc ut conſulendo ſibi conſuleret etiam aliis, excogitavit opus, quod non ſibi ſolum, ſed etiam aliis prodeſſet. Nam amplectens ſuper omnia caritatem, quæ eſt vinculum perfectionis, & in qua eſt plenitudo legis: & ob hoc maxime, quod hoc ſpeciale mandatum eſt Domini, dicentis, Mandatum novum do vobis, ut vos invicem diligatis; cœpit agere cum pluribus devotis & Dei fidelibus, ut per unum mutuæ caritatis conglutinati amorem, fraternalem inter ſe ſtatuerent ſocietatem: ut cum omnes unum in Chriſto eſſent, unum ſaperent, unum intelligerent, unum in Chriſto vellent, unum nollent, nihil diabolica æmulatione contractum, odio condignum, vel contrarietate inveniretur diverſum; ut vere pacifici mererentur beatitudinem filiorum Dei. Ad hæc etiam, ut ſecundum Jacobi præceptum, peccata ſua alterutrum confiterentur, & orando pro invicem ſalvarentur; & ſicut Veritas ait; Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lavet, ſed eſt mundus totus: ita loti baptiſmo alterutræ confeſſionis, lotis pedibus, quibus non poteſt ſine labe terra calcari, id eſt, expiatis actibus humanæ vitæ, quæ vix aut nullatenus ſine nævo peccati poteſt tranſigi, per fraternæ orationis auxilium redderentur toti mundi, eleemoſynis, jejuniis, pſalmis, hymnis, canticis ſpiritualibus, ad hoc conſtitutis, ab

F

Joan. 13.

commendat caritatem mutuam:

Jacob 5.

Joan. 13.

ab invicem expiati. Delectabat enim eos illud B. Auguſtini, qui in laudem caritatis prorumpens, ait: Dulcis ſonus, caritas eſt: dulcis res & delectabilis, caritas eſt, quæ præſentes & abſentes in unum colligit fratres.

prævidens obitum,

17 Sic vir Dei tactus quodam præſagio futurorum, quod propediem tendendum ſibi eſſet ad ſupernæ vocationis bravium, prævidit ſibi in futurum, ut quando depoſito carnis onere ingrederetur viam univerſæ carnis, aciem hujus fraternæ ſocietatis hinc inde locaret in ſubſidiis, quæ tartarearum catervarum incurſus perturbaret orationum telis. Hujus negotii perficiendi ſecundas partes relinquens fideli vicario ſuo Abbati Erluino, cavens ſibi per omnia, ne ſub obtentu alicujus rei exequendæ quantulumcumque iterum implicaretur ſeculo, ultimum vale dicens Fratribus & amicis, & optabilem pacis & dilectionis memoriam relinquens eis, maturavit viam ad amicam ſibi quietem Gorzienſis ſolitudinis. Sicut enim piſcis, extractus ab aqua, non poteſt vivere; ita ipſe timebat de vita animæ ſuæ, quoties à contemplationis extrahebatur requie. Poſt tot & tantos labores, dum jamjamque expectaret dari ſibi à Deo deſideratam miſſionem militiæ ſuæ; tandem Rex regum, lætatus militem ſuum diu pro caſtris ſuorum viriliter ſtetiſſe, tempus eſſe duxit ei præmia laboris reddere, & capiti ejus coronam laudis imponere.

Gorziam redit,

B

18 Et jam inſtante tempore reſolutionis ſuæ, cœpit langueſcere. Summus enim Artifex, qui ſemper invenit in opere ſuo quod adhuc tundat & poliat, electum ſuum tamquam aurum in fornace probabat, ut excoqueret ad purum ſcoriam peccatorum ejus. Gemmelacenſes ut audiêrunt Dominum & Patrem ſuum ad mortem infirmari, non potuerunt ſuo temperare dolori. Hunc eorum dolorem nimis exaggerabat, ſi eum in terra peregrinationis ſuæ, ipſis abſentibus, contingeret obire. Unde qui ex his majuſculi eſſe videbantur, ſine mora Gorziam tendunt, & Dominum ſuum viventem inveniunt: & aliquantulum diſſimulato dolore, agunt cum eo de reportando ejus corpore. Ille accerſito ad ſe Abbate ſuo, cui nomen erat Oilbaldus, aperit ei ſuum ſuorumque deſiderium, & hoc ab eo ultimum expetit beneficium,

æger inviſitur à Gemblacenſibus,

diſponit ſepulturam,

ut liceat ſuis defuncti corporis ſui glebam referre ad Gemmelacenſe cœnobium. Abbas ex conſilio reſpondit ut pater filio: Mi fili dulciſſime, anguſtiæ mihi ſunt undique: ſanctitatem tuam revereor, animam tuam ad Deum euntem ſcandalizare vereor: ſed timeo, ne illi ſuper hoc ſcandalizentur, qui te ut Patrem venerantur, & amorem, quem exhibuerunt tibi viventi, vellent exhibere præſentialiter etiam morienti. Ecce voluntatem meam poſtpono tuæ voluntati, ſi adſpiraverit tibi & tuis voluntas Dei: ſi ſuppetit tuis facultas implendi deſiderium ſuum, non nego meum aſſenſum. Tandem vir Dei conſummatus in virtutum gratia, quod majus eſt quam ſi claruiſſet miraculorum gloria (miraculis quippe nonnumquam virtutes obfuſcantur, miracula vero ſolis virtutibus commendantur) decimo Kalendas Junii reddidit ſpiritum, fatigarum nec victum fructuoſis laboribus; & ad patres ſuos appoſitus, qui ſeminaverat in benedictionibus, meſſuit etiam in benedictionibus centuplum, & vitam æternam ſecundum Domini promiſſionem eſt adeptus.

C

feliciter exſpirat.

Matth. 19.

19 Gemmelacenſes læti ab invitis Domini ſui corpus ſuſcipiunt, & ſe votivo operi accingunt. Qui præcaventes, ne æſtivi caloris nimietas faceret injurias ſancto corpori, interiora corporis ejiciunt, ibique terræ infodiunt: cadaver vero ſale & variis pigmentorum odoribus conſpergunt, quæ putredini corporeæ corruptionis repugnare poſſunt. Unus autem eorum, nomine Adecho, qui ſemper familiarius fuerat obſecutus ſancto viro, ac per hoc etiam ſancto corpori adhuc obſequebatur inſtantius; hic comparato carro cum bobus, ſuperponit ſanctum corpus, non quo honore Dominum decuit, ſed quo amore ipſe debuit. Jam præceſſerant longiuſcule; & ecce omnis Gorzienſium populus exarſit in iram & furorem, ægre ferentes corpus illius abſportari, cujus meritis ſe credebant à Deo adjuvari. Ergo facto grege, perſtrepunt populari more, & paucos multi inſequentes conclamant. Ad clamorem concurrentium Gemmelacenſes obſtupeſcunt, & tacito cordis clamore auxilium Dei quærunt: & qui pro filiis Iſraël pugnavit contra inſequentes Ægyptios, pugnavit etiam pro iſtis. Subito enim orta tempeſtate, aër inhorruit, & clara die nox aliena incubuit. Concrepant tonitrua, micant fulgura, cadunt fulmina: illos tenebræ palpabiles ab itinere revocant; iſti uno itinere gradientes, nec ad dexteram nec ad ſiniſtram declinabant. Ita illi divinitus exterriti, retrocedunt: iſti adjuti divinitus, libere incedunt. Tam prædicabili miraculo ſanctus Dei Guibertus illuſtratus, cum multa omnium veneratione ad Gemmelacenſe cœnobium eſt relatus, & cum honore debito in eccleſia Sancti Salvatoris, Sanctique Petri Apoſtoli ſepultus, ſe cum Deo vivere oſtendit invocantibus. Credunt enim ſe ejus tuitione protegendos perpetualiter omnes, qui invocant eum præſentialiter. Obiit autem hic ſanctus Dei anno Dominicæ incarnationis nongenteſimo ſexageſimo ſecundo, decimo Kalendas Junii.

Corpus Gemblacum defertur.

A. SIGEBERTO.

E

ANNOTATA.

a *Ms. S. Maxim.* Mainnuolt.

b Bratuſpantes *qui modo* Brabanti *dicuntur, de quorum antiquis limitibus ſæpius egimus. In Ms. Corſend. erat* Brabantenſium.

c *Ms. Corſendonc.* Remnidis. *Ms. S. Maxim.* Remuvidis, *& ſupra num.* 1 Remundis.

d *Addit Miræus, idem feciſſe*, Robertum Comitem Namurcenſem, eorumque exemplis alios. Nec res illa contra potentes invaſores ab Ottone eſt ſopita, niſi cum dimidia & ampliori jactura monaſterii.

e *De* Hungaris *& eorum irruptionibus actum eſt* 18 *Aprilis ad Miracula S. Vrſmari cap.* 1, *pag.* 564 *& ſequenti.*

f Arnulphus *Carolo Craſſo patri,* 12 *aut* 13 *Ianuarii anno* 888 *mortuo, ſucceſſit, Romæ Imperator coronatus anno* 896, *mortuus anno* 899.

F

g *Dux* Conradus, *in dictis Miraculis S. Vrſmari* Cono *appellatur. Contigit ea irruptio anno* 954.

HISTORIA ELEVATIONIS
Corporis S. Guiberti.
Ex Ms. Corſendoncano:

Prœmium.

EXultemus dilectiſſimi, exultemus in gloria, quam in feſta hujus diei obſervatione nobis confert Dei gratia. Hodie quippe Deus nobis donavit, quod ab origine mundi paravit: gaudium videlicet de ſancto Confeſſore ſuo Guiberto, quem in operandis miraculis, hereditavit, ſicut ſcriptum eſt, nomine æterno. Quæ gloria nobis ex corporali ejus præſentia ſpecialis, omnibus Chriſtianis facta eſt generalis: quia quem locus iſte jam olim Patrem à Deo meruit, hodie apud Deum mundus Patronum agnovit. Igitur Sanctus Guibertus, quadraginta fere annorum ſpatio in bonorum operum conſummatus exercitio, apud Gorzam ſuæ converſionis cœnobium

Eccli. 15.

EX MS. vita defunctus, in Gemblacis ſuæ converſationis loco ſepultura eſt functus: ubi ab anno Dominicæ incarnationis nongenteſimo ſexageſimo ſecundo (eo quippe hominem exuit) per annos centum triginta ſeptem tacito nomine jacuit, vix perpaucis fidelibus per chartas veteres recordantibus umbram ſanctitatis ejus.

Ab anno 1099, 2 Anno autem Dominicæ Incarnationis milleſimo nonageſimo nono, refulſit nominis ejus memoria, nova ſignorum gratia illum mirificante Dei magnificentia: quæ ita in eo mirabilis fuit per duodecim annos ante ſancti corporis elevationem, ut longe lateque maximum ei ab omnibus comparaverit amorem & honorem. Unde multis noſtrûm, multis etiam extraneorum videri cœpit indignum, quod vir tantæ apud Deum ſanctitatis, nullo cultu veneratione honoretur à nobis. Horum maxima pars erat Sigebertus, antiquæ ſcientiæ ac reverentiæ monachus, hujus Eccleſiæ noſtræ Gemblacenſis oculus, cui pie invigilabat vita & converſatione ac religionis fervore. Tanto namque certior erat de ſanctitatis ejus gratia, quanto vitam ejus virtutibus plenam, multa ſtyli proſecutus eſt elegantia. Qui ex evidenti miraculorum oſtenſione, accepta explendi deſiderii ſui occaſione, de elevatione ſancti ejus corporis cœpit agere apud eos, quorum hoc erat auctoritatis. *a* Denique Domni *b* Liothardi Abbatis voluntate conſulta & benedictione percepta, ad impetrandam ſuper verbo Epiſcopi Leodienſis auctoritatem, ipſe ab eo ſuſcepit legationem. Currum Dei tunc aurigabat Leodii Dominus *c* Othbertus, Eccleſiæ ſuæ inter prædeceſſores ſuos ſatis commodus: qui ubi bonam bene deſiderantium voluntatem audivit, diſcuſſa & comperta rerum veritate, juſta petentibus aſſenſum ſuum dedit; gaudens tempore ſuo per Dei miſericordiam revelatum, unde omnis mundus à neceſſitatum pondere ſe ſentiret relevatũ. Ab Domino Heinrico, loci noſtri Archidiacono, cauſa defertur *d* Frederico Colonienſium Archiepiſcopo. Confert ille in Synodo generali quid eſſet agendum ſuper negotio nobis ſpeciali, & exconſilio libens annuit. Ita divinitus agente clementia, Dominus noſter Epiſcopus eo erga nos factus eſt promptioris animi, quo in hoc ſe gaudebat habere aſſenſum & auctoritatem etiam ſui Metropolitani. Denique ad hujus negotii executionem ipſe cœpit inſiſtere, quem in aſſentiendo, unde conſultus fuerat, præ nimio geſtientis animi deſiderio vix ſperabamus perſiſtere. Hoc enim crebri ad eum noſtri legationis excurſus agebant, voluntatis ejus indices ad nos reducentes.

frequentia miracula facta,

Sigeberto Scriptore pro elevatione corporis,

B a b *ab Abbate Leodium miſſo,*

c *Othbertus Epiſcopus,*

d *& Fredericus Archiepiſc. Colon. conſentiunt.*

C 3 Poſtquam autem, per crebra noſtræ legationis internuntia, diverſa de hac re data ſunt & accepta reſponſa; Dominus Abbas Liethardus jam per ſe ſtatuit curare, quod aliis totum curandum videbatur commiſiſſe. Ergo licet fractus ætate ſenili, ſeipſum impendens grandioris viæ labori, Leodium properat, quodam, ut ita dixerim, alleviatus vehiculo boni deſiderii. Ibi tam Epiſcopum quam Archidiaconos, tam Abbates quam univerſos Eccleſiaſticæ reipublicæ inveniens Præpoſitos, petiit ut ab eis unanimiter definiretur, quando conceptum fidelibus animis votum compleretur. Quod & factum eſt. Sane quoniam ad tanta novæ ſalutis gaudia non facile poſſet evocari ſemota populorum frequentia, placuit ut nono Kalendarum Octobrium die ſancti corporis elevatio fieret; eo quod pridie in martyrio Sanctorum Thebæorum, *e* ſpecialiter nobis ſolenni, ſatis ingens populus, & indicti commercii & votivæ orationis cauſa, ad hunc locum conveniret. Dominus Abbas Liothardus, in his quæ ſibi bene vel dicta vel facta ſunt lætatus, hujus lætitiæ participationem ad noſtram detulit expectationem: deinde monuit ut deſiderata boni Patroni ſolennia debita noſtræ devotionis prævenirent munia. Namque ad proſperandos à Deo hujus rei ſucceſſus, ex Epiſcopi mandato jejunium indixit, quod ipſe una nobiſcum eo devotior quo ſolicitior perfecit.

Communi conſilio Leodii acto.

ſtatuitur dies 23 Septembris,

e

D *& pridie indicitur jejunium.*

4 Jamque effulſerat dies illa, cælo terræque feſtiva: cælo, pro compare deſignato, terræ, pro Patrono ſibi aſſignato. Aderat utriuſque ſexus plebs innumerabilis, quos undecumque advocaverat amor & honor ſancti Confeſſoris. Convenerant etiam plures Abbates & Archidiaconi, ac alii Eccleſiaſticæ religionis tam auctores quam diſcipuli, quos ad cæleſtis theſauri compoſitionem invitaverat auctoritas Domini Epiſcopi, & religioſitas tractandæ rei. Quorum devotis obſequiis ſancti corporis margaritum, levatum de loco ſepulturæ, in proximam agri planitiem eſt deportatum, expectantibus populis demonſtrandum. Interea pro re & tempore habito ad populum ſermone, cum omnibus ſatisfactum eſſet pro expectatione ſuper ſancti corporis viſione, ſanctus Confeſſor Guibertus ab omnibus veneratur, à pluribus votiva vel ſpontanea oblatione muneratur. Inde ad loci noſtri tutelam & ſalvationem, cum feretro, in placitam ſibi Eccleſiæ noſtræ Gemblacenſis repoſitus eſt manſionem. Multis denique fidelium non ſatis viſum eſt, niſi aliquid Reliquiarum ſinguli, ut petierant, accipere mererentur, unde ab eis cruces, altaria, vel etiam integra oratoria dedicarentur. Quanta vero fuerit hujus diei lætitia, quæ in Domino lætantium & exultantium gloria, quia nemo ad dicendum poteſt ſufficere, bonum eſt ſilere quam parum dicere: imo quia promptiora ſunt teſtimonia rerum quam verborum, de ea credatur innumerabili turbæ fidelium populorum, quos ad anniverſarium ſuæ ipſius elevationis diem gratia ſancti Confeſſoris invitat, & ſemper (ut credimus) invitabit per novam miraculorum operationem. Facta eſt autem celebritas hujus elevationis anno quarto Heinrici quinti hujus nominis Imperatoris, qui fuit milleſimus centeſimus decimus ab incarnatione Domini Salvatoris.

Dum Corpus elevatum,

populo foris oſtenditur,

E *an. 1110,*

5 Hujus elevationis dies tanto eſt ſignorum privilegio commendatus, ut non humana temeritate, ſed divina ordinatione credatur eſſe diſpoſitus. Cum enim in eo, quem præſcripſimus, loco expoſitum Sancti corpus ſpectaretur à populo; apparuit, quibus videre datum eſt, ſignum Crucis in cælo ſuper ipſum locum, quod videbatur orbe ſplendente circumfuſum; rerum (ut creditur) myſterio inſinuante, ut quia communis hoſtis hoc ſigno victus eſt Chriſto triumphante, per hujus Patroni merita ſuppliciis ejus erui ſperarent ab inimicorum viſibilium & inviſibilium poteſtate. Et quia ſemel inimicorum mentio facta eſt, prætereundum non eſt, quod in honorem & amorem ſancti Confeſſoris tot inimici inter ſe homines ad gratiam redierunt, quot hi qui aderant nunquam ſua memoria rediſſe viderunt; unde ſalvo privilegio Dominicæ nativitatis, Angelicum illud carmen aptandum eſt gratiæ hujus noſtræ feſtivitatis: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis &c. Quomodo enim non detur gloria in excelſis Deo, qui Sanctum ſuum apud ſe glorificatum in cælo, coram hominibus glorificavit crucis oſtenſo ſigno? Conſequenter etiam in terra pax hominibus bonæ voluntatis eſſe debet, quibus Divinitas, in omnibus vel offenſis vel neceſſitatibus tantum apud ſe interceſſorem præbet. Ad cujus meriti commendationem non immerito factam crediderimus crucis *f* demonſtrationem; quippe quem ſcimus propter Deum expedite ſequendum ſeipſum ſibi abnegaſſe, & crucem ſuam hoc eſt carnis ſuæ mortificationem poſt Chriſtum tuliſſe. Denique & orbis ille, qui apparentem crucem viſus eſt circumfulſiſſe, non inde

Signũ Crucis in aëre apparet,

F

f

orbe lucente circumfuſũ,

A indecenter æſtimatur coronæ ſignator fuiſſe, quam iſte Sanctus pro ſuis laboribus creditur à Deo meruiſſe. Cur autem hoc ſignum alii viderunt, alii videre non meruerunt, non ad noſtrum de aliquo præjudicium, ſed ad divinum de omnibus pertinet judicium. Deus enim judex juſtus etiam hoc tempore judicat de quibuſdam, dignos iſtos, quia quod rectum eſt agunt; & ſi adhuc errant, nihil ex obſtinatione, ſed ex ignorantia & ſimplicitate faciunt; [indignos] illos, quia viventes & videntes in ignem vadunt. Unde credendum eſt & dicendum, quod Deus hoc ſigno Sanctum ſuum propter illos glorificaverit, quod de eo non perfide, ſed more humano dubitarent: ideoque illud vidiſſe multos dubitantium, paucos ſanctitatem ejus credentium, neminem virtutibus ejus invidentium.

non ab omnibus viſum:

6 Quid autem dicemus de muliere peccatrice, quæ cum opportuno loco ſtaret elevata in conſpectu populi, ſancta pignora non potuit videre? Nimirum quod in occulto Divinitatis judicio ejus cauſa talis erat, ut indigna eſſet videre quod omnium adſpectibus expoſitum fuerat. Seipſam tamen ipſa conveniens, & nihil præter peccata ſua viſibus ſuis obſtare cognoſcens, tam diu apud ſe Deo humili ſatisfecit oratione, donec perfrui mereretur ſanctarum Reliquiarum viſione.

peccatrix nequit corpus videre,

B *niſi pœnitens.*

7 Nec minus miraculo dignum eſt, quod in altera muliere factum eſt. Hæc dum ad nova hujus diei gaudia cum populi veniſſet frequentia, deſiderium fideli portavit in pectore, ut aliquam portiunculam ſibi reportaret de ſancti Confeſſoris corpore. Expoſitis igitur ad videndum ſanctis pignoribus, aſtabat ipſa cum aſtantibus; & tanto ejus deſiderium augebatur, quanta augmenti cauſa videnti proponebatur. Quid igitur ageret? quo ſe verteret? Non erat ea perſona, quæ de tam pretioſo munere quemquam interpellare præſumeret, vel cui interpellanti quiſquam impartire auderet. Quia igitur de humano adjutorio illam omnimoda occupaverat deſperatio, Deum præcordialiter orabat ne fraudaretur à deſiderio ſuo. Dum autem ſoli Deo cauſam ſuam revelaret, utque exaudiretur indeficienter oraret; mirum dictu, in manibus ſuis, quas ſupplices in cælum porrexerat, ſubito invenit quiddam Reliquiarum quas tantopere deſiderabat: quod unum dentium ſancti Confeſſoris fuiſſe proditum eſt ab eis, quos rei teſtes contigit eſſe g. Ecce qualiter uno die & loco à Deo quatuor miraculis ſanctus Pater noſter Guibertus glorificatus eſt, uno per Crucis in cælo demonſtrationem, altero per inimicorum hominum reconciliationem, tertio in muliere cui & clauſi & aperti ſunt oculi carnis, quarto in exauditione alterius etiam mulieris. De quorum miraculorum gloria, à Deo in tali Patrono nobis conceſſa, nihil dicere, nihil dignum poſſumus retribuere, niſi ut hæc Dei opera, Dei fateamur eſſe miracula, qui in Sanctis ſuis glorioſus vivit & regnat in ſecula. Amen.

Optans aliquid ex Reliquiis,

C *reperit dentem in manu ſua.*

g

h 8 Apud oppidum Dinantheum *h* confluebat undique magna populorum frequentia, eo quod ibi per memoriam Dei Genitricis Mariæ declarabatur multa miraculorum gloria & gratia. Et quia ibi aliquibus reddebatur optata ſanitas, multos ibi jacere faciebat ſpes recuperandæ ſanitatis. Venerat illuc inter aliquos quædam puella, nomine Herſendis, per infirmitatem viſu oculorum privata; poſcebat & ipſa ſanitatem ſibi conferri à Genitrice Dei: ſed quamvis non meruerit remedium, meruit tamen recuperandi remedii conſilium. Admonita eſt in ſomnis venire ad Gemblacenſe monaſterium, quia ibi non deeſſet ſibi ſanitatis remedium. Venit ergo die Dominica ante martyrium Apoſtolorum, & cum multis lacrymis orans oſtendebat cordis ſui affectum. Sed quia neſciebat quo ſe verteret, vel cui cauſam ſuam aperiret; præ mœrore cordis ac dolore corporis tota hebdomada lecto decubuit. Veſpere Sabbati ad eccleſiam rediit, & cauſam ſuam aperuit, ac ut liceret ſibi in eccleſia pernoctare vix obtinuit. Ad tumulum S. Guiberti deducta ibi pernoctavit, & quam devotius potuit ſanctum Dei pro ſe ipſa interpellavit. Nec fruſtra: diliculo enim ſurgens à Sancti tumulo, mox ut exivit ab Eccleſiæ oſtio, Gratias inquit, ô Deus, tibi ago, quia video lumen oculis, quod multo tempore non vidi. Hæc miraculorum gratia, lætificans animos fidelium, convertit omnes ad laudandum Dominum: lætabantur enim cuncti, hæc Dei dona in Sancto ſuo videntes; & laudabant Deum qui eos viſitaverat ex alto, cum judicaret dignos quos hujuſcemodi multipliciter lætificaret miraculis.

EX MS.

Cæca illuminatur.

E

ANNOTATA.

a *Addit Miræus:* Dum eſſet cuſtos eccleſiæ, viſiones accepit de ejus futura exaltatione.

b Liethardus *præfuit Abbas ab anno* 1093, *ad annum* 1115, *quo obiit* 4 *Februarii.*

c Othbertus, *initio ſimoniace ordinatus, poſtea Eccleſiæ & Summo Pontifici reconciliatus, ſedit ab anno* 1092, *ad annum* 1119, *quo deceßit* 31 *Ianuarii.*

d Fredericus, *apud Dodechinum in Appendice Mariani Scoti anno* 1099, *dicitur ſucceßiſſe Hermanno; mortuus anno* 1131.

e *Propter corpus S. Exuperii è Thebæorum Martyribus ibidem ſervatum.*

f *Ecgraphum noſtrum* demigrationem: *ſed apparet in originali vocem contracte ſcriptam fuiſſe* demonſtrationem: *quod iterum infra occurrit.*

g *In Ms. Vltrajectino, quod omnia contractius habet, hic finitur narratio.*

h *Vulgo* Dinant *ad Moſam ſupra Namurcum. Ibi antiquum eſſe B. Mariæ cultum probat Diviſio regni, inter Carolum Calvum Franciæ & Ludovicum Germaniæ Reges fratres, ſcripta an.* 870, *ubi fit mentio* S. Mariæ in Deonant. *Videtur autem omnino indicari locus, de quo Renerus in Sacrario Laurentiano Duodena* 11, *num.* 4, Leffiæ cœnobio juxta Dionantum vetus eſt S. Mariæ imago, à multis retro ſeculis ad hæc uſque tempora ſignis quam plurimis clara: hinc loco nomen datum à quibuſdam, ut monaſterium B. Mariæ Leffienſis ad miracula vocitetur. *Situm eſt in ſuburbio Bovinium verſus, in eoque primum ſanctimoniales, tum ſeculares Canonici reſederunt; quibus anno* 1152, *auctoritate Henrici Comitis Namurcenſis; ſucceſſerunt Præmonſtratenſes ex Floreffia, ibique hodiedum manent, uti nobis ſcripſit anno* 1681 *Reverendiſſ. D. Petrus Abbas Leffienſis; addens, populari traditione initium eccleſiæ ipſamque imaginem Marianam S. Materno adſcribi, quæ ſane magna eſſet antiquitas, ſi non fide major.*

F

DE S. GUILLELMO MARTYRE

ROFFÆ IN ANGLIA.

G. H.

Vita ex Legenda Joannis Capgravii.

XXIII MAJI

Culius Sacer.

Emoria hujus ſancti Martyris inſcripta eſt ad hunc XXIII *Maji Auctario Greveni ad Vſuardum, excuſo anno* MDXV *&* MDXXI, *his verbis* : Guillelmi Martyris Roffenſis, cujus corpus cum jaceret occultum, divinitus per miracula revelatum fuit. *Quæ plane eadem leguntur in Martyrologio Germanico Petri Caniſii, addito ſolum titulo* ſancti Martyris. *Ioannes Molanus, in ſuis ad Vſuardum additionibus, iſta habet* : In Anglia, civitate Roffenſi, paſſio S. Guilielmi. *Ferrarius in Catalogo generali ita ejus meminit:* Roffæ in Anglia S. Guilielmi Martyris, *ac citat* Tabulas Eccleſiæ Roffenſis, *& Martyrologium Anglicanum, in quo dicitur* magna cum ſolennitate ſepultus in Eccleſia Cathedrali Roffenſi, S. Andreæ dicata, ibidemque debito cum honore & veneratione diem ejus natalem celebrari. *Eumdem refert David Camerarius in Menologio Scotico, citatis Chronicis Sconenſibus, quæ non vidimus, ac Vitam martyriumque refert ex Legenda Anglicana Ioannis Capgravii, prout hic ſubjicimus.*

B

Vita ex Legenda Capgravii.

Natione Scotus,

2 Beatus igitur Willelmus Martyr, in Scotia natus eſt, in urbe Pertha, quæ vulgo dicitur villa-S. Joannis. Qui cum adhuc juventutis flore vernaret, laſciviam amplexus ſecularem, uſque ad tempus quod

à vita ſeculari convertitur:

Pater cæleſtis in ſua poteſtate diſpoſuit, tamquam lignum aridum infructuoſus permanſit. Verum germinaverunt ſpecioſa deſerti, dum hoc lignum in tempore ſuo fructum attulit, aqua ſapientiæ ſalutaris irrigatum. Denique cum lanugo pilis infructificans prodiret natura diſponente, matrique juvenis proferret genas diſſimiles, in virum alium ſubito mutatus eſt. Et præcavens quidem in futurum, evacuavit ea quæ erant parvuli, caſtigavitque corpus ſuum, & carnem ſpiritui ſervire coëgit. Arte piſtoria, quam à juventute didicerat, familioſam ſuam

piſtor panem decimum dat pauperibus:

ſuſtentans, decimum panem caritatis intuitu pauperibus erogavit; quatenus inter Cælicolas Angelorum pane refici mereretur. Vir ergo iſte ſimplex, &

C

rectus ac timens Deum, & recedens à malo, in populo mitiſſimus apparuit, orphanorum pater, viduarum defenſor, pauperum ſedulus adjutor exiſtens. Nec in Dei ſervitio verus hic Chriſticola tepidus aliquando permanſit, quin quotidie ſanctæ Matris Eccleſiæ limina frequentaret.

infantem expoſitum curat educandum;

3 Quodam autem diluculo cum adhuc tenebræ eſſent, ante fores templi Domini cauſa devotionis adventans, infantem vagientem reperit, vilibus villoſiſque panniculis involutum. Cujus miſeriæ Sanctus compatiens, clanculo puſiolum arripuit, arreptum mulieri nutriendum tradidit, nutritum & adultum arte panifica diligenter inſtruxit, inſtructum quoque ſuper omnes vernaculos domus ſuæ ſpecialiter dilexit. Accidit itaque quod idem vir voto ſe obligavit, Dominicæ paſſionis viſitare locum: qui diſponens domui ſuæ, vocavit ſervos ſuos, & tradidit illis omnia bona ſua. Et audita quadam [die] magna

& peregrinaturus Hieroſolymam

cum devotione Catholica Miſſa, fecit ſibi, ut moris eſt, peregrinorum peram & baculum conſecrari, ut ſtatim proficiſceretur; non ignorans, quoniam per multas hujus mundi lacrymarum vallis tribulationes oportet nos introire in regnum cælorum. Acceptaque ab omni domus ſuæ familia licentia, omnibuſque tam vicinis quam conſanguineis valedicens, itineris comitem nullum ſecum adduxit, præter ſupra

aſſumit comitem:

memoratum inventitium, in quo, tamquam pater fidelisſimus piiſſimuſque in filio ſuo carnali, confidebat. Erat autem nomen ſervo Cokerman Deveni, quod lingua Scotenſium, inventitius David interpretatur. Sic vir Iſraëlita, Chriſti coheres, egreſſus de terra & de cognatione ſua, reliquit fratres & ſorores, univerſamque ſubſtantiam ſuam, ut centuplum acciperet: & profectus eſt ſtatim. Tranſeuntes autem primam & ſecundam provinciam, viaque regia per

Roffam pervenit:

Angliam incedentes, venerunt ad urbem Roffenſem, quæ Saxonum lingua Roffeceſtria nuncupatur. Eſt autem Roffa municipium in Cantiæ provincia, ſuper Medweyam amnem optimo loco ſitum, diſtans ab urbe Londoniarum, Angliæ metropoli, viginti qua-

E

tuor milliaribus verſus Doroverniam, quæ antiquitus Kacerkarir, nunc autem Cantuaria nuncupatur.

4 Cum autem in urbe ſupradicta morarentur per triduum, artus ſolutos ut quies uſui laboris aptos redderet; intravit ſatanas in cor ſervi nequam, ut avaritiæ debriatus veneno, mortem Domino ſuo

abductus à comite interimitur

penitus intentaret. Quærebat autem parricida & proditor opportunitatem, ut eum perimeret ſine turbis, ne forte tumultus fieret in populo. Poſt triduum egredientes ab urbe verſus Cantuariam, cum ad quoddam bivium perveniſſent, B. Willelmo viam rectam carpere volenti, præ perfidia proditor pellax haud potuit acquieſcere, ſed illum procaci vultu reſpiciens dixit: Ut quid viæ perditio hæc? Ut quid in vacuum laboravimus viam rectam deſerendo, quam heri, dum ad Miſſarum fuiſti ſolennia, ab incolis hujus provinciæ didici? Abſit ut per viam quam deſideras gradiamur, ne forte aliquid adverſum nobis contingat. Hæc & alia ſuperflua ſuſurrone ſuadente, ſecum intrepidus perrexit. Euntibus autem illis per devia, nactus eſt propoſito tempus opportunum ſcurra ſubdolus: ſecurimque vibrans ſpurius

F

& degener alumnus, piiſſimum patrem & peregrinum, pœnitentialiter progredientem, in occipite percuſſit; percuſſum proſtratumque imbecillem impiiſſime jugulavit: ſicque agnus innocens à lupo laceratur, ſic granum frumenti cadens in terram mortuum, nec non proditionis oppreſſum palea, multum fructum affert: ſic B. Willelmi ſpiritus, egreſſus de tenebris & umbra mortis, amictus eſt lumine ſicut veſtimento. Et quia legitime certavit, ſufferens tentationem, accipere meruit coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Quid plura? Nebulo nefarius, quem nefas fugat, fugit ut profugus; non refugio, ſed furis funere fungi dignus.

miraculis claret.

5 Prænotato Beati Willelmi Martyris glorioſo triumpho, qualiter migravit à corpore, operæ pretium eſt miracula ſcriptis inſerere, quæ ob illius meritum operatur potentia cæleſtis: de quibus & vetera proſequi & nova cudere licet. Nec vobis diſpliceat, Cariſſimi, ſi quandoque * martyrologiam vitans, ſub breviloquio tranſeam: quia & placet vobis dicendi parſimonia; & quamquam arrideat multa dicendorum materia, ſtylus tamen prolixus faſtidium gignit. Lucerna deinceps accenſa non ponatur ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat, & fracto alabaſtro tota domus odore repleatur unguenti.

* *an* Martyologiam?

Fuit

A 6 Fuit igitur eiſdem temporibus in Cantiæ finibus præfatis quædam mulier veſana torvo ſpiritu, nec non à dæmonio male vexata, ita quod montes & colles tranſiliens, nec non per plateas & vicos nuda diſcurrens, inſaniæ ſymptomata miſerabiliter oſtendit. Cumque quadam die per locum, ubi jacuit corpus exanime, pertranſiret, inter ſpinas & tribulos illud intuens, dixit: Amice, uſquequo dormis? Dormi jam, & requieſce. Quare, laſcive juvenis, cum ſis candidus, corona candida non uteris? Hæc & his ſimilia, tamquam pica loquax, aſtando garriens, coronam de caprifolio plexam beati Martyris capiti circumpoſuit. Reverſa deinde Cananeæ filia, male à dæmonio vexata, tamquam leæna raptis catulis, ardua quæque montium tranſcendit, in imis vallium diſſilit, penitus ignorans unde veniat aut quo vadat. Altera vero die rediens per locum, ubi ſanctum corpus reliquerat, iterum appropinquans ait: Redde mihi ſomniator quam dedi tibi coronam, quoniam te decet ſuper aurum & lapidem pretioſum multum. Pro pudor! ſtertis adhuc & mihi non loqueris? Hæc & alia garrulans indigna relatu, mortuo tamquam vivo, Martyris à capite coronam, cerebro nec non cruore cruentatam imo conſecratam, abſtulit, capitique proprio ſuperpoſuit. Mirabilis Deus in Sanctis ſuis, illico manifeſtavit electum ſibi Martyrem. Manifeſtavit autem ſic. Mulier namque fatua, cruento corollario coronata, dicto citius ferali rabie depoſitâ, humanam rationem adepta eſt. Unde præ verecundia tota die uſque ad veſperum inter fruticeta latuit, & ad ſe reverſa dixit: Nunc ſcio vere, quia miſit Dominus Angelum ſuum, & eripuit me de manu ſatanæ meritis iſtius Martyris, ut manifeſtentur opera Dei in illo, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Et prædictus glorioſus Martyr jacet apud civitatem Roffenſem prædictam.

Energumena, impoſitâ coronâ cadaveri illudens,

eamdem ſibi imponit & liberatur.

B

AUCTORE G. H.

7 *Hactenus illa Vita apud Capgravium, cujus auctorem tradunt Wilſonus & Ferrarius fuiſſe* Thomam monachum Monimetenſem, Benedictinum Congregationis Cluniacenſis, *qui dicitur* floruiſſe anno MCLX, & ſcripſiſſe ad Guilielmum de Turebes Epiſcopum Norwicenſem de Guillelmo puero & Martyre libros ſeptem, de miraculis ejuſdem librum unum. *Ita Ioannes Pitſeus de Scriptoribus Angliæ. Sed iſta de S. Wilielmo puero Norwici à Iudæis occiſo, videntur intelligenda, de quo & nos egimus* XXV *Martii. Num præterea hujus* S. Willelmi *Vitam ſcripſerit, non ſatis liquet: ſed neque de tempore quo res contigerit ulla veroſimilis conjectura ſe offert: quare ad ultimum locum hic eam referimus.*

an Vitam ſcripſerit Thomas Monumetenſis.

E

VIGESIMA QVARTA MAII.

SANCTI QVI IX KALENDAS IVNII COLVNTVR.

Sancta Joanna, uxor Chuſæ, Hieroſolymis.

S. Manahen Propheta, Antiochiæ in Syria.

S. Afra Martyr, Brixiæ in Italia.

S. Zebellus, S. Servulus, S. Secundinus, } Martyres in Iſtria.

S. Donatianus, S. Rogatianus, } Fratres Mart. Namnetibus in Gallia.

C S. Saturninus, Sancti alii ſex } Martyres in Africa.

S. Vincentius, Martyr in Portu Romano.

S. Zoëlus, S. Saturus, S. Timinus, S. Saturnina, S. Servilius, S. Felix, S. Silvanus, S. Fortunus, S. Zoëlus II, S. Stria, S. Dioclus, S. Maximinus, } Martyres in Syria.

S. Elpidius Epiſcopus, S. Cyon Presbyter, S. Elpicius Levita, } Atellæ in Campania Felice.

S. Vincentius Presbyter, monachus Lerinenſis.

S. Miſſolinus, Patronus Tarbiæ in Novempopulania.

S. Vincentius Epiſcopus Fulginatenſis in Vmbria

S. Simeon Junior Stylita, S. Martha mater ejus, } prope Antiochiam Syriæ.

B. Martha Hegumena, Monembaſiæ in Laconia. F

S. Thomas Salus, Monachus Antiochiæ.

B. Philippus Placentinus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.

APPENDIX

S. Meletius Dux, S. Joannes, S. Stephanus, Comites, } Martyres in Galatia,

SS. Milites CCLII, cum uxoribus & parvulis, } omnes ſuſpectæ fidei.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

SAnctus Rudbertus, Epiſcopus & Confeſſor in Salisburga, *memoratur in ſcriptis Additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Vitam ejus dedimus* XXVII Martii.

B. Hermanni Joſephi, Ordinis Præmonſtratenſis Tranſlatio, *indicatur à Chryſoſtomo Vander Sterre & Gelenio. De eâ egimus ad Vitam ejus die* VII April.

SS. Supplicius & Servilianus *indicantur in Ms. Vltrajectino S. Mariæ, ſunt hi* SS. Sulpitius & Servilianus Martyres Romani, *etiam pridie relati. Acta martyrii eorum dedimus* XX Aprilis.

S. Puſinna Virgo *celebratur in Mss. Augenſi S. Laurentii & Remenſi SS. Apollinaris & Timothei. Vitam dedimus* XXIII Aprilis.

SS. Bova Abbatiſſa, & Doda ſanctimonialis, Virgines Remis, *referuntur in Menologio Labieri, ſed non* XXIV *Maji, aſt quando de illis egimus* XXIV Aprilis.

S. Thallelæus Confeſſor Leontinus *celebratur Officio Eccleſiaſtico, & refertur ab Octavio Cajetano & Ferrario. Quæ de eo adferri poſſunt continentur in qualiſcumque fidei Actis martyrii SS. Alphii, Philadelphi & Cyrini, cap. 9 num. 61 & 66, cap. 10 num. 76, 77 & 78, ubi ejus obitus narratur. Ea ibi legi poſſunt* X Maji.

S. Joannis Eſichienſis memoria *hodie inſcribitur Martyrologio Arabo-Ægyptio Maronitarum Romæ, ſicut illud nobis Latinum fecit Gratia Simonius nunc Archiepiſcopus Tripolis in Syria: ſed veremur ne à Græco Ἡσυχαστής perperam detortum cognomen ſit; adeoque notetur* S. Jonnnes Silentarius, *cujus Acta illuſtravimus* XIII Maji.

Hermes Martyr *memoratur in Kalendario Martyrologii Hieronymiani. Plures hujus nominis Martyres in dicto Martyrologio celebrantur, ex quo, num hic diverſus ſit cenſendus ab aliis, non poſſumus aſſequi.*

SS. Optati & Policarni *feſtum notatur in Ordine divinorum Officiorum, poſtremum aucto pro Sanctimonialibus S. Clara in eccleſia S. Silveſtri de Capite Romæ, qui ordo inſcribitur libello proprio de iſta eccleſia edito per Ioannem Iacchetti 1629: & additur, quia* Adſunt corpora. *Eorumdem quatuor annis ante meminerat Ferrarius in Catalogo generali, ſed* Polycarium *ſcripſerat. Pancirolius anno 1625 in theſauro abſcondito Vrbis pag.* 398 Polictonium: *ſed de vera talium Reliquiarum ibi exiſtentiâ, quarum etiam pars in Vaticana Baſilica ſit, negat ſibi quidquam eſſe compertum. Vt ut ſit oportet ex iis eſſe quorum recentius eruta & tranſlata ſint oſſa: nam idem Iacchetti cap.* 11 *allegat duo marmora, alterum altero antiquius, quibus per ordinem menſium inſculpta leguntur feſta Sanctorum iſtic quieſcentium, abſque ulla iſtorum mentione: proinde certiorem notitiam de illis expectandam eſſe cenſemus.*

Segineus Ardmachæ *indicatur in Ms. Tamlactenſi. Apud Colganum in Appendice 7 ad Vitam S. Patricii par.* 3 *pag.* 294 *ex Annalibus Ardmachanis*, Anno 686 S. Segineus de Achadh-Claidhibh Epiſcopus Ardmachanus obiit: *ubi addit Colganus* coli 24 Maji, ad quem diem tradi in Martyrologio Dungallenſi ipſum anno 687 obiiſſe; illudque conformius eſſe Pſalterio Caſſelenſi, tribuenti 27 annos regiminis S. Segineo poſt Tomianum, anno 660 mortuum. *Hæc Colganus.*

Stellanus in Inſula Kealtra *recolitur in dicto Ms. Tamlactenſi. Apud Colganum 6 Ianuarii in Notis ad Vitam S. Dimani num.* 11 S. Stellanus Abbas de Inis-Kealtra in Connacia, floruit circa annum 650, obiitque 24 Maji.

Berchanus de Cluain-caoi *memoratur in dicto Ms. Tamlactenſi & aliis apud Colganum ad* 15 *Ianuarii, in Appendice ad Vitam S. Itæ cap.* 2, *ubi ejus familiam per novem generationes deducit, aſſeritque* coli in Cluainchai 24 Maji.

Aidbeus Abbas Tirdaglaſſiæ *in diœceſi Laonenſi in Momonia.*

Colmanus, Sillanus, } *referuntur in dicto Ms. Tamlactenſi. Sed aut ab aliis nequeunt ſatis diſtingui, aut nihil de iis reperimus.*

Ferranus, Epiſcopus Culdæus in Scotia, *ut* Sanctus *celebratur in Menologio Scotico Camerarii. Cambdeno lib. 6 Hiſt. Eccl. gentis Scotorum, pag.* 292 Ferianus cognomento Culdeus, id eſt Dei cultor *laudatur: ſed non addit diem cultus, neque ejus meminit in ſuo Menologio.*

Filiæ VII Ferguſſii in inſula Kealtra *celebrantur in Ms. Tamlactenſi. Colganus* 15 *Februarii in Notis ad Vitam S. Farannani num.* 39 *conjicit has forte eſſe* ſeptem ſanctas moniales de Tir-naſiachrach aidhne *in dicta Vita cap.* 7 *indicatas, & aſſerit* VII filias Ferguſſii coli in Eccleſia de Teag-naninghean in Connacia, *& referri etiam apud Marianum Gormanum & Cathaldum Maguir.*

Geleſuintha Regina, uxor Chilperici Regis Francorum, filia Athanagildi Regis, juſſu mariti ſtrangulata *dicitur in Adverſariis Luitprandi num.* 181, XXIV die Maji, *&* Sancta *appellatur, atque à Tamajo Salazar cum titulo* Beatæ *proponitur in Martyrologio Hiſpanico. Verum dicta Luitprandi Adverſaria, nuper excogitata, carent debitâ auctoritate.*

Benedictus, Caſinenſis monachus, Capuani cœnobii Præpoſitus, ſub Deſiderio Abbate Caſinum veniens, quam creber in pſalmodiis, quam ſedulus in orationibus, quam ſtudioſus in eleemoſynis, quam pervigil in vigiliis, luce clarius patet: qui apud Capuanum monaſterium, infirmitate tactus defunctus eſt undecimo Kalendas Junii: ſepultus vero ante oſtium ejuſdem monaſterii ad dextram partem introeuntibus eccleſiam: ubi uſque hodie mira virtute divina patrare non ceſſat. *Ita Petrus Diaconus Caſinenſis, de ortu & vita Iuſtorum ſacri cœnobii Caſinenſis cap.* 67, *& ex eo Michael Monachus in in Sanctuario Caſinenſi pag.* 165, *qui addit* non ſine ſanctitatis opinione deceſſiſſe. *Interim Wion, Menardus, Dorganius, Bucelinus in Martyrologiis monaſticis, & Ferrarius in Catalogo generali, cum titulo* Sancti *referunt, non ad* XXII, *uti debebant, ſed hunc* XXIV *Maji. His omnibus poſitis (nec plura aſſequi potuimus) reliqua relinquimus judicio Lectoris. Interim illum librum de ortu & vita juſtorum Caſinenſium optamus luci datum aſpicere, quod curare voluit ſi vixiſſet Ioan. Bapt. Marus, qui ejuſdem Petri libellum de Viris illuſtribus Caſinenſibus edidit ac notis illuſtravit.*

Hildebertus, ex monacho & Abbate Fuldenſi creatus Epiſcopus Moguntinus, *cum titulo* Beati *indicatur à Menardo & Bucelino. Serrarius lib.* 4 *Rerum Moguntiacarum Geſta ejus deſcribit ex antiquorum auctorum teſtimoniis, abſque ullo alicujus venerationis Eccleſiaſticæ veſtigio.*

Joannes de Monte-forti, Ordinis Militum templi ſub regula S. Bernardi militantium, admiranda ſigna ſanctitatis dedit, atque in hodiernum diem multis miraculis claret, & Officio Eccleſiaſtico colitur Nicoſiæ in Cypro, ubi magno Dei munere corpus incorruptum ſervatur. *Ita Chryſoſtomus Henriquez in Menologio Ciſtercienſi, citato Barnaba de Montalbo lib.* 1 *Chronicorum cap. ult. & Antonio de Aranda in Itinerario Terræ Sanctæ cap ultimo. Quia autem Cyprus ſub Turcica Tyrannide ingemiſcit, nec plura potuimus ſcire, ignoſcet lector ſi ad fidem dictorum auctorum*

auctorum cum remittamus, maxime quia Claudius Chalemotus, qui poſt Henriquez Sanctos ac Beatos ordinis edidit, eum non recenſet, uti neque qui antea Kalendarium Divione publicarat.

Gofridus, S. Norberti diſcipulus, poſtea Abbas Deiparæ Caſtri-Theodorici ſeu Vallis ſecretæ, *à Sauſſajo memoratur Piis adſcriptus.*

Godwinus. Medicus, dein ſub S. Bernardo monachus in Clara-valle, *memoratur in Kalendario Ciſtercienſi, & cum titulo* Beati *ab Henriquez, Chalemoto, Bucelino. At* Piis *adſcribitur à Sauſſajo.*

Eliſabeth venerabilis Virgo, Ordinis Ciſtercienſis in Germania, *inſcripta eſt Menologio Laherii.*

Guillelmus, monachus Villarienſis in Brabantia Ord. Ciſterc. *cum titulo* Beati *indicatur ab Henriquez & Bucelino. Piis adſcribitur à Sauſſajo. Ab omni titulo abſtinuit Chalemotus.*

Gaſtoldus Epiſcopus Vilnæ & Staniſlaus Cracovienſis, & Triginta ſex Fratres Minoritani, nec non complures Prædicatores die XXIV Maji, nec non Staniſlaus Lithuanus Ordinis S. Baſilii cum aliis ejuſdem inſtituti monachis ibidem; Leopoli autem Staniſlaus Minoritani cœnobii Præfectus & alii complures religioſi à Tartaris pro fide Chriſti interempti, *referuntur ab Abrahamo Bzovio ad annum* 1340 *num.* 15, *nulla alicujus cultus facta mentione, ne quidem titulo Beatorum appoſito, at citatur* Martinus Baron. in Vitis Patronorum Poloniæ. *De eiſdem agunt Waddingus ad an.* 1343, *num.* 18 *& Haroldus num.* 6, *& neque hi meminerunt venerationis Eccleſiaſticæ, neque* Beatos *appellant, quod fecit Arturus in Martyrologio Franciſcano, imo & Koialowicz* B. Staniſlaum de Brzeſcie *horum præcipuum appellat, & aliis* XIV *Minoritis Vilnæ occiſis attribuit ea, quæ hiſce propria ab aliis cenſentur. Certiora ſperamus Vilna accipere.*

Thomas Eugubii anno 1330, } *Ordinis*
Franciſcus Moneus in Hiſpania an. 1540, } *Minorum*
Anonymus de Caſſalibus an. 1540, } *referuntur*
Apollonia Pighineſia Volaterræ an. 1560, } *in Martyrol. Franciſc. Arturi, &* Apollonia *etiam in ejus Gynæceo. Sed ignotum eſſe diem obitus, nec alium ullum eorum annuo cultui deſtinatum, colligimus ex auctorum qui allegantur ſilentio; de vita etiam & miraculis ipſorum nihil aut perparum ſcriptum invenitur.*

Anna à Conceptione, Virgo venerabilis Ordinis S. Franciſci in Luſitania. *Ita Lakerius in Menologio.*

Maria Magdalena de Urſino, Sanctimonialis Ordinis S. Dominici, Romæ circa annum MDCII, poſt vitam ſancte peractam mortua eſt. *Ejus elogium habet Michael Pius lib.* 4, *cap.* 130, *ejuſq; memoria ad hunc diem eſt in Anno ſancto Ordinis Prædicatorum & in Gynæceo Arturi, qui* Beatam *appellat.*

Joannes Stylita, *S. Simeonis Stylitæ, Iunioris magiſter, qui Radero noſtro parte* 3, *Viridarii cap.* 4 *anonymus eſt, eruitur nominatim ex Vita ejuſdem Simeonis Stylitæ, diciturque* virtutis admodum ſtudoſus, ſtetiſſe ſuper columnam; cui prius etiam de Simeone frequentes obtigerant viſiones, quam is ad montem (*in quo Ioannes exiguum monaſterium habebat*) adveniſſet. Alias quippe puerum candido amictu circumdatum in monaſterium curru vehi; alias rurſus per medium aëra, columna lucida viam monſtrante, ipſumque ambeunte, eodem penetrare conſpexerat. Accidit quoque eodem adductum Simeonem Joanni exhiberi ab Angelo, dicente: Hic ille eſt, per quem ſalutem conſecuturus es. *Dicitur etiam pro oratione ſua* ſingulis noctibus pſalmos triginta perſolviſſe. *Inſtituit variis adhortationibus diſcipulum ſuum Simeonem; & ad aſperiora quævis provolantem prudenter inhibuit. Excepit animo neutiquam turbato prædictam ab eodem Simeone mortem, & rogantem, ut, cum ad concupita gaudia tranſiviſſet, ſui recordaretur, petita benedictione paterna impertivit; ac ſuis omnibus Deo per preces commendatis,* paululum quievit, & quaſi ſopitus leni ſomno, deceſſit. *Atque hæ, è Vita S. Simeonis hinc inde collectis, accedat verbum è Vita ſequenti S. Marthæ, ubi etiam* Sancti *nomine decoratur, cum filium ita mater alloquitur:* Numquam animo tuo excidat, qui pater tibi fuit ſpiritualis, S. Joannes: cujus memoria eſt in benedictione, quoniam dilexit te plurimum. *Mirum eſt nulli diei memoriam ejus adſcriptam à Græcis: quare ea colligere placuit, ſi forte aliquando certior cultus publici notitia inveniatur.*

S. Anolinus, Cuſtodiæ Præfectus Romæ, & à S. Urbano Papa converſus, ac martyrio coronatus *memoratur à Greveno, Maurolyco, Ferrario & Galeſinio, qui perperam ſub Diocletiano paſſum ſcribit.* Ejus converſio & Martyrium *refertur in Actis S. Vrbani nu.* 5 *&* 6, *ac proinde cum illo eum veneramur ſequenti die* XXV Maji.

S. Joannes Plychaita, Confeſſor, ſub Iconomachis plurima paſſus; *celebratur in Ms. Synaxario Claromontano & aliis Menæis Mss. uti indicamus, quando de eo agimus* XXV Maji.

SS. Abercius & Helena Martyres *indicantur à Ferrario in Catalogo generali, citatis Græcis, referentibus eos, non* XXIV, *ſed* XXVI Maji.

S. Eleutherius Papa *refertur à Maurolyco & Felicio. Ab aliis* XXVI Maji.

B. Lanfrancus, Archiepiſcopus Cantuarienſis, mortuus *dicitur hoc die à Wigornienſi, Dunelmenſi, & Hovedeno: ab aliis, quando ejus Acta damus* XXVIII Maji.

David Rex Scotiæ, Malcolmi & S. Margaritæ filius, *à Leſlæo lib.* 6 *de Rebus geſtis Scotorum pag.* 223 *dicitur* multis editis miraculis in Divorum ſocietatem aſcitus. *Et à Boëthio lib.* 11 *Hiſtoriæ Scotorum fol.* 245 jure inter Divos numeratus *aſſeritur. Nullus ab his ejus cultui tribuitur dies, quem Camerarius aſſignavit* XI *Ianuarii: at Dempſterus, & ex ejus Schedis Ferrarius, hunc* XXIV *Maji. Inter alia pia opera,* Murthlaco Sedem Epiſcopalem tranſtulit Aberdoniam, & prædiis aliiſque opibus amplificavit: *& tamen (quod valde notandum eſt) non celebratur ejus feſtum aliquod in Breviario Aberdonenſi. Hinc certiora monumenta de die ejus natali & cultu Eccleſiaſtico expectamus, ſaltem ut cum matre S. Margareta Regina referatur* X Junii.

S. Agrippina, Virgo & Martyr Romæ, *inſcripta olim Martyrol. Romano hoc die, &* XXIII *Iunii: poſtea autem omiſſa hoc die eſt, proinde de illa agemus* XXIII Junii.

Edgarus ſanctus, Rex Angliæ & Confeſſor, *memoratur in priore editione Martyrologii Anglicani, eoque citato in Catalogo generali Ferrarii. Verum in ſecunda editione dicti Martyrologii & à Michaële Alfordo refertur* VIII Julii.

S. Jacobi Majoris inventio, Veronæ in Monte-Grigiano, *notatur à Ferrario in Catalogo Generali. De eo agendum nobis* XXV Julii.

S. Dominici, Ordinis Prædicatorum Fundatoris, Tranſlatio corporis, anno 1233 Bononiæ facta, *memoratur in quam plurimis Faſtis cum Martyrologio Romano. Quæ referenda erunt* IV Auguſti.

S. Robuſtianus Martyr Mediolani, *ex fide unius Galeſinii inſcribitur Romano hodierno: allegat ille* Annales Mediolanenſes; *quos nullos inveniens Baronius, in Notis maluit allegare* tabulas Eccleſiæ Mediolanenſis: *ſed nec hæ ullæ poſſunt aliæ eſſe, quam Kalendaria antiquis Miſſalibus Breviariiſque præfixa. Atqui neque hæc ad præſentem diem talis Martyris meminerunt, ſed bene ad* XXXI *Auguſti habent nomina Sanctorum* Marci & Robuſtiani Martyrum. *Nolumus ergo* Robuſtianos *duos, nulla certiori auctoritate prælucente, intra eamdem urbem diſtinguere: ſed unum eumdemque*

A *que eſſe præſumimus, qui neſcio unde Galeſinio oblatus ſit hodie, certum autem notumque cultum habet cum ſocio Marco* XXXI Auguſti.

S. Lamberti, Epiſcopi Leodienſis & Martyris tranſlatio, *celebratur in Ms. Martyrol. eccleſiæ S. Lamberti: item à Molano, Caniſio, Wione, Menardo, Sauſſajo, Gelenio, Ferrario, aliiſque. Dies ejus natalis eſt* XVII Septembris.

S. Geremarus, Abbas Flaviacenſis, in diœceſi Bellovacenſi, *apud Claudium Robertum in Gallia Chriſtiana dicitur ad hunc diem referri apud Molanum. Verum hic cum aliis celebrat eum* XXIV Septembris.

S. Donatiani Epiſcopi tranſlatio corporis Brugas *indicatur in Ms. Floratio, cum longa relatione danda* XIV Octobris.

S. Saturnini, Epiſcopi Toloſani, *dedicatio Eccleſiæ memoratur à Sauſſajo in Martyrologio Gallicano: dies ejus natalis celebratur* XXIX Novembris. D

Fugatius & Damianus, miſſi ab S. Eleutherio Papa in Britanniam, *referuntur à Ioanne Wilſonio in Martyrologio Anglicano anno* 1640 *recuſo; & ante cum S. Eleutherio ad* XXVI *Maji: neutro die in ullis Faſtis reperimus. Poterit de iis agi ad Vitam S. Lucii Regis, qui eos excepit* III Decembris.

S. Annonis, Archiepiſcopi Colonienſis, Tranſlatio Reliquiarum in Baſilicam S. Mariæ ad Gradus, *inſcripta eſt Martyrologio Coloniæ & Lubecæ ſub ann.* 1490 *excuſo, Auctario Greveni, Martyrologio Caniſii & Faſtis Agrippinenſibus Gelenii. Dies ejus natalis eſt* IV Decembris.

DE SANCTA IOANNA,

VXORE CHVSÆ HIEROSOLYMIS.

SYLLOGE HISTORICA,

D. P. De ejus Actis, & Vnguentiferarum cultu apud Græcos.

XXIV MAII *Vnc* XXIV *Maji auſpicamur à ſanctiſſima femina* Joanna, *quam Euangeliſta Lucas laudat capite* VIII *Euangelii ſub initium his verbis*: Et factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per civitates & caſtella, prædicans & euangelizans regnum Dei, & duodecim cum illo: *Memoria in Euangelio,* & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis & infirmitatibus, Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua ſeptem dæmonia exierant; & Joanna, uxor Chuſæ procuratoris Herodis; & Suſanna, & aliæ multæ, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. *Iterum Lucas, relata paſſione Chriſti, iſta ſubjungit ſub finem capitis* XXIII *& initium ſequentis: quæ quia ad* S. Joannam, *ſpectant hic addimus*: Subſecutæ autem *ſolicitæ pro ſepultura Chriſti,* mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum poſitum erat corpus ejus. Et revertentes paraverunt aromata & unguenta, & ſabbato quidem ſiluerunt ſecundum mandatum. Una autem ſabbati valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes quæ paraverant C aromata, & invenerunt lapidem revolutum à monumento. Et ingreſſæ non invenerunt corpus Domini. Et factum eſt, dum mente conſternatæ eſſent de iſto, ecce duo viri aſtiterunt ſecus illas in veſte ful- *monita de reſurrectione.* genti. Cum timerent autem & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis viventem cum mortuis? Non eſt hic ſed ſurrexit. Recordamini qualiter locutus eſt vobis, cum adhuc in Galilæa eſſet, dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia reſurgere. Et recordatæ ſunt verborum ejus. Et regreſſæ à monumento nuntiaverant hæc omnia illis undecim & ceteris omnibus. Erat autem Maria Magdalene, & Joanna, & Maria Jacobi, & ceteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apoſtolos hæc; & viſa ſunt ante illos ſicut deliramentum verba iſta, & non crediderunt illis. *Hæc S. Lucas. At Matthæus illam intellexit, dum cap.* XXVII *Chriſti morte relata addit*: Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ ſecutæ erant Jeſum à Galilæa miniſtrantes ei, *licet tres ſolum exprimat.*

2 *Porro nomen ejus Martyrologiis Vſuardi, Adonis & Auctoris ſub nomine Bedæ inſcriptum eſt his verbis*: Item beatiſſimæ Joannæ, uxoris Chuzæ Procuratoris Herodis, quam commemorant Euangeliſtæ. *At Notkerus habet ſub finem.* Quæ in Euangelio commoratur. *In Martyrologio Romano,* Quam Lucas Euangeliſta commemorat. *Similia habent Bellinus, Grevenus, Mauroly- Faſtis ſacris inſcriptæ,* cus & alii recentiores. *Inter curatas à Chriſto mulieres erat* Magdalena, *à ſpiritibus immundis; ita etiam videtur* Joanna *à ſuis infirmitatibus jurata; & quia dives erat, de ſuis facultatibus miniſtraſſe Deo, atque habuiſſe Chuſam maritum animo etiam erga Chriſtum devoto: qui erat Procurator Herodis Antipæ Tetrarchæ Galilææ, à quo Chriſtus veſte alba indutus ac ſpretus fuerat. Græce* Ἐπίτροπος, *Adminiſtrator rei familiaris; ſed forte ante Chriſtum mor- miniſtrat Chriſto de facultatibus.* tuus erat Chuſas, *atque ideo poſteriore loco non appellatur uxor Chuſæ, ac tunc potuit liberius Chriſtum ſequi. Quamdiu poſt Chriſti reſurrectionem vixerit, non liquet. De* Suſanna *vero, quam ut ejuſdem erga Chriſtum officii ſociam* Joannæ *laudat Lucas, multo minor notitia ſupereſt: nam nec nomen quidem ulli Latino Martyrologio invenitur adſcriptum.*

3 *Græci, quod mirandum, neutram nominatim colendam inſtituerunt: ſed* Mulierum unguenta *ad ſepulcrum Chriſti* ferentium, *ſimul & S. Ioſephi ab Arimathia* F *memoriam agunt tertia, ſive (ut nos vocamus) ſecunda Dominica poſt Paſcha, quæ in Typico vocatur* Κυριακὴ τῶν ἁγίων Μυροφόρων, καὶ Ἰωσὴφ τοῦ Δικαίου, Dominica *Ioſephi Iuſti & Vnguentiferarum locutus apud Græcos.* Sanctarum unguentiferarum mulierum & Joſeph Juſti. *Plenum autem Officium habetur in Græcorum Pentecoſtario, qui eſt liber continens Officium eccleſiaſticum à Vigilia Paſchali uſque ad octavam Pentecoſtes, ſive (ut appellant Græci) Dominicam Sanctorum omnium. In iſto Officio Sanctis iſtis Mulieribus præſcribitur concinendus per partes Canon tertius, poſt primum de Cruce & ſecundum de Deipara. His interponitur lectio Synaxarii, explicans hiſtoriam Euangelicam, quatenus illa ad Nicodemum & Ioſephum atque ad has Mulieres pertinet: & le- Dominica 2 poſt Paſcha,* ctionis illius hæc eſt clauſula: Οἱ γὰρ αὐταὶ τὴν ἀνάστασιν ἐκήρυξαν, καὶ ποικὰ τῷ καθ' ἡμᾶς δόγματι συνεβάλοντο εἰς πίστωσιν καὶ πληροφορίαν ἀκραιφνῆ τοῦ Χριστοῦ Ἀναστάσεως, μεθ' τὸν Θωμᾶν καὶ ταύτας παρέλαβεν ἑορτάζειν ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία, ὡς ἰδούσας πρώτας Χριστὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ τοῖς πᾶσι καταγγελάσασας τὸ σωτήριον κηρύγμα. καὶ τὴν κατὰ Χριστὸν πολίτειαν μεταθέσας ἀρίστως. καὶ ὡς ἔχρη γυναιξὶ μαθητευθείσας Χριστῷ. Ταῖς τῶν ἁγίων Μυροφόρων πρεσβείαις ὁ Θεὸς ἐλέησον, ἡμᾶς. Ἀμήν. Quia igitur hæ Reſurrectionem prædicarunt, & ſecundum opinionem noſtram multa eis contigerunt, ad confirman-

A firmandam in nobis fidem indubitabilem de Christi Resurrectione, post S. Thomam (*cui, ut apud Latinos, adscribitur Octava Paschæ, sive, ut Græci vocant Dominica secunda*) etiam illas festive colendas suscepit Ecclesia Dei; ut quæ primæ viderunt Christum resuscitatum à mortuis, omnibusque annuntiaverunt salutiferam prædicationem, atque secundum Christum optime sunt conversatæ, quemadmodum decebat ab illo institutas. Sanctarum Unguentiferarum precibus, Deus, miserere nostri. Amen.

4 *Præmittitur Synaxarii lectioni ex more distichon unum, & est hujusmodi:*

Χριστῷ φέρουσιν αἱ μαθητρίαι μύρα,
Ἐγὼ δὲ τούτοις ὕμνον ὡς μύρα φέρω.

Unguenta Christo deferunt discipulæ,
Illis ego hymnum sicut unguentum fero.

Extat etiam cujusdam Macarii Chrysocephali sermo εἰς τὰς ἁγίας Μυροφόρους Γυναῖκας, καὶ Ἰωσὴφ τὸν ἀπὸ Ἀριμαθαίας, καὶ περὶ τῆς Κυρίου Ἀναστάσεως, καὶ τῆς δι' αὐτῆς ἐσομένης παγκοσμίου τῶν γεγενῶν ἐξαναστάσεως: in sanctas Unguentiferas Mulieres, & Josephum ab Arimatthia, atque Resurrectionem Domini, quæque per ipsam fiet universalem terrigenarum exsuscitationē. *De Iosepho egimus ad* XVII *Martii, rursumq in Supplemento dicemus qua ratione corpus ejus sub Carolo Magno, per Fortunatum seu Macarium Patriarcham Hierosolymis allatum sit ad Medianum monasterium: Græci autem aliqui hujus memoriam recolunt ad* XXXI *mensis Iulii, ubi par fuisset ipsos etiam recordari non solum* Joannæ, *sed etiam* Susannæ, *cujus nomen ex Hebræo* Lilium *redditur.* De Nicodemo, *cujus pariter cum Iosepho cura emicuit in tumulando Christi corpore, multa quidem in Dominica jam dicta lectione dicuntur; sed illius ut Sancti nulla uspiam fit mentio, nisi forte ad* XV *Septembris, quando Græci recolunt Inventionem S. Stephani, reperti una cum corporibus Nicodemi, Gamalielis & Abibi; qua Inventio à Latinis celebratur* III *Augusti.* D

cur non etiam Joanna, Susanna, Nicodemus?

DE SANCTO MANAHEN,

PROPHETA ANTIOCHIÆ IN SYRIA.

G. H.

Ex Martyrologiis & Actis Apostolorum.

XXIV MAII

Cultus Sacer.

Memoria hujus Sancti celebratur in plerisque Martyrologiis antiquis & recentioribus, Vsuardi, Adonis, Notkeri, auctoris sub Bedæ nomine, Bellini, Greveni, Molani, Maurolyci, Galesinii & aliorum cum hodierno Romano Martyrologio, quod eisdem fere quibus illa verbis hunc diem ita exorditur: Nono Kalendas Junii, Antiochiæ natalis sancti Manahen, Herodis Tetrarchæ collactanei, Doctoris & Prophetæ sub gratia novi Testamenti, in eadem urbe quiescentis. *Hæc ibi, quæ apud S. Lucam in Actibus Apostolorum sub initium capitis* XIII *ita leguntur:* Erant in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ & Doctores, in quibus Barnabas, & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Menahen qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus. Ministrantibus illis Domino & jejunantibus, dixit illis Spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Tunc orantes & jejunantes, imponentesque eis manus dimiserunt eos. *Hæc ibi, quæ erunt accuratius discutienda ad Vitam SS. Barnabæ & Pauli, ad diem* XI *&* XIX *Iunii. Hic sufficit intelligi* S. Manahen *fuisse nobilis & valde illustris familiæ, scilicet qui ejusdem cum Herode nutricis lacte olim lactatus fuerat.*

C

Notitia in Actibus Apostolorum.

Erat autem Herodes Antipas Tetrarcha Galilææ, cujus jussu S. Ioannes Baptista capite plexus, & Christus tempore suæ passionis veste alba indutus atque illusus fuerat, ac postea cum Herodiade missus Lugdunum in exilium, spoliatus Tetrarchia Galilææ: quod factum fuisse anno à Christo passo decimo, & Æræ vulgaris XXXVIII *diximus in Diatriba præliminari ante tomum primum Aprilis pagina* X. *At suo collactaneo Herode sanctus Manahen felicior & multo illustrior fuit, tum doctoratu Christiano, quo sacras Scripturas interpretabatur, & fideles docebat credenda & facienda; tum spiritu prophetiæ, quo divinitus afflatus futura prædicebat. Præterea secundum suum gradum & officium ministrabat Domino cum aliis ibidem nominatis. Iejunabat etiam, ut mens esset ad divina magis elevata; & dignus revelatione divina factus est, ut Paulum & Barnabam segregaret cum aliis in Apostolatum ad conversionem Gentium: eisque post jejunium ideo susceptum, imponeret manus, & (sicut SS. Leo Papa & Chrysostomus loquuntur) Episcopos consecraret, cum Simone Nigro & Lucio Cyrenensi. De hoc egimus ad diem* VI *Maji: Simonis Nigri memoria alibi quam apud Lucam nulla habetur: quamdiu postea vixerit* S. Manahen *non constat. In Ms. Kalendario apud Carmelitas Mechliniæ adservato refertur* XXII *Maji.*

Collactaneus Herodis Antipæ.

Doctor,

Propheta,

imponit manus SS. Paulo & Barnabæ.

E

DE SANCTA AFRA,

MARTYRE BRIXIÆ IN ITALIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS,

G. H.

De tempore & Actis martyrii, nec non de cultu diebus variis.

CIRCA CXXXIII.

Tempus martyrii.

BRixia, *plurimorum Sanctorum fœcunda mater extitit: inter quos celebriores fuerunt SS. Faustinus & Iovita fratres: quorum Acta varia illustravimus ad diem* XV *Februarii, atque sub initium diximus,* Brixiam Cenomanorum caput sub Alpium Rhætiarum Præfecto fuisse: *qualis tunc fuit* Italicus Comes maritus S. Afræ, *quo deinde à leonibus, leopardis, & ursis cum idolorum Sacerdotibus devorato,* S. Afra *fuit conversa, & cum prædictis fratribus Faustino & Iovita plurimum cruciata est, ac tandem martyrio coronata sub Hadriano Imperatore, ac tempore S. Telesphori Pontificis Romani, qui sedit ab anno* CXXVI *usque ad annum* CXXXVII, *aut initium sequentis. Consule Catalogos veteres antiquorum Pontificum, ante tomum primum*

AUCTORE G. H.

primum Aprilis à nobis editos. Sed hinc sequitur, hos Martyres non esse passos circa annum CXX, *uti olim fuimus opinati, sed circa annum* CXXXI : I.

Acta ex Mss. Lectionibus,

2 *Acta damus ex Mss. Lectionibus, quæ olim solebant ad Matutinum recitari in Ecclesia Brixiensi, eaque contulimus cum Vita Italice scripta ab Ascanio Martinengo, Abbate Ecclesiæ & monasterii S. Afræ, quod Brixiæ habent Canonici Regulares Congregationis Lateranensis. Cohærent illa cum Actis SS. Faustini & Iovitæ : sed quædam hic referuntur, quæ in dictis Actis non attinguntur; suntque eo minus similia vero, quam ipsa quibus superadduntur Acta, quanto videntur esse compesita recentius, quapropter etiam à Martinengho non nisi sub dubio referuntur. Porro sacra* S. Afræ *memoria inscripta est Martyrologio Romano his verbis :* Brixiæ S. Afræ Martyris, quæ sub Hadriano Imperatore passa est. *Eamdem celebrant Gaiesinius, & cum magno elogio Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ. Meminit & Masinus in Bononia perlustrata, eo quod aliquæ ejus Reliquiæ sint in ecclesia S. Mariæ Patrum Servitarum in Majore platea. Ceterum sacrum ejus corpus est in Ecclesia sibi dicata : quæ cum destrueretur augustius reparanda,* anno MDLXXX die XIX Septembris retectâ illud elevatumque fuit ex veteri arca lapidea, intra quam claudebatur, positum supra tabulam plumbeam. Erat autem sacrum corpus vestibus indutum vestibus, quarum una ex panno serico viridi erat, altera contextus aurei, tertia coloris ambigui : inventa pariter & lamella est sic interipta : Hic jacet sacrum corpus sanctæ Aphræ, Ancillæ & Martyris Christi. *Ita Fr. Obicius Capucinus, qui interfuit spectator, in opere adhuc inedito de Nobilitate Brixiæ, sicut inde ea transcripsit Bernardinus Faynus, de Ecclesia Brixiensi nostroque opere bene meritus. Cum autem librum suum ederet Martinenghus, id est anno* MDCII, *necdum repositum erat sacrum corpus sub novum, quod eum in finem struebatur, altare : Caput vero seorsim servatum habebatur inclusum argento, ad commodiorem usum devotique populi solatium. Faynus, in eo quod scripsit ediditque Martyrologio Brixiensi,* S. Afram *cum socia Martyre celebrat his verbis :* Brixiæ S. Aphræ Martyris in propria ecclesia: quæ à SS. Faustino & Jovita ad Jesum conversa, & à S. Apollonio baptizata, imperante Hadriano, ab Aureliano Comite variis cruciata suppliciis, una cum Samaritana ejus ancilla insignis martyrii palmam accepit. *Et in Notis hanc* ancillam Samaritanam ex familia Sacchetæ *fuisse ait: quod in silentio antiquorum mallemus ab eo quoque prætermissum fuisse, aut ad figmenta somniorum rejectum. Addit, ut oculatus testis,* Ossa modo in altari ejus nomini dicato recondita esse : caput vero ad fidelium devotionem in busto argenteo obsignatum. Magnam denique ipsam habere venerationem, maxime in ejus die festo, quo Rectores & Proceres civitatis, cum omnium Artium Ordinibus, processionaliter ad ejus cultum conveniunt. *Idem Faynus indicat ad* diem XIX Januarii, Inventionem corporis S. Afræ, *& hanc* celebratam fuisse sub Officio duplici *probat ex tabella Sacrarii. Ad diem etiam* VI *Aprilis refert aliquam* Translationem, factam anno MDIII, ipsa Dominica in Albis, præsente Marino Georgio Episcopo cum Capitulo Cathedralis, & utroque Clero universisque Ordinibus & Sodalitiis, nec non & civitatis Rectoribus & Proceribus universoque populo, summo honore, religione, & apparatu, cum aliis sacris Corporibus per civitatem delatum, & per tres dies publice expositum, & dein reconditum.

memoria in fastis.

Corpus in ecclesia illi dicata.

festum inventionis

& translationis.

B

C

ACTA MARTYRII D

Ex Mss. Lectionibus Brixiensibus.

1 IN diebus illis, regnante Adriano Imperatore, fuit quidam Comes Italicus, crudelis Paganus : hic habebat uxorem nobilissimam, Aphram nomine. Qui acceptis litteris ab Adriano Imperatore, ut ubicumque Christianos inveniret, aut eos ad sacrificandum cogeret idolis, vel per diversa tormenta eos perderet ; ingrediens civitatem Brixiam, statim servos Dei Faustinum, & Jovitam præcepit à militibus comprehendi. Cumque ipse Imperator ad civitatem Brixiam perveniisset, ante eum jussi sunt præsentari : qui eos diversis blanditiis allieiendo, & eis variis terroribus comminando, ut idolis sacrificarent ipsos inducere conabatur. Cumque respondissent, quod non dæmonibus, sed Deo soli, & unico Filio ejus Domino Jesu Christo foret sacrificandum; jussit eos Adrianus comprehendi, & in medium ludum deduci. Ad quos devorandos missi sunt leones quatuor, quorum aspectus teterrimus erat : qui venientes cum magna velocitate, miserunt se ad pedes E Sanctorum. Videns Adrianus quod fiebat, jussit ministris, ut mitterent leopardos: qui & ipsi venerunt in ludum, volventes se ante vestigia eorum. Tunc Adrianus dixit : Dimittite ad eos ursos potentes, & circa latera eorum faculas ponite, ut cum assi fuerint ex dolore devorent eos. Et dimissi sunt ursi : qui, cum appropinquassent ad servos Dei, leones & leopardi in *a* eos impetum fecerunt, ita ut eos conciderent, ut a nullus ex eis vivus evaderet, & custodiebant Dei Sanctos. Tunc Sancti dixerunt Adriano : Mitte ad Italicum Comitem tuum una cum Sacerdotibus vestris, ut afferant ad nos Deum vestrum Saturnum, ut liberet nos ab istis feris; & cum viderimus nos liberatos, prostrati adoremus Deum. Tunc Orphetus Sacerdos, cum aliis sacerdotibus idolorum & Italico Comite, posuerunt Saturnum in medio ferarum, quibus Martyres dixerunt : Appropinquate Deum vestrum ad bestias, ut ex timore discedant à nobis. Tunc Orphetus levans Deum Saturnum, cum aliis sacerdotibus & Italico Comite, ad feras abierunt. Tunc feræ impetum facientes in eos, devoraverunt eos; & comedentes carnes eorum, nihil ex eis reliquerunt ; & acceperunt statuam Saturni, minutissime F conterentes.

Cum SS. Faustinus & Iovita à leonibus & leopardis illæsi,

& ab his Italicus Comes & Sacerdotes idolorum essent devorati;

2 Sancti vero Martyres stabant illæsi, glorificantes Deum excelsum: & ecce subito Aphra, uxor Italici Comitis, audiens à feris comestum esse virum suum, perrexit ad amphitheatrum, vociferans & dicens: O qualem Deum habes, Adriane, ut propter vestram perfidiam ego vidua remanserim ! Qualem Deum habes, qui te liberare non potuit ! Et cum hoc diceret, impetum fecit, & ingressa est, ubi stabant servi Dei qui in cælis est, volutans se ad pedes eorum, & dicens: *b* Rogo vos, ut detis mihi signum, ut in Deo credere possim. Stabat autem B. Afra cum omni fiducia inter feras ante conspectum Sanctorum ; Populi vero videntes eam inter feras, multi crediderunt & magnificabant Deum. Faustinus dixit : Vides, Adriane, fidem mulieris, quomodo stat in medio ferarum, & eam non tangunt ? Sacerdotes vero tui venerunt cum Deo tuo, & eâdem horâ devorati non comparuerunt. Adrianus dixit : Mulier, veni ad nos : multum enim tibi donare poterimus, & nobiliorem poteris accipere virum. Aphra dixit : Divitiæ tuæ tecum sint in perditionem cum diis tuis, cum quibus in damnatione peribis. Audi me, Adria-

S. Afra, uxor Italici, accurrit inter feras ad Sanctos

b

no,

A ne, ego non doleo tantum mortem viri mei, ſed doleo, quia in æternum mortuus eſt. Adrianus dixit: Exi foras, mulier, non poſſum te audire: nam, quantum video, gloriaris de morte viri tui. Aphra dixit: Vere tibi dico, quoniam gratulor de confuſione tua, quia nihil potuiſti ſanctis ſervis Dei facere: multa enim præſtat Salvator noſter ſperantibus in ſe, & eruit eos à damnatione & perſecutione adverſariorum. Nam Deus Saturnus, quem adorabas, & Sacerdotes ſuos, & ſe ipſum decepit. Ubi eſt ergo Deus tuus? qui ad liberandum venerat, ipſe deceptus eſt cum Sacerdotibus ſuis. Adrianus dixit: Exi foras, ne multum accenſus propter inſipientiam tuam lædi te faciam. Converſa igitur Aphra ad Sanctos Dei dixit: Subvenite mihi in hoc ſeculo, ut ad Deum confidenter valeam pervenire.

3 Tunc proſtrata in faciem ſuam dicebat: Domine Deus, aſpice ſuper me miſeram, & produc me
precibus ab illis fuſis ad gratiam tuam. Tunc ſancti ſervi Dei dixerunt: Domine Deus, aſpice ſuper fidem mulieris hujus, quæ ſe tibi ex toto corde tradit atque commendat: da ei gratiam tuam, ut mereatur accipere baptiſmum redemptionis animæ ſuæ, quate-
B nus diabolo reſiſtere poſſit. Extende etiam dexteram gloriæ tuæ ſuper oves perditas. Tunc B. Fauſtinus apprehendit dexteram Aphræ, & erexit eam à terra. Jovita dixit: Deus excelſe, qui reſpicis ſuper faciem terræ, da miſericordiam tuam ſuper virilem animum iſtius mulieris: ut firmetur in veritate tua, accipiens ſignaculum nominis tui, & illud digne conſervet. Et converſi dixerunt ad Adrianum: Mitte qui retrudat feras, quæ ſunt circa nos, ut exeamus foras. Adrianus dixit: Vere modo mitto ad vos, qui tollant vos de medio, quia tantam veſtram fallaciam audire non poſſum. Quique dixit miniſtris ſuis: Præparaſtis quod præcepi?
c Miniſtri dixerunt: Paratum eſt. Tunc *c* juſſit introduci in amphitheatrum quinquaginta tauros ſalſeratos, quorum magnitudo & furor magnus erat,
& ſigno Crucis tauris cicuribus factis, dantes mugitum ingenti voce, ita ut amphitheatrum pene moveretur, & ipſe Adrianus contremiſceret. Quibus venientibus obviantes ſancti Dei
inſultat Imperatori. Fauſtinus & Jovita ſignum Crucis fecerunt, & ſtatim tauri humiliaverunt ſe ad terram ante eorum pedes. Tunc B. Aphra dixit: Adriane, vides, quantum mihi Dominus donare dignatus eſt, ut inter
C feras cum orandi fiducia Chriſti aſtarem? Adrianus
& ſe habere ait Deum cæli propitium: dixit: Numquid ego te juſſi, ut ad feras deſcenderes? Aphra dixit: Non tua juſſione, ſed illius qui me elegit de veſtra iniquitate, ut dignam habeam in conſpectu ſuo & cum Sanctis ejus liberam voluntatem, & inter feras aſtarem. Adrianus dixit: Quam liberam voluntatem eſſe dicis? Aphra dixit: Qui Deum cæleſtem habet propitium, habet liberam voluntatem. Adrianus dixit: Jam tranſit hora ſexta, recipiat ſe unuſquiſque in domum ſuam. Ecce propter inſaniam Fauſtini & Jovitæ injuriam patior. Fauſtinus dixit: Mitte ad nos qui eruant nos à ferarum timore. Adrianus dixit: Si verus eſt Deus, quem colitis, exite liberi à feris.

4 Fauſtinus & Jovita dixerunt: Vide, Adriane, quid dixiſti: ſi videres gloriam Dei, crederes in Deum qui eſt in cælis? Adrianus dixit: Videam vos liberatos una cum Aphra, & dabo vobis veniam. Aphra dixit: Indulgentiam tuam, Adriane, ſervi Dei accipere nolunt, ſed vide quanta mirabilia oſtendit Deus per ſervos ſuos. Adrianus dixit: Si mea verba audieritis, eritis nobiliores in civitate Brixia. Audientes Sancti verba Adriani dixe-

runt: Vobis dicimus, ô feræ, ut exeatis foras civitatem, neminem tangentes: ſed & Dei ancillam EX LECTIONIBUS
Aphram vobiſcum ducite in deſertum, ut agnoſcat, Deum eſſe in cælis, quo ad uſque viſitet nos Deus
accepta benedictione cum feris abit in deſertum: & ipſam. Tunc feræ miſerunt Aphram in medio ſui, & dixit Aphra: Benedicite me ſervi Dei una cum his fratribus meis, & benedictio veſtra maneat nobiſcum in deſerto. Inclinans caput ſuum Aphra cum feris, & benedicti à Sanctis Dei abierunt in deſertum. Videntibus populis feræ egreſſæ ſunt, tauri vero [remanſerunt], reſpicientes quid eis Sancti Dei juberent. Convertentes ſe ſervi Dei ad tauros dixerunt: Vobis dicimus, qui veniſtis ad nos cum grandi ira, & juſſu Dei facti eſtis ſicut agni, ſubſequimini poſt feras, ut videant oculi Adriani, & confundantur cum omnibus qui obediunt ei. Audientes tauri præceptum eorum, dimiſſo capite uſque ad terram, feras ſequebantur. Mittit Adrianus ſuos miniſtros, ut comprehenderent tauros: & facti ſunt tauri velut tempeſtas valida ſuper miniſtros, ita ut Liberius Conſiliarius Italici Comitis cum miniſtris vitam finierint. Tauri vero abierunt, cum feris & Aphra ancilla Dei, ad eremum *d*. Cumque multa tormenta ſuſtinuiſſent d
Sancti Dei in civitate Brixia, ligati ducti ſunt ad E
civitatem Mediolanenſem. Poſiti vero inter tigres *& ab iiſdem reducta ad Sanctos* & urſos, & memores ancillæ Dei Aphræ, dixerunt ad eos: Audite oves Dei: ite per loca deſerta, quærentes leones & leopardos, ſed & ancillam Dei Aphram: jungite vos ad ipſos, eam diligenter cuſtodientes. Et ea die, qua Dominus vos viſitaverit, cum ipſis ad nos venite. Tigrides vero, oſculantes pedes Sanctorum, exierunt perambulantes loca deſerta, donec invenerunt B. Aphram; & cum feris ſimiliter commorantes, ancillam Dei cuſtodierunt.

5 Sancti vero Dei Fauſtinus & Jovita, per diverſa diſtracti loca, cum Adriano venerunt ad urbem Romam; ad quos præcepit Adrianus beſtias ſæviſſimas in locum arenarum dimitti, videlicet leones, urſos, tigres, & leopardos: qui venientes corruerunt ante conſpectum Martyrum coram omni populo. Tunc factus eſt ſonus magnus, & portæ arenæ apertæ ſunt, & ecce ſubito introierunt feræ, quas ſancti Dei una cum Aphra ancil- *cum iiſque Romam ingreſſa,*
la Dei ad eremum pergere juſſerunt. Factum eſt F
in die illa, ut ipſa proſtrata ante pedes Sanctorum clamaret; Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Omnes autem mirabantur, quod beata Aphra cum feris in medium arenæ ingreſſa fuiſſet. Elevans autem vocem ſuam dixit; Quid miramini cives Romani, quod ego inter feras aſſiſto? O quanta & qualia ego nuntiabo vobis, ut credatis veritati, & non mendacio, ut detur vobis à ſummo Deo indulgentia peccatorum. Tunc ſancti Dei Martyres dixerunt Adriano: Cognoſcis Aphram, quæ contempſit vitam Italici Comitis viri ſui? quam te jam pro nihilo habet in iſto ſeculo cum deliciis tuis, quæ noluit credere in Deos tuos, in quibus non eſt ſalus. Adrianus dixit: Quantam magam video factam Aphram? quam in civitate Brixia ad feras damnaveram, nunc Romam ingreſſa eſt cum ipſis feris. Hæc verba dicens timebat tumultum populi valde. Tunc populi una voce dixerunt: Vere magnus eſt Deus ſolus, quem iſti viri prædicant, & annuntiant eum eſſe venturum. Erat enim clamor magnus credentium in Deum. Tunc ſanctis Fauſtinu & Jovita ad feras, quæ cum Aphra ancilla Dei venerant, ita dixerunt: Juſſu Domini interficite feras, quas ad nos devorandos miſit Adrianus. Tunc audientes feræ, quæ cum

EX LECTIONIBUS.

Afra erant, venerunt ad præceptum Martyrum, & ſub momento omnes feras, quas Adrianus dimiſerat, interfecerunt, ut ex eis nulla penitus remaneret. Juſſerunt autem Sancti feris, ut recederent neminem tangentes: quod fecerunt.

venit in Catacumbas, e

6 Sancti vero Dei ſecundum verbum Domini abierunt cum Calimerio, & Afra ancilla Chriſti: & venerunt ad locum qui dicitur Catacumbas, & ibi invenerunt Beatum *e* Linum Epiſcopum, qui & ipſe latitabat inter ſepulchra Martyrum propter metum Paganorum. Et cum inveniſſent eum, clamaverunt dicentes; Benedictio Dei cum Spiritu tuo. Beatus vero Linus clamavit eis dicens: Venite benedicti Angeli Dei, quoniam in vobis requievit Salvator noſter, qui eſt deſiderium veſtrum: deditque eis pacem. Dixerunt autem Beati Martyres Dei: Miſit nos Dominus, ut Calimerium ordines Epiſcopum, & dirigas eum in civitatem Mediolanenſem, & ancilla Dei Afra baptiſmum conſequatur, ita ut eodem eum comitetur. Audienſque hoc beatus Linus, gaudio repletus, fecit ſicut Martyres dixerunt. Et cum ordinaſſet Calimerium Epiſcopum, & beatiſſimam Dei famulam Aſram baptizaſſet, dixerunt ſibi invicem vale, & profecti ſunt. Tunc Beati Martyres benedixerunt Altiſſimum, quoniam Calimerium ad oves diſperſas Dominus direxiſſet, & quod baptiſmum Afra percepiſſet. Martyres Dei diverſis & variis afflictionibus contriti, regreſſi ſunt ad civitatem Brixiam, & inde profecti ſunt ad urbem Mediolanenſem; ut qui ab eis Sacramenta acceperant, verbo Domini firmarentur: & aſſumentes ſecum ancillam Dei Aſram, cum ipſa iterum Brixiam redierunt.

ubi à Pontifice baptizata,

Brixiamque reverſa,

B

7 Audientes vero populi, quod ſancti Martyres cum ancilla Dei Afra reverterentur, abierunt cum *f* B. Apollonio ad flumen, quod dicitur *g* Mella: ibique expectantes eos pſallebant diverſis modis. Et ecce ſubito factus eſt in eodem loco odor ſuaviſſimus, & continuo Sancti cum B. Afra advenerunt ſedentes in vehiculo. Sanctus vero Apollonius expanſis manibus ad cælum. dixit: Domine dominus univerſæ creaturæ, gratias agimus tibi. Beati autem Martyres ſalutaverunt populum cum turba pſallentium: & Afra Beata, & ſancti Dei Martyres ingreſſi ſunt civitatem. Aurelianus vero repletus inſania, juſſit eos ſibi præſentari, quibus dixit: Adhuc perſeveratis in fallacia veſtra. Ecce modo cognoſcetis ubi ſit Deus veſter, cum juſſero vos interfici.

f

g

honorifice excipitur:

C

8 Tunc Martyres dixerunt: Convertere, teterrime tentator, quid moraris? Accede, & quod pater tuus diabolus imperat celerius fac, nos enim parati ſumus mori pro nomine Domini noſtri. Tunc præcepit Aurelianus ipſos una cum B. Afra ancilla Chriſti, & omnes, qui eorum doctrinam ſunt ſecuti, gladio interire. Milites autem duxerunt eos foras civitatem, in via *h* Cremonenſi, ibique genibus poſitis gladiatores ampuraverunt capita Sanctorum. Afra vero gladiis *i* ſpiculatorum in capite percuſſa, ſuum Martyriũ in via Cremonenſi feliciter conſummavit, ſui ſequens veſtigia Salvatoris.

capite plexa martyrium conſummat:

h

i

9 Paſſa eſt autem B. Afra ſub Aureliano Principe, temporibus Adriani Imperatoris, cujus corpus cum multa reverentia multisq; aromatibus, coruſcantibuſque miraculis, juxta dictam viam Cremonenſem, in una Arca lapidea, in Baſilica videlicet non longe ab ipſa civitate, in honore Sanctorum Martyrum conſtructa *k*, requieſcit: cujus feſtum celebrat Mater Eccleſia nono Kalendas Junii. Rogemus ergo devotiſſime, Fratres dilectiſſimi, beatiſſimam Aſram Chriſti Martyrem, ut qui ejus meremur votiva celebrare ſolennia, ejus apud Dominum patrocinia ſentiamus. Præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

depoſita in arca lapidea in eccleſia SS. Fauſtini & Iovitæ.

k

D

ANNOTATA.

a *Vita* 1 *SS. Fauſtini & Iovitæ*, in ipſos miniſtros.

b *Vita* 2. Obſecro vos, æterni offenſores luminis, ut dignemini mihi inſinuare, quemadmodum in Chriſtum certius credere poſſim. At illi videntes ejus conſtantiam, ovantes ſacris eam imbuerunt doctrinis, ut uni ſoli Domino cæli terræque conditori, mundo corde caſtoque amore impenderet famulatum, integritatemque fidei illibatam totis viribus conſervaret.

c *Eadem Vita* 2, ait miniſtris: Adducite mihi tauros indomitos, *non expreſſo numero. At Martinengus etiam* quinquaginta tauros *habet fuiſſe: unde autem & quomodo dicantur tauri* Salſerati, *non capio.*

d *Addit Martinengus:* Ubi vitam ſolitariam peregit in continua oratione & jejunio, *locum autem deſcribit in montanis, urbem à ſeptentrione cingentibus, ubi fontem invenerit lympidum, & cryptam receſſui ejuſmodi aptam. Et quamvis non omnino rejiciat quæ hic dicuntur de feratum comitatu & obſequio: longe tamen veroſimilius eſſe putat, quod Afra egreſſa de theatro, domui ſuæ diſpoſuerit, famulitium dimiſerit, ſubſtantiam diſpartierit, atque ita demum adierit ſolitudinem, unde identidem redierit, inſtructionis primum, deinde Baptiſmi à S. Apollonio Epiſcopo ſuſcipiendi ſacrorumque myſteriorum cauſa.*

e *Magnum hic* ζφάλμα *eſt. Nullus tunc Linus Papa Romanus erat; pro quo Martinengus* Evariſtum *ſcripſit, ſed is ſub Trajano anno* 108 *mortuus eſt. In Vita* 2 *Fauſtini & Iovitæ num.* 18 *eadem referuntur, &* Teleſphorus *habetur, uti & in Vita S. Calimeri* 31 *Iulii. Conſule quæ in Diatriba de Veteribus Pontificibus ante tomum* 1 *Aprilis in Teleſphoro diximus.*

f S. Apollonius *Epiſcopus Brixienſis colitur* 7 *Iulii. Huic multo veroſimilius tribuitur baptiſmus S. Afræ, quam Romano Pontifici in Vita* 2 *Martyrũ: quam tamen ſequens Martinengus, iter illud Romanum Afræ, una cum ferarum aſſectantium comitatu miraculoſo, mavult ornandæ dumtaxat hiſtoriæ cauſa excogitatum credere: quod utinam non etiam ipſis SS. Fauſtini & Iovitæ Actis acciderit!*

g Mella *flumen latus urbis Brixiæ occidentale alluit, & venientibus Roma, quam Brixia ad meridiem reſpicit, ſecundum ſiniſtram illius ripam tenendum iter ad urbem eſt, poſt quam tranſiverint Olium flumen, cui ſe Mella immergit* 20 p. m. *infra civitatem.*

h Cremona, *Breſciæ proxima verſus meridiem, ſolis* 30 p. m. *abeſt.*

i *Ferrarius in ſuo Catalogo Sanctorum Italiæ ita mortem exponit:* Aurelianus Præfectus, Roma Brixiam adventans, illam comprehendi carcerique includi jubet: ubi diu afflicta, variiſque tormentis excruciata, ut ad idolorum cultum rediret; tandem victrix educta, juſſu impii Præfecti, populo inſpectante, decapitata eſt IX Kalendas Junii. *Martinengus eorum ſententiam proponit, qui cum SS. Fauſtino & Iovita fuiſſe paſſam Sanctam dicunt, eodem die & anno quo ipſi: & de anno quidem veroſimilius eſſe cenſet, diem mavult credere hunc eſſe quo colitur.*

k *Martinenghus primam corporis una cum arca tranſlationem in hanc Baſilicam adſcribit anno* 246: *variis deinde occaſionibus loco motam arcam eſſe præſumit; duas tamen ſolas allegat, quarum memoria extet; videlicet anno* 1448, *quando poſt oſtenſionem ſacri corporis repoſita illa eſt in capella eccleſiæ ſeptemtrionali, ſuffulta figuris animalium ſubſtratorum præſertim leonum, qui ſolent Sanctæ etiam in picturis adjungi, ſculptura tamen antiqua ac rudi; & addit, eo quo ſcribebat tempore, ſcilicet ſub annum* 1602, *ſuperfuiſſe qui dicerent, ſe ipſam arcam ſic locatam vidiſſe*

E

F

A *vidisse sæpius; quin & scripto veteri consignatam ait memoriam hujus Translationis, quam mirum sit à Fayno inventam non fuisse. Addebant illi integrum etiam se corpus conspexisse, indutum vestibus, fracidis illis tunc quidem, sed apparentibus velut quæ olim pretiosæ fuerint. Alterius Translationis, factæ anno* 1580, *jam supra indicium dedimus; postrema autem omnium facta est hoc seculo, de qua anno* 1602 *adhuc facienda etiam diximus ex Martinengho.* D

DE SS. ZEBELLO, SERVULO, ET SECUNDINO,

MARTYRIBVS IN ISTRIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. G. H.

De cultu antiquo & recentioribus Actis.

AN. CCCXXXIV. *QVatuor antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa auspicantur ab his Sanctis hunc diem, & Corbeiense Parisiis excusum his verbis:* In Istria natalis Sanctorum Zebelli, Servuli, Secundini. *Memoria in antiquis Fastis, Desideratur ultimus in tribus aliis apographis, & loco* Zebelli *in Epternacensi est* Zoili: *quod nomen inter Sanctos Syros infra recensendos bis reperitur: & plures ex illis Syris attribuuntur Istriæ ab Adone, Notkero, & aliis recentioribus cum hodierno Martyrologio Romano: de quibus Lector poteret commodius judicare, ubi*

B *singulos Sanctos ex antiquioribus monumentis sejunxerimus. Ms. antiquum Corbeiense necdum excusum, teste Luca Dacherio qui nobis illud submisit, ante annos octingentos conscriptum, ista habet:* In Histria natalis SS. Zebelli, Servuli. *Mss. Casinense & Altempsianum:* In Asiâ (*imo* Istriâ) SS. Zebelli, Servuli. *Ms. Trevirense S. Maximini, parvum sed antiquum, omissa palæstra ista habet:* Natalis SS. Zebelli, Servuli & Vincentii. *Sed hic in Portu Romano martyrium complevit.*

Tergesti natus & occisus S. Servulus. 2 *Est autem* Istria *sive* Histria *Latinis Græcisque scriptoribus satis nota, ac nomen etiamnum servat, ultima Italiæ regio, Illyrico & Germaniæ vicina ubi inter urbes maritimas satis eminet cum titulo Episcopali Tergestum, sub dominio Austriacorum; colitque hoc die* S. Servulum Martyrem, *civem suum, cujus sacrum corpus etiamnum istic adservatur. Acta vitæ & martyrii extant ibidem Italice conscripta, quæ ex monumentis Tergestinis eruit Andreas Lazarus Societatis nostræ Sacerdos, cujus humanitatem Ferrariæ experti fuimus anno* MDCLX. *Is nobis dicta Acta Italica & à se Latine reddita transmisit: quæ hic damus, collata cum iis, quæ aliquanto contractius edidit Petrus de Natalibus, Episcopus Equilinus, in Marchia Tarvisina Istriæ satis vicina, lib.* 5 *Catalogi cap.* 36.

C 3 *Hunc solum celebrant Mss. Richenoviense & Rhinoviense his verbis:* In Istria servuli. *Eumdem, sed palæstra omissa, primo loco referunt Mss. Augustanum S. Vdalrici & Parisiense Labbæi. In Ecclesia Patriarchali & diœcesi Venetiarum colitur officio Ecclesiastico sub ritu semiduplici. Galesinius ex Tabulis Ecclesiæ Tergestinæ & Ms. codice hoc ei elogium concinnavit:* Tergesti S. Servuli Martyris. Hic nobili genere natus, à primis annis Christi disciplinæ deditus, annum duodecimum agens, eremiticæ vitæ genus amplexus, sanctimonia & miraculis floruit. Cujus fama pervagata Junilii Præsidis jussu, Numeriano Imperatore, in vincula conjectus, ad idolorum superstitionem adigitur: à quo prorsus alienus, primo nervis cæsus, post equuleo tortus, tum unguis excarnificatus, deinde oleo ferventi delibutus, demum jugulatus, in omni cruciatu atque in nece germanam perpetuæ suæ erga Deum pietatis probationem divina cælestique virtute declaravit. *Hæc ibi. Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, ex monumentis Ecclesiæ Tergestinæ & Petro de Natalibus, aliquanto majus formavit encomium. Aliquod etiam habet Canisius in Martyrologio Germanico. Regnavit Numerianus cum fratre suo Carino, ab obitu Cari patris, anno* CCLXXXIII *occisi; & ipse anno sequenti interemptus successorem habuit Diocletianum. Proinde expungendus fuit, ad calcem acto-*

ejusdē peculiaris veneratio. *rum adscriptus,* Salutis humanæ annus CCLXXXVIII.

4 *Testatur autem prælaudatus P. Andreas Lazarus, corpus ejusdem sancti Martyris adhuc in veneratione esse. corpus & spelunca. aque ac speluncam ejus nomine dictam & à se visam. Ex litteris præterea Illustriss. Episcopi Petinensis D. Danielis Raunach, ad Carniolia Archidiaconum Ioannem Ludovicum Schonlebium anno* MDCLXXV *directis, intelligimus; in finibus Istriæ, qua Carniolam Carsumque attingunt, haud procul à Tergesto, esse* Jurisdictionem S. Servuli *nuncupatam, eo haud dubie loco ubi Topographicæ mappæ nobis exhibent castrum Italice* San-Servo, *Germanice* Sint-Serf *dictum; abbreviate scilicet pro* Servulo, *cui verosimiliter dedicata sit ecclesia loci, ut Patrono. Atque hic forte prædicta ejus spelunca est, in qua dicitur eremiticum vitam egisse.* E

ACTA VITÆ ET MARTYRII.

Ex Ms. Tergestino Italico.

Latine reddita ab Andrea Lazaro S. I.

SErvulus, Tergestinæ urbis elegantissimæ formæ puer, unicus parentum suorum filius fuit: à quibus Christianæ fidei dogmata cum optime jam inde *Puer in speluncam secedit,* à primis annis imbibisset, divina officia magna cum pietate in Christianorum ecclesia frequentabat. Duodecimum vix agebat annum, cum quadam die inter orandum vocem quamdam è cælo ita se alloquentem audivit: O Servule, famule Christi, jam exaudita est oratio tua; & si gratiam aliquam à Domino petieris, obtinebis. Quibus auditis Servulus, recolens memoriâ suâ illa Christi Domini verba, Qui nō F reliquerit patrem & matrem non potest meus esse discipulus; statim relictis parentibus exiit è civitate, & in quadam spelunca, non multum Tergeste dissita, quæ in hanc usque diem, S. Servuli Crypta appellatur, aliquamdiu delituit. Cum autem à parentibus & propinquis diligenter perquisitus frustra fuisset, fletus magnus ob tanti pueri jacturam factus est ab illis. Jamque novem mensibus supra unum annum ibidem latuerat Servulus. quando iterum è cælo vocem, quæ ut ad suos rediret parentes hortabatur, audivit. Cui respondit puer: O Domine Jesu Christe, qui in cælis habitas, ecce obedire paratus sum: sed rogo te quantum possum, ne unquam gratia tua me derelinquat, quia spes mea & adjutorium meum tu solus es.

2 Cum igitur, domum rediturus, vix in vicinum *revertens in paternam domum serpentem flatu necat.* speluncæ agrum ascendisset, factus est illi obviam ingentis magnitudinis draco: quo viso Servulus primo intuitu prorsus expavit, sed sumpto animo & à Domino confortatus, muniens se primo sanctæ Crucis signo, deinde serpentis faciem insufflans, eum repente mortuum, duasque in partes non sine maximo stupore discissum vidit: pro quo insigni miraculo gratiis Domino redditis, iter suum perrexit ad do-

EX ITAL. mum & parentes reviſendos. Explicatu facile non eſt, quanta cum animi lætitia acceptus fuit puer, qui cum iiſdem ea quæ admiranda ſibi acciderant, de dracone interfecto, de divina voce ſibi collocuta, in ſancta ſimplicitate ingenuoque animi candore enarraſſet, magnam ſui expectationem apud omnes conciiavit, qui propterea ſæpe illud uſurpare ſolebant: Quis putas puer iſte erit, etenim manus Domini cum illo eſt? Poſt aliquot dies Eulogius Servuli pater mortuus eſt, quare in matris viduæ & reliquæ familiæ ſolatium puer remanſit.

energumenū liberat,

3 Erat in civitate tunc temporis quidam energumenus, à dæmone diverſimode divexatus, qui ſæpe contenta voce patrem ſuum rogabat, ut ſe ad ſervum Chriſti, nomine Servulum, ducere ne moraretur: ſtatim enim ac ipſum videro (dicere ſolebat) ſalvus ero. Nullam plane Servuli notitiam energumeni hujus pater habebat: ſed cum & ipſe & conſanguinei, præmiſſa diligenti perquiſitione, tandem Dei ſervum inveniſſent; ad ejuſdem pedes advolutus rogavit enixe afflictus pater, ut filium ſuum acriter à diabolo vexatum liberare ne gravaretur. Cui Servulus: Si in Dominum noſtrum Chriſtum Jeſum toto corde credideris, filium tuum ſanum & liberum videbis, quoniam ſic credenti omnia poſſibilia ſunt. Credo, reſpondit hic, ſi filium meum ſanum videro. Cum igitur domum arreptitii introiiſſent, actutum ſervum Dei Servulum vidit diabolus, turbatus eſt valde; cœpitque diverſimode infelicem energumenum divexare, ad terram illum ſternendo, & magno cum fremitu dentium ſpumas evomendo. Tum Servulus, ſigno ſe Crucis muniens in fronte, poſitiſque ſuper caput languentis pueri manibus, cum jurgiis imperavit dæmoni, ut in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti ab illo corpore recederet, ſine ulla ſpe eodem redeundi. Dictum factum. Receſſit malignus ſpiritus, puer autem infirmus illico erexit ſe ſtans, & laudans nomen Domini Jeſu Chriſti, in cujus virtute liberatum ſe à tam ingenti moleſtia faſſus eſt: multique alii, viſo tanto miraculo, in Dominum crediderunt, & Chriſtianam fidem amplexi ſunt.

B

febrientem ſanat,

4 Matrona quædam pernobilis, Fulgentia nomine, filium habebat unicum, qui diuturna febre correptus à nullo unquam medico curari potuit. Quare cum S. Servuli curationum gratiam ad ejuſdem matronæ aures fama detuliſſet, convênit illa ſervum Dei, qui tot mirabiles patrabat effectus, rogans eum enixe & cum lacrymis, ut filium ſuum ſanitate donaret. Qua petitione audita Servulus: Non ego, inquit, ô Domina, non ego, ſed Domini Jeſu Chriſti virtus hæc mirabilia, quæ audiſti, operata eſt. Cumque paulo poſt ad infirmi domum ſe contuliſſet, rogavit Dominum Deum dicens: Domine Jeſu Chriſte, qui liberaſti ſocrum Simonis quæ tenebatur magnis febribus, liberare etiam ne tardes rogo te, Domine, innocentem hunc puerum, ut hinc pateat, te ſalvos facere quicumque ad tuam confugiunt miſericordiam & bonitatem. Et hæc dicens arripuit manum pueri: cumque illum è terra ſublevaſſet, matri ſanum, omnium circumſtantium ſumma cum admiratione, reſtituit. Ex quo miraculo factum eſt, ut & Fulgentia ipſa mater pueri, & tota ejus familia in unum Deum verum crediderint, ejuſque fidem & religionem deinceps profeſſi ſint.

C

ex lapſu moribundū ſervat,

5 Quidam faber murarius, nomine. Didimus, dum aliquando fabricæ cuidam ſuam attento animo navaret operam, ex ejus ſummitate, locoque valde edito in terram decidit. Accurrunt uxor & filii, qui eum ſemimortuum linteo involutum obtulerunt Servulo, qui ipſum ſanaret. Caſum Dei ſervus miſeratus, ex corde oravit ad Dominum dicens: Ne permittas, Domine Jeſu, infenſiſſimam humani generis hoſtem contra hunc miſerum hominem prævalere, quem præcipitem dedit, ut opus manuum tuarum impediret. Et cum hęc dixiſſet, apprehendit per manum infirmum, qui propemodum animam agebat: & in virtute Domini Jeſu, imperavit illi ut ſtatim exurgeret, & ſanus eſſet: ſicque confeſtim redditus eſt ægro priſtinus vigor; atque integræ vires, ingenti omnium ſtupore, reſtitutæ ſunt. Longum eſſet recenſere admirabiles hujuſcemodi effectus, quos ſanctus Dei ſervus indies perpetrabat, ex quibus multi ad Chriſti fidem convertebantur, quos ſilentio præterimus, ut ad majora veniamus.

D

Coram Præſide fidem profeſſus,

6 Præſidis officium in civitate Tergeſti tunc temporis exercebat Junillus quidam, qui nomine Numeriani Imperatoris edictum promulgaverat, ut quilibet Chriſtianus qui diverſis Idolis ſacrificium offerre renuiſſet, variis cruciatibus pœnas exolveret. Cum igitur idem Præſes admiranda hæc quæ Servulus operabatur, qualem populi accurſum haberet, quomodo Paganorum ſuperſtitiones ſummo cum Deorum dedecore peſſumdarentur, inaudiviſſet; Ataulfo Vicario hoc mandavit, ut captum Servulum ad ſe ſtatim ducendum curaret: quod nulla interpoſita mora præſtitum eſt. Sicque Innocentem reum excepit ſuperbiſſimus Præſes: Tune igitur es ille nequiſſimus hominum, qui magicis artibus populo imponens mirabilia facis, ſicque rudiorem & credulam multitudinem à Deorum immortalium cultu avertere ſtudes? Cumque aliquamdiu reſponſum expectaſſet Præſes, ſic tandem Servulus contra os loquentis iniqua oblocutus eſt: Pudet enimvero me, tecum loqui, ô hominum inſipientiſſime, qui res à me admirabiliter geſtas in nomine & virtute Jeſu Chriſti veri Dei, magicis adſcribis artibus, quo quid quæſo inſipientius dici aut excogitari poteſt?

E

ac varię cruciatus,

7 Ad hæc Præſes ira exæſtuans, ſanctum juvenem nervis acriter vapulare juſſit, dicens, Artes tuæ magicæ alios ſuperaverunt, at me utique non ſuperabunt. Cumque ſanctus Martyr eſſet in tormentis, voce magna ad Dominum clamavit dicens: O Domine Ieſu Chriſte, gratias tibi ago, qui gratiam mihi largiri dignatus es, ut pro ſancto nomine tuo aliquid patiar. Sique iniquus iſte judex, filius perditionis, aliis me tormentorum generibus cruciare tentaverit, ea libentiſſime perferam; nec timebo mala, quoniam tu mecum es. Cumque in hanc eamdem rem prolixius, maxima cum conſtantia atque animi magnitudine, locutus fuiſſet; juſſit eum Iudex in equuleo torqueri, ac ferreis unguibus dilaniari. Quibus in cruciatibus, Martyr Chriſti invictus dicebat ad Tyrannum, non ſolum ejus tormenta ſe non perhorreſcere, ſed potius iis ſummopere delectari, & in gaudio ſe eſſe per gratiam Domini Ieſu Chriſti. Quo audito Iunillus, juſſit eum ab equuleo prius fortiter diſtractum, oleo ferventi perfundi. Quod dum fieret, Nunc enimvero, ait ſanctus Martyr, refrigerium ſummum mihi dediſti: imo non tu, ſed Dominus Deus meus, qui de omnibus tribulationibus meis eripit me.

F

& fruſtra perfuſus loquitur,

8 Tantam in perferendis cruciatibus conſtantiam omnes Præſidis Conſiliarii cum vidiſſent, Ridebit (inquiunt) nequam iſte magus, & diabolicis incantationibus plenus, tormenta quælibet, floccique illa ducet; proinde jube illum totum lotio bene perfundi; tunc enimvero videbis magicas artes locum illico daturas, alioquin tempus fruſtra teritur. Quod impiorum conſilium cum executioni mandatum eſſet, adſtantes omnes repentino quodam ſuaviſſimo odore, tamquam pretioſi balſami aut pigmentarii pulveris, ita ſunt perfuſi, ut maximam in admirationem rapti, cœperint plurimum eorum contentis & repetitis vocibus dicere: Magnus vere eſt Deus Chriſtianorum. Captum ſe vidit iniquiſſimus Præſes, & pudore

A pudore æque ſuffuſus ac rabie correptus, Servulum jugulari imperavit, ſicuti factum eſt juxta conſuetudinem extra muros civitatis. Quod cum cognoviſſet Clementia, ſancti Martyris mater, magno cum comitatu eorum omnium qui in Chriſtum propter viſa miracula crediderant, noctu eo loci venit: quæ cæleſti lætitia perfuſa, uberrimis lacrymis dilecti filii corpus iterum atque iterum exoſculata, ſepulturæ D mandavit. Sicque beatiſſimus Chriſti Martyr Servulus martyrio coronatus eſt, ſub Numeriano Imperatore, XXIV Maji.

jugulatur ſub Numeriano.

DE SANCTIS FRATRIBVS MARTYRIBVS

DONATIANO ET ROGATIANO,

NANNETIBVS IN BRITANNIA ARMORICA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. G. H.

De eorum Actis, cultu, reliquiis, & eccleſiis.

SUB DIOCLETIANO

NAnnetes *populi & urbs Galliæ antiqua, atque etiamnum emporium celebre & amplum ad Ligerim fluvium, quindecim ab ea leucis ſe in Oceanum exonerantem*; civitas Nannetum *in Notitia Imperii*, & B urbs Nannetica *Gregorio Turonenſi dicta, in parte Auſtralis Armoricæ, ſive Britanniæ minoris ſita eſt, Epiſcopalis ſub Turonenſi metropoli. Quibus temporibus octo primi Epiſcopi dictæ Eccleſiæ præfuerint, non ſatis conſtat: putantur S. Clarus, & Ennius primo Chriſti ſeculo floruiſſe, & tertius S. Similianus ſub Diocletiano. Fidem certo ibidem Chriſtianam, ſub ethnicis Imperatoribus fuiſſe plantatam, docemur ex martyrio* SS. Donatiani & Rogatiani fratrum; *quorum prior baptizatus fuerat, quod alteri non contigit ob Sacerdotis, forte Similiani in perſecutione fugitivi abſentiam. Acta martyrii eorum damus ex codicibus Mss. Trevirenſi Imperialis monaſterii S. Maximini, & altero noſtro Legendario illuſtri, cujus jam ſæpius fecimus mentionem: contulimus autem ea cum editis à Laurentio Surio, qui agnoſcit ea* conſcripta graviter *eſſe. Aliqua eorumdem compendia leguntur apud Boninum Mombritium & alios recentiores, tum etiam in Ms. Vltrajectino Eccleſiæ S. Salvatoris, ac potiſſimum in Officiis propriis urbis & diœceſis Nannetenſis anno* MDCXXIII *excuſis: in quibus præſcribitur ſolennis horum fratrum celebritas, ſub ritu duplici primæ claſſis per Octavam continuanda, & tam Hymni quam Reſponſoria & Antiphonæ deſumuntur ex hiſtoria paſſionis: hic autẽ dies* XXIV *Maji tantâ per totam diœceſin devotione ad honorem horum Martyrum celebratur, ut nulli liceat ullum ſervile opus in eo exercere. Aliquod etiam Vitæ compendium legitur in Officiis propriis diœceſis Meldenſis & Rhedonenſis, ubi ſub ritu Semiduplici idem feſtum celebratur, quod idem de reliquis Britanniæ diœceſibus, quæ univerſim novem ſunt, affirmat Albertus le Grand in ſua de Sanctis Britanniæ Armoricæ hiſtoriâ, poſt Acta Gallice reddita & explicata.*

Tempus martyrii.

Acta paſſionis:

cultus ſolennis, C

6 *Idem ſubjungit, ipſorum* Sanctorum Donatiani & Rogatiani *corpora fuiſſe ab ethnicis relicta, avibuſque & feris beſtiis in prædam expoſita, ſed à piis Chriſtianis collecta & terræ mandata haud procul à loco, in quo compleverant martyrium: ubi poſt libertatem Chriſtianæ religioni conceſſam, conſtructum ſit illuſtre mauſolæum, illorumque Reliquiæ in eo collocatæ; & ad pedes ſepulti, Nunechius decimus Epiſcopus qui anno* CCCCLXV *Venetenſi Concilio adfuerat; & Karmundus ejus ſucceſſor, circa annum* CCCCXCII *defunctus: hujus vero parentes, homines divites ac opulentos, præclaram eccleſiam ibidem ad dictorum Martyrum venerationem erexiſſe, conferentibus etiam ſumptum Judæis, quos Karmundus plures converterat. Pertinuit aliquando hæc eccleſia ad monachos Burgidolenſes in Biturigibus: ſed ab iis circa ſeculi* XI *finem reſtituta eſt* Canonicis Nannetenſibus, *& modo titulum habet eccleſiæ parochialis. At ſacræ ipſorum ſanctorum Reliquiæ delatæ ſunt ad Eccleſiam Cathedralem, ubi ſeorſim cranium* S. Donatiani, *& ſeorſim os tibiæ ejus adſervantur, incluſa argenteo capiti, atque argenteæ tibiæ: reliqua vero ejus oſſa, decenter velo rubro involuta, teguntur capsâ ligneâ extrinſecus inauratâ: quo etiam modo ſacra* Rogatiani *oſſa ſimili velo rubro involuta, adſervantur in ſimili capsâ ligneâ inauratâ.*

ſepulturæ,

eccleſiæ,

Reliquiæ in Cathedrali.

E

3 *Gregorius Turonenſis de Gloria Martyrum cap* 60, *titulum proponit* de Rogatiano & Domitiano Martyribus, *& dein iſta narrat:* Apud urbem Nanneticam duo ſunt Martyres, pro Chriſti nomine jugulati: quorum unus Rogatianus, alter Donatianus eſt vocitatus. Habetur ibi etiam & Similinus magnus Confeſſor. Igitur cum ſupradicta civitas tempore Chlodovechi Regis barbaricâ vallaretur obſidione, & jam ſexaginta dies in hac ærumna fluxiſſent, media fere nocte apparuerunt populis viri cum albis veſtibus, radiantibus cereis, à baſilica beatorum Martyrum egredi: & ecce alius chorus huic ſimillis de baſilica procedere Antiſtitis Similini. Cumque conjungentes ſe, data ſalutatione orationi incubuiſſent; receſſerunt unuſquiſque ad locum unde progreſſus fuerat: ac protinus omnis phalanga hoſtilis, immenſo pavore exterrita, ita ſubito impetu à loco diſceſſit, ut factâ luce nullus ex his reperiri poſſet. Apparuit ante dicta viſio Chilloni cuidam, qui tunc huic exercitui præerat, qui necdum erat ex aqua & Spiritu ſancto renatus: qui ſtatim compunctus corde, converſus ad Dominum, iteratâ nativitate progenitus, Chriſtum eſſe filium Dei vivi clara voce teſtatus eſt. F *Hac Gregorius Turonenſis ſeculo Chriſti ſexto. Colitur S. Similinus ſive Similianus* XVI *Iunii.*

urbs Nannetenſis ab obſidione liberata.

4 *Addit Albertus prælaudatus, quod* Joannes Dux Britanniæ, Conqueſtor dictus, eorumdem Sanctorum frequens auxilium expertus contra Carolum Bleſenſem & Francos *(fuit hoc ante finem ſeculi* XIV) in ſuburbio *S. Clementis dicto aliam iis eccleſiam fundarit, cum ſex Canonicis ad divini Officii quotidianum cultum, pro quibus Dux Franciſcus ejus nominis primus totidem Carthuſianos ſubſtituit, addito inſigni ad eorum habitationem monaſterio ſub annum* MCCCCXXXXV. *Iuxta hoc monaſterium videntur hodieque cruces lignea duæ, ad alteram viæ ſilicibus conſtratæ partem, ubi Sancti dicuntur genua flexiſſe, ſub ictu gladii conſiſtentes. Memoria eorumdem inſcripta eſt quatuor antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis his verbis ad hunc* XXIV *Maji*: In Gallia, civitate Nannetis SS. Rogatiani, Donatiani, germanorum. *Quæ fere eadem leguntur apud Rabanum, Adonem, & in variis Mss. Plura ex Actis martyrii adjungens Vſuardus*, In Gallia, *inquit*, civitate Nannetis, beatorum Martyrum Donatiani & Rogatiani fratrum, qui pro conſtantia fidei in carcerem miſſi, & in eculei cataſtâ ſuſpenſi ac laniati, deinde lanceâ militari

aliæ eorum eccleſiæ in ſuburbio.

Memoria in faſtis ſacris.

militari perfossi, noviſſime capita eorum præciſa ſunt.

Similia aut etiam plura habent Notkerus, Bellinus, Maurolycus, Sauſſajus. & alii recentiores cum hodierno Martyrologio Romano. Wandelbertus hoc eos diſticho olim honoravit.

Donatianus Namnetis cum Rogatiano
Fratre, pie exornat fidei certamine Nonam.

ACTA MARTYRII

Ex antiquis Mss. & Surio.

1 SAlubre eſt Catholicis *a* de Martyrum triumphali certamine glorioſa geſta referre, & ſitienti populo de tam pie fuſo ſanguine quædam vitæ pocula propinare; dum alii rebus cognitis veneranda ſolennia fidelius complectuntur, alii deſideriis incitantur *b*, advertentes quale pro Chriſto mori ſit lucrum. Igitur cum Diocletianus & Maximianus Romanæ urbis apicem gubernarent, & eorum præceptis in Chriſtianum nomen beſtialis feritas deſæviret, ut gratiam religionis Catholicæ gentili ſub lege calcarent; miſſis epiſtolis ad Præſidem Galliarum, decreto ſanxerunt, ut ſimulacra Jovis vel Apollonis, non deorum, ſed dæmonum, quaſi divino cultu deberet univerſitas venerari; ea ratione præfixa pollicentes, ut is qui eorum ceremonias coleret, vel ſacrificia devotus offerret, publico ſe cognoſceret ſtipendio munerandum; quo facilius humanam mentem cupiditatis laqueus traheret in errorem, ut deciperetur munere qui ratione vinci non poſſet: eos vero qui Chriſtiani nominis in confeſſione perſtarent, poſt illata tormenta jubent capitalem ſubire ſententiam, quo terrore compulſi magis, à *c* rectæ tramite credulitatis deviarent. Erat autem in urbe Nannetica juvenis quidam, nomine Donatianus, clarus genere, multo tamen clarior fide; qui acerbitatem inquietis adoleſcentiæ fræno maturioris animi temperabat, quia in ipſo juventutis ſuæ tempore migraverat in eum, quaſi in ſenem; timor Domine & inter procellas ſpiritalis nequitiæ, ne lapſum incurreret, ſemper proſpere eum gubernabat. Qui deſpectis idolis, cum ad Catholicæ fidei gratiam convolaſſet, baptiſmatis unda purgatus, myſterio religionis imbutus, doctrinâ divinitatis armatus, ſine metu aliquo triumphos Chriſti oris ſui buccinâ miles fortiſſimus in populo decantabat, nolens creditâ talenta negligendo ſuffodere, ne culpâ abſconditæ pecuniæ non careret: ſed quaſi bonus agricola in gentilium pectora fruges beatæ fidei ſeminavit.

Perſecutione Diocletiani & Maximiani in Galliis excitata,

S. Donatianus

fidem Chriſti promulgat.

2 Qua ſancti viri opinione florente, germanum ejus Rogatianum, adhuc in cultu idololatriæ conſiſtentem, ſuaviſſimi oris blandus odor fragranter implevit. Qui ad fratrem, licet ætate minorem, ſeniorem tamen credulitatis ordine, feſtivus accurrit; deprecans, ut antequam perſecutionis colluctatio appropinquaret, Chriſtiani baptiſmatis munere dotaretur: ne tam felix certamen adhuc Paganum vel Catechumenum inveniret, ut à fratre nihil minus in pugna, nihil minus obtineret in palma. Quod ad præſens ne ſuſciperet baptiſma audita perſecutione, fecit Sacerdotis abſentia fugitiva: ſed quod de fonte defuit, martyrii cruor fuſus impendit.

Rogatianum fratrem ad Chriſtum adducit:

3 Interea Nannetenſem civitatem, Gentilium turba favente, perſecutor cum inſtrumento iniquitatis ingrediens, ab uno ex circumſtantibus civibus his verborum ſtimulis incitatur: Moderatiſſime Judicum, opportune venis, ad deorum religionem reducens eos, qui poſt Crucifixum à Judæis viſi ſunt aberrare. Noveris itaque Donatianum ejus eſſe doctrinæ ſequacem, in quo prius debeas ſeveritatis tuæ ſententiam promulgare: qui non ſe tantummodo à deorum cultura ſuipendit, verum etiam germanum ſuum iiſdem vaniloquiis pertinaciter immutavit, ut Jovem vel Apollinem, quos invictiſſimi Imperatores venerantur, & ab orbe terrarum adorari providi cenſuerunt, *d* ita contemnant, ut dii noſtri, nova religione ſuccedente, dejecti ſint. Quorum interrogatione ipſa rei veritas, cum juſſeris, certius aperietur *e*. Tunc Præſes, dolore commotus, virum beatiſſimum ſuis præcepit aſpectibus præſentari. Ad cujus inquiſitionem talibus verbis exorſus eſt: De *f* nomine tuo, Donatiane, currente relatione comperimus, quod Jovem vel Apollinem, qui nobis vitam naſcentibus contulerunt, & creſcentibus hucuſque cuſtodiunt, non ſolum contumaciter adorare recuſes, ſed etiam blaſphemiis, ac convitiis *g*, ac prædicatione inani provocatos infames; & populum ſalvari commemores, dum in Crucifixi interitum credere diverſos compellis.

ſiſtitur coram Præſide:

4 Donatianus reſpondit: Invitus veritatem locutus es, me cunctos ab errore perſuaſos, ad ejus velle culturam reducere, cui ſoli competit univerſa ſervire. Præſes dixit: Aut prædicationi ſuperfluæ moderatum finem impone, aut ſi differre nolueris, jubeo vitam tuam celeri fine concludi. Donatianus reſpondit: Minas, quas mihi prætendis, in eas caſurus es: & laqueum, quem mihi promittis, incurres. Qui dum falſa perſuaſione *h* occupatus, tenebras lumini præfers, juſte lumen Chriſti tenebroſus non adſpicis. Hinc Præfectus furore ſuccenſus, jubet Sanctum compedibus vinctum, in cuſtodiâ carcerali retrudi, ut tormentorum violenta feralitas, aut perferentis fidem frangeret, aut ſpectantes ne in Chriſtum crederent, impediret.

truditur in carcerem.

5 Tunc ejus germano, in conſpectu populi conſtituto, cœpit Præſes ſub blandimenti dulcedine perſuaſionis iniquæ venena miſcere, ut qui virtute non cederet, oblectationis arte colla laxaret. Quem molliter appetens, ad hæc verba prorupit: Audio, Rogatiane, à deorum cultu te velle inconſulte recedere, qui tibi dignati ſunt vivendi munera largiri, & ubertis ſapientiæ multiplicia dona conferre: unde non ſine noſtro pudore fit, ſi poſt cauſas hujus intelligentiæ nova proferens, incipias inſanire. Illud itaque tibi eſt maxime præcavendum, ne confeſſione unius Dei, plures deos in tuam perniciem ire *i* compellas. Sed quia adhuc, neſcio quo, baptiſmate non teneris infectus, ſi voluntas obſtinata te non decipit, deorum indulgentia conceſſa recipies, ut in Imperatorum palatio & aula deorum poſſis cum vitæ commercio ſortiri dignitatis augmentum. Rogatianus reſpondit: Optime promittis perverſa, cum ſis ipſe perverſus: qui primum polliceris Imperatorum gratiam, poſt deorum. Sed qua ratione in arce divinitatis colendi ſunt, qui ab ipſis hominibus videntur eſſe poſteriores in ordine, licet habeatis inter vos participationem miſeriæ; cum illi ſint de metallo ſurdi, vos ad meliores habitus non audientes ſitis? illi ſpiritu careant, vos ſenſu? Siquidem qui in ſaxis religionem ſuam conſtituit, non aliud ſit ipſe, quam quod colit.

S. Rogatianus Præſidis blanditias repellens,

6 Tunc Judex miniſtris imperans, dixit: Et hic inſenſatus, cum doctore inſipientiæ, in carcerem detrudatur, ut ſequenti die deorum ac principum illata injuria ultore gladio cenſuræ publicæ vindicetur. Sic uno tenebrarum in *k* loco duo fidei luminaria reconduntur: ut plus carcer illuſtraretur gloriâ quam Martyres gravarentur ex pœna. Beatus autem Rogatianus ſine baptiſmatis gratiâ ſe præventum eſſe contriſtatur: ſed hoc ſibi ex fide credidit eſſe pro lavacro, ſi fratris ſui Catholici oſculum mereretur. Quo comperto, beatus Donatianus pro germano his

ducitur in cuſtodiam ad fratrem:

à cive delatus,

his verbis fudit preces ad Dominum, dicens: Domine Jesu Christe, apud quem hoc obtinent prompta vota, quod facta: quia ubi non potuisse impedit, sufficere creditur voluisse: cum nobis donasti eligere, tibi soli posse servasti: sit famulo tuo Rogatiano pura fides donum baptismatis; & si contigerit crastina die nos feriente gladio interire, sanguinis effusio fiat ei chrismatis sacramentum. Qua oratione completa corde & voce, vigiliis nocte transcursa, simul lumine cum die relato, & carnificis vulnera, & præmia Domini sui expectabant.

A *qui pro illo preces fundit.*

7 Sequenti vero die Præses, pro tribunali residens, Confessores Christi in conspectu populi præcepit assisti. Educitur interea de carcere lugubri gaudium cæli, de sterili sede fructus Ecclesiæ, de spinarum germine flos coronæ. Constricti vinculis, liberi erant votis, quos in Christo ipsa tormenta reddiderant fortiores. Quibus coram positis, affatus eos est Judex: Cum indignatione, inquit, *l* ordior, ne, dum vos molliter alloquor, severitatis publicæ vis frangatur: qui deorum religionem aut non colitis ignorando, aut (quod est gravius) non nesciendo calcatis. Tunc Martyres una voce Præsidi responderunt: Scientia tua, quæ deterior est totius ignorantiæ stultitia, similis sit diis vestris, quos in metallis sensu carentibus adoratis. Nos vero pro Christi nomine parati sumus excipere, quidquid ira tortoris invenerit: quia non hic vita nostra dispendium patitur, si illi reddatur à quo sumpsit exordium, & in futuro multiplicatæ lucis fœnore muneretur.

Ambo ad tribunal ducti,

1 *non terrentur minis Judicis:*

B

8 Tunc dolore Præses impulsus, jussit beatissimos in eculei catasta suspendi: ut, etsi animus eorum non mutaret propositum, tamen membrorum lineamenta solverentur in pœna: credens furori suo se consultum, si carnifex, licet ad animam non perveniret, vel per tormenta corpus mactaret. Ad hæc ministris imperavit, ut post expensa supplicia à speculatore eorum capita truncarentur. Tunc lictoris insania, ut de crudelitate Judici complaceret, vel magis ut crescerent ornamenta martyrii, lancea militari perfossas cervices beatissimorum, gladio vibrante præcidit. Sic ad Christi gloriam venientes, dum beatus Donatianus lucratur germanum, & meruit germanus martyrium, iste fit illi causa salutis, ille fit isti palma mercedis: & multiplicis gratiæ pignore redundante, consummatione felici, spe remunerante suffulti, ad æterna præmia meruerunt accedere, per vulnera laureati: præstante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit & regnat in secula seculorum, Amen.

EX MSS.

lancea perfossis caput resciditur.

ANNOTATA.

a *Additur in Ms. Maxim.* legibus: *apud Surium*, lectoribus.

b *Deest hoc verbum*, advertentes, *in Mss.*

c *Ita corrigo, licet passim legatur*, à recto tramite crudeliter.

d *Additur apud Surium*: & eorum festa. E

e *Ms. nostrum*, apparebit.

f Nomen *ex forensi usu seculi 4 sumitur pro persona: ita sæpe in rescriptis Imperialibus circa S. Athanasium 2 Maji legimus* de nomine Athanasii, *id est* de Athanasio, *vel* persona Athanasii.

g *Surius*, proscindas. h *Mss.* credulitate pervasus.

i *Ms. nostrum*, compellas ad iram. k *Surius*, lecto.

l *Ms. nostrum*, Indignatione mordeor.

DE SS. SATVRNINO ET ALIIS SEX,

MARTYRIBVS IN AFRICA.

G. H.

Ex Martyrologiis.

XXIV MAII *Sanctum hunc Martyrem* Saturninum *secundo loco celebrant Mss. Augustanum S. Vdalrici & Parisiense Labbæi; eumque* Africæ *adscribunt Mss. Richenoviense sive Augiæ divitis prope Constantiam in Suevia & Rhinoviensis in Helvetia. Socios, sed anonymos, adjungunt antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa, Epternacense, Corbeiense, & Blumianum hoc modo*: In Africa natalis S. Saturnini & aliorum Sex. *At codex Lucensis solum* tres Socios *indicat. Totidem etiam Ado Ms. monasterii S. Laurentii apud Leodienses & Ms. Florarium referunt, sed* Fortunatum *nominant*: *uti etiam quoddam Kalendarium ante Ms. opera S. Isidori Hispalensis, Romæ in bibliotheca Vallicellana Congregationis Oratorii adservata, ubi* quatuor *notantur Socii. Nos cum antiquioribus codicibus* Saturninum *servamus & socios sex.*

C F

DE SANCTO VINCENTIO,

MARTYRE IN PORTV ROMANO.

G. H.

Ex Martyrologiis.

XXIV MAII *Tertio loco hunc Sanctum Martyrem proponunt prædicta Martyrologii Hieronymiani apographa antiqua, & cum iis Vsuardus, Ado, Notkerus, aliique recentiores, sicut & hodiernum Romanum Martyrologium, hisce ubique verbis*: In portu Romano natalis S. Vincentii Martyris. *Petrus de Natalibus lib.* 11 *cap.* 130, *num.* 149, Innocentium *appellat. De* Portu Romano, *occasione variorum Sanctorum qui ibidem passi sunt, sapius egimus & acturi sumus. Consuli nunc possunt quæ de eo diximus* XXIV *Februarii,* 11 *Martii, & aliis diebus. Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ asserit,* nullum, quo tempore sive in qua persecutione martyrium subierit, explicare. *Baronius ad annum* 270 *num.* 15 *agit de ruinis Ecclesiæ Portuensis, & inter alios Martyres ibidem passos meminit* S. Vincentii. *Hinc eo anno hunc coronatum fuisse perperam subsumpsit Tamajus Salazar in Martyrologio Hispanico, occasione corporis alicujus* Vincentii, *tempore Vrbani VIII Romæ Madritum translati ad ecclesiam Patrum Excalceaterum Sanctissimæ Trinitatis. Anno etiam* MDCLXV *fuit aliquod corpus* S. Vincentii *Martyris Romæ Vlysiponem ad Oratorium Regium translatum, sub Innocento Papa X, quod hujus Martyris censeri, & hoc die coli credidit Cardosus in Hagiologio Lusitano. Hoc etiam modo aliquas ejus reliquias esse Bononiæ in duabus ecclesiis tradit Masinus. Sed hujus Martyris esse non probatur.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS SYRIS,

ZOELO, SATURO, TIMINO, SATURNINA, SERVILIO, FELICE, SILVANO, FORTVNO, ITEM ZOELO, STRIA, DIOCLO, MAXIMINO.

G. H.

Ex Martyrologio S. Hieronymi.

XXIV MAII

Memoria in Faſtis S. Hieronymi,

PRogredimur cum quatuor *Martyrologii Hieronymiani apographis, in quibus quarto loco proponitur hæc Martyrum claſsis iſtis verbis:* In Syria Zoëli, Saturi, Timini, Saturninæ, Servili, Felicis, Silvani, Fortuni, item Zoëli, Striæ, Diocli, Maximini. *Sed ultimus eſt in ſolo Corbeienſi Pariſiis excuſo, ad explendum numerum duodenarium: cui favet antiquum Ms. Reginæ Sueciæ ab Holſtenio æſtimatum, in quo iſta traduntur:* IX Kalendas Junii. In Portu Romano S. Vincentii Martyris cum aliis duodecim. *Egimus jam de* S. Vincentio, *cui nulli adjunguntur Socii, ſed hi proxime ſubſequuntur in dictis Martyrologii Hieronymiani apographis; ut videatur Reginæ Sueciæ codex corrigendus, legendumque.* Et alibi, *ſcilicet in Syria,* duodecim Marrarum. *In ipſis Martyrum nominibus nonnulla intercedit differentia: nam* Zoëlus *in Epternacenſi prima vice, poſtea* Zoylus *ſcribitur, aliis ſemper* Zoëlus; *dein loco* Timini *eſt in Lucenſi* Timiſſi: *& pro* Servili *in Epternacenſi* Servuli: *uti pro* Saturninæ *in Lucenſi & Blumiano* Saturnini: *ita loco* Striæ *legitur in Epternacenſi* Siriæ, *in Blumiano* Stitæ; *& loco* Diocli *in eodem Epternacenſi* Diocliæ.

B

2 *Aliqua horum nomina referuntur in aliis Martyrologiis. In Ms. Vaticano S. Petri iſta:* In Syria Zoili, Saturi: *additur in Ms. Florario* Timini, *cujus loco in Ms. Romano Cardinalis Baronii ſcribitur,* Timii & Saturnini. *Ms. Rhinovienſe ſic habet:* In Syria Saturæ, Timinæ; *ſive (ut Richenovienſe)* Timini; *additque,* item Saturnini, Felicis. *Ms. Aquiſgranenſe:* In Syria Zoili, Servoli, Saturnini. *Ms. Ado Laurentinus apud Leodienſes:* In Syria Soëri, Saturi, Timini. *Dedimus ſupra primo loco* SS. Zebellum, Servulum, & Secundinum in Iſtria *paſſos: occaſione quorum aliqui horum Martyrum, apud Vſuardum, Adonem, Notkerum & alios recentiores, Iſtriæ tribuuntur hu ferme verbis:* In Hiſtria SS. Zoëlli, Servilii, Felicis, Silvani & Dioclis. *Vbi potius* in Syria *videtur legendum, ſi ſuus antiquitati detur locus.*

& variis aliis,

E

aliqui Iſtriæ tributi.

DE SS. ELPIDIO EPISCOPO, CYONE PRESBYTERO EJUS FRATRE, ET ELPICIO LEVITA NEPOTE.

ATELLÆ IN CAMPANIA FELICE.

G. H.

COMMENTARIUS HISTORICUS,

Explicatur cultus: quæritur antiqua Vita: dubia quædam attinguntur.

SEC. V.

Atella urbe Epiſcopali floruerunt:

C

ATella, *urbs antiqua Campaniæ felicis, fuit inter Capuam & Neapolim, memorata Ciceroni, Livio, Straboni, Silio, Ptolemæo, aliiſque apud Cluverium lib. 4 Italiæ antiquæ cap. 5. Poſtmodum ſub Chriſtianis Epiſcopalis extitit, & ex ejus Epiſcopis ſubſcripſerunt Concilio Romano ſub Hilaro Papa* Primus, *ac tertiæ Synodo Romanæ ſub Symmacho* Felix. *S. Gregorius Magnus lib. 7 Regiſtri Indict. 2 epiſtolam 52 ſcripſit de Atellanæ civitatis Epiſcopo* Importuno, *& teſtamento ab hoc moriente condito. Hanc autem urbem ſua ſanctitate illuſtrarunt* Epiſcopus Elpidius, *ejuſque frater* S. Cyon Presbyter, *& nepos* S. Elpicius Diaconus.

ibi eſt vicus & eccleſia S. Elpidii,

2 *Ex Atellæ ruinis creditur Averſa urbs condita, & ab hac ad tria aut quatuor millia paſſuum diſtat* oppidulum S. Elpidii, *quod corrupto vocabulo dicitur* Santo Arpino: *De hoc vir Illuſtris Hyacinthus Augerius ſic olim ad nos:* Scripſi ad S. Arpini Curatum D. Sebaſtianum Magliona, qui reſpondit, tempore Siricii Papæ & Arcadii Cæſaris, Reliquiis Atellenſium poſt eorumdem urbis incendium congregatis, Elpidium præfatæ urbis Antiſtitem condidiſſe paganum vicum, S. Elpidii nomen habentem, quod & ejuſdem vici parochialis habet Eccleſia: poſtque ipſius obitum veteri in templo una cum duobus nepotibus ejus, Elpicio ſcilicet ac Cyone, ſepultum fuiſſe: bellique Gallici tempore, ad excurſiones Francorum vitandas, antiqua de hoc traditione conſtare, quoſdam cives, aſportatis inde Divorum corporibus, ad urbem Salernitanam confugiſſe; eademque Sanctorum corpora ſub quodam altari (in quo Parochus ipſe aliquando Sacrum fecit) fuiſſe recondita. Præterea à Capitulo Salernitano tranſumptum ſe recepiſſe Officium de S. Elpidio, quod & Salerni & in eccleſia oppiduli S. Elpidii recitatur XXIV Maji: qua die feſtivitas ſancti hujus Epiſcopi celebratur: quodque tempore illo, quo in præfata eccleſia veteri conditum corpus colebatur, octo diebus ante diem ſolennitatis, & aliis octo diebus ea peracta, facer liquor, vulgo manna, illius è tumulo emanabat. *Hactenus illud reſcriptum. Nos anno* MDCLXI *Neapoli apud Clericos Regulares reperimus Ms. pergamenum in folio regali, & ex eo deſcripſimus initium Legendæ S. Elpidii, quod eſt tale.*

F

nec non liquor emanans.

3 Docet nos, dilectiſſimi, in multis locis Scriptura, quod juſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum malitiæ, quemadmodum extat ſapientia Salomonis confirmantis & dicentis: Quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos Dominus, & regnabit cum eis in perpetuum: qui & reddet eis mercedem laborum ſuorum. Data eſt eis aqua de petra arctiſſima, & requies iis de lapide duro, quia omnes diligentes Dominum, in generatione mentis ſuæ, gloriam

Initiũ antiquæ Vitæ.

Sap. 3, 1 & 6.

Sap. 10, 17 11, 4.

A gloriam adepti ſunt, teſtificante Paulo Apoſtolo & Heb.11. 39 dicente, Sancti per fidem vicerunt regna, adepti ſunt repromiſſiones. Itetum ipſe Apoſtolus ait: Scimus Rom.8,28 quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum iis, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti. Unde ad memoriam ſolennitatemque hujus præſentis diei pia devotione deferimus, quorum de pace & converſatione triumphus eſt, ac manet gloria ſempiterna. Igitur tempore quo Arcadius Imperator Conſtantinopoli morabatur, & Honorius cum Theodoſio Præfecto regnabat, tunc beatiſſimus Elpidius, hujus civitatis Attellanæ Epiſcopus, virtute perſpicuus, in Spiritu ſancto fervebat, ut ſecundum illud Luc. 10, 20. Euangelii teſtimonium, ubi Dominus dicit diſcipulis ſuis, Quia Spiritus ſubjiciuntur . . . . .

4 *Reliqua deſunt, ſupplenda aliquo modo ex Officiis propriis Eccleſiæ Salernitanæ, auctoritate Marii Bolognini Archiepiſcopi anno* MDXCIV *excuſis: in quibus iſta, in tres Lectiones ad Matutinum recitandas diſtincta, traduntur.* Anno à Salute trecenteſimo nonageſimo quinto, ſub Siricio Pontifice & Arcadio Imperatore, beatiſſimus Elpidius, Atellanæ urbis Epiſcopus, multis miraculis claruit: ægris ſolo viſu priſtinam ſanitatem reſtituit, atque à dæmonibus obſeſſos quam plurimos liberavit; eiſque ita formidoloſus erat, ut Elpidii nomine vix audito fugerent. Sæpe eorumdem audita eſt vox dicentum: Ante Elpidii cellam numquam tranſeamus, ne forte ejus virtute torqueamur. Poſt civitatis incendium paucos ſuperſtites cives ſuis monitis ſanctis & placidis verbis conſolatus eſt, ac in fide fortes conſtanteſque ſervavit, ſuæque ſanctitatis fama incolarum numerum auxit brevi. Quos cum pace fruentes videret, ſuo nomini locum victoriæ contra dæmones habitæ ædificandum curavit, ubi adveniente ſuæ mortis hora reconderetur. Peractum citiſſime fuit ſancti ædificii opus & altare erectum, ubi invocaretur divinum auxilium, & quotidie laudis hoſtiæ immolarentur Altiſſimo. Ibique paucis poſt diebus Elpicium nepotem Levitam, vigeſimum ſecundum annum ætatis agentem (quem cæleſti victu magis quam temporali ab incunabulis educaverat) ſanctitate vitæ clarum repoſuit, & mox Cyonem Presbyterum Germanum, æquali ſanctitate conſpicuum: quibus beatiſſimus Elpidius in Domino quieſcens fuit adjunctus: quorum precibus adjuvantur quotquot ad eos in fide nihil hæſitantes confugiunt. Eorum corpora ad altare Confeſſarum inferioris baſilicæ Salernitanæ Eccleſiæ recondita quieſcunt.

Lectiones de Vita.

B *ægri & energumeni ſanati.*

eccleſia conſtructa.

C

5 *Huc uſque dicta Lectiones. Extant Conſtitutiones à M. Antonio Marſilio Columna Archiepiſcopo Salernitano in diœceſana Synodo anno* MDLXXIX *editæ. Hiſce adjunguntur pag.* 383: Corpora & Reliquiæ Sanctorum, quæ condita reperiuntur in Metropolitana Eccleſia Salernitana, & primum quæ ſunt in inferiori crypta, *ubi* in altari, quod conſtructum eſt ad honorem Confeſſorum, ex parte meridiei requieſcunt

Corpora Salerni in altari.

Corpora Confeſſorum; *atque inter hæc* beatorum Confeſſorum Elpidii, Cionis & Elpidii. *Et ſunt hæc eodem modo excuſa apud Vghellum tomo 7 Italiæ ſacræ de Archiepiſcopis Salernitanis col.* 483. *Hæc autem de dictis Sanctis in præfatis Officiis propriis Eccleſiæ Salernitanæ præſcribitur Oratio.* Deus, qui nos Sanctorum Elpidii, Cyonis & Elpicii confeſſionibus circumdas & protegis, da nobis & eorum imitatione proficere & intereceſſione gaudere. *Hos Sanctos adſcripſit Ferrarius Catalogo generali & alteri Catalogo Sanctorum Italiæ, ubi Vitæ compendium ex dictis Lectionibus habet, arbitratus,* hos timul, licet diverſis diebus migrarint, celebrari hac die, qua corpora putantur tranſlata.

AUCTORE G. H.

Oratio.

memoria in Faſtis.

6 *Videtur hic* Elpidius, *appellari* Elvidius, Elpidius, & Helfidius *in variis Actis S. Canionis Epiſcopi Afri, referendis proximo die* XXV *Maji. Dictus autem Canio Epiſcopus paſſim Martyr habetur, propter horrenda tormenta illi Carthagine in perſecutione Diocletiani illata: poſt quæ cum jam eſſet capite plectendus, inter tonitrua, terræ-motus, & alias tempeſtates ſubito obortas, ab Angelo tranſvectus eſt ad jam relatam Atellam civitatem, ac prope eam mortuus & ſepultus: deinde vero (uti in illius Actis num.* 21 *legitur)* Beatus Elpidius poſt aliquod tempus, ſopita jam perſecutione in Chriſtianos graſſata populos, circa ſextam noctis horam vidit in viſione Angelum Dei, ferentem animam ſicut columbam, qui ait ad eum: Anima iſta, quam vides, conſervi noſtri Canionis Martyris eſt: invenit enim locum apud omnipotentem Deum perpetuæ refectionis. At ubi Sanctus cognovit Elvidius obitum beatiſſimi Martyris & Confeſſoris, venit ad locum ubi à fidelibus ſepultus eſt: & una cum plebe Dei inſiſtente, & ad perfectum deducente, ædificavit eccleſiam, & cubiculum ſuper caput ejus, omni variarum ſpecierum decoratum fulgore, ſicut teſtimonium, tituli in fronte ipſius cubiculi ſcriptum, declarat. *Hæc ibi, quæ opus aliquod Epiſcopale deſignant, & poſſent* Elpidio *huic noſtro aptari, niſi nimis longe diſtarent ab invicem Diocletianæa perſecutio, cui* S. Canion *haud multum potuit ſupervixiſſe; & tempus Arcadii atque Honorii, memoriæ* S. Elpidii *adſcriptum. Quia tamen ad nomina* Arcadii & Honorii, *additur nomen* Theodoſii Prefecti *(rectius fortaſſis legendum* Principis, *ut pro Theodoſio Iuniore Arcadii filio accipiatur) ſenſus eſſe poſſet, quod floruerit* Elpidius *temporibus Arcadii & Honorii ac Iunioris Theodoſii, id eſt inter annos* CCCXCV *&* CCCCL; *extremaque ætate ſua, puta circa annum* CCCCXL, *ſepeliverit* mortuum Canionem *alterum, ex Africa à Wandalis ejectum Epiſcopum, atque in Campaniam, appulſum: quod ad Senioris* Canionis *Acta temere ſit tranſlatum. Atque hoc dictum ſit ex hypotheſi, quod vere fuerint* Caniones *duo, quorum alter ſub Diecletiano claruerit, colaturque ſequenti die; alter fidem confeſſus ſub Wandalis ſit, 1 Septembris cum ſociis ſuis commemorandus, quod ſequenti die debebit maturius diſcuti, & fides Actorum prædictorum ſolicitius explorari.*

E

An viderit animam S. Canionis,

eique eccleſiam erexerit.

F

DE S. VINCENTIO PRESBYTERO,

MONACHO LERINENSI IN GALLIA.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

D. P.

De ejus ætate, libris, cultu, genere, professione, orthodoxia, atque hujus Vindiciis.

ANTE CCCCL. LErinus, *insula maris Mediterranei notissima, nunc* S. Honorati *dicta à fundatore monasterii in eâ constructi, qui ex eâ ad Cathedram Arelatensem anno* CCCCXXVI *evocatus, è vita decessit* XVI *Ianuarii: ad quem diem illustravimus ejus Acta, ab ejus subdito in vita monastica & successore in Episcopatu S. Hilario scripta. Hujus etiam res gestas, ab Honorato Episcopo Massilienſi compositas, dedimus die* V *hujus mensis Maji, quo defunctus est anno* CCCCXLIX. *Eodem seculo quinto floruit* S. Vincentius, *in eadem insula Lerinensi monachus, de quo Gennadius, sub finem dicti quinti seculi Presbyter Massiliensis, in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis cap.* 64 *ista scribit:*

S. Vincentius coævus SS. Honorato & Hilario Epp. Arelaten.

B Vincentius, natione Gallus, apud monasterium Lerinensis insulæ Presbyter, vir in Scripturis sanctis doctus, & notitiâ Ecclesiasticorum dogmatum sufficienter instructus, composuit, ad evitanda hæreticorum collegia, nitido satis & aperto sermone validissimam disputationem, quam absconso nomine suo titulavit, Peregrini adversus hæreticos. Cujus operis, quia secundi libri maximam in schedulis partem à quibusdam furatam perdidit, recapitulato ejus paucis sermonibus sensu pristino compegit, & in uno libro edidit. Moritur Theodosio & Valentiniano regnantibus. *Hæc Gennadius: cujus tempore, abolito nomine* Peregrini, *jam tum sub* Vincentii Presbyteri & monachi Lerinensis *resumpto nomine* liber *ille* aureus, *ut passim appellatur, prodierat, scriptus circa annum* CCCCXXXIV, *id est, ut ipse auctor testatur, triennio post habitam Oecumenicam Synodum Ephesinam.*

scripsit librum contra hæreses

circa an. 434.

2 *Petrus de Natalibus, libro* 5 *Catalogi Sanctorum cap.* 72, *asserit,* S. Vincentium Confessorem quievisse Romæ in Christo, Kalendis Junii: *& dein allegat auctoritatem Gennadii, apud quem (nam ejus verba supra allegavimus) ista non leguntur. Verum forsan aliunde potuit istud scivisse. Ad eumdem primum diem Iunii ejus veneratio proponitur in Germanico Martyrologio Petri Canisii. Ast Ioannes Molanus, ex quodam alio Martyrologio, ad* XXIV *in suo Vsuardi Auctario ista scribit:* Eodem die in monasterio Lerinensi Vincentii Presbyteri, qui librum vere aureum conscripsit, pro Catholicæ fidei antiquitate & veritate, adversus profanas omnium hæreseon novationes. *Hac Molanus, qui in secunda & tertia editione Vsuardi cum suo Auctario illa omnia prorsus omisit. Interim, allegata Molani auctoritate, ista leguntur in hodierno Martyrologio Romano:* In monasterio Lerinensi S. Vincentii Presbyteri, doctrina & sanctitate conspicui. *Quare Vincentius Baralis Salernus, in Chronologia Sanctorum insulæ Lerinensis, asserit pag.* 130 peractum sua solicitudine, ut cum nulla memoria ante ageretur, ejus festum sub duplici Officio in dicto monasterio ageretur. *Eumdem postea ad hunc* XXIV *Maji retulerunt Constantinus Ghinius in Natalibus Sanctorum Canonicorum, & Andreas Saussajus in Martyrologio Gallicano: qui, post alia jam relata, ista habet:* Hic beatus vir, natus in urbe Tullensi Senatorio genere, frater fuit S. Lupi Tricassini Antistitis, quocum lectissimisque Galliarum Proceribus in celebre Lerinensis insulæ monasterium concessit vitæ solitariæ studio: ubi postquam ætatem in jejuniis, silentio, lectione, oratione, piisque doctrinæ exercitationibus consecisset, inter suorum brachia feliciter Christo spiritum reddidit. *Hæc Saussajus: quæ optaremus apud coævos aut antiquos Scriptores posse legi. Videtur ad Saussajum respexisse Philippus Labbe, de Scriptoribus Ecclesiasticis ista proferens:* Perhibent hunc fuisse fratrem S. Lupi Trecensis Episcopi, qui susceptа cum S. Germano Autissiodorensi Episcopo in Britanniam adversus Pelagianos legatione, & pacatis civibus suis, Attilæ Hunnorum Regis gloria nobilis, in omnium ore versatur. *Colitur S. Lupus* XXIX *Iulii, quando poterunt illa accuratius discuti.*

Sanctis adscriptus 1 *Iunii*

C *& 24 Maji*

an frater S. Lupi Trecensis?

3 *Extat prædictus* S. Vincentii liber, *adversus* profanas omnium hæreseon novitates *in* XLIII *Capita distinctus, cum Scholiis* Joannis Costerii *Lovanienſis, Prioris Canonicorum Regularium ibidem ad S. Martinum; & iterum cum Notis* Bartholomæi Petri Lintrensis *Theologi Duacensis, & commentariis* Joannis Filesacei *Doctoris Parisiensis. Addit dictus Labbe:* Videnda quoque opuscula veterum quorumdam Theologorum Gallorum ex recensione Pithœi vulgata anno MDLXXXVI, nec non Sandapila Silicerino Quinti-Euangelii, hoc est Lutheranismo & Calvinismo, ad Orcum efferendo humeris ac numeris valentissimorum quatuor succollatorum, Tertulliani, Vincentii, Edmundi Campiani, & Leonardi Lessii, Lugduni anno MDCXXII impressa. *In istius operis Præfatione auctor, de Vita sua ante accessum ad Lerinensem insulam, hæc præfatur:* Cum aliquamdiu variis ac tristibus secularibus militiæ turbinibus volveremur, tandem nos in portum religionis, cunctis semper fidissimum, Christo adspirante, condidimus; ut ibi depositis vanitatis ac superbiæ flatibus, Christianæ humilitatis sacrificio placantes Deum, non solum præsentis vitæ naufragia, sed etiam futuri seculi incendia vitare possemus. *Hæc ibi. Demum quid toto suo opere intenderit, istis paucis verbis sub finem indicat:* Necesse est profecto omnibus deinceps Catholicis, qui sese Ecclesiæ matris legitimos filios probare studeant, ut sanctę sanctorum Patrum fidei inhæreant, agglutinent, immoriantur; profanas vero profanorum novitates detestentur, horrescant, insectentur, persequantur.

Scripta ejus elucidata.

E milite factus monachus

E

F

4 *Baronius ad annum* 434 *proclivis est in illam sententiam, ut* S. Vincentius, *ante Miles, sit ille* Vincentius, *Galliarum aliquando (vivente S. Martino) Præfectura nobilitatus, quem Severus in Dialogo* I *cap.* 17 *mitifice laudat, ita scribens:* Memini Vincentium Præfectum, virum egregium & quo nullus sit inter Gallias omni virtutum genere præstantior, dum Turonos præreriſſet, à Martino sæpius popoſciſſe, ut ei convivium in suo monasterio daret. In quo quidem exemplum B. Ambrosii Episcopi præferebat, qui eo tempore Consules & Præfectos subinde pascere ferebatur. Sed virum altioris ingenii, ne qua ex hoc vanitas atque inflatio obreperet, noluisse. *Hæc Severus. Verum dictus Vincentius Prafectus, jam tum tempore S. Martini anno* CCCXCVII *mortui, ætate maturus erat, & plane nobis alius apparet ab hoc* S. Vincentio, *qui anno* CCCCXXXIV *suum librum scribebat. Cumque à Gennadio dicatur* mortuus Theodosio & Valentiniano regnantibus, *ante annum* CCCL *aut eo ipso anno necessario è vivis decessisset, quia* XXIX *Iulii dicti anni decessit Theodosius junior. Memoratus*

an fuerit Præfectus Galliarum tempore S. Martini?

A *moratus ante Vincentius Baralis Salernus, par. 2 Chronologiæ Lerinenſis, inſerit pag.* 184 *Corollaria ſanctarum Reliquiarum, quæ in ſacra Lerinenſi inſula aſſervantur; & dein inter Reliquias Sanctorum Confeſſorum non Pontificum indicat eſſe* corpus S. Vincentii Lerinenſis, *quod ibidem etiamnum in veneratione habetur.*

Objectiones Vincentianæ eidem male attributæ

5 *Vtinam immatura mors R.P. Philippi Labbe, non ſubtraxiſſet mundo, tum alia multa utiliſſima opera, quæ vir ille Polyhiſtor meditabatur; tum Examen heterodoxorum Criticorum, quod in opere de Scriptoribus eccleſiaſticis promiſerat agens de* S. Vincentio, *propoſiturus in eo & refutaturus leviſſima illorum argumenta, quibus adſcribere illi conantur Vincentianas objectiones, adverſus ſcripta & doctrinam S. Aurelii Auguſtini, quas Proſper Aquitanus retulit refellitque. Cur autem id moliuntur? Vt Commonitorii ſupralaudati libello, fidem detrahant*, quem (*ut ait idem Labbe*) tantum non ad cælum ac ſane meritiſſimo jure evehunt Catholici; quoque ſe obtritos ac

ad elevandam fidem Commonitorii:

profligatos ultro fatentur, cum ad cor redeunt ſanamque mentem, omnes à fide majorum ſuorum apoſtatæ Miniſtri ac Prædicantes, Lutherani, Zuingliani, Calviniani, Anabaptiſtæ, Sociniani &c. *Hoc vero ſi ſoli agerent heterodoxi, Catholicæ veritatis hoſtes manifeſti, ferretur patientius: aſt ſcriptores, non tantum communem nobiſcum fidem profeſſos ſub Romani Pontificis*

B *obedientia, ſed etiam religioſioris inſtituti habitu appellationeque dignatos, eo abripi, ut eadem cum hæreticis de ſanctiſſimo Vincentio ſentire & ſcribere non vereantur, ſane prout debemus dolenter ferimus.*

quod etiam Semipelagianiſmi accuſat Hiſtoria Pelagiana,

6 *Fecit id (ſi tamen fecit ipſe, & non potius alieno ſuiſque parentibus pudendo fœtui nomen accomodavit, neſcio qua Auguſtinianæ doctrinæ ſpecie ementita deceptus, ut placeret iis, quos pridem damnatos errores pertinacius fovere non debebat ignoraſſe) fecit id, inquam, Pelagianæ pſeudo-hiſtoriæ inſcriptus auctor; nobis quidem & noſtro operi, quod ſummis ubique effert laudibus, perquam bene affectus; non tamen niſi uſque ad aras ſequendus, nec redamandus cum præjudicio eorum quorum geſta colligimus Sanctorum, imo Eccleſiæ univerſæ; graviorem nullam injuriam patientis, quam cum exuitur armis, ſibi ad fidei defenſionem hereditario jure relictis, inter quæ primas facile tenet Commonitorium Vincentianum. Hoc autem cum jam dictæ Hiſtoriæ pretenſus auctor, & Vincentianis objectionibus germanum eſſe, & ipſum malo dolo contra doctrinam Auguſtini concinnatum demonſtraviſſe putaverit, omittere nequimus, quin, ſicuti ad* v *Maji pro* S. Hilario

C Arelatenſi *fecimus, hic etiam pro* S. Vincentio Lerinenſi

in Prodromo vel ad Neusseri efficaciter refutata:

Vindicias demus; idque ex eodem, ex quo tunc (neque enim vacat ab altero bene actum iterum agere) Brunone Neuſſer, *tranſlatis huc Capitibus fere integris quinto & ſexto partis* 2 Prodromi velitatis, vindicantis S. Auguſtinum Hipponenſem, ſanctiſſimoſque Galliarum Epiſcopos ac Patres, & centenos Scriptores alios, à calumniis, convitiis, impoſturis, quibus opus illud Hiſtoriæ Pelagianæ ſcatet. *Amici tamen nomini qua licet parcitum cupientes, nolumus ipſum in illo contextu apparere; ſed identidem obliteramus, eo libentius, quo minus credimus verum eſſe auctorem.*

& hoc quia neſcivit Natalis Alexander,

7 *Prodromum iſtum ſi vidiſſet legiſſetque* R.P. Natalis Alexander, *credo non voluiſſet contriti jam vitri fragmina pro adamantibus inſerere ſuo alias utiliſſimo operi de ſelectis Hiſtoriæ eccleſiaſticæ Capitibus, Seculi* v *parte* 1 *cap.* 3 *ab artic.* 2 *uſque ad* 12; *neque Vincentium adeo fidenter damnaſſet ut Semipelagianum; multo minus* rationes, ab Hiſtoriæ Pelagianæ commentatore adductas, invictas *eſſe pronuntiaſſet, idque* lecto ſemel iterumque Vincentii Commonitorio ac diligentius expenſo. *Doleo viro, revera diligenti nec inerudito, hoc excidiſſe, quo judicium ipſius (præſertim circa ea puncta quæ conciliationem liberi in homine arbitrii cum divinæ gratiæ neceſſario adjutorio ſpectant) merito fieri ſuſpectum debeat. Interim nihil eſſet, quod ille nos remoraretur, niſi aliqua ante refutatis de ſuo addidiſſet, hic diſcutienda. In quibus autem cum Auctore Speudohiſtoriæ Semipelagianæ convenit, à Brunone confutatus eſt.*

AUCTORE D. P.

accuſat Vincentium

8 *Primo loco deſumit uterque argumentum ex iis commonitorii cap.* 37 *verbis.* Jam vero illis quæ ſequuntur promiſſionibus miro modo incautos homines hæretici decipere conſueverunt; audent enim polliceri & docere, quod in eccleſia ſua, id eſt in communionis ſuæ conventiculo, magna ac ſpecialis ac plane perſonalis quædam ſit Dei gratia; adeo ut ſine ullo labore, ſine ullo ſtudio, ſine ulla induſtria, etiamſi nec petant, nec quærant, nec pulſent quicumque illi ad numerum ſuum pertinent, tamen ita divinitus diſpenſentur, ut Angelicis evecti manibus, id eſt Angelica protectione ſervati, nunquam poſſint offendere ad lapidem pedem ſuum, id eſt nunquam ſcandalizari. *Vterque contendit hoc loco invidiam conciliari ſententiæ S. Auguſtini de divina gratia & prædeſtinatione.* R.P. Natalis, *ut pondus aliquod rationis addat levi conjecturæ, dicit nullam tunc fuiſſe Hæreticorum ſectam,* quæ ita de divina gratia ſentiret. *Tu autem, Lector, allegata verba æquo animo conſidera; & judica, an ullus Catholicus fuerit, qui ita de divina gratia ſentiret. Credo equidem pluribus dari gratiam ſpecialem, qua nunquam*

quaſi impingat Auguſtino

E *ſcandalizentur, ſed in Dei caritate ad finem uſque vitæ perſeverent: at vero quod talis detur, qua nunquam poſſint ſcandalizari, adeoque cui reſiſti non poſſit; nullum, inquam, Catholicum ita ſenſiſſe exiſtimo. Teneo etiam cum Eccleſia Catholica, dari ſæpe etiam divinam gratiam ſpecialem (quam congruam ſeu efficacem vocant) non petentibus non quærentibus, non pulſantibus; ipſoſque petentes, quærentes, pulſantes prævenire à Deo & adjuvari, ut petant, quærant, & pulſent. Verum quis ille Catholicus tantæ jactantiæ aut hæreticæ ſuperbiæ fuit, qui gratiam non petendam à Deo per orationem, ſed ſibi debitam exiſtimaverit, eo ſolo titulo, quod Catholicæ Eccleſiæ Communione*

communem omnibus hæreticis fraudem.

frueretur? Infectatur itaque S. Vincentius *illam omnium, ſi paucos excipias, hæreticorum antiquam fraudem; qua, ementitâ vitæ ſanctitate majori, quam in Eccleſia Catholica paſſim conſpiceretur; majorem etiam gratiam, qua peccare aut ſalute excidere non poſſent, ſibi ſuiſque facile parabilem prædicabant, & omnibus ſecum aggregandis concedendam promittebant, ut neceſſario eſſent boni. Neque alia facilius fraude incauti homines decipiuntur.*

F 9 *Quod autem illam ipſis hæreticorum aut ſanctorum Patrum contra eos ſcribentium verbis non expreſſerit, ratio una fuiſſe videtur, ut omnia hæreticorum eo in genere deliramenta, per diverſas verborum ambages & blaſphemias eodem tendentia, ſub unum aſpectum poneret; & comparationi inſiſteret, qua illos ſimiles oſtendebat patri ſuo diabolo,*

quin & hæreſim Prædeſtinatianorum ei imponit:

Chriſtum Dominum tentanti: altera, quod tunc inciperent Prædeſtinatiani, quorum hæreſim ipſis terminis exprimit, cogere conventicula & venenum ſpargere. Scripſit enim S. Vincentius *Commonitorium circa annum* CCCCXXXIV; *Prædeſtinatiani autem anno* CCCCLXXV *in Concilio Arelatenſi & Lugdunenſi damnati ſunt. Nempe, ut aliæ paſſim hæreſes, ſic etiam iſta, non ita ſubito adolevit, quin furtim nata & clam ſerpens, annis facile quadraginta percurreret, diſtincte cognitum, antequam ſuperbum caput ita erigeret, ut ab Eccleſia poſſet certo ſatis ictu amputari. Hoc autem probatur vel ex ipſo* S. Vincentio, *hoc eodem loco. Quid enim ſibi vult* in Communionis ſuæ conventiculo? *Nonne aperte aliquod conventiculum, ab Eccleſia ſeparatum, deſignat? Id vero in naſcentem hæreſim aptiſſime, in S. Auguſtinum cadere nullo modo poteſt. Siquidem is non clam in aliquo conventiculo, ſed palam in Eccleſia loquebatur; nec ab ullius ſe communione ſeparabat, nec alium à tua excludebat, niſi qui damnatus hæreticus eſſet. Vidit hoc ipſum* R.P. Natalis: *conceditque hæc verba,* in Communionis ſuæ conventiculo, *de S. Auguſtino intelligi non poſſe.* At fingebat, *inquit,* Vincentius hæreticos gratiam illam prædicare, quam S. Auguſtini

ſed nunquam oſtenderit.

AUCTORE D. P.

diſcipuli propugnabant, ut illis conflaret invidiam. *Verum R. P. Natali oſtendendum fuerat, hanc hæreticorum fraudem, quam hic depingit* S. Vincentius, *coincidere eum S. Auguſtini de gratia & prædeſtinatione doctrina: quod nunquam fecerit iis, qui & hunc locum attente conſideraverint, & Iprenſem Auguſtinum damnaverint, & ſacroſancti Concilii Tridentini placita ſincero corde admiſerint.*

10 *Erit fortaſis non nemo, qui hic de hæreticis tantum agi, & non eſſe S. Auguſtini ſententiam, quam hic refert Commonitorium, ultro fateatur: ſed obtorto collo* S. Vincentium *ad Semipelagianos trahere volens, queretur Doctori ſanctiſſimo Auguſtino affingi hæreticam ſententiam, quam nunquam docuit, ut doctrina ejus Catholica in invidiam vocetur. Si quis ita ſenſerit, gravem* S. Vincentio *impinget calumniam, nulla ratione ſuffultam, pro mera fingendi ſuſpicandive libidine. Quæ enim afferri queat? cum nec S. Auguſtinus nominetur, nec ullum niſi hæreticum dogma proponatur Catholicis vitandum. Alterum num.* 2 R. P. *Natalis argumentum profert.* Semipelagiani *inquit*, Auguſtinianæ de prædeſtinatione & de perſeverantiæ dono ſententiæ, novitatem objiciebant, ſuaque dogmata venerando vetuſtatis nomine tuebantur ..... At Vincentius Lerinenſis in toto paſſim Commonitorio id unum inculcat, tenendam antiquitatem, vitandam novitatem. *Huic argumento evertendo ſufficiet in alia materia ſimile prorſus ob oculos ponere. Calviniſtæ noſtrates Catholicæ de tranſubſtantiationis myſterio ſententiæ novitatem objiciunt, ſuaque dogmata venerando vetuſtatis nomine tuentur: Catholici nihilominus uno paſſim ore id unum inculcant,* tenendam antiquitatem, vitandam novitatem. *Porro ſicut ex ultimo non ſequitur Catholicos Semicalviniſtas eſſe, aut contra ſe loqui; ita nec ex priori deducitur aut Semipelagianum fuiſſe* Vincentium, *aut contra S. Auguſtinum hoc Commonitorium ſcripſiſſe. Vis clarius? Semipelagiani Auguſtinianæ de prædeſtinatione & perſeverantiæ dono ſententiæ, novitatem objiciebant, ſuaque dogmata venerando vetuſtatis nomine tuebantur: at S. Auguſtinus docebat tenendam antiquitatem, vitandam novitatem: infer nunc ſi potes, S. Auguſtinus contra ſe docuit aut Semipelagianus fuit. Talis ſi valeret argumentandi modus; irrefragabili argumento ex traditione petito, abſtinendum doctori Catholico foret; cum hæretici omnes, ſi non omnino ſtupidi ſint, ſua dogmata vetuſtate defendant, Orthodoxa ut nova rejiciant.*

11 *Quin etiam R. P. Natalis ſuo ſe calculo damnat, ſic concludens*: Traditionem itaque fidei regulam eſſe cum docet Vincentius, errorem non propugnat, nec à S. Auguſtino aliiſque Patribus & Eccleſiæ doctrina diſſentit: *& ſupra*: Commonitorii auctoritatem rejicere non debent Heterodoxi, in iis quæ doctrinam de Traditionibus & Patrum uſu ſpectant. *Quid ergo iis locis, in quibus S. Auguſtinum* recte & per cuniculos *hæreſeos inſimulaſſe* Vincentium *dicitur, aliud docet, præter ea, quæ Traditionem & uſum Patrum ſpectant? in quibus nec ab Auguſtino aliiſque Patribus, nec ab Eccleſia doctrina diſſentit. At*, Auguſtinianæ ſententiæ prætenſam novitatem impugnat: de gratia *ſcilicet* ac prædeſtinatione. *Vbi? Nuſquam Auguſtini, nuſquam ejus ſententiæ mentionem facit, multo minus novitatis accuſat. Niſi velis hoc adeo recte factum, ut nemo videre, pauci ſuſpicari poſſint & velint, quamvis temere. Nihilo plus roboris habet num.* 4 *Argumentatio.* Poſt Auguſtini obitum .... quiſquis à Pelagianis & Semipelagianis diſſentiebat S. Auguſtinum ſequebatur, colebat, prædicabat; nec uſquam hæreſeos Pelagianæ meminerat, quin Auguſtini victorias prædicaret, ejuſque auctoritate illam debellaret. Porro Vincentius Lerinenſis Pelagianus non erat ..... Non fuit autem Auguſtinianæ doctrinæ ſectator ac defenſor, quem ne ſemel quidem in toto Commonitorio laudat, toties data eum commendandi occaſione, quoties Pelagianorum meminit. *Erant ſane plurimi tum temporis, nec Pelagiani, nec Semipelagiani, nec ullius hæreſis labe contaminati, qui non in omnibus Auguſtinum ſequerentur: ſed in iis duntaxat, quæ ab Eccleſia legitima auctoritate comprobata erant. Inter illos forte* S. Vincentius *numerabatur. Forte, inquam, quia addictum etiam S. Auguſtino fuiſſe, non obſcure declarat odium quo Pelagium, Iulianum & Manichæos, alioſque heterodoxos ab Auguſtino exagitatos, inſectabatur.*

12 *Verum*, S. Auguſtinum in toto Commonitorio ne ſemel quidem laudat, toties data eum commendandi occaſione, quoties Pelagianorum meminit. *Quid tum? Nec S. Athanaſium laudavit, quoties Arianorum meminit; nec S. Cyrillum Alexandrinum, quando per duo ut minimum capita, de Neſtorianis agit: & cum plurimas hæreſes recenſeat, nullius Catholici Doctoris meminit, præterquam Hilarii Epiſcopi, ac Sixti & Cæleſtini Romanorum Pontificum. An igitur quia de S. Athanaſio & S. Cyrillo tacuit,* data *eos* commendandi occaſione, *Semiarianum & Semineſtorianum finges? Eodem id jure feceris, quo Semipelagianiſmi notam inuris. Non erat propoſitum* S. Vincentio, *Commonitorium ſcribenti quod unicuique in promptu eſſe volebat, Encomia ſanctorum Patrum texere, quorum ſcripta nec omnibus ad manum erant, nec omnibus nota, parabilia tamen iis qui prolixiores hæreſeon confutationes deſiderabant: ſed intendebat, accurata earumdem explicatione & prudenti fraudum detectione, omnes ac imprimis incautos monere, faciliaque & generalia hæreſes diſcernendi & fugiendi media proponere. Et, ut ipſius R. P. Natalis verbis utar,* ex regulis principiiſque in Eccleſia receptis omnes hæreſes impugnare, *quod ab eo præſtitum præclare ipſi ejus adverſarii agnoſcunt. Vnum porro animadverto à præfato Patre recte obſervatum, non poſſe veram Sanctitatem conſiſtere cum hæreſi; & ideo illum, male quidem, ſed tamen congrue ad tale præjudicium, abſtinuiſſe ab appellatione* Sancti, *quoties* Vincentium Lerinenſem *nominat.*

13 *Hæc ſunt quæ* Natalis *de ſuo attulit: reliqua omnia ex refutatis ante triennium ſumpſit, idque inepte, ſi refutata noverit: ſed fortaſſe nec ſuſpicatus quidem vel à longe eſt, jam pridem accuratius expenſam haberi illam falſi nominis Hiſtoriam, ſi ſolum exemplar ejus habuit an.* 1677, *abſque loco impreſſionis atque Typographi, recuſum in Germania, ſicut charta & typi aliaque certa indicia demonſtrant, diſſimulato anno primæ Patavinæ editionis. In hac autem ſecunda editione curanda idem verſatus eſt genius, qui Ianſenii Iprenſis Auguſtinum curavit recudendum in Francia, alia quam Lovanii excuſus fuerat forma; ut ſcilicet Lovanienſium noſtrorum mox oppoſitas ei Theſes habentibus, ſed non Lovanienſe exemplar Ianſenii, cujus ab illis allegantur Columnæ, non eſſet facile loca locis conferre, remque propriis oculis æſtimare. Nam etiam cum illa qualiſcumque Hiſtoria Patavii edita eſſet anno* 1673, *eique tandem etiam trans Alpes nota, nec parvum animorum motum cienti, prælaudatus Bruno Neuſſer anno* 1676 *Prodromum ſuum oppoſuiſſet; placuit Factionis Ianſenianæ zelotis, eiſdemque fortaſſis libri auctoribus, ut is in folio recuderetur, quo fruſtraretur Brunonis diligentia, fideliter quaſque paginas recenſentis; ita ut quæ antea erat pagina v. g.* 246, *nunc ſit* 137; *& ita de ceteris. Id ego die* v *Maji ad Vindicias* S. Hilarii *indicare oblitus, hic monere Lectorem debui, ne Brunonis fidelitatem æſtimandam ſibi putet, ex numeris ſecundæ atque per dolum ſuppoſitæ editionis. Iam autem obſervatum eſt ſæpius, eadem arte uſos partiarios, in aliis ejuſmodi farinæ libris libelliſve, per iteratas impreſſiones multiplicandis.*

quod Vincentius illam Auguſtino affingat,

vel cum Semipelagianis

ipſum impugnet,

quando traditionem tuetur;

multo minus quando ab S. Auguſtini,

ſicut ab aliorum Patrum,

encomiis abſtinet.

Videtur Natalis ſolum uſus,

Hiſtoria Semipelagiana, doloſe recuſa poſt editem Prodromum.

VIN-

VINDICIÆ

pro S. Vincentio & Lirinenſibus, Semipelagianiſmi perperam accuſatis,

ex Prodromo velitari R. P. *Brunonis Neuſſer contra Auctorem hiſtoriæ Pelagianæ.*

Hiſtoriæ auctor,

1 NOn ſine multiplici ſuffragio & communi omnium Catholicorum approbatione, S. Vincentium Lerinenſem à teterrima illa nota vindico, quam revera illi, per manifeſtam injuriam & injuſtam maledicentiam, inuſſiſti. Inſcius autem, ſeu per incogitantiam id non feciſti; fateris enim pag. 245 & 246, Vincentii librum *omnium laudes demeruiſſe*, quem ſcilicet Baronius & Poſſevinus *aureum* appellant; *parvum mole, virtute maximum*, Bellarminus; *validiſſimum*, Gennadius; *nobiliſſimum*, Sauſſajus; *longe optimum, ejuſque lectionem non utilem modo, ſed & neceſſariam* Coſterus, qui libellum illum commentariis illuſtravit; additque Baronius, illius auctorem magnam ſui nominis in Eccleſia Catholica laudem reliquiſſe. At *Voſſius*, inquis, *magnus Scriptorum Cenſor*, in extremam opinionem deſcendit, & diſerte cenſet, librum illum adverſus Auguſtinum ipſum, ejuſque de prædeſtinatione ſententia ſcriptum fuiſſe. Ne ad Voſſii ſententiam accedas, tot delatæ à ſapientiſſimis ſcriptoribus opuſculo Vincentiano laudes, religionem tibi pene injecerant; accedis tamen illico, poſt alterum verſum, ad eam Voſſii ſententiam; *Ego quidem*, inquis, *libere ſententiam promam, & niſi nobiſmet oculos eruamus, palam faciam, hunc Vincentium, cum aliis Syncellitis Lerinenſibus, contra S. Auguſtini de prædeſtinatione doctrinam conſpiraſſe*, pag. 246, *idque* (ut ſtatim addis) *ex ejuſdem verbis evincam: quæ miramur, non modo nuperos ſcriptores non obſervaſſe, verum etiam nec ipſum Voſſium, qui non omnes illius libri navos notavit.*

* Pag. 157 col. 2.

ſcriptori, à Catholicis laudatiſſimo,

B

* P. 157 c. 2.

ex Voſſii hæretici ſententia,

2 Hic imprimis (ut ſæpe alibi) repugnantia ſcribis. Nam & religioni ducis, Voſſii ſententiam, ſapientiſſimorum Scriptorum, Baronii, Bellarmini, Sauſſaji, uno verbo dicere debueras, omnium Catholicorum qui poſt eum ſcripſerunt, ſententiæ anteponere: quæ certe ratio Scriptori Catholico & religioſo religionem jure injicere debuit; at ſtatim illam rejeciſti vel excuſſiſti: denuntias quippe Voſſii ſententiam eſſe tuam. *Libere*, inquis, *ſententiam promo*: tuam ſcilicet: neque id libere modo, ſed liberius & licentius quam par eſſet: eamque meridiana luce clariorem; palam enim te facturum dicis, niſi oculos nobis eruamus, Vincentium contra Auguſtinum ejuſque de prædeſtinatione ſententiam conſpiraſſe. Hæc pura puta eſt Voſſii ſententia, qui tamen longe moderatius ac temperatius de Vincentio ſcripſit. Juſtæ ſunt rationes, inquit, cur ita de illo ſentiam: tu vero, per intolerabilem jactantiam, hoc ita perſpicuum & apertum eſſe dicis, ut quiſquis hoc non videt, oculos ſibi eruat vel claudat. Itáne vero? cæcutiunt omnes præter te Catholici? & Baronius, Bellarminus, Sauſſajus, Coſterus, & omnes alii qui catholice ſentiunt ſibi oculos eruerunt? Suſtineo ſtylum: hic enim, ſi unquam alias exerendus eſſet contra te: qui & Voſſium, auctorem hæreticum, Baronio, Bellarmino, aliiſque omnibus Catholicis palam anteponis; & his cæcutientis ignaviæ notam inuris; & ipſum Voſſium longe ſuperas infenſo & hoſtili animo, armatoque ſtylo in ſanctiſſimum & doctiſſimum ſcriptorem: qui omnium laudes demeruit, ut

C

liberius etiam quam ille.

hæreſin impingit:

fateris ultro, & quem illius ſeculi delicias (cui enim carus non extitit) jure appellare poſſem. Jam vero videamus, quomodo rem tam obſcuram, quam nemo vidit unquam præter Voſſium (quamquam hic per ſomnium vidit) palam facias. A. BRUN. NEUSER. II, III IV

* P. 158 c. 1.

3 Ais ergo pag. 247 S. Vincentium *egregie concinere* Fauſto, nec non *irridere aſſerentes gratiam ſpecialem, ac perſonalem*; ac demum *ſubinferre, dari gratiam petentibus, pulſantibus, quærentibus*, puris ſcilicet naturæ viribus; ita quippe intelligis. Ut hoc probes, exſcribis illius locum ex Commonitorii cap. 37. *Iam vero illis, quæ ſequuntur, promiſſionibus, miro modo incautos homines hæretici decipere conſueverunt: audent enim polliceri & docere, quod in eccleſia ſua, id eſt in communionis ſuæ conventiculo, magna & ſpecialis, ac plane perſonalis quædam ſit Dei gratia; adeo ut ſine ullo labore, ſine ullo ſtudio, ſine ulla induſtria, etiamſi nec petant, nec quærant, nec pulſent, quicumque illi ad numerum ſuum pertinent, tamen ita divinitus diſpenſentur, ut Angelicis evecti manibus, id eſt, Angelica protectione ſervati, nunquam poſſint offendere ad lapidem pedem ſuum.* At his ſtatim exultanter ſubnectis: *quibus ultimis verbis ſententiam S. Auguſtini de prædeſtinatione & de dono perſeverantiæ reprehenſioni ſubjicit; in quo ſane culpandus eſt, quod Auguſtinianæ ſententiæ ſectatores hæreticos dixit, cum Semipelagiani doctiores Auguſtini ſententiam, errorem, non hæreſim appellarint*, ut Gennadius & Fauſtus, quos in hanc rem ibidem citas. *Porro*, inquis, *Vincentius hæreticos nuncupat, aſſerentes quamdam Dei gratiam*, ut ſupra. *An vero diſertius ſuam ſententiam exprimere potuerit, vel reapte Fauſtus expreſſerit, certe non video.*

quia explodit gratiam Prædeſtinatianorum ſe ſola agentem omnia.

E

4 Hic non tibi modo & Vincentio, verum etiam maximo Doctori Auguſtino tetram notam inuris. Tibi certe, qui manifeſtum errorem adſtruis; Vincentio vero, quem non contra hæreſes, ut præ ſe fert titulus, ſed in gratiam hæreticæ doctrinæ & contra Auguſtini doctrinam ab ipſo habitam pro hæretica ſcripſiſſe accuſas: Auguſtino denique, quem facis Auctorem doctrinæ, quam omnes poſt Vincentium, à mille ducentis annis & ultra, hæreticam eſſe putarunt. Quis enim tum antiquorũ tum etiam neotericorum Vincentii Commonitorium non legit? quis non intellexit Caput illud 37, ex quo dictum locum excerpſiſti, in quo illorum doctrina, quantum ad magnam illam & ſpecialem gratiam attinet, quæ laborem, ſtudium, induſtriam omnem excludit, hæretica nuncupatur? Vincentio igitur affingis calumniam, dum eum pro Semipelagiano; itemque Auguſtino, dum eum pro Prædeſtinatiano traducis. Quamquam nec Semipelagianus fuit Vincentius, nec Prædeſtinatianus Auguſtinus. Admittit quidem Auguſtinus gratiam illam ſecundum propoſitum ſpecialem eſſe, ſed nec ſolam illam admiſit, nec talem eſſe putavit, quæ laborem, ſtudium, & induſtriam hominum excluderet; hanc igitur gratiam ſpecialem Auguſtini numquam Vincentius damnavit, numquam hæreticam appellavit: damnavit Vincentius gratiam illam ſpecialem, quæ & omnem aliam, & laborem omnem, ſtudium, induſtriam excluderet; quam tamen Auguſtinus nunquam agnovit vel approbavit.

Sed talis revera hæretica eſt;

F

V

5 Sed ut propius ad rem accedam. Eodem prorſus modo habes Auguſtinum, quo illum jam olim Prædeſtinatiani, & proxime lapſo Lutherani, Calviniani; currente demum ſeculo, Fœderati tui habuerunt; dum nempe illi errores ſuos affinxere, jactantes quinq; illas propoſitiones, toties ab Eccleſia damnatas, eſſe primaria Auguſtinianæ doctrinę placita; quod quam honori Auguſtino vertat, omnes Catholici ſciunt. Tu vero non jam in angulo Belgii, vel in extremo Bataviæ receſſu, ſed in media Italia, primarium,

& Auguſtino affingitur per calumniam.

A. BRUN. NEUSSER

tium, imo fere unicum Prædeſtinatianæ pravitatis dogma & caput, germanam Auguſtini de Prædeſtinatione & divina gratia ſententiam eſſe ſcribis: quod certe longe potiori jure palam mox facio, quam tu Vincentium inter præcipuos Semipelagianorum primipilos habendum eſſe. Hæc, inquam, fuit antiqua Prædeſtinatianorum cantilena, de quibus Gualterius ad ann. 500 in Collat. Cap. 26, & ad ann. 900 cap. 3 ex Baronio, ad ann. 490 & 848, Caniſio, Genebrardo &c. Illi enim, cuncta ex prædeſtinatione aut reprobatione pendere cauſantes, nullam operum, laboris, induſtriæ rationem habendam eſſe, docebant: unde certiſſimum reputo, eo ſpectaſſe Vincentium, dum iſta ſcriberet. Solenne enim fuit hæreticis, ut homines in ſuas partes traherent, illa inani ſpe illos paſcere, quaſi eſſent ipſi gens electa, populus acquiſitionis, puſillus grex, iique pauci electi à Domino, ut jam olim Montaniſtæ, Donatiſtæ, Novatiani, ac præ ceteris Prædeſtinatiani, uti & Calviniſtæ & Anabaptiſtæ hujus ſeculi, qui omnes hanc prerogativam ſibi arrogant.

6 Hinc recte Vincentius Cap. 37 ſupra citato, dictis verbis Prædeſtinatianos percellere videtur, qui cum *diſcipuli diaboli* eſſent, ut hic Chriſtum tentando loca Scripturæ allegavit: *Hæc omnia tibi dabo: Angelis ſuis mandavit de te* &c. ita illi, *mille teſtimonia, exempla, auctoritates parant de Scriptura, & ſic incautos ex arce Catholica in hæreſeos baratrum præcipites agunt, vaniſque promiſſionibus decipiunt.* Pollicentur enim, omnes illos, qui ſtant ab eo eorum partibus, eſſe filios gratiæ, electos, prædeſtinatos, germanos Auguſtini diſcipulos; qui hoc ſingulari privilegio, quod aliis deeſt, gaudeant, ut ſalvandi ſint, *& Angelicis manibus evehendi*, ſine ullo labore, ſtudio, induſtria; etiamſi nec petant, nec quærant, nec pulſent, nec ſint ullatenus ſoliciti; modo enim *ad illum numerum pertineant*, nihil ultra curandum eſſe; quidquid agant, futuram ſalutem. Nemo certe negaverit, hunc purum putum eſſe Prædeſtinatianorum errorem, puta Lucidi, Monimi, Gotteſchalci, & ſimilium; illi autem ab iis ortum duxerunt, qui doctrina Auguſtini male percepta in hujuſmodi errores lapſi ſunt; quos primum Proſper impugnavit in Reſponſione ad Capitula Gallorum, ad objectiones Vincentianas, ad excerpta Genuenſium. His omnibus coætanei fuerunt, qui (ut dixi) ex doctrina Auguſtini perperam intellecta prædeſtinationis nomen alte jactabant, unde Prædeſtinati ſeu Prædeſtinatiani deinde dicti ſunt, eaque omnino abuſi, quædam errorum monſtra, obſtetricante diabolo, mundo pepererunt; ac præſertim illud, quod dicto loco Vincentius reprobat, tu vero pluſquam temere Auguſtino affingis. Ab iis quidem, ſat ſcio, dictus error capitalis Auguſtino tribuebatur, ut illius auctoritate freti ſimplicibus imponerent; in hoc tamen turpiter errabant.

Auguſtinus vero varie oppugnatur à variis,

7 Sed de Prædeſtinatianis agemus infra; interea ſatis erit hic indicaſſe, in hac ſcena ſeptem hominum genera ſuas agere partes. 1. Prædeſtinatiani, qui prædictos errores profitebantur, & Auguſtini eſſe putabant. 2. Quidam Presbyteri Galli, qui licet errores illos averſarentur, eos tamen Auguſtini eſſe credebant. 3. Semipelagiani, qui alios errores germanæ Auguſtini doctrinæ oppoſitos defendebant, nimirum initium fidei & bonæ voluntatis non eſſe à gratia ſed à viribus naturæ, quamvis alioquin Prædeſtinatianorum errores abhorrerent. 4. Quidam Catholici, qui licet univerſam Auguſtini doctrinam catholicam profiteantur, nimirum illam quam Eccleſia definivit & approbavit; in quibuſdam tamen, ad fidem non pertinentibus, Auguſtinum deſerere non dubitabant; puta in gratuita prædeſtinatione ad gloriam; ſi tamen Auguſtinus illam unquam docuit. 5. Nonnulli, præ nimio quodam in Auguſtinum affectu, eos ferre non poſſunt, qui per omnia & in omnibus in Auguſtini verba non jurant. 6. Alii volunt omnia doctrinæ Auguſtinianæ capita, quæ utcumque ad divinam gratiam pertinent, fide catholica tenenda eſſe; & ſi quis vel in minimo refragetur, eum ſtatim pro Semipelagiano traducunt. 7. Quidam errores ſuos ab Eccleſia damnatos Auguſtino affingunt, & in hoc cum Prædeſtinatianis conveniunt, adeoque ad primum genus reducendi ſunt, quales ſunt Lutherani, Calviniani, Fœderati &c. 8. Alii demum quædam Auguſtino tribuunt, quæ nunquam ab eo tradita fuerunt, puta gratiam per ſe & à ſe præciſe efficacem: idem multi probabiliter cenſent, de gratuita prædeſtinatione ad gloriam.

8 In quo quiſque genere collocandus ſit, facile dictu eſt. De primo & ſeptimo jam conſtat; nempe tam Prædeſtinatiani, quam Wicleffiſtæ, Lutherani, Calviniſtæ & Fœderati, Auguſtini doctrina perperam intellecta freti, multos errores commenti ſunt. Conſtat item de tertio; negare quippe non auſim, Semipelagianos, præter errores ſuos, nonnihil averſi ab Auguſtino animi præ ſe tuliſſe. In ſecundo genere ponimus Gallos, quorum Capitula Proſper refutavit; item Genuenſes, item Vincentium, ac demum Presbyteros illos, de quibus Proſper & Hilarius apud Cæleſtinum Papam expoſtulaverant, quod Auguſtino illi obloquerentur, & quos idem Cæleſtinus in Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ coercendos eſſe mandavit. Nec enim à Cæleſtino, ut hæretici, ſed ut maledici corripiuntur; & valde probabile eſt, Presbyteros illos, quos Cæleſtinus appellat in illa Epiſtola, eoſdem cum iis eſſe, ad quorum objectata capitula, nimirum contra Auguſtinum, Proſper reſpondit. In quinto genere, innumeros fere Scriptores Catholicos repono, qui de divina gratia optime ſcripſerunt. In ſexto & pariter octavo, Te ac Fœderatos ſatis agnoſcis. Septimum multis hæreticis jam aſſignavimus. Nonum forte diſtinguendum eſſet pro iis, qui à nonnullis Semipelagianiſmi accuſantur, quamvis eos alii Doctores Catholici iique magni nominis ab ea nota vindicarint; quare ſaltem aliqua de illis eſt in Eccleſia ſuſpicio, & illorum opera caute legenda: tales vero ſunt Caſſianus, Fauſtus, & forte Gennadius. Itaque his ſtatutis atque diſtinctis, manifeſtum eſt, Vincentium hæreticos jure ac merito ſugillaſſe loco citato: illa quippe doctrina mera hæreſis eſt; quam tamen is Auguſtino, ne per umbram quidem vel ſomnium, affinxit; ſed iis dumtaxat, quorum erat, nimirum Prædeſtinatianis.

cum quibus nihil commune Vincentio erat,

9 Quare Vincentius noſter ad ſecundum genus, de quo ſupra, non ſpectat; multo minus ad tertium, ut calumniaris; ſed ad quartum, idque ad ſummum; cum in omnibus Auguſtinum forte ſecutus non ſit, propter communem illam gratiam, quam ipſe præter ſpecialem admittit, uti & electionem ad gloriam ex præſcientia meritorum. Dixi, Forte: quia in his duobus multi de Auguſtini mente ac ſenſu dubitare videntur. Quod autem inde colligis, inſignem illum Semipelagianum fuiſſe, pluſquam ridicula & calumnioſa conſequentia eſt. Quaſi vero, ex eo quod Prædeſtinatianos percellat, ſequatur, Semipelagianum cenſendum eſſe. Tria igitur in ſanctiſſimum illum & limpidiſſimum Scriptorem peccas. 1. quod Semipelagianum appelles. 2. quod Prædeſtinatianis hæreſeos ab eo notam inuri grandi vitio vertas. 3. quod dicas hæreſim Auguſtino ab eo affingi, de quo ne ſomniavit quidem. Non minus peccas in Auguſtinum, cui doctrinam hæreticam, nimirum Prædeſtinatianam tribuis: ac demum in ipſam fidem & religionem Catholicam, utpote qui veram &

niſi forte cum ſolis iis qui non omnia Auguſtini probabant,

etſi in rebus fidei ſentiebant cum ipſo.

damna-

B *ideoque recte impugnatur à Vincentio.*

C

D

E

F

A damnatam hæreſim, doctrinam ſanam & Catholicam eſſe, contendas. Ex quibus omnino palam fit, quam ſtrenue Auguſtinum vindices; & quam vere dixeris, à te palam fieri, Vincentium Lerinenſem Semipelagianum extitiſſe. Sed ut verbo dicam, ingenui veridicique ſcriptoris non fuit ſeripſiſſe in Vindiciis pag. 212, Vincentium Lerinenſem in Commonitorio cap. 37 aſſerere, quod homo ſuis viribus poſſit petere, pulſare, quærere, ut Dei gratiam obtineat. Calumniam cuipiam imponere gravis certe injuria eſt: ſed antiquo Patri, hominique inter Sanctos relato, & de re Catholica optime merito, præſertim cum oppoſitum notorium ſit conſteque ad libri aperturam, longe gravioris culpæ eſſe nemo negaverit.

*P. 136 col. 1.

VII 10 Alterum argumentum contra Vincentium expedis, pag. 247 & 248, inde petitum, quod cum Semipelagiani Auguſtinianæ de prædeſtinatione doctrinæ novitatem exprobrarent, erroreſque ſuos *vetuſtate defenderent*, ut loquitur Proſper, Epiſt. ad Auguſtinum; & Vincentius in opuſculo illo, novitates inſectetur paſſim; inde concludas, Semipelagianum extitiſſe, & in hanc rem, inſignem locum exſcribis ex cap. 39. Hunc ut clarius diſcutiam Lectorique exponam, præmitto, à Vincentio ibi diſtingui duo hæreſeon genera, antiquarum ſcilicet & novitiarum; ſed *neque ſemper, neque omnes*, inquit, *hæreſes hoc modo impugnandæ ſunt*, id eſt, ex communi & unanimi veterum Magiſtrorum conſenſu & conſilio; *ſed novitiæ recenteſque tantummodo, cum primum ſcilicet exoriuntur; priuſquam, manante latius veneno, Majorum volumina vitiare conentur; dilatatæ* vero *& inveteratæ hæreſes nequaquam hac viâ aggrediendæ ſunt, eo quod prolixo temporum tractu, longa his furandæ veritatis patuerit octaſio*; quare aut *ſola Scripturarum auctoritate*, illas *oportet convincere, aut certe jam antiquitus univerſalibus Sacerdotum Catholicorum Conciliis convictas damnataſque vitare; at cum primum mali cujuſque erroris putredo erumpere cœperit, & ad defenſionem ſui quædam ſacræ Legis verba furari, eaque fraudulenter exponere, ſtatim interpretando Canoni* (id eſt Scripturæ textui, ad confirmationem erroris adducto, quod hæreticis ſatis familiare eſt) *Majorum ſententiæ congregandæ ſunt, quibus novitium* illud, *ideoque profanum, & abſque ulla ambage prodatur, & ſine ulla retractatione damnetur*; eorum ſcilicet Patrum, *qui in fide & communione catholica ſancte viventes, vel mori in Chriſto fideliter, vel occidi pro Chriſto feliciter meruerunt; quibus tamen hac lege credendum eſt, ut quidquid vel omnes, vel plures, uno eodemque ſenſu manifeſte, frequenter, perſeveranter, velut quodam conſentiente ſibi Magiſtrorum conſilio, accipiendo, tenendo, tradendo, firmaverint, id pro indubitato, certo, ratoque habeatur.* Statim autem ex præmiſſis in hunc modum concludit (& hic eſt locus, quem exſcripſiſti) *Quidquid vero, quamvis ille ſanctus & doctus, quamvis Epiſcopus, quamvis Confeſſor & Martyr, præter omnes aut etiam contra omnes ſenſerit, id inter propias & occultas & privatas opiniunculas, à communis, publicæ, & generalis ſententiæ auctoritate ſecretum ſit; nec cum ſummo æternæ ſalutis periculo, juxta ſacrilegam hæreticorum & ſchiſmaticorum conſuetudinem, univerſalis dogmatis antiqua veritate dimiſſa, unius hominis novitium ſectemur errorem.*

Quia Semipelagiani doctrinam Auguſtini novam eſſe ajebant,

B

& Vincentius veterū auctoritate refutandas docet novitates,

C

atque ex eorum conſenſu definiendum ſenſum Scripturæ,

11 Quid ſapientius in hanc rem dici potuerit, non video. Hic enim agitur de legitimo Scripturæ ſenſu, & de *canone interpretando*; imo hanc unam Concilium Tridentinum regulam obſervari mandat, ut communis Patrum ſenſus ad hunc finem indagetur. Tu vero hic Auguſtinum à Vincentio fugillari temere ſane conjicis, qui tamen Martyr non fuit; unde vel hæc una vocula leviſſimam illam tuam con-

temere dicitur Auguſtinum notare voluiſſe:

jecturam manifeſtæ falſitatis arguit. Hæc autem Vincentii regula ab omnibus huc uſque laudata eſt, probata eſt, & ad diſjiciendas falſas novatorum interpretationes à doctiſſimis viris adhibita. Tu ſolus reprobas, ut falſam & ſubdolam, ut à vulpecula per fraudem & malam artem concinnatam, ut Auguſtino injuriam; imo illud *Opiniunculas*, & illud *Præter omnes*, majuſculis characteribus exſcripſiſti, ut Vincentii crimen inde augeres, quaſi Auguſtino opiniunculas tribuerit.

A. BRUN. NEUSER.

12 Non loquitur de Auguſtino (Abſit enim ut Auguſtinus aliquos Scripturæ textus, præter vel contra omnium Patrum mentem, ad defenſionem novitii cujuſpiam erroris, interpretari dicatur) gegeratim Vincentius loquitur; ſi quando novatores ad defenſionem novitii erroris aliquem Scripturæ locum adducant, & male ac fraudulenter exponant, disjicienda eſt illa interpretatio, exploratis Patrum ſententiis, & communi ſenſu illius loci, non ſingulari & privata unius tantum, alioquin ſanctiſſimi Patris ſententia vel opinione: quæ certe tanti momenti non eſſet, ad refellendam penitus heterodoxum illud commentum; ſed communi aliorum omnium, à qua diſcedere nullus vere Catholicus debet, juxta decretas à Synodo Tridentina Leges. Unde Vincentium modeſtiſſime locutum eſſe, conſtat, dum *Opiniunculam* appellavit privatam Scripturæ interpretationem, quæ ſit vel præter vel contra communem omnium Patrum & unanimem conſenſum, quam Eccleſia per ſacros Canones vetuit, & maxime in Trident. ſeſſ. 4, in Decreto de editione & uſu ſacrorum librorum, in Trull. cap. 19, & Cap. *exiit* de verbor. ſignific. 6, & aliàs paſſim. Quid hic amabo ſubdolum, quid fraudulentum, quid vulpeculæ, quid malæ artis? Eadem Conciliorum, eadem Eccleſiæ, eadem Doctorum Catholicorum vox eſt; nec ipſe Auguſtinus diſſentiet, qui ne ipſi quidem Euangelio crederet, niſi Eccleſiæ auctoritas illum moveret. Et vero grandem infers Auguſtino injuriam, dum illum in eo ſenſu Scripturam interpretatum, fuiſſe dicis, qui revera eſſet contra aut præter omnium Patrum ſenſum; id eſt illum *præter aut etiam contra omnes ſenſiſſe*, ut Vincentius de hæreticis, non de Auguſtino ſcribit.

non enim loquitur de Auguſtino:

E

ſed id ſolum ait quod contra Novatores Eccleſia tota.

VIII 13 Et vero mirum eſt, te unum in hiſce Commonitorii textibus, malignos, fallaces, vulpinos & artificioſos ſenſus exploraſſe ac perſpexiſſe; quos nec Baronius, nec Bellarminus, nec ullus alius ex Catholicis, ſeu Patribus, ſeu Doctoribus unquam comperit..... Appello certe ad omnes Catholicos, qui vel latine ſciunt, & rei dogmaticæ utcumque periti ſunt; vix enim de millibus unum reperias, qui regulam illam à Vincentio dicto Capite traditam non probet & ſummopere non laudet: nimirum, naſcentem errorem, in aliquo Scripturæ textu perperam explicato fundatum, melius refelli non poſſe, quam ſi oſtendatur, ſenſum illum eſſe præter aut contra unanimem antiquorum Patrum conſenſum; nec unum ex his ſatis eſſe, quiſquis ille ſit, cui reliqui omnes adverſentur. Quid ſapientius in hoc dici poſſit, non video. Tu vero, ut eorum cauſam defenderes, qui Novatorum veſtigiis inſiſtentes, profanas novitates, venerandæ licet antiquitatis tectas involucro, nobis oggerunt; Doctorem Catholicum, qui præ ceteris Catholicos docuit ejuſmodi hæreticorum novitates deprehendere ac refellere, hoc nomine ſugillaſti & in Semipelagianorum album retuliſti, quaſi contra Auguſtinum ea ſcripſiſſet, quæ contra hæreticos ſcripſit. Sed quidquid dixeris, Auguſtinum inter & Vincentium bene convenit; uterque novitates in re dogmatica fugiendas eſſe, docuit.... utrumque

F

Nihil in hoc ſubdolum aut vulpinum,

ſed quod probare omnes debeant,

A. BRUN. NEUSSER.

que afficit injuria ille, qui iſtum ex eo commendat, quod profanis novitatibus patrocinetur; illum vero arguit, quod eas perſequatur.

Non etiam abuſus eſt litteris Cæleſtini ad Epiſcopos Galliæ,

14 Pergis ibidem (nimirum in Hiſtor. pag.248) calumniari; ubi dicis, Vincentium arte, mala ſcilicet, (nec enim aliter intelligis) vana & arguta interpretatione, contra Proſperum & ſocios, detorſiſſe Litteras Cæleſtini, ad Epiſcopos Galliæ datas adverſus *Semipelagianos.* Erras. Ne verbum quidem in hac Epiſtola de Semipelagianorum erroribus, quia hæc terminatur, ut ſuſe probas in Vindiciis pag. 208, & ſeqq. his verbis Capitis ſecundi, *Deus vos incolumes ſervet Fratres chariſſimi:* & tantum in ea Pontifex arguit quoſdam Epiſcopos Galliæ, eo quod aliquot Presbyteros ſibi ſubditos non coërcerent, qui motis *indiſciplinatis quæſtionibus* obloquebantur Auguſtino jam vita functo, deque illo prædicabant *adverſantia veritati,* non ſine diſſenſione Eccleſiarum; qua de cauſa Proſper & Hilarius ad Sedem Apoſtolicam recurrerant; contra quos etiam cum ab Auguſtini partibus ſtarent, ac ſtrenue pro illo pugnarent, iidem

in his enim ſolum laudatur Auguſtinus,

Presbyteri acerrime declamabant. In eadem etiam Epiſtola Cæleſtinus Auguſtinum ſummopere laudat, quem ſcribit in communione Sedis Apoſtolicæ ſemper vixiſſe, nullo unquam unius ſuſpicionis rumore afflatum, ſed tantæ ſcientiæ fuiſſe, ut inter Magiſtros optimos à Romanis Pontificibus haberetur; bene de eo omnes in commune ſenſiſſe, ubique cunctis & amori fuiſſe & honori, &c. *Ergo,* inquit, *corripiantur hujuſmodi,* nimirum oblocutores; *non ſit his liberum, habere pro voluntate ſermonem: deſinat, ſi ita res ſunt, inceſſere novitas vetuſtatem ..... univerſalis Eccleſia quacumque novitate pulſatur.* Commendat ibidem *plebis Catholicæ pacem,* doletque *Magiſtris,* id eſt Epiſcopis, *tacentibus, eos loqui, qui, ſi ita eſt, diſcipuli non fuerunt. Quid enim,* inquit, *in eccleſiis vos agitis,* ſi illi (nimirum Presbyteri, de quibus Proſper & Hilarius conqueſti fuerant) *ſummam teneant prædicandi?* Nihil ſane hoc loco de Semipelagianorum erroribus; longe quippe aliter Cæleſtinus, in hac præſertim materia, loqueretur, ſi de fide ageretur. Jurgia dumtaxat & diſſenſiones ortas in populo, ex

& litigioſi Presbyteri arguuntur,

declamationibus ſeu concionibus, quas ad plebem dicti Presbyteri conniventibus Epiſcopis habebant, in quibus identidem Auguſtinum, quaſi auctor eſſet illius peſſimæ doctrinæ, quam Prædeſtinatiani illius eſſe fatebantur ultro, non ſine nota & forte aculeis lugillabant; imo in Proſperum & Hilarium, ut ſequaces & heredes Auguſtinianæ doctrinæ, acrius invecti, illos apud plebem, quaſi ſuſpectæ fidei homines traducebant; quæ res graviſſima illis viſa eſt; nec enim aliter pro re levi ad Sedem Apoſtolicam confugiſſent.

C

15 Hæc ſumma eſt illius Epiſtolæ, quæ, ut dicis, ex Proœmio & duobus tantum Capitibus conſtat: unde reliqua XI Capita deinde ab aliquo addita fuerunt, ut jam olim multi oſtenderunt, Baronius, Surius, Conciliorum Collectores, Sirmondus, ac præ ceteris Franciſcus Suarez, qui probabilibus argumentis, id probat; quorum potiſſimum Voſſius, inſalutato auctore, deinde accepit ..... Tu vero in

* P. 134 c. 2.

Vindic. pag. 210 demonſtare tibi videris aliis argumentis, XI illa Capita Cæleſtini litteris addita fuiſſe, & non eſſe illius .... Et argumentum quidem quod

* P. 136 c. 1.

à te *præferri ceteris* ſcribis pag. 212, hoc eſt: *Si Capita illa Cæleſtini eſſent,* inquis, *& à Sede Apoſtolica emanaſſent, non video qua ratione Fauſtus, Vincentius, Hilarius, aliique Galliarum Epiſcopi ab hæreſi excuſari poſſint, atque inter Divos erectis aris connumerari ....*

neque ex eo, an XI Capita ſuperaddita Cæleſtini ſint an non,

Addiſque, hoc poſito, nimirum quod Cæleſtini eſſent, nullam excuſationem concinnari poſſe pro Hilario, Fauſto, Vincentio, aliiſque Galliæ Præſulibus, qui *Maſſilienſium errores mordicus ſuſtinebant. Qua fronte,* inquis, *eaſdem litteras ſibi favere jactaſſet* (nimirum Vincentius Lerinenſis) *quibus ipſiuſmet opiniones condemnabantur? Itaque Capita illa emiſſa non fuere à Cæleſtino, ne hæreticos pronuntiemus eos, quos & ſanctitas & eruditio celebres reddidere.* Argumentum facile retorquetur. Cum enim tam Vincentius, quam prædicti Epiſcopi erectis aris inter Divos connumerentur, inde omnino ſequitur, Sanctos illos revera fuiſſe, ut ſana & Catholica doctrina, ita vitæ ſanctimonia conſpicuos, ac proinde Maſſilienſium errores mordicus non ſuſtinuiſſe. Et hæc, ſive hæc Capita ſint vere Cæleſtini, ſive Proſperi, ſive alterius; & nullus dubitet, Cæleſtinum errores in iis Epiſcopis latarum non fuiſſe, quos tam acriter redarguit in dicta Epiſtola, quod Presbyteros ſibi ſubditos indiſciplinatas quæſtiones agitare, obloqui Auguſtino tolerarent; quomodo enim errantes toleraſſet, qui paulo negligentiores minime toleravit? Cum igitur certum ſit, Sanctos eſſe, ac proinde certum, hæreticos non fuiſſe; hoc duci aut pendere non poteſt à re dubia, nimirum quod Capita illa Cæleſtini ſint, aut non ſint: ſed ex eo quod certum ſit hæreticos non fuiſſe, certo deducitur Semipelagianorum erroribus non adhæſiſſe; & ſi quid dubii aliqua eorum verba præ ſe ferant, in Catholico ſenſu explicanda. Accedit quod, dato etiam quod hæc Capita Proſperi vel alterius eſſent, diſerte legimus Cap. XI, Piiſſimos Patres Sedis Apoſtolicæ docuiſſe, tum bonæ voluntatis exordia & incrementa, tum perſeverantiam in eis uſque in finem ad gratiam eſſe referenda; unde illi Epiſcopi eximendi culpæ non eſſent, ſi oppoſitam Semipelagianorum doctrinam mordicus ſuſtinuiſſent. Ex quibus conſtat, tuum illud argumentum, quod adeo jactas, nullius momenti eſſe .....

D

pendet æſtimatio Vincentii & aliorum.

E

16 Ceterum in ea quoque ſententia me fateor eſſe circa illa Capita, quod ſcilicet non ſint Cæleſtini; tum propter rationes ab aliis allatas; tum quia Romanus Pontifex nunquam illas verborum formulas uſurpaſſet, quibus illorum Capitum auctor uſus eſt. 1. Nunquam diceret, *Magiſtris noſtris* Cap. XI de auctore privato ſermonem faciens, 2. Synodi Provincialis Capitula pro Decretis fidei non citaret Cap. X. Non diceret etiam, *Beatiſſimæ & Apoſtolicæ Sedis,* qua loquendi formula Romanus Pontifex numquam utitur Cap. XI. 4. Non loqueretur in tertia perſona de Præſulibus ſanctarum Plebium, ſed prima pluralis numeri; ibidem. 5. Non diceret Piiſſimi Patres, id eſt Romani Pontifices, *nos docuerunt;* ibidem. 6. Loquitur etiam ut mere Laicus, *obſecrationum Sacerdotalium ſacramenta reſpiciamus;* ibidem, & Cap. XII, *non otioſo contemplamur intuitu.* 7. Nihil ordinat, nihil ſtatuit, nihil præcipit, contra morem; ſed hæc tantum, *His ergo Eccleſiaſticis regulis ita confortati ſumus,* ibidem. Romanus Pontifex pro more ſic non loquitur. 8 Non diceret etiam, quod ibidem legimus, *Apoſtolicæ Sedis noſ ſcripta docuerunt;* nec etiam illud, *Vt prorſus non opinemur Catholicum.* Romanus Pontifex in re doctrinali non adhibet hanc vocem *opinamur.* Ex his certum mihi eſſe videtur, Capitula illa nullo modo Cæleſtini eſſe; ſed Proſperi, uti ex ſtylo, ſenſu, phraſi, doctrina, & proprio loquendi modo ſatis probabiliter colligitur. Quæ autem hæc à Cæleſtini ſtylo, genio, & ſcribendi ratione aliena ſint, nullo certe negotio à prudente & perito Lectore ſtatim deprehenderetur, ſi vel in præfixam illius Epiſtolam oculos conjiciat. Illud autem, quod ſcribit Proſper in Præfatione ad Object. Vincentii; nimirum *fidem à ſe defendi Sedis Apoſtolicæ auctoritate,* non eo ſenſu accipiendum eſt, quo accipis pag. 250, quaſi Sedes Apoſtolica hoc munus homini laico, ut fateris ibidem, impoſuerit; ſed alio, eoque nativo, nimirum Sedis Apoſtolicæ decretis, judiciis, ſententiis,

F

Revera autem Cæleſtini non ſunt,

ſed Proſperi.

A tentiis, *auctoritatibus*, ut legitur ipſo titulo Capitum Epiſtolæ Cæleſtini annexorum; unde probabiliter conjicio, Proſperum innuere, ſe contra Pelagianos hujuſmodi auctoritatibus vel auctoritate Sedis Apoſtolicæ fidem defendiſſe, ex quo ulterius probatur, Capita illa à Proſpero ſcripta fuiſſe, & Epiſtolæ Cæleſtini annexa.

17 Sed ad Vincentium redeamus, quem vis, arte mala & vana interpretatione, & ut vulpeculam ſub Monachi habitu latuiſſe. Quamobrem vero tandem? Hoc jam diſpiciendum reſtat. Dixerat Cæleſtinus in præmiſſa Epiſtola, *non ſit his liberum, habere pro voluntate ſermonem*; quærit autem Vincentius cap. cit. *quinam ſint illi, quos* Cæleſtinus *prohibeat, habere pro voluntate ſermonem, vetuſtatis prædicatores, an novitatis inventores; ipſe dicat, & dubitationem legentium ipſe diſſolvat.* Quid quæſo hic mali vel ipſamet maligna ſuſpicatio ſomniaret? *Sequitur enim*, nimirum in Cæleſtini litteris, quas hoc loco Vincentius laudaverat, *Deſinat, ſi ita res eſt*, vel, *ſi ita res ſunt*, uti apud Cæleſtinum, id eſt, ut enucleat gloſſando Vincentius, *ſi ita eſt, ut apud me quidam urbes & provincias veſtras criminantur, quod eas quibuſdam novitatibus conſentire noxia ſimulatione faciatis; Deſinat itaque*, inquit, *inceſſere novitas vetuſtatem.* Subjungis illico in hiſt. pag. 249, *Videas, quomodo Proſperum & Hilarium deſpicit?* quos vocat *criminatores*, vago quodam nomine, *Quidam criminantur*: in quibus verbis, inſignem contumeliam agnoſcis. At, unam vocem in aliam vertis. *Criminator*, ſemper male ſonat, *Criminari* vero non ſemper. Ad Ambroſium Calepinum te remitto; quamquam apud illum vocem hanc *criminator* non invenies, uti nec apud Latinos. Et vero, niſi *criminor* & *criminatio* in bono ſenſu aliquando accipi poſſet, nugatorie diceretur *falſa criminatio, falſo criminari.* Itaque in Grammaticam peccare non dubitaſti, ut in caritatem, imo & in ſanctiſſimi viri pietatem commodius peccares. Quod vero contumeliæ loco habes nomen illud vagum *Quidam*, eſt ſane quod riſum moveat, in plurali præſertim numero. Quis unquam talia vel ſomniaſſe potuit? nimirum de quopiam hominum genere citra contumelam dici non poſſe, *Quidam, Aliqui, Nonnulli.*

18 Dicis præterea, Vincentium inde calumniam auxiſſe in Proſperum, quod iſtum apud Cæleſtinum Urbes & Provincias criminatum fuiſſe ſcribat. *Vincentius*, inquis, *quo contra Proſperum integræ, non modo Vrbes, ſed & Galliarum Provinciæ ſtare credantur, fingit illum criminatum fuiſſe Vrbes &c. Itáne, Vincenti*, inquis, *neſcio quos Presbyteros, Vrbes & Provincias vocas? Proſper non Epiſcopos accuſarat, quod Provincias noxia ſimulatione quibuſdam novitatibus conſentire facerent, uti perperam ſcribit Vincentius, ut duos illos Lerinenſium & Maßilienſiũ delatores in Epiſcoporum invidiam trahat*; ſed *præter paucos alios*, tres illos dumtaxat, *Caßianum, Fauſtum, Vincentium (quos omnes fuiſſe Presbyteros*, inquis, *ex noſtra Hiſtoria patet) accuſavit.* Ab hoc ultimo incipio, & mihi dicas, velim, unde habeas, Fauſtum & Vincentiũ Presbyteros fuiſſe ſub finem anni CCCCXXXI vel ſub initium XXXII, quo, ut fateris ultro, dicta Cæleſtini Epiſtola ſcripta fuit: tu enim diſerte fateris, illum Abbatem creatum fuiſſe anno CCCCXXXIII, Maximo ad Inſulas Rejenſes ex monaſterio Lerinenſi tranſlato. Quod autem Presbyter ante illud tempus ordinatus fuerit; unde habes? unde probas? Profer amabo *teſtimonia illa veterum*; illa quippe in tua Hiſtoria non invenio, licet dicas, *in ea, ex teſtimoniis veterum hoc ſæpe inſertum fuiſſe*, Sæpe, inquis? at ne ſemel quidem invenio. Presbyteros fuiſſe, ſat ſcio: ſed quod duo illi dicto anno Præſbyteri eſſent, dicis quidem, ſed non probas. Cur igitur tam indubitanter aſſeris? Idem, idque potiori jure, dicendum eſt de Vincentio, qui cum eſſet Frater S. Lupi, iſque minor natu; & eum circa annum CCCCXXIII Lupus juvenis eſſet, uti eum Sidonius vocat in Euchariſtico, *quam ſancta Capraſi vita ſenis, juveniſque Lupi*; Vincentium anno CCCCXXXI vertente, vel XXXII, juniorem adhuc fuiſſe neceſſe eſt. Unde igitur habes, illum Presbyterum fuiſſe? Inde ſane, quod eum à Proſpero ad Cæleſtinum delatum fuiſſe, gratis omnino fingas: & cum Proſper Presbyteros detulerit, ut conſtat ex Cæleſtini Epiſtola, inde facile deducis, Presbyterum eo tempore fuiſſe. Sed ex eadem Epiſtola contrarium apertiſſime deducitur. Nempe illi Presbyteri, ut ex eadem Epiſtola evincitur, ſacras conciones habebant ad populum, imo & coram ipſis Epiſcopis; *Hos ipſos*, inquit, Cæleſtinus, *à Deo noſtro poſitos novimus ad docendum; ſed quid illic ſpei eſt, ubi Magiſtris tacentibus, ii loquuntur, &c.* id eſt, illi Presbyteri; cum igitur Caſſianus, Fauſtus, Vincentius Monachi eſſent ac degerent in monaſteriis, ex illorum Presbyterorum numero eſſe non poterant qui in Eccleſiis ad populum prædicabant.

19 Præterea illud *Vrbes* & *Provincia* te pupugit; vis enim tres illos dumtaxat, & paucos, ſeu totidem alios delatos fuiſſe. Cur igitur ad ſex illos Epiſcopos, Venerium, Marium, Leontium, Auxarium, Arcadium, Philtatium Papa Cæleſtinus ſcripſit? Venerium ſcilicet Maſſilienſem, Leontium Forojulienſem, Arcadium Vincienſem, qui per id tempus in prædictis civitatibus erant Epiſcopi, ut videre eſt in Gallia Chriſtiana; ubinam vero tres alii fuerint Epiſcopi, non conſtat. Cur igitur tam pauci Presbyteri, ſi tam multi Epiſcopi? Quis porro neget, diverſas Urbes fuiſſe, quarum Presbyteri delati fuerant, quibus auditorum ſeu plebis turba adſtipulabatur, aut certe pro more applaudebat. Deinde, *Neſcio quos Presbyteros* vocat, quaſi vero Caſſianus notiſſimus non eſſet, qui uno vel altero ante anno, inſtante Leone Magno, contra Neſtorium ut doctiſſime ita nervoſiſſime ſcripſit. Deinde in cordis adyta penetras, aiſque hæc Vincentiũ eo fine exaggeraſſe, ut Proſperum *in invidiam Epiſcoporum trahat*; & hæc ſine teſte, niſi forte Voſſio vel Uſſerio neſcio quo, heterodoxis hominibus . . . . . Dicis etiam, Vincentium perperam ſcripſiſſe, illos Epiſcopos à Cæleſtino correptos fuiſſe, quod plebes ſuas noxia ſimulatione quibuſdam novitatibus facerent, ſeu (quod idem eſt) ſinerent & tolerarent, prædicantibus ſcilicet illis Presbyteris, conſentire. Numquid hoc jure illis Cæleſtinus non imputat? Conſule illius verba, *Veſtra*, inquit, *dilectioni imputamus.* Cauſa igitur erant, moralis ſcilicet, hujuſmodi perturbationis, ut patet ex ipſis terminis. Cur ergo nodum quæris in ſcirpo?

20 Carpis etiam illum, quod toties urgeat illud, *ſi ita res eſt*, ut ſupra exſcripſimus, quo falſam à ſe haberi denotat Proſperi delationem. Parum ſincerus gloſſator es, tenebras adſpergis, ut meridianam lucem illuſtres; & ut limpidiſſimam exponas ſententiam, malignas parum humani judicii umbras ſeu nebulas acerſis. Illud unum in opuſculo ſuo Vincentius oſtendere ſibi propoſuit; in re Doctrinæ ac Religionis profanas novitates fugiendas eſſe, ut Paulus monet; quod cum multis argumentis probaſſet, hoc tandem probat auctoritate Romanorum Pontificum, de quo paulo poſt, ac præ ceteris ex recenti Epiſtola Cæleſtini, in qua ſcilicet vetat, ne Presbyteri illi *habeant pro voluntate ſermonem*, id eſt, prædicent in Eccleſia. Quinam porro illi? *Vetuſtatis Prædicatores, an novitatis inventores?* Dicat ipſemet Cæleſtinus, in eadem ſcilicet Epiſtola, & dubitationem diſſolvat; *Deſinat*, inquit Cæleſtinus, *ſi ita res ſunt, inceſſere novitas vetuſtatem.* Quid amabo in propoſitum magis quadraret? Illud autem, *Si ita res eſt*, explicat, id eſt, Si ita eſt ut deferunt iſti, quod ſcilicet Presbyteri tacentibus

XI *quem Vincentius non vocat Criminatorem,*

B * P. 159 c. 2. *ut perperã aſſumitur;*

ſicut nec ipſum accuſavit Proſper,

C *de Presbyteris quæſtus an. 431*

A. BRUN. NEUSER. *(qualis tunc necdum erat Vincentius)*

XII E *iſque non paucis, ut vult auctor Hiſt. Pel.*

F *cum multi Epiſcopi eorum cauſa fuerint merito reprehenſi.*

ſimpliciter Vincentius oſtendit non tolerandas eſſe novitates,

auctoritate Cæleſtini,

A. BRUN. NEUSER. Episcopis adversantia veritati prædicent, indisciplinatas quæstiones in medium vocent,&c. *Desinat*, inquit resumendo, *si ita est, incessere novitas vetustatem.* Quid quæso hic non clarum & limpidum? quid deest? quid supersit? Repetit, inquis, illud, *si ita est*; repetiit etiam Cælestinus, tu vide sis; *si ita est, si ita res sunt*; repetiit, ut explicaret Cælestini mentem, & finem propter quem scripta fuerat Epistola.

21 Quidã adstruebant errores Prædestinatianorũ, eosque tribuebant Augustino, ut tanto suffragio gauderent, quidam alii, iique Presbyteri & docti, errores illos refutabant quidem, sed non ab iis æque strenue Augustinum vindicabant, cum ejus sententiam de prædestinatione satis non penetrarent; imo in eum aliqui, nimio disputationis æstu abrepti zeloque indiscreto, hoc nomine paulo intemperantius invehebantur. Prosper tam errantibus, quam erroris impugnatoribus, valide obsistebat; quod ii, sane immerito, Augustinum lacesserent, aut saltem frigidius seu molliori brachio illum à Prædestinatianorum calũmniis vindicarent. Tacebant interea quidam Episcopi, & Ecclesia his dissensionibus scindebatur: recurrit Prosper ad Cælestinum pro remedio; hic ad illos Episcopos, in quorum Civitatibus prædictæ seditiones seu disputationes fervebant, gravem illam dedit Epistolam, veruitque ne novitas vetustatem incesseret, id est, novus Prædestinatianorum error vetustam Ecclesiæ doctrinã; *Desinat* inquit, *novitas incessere vetustatẽ*, seu verius, novam illam agendi rationem [damnavit] qua scilicet Presbyteri, præsentibus & tacentibus Episcopis, quęstiones indisciplinatas in Ecclesia agitabant, & populo prædicabant. Et quia nonnulli ex Catholicis, ut dixi, Augustini doctrinam hoc nomine fugillabant, quod eam forte minus intelligerent; adeoque sanctissimo Doctori obloquebantur, quasi aliqua erroris fuligine tinctus fuisset; Cælestinus Epistolæ suæ cap. 2, hoc expresse vetat, & Augustini fidem atque doctrinam summopere commendat, & improbis illis oblocutoribus silentium imponi mandat.

redarguentis eos qui Prædestinatianorum errorem imputabant Augustino,

B

22 Iila igitur tua, tuique Vossii adnotatio vel suspicio, levissima est, nullo prorsus rationis freta momento, nisi mera & minime ferenda obloquendi sanctissimo Patri libidine; quem hic quasi in scena nobis exhibes, mille dolos arteque concinnantẽ, totas Urbes moventem & Provincias, detonantem in Prosperum, eique calumnias affingentem, ut eum tamquam falsum delatorem *seu criminatorem* (ut vocas) *in Episcoporum trahat invidiam, & in Cælestini decreto perperam gloriatum ostendat*; ac demum suis veluti armis, Prospero rejecto, exclamantem, *ergo hæc fuit Beati Cælestini sententia, non ut vetustas cessaret obruere novitatem; sed potius novitas defineret incessere vetustatem*, quæ in hunc modum explicas pag. 250; *Desinat novitas doctrinæ Augustini, Prosperi &c. incessere vetustatem doctrinæ Cassiani, Fausti, &c.* & statim exclamas, *quis ad hæc non hæreat?* Hæreo sane præ stupore, quod homo Catholicus, sibi tantum arroget, ut levissimam & vanissimam Vossii hominis hæretici conjecturam, & plusquam inanem & sanctissimo viro injuriosam & contumeliosam suspicionem, communi & universali tum antiquiorum, tum recentiorum (ut fateris ultro) judicio anteponendam esse ducat. Si Patrum Loca hoc modo interpretari liceat, additis ad libitum quibuscumque, nihil sane illis à quolibet non affingi posset. Tres illos Vincentii versus relegas velim, Lector benevole, quos supra exscripsi, idque uno tenore; & nisi præoccupatum animum habeas, judicabis illico, nitidum, catholicum, & sinceriſſimum sensum illorum esse; nihil fraudis & doli, nihil criminationis in Prosperum, accusationis in Augustinum, nihil demum hæretici veneni inesse.

quod temere diceretur Vincentius feciſſe;

C

*P. 160 c. 1.

XIII 23 Sed pergis, & Vincentium Lerinensem illum esse dicis, ad cujus objectiones, quas Vincentianas vocant, Prosper respondit. Quo vero teste hoc asseris? Nullo. Quo argumento? Nullo. Baronius in Martyrol. ad 24 Maji alium substituit; quem tamen juniorem esse dicis, cum hic Gennadio convixerit. Sed hoc nihil probat; quia potuit jam grandior natu Gennadio convixisse, & longe ante scripsisse prædictas objectiones. Quasi vero Faustus Gennadio non convixerit, quem tamen jam anno cccexxxi aut xxxii ad Cælestinum à Prospero delatum fuisse, scripsisti. Gratis igitur hunc Vincentium Lerinensem esse dicis, omni prorsus probationis adminiculo destitutus; quod certe Historicum, imo (si Superis placet) insignem Historiæ restauratorem non decet. Hoc certe non reticuisset Gennadius, cum de Vincentio & Prospero: nec etiam ex eodem utriusque nomine hoc quisquam, nisi ridiculus, probet. Quasi vero eo seculo plures non vixerint Vincentii, uti & Simones & Judæ tempore Apostolorum. Sed hæc inania diutius refutare pudet.

D

uti etiam Vincentiana objectiones,

eidem gratis adscribuntur,

24 Hoc unum restat, ut singularia quædam breviter adnotem. 1 Fateris pag. 245. Commonitorium anno cccexxxiiii prodiisse, auctore Peregrino *Monacho*, nimirum Vincentio; eoque collusionis reo cum *Fausto Abbate suo*, pag. 249, cum eodem Fausto aliisque *Syncellitis Lerinensibus* contra S. Augustini doctrinam conspirante, pag. 246; quem Insula Lerinensis ante annum cccexxvii Eucherio teste jam habuerat, ut fateris ultro pag. 451. Ibidem tamen asseris, Vincentium auctorem Commonitorii nondum fuisse Monachum Lerinensem, cum hoc opus edidit. Numquid hæc repugnantia non sunt? 2. Dicis pag. 250, non jam præsumptionem, sed evidentiam esse, quod Vincentius Semipelagianus extiterit; & pag. 246, hoc ipsum fieri à te palam ibidem; tamen ad Vossii sententiam accedere religioni ducis, addisque, dari occasionem dubitandi. Res igitur perspicua non est, neque facta palam; cur ergo tibi contradicis? 3. Dicis pag. 252, Nullam per te injuriam Vincentii sanctimoniæ importari, dum illum Semipelagianis accenses, dnm criminatorem appellas, eique malas artes, fraudem, cuniculos, invidiam & odium in Prosperum exprobras, pag. 249 & alibi. 4 Ibidem paucos fuisse dicis, qui doctrinam Augustini de prædestinatione averssarentur; id est, qui Semipelagiani essent; alibi tamen (ut pag. 252, & 192, & alibi) fere omnes Galliarum Episcopos Semipelagianos fuisse dicis. Si fere omnes Galliarum Episcopi, quomodo pauci? 5. Sanctum illum sæpe ac sæpius appellas, eumque in Sanctorum Album relatum fuisse, & erectis aris jure ac merito coli fateris pag. 252: dicis tamen pag. 245. ab eo Commonitorium evulgatum fuisse, *in Fausti gratiam*, contra doctrinam & sectatores S. Augustini, quos aperte hæreticos *per summam injuriam* vocat. Hoccine est Sanctum & cultu dignum agere? Sed unde hæc habes? Imo (ut dixi) pag. 251 asseris nondum fuisse Monachum Lerinensem, cum hoc opus litteris mandavit. Vix alibi, mi Lector, plus figmenti, calumniæ, fabulæ, repugnantiæ, vel (ut vocant in Scholis) contradictionis invenies.

*P. 157 c. 2. & alia multa,

*P. 159 c. 2.

E

*P. 157 c. 2.

*P. 160 c. 2.

*P. 157 c. 2.

*P. 161 c. 1.

*P. 161 c. 2.

*P. 159. *invicem sibi contradictoria,*

*P. 161 c. 2.

*P. 124 c. 1.

F

*P. 161 c. 2.

*P. 157 c. 1.

*P. 161 c. 1.

25 Omitto illud argumentum, quod ex Prosperi zelo, eruditione, subtilitate & perspicacia duci posset. Fieri quippe non potest, ut credas, te in his Prospero superiorem esse, & profundius penetrare in intima reconditorum Commonitorii sensuum adyta. Cum igitur Prosper talem Vincentii sensum, finem, & animum numquam esse compererit (alioquin non siluisset, in re præsertim tam gravi; & longe potiori jure Vincentium, quam Cassianum refutasset; immo causam ad Sixtum, aut Leonem Cælestini successores detulisset; sed ne verbum quidem: siluit etiam Fulgentius, siluit Cæsarius, aliique innumeri, qui Augu-

atque ex solo Prosperi silentio satis refutanda.

A Auguſtini doctrinam ſummo animi ardore propugnarunt, tum in Europa, tum in Africa) nullo ſane fundamento nituntur ea, quæ cum Voſſio & Uſſerio adſtruis; & mirum eſt, inter Catholicos, unum dumtaxat inventum eſſe, qui, dente maligno & ſtylo maledico, duorum hominum heterodoxorum exemplo animatus, aureum illud opuſculum configere, & eruditiſſimi juxta atque ſanctiſſimi Patris nomen & famam conſpurcare non dubitarit.

XIV 26 Et vero cum nihil unquam nervoſius ad conterendas Novatorum blaſphemias, meo ſaltem judi-
Male igitur fingitur Cõmonitoriũ, cio, à majoribus acceperimus (quod ſuo quoque calculo donabit Lector eruditus, ſi opuſculum illud paulo attentius perlegerit) peſſimi ſane, ut conſilii, ita & exempli fuit, quod illius ſenſum, animum, ac propoſitum ita confundere, nec non evertere ſeu pervertere, intolerabili certe fidentia volueris; ut non jam contra hæreticos, ſed contra Auguſtinum illiuſque ſequaces, in favorem hæreticorum; non jam pro doctrina Catholica, de divina Chriſti gratia, ſed pro erroribus Maſſilienſium, in gratiam Fauſti & Caſſiani; in favorem liberi hominis arbitrii, ad deſtructionem gratiæ Chriſti; non jam bono animo & zelo catholico & ſincera mente, ſed per fraudem, per invidiam, per injuriam, per cuniculos, ad conciliandam Proſpero invidiam & calumniam affingendam, Vin-
B centium ſuum illud Commonitorium ſcripſiſſe, indu-
ſubdole eſſe ſcriptũ contra Auguſtinum, bitanter, ut perſpicuum & palam à te factum, pronunties; adeoque Catholicos ſuis armis exuas; & Eccleſiæ antiquum illum ſuum clypeum, jam à mille ducentis annis Novatoribus oppoſitum, detrahas; idque non ſine ſarcaſmo & pungente joco, pag. 250 ubi
* P. 160 c. 1. dicis, *Vincentio*, idem *quod Chymicis accidiſſe, quorum labor, cum ad aurum conficiendum collimaret, licet intento fine fraudentur, utilia tamen medicamina reperiunt; ita Vincentius, cum Auguſtini fortaſſe doctrinam, veluti per cuniculos, ſubruere tentaret, ceteras hæreſes à fundamentis evertit.* Hæc impune ac libere dici, ſcribi, ſpargi, eſt ſane quod omnes miremur. Hoc unum ad maledicentiam deerat, ut Vincentium Ciniflonibus etiam illis comparares. Illud autem, *Fortaſſe*, tibi excidit, cum
* P. 157 c. 1. in eadem pagina ſcribas, hoc *evidens* & perſpicuum eſſe; & pag. 246, *à te fieri palam*, iis ſcilicet, *qui ſibi oculos non eruerint.*

27 Peſſimam autem excuſationem præmittis; ni-
C mirum, hæc *doctrina Auguſtini cultum & veritatis amorem tibi prorſus invito extorſiſſe.* Auguſtini ſane non
& quidem ut pro hæretico habitũ à Vincentio, Hipponenſis cultus, ſed forſitan Yprenſis; amor quoque, non veritatis antiquæ, ſed novæ conſpirationis ſeu verius Novatorum. Invito extorſit, inquis; Quis te cogebat? Cultus Auguſtini. Quaſi vero Auguſtinus huc uſque nullum habuerit ſincerum cultorem. Peſſime haud dubie coluiſti, cum eum à Vincentio Lerinenſi, auctore certe, velis, nolis, maximi nominis pro hæretico (quamquam id falſiſſime) habitum fuiſſe dicas. Numquam talia Gennadius, Fauſtus, Caſſianus, Hilarius. Primus quidem Catholicum permanſiſſe ſcribit cap. 38 de Script. Eccleſ. & licet forte ali-
licet laudatum à Gennadio, quid illius non probet, de quo multi contra eum diſputarunt, non tamen hæreſim dici poſſe ultro fate-
* P. 187 c. 1. tur. Tu pag. 293 dicis, eſſe ſententiam de prædeſtinatione gratuita. Ad gloriam, conceſſerim; ad primam gratiam, dare non poſſum, quam ipſemet Gen-
Caſſiano, nadius ultro admittit. Caſſianus ne Auguſtinum quidem appellavit unquam, niſi ſemel lib. 7 de Incarnat. cap. 27, ubi eum *magnum Sacerdotem* vocat. Fauſtus in Epiſt. ad Græcum hæc tantum de illo habet, *In ſcriptis S. Pontificis Auguſtini, etiamſi quid putatur apud doctiſſimos Viros eſſe ſuſpectum; ex his, quæ damnanda judicaſti, nihil noveris reprehenſum.* Non dicit apud ſe, ſed apud
* P. 157 c. 1. *Fauſto,* doctiſſimos viros: cur ergo dicis, pag. 245, Fauſtum ibi teſtari, neſcio quid in Auguſtino ſibi aliiſque diſplicuiſſe. Aliis quidem, diſerte aſſerit; ſibi vero, ubi- A. BRUN. nam quæſo? Cur igitur imponis? Immo ex hoc loco NEUSER. manifeſtum fit, Auguſtini doctrinam contra Maſſilienſes ab eo defenſam fuiſſe (erat enim, ut ibi etiam fateris, Græcus ille Diaconus Maſſilienſis) *ex his*, inquiens, *quæ damnanda judicaſti*, nimirum cum Maſſilienſibus, *nihil noveris reprehenſum*; duos vero libros à Fauſto editos de gratia & libero arbitrio, contra Auguſtinum ſcriptos non fuiſſe, infra dicemus. Hila-
Hilario. rius demum, numquam illam notam Auguſtino inuſſit, cujus, reſte Proſpero, admirator fuit; & cui tantum difficilis viſa eſt, ut ſupra dixi, Auguſtini ſententia de prædeſtinatione gratuita ad gloriam, & de qua ipſum Auguſtinum per litteras conſulere voluerat. Peſſime igitur Auguſtino conſulis, dum illum à Vincentio Lerinenſi pro hæretico habitum fuiſſe dicis; peſſime Eccleſiæ, cui unum ex ſuis Fortibus ſubtrahis; & quem illa erectis aris una cum populis colit, ad Semipelagianorum caſtra, quaſi exploratorem detectum, remittis; & opuſculum illud aureum, quod laudari ſatis non poteſt, quo nihil habet ad manum ex antiquis monumentis Eccleſia nervoſius & commodius, ad refutandam hæreticorum ſuperbiam ac præſertim Novatorum, prorſus inutile reddere voluiſti. Sed votis, ut ſpero, non obſecundabit even-
E tus.

28 Sed quam procul abfuerit Vincentius à Semi- XV
Vincentius autem à Semipelagianiſmo alieniſſimus. pelagianorum partibus, non modo argumento negativo probamus (cum nullus unquam Catholicus pro Semipelagiano, jã à mille ducentis & amplius annis, illum habuerit) ac ſolvimus illa futilia, quæ ex illo perperam oppoſuiſti; verum etiam poſitive, ut ajunt, ex diſertiſſimis illius verbis recte illum ſenſiſſe in hac materia demonſtramus. Relegamus curſim illius veſtigia, in Commonitorio; 1. Pelagium, Cęleſtium eorumque doctrinam, divinæ gratiæ contrariam, paſſim execratur cap 14, 34, 43; ranas vocat & cyniphes & muſcas morientes; immò illorum placita ita horruit, ut in hæc verba eruperit capite 14. *Horreo dicere*, inquit, *ſunt enim tam ſuperba*, nimirum illorum placita contra divinam gratiam, *ut mihi non modo affirmari, ſed ne refelli quidem, ſine aliquo piaculo poſſe videantur.* Cap. vero 23, *præfatum Pelagium* deteſtatur; ſic enim ibi illum vocat, *qui tantam*, inquit, *virtutem liberi præſumpſit arbitrii, ut ad hoc in bonis rebus per actus ſingulos adjuvandum, neceſſariam Dei gratiam non puta-*
F *ret:* Cęleſtium vero, *prodigioſum* ejus diſcipulum, ibidem appellat. Profanum igitur Pelagium deteſtatur, *ad ſingulos actus neceſſariam D gratiam eſſ aſſeruit,* quod Dei gratiam neceſſariam eſſe negaret, *ad ſingulos actus*. Audin? *Ad ſingulos actus* (nimirum qui ad ſalutem pertinent) *neceſſariam eſſe* Vincentius putavit, tenuit, credidit, ad primum conatum, ad petendum, pulſandum, quærendum, cum hæc nihil niſi actus ſonent. Cap. demum 43 Pelagium, Cęleſtium, Neſtorium jure meritoque damnatos eſſe teſtatur. Præterea cap. 1 diſerte, *fidem Domino adjuvante*, muniendam eſſe dicit: fidem igitur ſine divina gratia elici non poſſe, tenuit. In præfatione vero aperte fatetur, *ſe tandem in portum Religionis, cunctis ſemper fidiſſimum, Chriſto adſpirante, conditum eſſe:* Chriſtus vero non niſi per divinam gratiam adſpirat. Cap. 40 in *Iulianum Pelagianum* invehitur, *qui ſe collegarum ſenſui aut incorporare neglexit, aut excorporare præſumpſit*: ex quo patet, quam infeſtus eſſet inimicis gratiæ Chriſti. Cap. 43 communem illam Epiſcoporum & *ſacroſanctam conſenſionem*, in retinenda ſcilicet fide Catholica, *cæleſtis gratiæ munere inſpiratam* fuiſſe ſcribit; & hunc divinæ gratiæ hoſtem dices?

29 Nullum denique ex antiquis invenio, qui de *& auctoritati Sedis Apoſtolicæ plurimum detulit.* Sedis Apoſtolicæ auctoritate, in controverſiis ad fidem & religionem pertinentibus, diſertius ſcripſerit. Cap. 43, *Ne quid deeſſe*, inquit, *tantæ plenitudini videretur;*

A. BRUNO NEUSSER.

retur; nimirum ad ſervandam antiquæ fidei prærogativam, *& profanas* hæreticorum *novitates* refellendas, *adjecimus Sedis Apoſtolicæ auctoritatem . . . . & eam interponere, neceſſarium judicavimus*; *& Apoſtolicis Catholiciſque Decretis* ſtandum eſſe, concludit. Fateor in hoc genere nihil à me inventum eſſe nervoſius & diſertius, pro adſtruenda, quantum ad controverſias fidei decidendas, Romani Pontificis & Sedis Apoſtolicæ auctoritate; hic tamen unus, non gravis Epiſcopus, non Cardinalis Eminentiſſimus, non Doctor inſignis & ſcriptorum editorum gloria conſpicuus; ſed privatus, privato conſilio, & neſcio quo inſtinctu, ſine teſte Catholico, doctiſſimum illum & ſanctiſſimum Patrem, qui pariter doctrina & ſanctitate conſpicuus in Martyrologio Romano eſſe dicitur, de illo ſuo gradu & pacifica mille & ducentorum annorum poſſeſſione deturbat; Semipelagianum hominem eſſe, denuntiat; ejuſque Commonitorium, non jam ut credidit huc uſque Eccleſia Catholica, contra hæreticos, ſed contra Auguſtinum ſcriptum editumque; idque malis artibus, per fraudem & cuniculos, & ad inſtar vulpeculæ, palam à ſe factum, atque ita perſpicuum, ut ab iis tantum non videatur, qui ſponte ſibi oculos eruunt, & (ut ait pag. 166) mirari ſatis non poſſit, viros eruditos (id eſt omnes Catholicos, qui à CCC annis vixerunt) tot nævos in Commonitorio Vincentii non vidiſſe, non adnotaſſe. Ne tamen S. Vincentio obeſſe videatur, quod Lerinenſem inſulam inhabitarit, cujus piiſſimos religioſiſſimoſque incolas hic auctor pro Semipelagianis habet, apologiam, ex eodem Brunone Neuſſer, pro illis ſubnectimus.

ideoque merito defenditur contra cenſorem temerarium,

B

* P. 107 c. 2.

I

* P. 105 c. 2.

30 *Erant in ore famæ*, inquis pag. 136, *ob vitæ ſanctitatem ac monaſticæ diſciplinæ rigorem, Lerinenſes; hi quidem Caſſiani volumina avide perlegebant, adeoque eiſdem delectabantur, ut novas ab eo Collationes efflagitarint* (Decem priores ſcriptas fuiſſe poſt annum CCCCXIX, & ſeptem alias ante annum CCCCXXVI demonſtravimus alibi) illi porro erant *S. Honoratus, Eucherius, Maximus, Hilarius, Lupus, Fauſtus.* Cur amabo Vincentium omiſiſti? Dicis etiam, Eucherium, *iteratis litteris*, ſeptem illas Collationes à Caſſiano extorſiſſe; ac demum Caſſianum *confidenter locutum fuiſſe de divina gratia in Collat.* 13 *ad Lerinenſes.* In paucis lineis quam multa falſa & ficta hoc loco proferas, incredibili ſane confidentia, quam Gueſnajo aliiſque paſſim exprobas, mox oſtendo. Quod Lerinenſes avide legerent Caſſiani volumina, haud dubie fingis; quia nullibi legis; ac proinde ſine ullo teſte, non ſine ſummo Hiſtorici dedecore adſtruis. Demus enim, Eucherium optaſſe, deſideraſſe, & ea de cauſa ſcripſiſſe ad Caſſianum; de Honorato nihil tale habemus. Imo cum diſerte Caſſianus ſcribat, in Præfat. ad ſeptem priores Collationes; quod *unius deſiderio*, nimirum Eucherii, & *alterius labori*, hoc modo *conſulat*, vel inde manifeſtum fit, alterum tantum deſideraſſe, optaſſe, inſtitiſſe. Quod autem iteratis litteris, nullibi lego. Vellem, ut litteraria illa ſerinia mihi ſaltem indicares, in quibus reperire poſſem Eucherii litteras ad Caſſianum, unas ſaltem, ſi non binas atque iteratas, quarum nullus meminit uſquam; non Caſſianus, non Eucherius, non Hilarius, quem Eucherius ſummopere dilexit & ad ſtuporem uſque miratus eſt. Meminit quidem Eucherius litterarum, tum Honorati ad ſe, tum ſuarum ad Honoratum, in quibus acutum illud & amabile dictum, *Ceris ſua mella reddidiſti*, ut refert Hilarius in vita Honorati; ſed vel Caſſiani ad illum, vel illius ad Caſſianum, nulla uſpiam mentio. Cur igitur iteratas litteras fingis? Quid ad hæc quæſo adoratores tui? Quis enim non videat, Hiſtoriam à te non ſcribi, ſed dari fabulam, eamque ſatis male & inconcinne materiatam.

qui omnes etiam Lerinenſes accuſat ut avidos lectores Caſſiani,

C

cum hic unius Eucherii cauſa ſcripſiſſe ſe dicat,

non tamen litteris iteratis rogatum.

31 Deinde quod Lerinenſes prædictis Caſſiani Collationibus tantopere delectarentur, haud dubie dicis à temetipſo; quis enim alius? Ea vero præmittis, quæ minime appoſita ſunt ad perſuadendum: dicis enim (& in hoc fidem non detraho, cum ex antiquis monumentis conſtet) Lerinenſes eo tempore, nimirum poſt annum CCCCIX, *& vitæ ſanctitate & monaſticæ diſciplinæ rigore*, floruiſſe; ex quo ſequitur, ſana quoque & intaminata fide fuiſſe: nulla quippe eſt germana ſanctitas, ſine fide. Parum igitur appoſite ſanctos eſſe dixiſti, quos infideles ab omnibus haberi volebas. Sed cum ſanctos eſſe conſtet, & mille antiquorum teſtimoniis eorum ſanctitas comprobetur, nullus autem Catholicus dubitet de illorum fide; ut ex ſanctitate probata, fidei probationem elicio. Tu vero, nullo prorſus teſtimonio fretus, quamvis ſanctitatem agnoſcas, fidem tamen in crimen gratis & temere vocas. Ita prorſus cohærentia inter ſe mihi dicere videor, tu vero non niſi abſona & incongruentia. Cum ſanctitate veram fidem recte compono; tu cum infidelitate & hæreſi inepte componis. Aut ſanctos nega, aut fideles agnoſce; & quibus ſanctitatem negare auſus non es, fidem iis immerito detrectas. De Honorato, Eucherio, Lupo, tu ipſe vel dubitare vereris; Hilarium & Vincentium, imo & Caſſianum à tuis calumniis jam vindicavimus, & Fauſtum ex parte, ſed de illo adhuc infra; peſſime igitur, & gratis, & falſo ea verba ſcripſiſti, quæ ſupra retuli, *Adeoque eiſdem delectabantur*, nimirum Caſſiani Collationibus, vel (ut certiſſime ſentis) erroribus, hæreſibus, blaſphemiis; hæc etiam ſine teſte ſcripſiſti; non alio, ut patet, quam maledicendi ſtudio. Eodem recidit, quod dicis de Collatione XIII, *Lerinenſibus* inſcripta: quod certe manifeſtam falſitatem præfert. Numquam enim Caſſianus Collationes ſuas Monachis Lerinenſibus inſcripſit; ſed decem primas Leontio & Helladio, ſeptem alias quæ ſequuntur Honorato & Eucherio; ſeptem denique ultimas *ſanctis*, id eſt Monachis, qui Stœchadas Inſulas incolebant. Sed hæc ſunt levia, ad majora gradum faciamus.

D

II

Idem cenſor male eoſdem laudat ut Sanctos & traducit ut hæreticos,

E

quibus inſcripta ſunt Caſſiani Collationes

32 Pag. 165 dicis, Caſſianum ſeptem Collationes Honorato dicaſſe; ſed *præcipue*, inquis, XIII, *qua Auguſtini doctrina pulſatur. Illud præcipue* XIII, ex mera fingendi affingendique libidine addidiſti; & ut ante jam dixeras, Caſſianum *confidenter* locutũ fuiſſe dicta Collatione XIII, uno criminandi ductus ſtudio. Eadem quippe religioſâ confidentiâ, prout res quæque poſtulat, à Caſſiano diſcuſſa eſt; cum autem Collationis XIII argumentum Dei protectio ſeu divina gratia dediſſet, non mirum, ſi de divina gratia ibi, non vero alibi diſputarit. Nullo igitur modo confidentius in hac locutus eſt, quam in aliis; uti adſtruis, longe profecto confidentius & liberius, quam par eſſet. Uti & illud quod indicavi, nimirum hanc *præcipue* Collationem Honorato à Caſſiano dicatam fuiſſe, quod præter te nullus unquam dixit aut ſcripſit Egregium ſane non Hiſtoriæ Pelagianæ, ſed fabularum nugarumque ſcriptorem! Hæc levia ſunt, ſat ſcio; tu tamen, qui uno dumtaxat criminandi ſtudio ductus hæc ſcribis, longe graviora feciſti. Sed pergamus: Germana igitur apud Lerinum, Semipelagianiſmi origo à Caſſiani Collationibus eo miſſis petenda eſt, ut habes pag. 166: ibi autem corrigis Vignerium, qui putavit, Fauſtum Lerinenſium Abbatem errorem hauſiſſe ex Juliani ſermonibus, quem eo appuliſſe dicit. Gemina fabula: Fingit enim Vignerius eo Julianum appuliſſe, quod gratis & abſque ullo teſte adſtruitur. Tu etiam hic multa fingis; puta quod anno CCCCXXVIII in d. Inſula florerent Maximus, Hilarius, Fauſtus, Lupus cum Fratre Vincentio, ſed nos demonſtravimus, Lupum ex Inſula anno CCCCXXVI

F

* P. 106 c. 2. *præſertim Coll.* 13,

unde Semipelagianiſmum hauſerint,

* P. 107 c. 1.

A eccexxvi aut vii diſceſſiſſe. Imo ex litteris Eucherii hoc ipſum confirmas pag.251, & ex Legatione Lupi & Germani pag. 192 : item pag. 251 diſerte ſcribis, Vincentium, cum hoc opus litteris mandabat, nondum Monachum Lerinenſem fuiſſe ; cur igitur dicis, floruiſſe in Inſula Lupum cum Fratre Vincentio anno eccexxviii. Hic certe trita paroemia ſcite locum haberet ; *Oportet*, &c. cetera reticeo : ibi autem etiam erras, cum dicis, *tunc rem quæſtionis fuiſſe, non dogmatis*, nimirum Semipelagianiſmum. Non ita Auguſtinus, qui rem hanc ad fidem pertinere paſſim aſſerit ; non ita Proſper, qui centies in opuſculo contra Collatorem, fidei Catholicæ Semipelagianorum errores adverſari ſcripſit, eoſque *foris latrantis hæreticæ loquacitatis* in ipſa præfatione accuſavit ; unde falſum eſſe conſtat illud quod dicis p.239, nuſquam Semipelagianos à Proſpero hæreticos nuncupatos fuiſſe.

33 Accuſas etiam Lerinenſes pag. 188. *Interea*, inquis, *Semipelagiani in Galliis, Ducibus Caſſiano ac Monachis Lerinenſibus, ſententiam S. Auguſtini de gratuitâ prædeſtinatione, tum ad fidem, tum ad gloriam, acerrime inſequebantur.* Omiſſo Caſſiano, quem jam à tuis dictis vindicavimus ; quomodo id probas de Monachis Lerinenſibus ? Ex Epiſtolis Proſperi & Hilarii ad Auguſtinum. Sed quid tandem in Epiſtolis ? An forte Lerinenſium in iis aliqua fit mentio ? Nulla prorſus. Hilarium, inquies, in ſua ad Auguſtinum Epiſtola Proſper appellat. Ita eſt : ſed Arelatenſem Epiſcopum, non Monachum Lerinenſem. Sed, inquies, ante is fuerat Monachus Lerinenſis. Eſto : eo tamen anno, nimirum eccexxix, quem etiam ad marginem notas pag. 188, Hilarius erat Epiſcopus Arelatenſis ; nec illius mentionem ſub alio nomine facis p.167, idque cum Proſpero, qui Epiſcopum illum Arelatenſem, non vero Monachum Lerinenſem vocat. Ad Fauſtum forte recurres, qui tunc erat Monachus Lerinenſis. Demus hoc, quamquam illum etiam ex parte vindicavimus & adhuc in hac vindicabimus : ille unicus eſt. Appella quæſo alios, idque ex Epiſtola Proſperi ad Auguſtinum. Dato enim & non conceſſo, quod hic ſcripſerit contra Auguſtinum & vere Semipelagianus fuerit ; inde non ſequitur, Monachos Lerinenſes generatim, ut ſcribis, non Semipelagianos modo, verum etiam Semipelagianorum Duces extitiſſe. Crimen unius immerito aliis omnibus attribuis : quaſi vero ceteris Apoſtolis proditio Judæ imputanda ſit. Sed, inquis, loquitur Proſper de multis ſervis Chriſti. Ita eſt : ſed quibus ? Audi quæſo, *Multi ſervorum Chriſti, qui in Maſſilienſi Vrbe conſiſtunt.* Lerinenſium nulla ibi mentio ; Lerina autem Maſſiliâ diſtat pluſquam cl milliaribus. Sed Fauſtus, inquies, Monachus Lerinenſis erat, iſque Semipelagianus. De Fauſti doctrina jam dictum eſt, & plura infra dicturi ſumus ; nondum tamen eo tempore Fauſtus vel minimam ſuſpicionem præbuerat, & nunquam eum Proſper vel Proſperi ſocius Hilarius accuſavit aut detulit : temere igitur ſcribis, Monachos Lerinenſes ad annum eccexxix Semipelagianorum Duces extitiſſe. Ceterum, non ſemel oſtendimus, ſemper à te confundi gratuitam prædeſtinationem ad fidem & gratiam, cum gratuita prædeſtinatione ad gloriam ; quaſi æque is Semipelagianus cenſendus ſit, qui ſecundam, ac is qui primam negat. Dabo ultro, Lerinenſes, Hilarium, Vincentium, Lupum, Maximum, Honoratum negaſſe gratuitam Prædeſtinationem ad gloriam ; at quod inde Semipelagiani cenſendi ſint, abſque manifeſto errore dici nequit.

v 34 Denuo pag. 238 dicis, *Semipelagianos Lerinenſes* à Proſpero *in Præfatione opuſculi* contra Collatorem deſcribi. Ibi quidem agit de Caſſiano & ſanctis illis Maſſilienſibus, quorum in Epiſtola ad Auguſtinum, ante quatuor aut quinque annos, mentionem fecerat ; ſed de Lerinenſibus ne verbum quidem. Ille quippe quem ceteris *in ſacrarum Scripturarum ſtudio præſtare*, ſcribit, *vir ille Sacerdotalis Ordinis, qui diſputandi uſu inter eos quibuſcum degit excellit*, ipſemet Caſſianus eſt ; & illi, quorum intus interſtrepens domeſtica malignitas ibidem carpitur, qui habent ſpeciem pietatis, haud dubie ſunt illi, quibuſcum degit in Monaſterio Maſſilienſi, ac proinde ſancti illi Maſſilienſes, id eſt Monachi ſub Caſſiano Abbate. Cur igitur ad Lerinenſes traducis, de quibus Proſper omnino tacuit ? Cur ibidem iterum repetis, Collationem xiii ad Lerinenſes ſcriptam fuiſſe ? quod jam ſupra diximus falſum eſſe. Cur fingis duodecim Collationes à Proſpero eo in opere examinari, cum decimam tertiam tantum examinet, ut notorium eſt & ipſe teſtatur, nimirum librum cujus prænotatio eſt *de Protectione Dei*. Scribis præterea pag. 249. Lerinenſes & Maſſilienſes à Proſpero ad Cæleſtinum delatos fuiſſe : ſed quo teſte ? Nullo penitus. Imo Cæleſtinus in Epiſtola illa ad Epiſcopos Galliæ anno eccexxxii ſcripta, nullam mentionem facit Maſſilienſium nec Lerinenſium. Eſt tamen omnino veriſimile, Maſſilienſes à Proſpero delatos fuiſſe, de quibus jam anno eccexxix ad Auguſtinum ſcripſerat, ac deinde anno eccexxxiii ſingulari opuſculo adverſus Collatorem perſtrinxit. Cur igitur Lerinenſibus hæc gratis affingis ?

35 Quod vero pagina ſeq. 239 dicis, illos ſuperiori ſeculo Semipelagianos vulgo dictos fuiſſe, imo & hæreticos, contra quos Proſper acerrime depugnavit ; nimirum Maſſilienſes, Lerinenſes, & fere omnes Galliarum Epiſcopos, ridiculum eſt ; cum æque hoc ſeculo, à tuis Fœderatis & à te ipſo, ut tales traducantur, ut patet ex dictis : & fruſtra ſanctitatem illorum laudas, quibus doctrinam hæreticam, dolos, cuniculos, & malas artes, hypocriſim, lupinam malitiam ſub ovium pelle, domeſticam malignitatem ſub ſpecie pietatis, fallendi & calumniandi ſtudium non ſemel imponis ; ſed præſertim pag. 241 palam etiam à te fieri dicis, non Hilarium modo, Fauſtum & Vincentium, verum etiam alios Syncelliras Lerinenſes (nullum excipis) pag. 246 contra Auguſtini doctrinam conſpiraſſe (Sed hæc gratis, cum nulla ſubdatur probatio) imo inde ſequitur, Maximum, Honoratum, Lupum, Capraſium, Eucherium, alioſque omnes hujus conſpirationis participes fuiſſe. Gratis item pag. 276 ſcribis, Fauſtum veteri ſuorum Lerinenſium & Caſſiani magiſtri opinioni inhæſiſſe. Quod Caſſianus magiſter Fauſti fuerit, nullus antiquorum ſcriptis mandavit ; cur igitur addis, *Caſſianum illius Magiſtrum* fuiſſe ? uti & alia pene innumera, quæ ſine teſte, pro mero arbitrio ac genio, cudis & affluis. Vix certe paginam luſtro, in qua non unum modo, ſed multa paſſim hujuſmodi non inveniam, quæ tamen incautis & imperitis, inter alia quædam paulo diligentius ad pompam à te diſcuſſa, ita obtrudis, ut horum patrocinio & clientela quaſi tecta & tuta eſſe, & multa falſa ſub obductâ modicæ veritatis luce latere videantur.

36 Sed longe aliter de Lerinenſibus antiquiores vi illi Patres ſcripſerunt, Eucherius, Hilarius, Sidonius, Cæſarius, & alii. Recuſabis forte Hilarium, ut ſuſpectum : ſed, velis, nolis, is fuit Hilarius, præ quo, non jam unus Voſſius, ſed mille Voſſii, flocci, nauci, & nihili faciendi ſint ; & ſi homines tacuerint, lapides ipſi clamabunt,

Gemma Sacerdotum, plebiſque orbiſque Magiſter.

Sic enim legitur in antiquo marmore, ad ejus ſepulcrum

A. BRUN. NEUSSER.

& Lerinenſes cum Maſſilienſibus

* P.153 c.2.

* P.154 c.2.

* P.157 c.2.

* P.177 c.2.

* P.159 c.2.

E

& cum illis Vincentius,
* P.161 col.1.
* P.124 c.1.
* P.161 c.1.

* P.153 c.2.

IV
* P.121 c.1.
atque Auguſtinum cœperint inſectari.

B

nominatim Hilarius, qui tunc Epiſcopus erat non monachus,
* P.121.
* P.107 c.2.

& Fauſtus, cujus ſi qua fuit culpa, non poteſt omnibus imputari:

C

hic interim à nemine accuſatur, niſi in H.P.

confundente geminam Prædeſtinationem,

utriſque æqualiter fingens

Caſſianum magiſtrum,

Lerinenſium contra ſanctitatem impenſe laudent Eucherius,

A. BRUNO NEUSSER. pulcrum positō. Sed jam audiamus Eucherium in Opusc. de Laude Eremi ad Hilarium, ubi hæc scribit; *Equidem cunctis eremi locis, quæ priorum illuminantur secessu, reverentiam debeo, præcipuo tamen Lerinam meam honore complector .... digna, quæ Honorato auctore fundata sit, quæ tantis institutis tantum nacta sit Patrem .... digna, quæ illum suscipiens ita enitēret; digna quæ præstantißimos alat Monachos & ambiendos præferat Sacerdotes. Hæc nunc successorem tenet ejus Maximum, nomine clarum, quia post illum meruit adsciri; hæc habuit Reverendi nominis Lupum, & Germanum ejus Vincentium, interno gemmarum splendore perspicuum; hæc nunc possidet venerabilem gravitate Capraſium, veteribus sanctis parem .... & sanctos servos illos, qui Ægyptios Patres Galliis nostris intulerunt. Quos ego illic, Iesu bone, sanctorum cœtus conventusque vidi! Pretiosa in his suavi unguedine alabastra fragrabant, spirabat passim odor vitæ, interioris hominis faciem exterioris habitu præferebant; constricti caritate, humilitate dejecti, molißimi pietate, firmißimi in spe, incessu modesti, obedientia citi, occursu taciti, vultu sereni; prorsus ipsa protinus contemplatione Angelicæ quietis agmen ostendunt.*

Sidonius, 37 Hæc de Lerinensibus Eucherius, quos tamen Semipelagianos, hæreticos, lupos, hypocritas, & in-
B justos oblocutores esse, contendis. Sed audi coætaneum, paulo licet Eucherio juniorem, Sidonium in Eucharistico;

---- Quantos illa Insula plana
miserit in cælum montes, quæ sancta Capraſi
Vita senis, juvenisque Lupi, quæ gratia Patrem
mansit Honoratum, fuerit quis Maximus ille; &c.

Cæsarius: Sed forte de posterioribus hisque succedentibus Lerinensibus aliter sentiendum. Audi quæso Cæsarium, haud tibi suspectum, utpote qui saltem (ut tute vis) & Augustino addictissimus, & Fausto infensissimus fuerit. Ita ergo scribit Homil. 20. *O felix & beata habitatio Insulæ hujus, ubi tam sanctis quotidie & spiritualibus lucris gloria Domini augetur, & tantis damnis diaboli nequitia minoratur! Beata, inquam, & felix Insula Lerinensis, quæ cum parvula & plana esse videatur, innumerabiles tamen montes ad Cælum misisse cognoscitur.* (alludit ad dictum illud Sidonii) *Hæc est, quæ eximios nutrit monachos, & præstantißimos per omnes provincias erogat Sacerdotes; vix enim reperire erat, qui his temporibus assumptus in regionibus illis ad regimen Ecclesiarum, non delectus esset ex nobilißimo & regularis institutionis observantißimo cœnobio Lerinensi; ac sic quos accipit filios,*
C *reddit Patres; quos nutrit parvulos, reddit magnos. Nam omnes quoscumque felix & beata habitatio illa susceperit, caritatis pennis ad excelsa virtutum culmina Christo sublimare consuevit: quæ res cum pene in cunctis habitatoribus fuerit feliciter consummata, resistentibus meritis meis, in me non probatur impleta.* Rursus Monachos alloquens, sic loquitur, *Ab Oriente usque in Occidentem & omnibus pene locis, in quibus Christiana Religio colitur, religiosißima vestra conversatio ad Christi gloriam prædicatur .... Agite igitur, Deo auxiliante, quod semper egistis.* Et hos præ hæreticis traducere, & in beata illa Insula nidum, centrum, & sortem Semipelagianorum collocare non dubitas? D

38 Ennodius, in Vita Epiphanii, *planam Lerinam, nutricem summorum Montium* appellat. Innocentius III scribit, *Lerinense Monasterium olim religione floruisse.* Miris demum ab antiquis quos dixi Patribus Hilario, Cæsario, Sidonio, Ennodio, Honorato Massilien- *& eorum causâ miris elogiis effertur ipsa insula.*
si, aliisque sanctissimis Episcopis & præclaris viris, elogiis celebratur. *Insula beata* dicitur, *Terra benedicta, Habitatio consecrata, Celebranda Tellus, cohors Sanctorum, Mansio in Christo viventium, Nutrix Sanctorum, Schola Christi, Speculum sanctimoniæ, Templum Sanctum, Sacrum Monasterium &c.* At si te audimus, luporum ferarumque domicilium, & hæreticorum aream habemus in
E Insula Lerinensi; Cassiani scholam, non Christi; Cohortem hypocritarum, non Sanctorum; uno verbo, Semipelagianorum nutricem. Audin'? *Quod semper egistis.* Per meram igitur calumniam, Lerinenses Monachos quarti & quinti seculi, sine teste, sine ratione, & sola ductus obloquendi libidine, ut Semipelagianos, imo & Semipelagianorum Duces traduxisti: idque cum res illius temporis adeo obscuræ sint. Quam multi enim duos Hilarios in unum confundunt; item duos Leontios, duos Prosperos, duos Porcarios, duos Eucherios: multi S. Cæsarium centum annis seniorem, alii integro seculo faciunt juniorem. Quam varia multi scripserunt de Synodo Arausicana, de tempore quo celebrata est, de Pontifice à quo vel missi Canones vel approbati! In his operam tuam laudabiliter impendere potuisti, quia saltem aliquid luculæ præfert antiquitas: sed de his, quæ Lerinensibus affingis, altum apud Antiquos silentium. Et vero nunquam Prosper id siluisset, unde maximum Ecclesiæ periculum imminebat; nunquam Cæsarius, nunquam Cælestinus, nunquam Leo: tanti enim erat serpentis veneni fontem occludere, ut ab hominibus, in
F hoc genere præsertim singulari zelo & studio flagrantibus, debita cura prætermissa nunquam fuisset. VII

DE SANCTO VINCENTIO,

EPISCOPO FVLGINATENSI IN VMBRIA.

G. H.

Vitæ Acta ex Ughello & Jacobillo.

CIRCA DLIII. *Vo hoc die Sancti, nomine* Vincentii, *celebrantur in Martyrologio Romano; horum unus Martyr est in Portu Romano coronatus, alter monachus Lerinensis in Gallia, illustris ob libellum contra hæreses scriptum. His tertius adjungitur* Vincentius, *Episcopus Fulginii in Vmbria: de quo Ferdinandus Vghellus tomo 1 Italiæ Sacræ in Episcopis Fulginatensibus hoc edidit elogium.*

E Syria in Italiam profectus 2 Episcopus x S. Vincentius Laodicea Syriæ è trecentis illis sociis fuit, ut ferunt, quos ardor martyrii, sanctaque Romæ invisendi loca, in Italiam flagrans traxit cupido anno DXVI: qui Hormisdæ Summi Pontificis missu, Umbris, Sabinis, Etruscisque Euangelii Christi maximam deinde prætulere facem; relatoque magno animorum fructu, illorum pars contemplatrici vitæ deinceps se dedit in cœnobiis à se ædificatis, multis progenitis filiis; pars in iis locis, quæ prædicando lustraverat, Episcopali throno nobilitata est ... E quorum Schola ac contubernio iste Laodicensis Vincentius, de quo loquimur, ad omnem pietatem unice factus, prodiisse narratur. Qui cum venisset Fulgineum eodem anno, hoc est DXVI, amore solitudinis tactus, prope muros Fulgi- *Fulginii in tugurio vixit.*
nii tugurium, cum sacello Sanctæ Triadi sacro, sibi construxit, quod vix cæli injurias videretur posse arcere. Ibi cum vitam, ut omnium virtutum concursum assequeretur, instituisset, atque adeuntibus se recti itineris ad vitam certissimum ducem præberet; haud diu lucerna ardens & lucens sub modio potuit latere. Siquidem in vacuam Fulginii Sedem à Clero subvectus

A *Episcopus creatus moritur 24 Maji an. 553.*

subvectus est, Joanne deinde Primo Summo Pontifice suffragante anno DXXIII.... Cum itaque sanctus Vincentius viginti & octo annis Fulginatem Ecclesiam summa cum laude rexisset, die XXIV Maji anno DLIII vita functus, in Cathedrale templum, ut venerationi Fulginio, sic gaudium futuris Cælitibus illatus est.

juvat S. Florentium monachum:

3 *Hæc Vghellus, apud quem nonnulla interponuntur de* S. Florentio monacho; *quem cum* S. Vincentio *è Syria venisse nonnulli autumant. Hic dicitur* Nursia Fulginium venisse, & in tugurio S. Vincentii sancte vixisse, & tandem anno DXLVIII sanctissime vitam finivisse, & jussu ejusdem S. Vincentii in Ecclesia Cathedrali sepultus. *Vti ea pridie seu XXIII Maji, quo ejus memoria etiam Martyrologio Romano est inscripta, latius deduximus. Nonnulla etiam inseruntur apud Vghellum de variis Sociis, inter quos præcipuus censetur S. Laurentius Illuminator, dein Episcopus Spoletinus creatus; ad cujus natalem diem III Februarii plurima examinantur de horum è Syria in Italiam & ad Sedem Apostolicam itinere, atque ejus Vita datur ex Italico Ludovici Iacobilli translata: qui eodem modo Vitam S. Vincentii edidit, prius in libro de Vitis Sanctorum ac Beatorum Fulginatium anno* MDCXXVII *excusam, ac postea novo studio elaboratam recudit tomo primo de Vitis Sanctorum ac Beatorum Vmbriæ anno* MDCXLVII *edito, & denique in Appendice ad tomum tertium, in Catalogo illustrium Reliquiarum Vmbriæ, asserit, Fulginii in Ecclesia Cathedrali asservari* corpus S. Vincentii Episcopi Fulginatium. *Hic inter alia meminit in* aula Episcopali Fulginiensi depictas esse imagines Episcoporum Fulginatensium, & sub pedibus hujus esse adscripta ista verba: S. Vincentius, Laodiceæ Syriæ natus, Episcopus Fulginatensium anno DXXIII. *Hoc autem anno Iacobillus cum Vghello scribit eum* creatum Episcopum, & vita functum XXIV Maji anno DLI.

laudatur à Iacobillo:

Corpus etiamnum in Ecclesia Cathedrali.

B

AUCTORE G. H.

4 *Ceterum præter ea, quæ ex Vghello deduximus, laudatur* S. Vincentius *à Iacobillo propter virtutes Sancto Episcopo proprias; quod maluerit in sancta solitudine persistere, & se tantæ dignitatis atque oneris non satis capacem opposuerit; verum ob constantem & perseverantem supplicationem omnium agnoverit expressam voluntatem Dei, cujus confisus gratia, publico desiderio acquieverit. Episcopus ergo consecratus excelluit oratione, pœnitentia, caritate, vigilantia, omnique virtute optimi Pastoris, qui tenerrimo affectu oves suas amarit ac visitarit, atque adjuverit in omni necessitate spiritali ac corporali: præbuerit consolationem infirmis, & quacumque tribulatione afflictis: peccatores magna suavitate reduxerit ad meliorem vitam, ac justos ad majorem perfectionem. Denique observat Iacobillus ex Annalibus Vmbriæ, ad annum* DXLVI *& sequentem, Fulginium fuisse à Totila obsessum, interceptum & vastatum; ac tunc cives à Pastore suo Vincentio animatos, ad suam urbem restaurandam. Indicat etiam Lectiones proprias de eo fuisse recitatas, quas non vidimus: sed si hæ aliud non habuerint, quam quæ modo retulimus ex Iacobillo (fortassis autem habuerunt etiam multo pauciora) veremur ne omnia sint, ex congrua potius præsumptione, quam auctoritate antiquorum prælucente digesta. Quod vero Totilam attinet, cum ejus incursio in Italiam & transitus per Vmbriam pertineat ad annum* DXXXV, *si eo tempore Fulginii præfuit Vincentius, consequens est ut eversæ ab eo urbi restauranda opem consiliumque contulerit,*

Virtutes Episcopo dignæ.

E

DE SANCTO MISSOLINO

TARBIÆ IN NOVEM-POPVLANIA PATRONO.

D. P.

Vetus ac præsens Sancti cultus.

XXIV MAII

Agente P. Petro Possino,

C

BIgerronum *in Novempopulania (Guasconia vulgo dicitur) metropolis* Tarba, *sive* Tarbia, *Patronum agnoscit* S. Messolinum; *id quod nobis ex Andreæ Saussaji Martyrologio Gallicano pro parte innotuit, cum in illius Supplemento ad IX Kalendas Iunii sic legeremus:* In agro Tarbiensi S. Missolini Confessoris, sanctitatis cultu inter Tutelares diœcesis ab ipsa Tarbiensi Ecclesia honorati. *Hoc qualicumque accepto lumine, ad R.P. Petrum Possinum, nuper Tholosam regressum, dedi litteras, ut aliquid de eo distinctius discere, nosque docere conaretur. Fecit is more suo quod rogabatur diligentissime, & à Rev. adm. Patre du Clos Rectore Collegii Tarbiensis, ad eam Presbyterorum Congregationem pertinentis quæ à speciali Doctrinæ Christianæ rudibus instillandæ cura nomen sumpsit, responsum accepit, datum* XXV *Iunii* MDCLXXXII.

Tarbiâ intelligitur, qualis ibi hodie cultus perseveret.

2 *Ait autem ille (uti refert Possinus)* I. se omni ope contendisse ad aliquid eruendum de S. Missolino, illic noto, quem quidam Messelinum nominant. II. in Archivis nihil reperiri potuisse; quoniam furentes Calvinistæ, duce olim Mongomerio occupata Tarbia, incenderunt tabularia ecclesiarum. III. ostendi in ecclesia Collegiata urbis Tarbiæ sepulcrum ingens lapideum; post majus altare, in quo depositum fuerit S. Missolini, postquam decessit, corpus. IV. singulis annis die XXIV Maji procedere solitam Tarbiæ supplicationem, per vicos & plateas, omnium urbis ejus Ordinum, ad agendas (ut ferunt) Deo gratias pro beneficio liberatæ tali die urbis, ope ac precibus S. Missolini, ab incursu & oppugnatione hostium; qui quales sint, aut quando grassati, non dicitur. V. ferri etiam passim per ora plebeculæ narrationes de S. Missolino miras, sed à prudentioribus parum creditas, quod testimonio scriptorum careant.

Suadetur inspectio tumuli,

3 *Hactenus ille: ex quibus disco, non in aliquo minori diœcesis Tarbiensis oppido, quod solum intelligitur ex verbis Saussaji; sed in ipsa Metropoli Sancti corpus olim sepultum fuisse, & forte etiam nunc haberi sepulcrum istud, si violatum non fuit; quod suaserim inspiciendo cognoscere, cum aliqua spe reperiendi, ut sæpe contingit, indicii alicujus certioris de genere ac tempore vitæ, vel elevatione corporis olim factæ.*

F

& collectio popularium de eo narrationum,

4 *Quod ad populares spectat narrationes, per manus traditas, etiam post amissa si quæ unquam extiterunt scripta; eis ut non magnam fidem merito habeant viri prudentes (cum sæpe contingat ipsas etiam plurium Sanctorum Legendas, scripto servatas, & multorũ seculorum patientia approbatas, inveniri aut totas aut ex parte fabulosas; quia non ex certa scientia, sed levibus incertisque traditiunculis aut inventionibus mere gratuitis consarcinatæ fuerunt) tamen non omnes censeo negligendas, sed discrete colligendas; eo saltem fine, ut quid à majoribus quomodocumque traditum olim sit, cognoscant posteri; dijudicentque an in iis fundari possit saltem verosimilis aliqua conjectura; facultas autem præripiatur sciolis, res satis obscuras à vetustate magis magisque obscurandi, additione novarum circumstantiarum & immutatione veterum pro uniuscujusque sensu. Itaque operæ pretium facturum puto, qui illas de* S. Messolino *narrationes, ut nunc se habent, colligeret; notatis, quæ certa falsitatis convinci forsitan possunt; laudatisque è contrario aliis, quæ aliquam cum certiori historia connexionem habent, vel ei saltem non adversantur: si forte aliquod verosimile judicium de re tota formandum elici ex iis possit, etiam ad fidelis plebis instructionem.*

in ordine ad criſim prudentem- que conjecturam.

DE S. SYMEONE STYLITA

IN MONTE MIRABILI PROPE ANTIOCHIAM SYRIÆ.

COMM. PRÆVIUS CONR. JANNINGHI S. J.

§. 1. Trium ejuſdem nominis Stylitarum diverſitas, cognomina, & cultus.

ANNO DXCVI.

Græcis celebres etiam in Triodio,

Græcorum Triodion, cujus in eorum eccleſiis uſus eſt à Dominica Septuageſimæ uſque ad octavam Pentecoſtes, in Canone Feriæ VI *ante Dominicam Quinquageſimæ, quando fit* Memoria omnium ſanctorum & deiferorum Patrum, qui in monaſtica exercitatione ſingulariter eluxerunt, Μνήμη τῶν ὁσίων καὶ θεοφόρων Πατέρων, τῶν ἐν ἀσκήσει λαμψάντων; *eorum celebriores ſigillatim & ordine alphabetico laudandos proponit, per Canonem bene longum. In hujus autem Canonis Ode* VI *Strophe* III (*cujus & Baronius meminit ad annum* 842 *num.* 27) *Symeones quatuor ſic commemorantur:* Οὐ ἐξ-
B νὸς πέρυσι φώσφορον ἐφάνη ἐν γῇ, ἢ δὶς δύο ἄυτη Συμεώνι ὁμωνυμία, οἱ ἐν τοῖς σύλοις τρεῖς εἶσι, καὶ εἷς ὁ Σαλός. Hæc bis duorum Symeonum homonymia, apparuit in terra velut cælum quatuor luminaribus diſtinctum: quorum tres in columnis vixerunt, unus appellatur Salus. *Colitur ultimus die* I *Iulii, quando admirabilem illius Vitam dabimus: Stylitarum duo notiſſimi ſunt, etiam apud Moſchos & quotquot alii Græcis ritibus utuntur;* Senior, V *Ianuarii apud Latinos, apud Græcos* I *Septembris;* junior, *Latinis Faſtis ignotus uſque ad renovationem Martyrologii à Baronio factam, feſtivitatem habet celeberrimam Oriente toto hac die* XXIV *Maji, neſcio ex quo capite relatus ab eodem Baronio ad* III *Septembris, rato hunc illum eſſe quem ipſis Kalendis Græci celebrant. Tertius Stylitarum, cum titulis* Presbyteri & Archimandritæ, *ſolo hactenus nomine ferme notus nobis eſt: nec enim ſatis conſtat ipſum eſſe, qui in Cilicia vixit, & fulmine tactus obiit, Ioanni Moſcho in Prato ſpirituali laudatus: quo de conabimur dicere aliquid ad diem* XXVII *Iulii, quando memoriam ejus Græci recolunt.*

diverſis ſinguli diebus coluntur,

2 *Eadem trium ſaltem Symeonum diſtinctio adeo per Orientem nota fuit, ut etiam ad Coptitas ſeu Chriſtianos Ægyptios pertinuerit: quod apparet ex eorum Kalendariis,*

item apud Coptitas & Syros.

in lucem editis à Iacobo Seldeno, lib. 3 *de Synedriis Hebræorum cap.* 15, *quorum unum laudat inveniendum apud*
C *ſe ad calcem Euangeliorum, Arabice in Ægypto perpulchre ſcriptorum, anno Martyrum* MII, *id eſt Chriſti* MCCLXXXVI. *Sic autem ibi referuntur,* IV *menſis Thoth ſeu* I *Septembris* Symeonis detenti, *cujus cognominis ratio haud facile apparet,* XXIX *menſis Bachnes ſeu* XXIV *Maji,* Sancti Symeonis Magni; III *menſis Muſre, id eſt* XXVII *Iulii,* Symeonis Stylitæ. *Iidem iiſdem diebus recenſentur etiam in Kalendario Syriaco, quod Patribus noſtris Henſchenio & Papebrochio, Romæ in Collegio Maronitico, Latine dictavit D Ioſephus, Collegii ejuſdem alumnus, hoc modo:* Obitus S. Symeonis primi Stylitarum. S. Symeonis ..... S. Symeonis Stylitæ. *Atque eodem fere modo, punctis etiam ad ſecundum notatis, loco vocis alicujus deficientis uſuq; extritæ, reperiuntur illi apud Seldenum, ibidem ubi ſupra, in alio Kalendario quod compoſuit Mahumed Achmed Calcaſendius* de feſtis Coptitarum, *ubi nomina ſic leguntur.* I *Septembris* Symeonis Stylitæ, XXII *pro* XXIV *Maji* Feſtum Symeonis, XXVII *Iulii* Feſtum Symeonis Stylitæ: *quin etiam ad* XIV *Septembris additur, aliis omnibus ignotum,* Feſtum Symeonis Stylitæ; *& Seldenus ſua manu adſcripſit,* Alterius ſeu Junioris; *quam recte, ipſe viderit. In Martyrologio Arabo-Ægyptio, quod iiſdem Patribus interpretatus eſt Gratia Simonius, tunc ejuſdem Collegii alumnus nunc Archiepiſcopus Tripolitanus in Syria, ſolum invenitur* Memoria S. P. Simeonis Miraculoſi *adſcripta* XXIV *Maji.*

Primus in Mandra cognominatur,

3 *Leo Allatius, in Diatriba de Symeonum ſcriptis optime de Symeonibus meritus, de* Juniore *agens,* Græci, *inquit,* recentiores, ut primum ab hoc ſecundo diſtinguant, primum Symeonem τὸν ἐν τῇ μάνδρᾳ, ſecundum hunc τὸν ἐν τῇ Θαυμαστῷ ὄρει appellant: *utique à loco in quo ſinguli extremum vitæ diem obierunt, in ſua quiſque columna; primus longius ab Antiochia, inter hanc & Aleppum, uti teſtis eſt qui nuper adhuc columnam vidit Fr. Antonius Gonzales Minorita: ſecundus haud longe à ſuburbio Daphnes, in monte quem pluribus deſcribemus infra. De primo abunde Bollandus noſter egit in Ianuario, & cognominis prædicti rationem ex auctore* E *haud paulo antiquiori Euagrio intelligendam dedit, allegatis ejus verbis, annos vitæ ſic diſtribuentibus, ut dicatur egiſſe* ἐν αὐλῇ καλυμένῃ Μάνδρᾳ ἔτη λ καὶ τεσσαράκοντα ἕπτα, in ea quæ vocatur Mandra annos quadraginta ſeptem, *videlicet ultimos vitæ ſuæ, idque ſupra varias ſucceſſive columnas, intra eamdem Mandram erectas, prout ex Vita ab Antonio diſcipulo ſcripta intelligitur. Eſt autem* Mandra, *in primo atque originario ſuo ſignificato, locus maceria lapidea circumſeptus, qualem ſibi in Syriæ campis facere ſolebant paſtores, intraque eam pecudes ſuas noctu colligere, ubi à lupis ac furibus tutæ eſſent. Talis, nec alia, fuit Mandra, quæ primo* Symeoni *nomen dedit; quippe qui præter unum ſibi miniſtrantem Antonium nullos ſciatur habuiſſe diſcipulos; & eo tantum ſine loco quem columna ſua occupabat circumduxit maceriam, ne promiſcuus ad ſe acceſſus daretur etiam mulieribus: huic vero adjuncta erat mandra altera, intra quam ſeſe peregrini hoſpiteſque reciperent, donec ad Sanctum admitterentur.*

unde Archimandritam recentiores finxerunt,

4 *Ceterum quia paulatim uſus obtinuit, ut Monachorum cœnobia* Mandræ, *& harum Præfecti dicerentur* Archimandritæ; *hinc factum, ut Senior* Symeon, *qui jam paſim cognominabatur* Symeon in Mandra, *in excuſis Græcorum Ritualibus vocetur* Archimandrita, F *præter totius hiſtoriæ fidem. Minus longe aberravit, erravit tamen Auctor Synaxarii Claromontani, elogium ejus ſic finiens,* ὅτι γὰρ τῷ διαπρέψαι τῇ λαύρᾳ τῇ ἐπονομαζομένῃ Μάνδρᾳ, λέγεται Συμεὼν ὁ τῆς Μάνδρας· ὅτι δὲ τῷ εἰς διαφόρους σύλους ἀναχθῆναι, καλεῖται Συμεὼν Στυλίτης: Ex eo quod habitabat in monaſterio, quod vocabatur Mandra, dicitur Symeon in Mandra: ex eo vero quod diverſos Stylos, *id eſt columnas,* aſcendit, nominatur Symeon Stylites. *Licet enim, teſte Euagrio,* in monaſterio, in quo primum divinas vivendi præceptiones didicit, annos vixit novem; *non tamen hoc monaſterium proprio nomine vocabatur* Mandra, *ſed* Timothei; *neque congruum fuit, ut à loco quem pene puer habitaverat, nomen ſortiretur poſt mortem. Fieri tamen potuit ut non ſolum ſuper illas, quas ille ſucceſſive dimiſerat columnas aſcenderent alii diu poſtea; ſed etiam, quamvis corpus eſſet Antiochiæ, plures tamen alii ibidem collecti, partim Stylitæ, partim Cœnobitæ, effecerint amplam ac famoſam Mandram: ad quam quia undique accurrebatur à peregrinis, celebrem ibi* Symeonis *columnam viſere cupientibus, apud recentiores invaluerit, ut cujus columna ſtabat in Mandra, ipſum quoque* in Mandra *cognominarent. Hæc, minus ibi explicata à Bollando, placuit hic deducere.*

quod verius dici potuiſſet ſecundus.

5 *Se-*

A § *Secundus* Symeon *vere ac proprie vocari potuit* Archimandrita *: non enim ſolum columna ejus intra* mandram *concluſa fuit, uti Senioris, prout dicitur in Vita Matris num.*32 *apparuiſſe illa* è ſubdiali parte mandræ, in qua columna erat ; *ſed eadem mandra intelligitur habuiſſe partes non ſubdiales, verum tectas per modum clauſtri monachalis circumcurrentibus monachorum cellis, quæ in impluvium atque in columnam proſpectum habebant, quemadmodum etiam hodie videri. memini me audiviſſe ex iis qui Hieroſolymis reverſi, etiam Antiochiæ dicebant ſe fuiſſe. Et hoc eſt* monaſterium, *de quo in Vita Sancti num.*168 ; *ubi etiam fit mentio* interioris *monaſterii, ad pedem credo montis poſiti, pro recipiendis hoſpitibus & aliis advenis, ſicuti videre eſt in Italia monaſterium poſitum ad pedem montis atque eremi Camaldulenſis. Vtrobique autem magnum diſcipulorum numerum habebat Sanctus, quibus & vivendi normam præſcripſerat, cujus obſervationem moriturus commendavit. Fuit ergo vere* Archimandrita *hic* Symeon. *Nihil tamen opus erat ejuſmodi eum titulo appellare, qui jam habebat ab omni memoria notiorem nomenclaturam* Ὁ ἐν τῷ Θωμαστῷ ὄρει, *unde compoſito nomine* Thaumaſtoriſtam *appellat Allatius. Hujus cultui vetus Menologium Cryptæ-ferratæ, juſſu*

niſi is Thaumaſtoriſtæ nomine fuiſſet notior.

B *Baſilii Imperatoris collectum, ex eoque acceptum nuper impreſſumque Baſiliani ritus Horologium, adſcribit* XXIII *Maji per unius diei anticipationem, ſatis frequenter in illo Menologio obſervatam à nobis, incertis an eam oporteat collectori, an ſolum ſcriptori imputare. Cetera omnia tam manuſcripta quam typis excuſa Menæa ac Synaxaria, inhærent diei ab Auctore Vitæ notato, qui eſt hic* XXIV *Maji, quando etiam Menæa quod alias rarum, ita totum Officium de hoc Sancto peragunt, ut alterius alicujus nec commemorationem quidem adjungant.*

6 *Auctor Officii atque Canonis videtur fuiſſe* S. Germanus, *Patriarcha Conſtantinopolitanus : hujus ſiquidem nomini adſcribitur Troparium, poſt Similaria ad* Gloria, *quod eſt tale :* Εἰς ὄρος ὑψηλὸν συμβολικῶς τὸ θαυμαστὸν ἀνελθών, τῷ τοῦ στειλοῦ κιβωτὸν ὡς ἄδυτον εἰσελθών, πτάξιν ἀρίστων καὶ ἐπίβασιν θεωρῶν ἐπεδείξω, τῇ μὲν βίον λαμπρωίας, δεσμοῖς σιδηροῖς ὡς ὡρμίσκοις χρυσοῖς κοσμούμενος τῇδε Θεὸν ὁρῶν τε καὶ ὁρώμενος, καὶ μόνος μόνῳ προσλαλῶν· ὃν ἱκέτευε, σεβάσμιε Συμεών, ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. *Videtur reſpexiſſe Auctor ad Noëticam arcam, in ſummis Armeniæ montibus quieſcentem, ſicut legimus Geneſeos* VIII. *Verba ipſa Latine ſic reddo:* In montem excelſum, ſymbolice mirabilem aſcendens, & venerandam aream velut adytum ſacrum ingreſſus, optimam operationem & contemplationum divinarum ſublimem gradum oſtendiſti te aſſecutum : hinc quidem ferreis vinculis, tamquam aureis monilibus, corpus exornans ; inde vero Deum conſpiciens ab eoque conſpectus, dum ſolus ſoli loquereris; quem pro noſtris animabus deprecaris, quæſumus, Simeon venerande. *Elogio præfigitur diſtichon hujuſmodi :*

Hujus Officium à S. Germano C.P. compoſitum.

C Θαυμαστὸν ᾤκει πρὶν Συμεὼν γῆς ὄρος,
Πόλει δὲ πανθαύμαστον οἴκει νῦν ὄρος.

Quo indicatur, quod qui in terra montem mirabilem habitabat, nunc cæli montem maxime mirabilem habitet : *& in hunc ſenſum etiam Ephemeris metrica,*

Εἰκάδι ἡ ᾗ τελάρτη ὄρεσ Συμεὼν ἤμειψε
Vicena-quarta montes Symeon mutavit.

Euangelium denique præſcribitur argumento aptum ex Matthei V, Vos eſtis lux mundi : non poteſt civitas abſcondi ſuper montem poſita &c.

7 *Idem ſecundus ſeu* Junior Symeon, *etiam* Presbyter *fuit, uti ſcitur ex Vitæ cap* 19: *nullus tamen hinc mihi ſcrupulus naſcitur circa tertium, qui non ſolum æque ac ille* Presbyter *fuerit, ſpecialiter autem dictus ſit* Archimandrita. *Nam licet alius quoque talis fuerit, communiter tamen appellabatur aliter. Quod autem nihil impediverit ſimul &* Stylitam *eſſe &* Archimandritam, *patet*

Tertii deeſt plenior notitia.

*ex Vita ſecundi: quem etiam ex eadem intelligimus in ſua columna non ita perſtitiſſe, quin ſæpe ab eadem deſcenderet, non ſolum ad diſcipulos intra mandram, ſed etiam ad inferius monaſterium viſitandum. Et forte ſtatio illa in columna, certis interrumpebatur converſationis communis intervallis. Id vero etiam neceſſarium fuit ei qui Presbyter erat, ut poſſet divina celebrare myſteria, quemadmodum hunc de quo agimus S. Symeonem feciſſe in anniverſario ſuæ matris, legitur in hujus Sanctæ vita num.*71. *Porro tertii illius Stylitæ Symeonis Vita optari facilius poteſt quam ſperari. Nam quod ad Ephemerides Græco-moſcas noſter P. Papebrochius die* XXI *Iulii, poſtquam egit de S. Symeone Salo, indicat ſe reperiſſe Vitam cujuſdam* S. Symeonis Junioris, Hegumeni S. Mamantis in Xeracerco (*rectius* Xerocerco) *de quo dubitabat an poſſet inter Sanctos referri, & quidem ad præmemoratum* XXVI *Iulii; id hic à me voluit ſuo nomine retractatum, poſtquam legit quæ de ejus non ſana fide accuratiſſime congerit Leo Allatius pag.*137. *Demonſtrat enim hic, ex illius potiſſimum ſcriptis propagatam inter monachos Græcos fuiſſe Omphalopſychorum de Lumine Taboræo hæreſim; quam poſtea Gregorius Palamas aliique ſequaces, diſſimulato Magiſtri nomine, pertinaciſſime propugnarunt lateque diſſeminarunt ; & cui ut major conciliaretur auctoritas, conſcripta illa Vita eſt, confictaque eidem ſubjuncta miracula. Cum autem Palamas circa medium ſeculi* XIV *floruerit, credebile non ſit de tam recenti agere Menæa. Quod ſi ad manum Vita ipſa nunc eſſet, levi tunc oculo & ſolo titulo tenus olim inſpecta, fortaſſis hunc qualemcumque & cujuſcumque fidei Symeonem alio prorſus die mortuum oſtenderet, & in columna numquam vixiſſe probaret. Reſtat igitur ut hic retractata, ibi deleantur. Edita porro fuit Allatii de Simeonum ſcriptis Diatriba annis quatuor, poſtquam de illa vita Patres noſtri Pariſiis contulerant cum Combefiſio, unde non mirum ſi hic ipſis nihil certi tum reſponderit de orthodoxa Hegumeni Xerocercenſis fide, & opuſculorum una cum Vita deſcriptorum doctrina.*

AUCTORE C. I.

Symeon Hegum. S. Mamantis in Xerocerco

E

hæreticus fuit, non Sanctus.

§. II. De Monte Mirabili, in quo S. Symeon Junior vixit.

8 S*Anctum* Symeonem, *quo de agimus, Iuniorem Stylitam, in lucem primo editum, Antiochia, Syriæ notiſſima urbs, excepit, moxque in vicinum montem transtulit. Inde is ſe contulit in* Montem Mirabilem, *qui præcipua viri ſancti palæſtra ita dictus fuit, non (ut ſuſpicatur quidam) ante hujus in illum adventum, unde cum hoc communicatum nomen fuiſſet ; ſed ex hujus ipſius inauditis atque admirandis plane operibus ; uti mox indicat Prologus Vitæ quam damus: imo ex Dei ipſius nutu, quemadmodum num.*79 *expreſſe narratur. Cum igitur in illius decurſu frequens memoria fiat non tantum Montis illius Mirabilis, ſed Antiochiæ quoque, & Daphnes ; haud otioſum fuerit, totam horum locorum deſcriptionem, elegantem ſane atque accuratam, ex Ioanne Phocæ, qui anno* MCLXXXV *iſtic peregrinatus viſa enarrat (quamquam ante tomum* II *hujus menſis jam edito) hic iterum referre ; ut ad manum habeat Lector, veluti delineatum, loci in quo verſamur totius ſitum. Sic ait ille num.*XI.

Natus Antiochiæ vixit præcipue in Mirabili monte.

F

9 Extabat tum, cum erat, ad Orontem Antiochi Theopolis, theatrorum magnitudine, ſtoarum ſplendoribus, templorum ſtructuris, copiâ item civium & divitiarum magnificentiâ ſuperba ac tumens, lateque ceteras fere orientales urbes exſuperabat. Sed tempus ac vis barbara beatitatem illius exhauſit : licet conſpicua adhuc ſit, & turrium altitudine, & propugnaculorum validitate, & pratorum ac florum omnigena fœcunditate, & in plures partes ſeſe dividentium aquarum ſibilis ; cum placide fluvius circumfluat urbem & cingat, & molli tactu ejus turres circumplectatur. Inſuper è Caſtalii fontis fluentis egregie irrigatur; cujus aquæ torrentium inſtar pelluntur, & fre-

Deſcriptio civitatis & vicinorum locorum.

AUCTORE C. J.

frequentibus ſulcorum rivis urbem univerſam perfundunt, eamque fluxibus aſpergunt; operarum copia & conditoris magnificentia ex illis fontibus per montes ad ipſam civitatem laticibus corrivatis. Hic famâ per orbem vulgatum Daphnes ſuburbium, proceris omne genus arboribus exornatum; & mons eſt maxime nobilis, quem admirandus Symeon in habitationem adaptavit.

10 Hiſce finitimus eſt mons Maurus & Scopulus, in quibus antiquitus multi Deo addictiſſimi viri, eum requirentes invenerunt, & ad hæc tempora perdurant, & laudatorum montium pulchritudine pellecti, ſilvas inhabitant. Caſtalius fons inter duos colles exſiliens, ex ejus, qui in mare procurrit, ima parte, eximia quædam aquarum irrigua evomit; in quo prægrandis aſſurgit porticus, curſum fontis concamerans. Hinc aquæ affluenter proſilientes, in duos rivos dividuntur. Earum una pars per altiſſimos ductus, veluti ſulcos derivata, æque ac aërius fluvius, ex parte dextera ſuperiorique in urbem influit; altera ſiniſtris fonti locis campeſtribus exundans, in paludibus ſuperſtagnat, univerſaque Daphnes prata irrorat, demum lævis Orontis fluentis immiſcetur. Mons vero admirandus, inter urbem & mare elatus, res egregia ac ſpectabilis & advenientium oculis delicium, conſpicitur: namque urbi Rhoſoque conterminus, utraque ex parte montibus Scopulo Caucaſoque conſtringitur. Orontes fluvius innumeris inflexionum vorticibus ad pedes montis profluit, & in mare aquas immittit.

montis item Mirabilis & monaſterii.

B

11 In montis hujuſce vertice magnus ille Vir, tranquille vitam agens & in corde aſcenſiones diſponens, corpore ſublimis extollitur; & cum ipſo corpore æthereus fieri, interque Deum & homines medius eſſe, contendit. At qua ratione Deo dedito viro iſta res admiratione digna evenerit, ipſe dicam. Lapicidarum opera, ſummitate Montis-Admirandi alte excavata, monaſterium ex uno ejuſdemque naturæ lapide extruxit, in cujus medio nativam columnam excidendam curavit, in eaque veſtigia poſuit, firmans, uti ſacra ſonant eloquia, ſuper petram pedes ſuos. Verſus ſolem vero exorientem, templum Deo pulcherrimum excitavit, in quod convocabat diſcipulos: atque ita ſub dio ipſe commorans, illi tota nocte in templo ſtantes, ut decebat Sanctos, debitum Deo cultum offerebant.

Pſ. 29, 3.

12 *Hactenus perpulchre Ioannes Phocæ. In quibus tamen ſub finem paucula quædam, ex verſione Allatii, quam & nos loco aſſignato integram dedimus, ſubobſcura, hic cum Græco textu collata, clariora feci. Quid enim ſibi vult iſtud*: In columna gradus appinxit, *ubi Græce eſt* ἐν κίονι τὰς βάσεις ἔθετο? *Rectius & argumento præſenti accommodatius interpretaberis*: In columna veſtigia ſeu pedes poſuit. *Innuere quippe vult Scriptor, Symeonem aſcendiſſe columnam*; in eaque ſtantem *ſub dio laudaſſe Deum.*

C

13 *Sic igitur ſitum montis concipe. Non admodum procul ab Antiochia, ad Orontem fluvium condita, Septentrionem verſus urbs Rhoſus mari adjacet: inter utramque terra, longiuſcule in mare verſus Occidentem procurrens, in extremo Seleuciam continet,* CXXX *ſtadia Antiochia diſſitam; adeo ut formam trigonam ternæ iſtæ civitates quodammodo repræſentent, pari ferme inter ſe ſpatio diſtantes. Hinc mons, qui Antiochiam Rhoſumque dicitur committere, Seleuciam includit ſegregatque ab reliqua continente. Atque ita recte ponitur inter urbem Antiochenam atque mare elatus: quod ipſum etiam ex vita num.* 77 *ſtabiliri poteſt. Habet porro mons iſte oppoſitos duos alios; quorum alter, qui* Scopulus *dicitur, Seleucia Rhoſum tendenti media occurrit via, mari imminens; & ab hac urbe, credo,* Scopulus Rhoſicus *appellatur: alterum, cui* Caucaſus *nomen obtigit, in adverſa eſſe parte* Montis-Mirabilis, *videlicet Orientali, ex narratione conſtare videtur. Quod ſi qui alii colles monteſve ignobiliores, quemadmodum fieri aſſolet atque in Vita etiam proditur, circum fuerint; hic eminuiſſe inter omnes dicendus eſt: cum nominati* Scopulus & Caucaſus *veluti pro appendicibus adjiciantur, nec ullum aliorum nomen, excepto Mauro, aut hic, aut in Vita, forte, nec alibi, memoriæ proditum inveniatur.*

Clarius proponitur ſitus montis,

D

14 *Et ſane, quem eminus* advenientium oculis delicium *appellat auctor, non injucundus fuerit locus neceſſe eſt; quamvis in Vita num.* 92, Deſertus incultuſque, non ab aqua, tecto, aliave re ad vitam neceſſaria inſtructus, *dicatur. Commendationem quippe meruiſſe poteſt ipſa ſterilitate atque aſperitate ſua, quibus oculos, virentibus circum ridentibuſque pratis aſſuetos, jucundius afficiebat. Potuit etiam laudari, quod incundiſſimus inde proſpectus eſſet. Sive enim (quod Sanctis deliciarum omnium delicioſiſſimum eſt) erectos in cælum vultus placet tollere, hic ſpatioſius lucidiuſque conſpicitur, nullis terræ fumigantis inamœnis vaporibus interceptum: ſive terrena contemplari delectat, inde ad cæleſtium meditationem ſecurius aſcenſurum; ubi, quæſo, terrarum voluptatum amplior Sanctarumque cogitationum fertilior campus? Vrbes imprimis ſubjectæ Antiochia ac Seleucia, memorabiles maxime ac ſpecioſæ, quid non repræſentant? Hinc Scopulus, aſperitate ſua amœnus; inde celebrata omnium Scriptis, ut merita, Daphne, quantum recreant! Prope, ſub ipſo monte, ludit variis meandris atque anfractibus Orontes: procul patet ſpatioſiſſimum atque oculis interminabile pelagus; patet item diverſa terræ, hinc in collos elatæ, inde in valles depreſſæ, alibi arentis, alibi conſitæ facies. Ecquid igitur deeſt, ut* delicium *dicatur mons iſte?*

& amœnitas loci commendatur.

E

§. III. De ætate S. Symeonis Junioris.

15 *Vo hactenus perquam obſcura, quæ ad diſtinctionem Symeonum Stylitarum, quæque ad Montem-Mirabilem, ſolo fere nomine diu cognitum, attinent, proſecutis; haud paulo gravior difficultas incumbit definiendi certum, ſi poſſit, tempus, quo Iunior Symeon natus, mortuuſque fuerit. Neminem reperire licuit auctorem, qui determinatius aliquid affirmaret, quam fuiſſe Symeonem* temporibus Juſtini Senioris. *Imo neque vita, quam ſubjicimus, diem annumve ortus aut obitus illius determinatum ponit; ſuggerit tamen quædam hinc inde, ex quibus definiri certiora poſſint. Mox enim num.* 10 *habetur, Symeonem quinquennem fuiſſe, cum gravis terræ motus Antiochiam labefactavit, quo everſa illius quoque domus inter alias eſt, & pater, ruinis involutus interiit. Definitum hic foret, ſi felicior Antiochia, minus frequentibus quaſſata motibus fuiſſet. Duorum meminerunt auctores Euagrius atque Theophanes, qui ſub idem fere tempus, interjecto menſium triginta non amplius ſpatio, invaluerunt.*

Annus Symeonis natalis,

definiendus ex terræmotu qui Antiochiæ duplex fuit:

F

16 *Priorem ſic deſcribit Euagrius lib.* IV *Cap.* V: Iiſdem Juſtini temporibus crebra graviaque incendia Antiochiæ contigerunt, quæ veluti duces fuerunt terrificorum terræ motuum, ibidem poſtea conſecutorum, præluſeruntque calamitatibus venturis. Nam brevi poſt tempore, anno ſeptimo imperii Juſtini & menſe decimo; menſe Artemiſio ſeu Majo, die ejus nona ac viceſima, ipſo meridie feriæ ſextæ, ut vocatur, hebdomadis; ſuccuſſio ac motus terræ, invadentes urbem, pene totam funditus ſubverterunt. Poſt hæc ſucceſſit ignis quoque, & calamitatem quaſi cum illis partitus eſt. Quibus enim locis quaſſatio motuſque pepercerant, illa ignis circum depaſcens in cineres favillaſque redegit. Quæ porro urbis partes ruerint, quot homines flammis motibuſque, uti ſimilius vero eſt, interierint, quæ etiam mirabilia dicendique facultate omni majora contigerint, lugubri proſecutus eſt oratione Joannes Rhetor, Hiſtoriam ſuam hic concludens. Euphraſius vero etiam ruinis interceptus,

prior deſcriptus ab Evagrio,

tus, vitam finivit: ac morte ſua publicam calamitatem auxit, nemine jam, qui profutura ſuggereret, ſuperante. *Addit Theophanes*: Omnes quoque ædes & eccleſiæ conciderunt, & urbis decor omnis deletus eſt: ſed neque talis calamitas aliis ſeculis quavis in urbe contigit. Pientiſſimus autem Imperator Juſtinus, re cognita, ingenti dolore animi percuſſus, ſublato capitis ſui ornatu purpuraque depoſita, plures dies ſaccum indutus luxit; adeo ut feſta quoque luce procedens in templum, coronam aut chlamydem geſtare renuerit: verum ſic ſimplici habitu cum ſolo mandya purpureo proceſſerit, ac coram toto Senatu ingemuerit, ceterique omnes lugubria induti una cum ipſo luxerunt. *Hæc illi de priori Antiocheno terræ motu.*

& Theophane.

17 *Verum priuſquam ad alterum progrediamur; monitum Lectorem velim, nos illum Euagrii locum*, Anno ſeptimo, menſe decimo Imperii Juſtini (*qui errare fecit Baronium, erroriſque arguitur à Valeſio in Annotationibus hic*) *interjecta conjunctione & ſic corrigere*, Anno ſeptimo & menſe decimo Imperii Juſtini; *ut nempe ſtatuatur hic motus, uti debet, accidiſſe octavo Imperii anno ad finem vergente, qui refert annum vulgaris Æræ* DXXVI, *quando littera Dominicalis* D *faciebat diem* XXIX *Maji cum Feria* VI *hebdomadis convenire. Ita vero etiam ab Euagrio ſcriptum fuiſſe, ſuadet expreſsiſsima mentio temporis, inter utrumque terræ motum elapſi, quod, ait triginta menſium fuiſſe; quod tempus ſi adjicias ad diem* XXIX *menſis Maji, dicti æra vulgaris anni* DXXVI; *exſurget annus ejuſdem æræ* DXXVIII, *menſis November, dies* XXIX; *quo præciſe poſteriorem terræ motum ſæviiſſe, ex Theophane aliiſque manifeſte conſtat. Neque credibile eſt, auctorem, qui tam accurate minutiſsima quæque obſervavit, ut etiam horam & punctum temporis, quo motus cœpit, expreſſerit; aberraviſſe anno integro, præſertim cum vix potuerit ipſum ſecundi motus diſtinctum tempus præterire, à Theophane longe poſteriore determinatum. Adde, ſi quid etiam hoc momenti habet, ipſa auctoris verba, in eadem fere periodo diverſa loquendi forma utentis; ubi tamen eadem volunt ſignificari. Sic ait*: Ἐν τῷ ἕβδόμῳ ἔτει τῆ Ἰυ-στίνε βασιλείας, μηνὶ δεκάτῳ· ἀνὰ τὸν Ἀρτεμίσιον μῆνα ἤτοι Μάϊον, ἐννάτῃ καὶ εἰκοστῇ αὐτῆς ἡμέρᾳ. Anno ſeptimo imperii Juſtini, menſe decimo: menſe Artemiſio ſeu Majo, die ejus nona & vigeſima. *Cur ſi* menſem decimum anni ſeptimi *vult intelligi, quemadmodum* diem viceſimum nonum *intelligit* menſis Artemiſii ſeu Maji; *cur, inquam, utrobique non loquitur pariformiter? Secundo loco diem menſis indicat expreſſe per relativum* αὐτῆς ejus, *non item primo menſem anni; nulla hic mentio relationis. Voluit igitur non anni ſeptimi, ſed ſupra illum, menſem decimum ſignificare; quod ut liquidius foret nec in errorem quempiam deinceps induceret, particulam* καὶ, &, *quamquam vix neceſſariam, conſtante etiam ſine illa ſenſu quem indicavimus, adjicere viſum eſt.*

contigit anno 526.

18 *Sed redeamus, unde digreſſi ſumus. Poſterioris motus calamitatem ſic enarrat Theophanes anno* II *Iuſtiniani, qui* DXXVIII *eſt æræ communis*: Eodem anno menſis Novembris die nona ſupra viceſimum, hora diei tertia, feria quarta, Indictione ſeptima, biennio poſt ſuperiorem cladem, Antiochia civitas magna, plagæ cælitus illatæ damnum iterum paſſa eſt. Ingens quippe terræ motus per horam unam factus, atque horrendus omnino mugitus è cælo auditus eſt: omnia quoque ædificia & muri ſolo æquata ſunt; quæque ſubſtiterant in priori terræ motu veteres ſubſtructiones, eæ nunc funditus everſæ: denique quidquid tam Imperatorum liberalitate, quam privatis civium ſumptibus urbi conciliatum fuerat decoris atque ornatus, id tum omne dejectum in terram. His perceptis vicinæ civitates in luctum & publicas ſupplicationes effuſæ ſunt. Ea clade hominum quatuor millia, octingenti & ſeptuaginta periere. *Hæc Theophanes, nihil aliud memorante Evagrio; quam* elapſis triginta menſibus, aliis rurſum motibus urbem labefactatam eſſe. *Procopius nullam omnino hujus ſecundi motus facit mentionem: de priore hæc ſolummodo refert lib.* II *cap.* XIV *de bello Perſico*: Cum Juſtinus Romanis imperaret, tota maximo terræ motu conquaſſata urbe, plurima præclariſſimaque ædificia ſubito corruerunt: & fama obtinet, interiiſſe tunc temporis Antiochenorum trecenta millia.

posterior an. 528.

AUCTORE C. J.

19 *Poſito jam utriuſque terræ motus determinato tempore, alterius anno Iuſtini octavo exeunte, vulgaris æræ* DXXVI, *viceſima nona die Maji; alterius anno Iuſtiniani ſecundo, æræ vulgaris* DXXVIII, *viceſima nona die Novembris; indagandum reſtat, utri potiſsimum conveniat motus ille, qui*, Symeone *noſtro jam quinque annos nato, Antiochiam concuſſit. Sic ego ſtatuo. Cum unius tantum motus circiter illud tempus meminerit Vitæ auctor, illius meminiſſe, qui maxime luctuoſus, qui variis eventibus memorabilior, qui fama latius dilata pluribus notus fuit. Talia enim memorari Scriptoribus imprimis ſolent, præſertim cum certo tempore aliquid eveniſſe, expreſſum cupiunt; prætermittentibus obſcuriora minuſque cognita, ne quid ignotum, per aliud æque ignotum aut non multo notius, confudiſſe potius, quam illuſtraſſe velint. Quidni igitur ad priorem terræ motum quinquennem Symeonis ætatem referamus? Certe, ſi Theophani credimus*, numquam talis calamitas aliis ſeculis quavis in urbe contigit. *Quid triſtius aut memorabilius, quam ſubverſa in urbe trecenta hominum millia occidiſſe, publicam calamitatem venerandum Antiſtitem ſua morte auxiſſe, Auguſtiſsimum Imperatorem inuſitato inauditoque modo luxiſſe? Nihil iſtiuſmodi in ſecundo motu accidiſſe legitur: imo hujus memoria apud auctores, qui propius ad illa tempora accedunt, vix ulla, ut vidimus, extat, ſolo Theophane lugubrius rem deſcribente.*

Statuitur quinquennis Symeon fuiſſe ſub primo.

qui fuit notior ac memorabilior.

20 *Ex eodem tamen auctore illud etiam notaſſe juverit, quod de priore motu agens*, per annum unum; *de ſecundo*, per unam *ſolummodo* horam, *dicat tenuiſſe. Quod ſi minus ſolide, non ſuffragantibus aliis auctoribus, probari poſſit; obtinebit certe, priorem longiori ſpatio duraſſe. poſteriorem breviori. Motus autem, quo de in Vita agitur, horæ unius intervallo abſolvi non potuit, cum* Symeon *in templo Proto-martyris orationi vacarit primo, poſtea labentibus paſſim ædibus inde ſe propipuerit, tandem egreſſus urbe circum erraverit, reverſurus utique ſi motus ceſſaſſet; ſed eo perſeverante, denique inventus fuerit à nota muliere abductuſque in montem, urbi admodum vicinum ac ibidem dies ſeptem perſtiterit. At, puto, ſi prius finis motuum fuiſſet, illum aut per ſe repetiturum paternam domum, aut per mulierem matri, deſiderium filii hoc præſertim ſtatu rerum ægerrime ferenti, reſtituendum fuiſſe. Sit itaque hic annus* Symeonis *quintus, æra vulgaris quingenteſimus viceſimus ſextus: & manifeſtum erit, nativitatem ejus in annum* DXXI; *mortem vero, cum anno ætatis* LXXV *obierit, in* DXCVI *incidiſſe.*

& diuturnior.

Natus anno 521, mortuus 596.

21 *Vixit igitur ſub quinque continuis Imperatoribus, Iuſtino vetere, Iuſtiniano, Iuſtino Iuniore, Tiberio II, & denique ſub Mauritio; primi anno* IV *natus, poſterioris decimo quinto denatus, quarta & viceſima die menſis Maji. Horum autem terminorum intervallum annos* LXXV *complectitur, quos ita* Symeonem *impleviſſe ex vita conſtat. Annos quinque exegit in paterna domo uſque ad terræ motum; hinc unus elapſus fuerit in monte ac primis vitæ monaſticæ rudimentis, priuſquam in columnam admitteretur. In hac humiliori, & potius baſi quam columna, ſub oculis Ioannis anni* VI, *in ſecunda, pedes* XL *eminente,* VIII *tranſacti. Sicque* XX *erat annorum, ut meminit expreſſe vita num.* 72, *cum inde migravit in Montem-Mirabilem: ubi reliquum vitæ tempus confecit, annis* X *in petra ſub dio,* XLV *uſque ad obitum in columna perſtans. Conſentiunt his Menæa, & Synaxaria, unum ſi locum excipias, ubi ſtanti in columna* XL *pedum annos* XVIII *pro* VIII, *tribuunt, facili ut vides errore: cui conſe-*

vixit ſub 5 Imperatoribus per annos 75.

AUCTORE C. J.

conſequenter inhærentes univerſum vitæ tempus ad annos LXXXV *faciunt excreſcere: quod alii poſt alios deinceps tranſcripſerunt.*

§. IV. De Scriptis S. Symeonis junioris.

22 LEo Allatius, *de Symeonibus optime meritus, in* Diatriba de eorum ſcriptis, *hujus quoque noſtri quædam recenſet: quorum cum nulla mentio in Vita habeatur uſpiam, juverit hic illa ex dicto Auctore, non omnibus obvio, adnumerare, tamquam egregia viri & auctoritatis apud Principes, & zeli pro Eccleſia, & pietatis erga Cælites monumenta. Primum igitur ſcripſiſſe de Imaginibus, conſtat ex Ioanne Damaſceno, qui Orat. 3 de Imaginibus, partem inde recitat, cum hoc indicio auctoris,* Magni Symeonis, admirandi montis, de Imaginibus. *Secundo ſtylum contra hæreticos acuiſſe, eruitur è Bibliotheca Photii Cod.* CCXXXI, *ubi S. Sophronius Patriarcha Hieroſolymitanus in epiſtola Synodica, Honorio Romano Papæ (non* Imperatori, *ut perperam Interpres ponit, utpote annis ante ducentis & amplius vita functo) miſſa, colligens Patrum teſtimonia; ad comprobandum duplicem in Chriſto operationem, hujus quoque noſtri Symeonis, ut videtur, meminit cum laude. Sic ſcribit loco aſſignato Photius:* Etiam Symonius, monachus & Presbyter. Teſtimonium vero, quod ſanctum agnoſcit *Symeonem auctorem,* ex epiſtola ejus, ad Juſtinianum Imperatorem data, quæ etiam contra Neſtorianos & Eutychianos digladiatur, depromptum eſt. Ipſe vero Juſtinianus, pius Imperator, in iis quæ ad Zoilum Patriarcham Alexandrinum ſcripſit, hanc epiſtolam Theſaurum nominavit.

Scripſit de Imaginibus,

contra hæreticos,

B

23 *Tertio recitatur ejuſdem Epiſtola quinta, ad Juſtinum Iuniorem aut potius Juſtinianum Imperatorem, in Synodo generali* VII, *agens contra inſolentiam Samaritarum; quam* 8. *ſeq. deſcriptam dabimus. Quamvis autem iſtic dicatur Juſtino Iuniori inſcripta, inclinat tamen animus non parum eo, ut putem, ad Juſtinianum potius, Juſtini illius deceſſorem, datam eſſe: tum quod ſub Juſtiniano Samaritarum audacia plus ſolito invaluerit, vix cognita ſub Juſtino aliunde, quam ex hac, de qua ambigimus, Symeonis epiſtola, velut à poſteriori, ut loquuntur in Scholis: tum quod Epiſtola Caroli Magni, ex Capitulari de non adorandis imaginibus lib.* IV *cap.* V *ab Allatio in Diatriba hic producta; & alia Hadriani I Papæ ad eumdem Carolum pro Synodo Nicena* II, *in editione Conciliorum Labbæana dictæ Synodo ſubjuncta (utraque non longo poſt tempore ſcripta) exprimant nomen* Juſtiniani, *non* Juſtini: *tum denique etiam vel maxime, quod ſtatim in principio Epiſtolæ dicantur Samaritæ in* ſanctum templum, *quod Imperator ſtruendum curaverat, per ſummum ſcelus atque impietatem ſæviiſſe. Incertum manet ex Epiſtola, uter curaverit; non manet ex conjectura probabili. Cum enim totis ſex libris complexus ſit Procopius ſubſtructiones atque ædificia omnis generis fere innumera, ubique terrarum à Juſtiniano excitata, interque ea numeretur templum Deiparæ Virgines Porphyreone, circa quam civitatem tempeſtas præcipue indicatur deſæviiſſe; Juſtini vero paucula quædam monumenta ab auctoribus memorentur; facile quivis dijudicabit, utri verоſimilius ac certius hæc Epiſtola inſcripta fuerit.*

Epiſtolam ad Juſtinianum potius, quam Juſtinum,

C

24 *Reliqua ejuſdem ſcripta enumerat Allatius hoc modo.* IV Ejuſdem Τροπάρια εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα Δημήτριον ἐν τῷ Σπίκῳ Troparia in ſanctum magnum martyrem Demetrium in Sticho, XXVI Octobris. V Ejuſdem *Εὐχὴ πρὸς τὸν Υἱὸν, ἰδίᾳ πρὸς τὰς παρενοχλοῦντας λογισμούς. Oratio ad* Filium, particulariter ad repellendas obturbantes cogitationes. *Principium eſt:* Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ χριστὲ, Λόγε τοῦ Θεοῦ ἀθάνατε, ὁ τῶν μεγίστων τεχνίτης καὶ κυβερνήτης. *Erat ea in Palatina & penes Allatium.* VI *Ejuſdem* Εὐχὴ, λεγομένη μὲ δακρύων εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὅταν ἐπέρχονται οἱ λογισμοὶ πορνείας. Oratio recitanda cum lacrymis ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cum inſurgunt cogitationes fornicationis eſt. *Principium* Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, λόγε τοῦ Θεοῦ, λόγε ἀθάνατε, ὁ μὴ καταισχύνων τὰς ἐπὶ σοὶ πεποιθότας. In Vaticana, Cod. 798. VII. *Ejuſdem* Εὐχὴ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου εἰς πονηρὰς λογισμούς. Oratio in ſanctiſſimam Deiparam pro pravis cogitationibus. *Principium* Παναγία Θεοτόκε ἀποδίωζον τὰς πονηρὰς καὶ ἀκαθάρτους λογισμούς. Ibidem. *Præter hæc, ab Allatio indicata, extat quoque Epiſtola ejus in Vita B. Marthæ matris, quam huic mox ſubjungimus, propterea quod multa ad S. Symeonem ſpectent. Habetur autem dicta Epiſtola num.* 64, *inſcripta Staurophylaci ſanctæ Reſurrectionis Hieroſolymis, quem de ſalute anxium animat, ac partem ſanctæ Crucis rogat. Atque præter hæc omnia, alia quoque illum ſcripſiſſe non pauca, quæ temporum injuria periere, in comperto eſt ex Epiſtola de qua mox, contra Samaritas, quæ* quinta *indigitatur, ſic ut aliæ neceſſario præceſſerint. Eodem faciunt Euagrius Vita, & quam damus: quorum ille lib.* 6 *cap.* 23 *dicit ſe; iſta num.* 190 *Juſtinum epiſtolam à Sancto accepiſſe.*

Troparia & precationes.

D

§. V. Epiſtola S. Symeonis ad Juſtinum Juniorem contra Samaritas hæreticos.

E

25 FIdem *ſolvimus, qua ſe obſtrinxit Bollandus ad* V *Ianuarii in Vita jam ſæpe memorati Symeonis Stylitæ Senioris, per Metaphraſten ſcripta, Cap.* XI, *Annot.* d, *eum latius hic de* Samaritis *ſeu* Samaritanis *agendum promittit,* Neapolis, *Hebræis* Sychen *ſeu* Sichem *& Sichima, urbs eſt Palæſtinæ in Samaria Epiſcopalis, hodie fere extincta & à paucis habitata: diſtat à Samaria urbe* IX P. M. *in Auſtrum. Imminet urbi mons altus, Garizim nomine, quem olim in veneratione habebant & precationis cauſa adibant Samaritani: quorum jam tum Chriſti temporibus ſectam Baronius tom.* I *Annal. locis variis, præcipue in apparatu deſcribens; inter alia hæc profert ex Epiphanio:* Quinàm vero fuerint Samaritæ, nemo in divinis verſatus Scripturis ignorat. Hi ſunt, qui cum diviſi eſſent à Judæis, non templum, non ſacrificia, vel cæremonias communes cum illis habebant: cumque quinque tantum Moyſis libros retinerent, Prophetas ac cetera divinæ Scripturæ volumina negligenter rejiciebant; non credentes reſurrectionem mortuorum; negantes & Spiritum ſanctum. *Plura ſi vis, quære apud ipſum Epiphanium in Panario.*

Satisfit promiſſis Bollandi.

Samaritarum ſecta qualis;

F

26 *Iidem aliis ſucceſſive ſeculis impietate ac ſceleribus famoſi, licentius agere cœperunt temporibus Zenonis.* Cum enim coiiſſent ſubito, *ut ſcribit Procopius lib.* 5 *de Ædif. cap.* 7, facto Neapoli impetu in Chriſtianos, feſtum in eccleſia celebrantes, quod Pentecoſte vocatur, multos conficiunt; illorum Epiſcopum Terebinthium ſacræ Menſæ aſtantem occupant, offerentemque ineffabile Sacrificium gladiis feriunt, vulneribus concidunt, manuum truncant digitis; Myſteriaque injurioſe tractantes, piacula perpetrant digna Samaritanis, nobis ſilentio premenda. *Renuntiante hæc Conſtantinopolim & oſtendente in ſe admiſſa ſcelera Terebinthio, Samaritarum inſolentia ab Imperatore armis repreſſa eſt. Deinde iterum moliti varia ſub Anaſtaſio Imperatore, iterum pœnas dederunt, etiam ſupremas. Denique ſub Juſtiniano crudeliſſime omnium ſævientes, ea patraruut opere, quæ audiri ſine horrore nequeunt. Ita deſcribuntur à Cyrillo in Vita S. Sabæ, quæ Græca penes nos eſt, danda* V *Decembris.*

Eorum flagitia ſub Zenone,

27 Jamque rerum potitus Juſtinianus moderabatur imperium, cum in Palæſtina gens Samaritana Regem ſibi Julianum quemdam, & ipſum Samaritam, eligentes, multa contumelioſe adverſus Chriſtianum nomen auſi fuerunt. Templis namque direptis ſubjiciebant ignem; Chriſtianos infinitis

& Juſtiniano.

excru-

A excruciatos tormentis tandem morti tradebant; vicinos pagos incursionibus populabantur; Sanctorum thecas diffringentes, immittebant in flammas: & hæc sævities præcipue non admodum remotis Neapoli grassabatur locis. Porro Episcopum sustulerunt gladio, comprehensisque quibusdam Presbyteris, membratim primo ac frustatim illos secuerunt, cumque Reliquiis Martyrum in sartagine frixerunt: denique nullo audaciæ aut contumeliæ genere contra Christianos abstinuerunt. *Hæc immaniſſima ſcelera, & ſi qua præterea, circa Porphyrionem, ut putamus, patrata, potuerunt à mitiſſimo viro & miſeris ſuccurrere promptiſſimo, ubi gloria Dei & incolumitas Eccleſia periclitatur, exemplo aliorum Sanctorum, iſtiuſmodi extorquere Epiſtolam, qualem ſubjicimus, ad Iuſtinianum (ut ſupra probabiliter ſuſtinemus) datam. Ipſam, non ut Baronius habet ex editione Concilii 11 Nicani Latina, ſed ex Græco-latina, quamquam non ſatis accurate tranſlatam, ut iſtic Actione v verſa eſt, hic accipe, utpote cum contextu auctoris Græci magis concordantem.*

Contra illos epiſtola Symeonis ad Imperatorẽ,

28 Quis dabit, ſemper Auguſte & bone Domine, oculis meis fontes lacrymarum, ad lugendum & flendum amare & intolerabiliter omnibus diebus
B miſeræ vitæ meæ? quia ſub divino zelo veſtri à Deo redimiti & Chriſtianiſſimi Imperii, talia extra omnem rationem impietatis agi præſumuntur ab his qui ſine Deo ſunt, Samaritis videlicet, qui ſupra omnem immunditiam polluti & execrandi conſiſtunt, quique habitant ea quæ dicuntur Caſtra juxta civitatem Porphyreonem, in venerabili domo, quam Deo placabile Imperium veſtrum juſſit illic ædificari. Quæ ſubtiliter ſciet veſtra divinitus conſervanda Tranquillitas, per ea quæ ſignificata ſunt humilitati noſtræ à Paulo ſanctiſſimo Epiſcopo ejuſdem Porphyreonis, & miſſa ſunt nobis à beatiſſimo Orientis Patriarcha, qui & ipſe ſuper hoc vehementer doluit, quanto magis manſuetiſſimi Principes? Præſertim cum & inanimatos lapides exclamare, hujuſmodi calamitates facile ſufficerent, quas in præſentia vidit prædictus ſanctiſſimus Pontifex. Etenim ſuper mortem & perditionem reputatum eſt ab humilitate noſtra, quod quoquo modo ad auditus noſtros venerit talis impietas, quæ ſuperexcedit omnem actionem blaſphemam, præſumptam in id ipſum Dei Verbum, quod propter nos incarnatum eſt; & in ſan-
C ctiſſimam ac glorioſam Dei Genitricem, atque in venerabilem ac pretioſam Crucem, nec non & in Sanctos ejus.

In qua ipſorum ſcelera proſecutus,

29 Propter quod commemorantes ſuggerimus divinis auribus veſtris, quoniam ſi piiſſimæ bonarum victoriarum veſtrarum leges jubent, imagine Imperatoris injuriis laceſſitâ, morti ſupremæ ac pernicioſiſſimæ tradendos qui hoc conari præſumpſerint; quanta, puta, digni ſunt perditione in perditionem, qui in imaginem Filii Dei & ſanctiſſimæ ac glorioſiſſimæ Dei Genitricis cum omni ineffabili impudentia & impietate, & propter nimiam malitiã, non habeo quod dicam, talia præſumpſerunt, nullâ in eis factâ miſericordia? Unde obſecramus victorioſiſſimum Imperium veſtrum, ne faciat miſericordiam in eos qui hoc agere auſi ſunt, neque pareat eis, neque qualemcumque poſtulationem vel rationem ſuper illis accipiat, ne in aliud quid vertantur, ſicut jam in viſu videram, indicans Auguſto menſe ſanctiſſimo & à Deo honorabiliſſimo Patriarchæ; ſignificans interim hoc apud ſe ſervandum: neque enim abſcondit à nobis Deus cogitationes eorum. Unde certus ſum, ſemper Auguſte Imperator, quod non ſufferat confirmatum Deo cor veſtrum, quod ipſius eſt magnitudine illuſtratum, tantam inhonorantiæ procacitatem, quam numquam huc uſque audivimus, fortaſſis autem nec alius quiſquam Chriſtianorum.

illum ad vindictam ſtimulat,

30 Sed adjuro Vos, Domine, per Emanuel Deum excelſum, ne ſufferatis ſaltem ad modicum quid differri decentem vindictam: ſed jubeatis exquiri etiã illa, quæ in puteo facta ſunt à nimia eorum & peſſima nequitia, ſecundum tenorem epiſtolæ, quæ ad noſtram mediocritatem tranſmiſſa eſt: minime permittente manſuetiſſima Dominatione veſtra, ſi forte putaverint quidam ſubſeminare importunos ſermones; * quaſi Dominicæ ſint poteſtatis, Deo, qui dedit vobis Imperium, taliter ſuper omnem impietatem injuriis affecto: ut & ceteri eorum timorem habeant cunctis diebus maledictæ ac ſegregatæ vitæ ipſorum; quos & ſuſcipient cognatæ tenebræ ſuæ in damnationem, vermis qui comeſturus eſt illos, & ignis qui ſplendebit; & anathematizabit eos in inferioribus abyſſi ipſe Sanctus & omnipotens Spiritus Jeſu Chriſti Domini noſtri, qui ex Patre procedit ad perdendum illos in infinitam perditionem. Hunc enim zelum vobis, Deo-conſervande & Triumphator, in ipſum qui cum Pietate veſtra regnat, unigenitum Deum demonſtrantibus ſtrenue; ſuper ſacrificium Abrahæ ſuſcipiemini ab ejus cunctorum inſpectrice Deitate; & erit peramplius, benedictum potentiâ virtutis ejus, & magnificatum Chriſto dilectum Imperium veſtrum ſuper omnia præcedentia regna: quoniam ipſi eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen. E

AUCTORE C. J.

* *gr.* quaſi ad Dominæ *id eſt*, Auguſtæ poteſtatẽ pertinent.

ut ceteri deinceps abſtineant ſimilibus.

31 *Hactenus Epiſtola, tam zelo divinæ gloriæ odioque ſcelerum plena, quam non inſtructa ab oratorio verborum ornatu: quod tamen officere nihil debet (ut vult Epiſtola, quam Allatius in Diatriba hic, ſub nomine Caroli Magni producit) quo minus genuina* S. Symeonis *dicatur, vim ſignificationis potius quam fucum orationis ſpectantis. Refutat Allatius loco citato dictam Epiſtolam, hæc præcipue argumenta complexam; Quod Sanctus* Juſtiniani Imperatoris Aures Divinas nuncupaverit; *quod* eumdem miſericordia uti prohibuerit; *quod* qui debuerat iram Regis refrænare, illam magis magiſque ſuccenderit; *quod* ejus exemplo uſus non ſit, qui neminem vult perire; *quod denique* eidem Imperatori Deum corregnare dixerit. *Vides quam ineffi cacia ſint omnia, adeo ut operæ pretium non ſit refutare. Reſurgat Propheta Elias, zelo divinæ gloriæ ſuccenſus, gravius multo in ſcelera iſtiuſmodi invehetur, uti olim, ignem è cælo accerſens. Si quis refutata pluribus cupit, adeat citatum Allatii locum: nos in re, non admodum ad inſtitutum noſtrum faciente, longiores etiam fuimus, quam par eſt: ſed promiſſa Bollandi ſolvimus.*

Aſſeritur hæc epiſtola Symeoni.

F

§. VI. Memorabilia de S. Symeone ex Euagrio.

32 *Plurimum auctoritatis conciliare debet Vitæ noſtræ Euagrius Scholaſticus, per illa quæ in Hiſtoria ſua Eccleſiaſtica de* S. Symeone Stylita Juniore *memorat. Nam præterquam quod ſummæ fidei hiſtoricus ſit, coævus Symeoni fuit, eoque familiariter uſus, quemadmodum ex ipſiuſmet verbis, mox ſubjiciendis, poteſt colligi: dicit enim, Gregorio Patriarchæ Antiocheno innotuiſſe letalem* S. Symeonis *morbum*, indicante ſe. *Oſtendit etiam, commercium litterarum inter utrumque interceßiſſe, cum ait, admonitum ſe à Sancto per litteras fuiſſe quadam ſuper re, quam putabat omnibus clam eſſe. Certiora quoque profert indicia mutuæ conſuetudinis Vita noſtra num.* 238; *ubi quæ* cognoverat in ſpiritu Symeon, Euagrio, pro ſui in ipſum ſingulari propenſione animi, juſſit indicari. *Porro auctoritatem Vitæ, tam frequentia, inuſitata, ſtupendaq; miracula & inauditum vitæ inſtitutum continenti, conciliat; cum vixdum mortuum* Sancti *appellatione non dubitat honorare; cum illum* cunctos ſui temporis mortales virtute longe ſuperaſſe, *pronuntiat; cum miraculum in ſe factum, idem quod in Vita n.* 238 *ponitur, enarrat. Neq; tamen omnia, quæ de* S. Symeone *hic refert, complectitur Vita noſtra:*

Euagrius Symeoni coævus & familiaris,

auctoritatem ejus Vitæ conciliat.

AUCTORE C. J.

noſtra: deſunt pleraque: atque ideo potiſſimum ea damus, ne quid ſcitu dignum prætereatur.

Symeō prædixit imperium Mauritio:

33 *Audi igitur ipſum lib. 5 cap. 21 inter alia ſigna, quæ Mauritio Imperium portenderent, ſic loquentem.* Denique Symeon, qui juxta urbem Antiochiam ſuper columna ſtans vitam exegit, vir ad res gerendas aptiſſimus, & cunctis divinis virtutibus inſignis, multa & dixit & fecit, quæ Imperium Mauritio nuntiabant. *Quænam vero illa ſint, non memini uſpiam ſpeciatim expreſſum legere, ne quidem in Vita noſtra prolixiore; quæ multa quidem de Iuſtino Iuniore, eique prædicto Imperio, de Mauritio vero prorſus nihil: unde, uti & ex ſequentibus, pronum eſt colligere, quamvis prolixiſſima Vita contineat plurima, plura tamen prætermiſſe. Libro deinde ſexto, cap. 23 toto, quaſi compendium vitæ Symeonis ſic texit.* Eodem tempore, cum Gregorius S. Symeonem letali morbo ægrotare, me indicante, didiciſſet; ad eum confeſtim excurrit, ut poſtremæ ſalutationis officium ei exhiberet. Verum id quod cupiebat, conſequi non potuit. Porro hic Symeon cunctos ſui temporis mortales virtute longo ſuperavit. Quippe à teneris unguiculis aſperum vivendi genus in columna excoluerat: adeo ut dentes in columnæ ſtatione ipſi mutati fuerint.

à puero in columna vivit,

B

34 Columnam autem conſcendit hujuſmodi ex cauſa. Cum eſſet admodum tenera adhuc ætate, ludens & ſaltans per montis juga oberrabat: cumque in pardum incidiſſet, zonam collo ejus injecit; & belluam, innatæ feritatis oblitam, quaſi joco trahens, ad monaſterium ſuum deduxit. Quod contemplatus Magiſter ejus, qui in columna vitam agebat, puerum interrogavit, quidnam hoc eſſet. Ille felem eſſe reſpondit, quem vulgo cattam nominant. Atque ex hoc facto conjecturam capiens, qualis quantuſque Symeon in virtutis ſtudio futurus eſſet, in columnam eum admiſit. Qua in columna, & in altera quæ eſt in ſummo montis vertice, octo ac ſexaginta exegit annos, omni gratiæ genere donatus. Quippe qui & dæmones abigeret, & morbos ac languores omnes ſanaret, & futura perinde ac præſentia prævideret. Gregorio certe prædixit, eum mortem quidem ipſius viſurum non eſſe; quæ vero poſt mortem futura eſſent, ignoraturum.

pardum zona ligat,

35 Cumque ego amiſſis liberis meis in varias cogitationes diducerer, & apud me quærerem quid cauſæ eſſet, cur Gentilibus, quibus multi ſunt liberi, idem non evenerat; quamvis nemini prorſus cogitationem hanc aperuiſſem, ille tamen cogitationes animi mei introſpiciens, ſcripſit ad me, ut ab his cogitationibus abſtinerem; quippe quæ haudquaquam placerent Deo. Idem, cum uxori cujuſdam ex meis amanuenſibus poſt partum lac obſtructum eſſet, & infans in ſummo diſcrimine verſaretur; contacta viri dextera, præcepit, ut eam conjugis ſuæ mamillis imponeret. Quo facto, ſtatim lac quaſi ex quodam fonte profiliit, adeo ut totam mulieris veſtem madefaceret. Sed & puerum quemdam, nocte intempeſta à comitibus itineris per oblivionem relictum in via, leo impoſitum dorſo ſuo ad Symeonis monaſterium portavit; & jubente Symeone egreſſi miniſtri, puerum, qui à leone cuſtodiebatur, introduxerunt. Multa quoque alia, memoriam omnem ſuperantia, idem vir geſſit, quæ & linguam diſertam, & otium, & peculiare opus deſiderant: quæque omnium pene mortalium linguis celebrantur. Omnium enim nationum homines, non Romani ſolum, verum etiam barbari, ad eum ventitabant; & quæcumque poſtulaverant, impetrabant. Pro cibo autem ac potu ei fuere rami cujuſdam fruticis, qui eo in monte naſcebatur. *Vtrumque hunc Euagrii locum tranſtulit etiam ad ſe, totidem pene verbis, Nicephorus Calliſtus lib. 18 cap. 9 & 24.*

cogitationes aliorum novit,

C

uberi obſtructo lac elicit,

puerum per leonem ſervat.

§. VII. Alia de eodem memorabilia, ex Synodo Nicæna II & S. Joanne Damaſceno.

36 *Hic quoque paragraphus eodem faciet, quo ſuperior: videlicet ut eo majoris auctoritatis cenſeatur eſſe Vita, quo graviores ſunt auctores, qui ſua, ſi non ex illa, certe eadem cum illic contentis, teſtimonia prompſerunt. Ac primo quidem Synodus Nicæna II, generalis VII, anno* DCCLXXXVII, *Hadriano I Papa, Conſtantino atque Irene Imperatoribus, celebrata contra Iconoclaſtas, Actione IV in editione Græco-latina Labbæi, ſic loquitur.* Joſeph, reverendiſſimus monachus & Hegumenus monaſterii Heracliæ, dixit: Et ego peccator librum fero, continentem Vitam S. Symeonis Mirabilis-montis, & ut jubetis. Sancta Synodus dixit: Legatur. Et accipiens Coſmas, Deo amabilis Diaconus & Cubucleſius, legit. Ex Vita ſancti Patris noſtri Symeonis Mirabilis-montis capitulum CXVIII; De feminâ, quæ Rhoſopoli ſterilis erat, valido dæmonio preſſâ: quæ ſana & fœcunda facta, imaginem Juſti impoſuit domi ſuæ, quæ magnifice miracula operabatur. *Quamvis autem idem miraculum infra quoque in vita num. 123 referatur, quia tamen aliquantum diſcriminis intercedit, præcipue quoad phraſin atque inſuper auctoritatem accipit liber totus ex hac tanta Synodo probata narratione, videri poſſumus actum non agere, ſi illam narrationem hic adjiciamus. Sic igitur lectionem ſuam proſecutus eſt Coſmas Diaconus.*

Synodus jubet legi miraculum ex Vita S. Symeonis,

E

37 Mulier quædam erat Rhoſopoli Ciliciæ, Theoteena dicta, quæ habitaverat cum viro ſuo annis viginti, & filium non habuit. Contigit autem eam etiam à dæmone à pueritia vexari, & mandere linguam. Vir autem ejus, ultra non valens ſufferre tribulationis ejus anguſtiam, dimiſit illam à domo ſua, & per quatuor annos cum nulla eſt femina ſociatus. Illa vero invento comitatu confugit ad Juſtum. Cum autem vidiſſet eum dæmon, ſtatim fremuit & torquebatur coram eo, videns cum muliere ſpiritualem ejus imaginem, dicentem humana voce: Separabo te ab ea, maligne & immunde Spiritus, & revertetur ad virum ſuum, & efficietur illi anno ſequenti puer. Et ejulavit dæmonium ferociter conturbatum: O violentia adverſus me! non eſt tuum matrimonii ſolutiones efficere: ut quid autem & filium eis das, cum à me filium minime fecerit? quid mali feci tibi, vel quid peccavi in conſpectu tuo, quia ſeparas me à muliere mea? Si ſervum me comparaſſes, dares me fortitan & in ſervitium hominibus. At vero Symeon ait: Quia malus ſervus es, recognoſce te ipſum, maligne, & curre in flammas ignis, arſurus; & fer aquam & collige ligna. Et ſtatim, veluti ventus, currens & vehementer æſtuans dæmon, & tollens in muliere amphoram aquæ, minabatur; & impletam illam, & collecta de ſilva ligna attulit, ejulans & dicens: Væ mihi, væ mihi malo ſervo & inventori malorum! quid paſſus ſum? Nam à muliere mea ſeparat me S. Symeon, & quid faciam infelix, neſcio.

de muliere dæmoniaca ac ſterili,

F

quiritante multum dæmone,

38 His autem dictis coram populo, qui convenerat; poſtquam adimplevit miniſterium, quod ſibi fuerat imperatum, clamavit altiſone, loquens; & aſpiciens contra ſe veniens fulgur ignis, currebat in muliere per circuitum ſtatus ejus, plurimum & dolenter cruciatus; & taliter protinus exiit: & muliere priſtino ordini reſtitutâ, dimiſit eam Symeon ſanam; dicens ad illam: Vade, mulier, in domum tuam & cohabita cum viro tuo; ecce enim direxit Dominus cor ejus, ut recipiat te cum gaudio magno. Quod & factum eſt. Cumque illa reverſa fuiſſet, ſtatim rectum factum eſt cor viri ſui ad diligendum eam, & ingreſſus eſt ad illam, & confeſtim concepit

utroq; malo per Sanctum liberatâ,

in

A in utero: & completo anno tulerunt puerum ad ſervum Dei, laudantes & glorificantes Deum. Cum autem compleſſent orationem ſuam, & rediiſſent ad propriam domum, erexit mulier fide ducta imaginem Sancti in interiori domo ſua: quæ operabatur miracula, obumbrata Spiritu qui habitabat in Sancto: & à dæmonio vexati emundabantur illic, & ex variis paſſionibus infirmati curabantur. In quibus & una mulier, fluxum ſanguinis inceſſanter per quindecim annos paſſa, in fide acceſſit ad videndum imaginem; & continuo fluxus ſtetit. Dixit enim intra ſe, quia, ſi tantum videro ſimilitudinem ejus, ſalva ero. Videns autem quod exſiccatus eſſet fons ſanguinis ſui ad hominem Dei protinus accurrit, adorans coram eo, laudans & glorificans Deum, ac enuntians miraculum in ſe perpetratum.

& ſiſtente alteri per imaginem Sancti fluxum ſanguinis alterius.

39 *Huic alterum etiam miraculum ſubjicitur cum hoc titulo:* Item legit (*Coſmas Diaconus*) aliud miraculum ſancti Patris Symeonis: *idemque eſt quod S. Ioannes Damaſcenus Oratione* III *de Imaginibus non procul a fine adducit, præfixo hoc titulo:* Ex Vita S. Symeonis rerum admirabilium effectoris, narratio Arcadii Archiepiſcopi Cypri, miraculum CXXXII. *Conferenti autem utrumque textum inter ſe, nullum mihi dubium eſt, quin ex eodem prorſus Græco ſint tranſlati, ita conveniunt principium, finis, periodi, omnia. Sicubi forte Græcus Damaſceni textus extat, qui nobis defit, comprobabit dicta. Eſt tamen altera verſio, alterâ non paulo concinnior elegantiorque. Vidimus jam inamœniorem Concilii, ſuccedat placitura magis Damaſceni. Neque hic, puto, operam perdituri ſumus deſcribendo hanc narrationem, quamvis eamdem, verbotenus fere tantum diſcrepantem, in Vita nu.* 171 *ſtylo noſtro demus; erit enim uſus utriuſque mox* §. *ſeq. Sic igitur titulo, jam ſupra adducto, ſubjungit Damaſcenus.*

Adfertur aliud miraculum ex Damaſceno,

B

40 Contigit autem illis diebus, ut vir quidam mercator civitatis Antiochiæ gravi moleſtia ab improbo dæmone affligeretur diuque angeretur, adeo ut ſuffocaretur, intercluſa ſpirandi facultate. Hic profectus ad Sanctum, & ejus precibus ſanitatem ſic aſſecutus, ut ſi nihil umquam perpeſſus eſſet; cum in propriam domum rediiſſet, ut grati animi ſignificationem daret, in loco civitatis publico atque illuſtri, ſupra fores officinæ ſuæ, imaginem ſtatuit. Hanc infidelium quidam conſpicati luminibus & velis decoratam, zelo pleni, ſui ſimiles homines incompoſitos concitarunt, ut multitudo conveniret confuſeque vociferaretur: Tollatur é vita, qui hoc fecit, & imago dejiciatur. Divina autem providentia factum eſt, ut tum domi ſuæ non inveniretur. Cupiebant enim eum interficere; cum alius aliud clamaret: nam eorum nequitia multa & magna erat in conſpectu Dei valde, & immenſa invidia, qua quidem impulſi eo convenerunt, exiſtimantes ſe nactos eſſe occaſionem, qua ſanctum hominem opprimerent & afficerent ignominia, quod ſæpe impietatem & errorem illorum, qui cum ipſis de religione male ſentirent, redarguiſſet. Cum igitur tantam inſaniam cohibere non poſſent, cuidam militum mandarunt, ut gradus conſcenderet & imaginem deturbaret. Qui cum adſcendiſſet & manus extenderet, ut juſſa perficeret, ſtatim colliſus eſt, è ſuperiore loco delapſus deorſum in terram: & magnus tumultus in turba eſt excitatus. Inflammatique perrexerunt alterum adhibere; qui manu protenta eum detrahere imaginem ipſe quoque conaretur, humi pariter afflictus eſt. Quo quidem facto, metu omnes perterriti, Crucis ſignum ſibi ipſi cœperunt admovere. Verum cum adhuc infideles illi inſanirent, tertium eodem impellere non deſtiterunt: qui cum manum extendiſſet, ut imaginem dejiceret, ipſe quoque ſimiliter confractus, in terram decidit. Tunc fideles omnes, qui circumſta-

de dæmoniaco item liberato,

& iconem Sancti erigente,

C

quam malevoli deturbare conati,

tertio divinitus puniuntur.

bant, magnus invaſit timor, & infidelium cæcitatem atque audaciam admirati, imaginem adorantes cum precationibus diſceſſerunt. *Hactenus Damaſcenus. Recitatis hiſce à Coſma Diacono coram Patribus Concilii miraculis, hæc ſtatim ſubjiciuntur, illorum, uti & totius Vitæ noſtræ, fidem & auctoritatem augentia:* Conſtantinus ſanctiſſimus Epiſcopus Conſtantiæ Cypri dixit; Hæc quidem, honorabiles Patres, de his quæ lecta ſunt, audivimus & credimus.

AUCTORE C. J.

§. VIII. De S. Symeonis Vita, nunc primum à nobis in lucem edita, ejuſque Auctore.

41 *CVi plurimum Acta Sanctorum, & nos, & tu Lector Cælitum ſtudioſus gloriæ, debemus eſt R. P. Petrus Poſſinus Societatis noſtræ. Nomen ego; cetera libri ab ipſo editi & frequens in hiſce Actis memoria loquentur. Curavit ille, poſt noſtrorum Henſchenii atque Papebrochii diſceſſum Româ, deſcribi Vitam hanc ex codice Græco Bibliothecæ Vallicellanæ, quæ eſt Congregationis Oratorii S. Philippi Nerei. Sed ipſum potius de his audi, litteris anno* MDCLXVI, XII *Kal. Iulias Româ datis, ſic ſcribentem.* Quod de codice quæris, ex quo deſcripta ſunt, erat is quidem in Bibliotheca Vallicellana mutilus & ἀκέφαλος: ſed Laurentius Portius (*eſt is Symonis, qui* Dictionarium Latinum, Græco-barbarum & Litterale *Pariſiis* MDCXXXV *edidit, frater; & ſuam nobis, operam in deſcribendis Actis Græcis pretio moderato locavit, iſtius idiomatis admodum peritus*) ſed Laurentius, *inquit*, Portius, qui deſcripſit; ex alio exemplari ibidem reperto, manu licet antiquiſſima & jam exoleſcente ſcriptura exarato, ſupplevit non parvo labore ſuo quod deerat, & integritati fere primigeniæ Opus hoc reddidit. *Caput autem, quod reliquo corpori in codice defuiſſe & aliunde ſuppletum dicitur, eſt illa pars Prologi, quam primis duobus numeris complexi ſumus. Profert præterea Poſſinus in eadem epiſtola ſuum de his Actis admodum laudabile, nec ponderis minoris, judicium:* Ex animi mei ſententia, *inquit*, profiteor; me in iis accurate perlectis nihil niſi veriſimiliter, prudenter, eleganter ſcriptum obſervaſſe. Ex quo cœpi legere, tenere me non poteram donec abſolverem. Tanta erat voluptas; nec minor teneræ religionis ſenſus, cor liquefacientis uſque ad lacrymas. Itaque rara exiſtimo reperiri ejus generis Eccleſiaſtica monumenta, quæ fide, auctoritate, concinnitate compoſitionis, admirabilitate rerum non incredibiliter narratarum, pari cum his Actis jure editionem lucemque mereantur. *Verbum his non addo. Reliquam de ſe ipſa Acta fidem facient: perlege.*

Poſſini, qui Vitam hanc deſcribendâ curavit,

E

ex Ms. Vallicellano mutilo, & aliunde ſupplendo,

grave de ea judicium.

F

42 *De auctore quantum aſſequi licet, dicamus. Principio Vitæ præfixus erat hic titulus,* Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ ἐν τῷ Θαυμαστῷ ὄρει, συγγραφέντα παρὰ Νικηφόρου τοῦ Μαγίστρου Ἀντιοχείας, τοῦ Οὐρανοῦ. Vita & converſatio ſancti Patris noſtri Symeonis in Monte-Mirabili, conſcripta à Nicephoro Magiſtro Antiochiæ, Cælum dicto. *Vnde vero hoc ei cognomentum? Exiſtimo quod ab eloquentiæ, quam in Antiochena civitate publice profitebatur, ornatu ſingulari, quia oratio ejus omnis rhetoricis luminibus, ut cælum ſtellis, reſplendebat. Habet quidem apud Græcos vox* Μαγίστης *vel* Μάγιστρος *ſignificationem etiam aliam, ut ſit titulus in aula Imperiali primarius, & Cæſareo proximus teſte Cedreno, quare etiam Imperatorum fratres filiique eum non dedignati ſunt, & hoc ſenſu Symeon ille vulgo Metaphraſtes,* Magiſter *quoque dictus eſt. Verum non pro una civitate aut loco dabatur hic titulus, ideoque ſemper invenitur ſine ejuſmodi additamento, ſæpe etiam cum epithetis* Περιβλέπτου *aut* Περιφανοῦς Conſpicui *vel* Illuſtris. *Hic vero* Nicephorus *expreſſe dicitur* Magiſter Antiochiæ: *ſolitas autem civitates ejuſmodi primarias, qualis Antiochia erat, magno ſtipendio conductos*

Auctor Nicephorus Magiſter Eloquentiæ,

AUCTORE C. J.

Cognominatus Θεράπων.

habere egregios eloquentiæ Magiſtros vel ex Auguſtino ſcimus, ejuſmodi ſpe Romam delato. Talem vero fuiſſe Nicephorum *hunc noſtrum, quod & Poſſinus cenſuit, non ideo dubites, quia Nicephorus Calliſtus lib.* 18 *Hiſtoriæ Eccleſ. cap.* 24, *cum hujus vitæ meminit, Latine ſic vertitur ab interprete Langio, quaſi* non ita docte ut magnitudo rerum flagitabat conſcripta ſit: *utitur enim ille adverbio* μὴ ἀξίως non digne, *quod etiam Ciceroniana eloquentia poſſet aptari, ad exprimendum ſingularem excellentiam, omni humano ſermone ſublimiorem: alioqui fatetur Nicephorus quod,* cum in hanc Vitam incidit, obſtupuit magnitudinem ac multitudinem eximiam operum à Sancto patratorum: *ea autem, inquit,* uſque hodie celebrantur omnium linguis, deſcripta ὑπὸ Συμεῶνι (Νικηφόρῳ *voluit ſcribere, aut etiam ſcripſit, ſed ſciolus aliquis nomen mutavit Metaphraſtem intelligi volens)* Μαγίστρῳ τῷ Οὐωῷ: *quod ita abbreviate ſcriptum, ex more Græcis uſitatiſſimo, pro* Οὐρανῷ, *non capiens Langius, prætermiſit; clarum autem fit ex eodem cognomine ante Vitam integre expreſſo.*

43 *Ab alio quoque quam à Nicephoro Vitam* Symeonis *hujus litteris mandatam & poſteritati tranſmiſſam eſſe, ex paragrapho ſuperiore colligimus: cujus auctorem, quamvis non nominet Concilium, ex Damaſceno* Arcadium Cypri Archiepiſcopum *agnoſcimus, nihilo notiorem* Nicephoro *noſtro, niſi etiam obſcuriorem velis; utpote qui ne per ſcripta quidem, quæ interciderunt, innoteſcit. Colligo etiam, prolixiſſimam fuiſſe Vitam illam, ac noſtræ non valde imparem longitudine. Ita* Capitulum CXVIII, *ita* Miraculum CXXXII *ſupra recitata obtinent; multa enim præceſſiſſe oportet. Imo nullus dubito, quin altera ex alterâ deſcripta ſit Vita; & noſtra potius ex illa Arcadii, additis pauculis vel exclamationibus, vel apoſtrophis, aliiſve; ut rei exigentia & pietas auctoris tulerunt. Nam conferenti Superioris paragraphi miraculum primum cum numero* 123 *Vitæ, & ſecundum cum num.* 171, *apparet, fundamentalia, notabilia, circumſtantias etiam, utrobique eadem eſſe. In prioribus locus* Rhoſus *ſeu* Rhoſopolis Ciliciæ *urbs; nomen mulieris* Theotecna; *tempus conjugii* anni viginti; *repudii* anni quatuor; *hæmorrhœæ* anni quindecim; *cauſa adeundi Sanctum; averſio dæmonis; querelæ ejuſdem; raptatio circum columnam; promiſſa mulieri data; conceptus, natus, oblatus filius; gratitudo erectâ icone; ſanationes per illam factæ; quid plura? eadem utrobique notantur omnia. Non potuerunt ergo non vel altera ex alteris, vel utraque ex iiſdem monumentis deſcripta videri. Qua confirmaberis in ſententia, ſi concipias, vitam illam per Capitula, Numeris noſtris fere paria, diſtinctam fuiſſe: ſic enim iſtud miraculum propemodum pari intervallo utrobique à principio aberit; iſtic Capitulum* 118, *hic Numerus* 123. *En quantulum diſcrimen. Alterum miraculum paulo longius recedit in noſtra Vita, quam Arcadiana; ſed notandum Numeros in vita noſtra circa medium contractiores eſſe, quam verſus initium: adeoque convenirent propius Numeri etiam hic noſtri cum Numero iſtius Miraculi, ſi æquali tenore ac ſpatio noſtros ubique incidiſſemus.*

B *Scriptor alius Vitæ Arcadius Cyprius,*

in ſubſtantia nihil diſcrepat à Nicephoro,

C

D

44 *Sed redeamus ad collationem miraculi, & videamus quæ videri poſſint, in Vita noſtrâ ſuperaddita, vel decoris vel claritatis cauſa. Sunt illa peropportuna & rè nata. Vbi de dæmone agitur, interſerit;* Quemadmodum iſthoc ſcelus non loquitur niſi ſcelera. *Deinde accepta beneficia ſimul enumerat & velut parentheſi includit* (Neque enim à coætaneo ſibi dæmone immunis, ſed & marito integre ſanata, reſtituta fuit: ad hæc puer quoque ex ea, quod numquam ante, prognatus eſt) *Denique iſtam in fine concluſionem adjicit.* Ita viri ſancti vel tenuis in imagine aſpectus, ſignum Crucis, virga, forma, verbum, invocatio, & ſiquid aliud rerum illius eſſet, ſufficiebat cuilibet morborum generi depellendo.

qui illam paucis ante additis,

E

45 *Hæc de prioribus. Otioſum foret poſteriora ſimili modo conferre: conferat, cui lubet: reperiet eadem utrobique. Refero dumtaxat illa quæ adjecta videntur. Primum erectæ iconi ſuum addit ornatum, cum illam deſcribit;* Pervenuſte non ſolum coloribus, ſed etiam amictu & tegumentis ornatam. *Paulo poſt exclamationem hanc interſerit,* O Deus, quanta hoſtes adverſus Sanctum tuum machinati ſunt! *Mox cum extenderet unus in iconem manum, deturbatus dicitur venuſtâ hac & pia apoſtrophe,* manibus illis, quas tu Chriſte ſuper illorum ſuperbiam extuliſti, dejicientibus. *Demum cum tertius quoque dejectus eſſet, quaſi epiphonematis loco dicitur,* Multo prioribus majori ludibrio dignus, quod illorum exemplo nihilo ſapuiſſet magis. *Quid hæc niſi parentheſes, exclamationes, apoſtrophæ, epiphonemata, ex rebus nihil immutatis nata, & emphaſis gratiâ venuſte adjecta?*

videtur exornaſſe.

F

46 *Ordo autem totus in hac hiſtoria eſt admodum naturalis, incipiens à nativitate, progrediens cum annis, deſinens in morte: imo non vana erit ſuſpicio, ſi miracula pleraque ordine temporis, quo facta ſunt, putentur primum deſcripta eſſe; id enim ordo ætatis & hæ particulæ,* poſtea, deinde, poſt hæc, illis peractis, *ac ſimiles, in principio miraculorum identidem repetitæ, videntur innuere. Hunc porro tam copioſum fontem habentibus nihil opus eſt rivulos Synaxariorum ſectari, in quibus elogium alibi, brevius alibi prolixius legitur.*

Vitæ hujus ordo fere chronicus.

VITA

VITA

Ex Ms. Vallicellanæ Bibliothecæ apud Patres Oratorii Romæ Cod. B.

Conſcripta à Nicephoro, Magiſtro Antiochiæ, Cælum dicto.

Interprete Conrado Ianningo Societatis Ieſu.

PROLOGUS.

Εὐλογητὸς ὁ Θεός· αὐτὸν γὰρ εὐλογεῖν ἄξιον, καὶ εἰς μνήμην ἑαυτοὺς τοῦ θείου Συμεὼν καθιέντας, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ἤδη συγγράφειν προειρημένους· Συμεὼν ἐκείνου τοῦ κατὰ τὸ θαυμασὸν ὄρος ἀγγελικὴν διαγωγὴν μεταλαβόντος, τοιαύτης τε τύχης ἐπωνυμίας πεποιηκότος, ἢ καλαμήλου καὶ αὐτῆς μᾶλλον ἧς ἑαυτοῦ μεταδόντος. Ἐπεὶ καὶ Θεοῦ δῶρον ἀνθρώποις οὕτως Σαφὲς, τοῦ καὶ πρὸ διαπλάσεως αὐτὸν ἐκλεξαμένου, καὶ πρὸ συλλήψεως ἐπαγγειλαμένου, καὶ πρὸ γεννήσεως ἁγιάσαντος· ἵν' ὑπὲρ προεσβευτὴν αὐτὸν μόνον καὶ μεσίτην καὶ διαλλάκτην Σώματά τε καὶ ψυχὰς ἰᾶσθαι δυνάμενον ἔχοιμεν, ἀλλὰ καὶ βίου τύπον ἐρημικοῦ, καὶ φιλοσοφίας πρακτικῆς ὑπόδειγμα· εἴ τις ἄρα βραχύ τι τοῦ ἐκείνου κατορθωθέντων, καὶ ὅσον ἐφικτὸν ἀνθρωπίνη καὶ ῥευστῇ φύσει, Σκιαγραφήσαιτο αὐτόν· πλείονα γὰρ ἢ καὶ πάντα σχεδὸν ἄυλα μᾶλλον καὶ ἀνωλέθρου καὶ θείας.

Ἄλλως τε δὲ καὶ πρὸς τὸν τοῦ καλοῦ ζῆλον, οὐδὲν οὕτως οἶδε διανίσσειν, καὶ τὰς ἀγαθὰς ψυχὰς πρὸς μίμησιν τέως τοῦ κατὰ δύναμιν ἐκκαλεῖσθαι, ὡς ἀνδρὸς τοιούτου βίος, καὶ τοσαύτης μοῦ ὑπεδημίας Θεοῦ καὶ χάριτος, τηλικαύτης ἢ πρὸς αὐτὸν οἰκειώσεως καὶ παῤῥησίας ἠξιωμένου, ἵνα τῷ πρὸς Συμεὼν μεγέθει, καὶ τῇ τοῦ ἔργων ὑπερβολῇ καταπληττόμενοί τε καὶ μαλαττόμενοι, πρὸς ἐργασίαν, εἰ καὶ μὴ πάντη τοιούτων (πῶς γὰρ ἄν τις τὸ ἐκείνου ἀρετῆς ἐφίκοιτο μέτρων;) ἀλλὰ τοῦ γε παραπλησίως ἐχόντων διαθερμαίνωνται, εἶτα καὶ διδάσκαλον ἀκριβῆ τοιοῦτον ἔχωσι βίον, τίνων μοῦ ἀπέχεσθαι δέον ὑποτιθέντα, πρὸς ποῖα ἢ πάλιν ἑαυτὰς ὅλας ὑπεδιδόναι παρεγγυῶντα, καὶ ὥσπερ ἐπ' αὐτὰ χειραγωγοῦντα Σαφῶς τὸ τῆς ἀρετῆς ἀκρότατον καὶ θειότατον, ἐκ᾽ ἧς γενομένας ὑποδεικνύντα, ὅσων ὁ ταύτην ἀπροσκόπως τὴν τρίβον ἐλθὼν, παρὰ τῷ κοινῷ πάντων ἀγωνοθέτῃ Θεῷ τυγχάνει τοῦ ἀμοιβῶν, ἡλίκας τοῦ πόνων τὰς ἀντιδόσεις κομίζεται. Ἀλλὰ τίνα λάβοιμεν ἂν ἐπὶ τοῖς παροῦσι φωνὴν; ποῖον ἢ καὶ λόγον εὕρωμεν τοῖς πράγμασιν ἰσούμενον; ὁ ποτὲ καὶ μόνα τῆς αὐτοῦ γεννήσεως τὰ παράδοξα, ὅσα τε; τῆς ἐκ παιδὸς ἀρετῆς τῆς τε παρ' ἡλικίαν ἀνασκήσεως, καὶ τοῦ παρὰ τὸ εἰκὸς τῆς φύσεως ἀγώνων, εἰ καὶ μὴ καθ' ταυτὸν πάντα ἀλλά τινα, μᾶλλον ἢ καὶ καθ' ἑαυτὸ τούτων ἕκαστον πᾶσαν οἶδε λόγου κατόπιν ἑαυτοῦ τιθέναι τέχνῃ καὶ δυνάμει.

Τί δ' ἂν εἰ καὶ τὸ τοῦ Σημείων καὶ τῶν θαυμάτων πλῆθος καὶ μέγεθος, τάς τε θείας ἐκείνας ὄψεις, αἳ δὴ πολλαὶ πολλάκις αὐτῷ μυστικῶς τε καὶ ἀποῤῥήτως ὤφθησαν, ἐπεξελθεῖν βουληθείημεν; ποῖα ἢ καὶ λόγου φύσις πρὸς ἑρμήνειαν τοῦ ὑπὲρ λόγον χρησόμεθα; ἐπεὶ καὶ πᾶν ὃ μὴ λόγῳ χωρητὸν, ἄῤῥητον ἢ λαλητόν· πῶς γὰρ ὃ μὴ χωρήσει, φράσαι δυνήσεται; ὅμως εἰ καὶ κρεῖττον ἦν καὶ λόγου δυνάμιν τὸ ἐγχείρημα, ἀλλὰ τὸ μοὐ, τί

Benedictus Deus! Deo quippe benedici par eſt, à nobis præcipue, qui ad memoriam divini Symeonis faciendam accingimur, geſtorum illius conſcribendorum provinciâ ſuſceptâ: Symeonis inquam, illius qui in Monte-Mirabili Angelicam inſtituendo vitam, effecit, id cognominis monti adhæſiſſe, & viciſſim ipſe ex eo traxit, ſeu potius illi nomen ex ſe dedit. Ipſe namque manifeſtum Dei donum mundo datus eſt, à Deo priuſquam formaretur electus, ante conceptionem annuntiatus, ante nativitatem ſanctificatus: ut nos ipſum non modo intercefſorem, mediatorem, atque arbitrum, qui corporibus noſtris pariter ac animabus mederi poſſet, haberemus; verum etiam expreſſam vitæ ſolitariæ ideam & practicæ philoſophiæ exemplar; ſi quis forte pauca quædam illius recte facta, quantum humana fragiliſque natura patitur, æmulari poſſet: nam pleraque aut omnia imitari non noſtræ facultatis eſt; ſed naturæ immaterialis, incorruptibilis, ac divinæ. *Symeon peculiare Dei donum mundo datus eſt.*

2 Præterea nihil tam natum eſt, proborum animas amore recti inflammare, & provocare ad imitationem hominum virtute præditorum, quam vita hujuſce viri, tanto divinæ gratiæ cumulo, ac tali cum Deo familiaritate libertateque agendi dignati, ut ſignorum magnitudine & excellentia operum obſtupeſcant homines & emolliantur, atque ad operandum, ſi non omnino paria (quo enim pacto gradum virtutis ejus quiſpiam attingat?) certe quamdam cum illa congruentiam habentia, inflammentur; poſtquam tam exemplarem vitam, quaſi accuratam magiſtram, nacti ſunt: quæ quibuſdam quidem abſtinendum ſuggerit, contra vero quibuſdam omni niſu incumbendum mandat, & tamquam manu recta ducit ad perfectiſſimum diviniſſimumque virtutis apicem; quo ubi perventum eſt, oſtendit, quot hominem illum, qui ſemitam hanc pede inoffenſo triverit, apud communem omnibus præmiorum diſtributorem Deum maneant remunerationes, quanta laborum merces expectet. At qualem in præſenti materia adhibeam vocem? quam inveniam orationem rerum magnitudini parem? quandoquidem ſola, quæ nativitatem circumſtant, quæque in virtute à puero exercitâ, in reliquæ vitæ occupatione & in certaminibus naturæ vires excedentibus elucent miracula, etſi non eodem modo omnia, quædam certe, imo vero unumquodque ſecundum ſe omnem dicendi artem & elegantiam longe ſuperent. *cujus vita dux ad perfectionem.*

3 Quid porro ſi ſignorum atque miraculorum multitudinem magnitudinemque; quid ſi divinas illas viſiones, quæ non raro Symeoni, arcano quodam & inexplicabili modo, plurimæ oblatæ ſunt, oratione proſequi velimus? qualis, quæſo, illa oratio ſit oportet, quæ omnem dicendi facultatem ſuperantia expoſitura eſt? cum totum neque oratione comprehendi poſſit, neque verbis proferri: quo enim pacto verbis quiſpiam aſſequatur, quod nequit cogitatione attingere? Nihilominus etſi major viribus noſtris conatus ſit, partim tamen, nullus *Diffidens viribus ſuis ſcriptor* *in Symeonis ope ſpem collocat.*

A. NICEPHORO.

dubito, opitulabitur nobis divina illa & miseratione plena Symeonis anima, quæ modo intuitione Dei adeo desiderati, nullo interposito medio, delectatur; partim etiam imbecillitati nostræ veniam dabit. Dabitis & vos, quicumque eminentis inauditæque hujusce conversationis auditores estis, nihil quantum per vires licebit prætermissuris, quamquam plurima, si rerum dignitatem spectetis, relinquamus. Oportet autem paulo altius sermonem repetentes, quibus oriundus parentibus, quis conceptionis modus sit, prius ob oculos ponere; ut talis fructûs arborem quoque cognoscamus, aut potius non ignoremus radicem, quæ tam decorum produxit ramum.

Συλλήψεται πάντως ἡμῖν ἡ θεία καὶ Συμπαθὴς ἐκείνη ψυχὴ, καὶ Θεοῦ νῦν ἀμέσως τοῦ ποθουμένου κατατρυφῶσα· τὸ δὲ, καὶ συγγνώσεται. Συγγνώσεσθε δὲ καὶ πάντες ὅσοι τῆς ὑπερφυοῦς ταύτης καὶ καινῆς πολιτείας ἀκροᾶται, μηδὲν τοῦ πρὸς δύναμιν ἐλλιποῦσιν, εἰ καὶ τοῦ πρὸς ἀξίαν πλεῖστον ἀπολειπόμεθα. Δεῖ δὲ μικρὸν ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀναγαγόντας, οἵων ὁ τοιοῦτος ἔφυ γονέων, καὶ ὅστις ὁ τῆς συλλήψεως τρόπος αὐτῷ πρότερον παραστῆσαι, ἵν' ἔχοιμεν τοῦ τοιοῦδε καρποῦ καὶ τὸ δένδρον εἰδέναι, ἢ μὴ δὲ τὴν ῥίζαν ἀγνοεῖν, μᾶλλον ἥ τις τὸν οὕτως ὡραῖον ἐβλάστησε κλάδον. D

CAPUT I.

Parentes, nativitas, baptismus, & pueritia S. Symeonis.

Symeonis pater & avus, quales.

4 Multi jam anni sunt, cum vir quidam, nomine Joannes, oriundus Edessa, juvenili admodum ætate florens, cum ipsis quos habuit parentibus Antiochiam se contulit: parentes autem mechanici opifices conquirendis divendendisque unguentis dabant operam; & quidquid istiusmodi arte sibi comparassent, vitæ sustentationi impendebatur. Posteaquam vero jam nuptiis conjugioque maturus per ætatem filius erat, colloquentes cum parentibus puellę cujusdam, cui Marthę nomen, eamdem juveni in matrimoniũ collocandam petunt. Atque illi quidẽ oblatam conditionem haud gravate acceptantes, filiam istius rei certiorem faciunt: at hæc virginitatem amplexata, antiquius habebat, sponso immortali Christo virginem suam animam, castis thalamis habendam possidendamque, collocare. Instantibus tamen parentibus nec quidquam de sententia sua remittentibus; existimans Martha, non satis æquum piumque esse, parentibus omnino morem non gerere; Deo rem totam decidendam committit; ejusque arbitrio se suaque conformans omnia, ad sancti Præcursoris templum, quod in suburbio Antiochiæ est, se confert. Ibi procidens, orans, obsecrans, lacrymis potentius quam verbis obtestabatur, certior ut redderetur, quid præsenti rerum statu facto opus foret. Certior vero reddita parentum voluntati cedit, Joannique thalami societate conjungitur, & vitam religiose sancteque instituens, cum marito quoque mores suos participat, non solum vitæ auxiliatrix ipsi, verum etiam dux salutis facta. Deinde ad Sancti Præcursoris denuo concessit, humi procumbens; nec quidpiam alterius rei præterquam panis, aquæ, & salis gustans; non inclinato in latus corpore, somnum ibidem capiens; & lacrymas suas die nocteque in panem convertens eo fine, ut filius, intercedente sancto Joanne Baptista, concederetur sibi, eumdem Deo, velut alterum Samuelem, per oblationem reddituræ. Audet enim oratio nostra hucusque progredi, respiciens ad reliqua.

Mater ejus Martha de matrimonio ineundo divinitus edocetur;

prolem à Deo precibus poscens

5 Non multum intercessit temporis; cum ecce jucunda quædam noctu visio, ipse Prodromus apparet; Confide mulier, inquiens; suscepta enim precatio tua est: cujus rei hæc odoris suavissimi compositio signum esto; quam ubi perceperis eadem domum totam suffumigabis, erit enim sat magna tibi copia. Mulier autem continuo experrecta, timore pariter & lætitia perfusam se animadvertit; timore quidem propter novitatem spectaculi, lætitia vero propter prolis petitæ pollicitationem; (Ecquis autem ô Christe Rex noster, multitudinem bonitatis tuæ dignis celebret laudibus!) quasi globum suffitûs magnum tenebat manibus; simulque humi se prosternens, ac prono in pavimentum capite, ante aram nixa genibus, quot grati animi voces, quot

mirabili visione recreatur,

Ἀνήρ τις οὐκ ὀλίγοις ἔμπροσθεν χρόνοις ἐξ Ἐδέσης ὁρμώμενος, νέαν ἔτι τὴν ἡλικίαν ἄγων, ὄνομα Ἰωάννης, [σὺν] αὐτοῖς ὡς εἶχε γονεῦσι, κατειλήφει τὴν Ἀντιόχου· οἱ δὲ ἄρα βάναυσοι τὴν τέχνην ἦσαν, περὶ συλλογὴν μύρων καὶ πρᾶσιν πονούμενοι, καὶ πᾶν ὅπερ ἂν αὐτοῖς ἐκείνῃ πορίσειεν, ἀφορμὴν τοῦτο βίου πεποιημένοι. Ἐπεὶ δὲ ἤδη καὶ γάμου τῷ υἱῷ καὶ Συζυγίας ἔδει διὰ τὴν ἡλικίαν, διαλέγονταί τισι κόρης πατράσι, Μάρθα δὲ ὄνομα ταύτῃ, ἐφ' ᾧ πρὸς γάμους αὐτὴν ἀγαγέσθαι τῷ νεανίσκῳ. Καὶ οἱ μὲν ἀσμένως τοῦτο δεξάμενοι, τῇ θυγατρὶ μηνύουσιν· ἡ δὲ παρθενίαν ἠσπάζετο, μᾶλλον συναγαγεῖν αὐτὴν εἰδυῖα Χριστῷ τῷ ἀθανάτῳ νυμφίῳ τὰς παρθένους ψυχὰς εἰς τὸν ἐκείνου νυμφῶνα. Ἐκειμένων δὲ αὐτῶν καὶ οὐκ ἀνιέντων, οὐχ ὅσιον πάλιν μὴ πάντα πείθεσθαι γονεῦσιν οὐδὲ εὐσεβὲς ἡγουμένη, Θεῷ τὴν τοῦ πράγματος δίδωσι κρίσιν, καὶ αὐτῷ τὰ καθ' ἑαυτὴν ἐπιτρέψασα, παρὰ τὸν θεῖον τοῦ Προδρόμου ναὸν ἀφικνεῖται, ὃς πρὸ τῆς Ἀντιόχου ἵδρυτο, δυσωποῦσα, προσπίπτουσα, δεομένη, δάκρυσιν ἐκλιπαροῦσα μᾶλλον ἢ ῥήμασι, πληροφορίας περὶ τοῦ προκειμένου τυχεῖν· ἧς καὶ τυχοῦσα, τεκόντων εἴκει θελήμασι, καὶ γάμων κοινωνίᾳ τῷ Ἰωάννῃ Συνάπτεται. Ἡ μὲν οὖν ἐναρέτως βιοῦσα, κοινωνὸν τὸν ἄνδρα καὶ τοῦ τρόπου ποιεῖται, οὐ βίου μόνον αὐτῷ βοηθὸς, ἀλλὰ καὶ σωτηρίας ὁδηγὸς γενομένη. Ἔπειτα μέντοι τῷ αὐτῷ τοῦ Προδρόμου καὶ πάλιν προσεδρεύει ναῷ, ἐπὶ τοῦ ἐδάφους καθημένη, καὶ μὴ δὲ οὗ τινος οὖν ἑτέρου, ὅτι μὴ μόνον ἄρτου καὶ ὕδατος καὶ ἁλῶν γευομένη, μὴ δὲ εἰς πλευρὰν ἀνακλινομένη, ἀλλὰ καὶ ὕπνου ταύτῃ μεταλαμβάνουσα, καὶ ἄρτον ἑαυτῇ τὰ οἰκεῖα δάκρυα μᾶλλον ἡμέρας καὶ νυκτὸς ποιουμένη, ὥστε δοθῆναι παῖδα ταῖς τοῦ Βαπτιστοῦ πρεσβείαις αὐτῇ, ὃν αὐτὴ δοτὸν πάλιν κατὰ τὸν Σαμουὴλ προσάξει Θεῷ. Τολμᾷ γὰρ ἤδη μοι καὶ μέχρι τούτου, πρὸς τὰ ἑξῆς ὁ λόγος ὁρῶν.

Οὐ βραχὺ τὸ ἐν μέσῳ, καί τις γλυκεῖα νυκτὸς ὁ Πρόδρομος ἐφίσταται ὄψις· Θάρσει, γύναι, λέγων αὐτῇ, προσεδέχθη γὰρ ἡ δέησίς σου, καὶ αὕτη σοι σημεῖον ἡ εὐωδία φησὶν, ἣν καὶ λαβοῦσα θυμιάσεις τῷ οἴκῳ· ἀρκοῦσα γὰρ ἐφ' ἱκανὸν ἔσται σοι. Ἡ δὲ κατάφοβος ὁμοῦ καὶ περιχαρὴς αὐτίκα διυπνισθεῖσα· τὸ μὲν, τῷ καινῷ τοῦ ὁράματος· τὸ δὲ, τῇ τοῦ αἰτηθέντος ἐπαγγελίᾳ (Τίς σου, Χριστὲ βασιλεῦ, τὸ τῆς χρηστότητος πλῆθος ἀξίως ὑμνήσειεν;) ὡσεὶ σφαῖραν θυμιάματος μεγάλην εἶχε διὰ χειρὸς, καὶ παραχρῆμα ὡς εἶχεν ἑαυτὴν τῷ ἐδάφει δοῦσα, καὶ κεφαλὴν ἐπ' αὐτὸ πρὸ τοῦ θυσιαστηρίου μετὰ καὶ γονάτων ἐρείσασα, ποίας εὐχαριστηρίους οὐκ ἐποιεῖτο φωνὰς; τίνας δακρύων ὀχετοὺς οὐκ ἠφίει; Ἑξῆς δὲ λαβοῦσα θυμιατήριον, τοιαύτης ἐπλήρου

A ἐπλήρω εὐωδίας τ' οἶκον, ὡς μὴ δ' ἔχειν τοὺς αὐτῆς ἀντιλαμβανομένους εἰδέναι ⟨αφῶς, ἥ τίς ποτε αὕτη· ἢ ὁποίᾳ ἂν εἴη μύρῳ (ὅτως ἀπόῤῥητόν τι χρῆμα καὶ θεῖον ἦν) ἑρμηνευθῆναι λόγῳ μὴ δυναμένη.

Τῷ μὲν οὖν σφᾶραν πᾶσαν σχεδὸν καθ' ἑκάτερα ἀνάλωσε τῷ ἡμέραν, τῷ ναῷ θυμιῶσα, μικρὸν δέ τι μέρος ὑπολειφθέν, τῷ ἀνὰ χεῖρα περιέδησεν ἐγχειρίῳ. Τῆς δ' ὑπνώσης αὖθις τὸ ὕπνου διανασᾶσα, εὗρε πάλιν ὅλιον αὐτῷ, ὦ τὸ θαυμαστὸν! ὡς ὑπὸ τοῦ Ἁγίου δέδοτο. Καὶ ἡ μὲν, τὰ ἴσα τοῖς προτέροις ἔδρα, καὶ τὸν ναὸν αὖθις εὐωδίας ἐπλήρω. Χρόνου δέ τινος διαγενομένου, ὁ Πρόδρομος πάλιν αὐτῇ γλυκὺς ὄνειρος ὑπνᾶς, Ἀνάστηθί φησι, γύναι, καὶ πορεύου παρὰ τὸν ἴδιον ἄνδρα, ⟨υλλήψῃ γὰρ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Συμεών· δεξιοῦ μασοῦ γάλα θηλάσῃ σου, τοῦ εὐωνύμου δὲ καθάπαξ ἀφέξεται· ἔσῃ γὰρ τοῦ δεξιῶν τὸ παιδίον· χρεῶν ἢ οἶνον, ἢ τοῦ ὅσα τέχνη καὶ χεὶρ οἶδε σκευάζειν, οὐ μεταλήψεται, ἀλλ' ἄρτος ἡ τροφὴ καὶ ὕδωρ αὐτῷ, καὶ μέλι καὶ ἅλες· ὃ καὶ πάσῃ φυλακῇ τηρητέον, ὡς ⟨κεῦος ἅγιον, καὶ θεῷ εἰς λειτουργίαν ἐσόμενον. Διετὲς δὲ γεγονὸς σὺν τῷδε τῷ οἴκῳ τὸ θεῖον βάπτισμα δέξεται, καὶ αὐτὸ μέλλον τοῦ ἐκ τοῦ βαπτίσματος χάριν, τὰ περὶ ἑαυτοῦ φθέγξεται.

Ἡ μὲν οὖν γυνὴ τοιαύτης καὶ ὅτω θείας ὑπερασίας ἀξιωθεῖσα, ὑπότρομος καὶ περιδεὴς εἰς τ' οἰκεῖον ἐπάνεισιν οἶκον, εἴσω πυλῶν τ' Ἀντιόχου ὄντα· καταλαμβάνει δὲ τ' ἑαυτῆς ἄνδρα τῷ βιβλίῳ προσκείμενον, ὃ τοῦ ἐξηγήσεων τ' ἱερᾶς τοῦ Ποδρόμου κεφαλῆς περιεῖχεν, ὅπως ὁ τοσοῦτος θησαυρὸς, καὶ τοῦ μὴ λαθεῖν ἄξιος, ὑπὸ γῆν κρυπτόμενος εὑρεθείη. Σύμβολον, οἶμαι, τ' τοῦ εὐαγγελισθέντος αὐτῇ προφητείας καὶ τοῦτο, ὅτι μέγα τι τῷ βίῳ ἀγαθὸν καὶ ὅτος φανεῖται. Παρὰ τῷ ἀνδρὶ τοίνυν καθίσασα, τ' ἀναγνώσεως ἠρᾶτο· ὡς δ' αὕτη πέρας εἶχεν αὐτῷ, ἡ γυνὴ τοῦ ὄψιν εἰς νοῦν λαμβάνουσα, φόβου καὶ χαρᾶς τοῦ ψυχοῦ ὑπόπλεως ἦσα, ὃ δὲ καθεκλῶς ἔχειν οἱατεοῦν, ἀλλά τι λίαν οἰκτρὸν ἑαυτοῦ ὠλοφύρετο, ὡς μὴ δ' ὅτω παθαινομένῳ τοῦ αἰτίαν τῷ ἀνδρὶ ἀποκρίνεσθαι, ἀλλ' ὃν ἀποῤῥήτῳ καρδίας τὰ ὀφθέντα καλέχειν. Ἐκείνη μὲν οὖν τῷ ἀνδρὶ ⟨υνοικοῦσα ⟨υνέλαβε ἀπὸ τότε καὶ τοῦ τῷ Προδρόμου φωνοῦ, καὶ ⟨υνέτηρει πάντοθεν αὐτοῦ ὥσπερ τι θεῖον ὂν ἑαυτῇ φέρουσα σκεῦος· οἷς μέντοι διαῤῥεῖν εἶχε, καὶ μάλιστα τῷ ἀνδρὶ, παρεδήλου πολλάκις, ὡς ἄῤῥενος ἐγκύμων εἴη γονῆς, καὶ ὅτι Συμεὼν τὸ τεχθησόμενον ὀνομάσοι. Τοῦ χρόνου δ' ὕδη τοῦ ὠδίνων ⟨υνελεσθέντος, τίκτει, τοῦ τ' λοχείας ὀδυνῶν αὐτῇ μὴ καλὰ τοῦ οἰκείαν φύσιν ὑπιδεμένων, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀλύπῳ τοκετῷ χρησαμένη. Τεσσαρακοστῇ τοίνυν μετὰ τ' τόκον ἡμέρᾳ προσάγει τ' βρέφος τῷ τοῦ Προδρόμου ναῷ, ἀντιδιδοῦσα καθάπερ ὃ ἔλαβε, καὶ Θεῷ τῷ δεδωκότι καθιεροῦσα.

Καὶ ἡ μὲν αὐτῷ τοῦ δεξιὰν ἐπεῖχε θηλοῦ, ὡς ὑπὸ τοῦ Προδρόμου εἴρητο, καὶ ταύτῃ τὸ βρέφος ἐτιθηνεῖτο· ὀλίγας δ' ὕστερον ἡμέρας ἔννοια γίνεται τῇ μητρὶ, καὶ τοῦ εὐώνυμον αὐτῷ ὀπισχεῖν, καὶ δῆτα δεόμενον ἰδοῦσα θηλῆς, τ' ἀριστερὸν ἐπέχει μαστόν. Καὶ τ' μὲν οὐχ ἥπετο, ἀλλὰ κλαυθμυριζόμενον ἀπεστρέφετο· ἡ δ' ἐπέμενε μᾶλλον ἐπέχουσα. Ὡς δ' τοῦτο πᾶσαν ἐκείνῳ παρέτεινε σχεδὸν τοῦ ἡμέραν, καὶ τ' παιδίον ἄγευστον θηλῆς διεμεμενήκει τ' νυκτὸς ἐκείνης (Ὦ πῶς σου τὰ θαυμάσια, Χριστὲ, διηγήσομαι!) συστέλλεται τῇ μητρὶ τ' διοιδοῦν καὶ ἀνεσηκὸς τοῦ εὐωνύμου μαστοῦ, εἶτ' οὖν ὑποπιπλάμενον τοῦ γάλακτος κόλπου, καὶ ὑπολεαίνεται καὶ ξηραίνεται, καὶ ἀνδρείῳ τ' πᾶν ἴσα γίνε-

rivos lacrymarum non emittebat! Deinde arrepto thuribulo, tali locum implebat odoris ſuavitate, ut illam ſentientes non ſatis cognoſcerent, qualis eſſet: quin etiam, cujusnam odor ille unguenti foret (tam inerrabilis ac divina quædam res erat) verbis explicari numquam potuit. A. NICEPHORO.

6 Illo igitur die totum pene odoramenti globum adolendo conſumpſit, exigua quadam portione dumtaxat relicta, quam ſtrophiolo quod manu tenebat, involvit. Poſtera autem luce, excitata è ſomno, totam illam ſuffimenti quantitatem (res mira!) quam ſanctus Præcurſor dederat, invenit. Atque ipſa quidem eodem, quo pridie, modo factitabat, temperumque rurſus ſuavitudine odoris referciebat. Interjecto autem aliquanto tempore, ſanctus Præcurſor denuo ipſi, grato ſomno ſopitæ, ſuperveniens; Surge, inquit, mulier, & jam concede ad maritum tuum; concipies enim filium, vocabiſque nomen ejus Symeon; lac dexteræ mamillæ tuæ ſuget, & ſiniſtra omnino abſtinebit: erit enim filius dexteræ: carnem & vinum, & quidquid induſtria atque ars humana noverit parare, non continget: ſed panis & aqua, mel & ſal nutrimentum illius erunt: ſedulo autem cuſtodiendus tibi erit, veluti vas ſacrum & divino miniſterio dicandum. Biennii porro elapſo ſpatio, hac ipſa in eccleſia ſacrum baptiſma ſuſcipiet, gratiæque baptiſmalis factus particeps, quid ſe futurum ſit, enuntiabit. *de prole concipienda certior fit.*

7 Martha igitur tam præſenti divinaque apparitione dignata, perculſa & trepida domum ſuam revertitur, intra portas Antiochiæ ſitam; acceditque ad maritum, operam dantem lectioni cujuſdam libri, narrationem de ſacro Præcurſoris capite continentis; quo ſcilicet pacto theſaurus ille, indignis ſub terra tenebris abſtruſus latitans, tandem inde eductus ſit. Symbolum id ego exiſtimavero prophetiæ mulieri denuntiatæ; quod hic quoque magnum aliquod huic mundo bonum appariturus eſſet. Igitur marito aſſidens, lectioni præbebat aures; quâ finitâ, recordata viſionis ſuæ, repletam timore gaudioque mentem continere nequibat: ſed luctuoſum quid eveniſſe ſibi lamentando ſimulabat, ut ne cauſam percunctanti marito revelare reſpondendo cogeretur, verum in penetralibus cordis quæ viderat concluſa retineret. Porro illa viro congreſſa ſtatim concepit, uti prædixerat S. Joannes; conſervabatque ſe omni in loco, non ſecus acſi vas quoddam ſacrum ferret: ac multis quidem, queis confidebat, atque imprimis marito ſatis manifeſte indicabat ſæpius, virilem ſe fœtum geſtare utero, eique nomen Symeon imponendum. Jam vero expleto graviditatis tempore, non modo nihil ægritudinis ex partu, prout rei natura fert, perſenſit, ſed omnis omnino doloris expers enixa eſt. Quadrageſima deinde à partu die infantem in S. Joannis Baptiſtæ templum adducit, redditura eumdem quemadmodum acceperat, Deoque datori conſecratura. *ac lectione libri pii confirmatur:* *eſſe maſculam prædicit & ſine ægritudine parit.*

8 Dexterum porro uber, uti ab eodem Sancto dictum erat, ei præbebat, ac nutrimentum ſuppeditabat: paucis vero poſt diebus in mentem venit matri, ſiniſtræ quoque mammæ admovere puerum; atque adeo poſcentem ubera re ipſa admovet: at ille tangere renuens, ploranſque faciem avertebat. Cum autem mater perſeveraret, totoque pene illo die uber ſiniſtrum porrigeret, & puer etiam nocte nihil materni lactis guſtaſſet, (Quomodo prodigia Domini enarrabo!) contrahitur matri diſtentum atque tumidum lacte uber ſiniſtrum; & ſinus ante protuberans, mollis, aridus, & virili omnino ſimilis efficitur: dexter vero, uti prius, retinebat affatim, unde puer nutriri poſſet. Teſtes rei tam admirabilis ſunt, quotquot in vicinia mulieres, quibus *Puer ubere ſiniſtro abſtinet,*

A. NICEPHORO.

mater præ verecundia erubeſcens illud ipſum uber monſtravit, ac geſtæ rei ſeriem expoſuit.

ſtatim à baptiſmo loquitur divina quadam verba.

9 Ceterum poſteaquam biennium compleverat puer, in Divi Præcurſoris æde, veluti ab eodem prædictum erat, ſacro baptiſmatis abluitur fonte, ac Symeonis nomine inſignitus inde emergit. Accidit hoc ipſo tempore prodigium quoddam multo admirabilius priore. Continuo namque clara voce (quod ipſum quoque S. Joannes prædixerat) proloqui incipiebat: Eſt mihi pater, & non eſt; eſt mihi mater, & non eſt: eumdemque in ſeptimam uſque diem continuabat ſermonem, ſignificans, ſe dein rebus terrenis nuntio remiſſo, à ſtrepitu populi receſſurum; cæleſtibuſque melius intentum, eò tota mente aſcenſurum. Profecto ex illo tempore, quoties mater carnem manducaſſet, toto illo die uberibus abſtinebat puer: quod cum ſæpius factum eſſet, perſuaſum matri eſt, carnis eſu omnino ſibi ut interdiceret. Cum vero eo jam pervenerat, ut aliis quoque cibis veſci poſſet, panem illi melle illitum, & pro potu aquam porrigebat mater. Si quando autem ad balnea adducere ipſum niteretur, tam ægre patiebatur, tantamque præ ſe ferebat indignationem, ut reluctantem continuo vox deficeret: quo animadverſo, mater illud quoque impoſterum tentare deſtitit.

B

ταμ· ὁ δεξιὸς ᾖ, ὡς ϗ πρότερον ἔιχεν, ἀφθόνως θυλάζειν τὸ παιδίον δυνάμενον. Μάρτυρες τῶ τοσούτω θαύμαλ ὅσαι τῶν γυναικῶν ἐγγειτόνων, αἷς ἡ τούτω μήτηρ, χλωρὸν ὑπὸ δέους ὁρῶσα, τόν τε μαστὸν εὐθέως ἐδείκνυ, ϗ τὼ αἰτίαν ἐπεζηγεῖτο. D

Διετὴς ᾖ γεγονὸς τὸ παιδίον ὁν τῷ τῦ Προδρόμυ ναῷ, κατὰ τὼ ἐκείνυ προφηλείαν, τὸ βάπτισμα δέχεται, ϗ Συμεὼν ὀνομληθὲν ἄνεισιν ἐκ τῦ ὕδαλος. Γίνεταμ δέ τι θαῦμα περὶ αὐτὸ ἔ πρότερυ παραδοξώτερον· γλώτλη γὰρ εὐθὺς ἤρξατο τρανῆ λέγειν, ὃ ϗ τῷ Βαπτιςῇ δηλαδὴ προκηρύτλο, Ἔχω πατέρα ϗ οὐκ ἔχω, ἔχω μητέρα ϗ οὐκ ἔχω· τῦτο ᾖ ϗ ἐς ἑβδόμην ἐπέκτεινε λέγων ἡμέραν, Σημᾶνον σὺν λεῦθεν τὼ οἰκείαν τῶν γηΐνων ἀρνησίν τε ϗ ἀναχώρησιν, ϗ τὼ πρὸς τὰ ὑράνια μᾶλλον οἰκείωσιν αὐτῦ ϗ ἀνάβασιν. Ἐξ ἐκείνυ τοίνυν ὁσάκις ἡ μήτηρ χρεῶν μεταλάβοι, παρ' ὅλων τὸ παιδίον ἐκείνων ἀπείχελο θηλῆς τὼ ἡμέραν· ὃ δὴ πολλάκις γεγονὸς, πείθει τὼ μητέρα πανλάπασιν ἀποσχέθαι χρεωφαγίας. Ἄπεθαι ᾖ ἤδη ϗ τροφῆς δυναμένω, ἄρτον ἡ μήτηρ μέλιτι χρίσα, ϗ ὕδωρ αὐτῷ πολὺν ὤρεγεν. Εἰ ᾖ ϗ λυτρῷ τῦτο προσαγαγεῖν πειραθείη, ὕτω δεινὰ ἐποίᾳ, ϗ ἀγαναχλοῶ ἐφαίνετο, ὡς ϗ αὐτὼ εὐθὺς αὐτὸ τὼ φωνὼ ὀπολείπειν· ὅπερ οὖ τὼ μητέρα εἰδῦαν μηκέτι βαλανείᾳ τὸ παιδίον προσάγειν πείθθᾳ. E

CAPUT II.

Terræ motum fugiens Pilam perducitur, inimicum ſanat, columnam conſcendit. Viſiones variæ.

Gravis terræ motus Antiochiæ:

a

10 Accidit, Symeone noſtro jam quinquenni facto, magnam Antiochiam gravi terræ motu ſic labefactari, ut non modo domus, ubi parentes illius morabantur, eodem rueret; verum ipſe quoque pater, ruinis interceptus, vitam luctuoſo exitu concluderet. Et mater quidem in oratorium tunc commodum abierat: ipſe vero in æde Protomartyris Stephani Antiochiæ ſita ſe continebat. Verum terræ motu urbem miſerandum in modum evertente, inde recedens, errabundus circum vagabatur; donec mulier quædam pia ac parentibus ejus familiariter uſa, repertum forte, in montem urbi admodum vicinum, deduxit. Septem itaque dies mater quæſitum per urbem invenire nullo modo poterat; ratoque ædificiorum paſſim labentium ruinis involutum periiſſe, graviſſimo medullitus dolore premebatur; donec læta viſione, ſancto iterum apparente Prodromo, recreata, certiorque reddita eſt, quo filium loco reperiret. Abiens itaque, invenit illum apud dictam mulierem, hæc de ipſo ſumma cum admiratione commemorantem, quod ſpatio dierum ſeptem, bis perſuaſus alimenti quiddam ſumere, ſolo pane & aqua contentus fuiſſet. Cum recepto igitur filio ad Joannis Baptiſtæ contendens, gratiis Deo & Sancto, ut par erat, ibidem perſolutis, urbem remeat.

quem fugiens Symeon à matre diu quæritur, & à S. Ioanne monſtratur.

C

Alia matris viſio.

11 Dum iſtic agit, & quanta ſibi, tum per viſiones, tum per prophetias promiſſa de filio eſſent, quamque ſtupenda jam nunc circa eumdem facta vidiſſet, in animum revocat; penderetque dubia, num viſa illa reipſa aliquando vere complenda eſſent:

b

videt *b* per ſomnum ſeſe alatam in ſublime efferri, manibus prenſantem filium, eumque veluti gratum Deo donum offerre, atque hiſce compellare verbis: Unice deſiderabam hunc glorioſum aſcenſum tuum videre, fili: ita me famulam ſuam liberet Altiſſimus, quoniam inveni gratiam inter mulieres, ut ipſi poſſim reddere uteri mei fructum, dolores, & labores. Iſtiuſmodi viſionem ſancta mulier conſpicata, in voces Prophetæ illius Symeonis perquam

Πενλαέτης ᾖ ἤδη τούτω γεγενημένω, Σωίβη σεισμῷ τὼ Ἀντιόχω μεγάλω κατενεχθώσω, ὡς μὴ μόνον τ οἶκον, ἐς ὃν οἱ τούτω γονεῖς καλέλυον, ἔργον ἔ τοιῦδε σεισμοῦ γενέθαι, ἀλλὰ ϗ αὐτὸν τ τούτω πατέρα τοῖς Συμπολίταις ἀναπολφθέντα Συγκαταλῦσαι τ βίον. Ἡ μὲν οὖ μήτηρ ἐς προσευχῆς τὼικαῦτα οἶκον ἐτύγχανεν ἀπιῦσα, τὸ δὲ παιδίον, ὁ κατὰ τὼ Ἀντιόχω τῦ πρωτομάρτυρος Στεφάνω ναὸς ἔιχεν. Τῦ ᾖ σεισμοῦ τὼ πόλιν δεινῶς καταρρέψαντος, οἷα πλανώμενος περιῆγεν, ἕως γυνή τις αὐτὸ, τῶν θεοσεβῶν ϗ τοῖς αὐτοῦ γονεῦσι γνωρίμων, εὑρῦσα, πλησίον τῦ παρὰ τῇ πόλει κομίσαιεν ὄρυς. Ἐπὰ τῦτο τοίνυν ἡ μήτηρ ἡμέρας ἀνὰ τὼ πόλιν ζητῦσα, ὡς ὐχ οἷά τε ὢν ἀνευρεῖν, ὀνκατασειθῶμά τινας αὐτῷ νομίσασα τῶν οἰκοδομῶν, τότε σπλάγχνα δεινῶς ἐτρέφελο, ϗ τὼ καρδίαν ἐκόπετο· ἕως φαιδρά τις ὄψις αὐτῇ ϗ πάλιν ὁ Πρόδρομος ὀπτὰς, γνωρίζει τ τόπον, ὅπυ γενομένη τὸ παιδίον εὑρήσι. Ἀπελθῦσα τοίνυν ἡ μήτηρ, εὑρήσκει τῦτο παρὰ τῇ γυναικί, ἐκεῖνα περὶ αὐτῦ σὼ ἐκπλήξι διαγομένη, ὡς ἄρα δὶς τὰς ἐπὰ ἡμέρας πεθθᾶ τροφῆς μεταλαβεῖν, ἄρτυ ϗ ταῦτα μόνυ ϗ ὕδατος. Ἀπολαβῦσα τοιγαροῦν τὸ παιδίον ἡ μήτηρ, ϗ παρὰ τ τῦ Βαπτισοῦ ναὸν ἀπελθῦσα, Θεῷ τε ϗ αὐτῷ τὰ εἰκότα εὐχαριςήσασα, ἐπάνεισι ἐς τὼ πόλιν.

Καθ' ἑαυτὼ δὲ πόλε γενομένη, ϗ ὅσα περὶ τῦ παιδίυ αὐτῇ ὀφθεῖη ϗ λαληθείη, ὅσατε παραδόξως ἐπ' αὐτῷ γενόμενα ἴδοι ὀν νῷ λαμβάνυσα, ϗ ὅ, τί πόλε ἄρα τὸ ἐπ' αὐτῷ τελεθησόμενον εἴη διαπορῦσα, ὁρᾷ καλὰ τοὺς ὕπνυς ὑπόπτερον ἑαυτὼ ἀπὸ γῆς αἰρομένω, τό τε παιδίον χερσὶ ταλέχυσαν, ϗ δῶρον ὥσπερ Θεῷ δεκτὸν ἀναφέρυσαν, τοιαῦτά τε αὐτῷ ὀπτφθεγγομένω· Ἐπεθύμυν ἰδεῖν σε, τέκνον, τὼ θείαν ταύτω ἀνάβασιν, ὅπως τὼ δούλω αὐτῦ ὁ Ὕψις ἀπολύσῃ με, ὅτι εὗρον χάριν ὀν γυναιξὶν ἀποδυῶμ καρπὸν αὐτῷ χιλίας ἐμῆς, ὠδῖνας, ϗ πόνως.

A πόνος. Ὄψεως μὲν δὴ τοιαύτης ἡ ὁσία τυχοῦσα, καὶ παραπλησίας ἄτω φωνὰς τῷ Προφήτῃ Συμεὼν φθεγξαμένῃ, ἅτε τοῖς ἑαυτοῖς ὀφθαλμοῖς Σωτήριον ἰδοῦσα καὶ αὕτη, εἰς καρδίαν πᾶσα Συμβάλλουσα, καθ' ἑαυτὴν διεληφθ.

Συμβὰν δὲ τὸν Συμεὼν μετὰ ταῦτα καθ' ἑκάνο τὴν Ἀντιόχου διάγειν, ὃ Χερουβὶμ εἰκότως ἀπὸ Τίτου ἑλόντος Ἱεροσόλυμα λέγεται, εἰκόνας τε περιωνύμους τῶν Χερουβὶμ ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτοῖς ἀνελομένου ναοῦ πρός τε τὴν Ἀντιόχου μεταθεμένων, κἀνταῦθα τῆς πόλεως ὡς ἐν ἐπιφανεστάτῳ τόπῳ. Τῆδε τοίνυν διάγων, ὁρᾷ κατ' ὀφθαλμοὺς, ἐπὶ τῆς ἀρχαίας τειχοποιίας, φρικτῆς ἐκείνης ὁράσεως· Ὁρᾷ τοιγαροῦν, καὶ ἰδοὺ, ὁ Κύριος ἀπάντων καὶ δεσπότης Χριστὸς ὁ Θεὸς (πῶς ἂν παρασήσαιμι λόγος τὸ μέγα τῆς ἐπιφανείας ἐκείνης θέαμα;) ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ τε καὶ μετεώρου, βῆμά τε πρὸ αὐτοῦ φοβερὸν ἑωράτο, τότε τῶν δικαίων πλῆθος συνήρχετο, καὶ ἡ βίβλος τῆς ζωῆς ἀνεῴγνυτο· καὶ ἀπὸ μὲν ἀνατολῶν ὁ τῆς τρυφῆς παράδεισος, ἀπὸ δὲ δυσμῶν λίμνη πυρὸς ἀναβράζουσα, Πνεῦμα τε Κυρίου ἐπ' αὐτὸν λέγον· Ἄκουε καὶ σωῆς λόγους ζωῆς·

B Συμβουλὴ γάρ σοι πρὸς ἐκλογὴν τοῦ καλοῦ τὰ ὁρώμενα. Ἡ μὲν γὰρ τῶν δικαίων λαμπρότης καὶ ὁ τῆς τρυφῆς Παράδεισος, τὸν ἀΐδιον ἀγαλλίασιν ἐπαγγέλονται· ἡ δὲ τοῦ πυρὸς γέεννα, τὸν ἀτελεύτητον ἀπειλεῖ τιμωρίαν. Ἄπιθι τοίνυν, τὸ ἀγαθὸν ἐκλεξάμενος, ὡς ἂν μὴ τῶν ἀθανάτων μόνον μετὰ τέλους δεινῶν ἀπαλλαγῇς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπηγγελμένων τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν ἀνεκλαλήτων ἀγαθῶν ἐπιτύχῃς.

Ταύτης τῷ Συμεὼν τῆς θεωρίας ὑποδεχθείσης, Σωσίς τε παραδόξως αὐτῷ δευτέρα καὶ κρυφίων ἀθεάτως ἀποκαλύψεων προσετέθετο γνῶσις. Ὀλίγας δὲ ὕστερον ἡμέρας ὁρᾷ πάλιν ὑπ' ὀφθαλμὸν ἄνδρα λευχειμονοῦντα, ὅς, Ἀκολούθει μοι, ἔφη. Καὶ ὁ μὲν ἠκολούθει παραχρῆμα τῇ σκιᾷ τοῦ ὀφθέντος· ὁ δὲ κατὰ τὴν Τιβερινὴν ἀπάγει χώραν αὐτὸν, τὴν ὑπὸ τῇ γείτονι Σελευκείᾳ κειμένην ἐπί τινα τόπον, ἐν ᾧ χωρίον, Πίλα Σωήθει γλώττῃ καλούμενον, ἦν. Ἐνταῦθα τοιγαροῦν ὁ Συμεὼν ἀνὰ τὸν τοῦ ὄρους ἐρημίαν ὑπὸ θηρίοις διῆγε, μόνοις αὐτῷ κοινωνοῖς τῆς διαίτης, πυκνὰ νύκτα καὶ ἡμέρας φωτὸς ἄνωθεν ἀπολαύων, καὶ ὑπὸ τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ λευχείμονος ἀνδρὸς ὁδηγούμενος, ὅς αὐτῷ καὶ τὰ ἀναγκαῖα ἐπήρκει. Ἡμέρας μὲν δή τινας τῇδε διεκαρτέρει, εἶτα καὶ αὐτῷ προσθάνων ἤδη τῷ ὄρει, εὑρίσκει βραχὺ μοναστήριον, ἐν ᾧ τις Ἰωάννης, ἀρετῇ μετιὼν ἀνὴρ, ἐπὶ βάσεως ἱσάμενος ἦν, ᾧ καὶ πρὸ τοῦ τὸν Συμεὼν ὑπεθεώμην τοῦ ὄρους, πολλαὶ περὶ αὐτοῦ πολλάκις ἐφάνησαν ὄψεις. Ποτὲ μὲν γὰρ παῖδα ἑώρα λευχειμονοῦντα, ἐπ' ὀχήματος φερόμενον ἐπὶ τὸν μονῆ· πολὺ δὲ πάλιν ἐν ἀέρι μέσῳ, σήλῳ φωτὸς ὁδηγούμενον, καὶ συμπεριϊστάμενον, καὶ τὴν μονῆς ὑπιβαίνοντα· ἄλλο τε δὴ προσάγοντα μοὶ ἤδη τῇ μονῇ τὸν παῖδα, Ἄγγελον δὴ αὐτῷ τοῦτον ὑποδεικνυῦντα, καὶ, Οὗτος ἐκεῖνος, λέγοντα, δι' ὃν Σώζεσθαι μέλλοις. Ταῦτα ὁ μὲν ὁρῶν, τοῖς σὺν αὐτῷ μοναχοῖς διεξῄει· μονονουχὶ δὲ ἤδη τῇ μονῇ ὃν Συμεὼν ὑπεδέχετο, εἰς τὰς οἰκείας ἀποκαλύψεις εὐθὺς ὁ θεῖος ἀνὴρ ἐκεῖνος ἀνενεγκὼν, καὶ τοῦτον ἑκάστοτε τὸν αὐτῷ πολλάκις ὀφθέντα εἶναι Σωσὶς, μεσοῦντι ἐπ' αὐτῷ τῷ ψυχῷ ἡδονῆς ἔσχε, καὶ Θεῷ δάκρυσι μᾶλλον ἀγαλλιάσεως ἢ χείλεσιν ηὐχαρίστει.

Ἑβδόμῃ τοίνυν ἐξῆς ἡμέρᾳ ἡσυχάζων ἔνδον ὁ Συμεὼν, καὶ μόνῳ Σωσὶν ἑαυτῷ, μή τέ τι προϊέμενος ῥῆμα, μή τέ τινα τροφὴν προσιέμενος, ὡς ἐκπεπλῆχθαι τὸν θεῖον ἐκεῖνον ἄνδρα, ὅπως ἐν ἀπαλῷ τὸν similes, quasi & ipsa oculis suis salutare quoddam vidisset, erumpebat, conservabatque omnia in corde suo. A. NICEPHORO.

12 Post hæc Symeon, cum forte in illo versaretur Antiochiæ loco, qui jure merito Cherubim appellatur, propterea quod Titus, eversâ Hierosolymâ, celebriores Cherubinorum statuas, ex templo ejus sublatas, Antiochiam transtulerit, ibidemque celeberrimo urbis loco posuerit: cum illo, inquam, loco versaretur Symeon, objicitur illi apparens super ruinosum parietem horrendum hocce spectaculum: Apparebat ecce Christus universorum Dominus (sed quæ sermonis facundia tam illustris apparitionis spectaculum pro dignitate enarret?) Apparebat, inquam, Christus sublimi in throno, ante quem tribunal terribile; tunc immensa justorum multitudo confluebat, pandebaturque liber vitæ: spectabatur ab ortu refertus voluptatum Paradisus, ab occasu vero stagnum ignibus æstuans; & Spiritus Domini dicebat ei: Ausculta & intellige verba vitæ; consule illa, quæ hic cernis, ut eligas virtutem. Splendor iste Sanctorum & Paradisus voluptatis, sempiternam exultationem significant: ista autem gehenna ignis, numquam terminanda supplicia interminatur. Abi igitur, virtutemque elige; ut post vitæ hujus terminum, non modo libereris ærumnis nullum terminum habituris, verum etiam particeps fias bonorum ineffabilium, propositorum amantibus Deum. *Alia item Symeonis.* *qua ad sectandam virtutem instigatur.* E

13 Contemplatione ista Symeoni objectâ, scientia quædam plusquam humana, quæ occulta & aciem nostram fugientia revelaret, mirabiliter eidem attributa est. Paucis post diebus videt denuo virum, albo vestimento amictum, dicentemque; Sequere me. Ille autem sequebatur continuo umbram apparentis sibi, ducentisque in regionem Tiberinam, conterminæ Seleuciæ subjectam, ad locum quemdam, consueto incolis idiomate, Pila appellatum. Hîc Symeon deserto in monte agens inter feras, quas solas vitæ suæ consortes habebat, copioso lumine cælitus immisso diu noctuque perfruebatur; ducente per omnia viro illo, qui canditatus apparuerat, & necessaria vitæ suppeditante. Aliquot istic loci dies perduravit, deinde ipsum quoque montem conscendens, exiguum invenit monasterium; in quo degens vir quidam, Joannes c nomine, virtutis admodum studiosus, stabat super basim: cui viro prius etiam de Symeone frequentes obtigerant visiones, quam is ad montem advenisset. Alias quippe puerum, candido amictu circumdatum, in monasterium curru vehi; alias rursus per medium aëra, columnâ lucidâ viam monstrante ipsumque ambiente, eodem penetrare conspexerat. Accidit quoque eodem adductum Joanni exhiberi ab Angelo, dicente; Hic ille est, per quem salutem consecuturus es. Hæc, illo quo videbat tempore, sociis suis monachis retulerat Joannes: nunc vero, cum Symeon in monasterio ipse comparebat, extemplo contulit ipsum cum revelationibus suis: certusque eumdem esse, qui frequenter oculis suis objectus fuerat, spiritali perfundebatur voluptate, gratiasque Deo præ exultatione lacrymis potius quam labiis persolvebat. *Viro ignoto præeunte Pilam perducitur.* c F *& inde ad Ioannem Stylitam pervenit.*

14 Exinde Symeon diebus septem, expers curarum, sibi uni vacans, neque verbum promebat, neque alimenti quidquam admittebat; obstupescente prædicto viro Dei, quomodo in tam tenera ac juvenili ætate arduum adeo rigidumque vitæ institutum sectari posset. Deinceps profecto tertio quoque die, aut septimo, aut etiam decimo reparabat tantum vires, paucis quibusdam pro cibo maceratis leguminibus cum aqua sumptis. Sic itaque proficiebat, sicuti ætate, ita & exercitatione virtutum; quam- *apud eumdem strenue se exercens.*

A. NICEPHORO. quamquam hæc longe magis illam ſuperabat. Erat præterea ſpeciosâ venuſtâque formâ, capillis aurum colore referentibus, & oculorum dignitate inſigni: erat in diſſerendo promptus, in reſpondendo prudens, divinâ ubique gratiâ cælitus plane datâ, perſpicue in ipſo eluceſcente. Hæc decora ille, qui probis omnibus invidet; ille, inquam, qui jam inde à rerum exordio infenſiſſimus generis noſtri hoſtis extitit, nequibat ferre; ſed in quemdam, haud procul monaſterio morantem, pecorum paſtorem, ſubdole, uti malitiæ ejus familiare eſt, ingreſſus; tanta hominem invidia in virum ſanctum ob virtutum ejus fulgorem inflammat, ut mortem illi anxie machinaretur; jamque viam modumque circumſpiceret, quo conceptum animo ſcelus opere compleret, ſeque è monaſterio impune ſubduceret.

mortem ſibi molitum ideoque punitum

15 Dum iſthæc nequam ille volvebat animo, ſtudioſeque actitare conabatur: Deus, qui Symeonem priuſquam conciperetur prædeſtinaverat ſibi, non deerat famulo ſuo: nam hominis nefarii manus, jam proxime ſceleri admovenda, repente exareſcit; quod argumentum juſtæ Dei comminationis atque indignationis manifeſtum eſt: tantæque animam ipſius anguſtiæ invadunt, ut impar doloribus ferendis Archimandritam adiverit, quomodo ſe manus ſua haberet, oſtendens, atque infortunium ſuum miſerabiliter lamentans. Illo autem cauſam percunctante, obmuteſcebat, ærumnas ſuas præ timore confuſioneque occultans. Interjectis aliquot diebus, dolore magis magiſque ingraveſcente, corpuſque peſſumiens attenuante, recurrit ad monaſterium clam omnibus ad Archimandritam, aperit delictum, indicat acerbum cordis dolorem, flet amare, levamen mali implorat. Quid hic agat Archimandrita? Confeſtim advocato Symeoni, quem abundantiore ſancti Spiritus gratia præventum noverat, quid actum, quid conſilii captum ſit, declarat; juſtam Dei in miſerum hominem animadverſionem ponit ob oculos; quam miſerabiliter ejuſdem manus affecta ſit, commonſtrat: deinde ipſum, uti genuinum filium, aut verius patrem, rogat, afflicto veniam ut largiatur, & medelam vulneribus obtineat precando.

oratione ſanat:

16 Symeon ergo, ante nativitatem electus à Deo, illico non ſolum dimiſit homini ex intimo corde delictum; verum etiam libenter preces, pro incolumitate ejus fundendas, addicens, plane aeſi magnum beneficium acceptarus non daturus eſſet, capite, ut poterat, genibuſque humi poſitis, implorata bonitate miſerentis Dei, elicitaque benignorum illorum viſcerum miſericordiâ, ſurrexit, extenſiſque ad cælum manibus, aridam atque ægre habentem dexteram ſignat. Et quis auditas faciet laudes tuas, mi Deus? ſanata continuo alterique ſimillima apparuit manus, neque hæc tantum, ſed & corpus totum eodem momento corroboratur, ac priſtinum in ſtatum reſtituitur. Quæ res tanta admiratione præſentes complevit, ut ex illo tempore Symeonem unice ſuſpexerint; ipſeque Joannes numquam deinceps niſi cum tremore illi colloquutus ſit. Atque hæc quidem magna admiratione digna fuere; id vero quod ſequitur, multo etiam majore. Nam, quemadmodum Symeon ad altiorem ſemper altioremque virtutis gradum, jam nunc altiſſimum conſecutus, ſe extimulat, petiit baſim erigi ex adverſo Joannis, erectamque mox conſcendit, atque inſtitit: modius *d* autem è ligno nucis juglandis fabricatus, circumtegebat ipſum.

& baſim etiam ipſe aſcendens

17 Videt hic rurſus puerum, formæ dignitate egregium, cujus aſpectu toto corde inflammatus; cum Chriſtum Dominum illum eſſe cognoviſſet,

ἡλικίας καὶ νεαρῷ τραχεῖαν ὅτω καὶ Σκληρὰν ἀγωγὴν D
ἐπεδείκνυτο· ἔπειτα μὴτοι διὰ τρίτης, ἢ ἑβδόμης, ἢ
καὶ δεκάτης ἐτρέφετο βρεχλῷ τινι βραχεῖ ὀσπρίῳ καὶ
ὕδατι. Προέκοπτε τοίνυν ὥσπερ τῷ ἡλικίαν ὅτω
δὴ καὶ τῷ ἄσκησιν, μακρῷ δ' ἂν τὰ ἀσκήσεως μᾶλλον ἡ
ἡλικία ἐλείπετο. Ἦν δὲ καὶ τὼ ἰδέαν ὁ Συμεὼν εὐ-
πρόσωπος καὶ τερπνὸς, ὑπηχρύσῳ τε κόμῃ καὶ ὀφθαλ-
μῶν κάλλει κοσμούμενος· ἵν' δὲ καὶ λέγειν ἕτοιμος,
ἀλλὰ καὶ Σωκλῆς ἀποκρίνεσθαι, θείας ὥσπερ αὐτῷ
χάριτος ἄνωθεν (ὃ καὶ ταῖς ἀληθείαις ἴσ) περιφανῶς
ἐπανθούσης· ἄ, τὰ τοῖς ἀγαθοῖς βασκαίνοντα πᾶσι,
τὰ δὴ ἀρχῆς λέγω τῷ ἡμετέρῳ γένει πολέμιον, σὺκ
ἴσ' ἐγχεῖν, ἀλλά τινα παρὰ τὴ μονὴ ποιμνία θρεμ-
μάτων ὁ Σκαιὸς ὑποδὺς, ὅσπερ δὴ τρόπος τὰ ἐκείνου
κακοτεχνίας, τοσοῦτον αὐτοῦ τὴ ψυχὴ φθόνον τὰ ἐκείνου
ἀρετῆς ὑπανάπτει, ὡς καὶ φόνον ἐπ' αὐτὸν ὠδίνειν, καὶ
ἤδη παραπειρᾶσθαι ὅπως ἂν ἀνέλοι τοῦτον τὰ μονῆς
ὑπεξαγαγών.

Ταῦτα ὁ μὲν ἔτρεφε καθ' ἑαυτὸν, καὶ διὰ σπουδῆς
ἐποιεῖτο· Θεὸς δὲ ὁ καὶ πρὸ συλλήψεως ἑαυτῷ τὸν
Συμεὼν ἀφορίσας, σὺκ ἠμέλει τοῦ οἰκείου θεράπον-
τος, ἀλλ' ἔργῳ ἄρχεσθαι ἤδη μέλλοντι τῷ ἀνδρὶ, ξη- E
ραίνει ἀθρόον ἡ δεξιὰ, τὰ τοῦ Θεοῦ δικαίας ἀπειλῆς
καὶ κινήσεως ἐναργὲς τεκμήριον· καὶ οἱ πόνοι τοσοῦτον
αὐτοῦ τὰ ψυχῆς καθικνοῦνται, ὡς μὴ δὲ τῶν ὀδυνῶν
ἀνέχεσθαι δυνάσθαι, ἀλλὰ προσελθεῖν τῷ Ἀρχιμαν-
δρίτῃ, τῶν τε χεῖρα ὡς ἔχοι δεικνυοῦτα, καὶ λίαν ἐλεει-
νῶς ἀποδυρόμενον ἑαυτόν. Καὶ ὁ μὲν ἐπωθάνετο
τῷ αἰτίαι, ὁ δὲ σὺκ ἔλεγε, δεινῶς ὑπὸ δέους ἐργό-
μενος. Ὡς δὲ πολλὰ μετὰ ταῦτα διῆλθον ἡμέραι,
τά γε τῶν ὀδυνῶν μᾶλλον αὐτῷ ἐπελέαινετο, καὶ τὸ
σῶμα ἐῤῥει τηκόμενον, προσισι τῷ Ἀρχιμανδρίτῃ
κατὰ μονὰς τὰ πάντων λαθὼν ὄμματα, κατηγορεύει
τῷ ἁμαρτίαν, δημοσιεύει τῷ πονηρὰν ἐκείνῳ τὰ
καρδίας ὠδῖνα, κλαίει πικρῶς, αἰτεῖ θεραπείαν τοῦ
πάθους. Τὸν Συμεὼν τοίνυν ἐκεῖνος, αὐτίκα καλέ-
σας, ᾧ καὶ πλουσιωτέραν ἤδει φοιτῶσαν τῷ χάριν τοῦ
Πνεύματος, τά τε τοῦ δράματος αὐτῷ καὶ τὰ ὑπο-
βολῆς ἀπαγγέλει, τά τε τὰ τοῦ Θεοῦ δικαίας ὀργῆς
προσίθησι, καὶ ὅπως ἡ χεὶρ τῷ ἀνδρὶ πεπόνθοι ἐλεει-
νῶς δείκνυσι, εἶτα καὶ ὅσα γνησίᾳ δεῖται παιδὸς, ἢ
τάληθέστερον μᾶλλον πατρὸς συγχωρῆσαί τε αὐτῷ, καὶ
θεραπείαν αὐτῷ τὰ πληγῆς ἐπεύξασθαι.

Συμεὼν δὲ, ὁ τῷ Θεῷ ἐξελεγμένος καὶ προγενέ- F
σεως, ᾧ μόνον ἀπὸ καρδίας εὐθὺς ἀφῆκε τῷ πεπμελη-
κόσαντι, ἀλλὰ καὶ τῷ ὑπὲρ αὐτοῦ μᾶλλον εὐχῷ ἁσ-
μένως δεξάμενος, καθάπερ αὐτός τι μέγα λαβεῖν ἐ
δύναμ μέλλων, κεφαλῷ ὡς εἶχε καὶ γόνυ γῇ δεδωκὼς,
καὶ τῶν οἰκτιρμῶν τὰ Θεοῦ δεηθεὶς ἀγαθότητος, τὰ
τε φιλανθρώπων ἐκείνων σπλάγχνων ἑλκύσας ἕλαιον,
ἀνασὰς, καὶ χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἀναλείνας, σφραγίζει
τῷ ξηρανθεῖσαν καὶ πάσχουσαν κακῶς δεξιὰν, καὶ
παραχρῆμα (τίς ἀκουσάς σου, Θεέ μου, ποιήσει τὰς
ἀνέσεις;) ὑγιὴς ἔχουσα ὤφθη, καὶ τῇ ἑτέρᾳ παρα-
πλησίως· ἡ χεῖρα δὲ μόνῳ εὐθὺς, ἀλλὰ καὶ Σῶμα
ῥώννυται, καὶ εἰς τῷ προλέραν εὐεξίαν εἰσάνεισιν· ὅ-
περ ὅτως ἐξέπληξε τοὺς παρόντας, ὡς καὶ ψυχὰς
ὅλων αὐτοὺς ἀπὸ τότε Συμεὼν ἐκηρτῆσθαι, καὶ αὐ-
τὸν δὲ τὰ Ἰωάννου δ' λοιποῦ μετὰ δέους αὐτῷ δια-
λέγεσθαι. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτο, καὶ ὅτω θαυ-
μάσαι ἄξιον· τὸ δὲ ἑξῆς, πολλῷ καὶ τούτου θαυμα-
σιώτερον. Ὥσπερ γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ τῶν ἀρετῶν
παραβήγων, καὶ ὑψηλοτέρας ἤδη πολιτείας ἁπτόμε-
νος, αἰτεῖ γενέσθαι βάσιν ἐκ πλαγίου τῷ Ἰωάννῃ· ὃς
γενομένης εὐθὺς ὑπέβας, καὶ σὰς ἐπ' αὐτῆς· ὧν δὲ
μόδιος

μόδιος τῷ Συμεὼν ἡ περιβολὴ, ξύλοις καμάραις πεποικιλμένος.

Ὁρᾷ πάλιν αὐτὸς ἐκ παιγνίων ταῦτα κάλλιον ὠφέλιμον, τὴν τε καρδίαν πρὸς τὸν ὄφιν ἀναφλεγεὶς, καὶ ὅτι Χριστὸς, ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἔτι γνοὺς, θαῤῥεῖ καλὰ τὸ ἠγαπημένον μαθητὴν καὶ αὐτὸς, τὸν περὶ τοῦ πάθους ἐρώτησιν, καὶ φησί· Κύριε πῶς σὲ ἐσταύρωσαν οἱ ἰδιῶται; Ὁ δὲ ὑπομονὴν αὐτῷ καὶ καρτερίαν, ἢ Σώματος νέκρωσιν μᾶλλον ἐκύσιαν νομοθετῶν, τὰς χεῖρας τύπῳ σαυτοῦ διατείνας, Οὕτω μέ φησιν, ἐσταύρωσαν, ἐμοὶ εὐδοκήσαντος. Σὺ δὲ ἴσχνε καὶ ἀνδρίζου. Ἀλλὰ τότε μὲν ὁ Συμεὼν ὑπεχώρησε τὰ εἰρημένα· ὕστερον δὲ συμβαλὼν ὅπερ ἐκεῖνα ἐβούλετο, πόνῳ τε καθ' ἡμέραν πόνον, καὶ ἄσκησιν ἀσκήσει προσιθεὶς σὺν ἀνίᾳ. Τῷ μὲν οὖν Ἰωάννῃ νυκτὸς ἑκάστης εὐχαὶ ψαλμοὶ τριάκοντα ἦσαν, τῷ δὲ Συμεὼν νῦν μὲν πεντήκοντα, νῦν δὲ ὀγδοήκοντα, τὰ πολλὰ δὲ καὶ τὸ ψαλτήριον ὅλον, ὕπνου μὴ δὲ βραχὺ γευομένου, ἀλλὰ μὴ δὲ ἡμέρας ἔχοντι πάλιν τὸ σῶμα δοξολογίας πανόμενον, ὡς μὴ δὲ τὴν Ἰωάννου φόβου τὸν ψυχὸν ἐπ' αὐτῷ καθαρεύειν, ἀλλὰ τοιαύτας πρὸς αὐτὸν παραινέσεσιν χρῆσθαι· Ἱκανόν σοι, τέκνον, ὅτι Σαοὺλ ἐξ αὐτοῦ γάλακτος καὶ θηλῆς ἐσταύρωσας τῷ Χριστῷ· Τί δέ σοι καὶ ταῦτα τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐγκρατείας; παρακαλεῖν χρὴ καὶ τὸ Σῶμα, ὕπνου τε καὶ τροφῆς τὰ μέτρια κοινωνεῖν, ἵν' ἱκανὸν ἔχῃ σοι πρὸς τοὺς τῆς ἀσκήσεως πόνους· ὁ δὲ γὰρ βρῶμα ἢ πόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, δέδωκα γὰρ ὑμῖν πάντα φαγεῖν ὡς λάχανα χόρτου, φησὶν ἡ θεία γραφή.

Πρὸς ἅπερ ἐκεῖνα τὸν Συμεὼν καὶ λίαν πρεσβυτικῶς ἀποκρίνεσθαι· Ὡς εἰ καὶ ταῦτά φησιν ὁ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τοὺς κοινοῦντας λογισμοὺς κινεῖ καὶ βολεῖ καὶ πολλαχοῦ, ἐνυλόν τε τὸν λεπτότατον ἐργάζεται νοῦν, ἀχλὺν αὐτῷ καθάπερ ἀνακεράσαντα. Νύκτα μὲν τοίνυν καὶ ἡμέραν ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου μελετῶντες, ὁ Σωφρονιζόμεθα τῇ τοῦ ὕπνου μέθῃ (Ἐνύσταξε γάρ φησιν ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀκηδίας, ὧν ἡ Σωτὴρ τῶν ἐμπαθῶν λογισμῶν ἐργάζεται προσβολὴν, ἐκ τῆς ψυχῆς τόνον ἡρέμα διαχαυνώσας) ἀλλὰ τὸ σῶμα τοιαῦτα μᾶλλον ἀνοίγοντες (ὅπερ ἐστὶν ὁ περὶ τὰς θείας ὀπτασίας πόθος, καὶ ἡ ἐκ καρδίας περὶ αὐτὰς θέρμη) τὸν ἄνωθεν χάριν εἶτ' οὖν πνεῦμα ἑλκύσομεν. Ἀλλὰ, διὰ τὸν τοῦ Κυρίου ἀγάπην, μηδέν σοι πρὸς τοὺς ἐμοὺς λόγους, ἐμαυτῷ γὰρ νομοθετῶ καὶ οὐκ ἄλλοις· δεῖ γάρ μοι, διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας, τοσαύτης περὶ τὸ Σῶμα Σκληραγωγίας.

non dubitat, exemplo dilecti Discipuli, ipsum de passione ejus interrogare, inquiens; Domine, quo modo te Judæi affixerunt cruci? Dominus autem interroganti patientiam, tolerantiam, aut potius mortificationem corporis voluntariam pro norma vivendi præscribens, manibus in modum crucis extensis; Ita, inquit, me, id unice expetentem, fixerunt cruci. Tu vero esto robustus, & viriliter age. Tum quidem non intellexit Symeon, quid isthæc tibi dicta vellent: postea vero, ubi intellexit, alios ex aliis labores aggressus est, & virtutum exercitiis alia atque alia incessanter addidit. Joanne igitur orationem suam, Psalmos triginta, singulis noctibus persolvente; recitabat Symeon aliquando quinquaginta, aliquando octoginta, sæpe etiam Psalterium universum, somnum oculis suis nullum omnino videns, sed nec de die linguam suam à divinis laudibus decantandis cessare patiens; adeo ut Joannes non modo viribus ipsius timeret plurimum, sed ejusmodi quoque adhortatione nimis in se severum aggrederetur: Sufficiat tibi, fili, quod ab ipsis incunabulis te Christo crucifixeris: quid tibi cum hisce pœnitentiæ exercitiis, humanas vires excedentibus? Oportet & corporis curam gerere, eique mediocrem somnum alimentumque indulgere, ut sufficere laboribus ascetitæ vitæ possit. Neque enim cibus & potus coinquinant hominem: nam, Dedi vobis omnia sicut olera pabuli manducanda, inquit sacra *e* Scriptura.

18 Ad isthæc Symeon admodum prudenter respondens; Tametsi, inquit, illa non coinquinant hominem, nihilominus coinquinantes cogitationes excitant, easque turbidas morosasque effisiunt, & subtilissimam hominis mentem terræ affigunt, & tenebris veluti quibusdam involvunt. Etenim cum diu noctuque legem Domini meditamur, periculum haud est, ne abripiamur somni illecebris, uti queritur Propheta dicens; Dormitavit anima mea præ tædio (Quod utique tædium continentes pravarum cogitationum incursus adferunt, animæ intensionem tensim relaxantes) sed aperimus potius os nostrum (desiderium intelligo & cordis fervorem ad custodiendum præcepta divina) ut attrahamus supernam gratiam seu Spiritum sanctum. Verum nihil tibi, mi Pater, per Dei amorem, cum meis hisce sermonibus: mihi ipse leges has fero, non aliis: mihi enim necessitas incumbit, ob juvenilem ætatem, tam aspere corpus meum tractandi.

A. NICEPHORO.

à Christo animatur ad perseverantiam:

Ioanni moderationem suadenti

prudenter respondet.

Gen. 9, 3. e

Ps. 118, 28

ANNOTATA C. I.

a *De hoc terræ motu jam egimus supra* §. 3, *ubi de ætate S. Symeonis, diximusque ad annum* 526 *spectare.* b *Eadem visio narratur quoque in Vita S. Marthæ, huic subjungenda, num.* 2, *nec multum diversimode.* c *Nusquam mentionem reperio hujus viri apud Græcos, cum tamen præter alia* virtutis admodum studiosus *hîc, &* placide mortuus *num.* 45 *dicatur; & in Vita sequenti* B. *Marthæ Num.* 22 Sancti *nomine decoretur. Est autem ille, qui à Radero nostro parte* 3 *Viridarii Cap.* 4 *de Stylitis,* Anonymus Stylita, Symeonis Junioris Magister *nuncupatur, non parum obstrictus Vitæ hujus Scriptori Nicephoro, quod post tot sæcula beneficio illius, non tantum innotescat nominatim Latinis, sed famam quoque sanctitatis & odorem virtutum late spargat.* d *De forma modii columnaris dictum est* 5 *Ianuarii ad vitam S. Symeonis Senioris* §. 2: *quibus nunc addi nihil volumus, nisi quod etiam pellibus subinde* modius, *de quo mox, videatur tectus fuisse, ex num.* 146: *& columna ferreo septo munita, ex num.* 219; *item ex Vita matris Marthæ num.* 33 *columnæ adjunctam fuisse scalam, per quam ad modium scandebatur, etiam ab infirmis curari petentibus, ut ibi etiam habetur num.* 72; *ac denique ex jam dictis ante vitam* §. 1 *locum columnæ fuisse intra mandram, id est maceriam lapideam, nequis posset accedere, nisi admissus à Fratre qui internuntii officio fungebatur: diciturque apud Euagrium lib.* 1 *cap.* 13, *Simeonis Senioris* modia, vix cubitis duobus in ambitu *patuisse. Infra etiam num.* 46 *constat non semper apertum* modium *superne, sed omni ex parte nonnumquam clausum fuisse.* e *Ex versione* LXX, *quam ubique citari in hac Vita more Græcorum, notatum velim.*

A. NICEPHORO.

CAPUT III.

Visiones aliæ; miracula; terriculamenta dæmonis.

Ad perseverantiam animatur à Christo

19 ET hæc quidem Symeonis oratio, præter ætatem & expectationem prolata, percellere audientes poterat: Christus autem, qui ipsum sanctificaverat, quique priusquam pateretur sanctis suis discipulis Apostolisque dixerat; Confidite, ego vici Joa. 16, 33 mundum; gratiamque & virtutem patrandi miracula infuderat; ille similibus Symeonem donis impertiturus, palmisque contra diabolum pugnando obtentis nobilitaturus, similibus etiam ad ipsum vocibus uti dignatus est, dicens; Confide, ego vici mundum. Deinde etiam divinæ lucis claritate circumfunditur, detegiturque confestim omnis magnificentia atque imperium diaboli: ipse diadema in capite gestabat; adstabant integræ dæmonum phalanges; ad voluptatis ornatum præsto erant aurum, pretiosi lapides, uniones, utpote magis apta ad inducendam voluptatem illecebræ; audiebatur tibiarum fistularumque sonus, & varius musicæ concentus; cernebatur Peccatum specie puellæ, cum

Dæmonem cum voluptatibus suis,

B comitibus suis, ad turpitudinem homines allicientibus: illic curiositatis nequitiæque, hic diffidentiæ, inertiæ, & oblivionis spiritus residebant; spiritus autem avaritiæ diductis immane rictibus hiabat, veluti non satiandus nisi universa absorpsisset; qui istiusmodi rerum species exhibentes, conabantur

signo Crucis dissipat,

Symeonem quoque ad se pellicere. At ille consuetis armis, salutari Jesu nomine Crucisque signo se muniens, universa confestim spectra dissipat, quemadmodum dissipari tenebræ solent fulgore solis.

20 Lucifugis hisce nocturnisque visionibus discussis, meliori denuo illustratione dignus judicatur; tenebris quippe depulsis lumen succedere, necesse est. Nam dum fixis templum intuetur oculis,

& visione Dei corroboratur:

videt Dei majestatem in cælo: continuoque gloria inde diffusa Symeonem circumfulsit, & Patriarcharum quispiam unguentum, quod suave ac divinum quidpiam redolebat, manibus prælatum, guttatim stillare facit, unxitque ipsum, dicens: In virtute hujus unguenti fugabis dæmonas, divinoque robore ab excelso lumbis accinctus, inanes ipsorum esse impetus insidiasque ostendes. Confide

C igitur, sperans in Christi, qui te creavit, signo: non enim proficiet inimicus in te, & filius iniquitatis non apponet nocere tibi.

21 Istiusmodi submissis à Deo spectaculis recreabatur Symeon, præveniebaturque gratuita hac benevolentia, ut par asceticæ vitæ laboribus atque certaminibus fieret. Atque illa Joannem minime fugiebant: quippe Symeonem propter plurima præstantioraque, quam in illa ætate solent inesse, virtutum decora, non secus observabat quam filium ex se prognatum, instituendumque curabat omnibus, quæ ad ipsum spectabant: quorum utique effectus sunt quæ subnectuntur. Vir quidam à longo jam tempore viribus destitutus, gravissimis premebatur doloribus; nec ulla omnino adhibita medicina poterat levari: dumque identidem monasterium frequentat, insolitamque Symeonis in illa

precibus ægrum sanat,

ætate perfectionem notat, fiduciam concipit fore ut Deus pristinæ se valitudini restituat, si Symeon deprecator intercedebat. Itaque Joannem adiens enixe rogat, Symeonem precibus suis exorare velit, ut pro se misero intercedat apud Deum. Joannes conspecto viri affecto corpore, commiseratione tactus, adduci ad columnam Symeonis ipsum imperat; deinde hortatu suasuque, supplex denuo factus, in-

Τοιαῦτα μὲν δὴ τὰ τοῦ Συμεὼν, καθ' ἡλικίαν καὶ ἀκολουθίαν ἔτω πᾶσαν ἐκπλήττειν δυνάμενα· χρισὸς ἦν, ὁ καὶ τὸν Συμεὼν ἁγιάσας, καὶ πρὸ τοῦ παθεῖν τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις, Θαρσεῖτε, εἰπὼν, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον, καὶ χάριν αὐτοῖς καὶ Συμεὼν ἐμπνεύσας δυνάμιν, παραπλησίαν μέλλων χαρίσμασι καὶ τῷ Συμεὼν μεταδοῦναι, τοῦ τε κατὰ τοῦ διαβόλου πάσχειν νίκην αὐτῷ, τὸ ἴσης αὐτὸν ἐκείνοις ἀξιοῖ καὶ φωνῆς, Θάρσει καὶ πρὸς αὐτὸν εἰπών, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. Εἶτα καὶ θεία περὶ αὐτὸν ἔλαμψις γίνεται, καὶ πᾶσα τοῦ διαβόλου ἀθρόον αἰ φαντασίαι καὶ βασίλειαι αὐτῷ ὑποδείκνυνται· διάδημα μὲν ἐκεῖνος ἐπὶ κεφαλῆς ἔχων, αἱ δὲ τῶν δαιμόνων αὐτῷ παρεστῶσαι φάλαγγες, χρυσός τε παρ' αὐτῷ πρὸς τὸ τῶν ἡδονῶν κόσμον, καὶ λίθοι τίμιοι, καὶ μαργαρῖται, ἵνα καὶ μᾶλλον ἕλκειν ἐπαγωγότεραι· ἠχὼ δὲ καὶ αὐλῶν ἀκοὴν, καὶ Σύριγγος, μέλος τε μουσικοῦ παντὸς· ὡς θυγατέρα τε τὴν Ἀμαρτίαν Σωθῆναι τοῖς ὀλέθρια δελεαζομένοις· ἐκεῖ περιεργίας πνεῦμα καὶ πονηρίας, ἐκεῖ ἀπειθείας καὶ ῥαθυμίας καὶ λήθης, τὸ δὲ τῆς φιλαργυρίας καὶ λίαν φοβερὸν ἐκεχήνει, ὥσπερ ἁρπάσαι ἂν εἰ πάντα καλαπίοι χορτάζεσθαι μέλλον. Ταῦτα ἅτινα ὁρώμενα, καὶ τοιαύτην φαντασίαν ἐπιδεικνύμενα, ἐπαγαγέσθαι πρὸς ἑαυτὰ καὶ τὸν Συμεὼν ἐπειρᾶτο· ὁ δὲ τῷ Σωσθεὶ καὶ νῦν ὅπλῳ, τῇ τοῦ χριστοῦ φραξάμενος ὁπλῇσι, τῷ τε τοῦ σταυροῦ σφραγῖδα τοῖς θεάμασιν ἐκείνοις ἐπιβαλὼν, αὐτίκα πάντα διασκεδάζει, καθάπερ τι σκότος αὐγαῖς ἡλίου διαλυθέντα.

Μετὰ μέντοι τὰς νυκτώδεις καὶ νυκτὸς ἀξίας φαντασίας ἐκείνας τελεωτέρας αὖθις ἐλάμψεως ὁ Συμεὼν ἀξιοῦται· ἐπεὶ καὶ φῶς ἀκολουθεῖν ἀναγκαῖον, σκότους ὑποχωρήσαντος. Ἀτενίσας γὰρ ναὸν, ὁρᾷ θεῖον εἰς οὐρανὸν, δόξα τε αὐτὸν ἔκθεν εὐθὺς περιέλαμψε· καί τις τῶν Παλιαρχῶν, μύρον ἡδύ τι καὶ θεῖον ἀπόζον ἐν χεροῖν ἔχων, ἀποσαγεὶς πρὸς αὐτὸν καὶ σφραγίσας, ἔχρισεν εἰπών· Ἐν τῷ μύρῳ τούτῳ διώξεις τοὺς δαίμονας, θείαν τε δυνάμιν ἐξ ὕψους ἐν ὀσφύϊ περιζωσάμενος, κενὰς αὐτῶν τὰς προσβολὰς καὶ τὰς ὑπαγωγὰς ἀποδείξεις· Θάρσει τοιγαροῦν, πεποιθὼς τῇ σοὶ ποιήσαντί σε σφραγῖδι χριστῷ· οὐκ ὠφελήσει γὰρ ἐχθρὸς ἐπί σοι, καὶ υἱὸς ἀνομίας οὐ προσθήσει κακῶσαί σε.

Τοιαύτας ὁ θεῖος Συμεὼν ἐνέβρυφα παρὰ Θεοῦ θεωρίας, τοσαύτης ἐκεῖθεν πρὸς τοὺς ἀσκητικοὺς ἀγῶνας εὐδοκίας ἠξίωτο. Ἅπερ οὐκ ἐλελήθει τὸν Ἰωάννην· ὡς γὰρ τῶν ἑαυτοῦ φωτὸς σπλάγχνων, ἅτινα ἑώρα τὸν Συμεὼν, διὰ τὸ πολὺ καὶ παρ' ἡλικίαν τὰς ἀρετῆς, καὶ μανθάνειν τὰ κατ' αὐτὸν περὶ πάντων ἐποιεῖτο, οἷς ἀκόλουθα δήπου καὶ τὰ ἐξῆς. Ἀνὴρ γάρ τις παρειμένῳ τὸ ἰσχύον καὶ χρόνον ἤδη συχνὸν, ὁδυνάς τε τοῦτο δριμείας βαλλόμενον, ὡς μὴ δὲ οἷός τε εἶναι πάντάπασιν ἀνακύψαι, συνεχῶς τῇ μονῇ φοιτῶν, τόν τε ξένον τοῦ Συμεὼν ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ πολιτείαν ὁρῶν, πείθεται τῷ ψυχῷ, ὡς εἴπερ οὗτος ὑπὲρ αὐτοῦ δεηθείη, ὑγιᾶ πάλιν αὐτὸν ὡς καὶ πρότερον ὁ Θεὸς ἀποκαλύψειε· καὶ προελθὼν τῷ Ἰωάννῃ δεῖται θερμῶς δεηθῆναι πάλιν αὐτὸν ἐκείνου προσεύξασθαι περὶ αὐτοῦ. Ὁ μὲν οὖν Ἰωάννης πρὸς τὸ τοῦ ἀνδρὸς πάθος σπλάγχνα παθὼν, τῇ βάσει παρασταθῆναι τοῦ

Συμεὼν

A Συμεὼν παραγγέλλει· ἔπειτα παραινῇ, Συμβουλεύει τῷ Συμεών, ἱκέτης αὐτῷ πάλιν ἐκεῖνος γίνεται, μὴ ὕτω σφοδρῶς ἀλγυνομένῳ ἔ κάμνοντι ὑπερίδειν, ἀλλ' εὐξαμένῳ τε ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ χεῖρας αὐτῷ ἐπιθεῖναι. Ὁ δὲ καὶ λίαν ἀχθεσθεὶς, ἁμαρτωλὸν ἑαυτὸν ἐκάλει, καὶ ὡς μεῖζον ἢ καθ' τοῦ ἑαυτοῦ δυνάμιν, τὸ ἐπίταγμα παρῃτεῖτο. Ἐπεὶ δὲ ὁ Ἰωάννης μετὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτῷ σὺν ἀνίει, ἀλλὰ θερμότερον ἔτι μᾶλλον ἐπέκειντο, ὀφὲ καὶ βραδέως πεισθεὶς, χεῖρά τε τῷ πάσχοντι ἐπιθεὶς, καὶ ὅλον ἑαυτὸν εἰς εὐχὴν ἐπιστρέψας, Ἐγὼ μὲν ὁ ἁμαρτωλὸς σφραγίζω, ἔφη, τῇ τοῦ Χριστοῦ σφραγῖδι, καθ' ὑμῶν γενηθήτω τῷ πάσχοντι· καὶ παραχρῆμα θεραπείας τυχὼν, ἀπῆλθε, λαλῶν ὅλῃ γλώττῃ τὰς τοῦ Θεοῦ δυνασείας.

Εἶτα προσάγεταί τις αὐτῷ δαιμονῶν· καὶ ὁ μὲν δαίμων τὸν Συμεὼν αὐτίκα ἰδὼν, ἁφαρπάσας ἐλεεινῶς τὸν ἄνθρωπον τοῦ αὐτὸν κατεχόντων, εἰς ὃν ἐκεῖνος οἰκοῦν, ἀνὰ τὰς ἐρήμους τοῦ ὄρους ἠλαύνετο. Ὁ Συμεὼν δὲ τοῦ πάσχοντος οἶκτον λαβὼν, καὶ τοῦτον ἐν ὀνόματι Κυρίου καλέσας, ἀναστρέφειν κελεύει· καὶ
B ὃς, ἅμα τῇ κλήσει παρ' αὐτῷ παρεστώς. Ὁ δὲ τῷ δαίμονι εὐθέως ἐπιτιμήσας, τοῦ τε τοῦ Χριστοῦ σφραγῖδα ἐπιβαλὼν, καὶ τοῦτον ἐκβαλὼν ἐκεῖθεν, καὶ ἀπελάσας, ὑγιῆ τὸν ἄνθρωπον ἀπολύει. Οὕτως ἀεὶ παραμύθιαν αὐτῷ τοῦ ἄνωθεν εἶχε χάριν, καὶ τοῦ αὐτῷ προσιόντων ἑδεὶς οὐ διακενὴς ἀναστρέφων, ἀλλὰ τυγχάνων οὗπερ ἐβούλετο.

Βουλόμενος δὲ πρὸς ἀρετὴν διὰ πάντων οἰκοδομεῖσθαι, καὶ ὑπομονῇ ἀεὶ καταρτίζεσθαι, φησί ποτε πρὸς τὸν Ἰωάννην, Ὡς ἄρα ἡ μὲν τοῦ Σατανᾶ κλῆσις, καὶ ὅσος ὁ τούτου ὀλέθριος πλοῦτος, ὑπεδείχθη μοι πρώην παρὰ Θεοῦ· τίς δὲ λοιπὸν ἡ σπουδὴ τὸν ἐκείνου πολυτεχνίας, δι' ἧς τοῖς ἀρετῆς ἐρασταῖς πολέμους ἀναῤῥιπίζει. Καὶ ὁ Ἰωάννης, ὁ Κύριος ἔφη, τέκνον, ἐξελεῖταί σε τὸν ἐκείνου κακοτεχνίας. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Συμεὼν, Ὀκνηρός τε καὶ ἀπρακτος ἔσα, φησὶ, τοῦ ἐκείνου δυνάμεων ἡ φροντὶς, μεθ' ὧν τὰς πονηρὰς συσκευάζεται πράξεις. Ἰδὼν τοίνυν ὁ Ἰωάννης ὅπως ἐν ὀλίγῳ μέρει τὰς ἐπιβουλὰς ἐτίθετο τῷ ἐχθρῷ, καθάπερ αὐτοῦ τὸ φρόνημα κατασέλλων, ἵνα μὴ λάθῃ, τῇ τότε ψυχῇ τύφον ἐνεῦθεν ὁ Σατανᾶς ἐμποιήσας· Μὴ ὕτω, τέκνον, ἔχε, φησὶ, μηδ' ὕτως ἀθενὴς
C ὁ πολέμιος λογιζέσθω σοι, ἀλλὰ σιδηρᾶς μᾶλλον ἁπλᾶς ὑποδεδεμένῳ, ταύτῃ τε διὰ πανὸς τοῖς μοναχοῖς ἐφεδρεύων, καὶ εἴπερ καιρὸν λάβοιτο, βιαίως ἐπιτίθεμενος· ἀλλ' ἐπικλητέον ἡμῖν φάναι τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ αὐτὸς ἔσαι διὰ πανὸς μεθ' ἡμῶν, καὶ αὐτὸς αὐτοῦ τῇ τοῦ οἰκείας παρουσίας ἐπιφανείᾳ καταργήσῃ τὰς ἐνεργείας.

ὀφθαλμοῖς εἶχεν ὁρᾶν, ἐδάκνετο τῷ καρδίαν καὶ ὠδυνᾶτο, καὶ εἰς φανερὰ πολλάκις καὶ ἐπιπτε δάκρυα. Τῷ Συμεὼν δὲ μείζονες τῶν προτέρων ἀγῶνες ἐπὶ τῷ κόνῳ ἦσαν, πραότης τε πλείων αὐτῷ προσεγίνετο, καὶ ἡ τῆς καρδίας κατάνυξις ηὔξετο, τά τε δάκρυα δεττοὺς ἐμιμεῖτο, καὶ ἡ γλῶττα τοῖς εἰς Θεὸν ὑμνοῖς τῆς ψαλμῳδίας δωμάμεσι σαφῶς ὡμοίωτο.

Ὡς ἂν δὲ μὴ καυχήσηται φησι πᾶσα σὰρξ, τοιαύτης ἐτύγχανεν ὀπτασίας ἡλικίας, ἣ τις φύσεως πέφυκε γονῶ προϊέναι, ὁπλίσατο κρατερῶς ὁ Σατανᾶς, ὥστε νυκτὸς αὐτὸν ὑπνίοις ἐπηρεάσαι. Τῷ δὲ, εἰ καὶ τὸ Σῶμα, κατ' ἐκεῖνο τὸ ὥρας ὕπνῳ ἥπητο, ἀλλ' ἡ ψυχὴ ἐγρήγορέ τε καὶ διανέστηκε, καὶ ὅτως ἑαυτῇ προσέχουσα ἦν, ὡς μὴ μόνον ἀνδύσιμον μηδὲν, μὴ δὲ μαλακὸν παθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὕπνον εὐθὺς ἀποῤῥίψαντα, κατώδυνον ὅλον καὶ δακρυώδη παῖσαι τὰς ὄψεις, καὶ τοιαῦτα ἑαυτῷ ἐποδύρεσθαι· Φεῦ οἷα παθεῖν ὁ δείλαιος ἔμελλον; οἷον τρωθῆναι τραῦμα; ὅπερ οὐκ ἰατρὸς, οὐ τέχνη, οὐ φάρμακον, οὐκ ἄλλο τι θεραπεῦσαι ἴσχυσεν ἄν· ἀλλά σὺ τῷ μόνῳ δεσπότῃ καὶ σωτῆρι ψυχῶν, τῷ μόνῳ νεφρῶν καὶ καρδιῶν ἐτασῇ
B προσπίπτω, δεικνὺς τὴν οἰκείαν ἀδένειαν, ἐπεὶ καὶ πάντας ἐλεεῖν οἶδας, ὁ καὶ πάντα σαφῶς δυνάμενος. Ταῦτ' ἔλεγε, καὶ ἰδοὺ, ὁρᾷ τινα κατιόντα πρὸς αὐτὸν ἄνωθεν, τὸ εἶδος σεμνὸν, τὴν τρίχα γηραιὸν, τὸ σχῆμα καὶ τὴν στολὴν ἱερέα, πολήριον σωτηρίᾳ χερσὶ κατέχοντα, εὐωδία τε καλέσαι τὸν τόπον. Καὶ ὁ φανεὶς τῶν ἀχράντων οἱονεὶ μυστηρίων τῷ Συμεὼν κοινωνήσας, Ἀνδρίζου, καὶ κραταιάσθω, φησὶν, ἡ καρδία σου, οὐκ ὑποπεσῇ γὰρ ἐνυπνίων ἐνεργείαις ὀκέτι, φυλακὴν ἐπὶ τῇ ἄνωθεν ἐλπίδι πᾶσαν τῆς ἑαυτοῦ καρδίας τιθέμενος· ὃ τοσοῦτον ἐπὶ πένθει πένθος τῷ Συμεὼν προσίθησιν, ὡς ἐπί τινας ἡμέρας ἄχρις ὀνάτης ὥρας μὴ δὲ τὴν θυρίδα ὁπωσοῦν παρανοίγειν, ἀλλ' ἀκριβῶς αὐτὴν ὁπτακεκλεισμένον ἀνομίλητον παντάπασι διαμένειν, ἑαυτῷ μόνῳ καὶ Θεῷ προσαδολεσχοῦντα.

Ἐν τούτῳ δὲ καὶ τὸν Ἰωάννην τοὺς Σωκήθεις ἐπὶ τὴν οἰκείας βάσεως μελιόντος ἀγῶνας, ὑγιῶς τε κατὰ Σῶμα καὶ ἀνόσως ἔχοντος, ἐγγύζουσαν ἤδη προγνοὺς τὴν ἐκείνου ἐκδημίαν ὁ Συμεὼν, τοιούτοις πρὸς αὐτὸν μυθήμασι χρῆται· Μὴ ἀθυμήσῃς, Πάτερ, εἰ τὸν
C θανάτου καὶ πάσης φύσεως ἀνθρωπίνης κοινὸν δεδεύληται, ἐφίσασθαι ἤδη μέλλει καὶ σὺ τὰ τῆς τελευτῆς· ἑώρακα, γάρ σε μελακληθέντα ὑπὸ Θεοῦ, ὅπερ σὺ μὲν καὶ ὅσοι τῶν ἀρετῶν κατά σε ἀναπαυσις μᾶλλόν ἐστι καὶ ζωὴ, ἁμαρτωλοῖς δὲ στενοχωρία, καὶ λύπη, καὶ σαφὴς (ὡς εἴθε μὴ ὤφελον) θάνατος. Ἀλλὰ νῦν μὲν τὰ πατρικῆς σου καὶ πνευματικῆς εὐλογίας μέλος μοι, μέμνησο δέ μου καὶ πρὸς τὰ σὺ ποθούμενα διαβαίνων, καὶ τὰ μακαρίας ἐκείνης θέας τῶν ὑπὲρ ἔφεσιν ἀξιώμενος, ὥστε διαβῶσαι παρά σε καὶ ἡμᾶς τὸν κόσμον νικήσαντας, καὶ ἀλλήλους ὄψεσθαι πάλιν μετὰ χρηστῶν τῶν ἐλπίδων. Οὐ ταραχθεὶς τοίνυν πρὸς τὴν ἀγγελίαν ὁ Ἰωάννης (ἡτοίμασο καὶ γὰρ ἐκ πλείονος) Αἱ μὲν σαὶ τέκνον εὐλογίαι, φησὶ, παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὃν ἐζήτησας, καὶ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ ὃν ἐπόθησας, καὶ τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος οὗ τὴν χάριν ἐπλούτησας, τῆς μιᾶς καὶ ἀμερίτου θεότητος, αὐτὴ σοι ὁδηγία πρὸς πάντα καὶ ἀσφάλεια καὶ παράκλησις· οἱ εὐλογοῦντές σε εὐλόγηνται παρ' αὐτῆς, οἱ δὲ καταρώμενοί σε κατήραται· προσεθείη δέ σοι παρὰ Θεοῦ καὶ τιμὴ τῶν εἰς ἐμὲ τιμῆς ἕνεκεν, ὅσα με καὶ πατέρα τελιμηκότι· ἡ δὲ σὴ μήτηρ, ἔλεος αὐτῇ καὶ χάρις παρὰ Θεῷ, οἷς τοσαῦτά μοι διηκόνησε. Τούτων οἱ

peret. Interea virtutum ſtudia Symeoni in columna majora erant prioribus: incrementum capiebat manſuetudo, augeſcebat compunctio cordis, uberiores fluebant lacrymæ pluviarum imbrem imitatæ, lingua in decantandis Deo hymnis nihil beatis cæli ſpiritibus concedebat. A. NICEPHORO.

44 Ne autem, uti dicitur, glorietur omnis caro, quæ jam ad id ætatis pervenit, ut procreandis liberis apta ſit: bellum Symeoni ſatanas acerrimum indixit, uſque adeo ut noctu etiam dormienti non leve periculum tentator crearet. Verum enimvero, tametſi per illud tempus ſomno ſuccubuerat corpus, anima nihilo minus vigilabat, erecta ſemper, tamque attenta rebus ſuis, ut non modo nihil inde motionis libidinoſæ pateretur, verum etiam excuſſo confeſtim ſomno mœſtus atque lacrymabundus faciem percuteret, atque ita ſecum ipſe lamentaretur: Væ miſero mihi, quam prope à ſcelere abfui! quam pene inflictum mihi vulnus fuit, cui nec medicus, nec ars, nec pharmacum, nec aliud quidlibet adferre opem ullam potuiſſet! At tibi, Domine & ſalvator animarum noſtrarum, tibi ſoli renum ac cordium ſcrutatori ſupplex accido, detegens infirmitatem meam; quoniam tu & miſereri omnium ſoles, & medicari omnibus potes. Hiſce finitis, ecce iterum quemdam conſpicit ad ſe deſcendentem ab æthere, venerabilem forma, Canicie conſpicuum, ſpecie atque habitu Sacerdotem, calicem ſalutiferum manibus præferentem: locuſque ſuavi odoris fragrantia repletus erat. Et is, qui apparebat, intemerata ſacramenta Symeoni communicare viſus; Viriliter, inquit, age, & confortetur cor tuum; non ſuccumbes poſt hac illuſionibus inſomniorum, ſi cordis tui cuſtodiam Deo firmiter ſperando commiſeris. Res illa priori Symeonis luctui ſpiritusque contritioni tantum addidit incrementum, ut diebus aliquot ad horam uſque nonam feneſtram nullo modo adaperiret, ſed bene obfirmatam retinens intus ipſe lateret, commercio omni humano abſtinens, ſibique ſoli & Deo vacans. *acrem carnis luctam patitur.* B E *divinitus contra eam roboratur.*

45 Inter hæc Joannes quoque in columna ſua conſuetas ſibi exercitationes ſtrenue obibat, corpore bene ſanus, nec invaletudinis ulla ſentiens indicia: cujus tamen migrationis jam jam inſtantis præſcius Symeon, talibus ad eum verbis uſus eſt: Ne animo deficias, Pater, ſi obitus diem, quæ genus humanum ſine diſcrimine univerſum manet, tibi quoque appropinquare audiveris: intellexi enim citatum eſſe te à Deo; quod tibi quidem & quotquot virtutum tuarum æmulatores ſunt requies potius ac vita eſt; peccatoribus vero anguſtia, luctus, & mors (quod utinam non eſſet!) certiſſima. Nunc autem paterna tua ac ſpirituali benedictione me imperti: ac memento mei cum ad concupita tibi gaudia tranſieris, beataque illa viſione omne deſiderium tranſcendente dignatus fueris, ut nos quoque devicto mundo aliquando tecum eò tranſeamus, & facti compotes votorum, mutuo aſpectu iterum fruamur. Neutiquam turbatus eſt ad hoc nuntium Joannes, utpote jam pridem ad illa animo comparatus: hoc tantum reponit; Benedicat te, fili mi, Deus Pater quem quæſiviſti; & unigenitus Patris Filius quem deſideraſti, & vivificus Spiritus cujus ſancta gratia ditatus es; unica illa & immenſa Deitas te ducat per omnia, illa ſecurum præſtet, illa conſoletur: qui benedixerint te benedicti ab illa erunt, & qui maledixerint maledicti. Adjiciat tibi Deus honorem, propter illum quo me proſecutus es, quoniam me ut alterum parentem honoraſti: Quid autem mater tua? Gratiam & miſericordiam impetret à Deo, quæ tanta mihi adjumenta ſubminiſtravit. Cum audiviſſent hæc, qui aderant Fratres, ſupremaque vale dicentis verba *praedicit mortem Joannis,* F *ejuſque ſuprema verba excipit.*

A. NICEPHORO.

verba esse animadvertissent, attoniti atque exanimati hærebant: & vix tandem, Ecquid de Symeone mandatum sibi vellet, interrogabant. Qui ait: Illud exopto, ut ardens studium virtutes Symeonis æmulandi animos omnium inflammet, & precibus ejus adjuvari mereantur; quoniam magnum, & honorabile Deo, vas electionis est. Postquam hisce verbis instituisset ipsos, & simul precibus Deo commendasset, paululum quievit, & quasi sopitus leni somno, decessit.

παρεσῶτες ἀκούοντες, καὶ ὅτι ἀῤῥόδια εἴη τὰ ῥήματα συνιέντες, ἀθυμοί τε καὶ κατηφεῖς ἐσήκεσαν. Ἔπειτα μύτοι, Καί τινας ὑποσκήπτεις ἡμῖν σὺ τολὰς περὶ τοῦ Συμεὼν; ἐπηρώτων· ὁ δέ φησιν, Ἵν' ἀνθρώποις γε πᾶσι σπουδὴ γένηται φοιτᾶν ὡς αὐτὸν, καὶ ἵν' παρ' αὐτοῦ εὐχῆς ἀξιῶσθαι, ὅτι μέγα τι καὶ τίμιον ἐκλογῆς σκεῦός ἐστι τῷ Θεῷ. Ὁ μὲν οὖν ταῦτα εἰπὼν, καὶ συνταξάμενος αὐτοῖς, ἅμα καὶ ἐπευξάμενος, καὶ παραδέμενος αὐτοὺς τῷ Θεῷ, ἔτα μικρὸν ἡσυχάσας, καὶ ὥσπερ ὕπνῳ καταληφθεὶς, ἐξεδήμησε.

D

CAPUT VI.

Orationis tempora: dæmones superati: potestas contra illos & virtus miraculorum cælitus data.

Tempora & modus orandi ac dormiendi Symeonis:

46 IOannis ex hac vita exitus, austerioris vitæ principium Symeoni fuit: qui, dolori & compunctioni majori se daturus, modium alium, nulla fenestella perforatum, impositum columnæ subit, veluti ipsius lucis usura aspectuque se privans. Hic per integrum pene diem, ad horam scilicet nonam usque, continenti vacabat orationi: horâ autem nonâ thurificationis officium alia excipiebat oratio: deinde sole jam occumbente aliâ denuo exordiebatur, à qua tandem sole diem reducente desistebat: ac tunc demum illud sibi occinens; In pace in idipsum dormiam & requiescam; quoniam tu, Domine, singulariter in spe habitare fecisti me, somnum perinde ac famulum accersebat, indulgebatque illi parcissime, ad necessarium dumtaxat corporis usum. Oratio autem ejus erant, Psalterium totum & Mosaicæ cantiones, plagæque dextera inflictæ pectori (nam sinistra ad Deum tendebatur) & veluti rivuli lacrymarum pannosam detritamque lacernam irrigantes: hæc vero excipiebat lectio atque meditatio divinorum oraculorum. Incensum quoque dextera prehensum offerebat sæpe Deo, & fumus (ô quis mirabilia Domini annuntiabit?) sine prunis sublime ferebatur: alias vero audiebatur simul psallere cum turba, simulque Alleluia subjicere. Longissimo sæpe tempore nihil omnino somni oculis videbat, adeo ut triginta interdum noctes integras totidemque dies continuaret, rogitans Deum, expertem somni vitam ducere: verum, gratia intus loquente, arcanum tacitumque responsum accepit; Oportet aliquantulæ quieti te tradas.

Συμεὼν ὁ τοῦ ἐκείνου ἐκδημίαν ἀρχὴν οἰκείων καθάπερ ἀγώνων ποιούμενος, τῷ τε πένθει καὶ αὖθις προσίθησι, καί τινα μὴ ὁ θυρίδα ἔχουσα μόδιον ἐπὶ τοῦ κίονος ὕπεισιν, οἷα καὶ αὐτοῦ φωτὸς ἀποστερῶν ἑαυτόν. Εὐχὴ ὁ παρ' ὅλων σχεδὸν ἡμέραν ἄχρι τέως ἀνάτης ὥρας διηνεκὴς αὐτῷ ἦν· κατὰ μύτοι τοῦτον ἀνάτου, εὐχὴ πάλιν ἡ τοῦ θυμιάματος τοῦτο εὐχῇ διεδέχετο· ἔτα ἡλίου ἤδη δυομένου, εὐχῆς ἑτέρας ἀρχόμενος ἀνίσχοντος πάλιν ἐπαύετο· τοιαῦτα γὰρ ἐκεῖνα ἑαυτῷ ὑπελέγων, Ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι καὶ ὑπνώσω, ὅτι σὺ Κύριε καταμόνας ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με, τὸν ὕπνον ὅσα καὶ οἰκέτην ἐκάλει, διακονήσαι μικρὸν αὐτῷ παρὸς τοῦ ἀναγκαίαν τοῦ σώματος χρείαν. Ἡ εὐχὴ ὁ, τό τε ψαλτήριον ὅλον, καὶ αἱ τοῦ Μωσέως ᾠδαὶ ἦσαν, πληγαί τε καὶ τῶν στέρνων τῇ δεξιᾷ (ἡ ἀριστερὰ γὰρ παρὸς Θεὸν τέταλο) καὶ δακρύων ὀχετοὶ τὸ τρύχινον ἐκεῖνο λούονλες ἔνδυμα, ἐξῆς ὁ ἀνάγνωσις καὶ θείων μελέτη λογίων. Θυμίαμα μύτοι λαμβάνων τῇ δεξιᾷ, προσέφερε πολλάκις Θεῷ, καὶ ὁ καπνὸς (ὁ Θεός μου, τίς ἀπαγγελεῖ τὰ θαυμάσιά σου!) καὶ χωρὶς ἀνθράκων ἀνήει· ἄλλο τε δὲ καὶ ὄχλου συμψάλλοντος αὐτῷ ᾠδάνελο καὶ συναποδιδόντος τὸ Ἀλληλούϊα. Τὰ πολλὰ δὲ ὁ δὲ ὕπνου τὸ παράπαν ἐγεύετο, ὥστε καὶ τριάκονλα νύκλας ὅλας καὶ ἡμέρας ἴσας ἐπέμεινε, προσευχόμενος ἀπαλαγὴν ὁ τοῦ ὕπνου μέθης· ἀλλ' ἐῤῥέθη μυστικῶς αὐτῷ καὶ ἀποῤῥήτως ὑπὸ τοῦ χάριτος, Ὅτι δεῖ σε βραχὺ καθεύδειν.

B

C

E

F

Dæmonem sub variis formis vincit.

47 Hæc iterum adversus illum armaverunt dæmonem, ad insidiandum ei tunc quoque antiquo suo instrumento usum, sub illo tamen discrimine, quod in Paradiso blandis lenociniis persuadere, hic gravi terrore dejicere conatus sit. Submisit itaque serpentem, horribiliter hiantem sibilantemque, & mordere minitantem: quem vir sanctus, audaci manu juxta ac mente apprehensum, valide allisit contrivitque, donec sanctis illius manibus elapsus in terram, evanuit ex oculis, demissa ad pedes Sancti pelle, ut erat, squamis tectâ, pro irrefragabili testimonio miraculi. Gravissime illud sensit impostor: tum omnes in unum vires colligens, comprehensam per ambitum columnam in terram dare laborabat: verum gratia divina, in modum fulguris cælestis emicans, machinatores illos velut flagello compellebat arripere fugam, horrendum frementes atque ejulantes. Non hic stetit invidia inimici: alas volucris sibi adaptat, & faciem pueri assimilans, conspectui Symeonis se offert; qui efformato Crucis signo confestim, ut ventus fumum, dissipavit hostem. Tunc plausibus tumultibusque cum ingenti sono supra caput ejus in aëre excitatis, in ipsum facturus impetum videbatur: magnæ quoque molis saxum ex parte australi in columnam jacit; quæ impetu illo eversa fuisset, nisi

Ταῦτα δεινῶς ὥπλιζε πάλιν τὸ πονηρὸν ἐπ' αὐτὸν, ὅθεν παρὸς τοῦ ὄφεως τῷ παλαιῷ καὶ νῦν ὀργάνῳ χρώμενον· πολὺ ὅσον ἐκεῖ μὲν πείθειν, σὺ ταῦθα δὲ φοβεῖν ἔμελλεν. Ὑποβεβλήκει γὰρ ὅφιν αὐτῷ, φοβερόν τι χάνονλα καὶ συῤῥίπτοντα, καὶ δακεῖν ἀπειλοῦντα· ὁ ὁ θαῤῥαλέᾳ καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ λαβόμενος, πάντων ὧν κομιδῇ καὶ σωτηρίων, ἕως τῶν ὁσίων χειρῶν ἐκείνων διολισθήσας καὶ κατὰ γῆς πεσὼν, ἀφανὴς ἐγεγόνη, αὐτᾶις ὡς εἶχε φολίσι τὸ οἰκεῖον ἔνδυμα παρὰ τοὺς αὐτοῦ πόδας ἀφεὶς, τοσοῦτο θαύματος ἄφευδες μαρτύριον. Τοῦτο χαλεπωτέρα γίνεται πληγὴ τῷ βασκάνῳ, καὶ τὰς οἰκείας δυνάμεις συναγαγὼν, τόν τε κίονα κύκλῳ διαλαβὼν, ἀνατρέπειν αὐτὸν εἰς ἔδαφος ἐπειρᾶτο· ἀλλ' ἡ θεία χάρις, ὥσπερ τις ἄνωθεν ἀστραπὴ διάθυσα, φεύγειν ὅσα καὶ μάστιγι τούτους ἐλαυνομένους ἐποίει, μέγα τι καὶ δεινὸν ἀλαλάζονλας. Ἀλλὰ τὸ φθόνου σὸν οὐ λῶν ἠρεμεῖν, ἀλλὰ πέτρυγας πετεινοῦ λαβὼν ὁ ἐχθρὸς, τὸ πρόσωπον ὃ παιδίῳ ἄκαρο τῷ προσώπῳ, προσβάλλει τοῦ Συμεών· ὁ ὃ τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον διαλυπώσας, ὡσεὶ καπνὸν αὐτίκα διασκεδάζει. Ἔπειτα μύτοι χρότοις συναερίοις καὶ θορύβοις καὶ ἤχοις ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτοῦ κέχρητο, ὅθεν

ὡς

A ὡς ἐπ' αὐτόν ὄπιθεν· ὁ μὲν ἀλλὰ καὶ ἀθρόον ἐκ νότου λίθῳ μεγάλῳ τὸ κίονα βάλλει· καὶ ὁ μὲν περιλείπει, ἡ θεία δὲ χάρις ἐν ὁμοιώματι περιστερᾶς εὐθέως ὑπεφανεῖσα, τῷ περιλοιπῷ ἴσχυσιν. Ἐξῆς δὲ καὶ χεῖρας αὐτοῦ δεσμεῖν τῷ πονηροῦ πειρωμένου, τῷ παλαιῷ καὶ πάλιν φαρμάκῳ τῷ σταυρῷ κἀνταῦθα χρησάμενον, εὐθὺς αὐτοῦ τὸν δυνάμιν σβέννυσι.

Τέλος οἷά τις ἀναιδὴς αὐτῷ προσεισι πᾶς, μέλας ὅλος καὶ ἰδεῖν αἰσχρὸς, χεῖρας ἰταμῶς ὑπερβαλὼν, καὶ εἰς Συμπλοκὴν ἐλθεῖν ἐπειγόμενος, Ἔτι τὸ ἄπαξ τοῦτο λέγων παλαίσω σοι, καὶ εἴπερ σὲ καλισχύσω σε, τὸ γοῦν παρὸν ἀπελεύσομαι. Ταῦτ' ἔλεγε, καὶ μετὰ μεγάλων ἤχων καὶ θορύβων ἐπῆει, ταραχῆς πάντα πληρῶν, ἵνα τῷ παραλόγῳ τὸ ἐφόδου καὶ καταπλήξῃ. Ὁ δὲ μηδὲν ὑποπτεύσας, ἀλλὰ πρὸς τὸ οἰκεῖον ὅπλον εὐθὺς τὰς εἰς Χριστὸν βλέψας ἐλπίδας, εὐψύχως τε τῷ πάλῳ καὶ νεανικῶς ὑποσὰς, λαβόμενος αὐτοῦ τῶν χειρῶν, ὀπίσω τε περιαγαγὼν αὐτὰς καὶ δεσμήσας, ἀφανῆ τίθησι, κενὰς αὐτοῦ τὰς ἀπειλὰς ἀποδείξας. Εἶτα ἡδύ τι πρὸς οὐρανὸν ἰδὼν, τοὺς εὐχαριστηρίους, εἰ δὲ βούλει, ὑπερνικίους προσῆγεν ὕμνους Θεῷ, φῶτα
B ποιήσας καὶ κηρὸν ἑκατέρᾳ χειρὶ καλέχων, οἷς Σωματείῳ τὸ ὑπερνίκιον, οὐ γὰρ πρότερον ἡ γλῶττα τῶν ὕμνων ἐπαύλο, ἕως τοῖς κηροῖς καυθεῖσι τὸ φῶς ἔσβεσε.

Ἐν τοσούτῳ δὲ ὁρᾷ (ἀλλὰ πῶς ἂν τὰ χρείττω λόγου λόγος γνωρίσειε; φρίνη γάρ με καὶ πρὸς τοῦ μνήμου ἐισέρχεται) ὁρᾷ τοίνυν, καὶ ἰδοὺ ἀνέῳκτο μὲν ἐξ ἀναλόλων ὁ οὐρανὸς, καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐπ' αὐτοῦ Χριστὸς ὁ Θεός· ὅρασις δὲ ὡς ἠλέκτρου κύκλῳ περὶ αὐτὸν ἐν φωτὶ καὶ πυρὶ στρεφομένου, Μιχαήλ τε καὶ Γαβριὴλ οἱ τῶν ἁγίων Ἀγγέλων πρῶτοι, ὁ μὲν ἐκ δεξιῶν πρᾴως ὁ δὲ ἐξ ἀριστερῶν παρεστῶτες, τό τε τῶν νεφελῶν πλῆθος ὑποπόδιον αὐτοῦ καθάπερ τις κονιορτὸς ποδῶν αὐτοῦ. Χεῖρας τοιγαροῦν ὁ Συμεὼν αὐτίκα καὶ ὄμματα καρδίας πεμάσας, ἐδεῖτο τοῦ ὀφθέντος, ὡς εὐδοκήσαι καρποὺς ἀγαθοὺς αὐτῷ δι' αὐτοῦ προσαχθῶσι. Τί οὖν σιλαῦθα! Ὁ τοὺς δοξάζοντας αὐτὸν ἀντιδοξάζειν ἰδὼς καὶ πολλῷ τῷ μέσῳ Θεὸς, νεύσας τοῖς δακτύλοις ἐσφράγισε τρίς· καὶ ἰδοὺ οἱ δαίμονες, ὥσπερ αἰγῶν καὶ χοίρων βοσκήματα ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς (ἦν δὲ καὶ τοῦτο τῷ Συμεὼν δεδομένον ῥάβδος τε διὰ χειρὸς αὐτῷ βεβαιοῦσα τοῦ ἐξουσίαν) καὶ φεύγειν ἐκεῖνοι πάντες ἀγεννῶς ὡρμημένοι, ὅσα τε καπνὸς ἢ χοῦς ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ ἐκλείποντες.

Τῇ ὄψει τοίνυν ταύτῃ καὶ τὰ θαύματα ἠκολούθει, καὶ πάντες ὅσοι πνεύμασι πονηροῖς ἢ καὶ ἄλλοις πάθεσι κάμνοντες ἐκείνῳ προσήεσαν, ἐλεύθεροι τοῦ λυποῦντος ἕκαστος ἐπανήεσαν. Ἐωρῶντο γὰρ αὐτῷ τε τῷ Ἁγίῳ, καὶ πολλοῖς ὅσοι καὶ τοιαῦτα δηλαδὴ βλέπειν ἠξίωντο, Ἄγγελοι Κυρίου τρεῖς, ὁ μὲν ἐκ δεξιᾶν, ἄτερος δὲ ἐξ εὐωνύμων, ὁ δὲ ὄπιθεν ἑστῶτες τοῦ Συμεὼν, τό, τε μέλαν αὐτοῖς ἐν χεροῖν, καὶ τῶν ἀθλιῶν μελλόντων ἕκαστος τοῦ ἁγίου λέγοντος, ὡς ἐν Σωματείῳ λευκοτέρῳ καὶ χιόνος ἐγράφετο· οὐ καθ' ἕνα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ πλῆθος θεραπείας οἱ προσιόντες ἐτύγχανον. Προσῆλθον γάρ ποτε πολλοὶ κατὰ ταὐτὸν δαιμονῶντες, καὶ ἀφρὸν τοῦ στόματος παραπλέοντες· ὧν ἑκάστῳ σφραγῖδα ποιήσας, τοῖς τε πνεύμασιν ἐν ὀνόματί φησι τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ δι' ἡμᾶς σταυρωθέντος ἀπαλλαγὴν παραγγείλας, ἀπαλλαγὴν παρεχρῆμα παρασκευάζει, μέγα βοῶντα καὶ ὑγιῶς ἔχοντας τοὺς ἄνδρας ἀπολιπόντα, νηφαλίῳ στόματι τὰς αἰνέσεις τοῦ Θεοῦ μεγαλοῦντας. Οἱ μὲν οὖν κυκλοῦντες αὐτὸν

gratia divina, in similitudine columbæ apparens, ruentem stitiflet. Postea etiam, eodem spiritu vinculis constringere manus Symeonis tentante; hic ad pharmacum, jam pridem contra illius venenum præsentissimum, sacrosanctum, inquam, Crucis signum confugiens, cunctas tentantis vires infregit. A. NICEPHORO.

48 Denique, uti puella quædam effrons, viro Dei accedit, totus niger, totus aspectu deformis: manusque collo jam jam injecturus, & in complexum ruere festinans, Certaminis, inquit aleam, adhuc semel tecum luctans, jaciam: & siquidem non prævaluero tibi, in præsentia recedam. Isthæc elocutus grandi cum sono strepituque irruit, omnia replens tumultu, ut vel ipsa invasionis insolentia terrorem incuteret. At ille neutiquam se avertens consueta corripuit arma, spem; scilicet in Christo positam, alacrique ac generoso animo certamen aggrediens, manus hostis apprehendit, easque post tergum adductas vincivit, atque ita ex oculis recedere coëgit, edoctum vanas esse ejus minas. Deinde suaviter in cælum sublatis oculis, hymnos Deo in gratiarum actionem, aut si ita vis in victoriæ obtentæ commemorationem cecinit, accenso ad hoc cereo quem utraque manu tenebat, cuique epinicia sua
E commensurabat; non enim prius cessabat à cantu lingua, quam consumptâ cerâ lumen extingueretur.

49 Interea temporis (verum quæ oratio res, omni eloquentia superiores, explicet? me certe ad nudam illarum memoriam tremor occupat) interea, inquam, videt Orientem versus apertum cælum & inibi Dominum nostrum Jesum Christum: videbatur autem veluti circulus quidam ex electro, multo lumine & flamma rutilante, ipsum ambire; vibebantur & Archangeli Michaël atq; Gabriël, placide à dexteris alter, alter à sinistris constituti; videbantur denique nubes plurimæ, quæ erant suppedaneum illius apparebantque veluti pulvis pedum ejus. Confestim igitur Symeon, manibus mentisque oculis elevatis, adorabat illum, qui sibi apparebat, ut juxta beneplacitum ipsius fructus utiles in se progignerentur. Quid ad hæc ille, qui glorificantes se glorificare solitus est quantumcumque supereminens Deus? digitis innuens ter Symeonem signavit: atque ecce dæmones, tamquam caprarum porcorumque greges, super faciem terræ (contra quos data Symeoni potestas fuit, & in confirmationem potestatis virga in manu ejus) omnes imbelles facti, illico in fugam se
F præcipitabant, veluti fumus aut pulvis à facie Sancti deficientes. *Cælitus ipsi confertur potestas in dæmones:*

50 Visionem hanc sua quoque miracula consecuta sunt; nam quotquot malis spiritibus aut alia quavis ægritudine vexati ad Symeonem accesserunt, liberati quisque malo suo reversi sunt. Viderunt etiam & Sanctus ipse, & plures alii, quibus ea gratia concessa fuit, tres Angelos Dei, quorum alter ad dexteram, alter ad sinistram, tertius pone tergum Symeonis stantes, atramentum manibus tenebant; & qui sanitatem consecuturi erant, jubente Sancto, velut in sindone, ipsa nive candidiore, scribebantur: neque singuli tantum, sed quam plurimi etiam simul, qui salutis causa accesserant, referebant obtentam. Nam multi aliquando à dæmonibus infesti, spumam ore ejectantes, Symeonem adiverunt; qui impressit singulis salutare Crucis signum; jussitque spiritus in nomine Filii Dei, pro nobis in crucem suffixi, inde facessere: atque illi, nulla interposita mora abitum parantes multumque vociferantes, reliquerunt homines liberos & incolumes, puro ore laudes Deo celebrantes. Ceterum qui circumstabant Symeonem Angeli, ad miracula & medicationes opem suam conferentes, ita ipsi adstiterunt *& virtus patrandi omnis generis miracula*

A. NICEPHORO.

aliquo tempore : deinde pro more juſſi ſcribere à Sancto, negarunt id ſe facturos impoſterum, dicentes: Auctus es perſpicua Dei potentia & virtute : cuncta deinceps te intercedente evenient pro fide accedentium tibi ; patrabuntur miracula per impoſitionem manuum tuarum, per tactionem melotes, per fimbriam ſacci, per virgam palmeam, quin imo per pauxillum pulveris ad te dati, & ſolam nominis tui invocationem : ubicumque enim memoria tua recoletur, ibidem & gratia Dei præſto erit, omnem omni tempore infirmitatem curatura. Videbunt te multi in domibus, in itineribus, in quovis opere ſuo ; & quicumque precabuntur Deum per interceſſionem tuam, in ſolitudine, in montibus, mari, terra, carcere, ſervitute exiſtentes, ſanitatem per te recuperabunt : omnibus afflictatis tu eris refugium, gaudentibus omnibus ſecuritas eris : quiſquis crediderit electum Dei ſervum eſſe te, ſuper draconem & baſiliſcum gradietur, & ambulabit ſuper ſerpentes & ſcorpiones, ſuperior omni veneno inimici. His dictis abierunt Angeli, Symeon autem ex illo tempore pluribus etiam miraculorum gratiis affluxit, adeo ut cæcis per ſolam ipſius precationem lumen oculorum concederetur. Sed ea nunc ſigillatim proſequamur.

per tactum, virgam, pulverem, aliaque.

B

Ἄγγελοι, καὶ πρὸς τὰ θαύματα καὶ τὰς ἰάσεις διακονούμενοι, παρέμενον ὅτως αὐτῷ μέχρι καιροῦ· εἶτα κατὰ τὸ Συμεών· Οὐκέτι, φασὶν ἐκεῖνοι, γράφειν ὑ μὴ προσθῶμεν, ηὔξωται γὰρ ἐν σοι περιφανῶς ἡ τοῦ Θεοῦ δωρεᾶ, καὶ πάντα λόγῳ καὶ δυνάμει λοιπὸν καλὰ τὰ τῶν προσερχομένων πίστιν γενήσεται διά σου, ἐν ἐπιθέσει χειρῶν σου, ἐν ἁφῇ μηλωτῆς σου, ἐν κρασπέδῳ τοῦ Σάκκου σου, ἐν τῇ βαΐνῃ σου ῥάβδῳ, ὑ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ ψιλῆς κόνεως παρά σου δεδομένης, καὶ δι' αὐτῆς ἢ τὸ τοῦ σοῦ ὀνόματος ἐπικλήσεως· ὅπου γὰρ ἡ σὴ μνήμη, ἐκεῖ καὶ ἡ θεία χάρις, πᾶσαν ἀσθένειαν κατὰ πάντα καιρὸν ἰωμένη. Ὀφονται δέ σε πολλοὶ καὶ ἐν οἰκείαις καὶ ἐν ὁδοῖς, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἔργοις αὐτῶν· καὶ πάντες ὅσοι δεήσονται τοῦ Θεοῦ διά σου μεσίτου, ἐν ἐρήμοις, ἐν ὄρεσιν, ἐν θαλάσσῃ, ἐν γῇ, ἐν φυλακῇ, ἐν ἀχμαλωσίᾳ, σωτηρίαν παρ' αὐτοῦ κομιοῦνται· πᾶσί τε θλιβομένοις ἔσῃ καταφυγὴ, καὶ χαίρουσιν ἀσφάλεια, καὶ πᾶς ὁ πεπιστευκὼς δοῦλον ἐκλεκτὸν εἶναί σε Θεοῦ, ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσεται, καὶ πατήσει ἐπάνω ὄφεων καὶ Σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Ταῦτα οἱ μὲν ἀπόντες, ἀπῆλθον, τῷ δὲ Συμεὼν ἔτι μᾶλλον ἐξ ἐκείνου τὰ θαύματα πλείω ἐπέῤῥει, ὡς καὶ τυφλοῖς ὀφθαλμοῖς φῶς διὰ μόνης ἐκείνου προσευχῆς χαρίζεσθαι. C D E

CAPUT VII.

Miracula circa energumenos, mortuum, & veneficia : alia per diſcipulos facta : mirabilis viſio.

Dæmoniaci liberantur.

51 Accessit viro ſancto mulier quædam, quæ puerum mutum & à dæmone obſeſſum habebat : cumque obſignatam feneſtram conſpicaretur, puerum ad columnæ baſin deponit. Continuo autem tamquam fulgur deſuper è melote Symeonis emicuit, cui additus ſonus auditaque poſt tergum vox eſt, quæ dicebat : Exi, impuriſſime ſpiritus, fugatus à Chriſto per gratiam Symeonis. Ita puer duplicis mali curationem accepit, non tantum vexatione dæmonis liberatus, ſed clara etiam voce Deum pariter ac famulum ejus magnificans. Deinde accedit vir quidam è Cappadocia oriundus, qui à difficili dæmone graviter torquebatur, clamans : Miſerere mei, ſerve Dei, quia à dæmone perimor : idque tribus diebus continuis factitare perſeverabat. Cumque tandem proſpexiſſet Sanctus, impurumque ſpiritum increpuiſſet, deinde & particulam ſacci ſui pro amuleto dediſſet homini, incolumem illum domum dimiſit. Is autem in quoſcumque incidiſſet ſimili malo laborantes (jam enim ex malo ſuo aliorum miſereri didicerat) datam ſibi particulam cum illis prompte communicabat : qui & ipſi ſanitatis participes facti, ad communem benefactorem Deum, gratias acturi, ſe conferebant.

52 Juvenem quemdam horrendum adeo in modum infeſtabat dæmon, ut humi ſe projiceret, turpiter unguibus laceraret, linguam etiam ſuam miſerabiliter voraret. Iſthunc infelicem divinus Symeon ad ſe progreſſum, ferventerque deprecantem, caſtigato verbis malo ſpiritu, liberat, & confeſtim belliſſime habentem exhibet. Antiochenum quemdam ſtomachi dolor invaſerat, tam acerbe inteſtina verſans, ut terræ ſæpius allideretur tamquam à dæmone proſtratus. Is itaque Sanctum adit, lacrymis teſtans cordis angores, iiſque levari precando contendens : quibus exoratus Symeon, oram pannoſæ veſtis ſuæ porrigit; moxque incolumitas dolentem conſequitur.

Mortuus ſuſcitatur.

53 Homo quidam, cujus ſorte extinctus erat filius, firmiter ſibi perſuadens, nihil per Sanctum non impetrandum, quod à Deo poſtulaſſet (quoniam ita

Ἵνα δὲ καὶ τὰ καθ' ἕκαστον ἐπεξίωμεν, προσῆλθέ τις αὐτῷ γυνὴ, τέκνον ἄλαλον καὶ δαίμονι κάτοχον ἔχουσα· καὶ ἡ μὲν ὑπτιασθεισμένῳ τῷ θυρίδα ἰδοῦσα, τίθησι τοῦτο παρὰ τὴν τοῦ κίονος βάσιν· παραχρῆμα δὲ οἵα τις ἀξέλαμψεν ἄνωθεν ἀπὸ τῆς μηλωτῆς ἀστραπὴ, τῇ δὲ καὶ ἦλθε Συμεὼν ξεύχιος, καὶ φωνὴ κατόπιν ἠκούετο, Ἐξελθε τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα, διωκόμενον ὑπὸ Χριστοῦ διὰ τὸν ἐν τῷ Συμεὼν χάριτος, λέγουσα· καὶ ὁ παῖς ἀπὸ τῆς διπλῆς εὐθὺς ἴατο μάστιγος, ὑ τὸ τοῦ δαίμονος μόνον ἐπηρείας ἀπηλλαγμένου, ἀλλὰ καὶ λαμπρᾷ γλώττῃ Θεὸν καὶ τὸν αὐτοῦ θεράποντα, μεγαλυνόντων. Μετὰ δὲ ταῦτα προσέσεισί τις ἀνὴρ αὐτῷ τῆς Καππαδοκῶν ὁρμωμένου, χαλεπῷ δαίμονι δεινῶς ἐταζόμενον, Ἐλέησόν με δοῦλε τοῦ Θεοῦ κράζων ὑπὸ δαίμονος θανατούμενον· τοῦτο δὴ καὶ εἰς τρίτην ἐξῆς ἡμέραν ἐπέμενε δρᾶν. Παρακύψας τοίνυν ὁ ἱερὸς Συμεὼν, τῷ τε πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ ἐπιτιμήσας, εἶτα καὶ κράσπεδόν τι τοῦ οἰκείου Σάκκου φυλακτήριον τῷ ἀνδρὶ δεδωκὼς, ὑγιᾶ τοῦτον οἴκαδε ἀπολύει. Ὁ δὴ οἷς ἂν αὐτύχοι πάλιν ὁμοίως πάσχουσι (πεπαίδευτο γὰρ τὸ Συμπαθὲς ἐξ ὧν πέπονθεν) ἑτοίμως τὸ δοθὲν μεταδίδου· οἱ θεραπείας καὶ αὐτοὶ τυγχάνοντες, τῷ κοινῷ προσήεσαν εὐεργέτῃ Θεῷ, καὶ αὐτῷ τὰς εὐχαριστίας ἀποδιδόντες.

Νεανίαν τινὰ δαίμων τοσοῦτον ἐλώβησε, ὡς ῥίπτειν ἑαυτὸν κατὰ γῆς, καὶ λίαν ἀσχημόνως σπαράττειν, ἤδη δὲ καὶ τὸ οἰκείας γλώττης ἐλεεινῶς παρατρώγειν. Τοῦτον τοιγαροῦν τῷ θείῳ Συμεὼν προσελθόντα, καὶ θερμῶς αὐτοῦ καταδεηθέντα, ἐπιτιμήσει κατὰ τοῦ πονηροῦ πνεύματος, ἐκεῖνος ἀπαλάττει τοῦ ἐνοχλοῦντος, καὶ ὑγιῶς αὐτίκα δείκνυσιν ἔχοντα. Ἀντιοχέα τινὰ κατεῖχε περὶ τὸ στόμαχον πάθος, οὕτω δεινῶς αὐτοῦ σπέφον τὰ ἔνδον, ὡς καὶ τῷ ἐδάφει προσερρίφθαι πολλάκις, οἵά τινι δαίμονι καταβεβλημένον. Οὗτος τοιγαροῦν προσέρχεται τῷ Ἁγίῳ, δάκρυσι μιαίνων τῶν τῆς καρδίας ὀδυνῶν, καὶ τοῦ πάθους ἀπαλλαγὴν δεόμενος.

A δεόμενος. Ὁ δὲ πρὸς τὰς αὐτοῦ δεήσεις ἐπικλασθείς, κράσπεδόν τι τοῦ οἰκείου ῥάκους ὀρέγει, καὶ τοῦτο θεραπεία παραχρῆμα τῷ πάσχοντι γίνεται.

Ἀνθρώπῳ τινὶ Συμεὼν τὸν υἱὸν τελευτῆσαι, ὁ δὲ μηδὲν ἀδυναλεῖν τῷ Ἁγίῳ πιστεύων ὅπερ ἂν τοῦ Θεοῦ δεηθείη (ἐπεὶ καὶ πέφυκε φύσει, πᾶν ὃ σφόδρα βούλεταί τις, τοῦτο καὶ ῥᾳδίως πιστεύειν) εὐθὺς παρὰ τὸ θεῖον Συμεὼν ἀποτρέχει, κλαίων πικρῶς, ὀλολύζων, κοπτόμενος, καὶ πολλοῖς ἄλλοις σχήμασί τε καὶ πράγμασι τοὺς καύσωνας τῆς καρδίας παρασημαίνων· Ἐλέησόν με, δοῦλε τοῦ Θεοῦ, λέγων, ἐλέησον ἄρτι θανάτῳ τὸν πᾶιδα ζημιωθέντα, ὃν ἐγὼ τῷ κοινῷ τῶν τεθνηκότων ἔθαψαν νόμῳ, ἐγὼ γὼ ἐπέβαλον ἤδη κειμένῳ, πιστεύων ὡς ὅπερ ἂν καὶ βούλῃ, ἀνύεις παρὰ Θεῷ· ἐμοὶ μὲν ἀλλὰ καὶ θαῤῥῶν σε τῇ χρηστότητι πάλιν, ὡς ἐμὲ παρόψει με, σφοδρῶς ὑπὸ τῆς φύσεως ἔτω τὰ σπλάγχνα κεκόμμενον. Ἔλεον τούτου τοίνυν λαβὼν, καὶ γόνατα θεὶς ἐπὶ γῆς, τοῦ ἄνωθεν πάλιν αὐτὸς ἐλέους ἐδεῖτο, καὶ γνοὺς ἀποῤῥήτως ὑπὸ τῆς χάριτος τὴν εἰς τὸ παῖδα τῆς ψυχῆς αὖθις ἐπάνοδον, ἀνασὰς, καὶ πρὸς τὸ πατέρα τοῦ παιδὸς ἐπιστρεφεὶς, Ἐν ὀνόματί, φησι, τοῦ B Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πορεύου, ὁ υἱός σου ζῇ. Ὁ δὲ τῷ λόγῳ παραχρῆμα πιστεύσας, καὶ οἴκαδε τὴν ταχίστην ἐπανελθὼν (ποία, μόνε τῶν ὠώνων ἀθάναλε βασιλεῦ, ἀκοὴ θαῦμα τοσοῦτον χωρῆσαι δυνήσεται!) ζῶντα τὸν υἱὸν εὑρίσκει· ὃν καὶ λαβὼν εὐθὺς ἢ παρ' ἐλπίδα μᾶλλον ἀπολαβὼν καὶ πρὸς τὸ Ἅγιον ἀναστρέψας, ποίας ἀγαλλιωμένῳ στόματι φωνὰς οὐκ ἠφίει; τίνας οὐκ εὐχαριστηρίους ὕμνους Θεῷ καὶ τῷ Συμεὼν ἀπεδίδω.

Οἷα δ' εἰκὸς πρυτανεύειν ὥσπερ ἡλικία τὸ Συμεὼν, οὕτω καὶ χάριτι, καὶ μᾶλλον ἐγγίζειν Θεῷ τῷ ἐγγίζοντι· ὁρᾷ μετὰ ταῦτα πάλιν (ἀλλὰ πῶς ἂν τὰ μὴ ὄντα νῷ λαμπρὰ λόγου ἑρμηνεῦσαι δυνήσεται; ἰλιγγιᾷ γὰρ ἤδη καὶ πρὸς τὸ μνήμιον, καὶ δέδιε προσβλῶσαι τοῖς ἑφεξῆς) ὁρᾷ τοιγαροῦν τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν, παρεστήκει δὲ καὶ θείων Ἀγγέλων τάγμασι, ἵππου τε πρὸ τοῦ Συμεὼν ἑστήκει τὸ ἔδαφος λευκὸς, καὶ διάδημα φέροντες τῶν Ἀγγέλων οἱ πρῶτοι, λίθῳ δὲ ἄρα λίθῳ τιμίῳ, σαυρός τε αὐτῷ προσεπεπήγει, καὶ ἁπλῆ ὅσα καὶ ἁρπακτὴ φωλίζων ὑπερανεῖχεν, ὥστε περιβαλεῖν αὐτὸν τοῦτο C καὶ βασιλεῦσαι. Ὁ δὲ πρὸς αὐτούς· Οὐκ ἀφαιρήσεσθέ, φησιν, ἀπ' ἐμοῦ τὸ τρύχινον ἔνδυμα τοῦτο, ὅπερ εἰς δόξαν Χριστοῦ ἡμφίεσμαι. Οἱ δὲ, Στεφανώθητι διὰ τοῦτο Θεῷ καὶ τῷ μονογενεῖ Υἱῷ αὐτοῦ, εἶπον, καὶ ὅσα προφύραν ἔνδυσαι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ βασιλεύσεις σὺν Ἁγίοις βασιλείαν ὐδέποτε λήγουσαν. Ταῦτα ἐπειδὴ ῥηθέντα τῷ Συμεὼν, ἁπλήσως ἐκεῖνον τὸ τοῦ σώματος νεκρώσεως ἔχων. ἄλλῳ τε ὄντι καὶ κόσμῳ, καὶ τῶν τοῦ κόσμου ῥήγνυσθαι σπεύδων, καὶ πρὸς Θεὸν καὶ τὰ θεῖα μᾶλλον ἀνάγεσθαι, ἀγενὲς εἰς τὸ δεσπότου ἰδὼν, Δέσποτα πάντων ἔφη καὶ ποιητὰ, ἐπεί με τὸν ἀνάξιον ἀξιοῖς Ἁγίοις Συμβασιλεύειν, δέομαί σου τῆς ἀγαθότητος μηκέτι με τῶν τοῦ βίου βρωμάτων μεταλαμβάνειν, μὴ δὲ σιτίοις ἀνθρωπίνοις χρῆσθαι. Ταῦτα τοῦ Θεοῦ δεηθεὶς, δεσποτικῆς ἀκούει φωνῆς εὐδοκούσης τοῖς αἰτήσιν, καὶ παραχρῆμα ἐνδύσιν αὐτὸν ἐπάνω τῶν ἀσκητικῶν ῥακίων καλασοχιὼ δόξης οἱ Ἄγγελοι, μεγαλοπρέπειάν τε καὶ ὡραιότητα, τό τε διάδημα τιθέασιν ἐπὶ τοῖς κεφαλοῖς αὐτοῦ, καὶ ὑπὸ τὸ φανέντα ἵππον καθίζουσιν. Εἶτα καὶ Σύμφωνον Ἀγγέλοις πᾶσι, Χριστῷ καὶ τῷ αὐτοῦ θεράποντι Συμεὼν ᾖδετο ὕμνος· αὐτός τε ὁ πονηρὸς τῷ Ἁγίῳ καὶ τὰ τοῦ πονηροῦ πνεύματα, οἷον καταπεπληγότα ἐδείκνυτο.

natura comparatum est, ut quod ardenter quis expetit, id impetratu facile credat) ilico ad divinum Symeonem accurrit, dolenter plorans, ejulans, plangens, multisque aliis modis atque factis æstum cordis sui exprimens; clamatque: Miserere mei, serve Dei, miserere filii mei, mihi nuper morte erepti; quem nondum, uti communis defunctis lex exigit, in sepulcrum intuli, nec quidquam terræ illi injeci; credens, quod tu perfectum des apud Deum, quidquid volueris; omninoque confido de benignitate tua, fore ut ne despicias me, naturali in filium amore totis visceribus æstuantem. Tactus commiseratione, cognitoque, secreto divinæ gratiæ instinctu, reversuram in puerum animam, surrexit atque ad patrem conversus; Vade, inquit, in nomine Domini nostri Jesu Christi; filius tuus vivit. Hic nihil de fide verborum dubius, celeritate qua potest maxima domum revertit: & (quæ autem mens, ô seculorum Rex immortalis & unice, tantum miraculum comprehendere valeat!) vivum invenit filium; quem continuo acceptum, aut potius præter spem receptum, itinere relecto, Symeoni sistit. In quas hîc voces exultabundus non resolvit os suum? quos in grati animi testimonium hymnos Deo Sanctoque non cecinit? E

54 Quemadmodum autem par erat, proficere tantum gratiâ Symeonem, quantum ætate; & propius accedere ad Deum, qui accedebat ipsi: conspicatur rursus (verum quæ dicendi facultas explicet, quod animus nequit comprehendere? caligat enim, facta solum rei mentione, timetque ad reliqua progredi) conspicatur, inquam, Dominum ac Deum nostrum. Præsto erant sanctorum Angelorum turmæ, stabat equus ante Symeonem colore candido, Angelorum primi ferebant diadema, quod erat ex pretioso lapide, cruxque affixa illi erat; & stella, in modum fulguris coruscantis, supereminebat, videbanturque illo redimire Symeonem & creare Regem. Hic autem ita illos alloquitur: Non auferetis mihi tritam hanc lacernam, quam pro gloria Christi indutus sum. Illi contra: Per hoc, inquiunt, Deo ejusque unigenito filio coronator, & tamquam purpuram induitor Spiritum sanctum; & dominaberis cum beatis mentibus in regno numquam terminando. Posteaquam hæc dicta excepit Symeon, inexplebiliter in corpusculum suum sævire cupidus, divellique à mundo mundique rebus, & propius ad Deum divinaque accedere festinus, irretortis in Dominum oculis, sic inquit: Domine & conditor rerum omnium, quandoquidem me indignum dignatus fueris pari cum Sanctis tuis gloria atque regno; precor Benignitatem tuam, ut ne qua deinceps necessitas incumbat mihi, vitæ sustentandæ causa, hominibus consueta cibaria sumendi. Hæc precatus inaudit vocem Domini, benevole assentientis petitioni: advolantesque velociter Angeli asceticam super lacernam induunt eum stola gloriæ, majestatis ac decoris; diademate cingunt caput ejus, & super equum, qui apparebat, imponunt eum. Post hæc consonus hymnus Angelis omnibus Christo & famulo ejus Symoni canebatur: ipse autem nequam spiritus cum suæ nequitiæ sociis, veluti profligatus, exhibebatur Sancto.

55 Post divinam hanc revelationem, secuta sunt alia, præmissis similia & admiranda. Homo quidam gravi odio, nec leviori invidia senem quempiam prosequens, veneno ipsum aggredi statuerat: partim igitur tantum effecit, ut senex cum filiis (pater quippe erat) in terram prostratus, partim vero ut pecudes ejus in præcipitia actæ sint. Factâ per id tempus, uti fieri assolet, annonæ caritate in eremo, defi-

A. NICEPHORO.

Visione mirabili certior fit de salute.

Petit, ut possit sine cibo vivere, & obtinet.

Familiam totam veneficiis purgat.

A. NICEPHORO.

deficientibusque monachos & pauperes panibus, Angelus in somnis adstitit seni, dixitque : Surge, accipe frumentum, & ad virum Dei Symeonem proficiscere : ac frumentum quidem cibandis pauperibus atque monachis portabis ; tu vero, recepto lacernæ ipsius frustillo, familiam, quibus adstringitur vinculis solutam, postliminio gaudebis. Ille mox gressu alacri, sed animo alacriore, frumentum advehit: deinde acceptam terræglebam atque aquam sub columna deponit. Tum vero totum se in preces effundit coram Sancto, exponit calamitatem, orat ferventissime, pro se ut deprecetur, & quæ appositа erant cibaria impertiat benedictione sua, atque è pannosa lacerna sibi largiatur aliquid. Votorum autem compos factus, domumque ut poterat reversus, ducto à se initio omnia ad minimum usque lustrali illa aqua conspergit ; idque sufficit adversus veneficia ; integrâ, non tantum seni, pueris, jumentis, sed universæ quoque domui sanitate redditâ.

56 Hujus deinde exemplo venêre plures ad virum Dei non uno malo laborantes : alios morbi varii, alios dæmones infestabant. Pro singulis ille supplex Deo factus, impositisque manibus, quas semper secundum divina præcepta sublatas habebat, doloris causam ab universis removit. Famâ porro de Symeone deque miraculis ejus quotidianis longe atque late pervagatâ, confluentibus ad se ingenti numero turbis, cum sufficere unus ipse nequiret, laborem cum discipulis partitus, consecratas iis virgas porrexit : quas ipsi ægre habentibus, ac præcipue à malo spiritu infestis admoventes, inquiebant: Hæc dicit servus Dei Symeon (ut nos quoque verborum, Angelica illius lingua prolatorum commemoratione sanctificemur) Exite impuri spiritus è creaturis Dei. Nec mora, videbantur per omnes sensus expelli. Virtus autem illa miraculosa, cuique virgæ indita, trium hominum sanatione circumscribebatur : dein Symeon iterata factione illam iterum benedicebat, inde miracula ut prius operantem : id autem sapienter sic instituerat Sanctus, ne inanis gloriæ cogitatione discipuli auferrentur.

B *Virtutem miraculorum cum discipulis communicat.*

Μελὰ γοῦν τὴν θείαν ὑπόφασιν ταύτην, ἀκόλουθα πάλιν τοῖς προλαβοῦσι τὰ ἐπαγόμενα. Ἄνθρωπος γάρ τις γέροντι δεινῶς ἐχθραίνων, καὶ σφόδρα διαφθονούμενος φαρμάκοις ἐπ' αὐτὸν ἐχρήσατο· τὰ δὲ, ἄρα τοσοῦτον ἔδρασαν, ὡς αὐτὸν μὲν καὶ παῖδας (ἐτύγχανε γὰρ υἱοὺς ἔχων) εἰς γῆν καταῤῥήγνυσθαι, τὰ δὲ τούτου κλίνη καλὰ κρημνῶν ἐλαιοφόρα φέρεσθαι. Ἐνδείας τοίνυν ἄρτων οἷα συμβαίνειν φιλεῖ πρὸς τὴν τῶν μοναχῶν καὶ τῶν πενήτων χρείαν ἐν τῇ μονῇ γενομένης, Ἄγγελος ἐν ὕπνῳ τῷ γέροντι παρασὰς, Ἀνασάς φησι, λάβε σῖτον, καὶ παρὰ τὸ θεῖον Συμεὼν πορευθεὶς, τὸν μὲν πένησι καὶ τοῖς μοναχοῖς τροφὴν κομιεῖς· σὺ δὲ κράσπεδον τῶν τριχίνων ἐκείνου λαβόντι ῥακίων, ἀνεθήσεται τὰ σὰ δεσμά. Σῖτον μὲν οὖν εὐθέως ἐκεῖ προθύμως ὠδί, προθυμωτέρα δὲ καὶ γνώμη κομίζει· ἔπειτα μύτοι βώλακα γῆς καὶ ὕδωρ λαβὼν ὑπὸ τῷ κίονι τίθησιν· εἶτα ἐκχέει τὴν οἰκείαν ἐνώπιον τοῦ Ἁγίου δέησιν, ἀπαγγέλλει τὴν θλῖψιν, δεῖται θερμῶς, ὥστε προσεύξασθαι περὶ αὐτοῦ, τά τε παρακείμενα εὐλογῆσαι, καί τι τοῦ τῶν ῥακίων αὐτῷ μεταδοῦναι κρασπέδου. Ἅπερ ὡς ἐδέξατο λαβὼν, καὶ οἴκαδε ὡς εἶχεν ἐπανελθὼν, ἀφ' ἑαυτοῦ πρώτου μέχρι καὶ τοῦ σμικροτάτου διαῤῥαντίζει, ὅπερ οὐκ αὐτῷ μόνῳ καὶ παισὶ καὶ βοσκήμασιν, ἀλλὰ καὶ ὅλῳ οἴκῳ πρὸς θεραπείαν τὰ φαρμακείας ἤρκεσεν.

Εἶτα πολλοὶ κατὰ ταυτὸν προσῆλθον αὐτῷ διαφόροις πάθεσιν, οἱ μὲν νόσοις ποικίλαις, οἱ δὲ καὶ δαίμοσιν ἐνοχλούμενοι· ὁ δὲ τούτων ἑκάστῳ θερμῶς ἐπευξάμενος, ἀλλὰ καὶ χεῖρας ἐπιθεὶς πρὸς Θεὸν διὰ πανὸς ἐλαίας ἀρομένας, ἅπασιν ἀπήλλαξε τοῦ λυποῦντος. Τῆς δὲ περὶ αὐτοῦ φήμης, καὶ τῶν ἑκάστης ἡμέρας θαυμάτων πανταχόσε διαδοθέντων, ὄχλος τε πρὸς αὐτὸν συῤῥέοντος πλείων, πλήθεσι τοσούτοις μόνος ἀρκεῖν αὐτὸς ὁ δυνάμενος, ῥάβδου εὐλογήσας παρέσχε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἅς τοῖς πάσχουσιν ἐκεῖνοι πάλιν ἐπιτιθέντες, καὶ μάλιστα τοῖς ὑπὸ πονηρῶν πνευμάτων κατεχομένοις, Τάδε λέγει, ἔφασαν, ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ Συμεὼν, ἵνα καὶ τῇ μνήμῃ τῶν τῆς Ἀγγελικῆς ἐκείνης γλώττης ῥημάτων ἁγιασθῶμεν, Ἐξέλθετε τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα ἐκ τῶν πλασμάτων τοῦ Θεοῦ· καὶ αὐτίκα διὰ πάσης αἰσθήσεως ἰὼ ὁρᾶν ἐλαιοφόρα. Ἑκάστη μὲν οὖτοι ῥάβδῳ ἄχρι τριῶν ἀνθρώπων ἡ τῶν θαυμάτων ἐνέργεια ὥριστο· εἶτα πάλιν ἀπόμοιον αὐτῆς ἐκεῖνος ηὐλόγει, καὶ παραπλησίως αὐτὴ πάλιν τοῖς θαύμασι κέχρητο, Θρῶς αὐτοῦ καὶ τοῦτο οἰκονομοῦντος, ὥστε μὴ λογισμῷ τοὺς μαθητὰς κενοδοξίας ἁλῶναι.

CAPUT VIII.

Abiguntur feræ & hostes : revelantur calamitates & eveniunt : deseritur S. Symeon à discipulis.

Fera ad nomen Symeonis mitigantur :

57 VErum enimvero quis singula Symeonis gesta miraculosa recenseat ? quæ lingua enarrandis, quæ manus conscribendis, quæ oratio explicandis sufficiat ? Vir quidam, Georgius nomine, non admodum longe in solitudinem progressus, inciderat in feras : cumque esset inops consilii, Sancti nomen in suppetias advocat, quo facto rictus ferarum ilico constringuntur. Neque id tantum, sed ad Sanctum quoque omnes, ita ut erant, curriculo tendentes, ora sua columnæ basi imponunt, tamquam gnaræ, quis sibi id vinculi injecisset, ac more precantûm ibidem persistentes, solutæ sunt. Atque illud etiam plus admirationis habet, quod prius quam advenissent feræ, quid illis factum esset, Symeon circumstantibus prænuntiasset.

58 Regio Antiochiæ subjecta tam frequentibus scatebat feris, specie diversimodis & insidiando perniciosis, ut non viri tantum feminęque tuti non essent ab illarum lanienа, sed infantes quoque

Invocato illo abiguntur.

Ἀλλὰ πῶς ἄν τις τῶν τοῦ Συμεὼν θαυμασίων ἕκαστα καταλέγοι ; ποία δὲ γλῶττα διακονήσειεν αὐτοῖς, ἢ χεὶρ ; ἢ τίς εἰς ἑρμηνείαν ἀρκέσειε λόγος. Ἀνὴρ γάρ τις ὄνομα Γεώργιος ὁ διὰ μακρῆς τὴν μονὴν θηρίοις περιπεπλώκει· ἐν ἀμηχάνῳ τοίνυν εἰδὼς ἑαυτὸν, τὸ τοῦ Ἁγίου ὄνομα καλεῖ πρὸς ἄμυναν· καὶ παραχρῆμα δεσμοῦνται τοῖς θηρίοις αἱ σιαγόνες. Καὶ τοῦτο θαυμαστὸν μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ παρὰ τὸ Ἅγιον ὡς εἶχεν εὐθὺς δρομαίως τὰ θηρία ἐλθόντα, τιθέασι τὰ σώματα παρὰ τὴν τοῦ κίονος βάσιν, καθάπερ ὅθεν αὐτοῖς ἡ πέδη ἀφανόμενα, κἀκεῖθεν αὐτόματα καὶ λαμβάνοντα λύσιν. Κἀκεῖνο πάλιν θαυμασιώτερον, ὅτι καὶ πρὸ τῆς θηρίων παρουσίας, τὰ περὶ αὐτῶν τοῖς παροῦσιν ὑπὸ τοῦ Συμεὼν προηγόρευτο.

Πολλοῖς ἔβρυεν ἡ χώρα θηρίοις ἡ ὑπὸ τὴν Ἀντιόχου κειμένη, τότε εἶδος ποικίλοις, καὶ τλῶ ὀπιβυλλῶ ὀλεθρίοις, ὡς οὐκ ἄνδρας μόνον καὶ γυναῖκας ὑπ' αὐτῶν διαφ-

A διαφθείρεσθαι, ἀλλὰ καὶ παιδία τούτοις ἐκ τῶν οἴκων ἄρπαγμα γίνεσθαι, ὁδῶν τε αὐτὰς καὶ γεωργίας ἀποκεκλεῖσθαι, εἰ μὴ καλὰ πλῆθος ἀθροισθεῖεν, καὶ χεὶρ ἱκανὴ πρὸς ἀντιπαράταξιν γένοιντο. Ἀνίασι τοίνυν πρὸς τὸ Ἅγιον οἱ τὴν χώρας, ἀπαλλαγὴν αἰτοῦντες χαλεποῦ γαστονήματος. Ὁ δὲ πρᾴως ὑπολαβὼν, Ἀδελφοί μου, ἔφη, τεκμήριά εἰσι ταῦτα τοῦ Θεοῦ καθ' ἡμῶν δικαίας ὀργῆς καὶ κινήσεως· φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Ἀπόστολος Παῦλος, ὅτι διὰ ταῦτα ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας, ἅ τινά εἰσι, πορνεία, ἀκαθαρσία, πάθος, ἐπιθυμία κακὴ, πλεονεξία ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία· διὸ πάσῃ φυλακῇ τηρήσωμεν ἑαυτοὺς, μηκέτι λυπῆσαι τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθημεν εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως, ἐν ᾧ καὶ τοὺς ἀρραβῶνας ἐλάβομεν ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου· θέλει γὰρ ὁ παλαιὸς τοῦ οἰκτιρμοῦ τὴν ἡμέλειαν τῶν ἀσώτων ὑῶν τῶν ἐξ αὐτοῦ μακρυνθέντων μελάνοιαν, ἵνα διὰ τῆς καθαρᾶς θυσίας τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ, Κυρίου ἡμῶν καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, πρὸς αὐτὸν ἐπιστρέψωμεν. Δι' οὗ καὶ τὴν ἄφεσιν καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν, ὃς καὶ νῦν ἡμῖν ἵλεως
B γεγονὼς, ἐπιτιμήσει τοῖς θηρίοις τοῦ δρυμοῦ, καὶ οὐκέτι φόβος ὑμῖν ἐξ αὐτῶν ἔσται ἔδεσις ἔσαι, ἀλλὰ τὸ λοιπὸν ἐλεύθεροι τούτων βλάβης διαμενεῖτε. Ταῦτα οἱ μὲν ἀκούσαντες, ὅλῳ σώματι Θεῷ καὶ τῷ Συμεὼν κεχαρίσαντο· τὸ δὲ τῶν θηρίων πλῆθος ἐξ ἐκείνου τὴν χώρας ἀπήλαυνον.

Νεανίας τις ἄνωθεν τοῦ Δάφνης, ἀνίσχοντι προσβλέψας ἀτενὲς τῷ ἡλίῳ, τὸν ὀπτικὸν σβεννύμενον διώκαμεν· τῶν ἄλλων τοίνυν ἀπάντων οἱ τοῦτο γονεῖς ἀπογνόντες, ἅπασι λυχνίαν ἐπ' ὀνόματι Χριστοῦ, καὶ τῷ θεράποντι αὐτοῦ Συμεὼν, ἔτι καὶ θυμίαμα προσαγαγόντες· καὶ αὐτίκα τῷ νεανίσκῳ (ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου Κύριε, ἧς ἐνεργάσω τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπί σε!) τὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὖθις ἐπάνεισι φῶς. Ἕτερον ὑπό τινος νόσου τὸν κοιλίαν διώγκωτο· ἰατρικὰς τοίνυν τέχνας οἰμώζειν εἰπὼν, τὸ θεῖον Συμεὼν εἰς ἴασιν τοῦ πάθους ἐκαλεῖτο. Καὶ δείκνυσιν ὕπνος αὐτῷ τὸν ἄνδρα Σωτῆρι, ἐπιθέντα τῷ πάθει τὸ Εὐαγγέλιον· καὶ Σωαπέπτη τῷ ὕπνῳ τὸ πάθος, καὶ ὑγιὴς ὁ κακῶς ἔχων διυπνιζόμενος, τῷ Ἁγίῳ προσελθὼν τὸ γεγονὸς ἀπαγγέλλει.

C Οὕτω δὴ τῶν παρ' αὐτοῦ θαυμάτων ἴσα καὶ πολλαμοῖς χεομένων, Σωέρρευσάν ποτε πρὸς αὐτὸν ὄχλοι πολλοὶ, κηροὺς ἀνάψαντες, καὶ τύτους ἐπὶ καλάμων πηξάμενοι, Θεῷ τε δὶ αὐτοῦ προσφέροντες ἀναθήματα· ἐπειδὴ καὶ τοῦτο δεκτὸν ἑκάστου ἤδει θυσίαν, ὅπερ ἂν δι' αὐτοῦ προσενέγκοι. Ὁ δὲ πρὸς ταῦτα μὲν καὶ λίαν ἀπαραδέκτως εἶχε· πρὸς δὲ τοὺς ὄχλους· Εἰ καὶ τὰ παρ' ὑμῶν, ἔλεγε, προσφερόμενα λαμβάνειν αὐτὸς, ἀδελφοὶ, μὴ βουλοίμην, παλαιὰν φυλάττων καὶ ἡλικιώτιν Σωτηρίαν· ἀλλὰ δεκτὰ γεγένηται ἤδη Θεῷ, τῷ ἀνενδεεῖ μὲν ἀπάντων, μόνην δὲ προαίρεσιν παρ' ἡμῶν εἰς ἀγαθὸν ἀπαιτοῦντι· ὅπερ ἐλύπει τὰ πλήθη, καὶ σφόδρα τὴν ἑκάστου καρδίας ἥπτετο, εὐπροσδέκτου καθάπερ αὐτῷ τῆς θυσίας ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένης. Τοῦτο τοίνυν ἰδόντας τοὺς μαθητὰς βουλεύσασθαι καθ' ἑαυτοὺς, ὥστε χρύφα λαμβάνειν τὰ κομιζόμενα. Ὁ δὲ μὴ δὲ τῶν ἐνθυμήσεων αὐτῶν ἀγνοήσας, αὐστηρότερα φωνῇ καλέσας αὐτοὺς, Ἠγνοήκατε, φησὶν, ὑμῖν, ὅτι πόλε ἄρα πεπόνθει παρὰ τῷ Ἰσραὴλ, ὁ τῷ χαλεπῷ πάθει τῆς φιλαργυρίας ἁλοὺς, καὶ τὸ χρυσοῦν βάγλωσσον Σωλήσας τοῦ ἀναθέματος; τί δὲ Γιεζὴ τὸ Ἐλισσαίου παιδάριον, ὅπως τῶν Νεεμὰν λέπραν καλεδικάσθη; ἀλλὰ καὶ Ἰούδας αὐτὸς τῆς ἀποστολικῆς ἐκπεσὼν χάρι-

domibus ſuis, ubi latebant, extracti iiſdem præda cederent; viæ omnes intercluderentur, & agricultura ceſſaret, niſi forte tanto numero convenirent, ut apta ad reſiſtendum turma forent. Legantur ergo iſtius regionis quidam ad Sanctum, ut petant liberari tam læva vicinitate. Ille autem ut erat manſuetus, hoc orantibus reſponſi dedit: Indicia hæc ſunt juſtæ indignationis, qua nobis ſuccenſet Deus. Dicit quippe Apoſtolus ejus Paulus; Quia propter hæc venit ira Dei in filios diffidentiæ; qualia nempe ſunt, fornicatio, immunditia, paſſiones, prava deſideria, avaritia quæ eſt idolorum ſervitus. Quapropter omni ſedulitate cuſtodiamus noſmetipſos, ne deinceps triſtitia afficiamus Spiritum ſanctum, in quo ſignati ſumus in diem redemptionis, in quo & arrham accepimus in ſpem vitæ ſempiternæ: vult enim Pater miſericordiarum, ut nos, libidinoſi filii, procul ab ipſo aberrantes, pœnitentiam agamus, ut per ſacrificium mundum unigeniti illius filii, Domini noſtri & Dei & Servatoris Jeſu Chriſti, ad ipſum convertamur. Per quem enim jam pridem remiſſionem obtinuimus, & acceſſum ad Patrem habuimus, is nunc quoque propitius nobis factus caſtigabit feras ſilvarum, nec umquam poſt timendum vobis ab illis erit, perpetua indemnitate fruituris. Hiſce illi auditis pleno ore Deo ac Symeoni gratias perſolverunt: feræ autem ex illo tempore, è dicta regione abeuntes, ſoſum verterunt. A. NICEPHORO. Eph. 5. 6. E

59 Adoleſcens quidam ſupra Daphne *a*, fixo obtutu ſolem orientem intuitus, facultatem amiſerat videndi: cujus parentes, omnibus aliis remediis deſperatis, in nomine Chriſti & famuli ejus Symeonis, candelam accendunt, inſuper & incenſum offerunt: cum è veſtigio (quam multiplex eſt benignitas tua, Domine, quam ſperantibus in te exhibuiſti!) oculi adoleſcentis iterum illuminantur. Alter, cui venter morbo quodam intumuerat, nihil arte medica levaminis expertus, Symeonem remedium doloris ſui poſtulabat: ecce autem ſalutaris ſomnus exhibet illi virum, ſacrum Euangelium dolenti membro imponentem, quo ſomnus pariter & dolor depulſi ſunt. Sanus igitur poſt ſomnum factus, qui male habuerat, ad Sanctum acceſſit, & quod contigerat renuntiavit. a *Cæcitas & tumor ventris curantur.*

60 Dum ita Symeon miraculoſa beneficia quaſi pleno effundit alveo, accidit aliquando turbas ad illum frequenter confluere, accenſos cereos ſummis arundinibus infixos præferentes, anathemata Deo per Symeonem oblaturas: noverat enim quiſque acceptabile id ſacrificium fore, quod per illius manus immolatum fuiſſet. At ille dona quidem minime rata habuit atque accepta; turbas vero ita eſt allocutus: Oblationes veſtras ego non admiſero, Fratres, antiquæ & hodiernæ conſuetudinis ſervandæ ſtudioſus: verumtamen acceptatæ jam à Deo ſunt, qui rerum noſtratium nil indigus, ſolam intentionem bonam boni conſulit. Quæ oratio triſtitiæ non mediocri turbis fuit, & animos non aliter pupugit, quam ſi reprobata oblatio fuiſſet. Quod animadvertentes diſcipuli conſilium inierunt inter ſe, ut clam ſubducerent quæ allata erant. Verum Symeon, quem cogitationes illorum haud fugiebant, ſevera voce advocatis dicit: Numquid ignari eſtis, quanta olim paſſus ſit Iſraël propter eum, qui avaritiæ gravi affectui ſe tradidit, & linguam *b* auream rapuit ex anathemate? Quid Giezi, puer Eliſæi, nonne lepræ, qua Naaman fuerat infectus, damnatus eſt? Quid memorem Judam, qui è numero & gratia Apoſtolorum excidit, proditor magiſtri ſui factus; & ſtrangulatus crepuit medius? Ad hæc verba exanimati timore diſcipuli, proni ſe in terram dedere, veniam deprecantes; quam ubi impetrarunt, ſurgentes *Concupiſcentia diſcipulorum caſtigata.* b

A. NICEPHORO.

gentes multis sese incusavere ob priora sua cogitata.

Revelantur ipsi calamitates Antiochiæ immittentes:

61 Revelata quodam tempore Symeoni sunt mala quæ super Antiochiam inducenda essent. Erant autem hujusmodi: Angelus gladium tenens manu in aëre ferebatur supra civitatem. Inclamavit igitur Sanctus Dominum pro ea toto corde, fletitque ut alter Moyses coram illo, ut averteret furorem illius, impediretque ne majore iracundia inflammaretur. Dicit autem Dominus ad illum: Ecce clamor peccatorum urbis illius ascendit ad me, iram ac furorem meum incurrit impia: disperdam ipsam in peccatis suis: immittam ignem, & gladium, & mortem: ipsa irritavit me per idola sua, ponens mensam dæmonibus & Fortunæ; ego quoque per gentem insipientem irritabo ipsam. Hanc visionen non poterat propter comminationum atrocitatem supprimere Symeon; sed advenientibus quibusdam Antiochiâ ad se, viris integritate vitæ insignibus, rem totam cum animi sui gravi sensu narravit; eventu quoque propediem subsequente. Non multum enim intercessit temporis, cum Deus Chosroën Persarum Regem, & Chaldæos illi subditos, gentem bello acrem juxta ac celerem (velociores namque dicuntur equi illorum pantheris, & ferociores Arabiæ
B lupis) velut aquilam prompte advolantem ad escam,
c ex oriente suscitat; qui gravi exercitu civitatem *c* cinxerunt. Symeon igitur ad Dominum rursus elevavit vocem suam pro illa, si forte super iis quæ prius erat comminatus pœniteret, & propitius fieret peccatis civitatis, nec disperderet illam aut traderet gladiis Assyriorum. Verum nihil manifesti signi
e reddebat Dominus, quoniam ira furoris ejus abundabat, & misericordia absconderat se à facie illius. Constituit ergo Symeon denuo illum precibus interpellare; cum ecce, Non me pœnituit, inquit, sed certo certius traditurus sum civitatem, & alii quidem in ore gladii occasuri sunt, aliis in servitutem abreptis: tibi vero crucem meam insigne pacis constituam, quæ te conservet; uti non ita diu post videbis.

quas deprecari non potest.

Alia visio de urbe expugnata:

62 Videt itaque in raptu mentis Gratiam sanctissimi Spiritus, crucem manu præferentem, advolantemque ad se; videt & Angelos binos eamdem cingentes, in quorum manibus arcus tensi, & jacula emitti parata. Illo autem, quid isthoc rei esset percunctante: Crux, inquiunt, salvum te & securum
C adversus hostes quoscumque præstabit; tela vero impetum eorum, qui hostili modo te invadere conantur, retundent inexpugnabili virtute Dei, qui tui custodiam ubique nobis demandavit. Hac admirabili visione Sancto exhibitâ; altera protinus succedit hujusmodi. Videbatur sibi videre urbem scalis ad mœnia applicatis oppugnari, barbarisque jam ingressis, intus lamenta & væ personare; tantâque anxietate plena esse omnia, ut non pauci è muris foras se in præceps misere darent, salutem suam fugæ crediturí. Videt deinde duas urbis portas, qua septemtrionem qua meridiem spectat, apertas, & frequentes admodum per illas sese subducentes: tamquam parcente Deo sanguini justorum inibi versantium, & non sustinente bonos cum impiis disperdi rum iri. Ostendebat illi visio monachos quoque è suorum numero duos, metu barbarorum profugos, seque è fratrum sodalitio per pusillanimitatem proripientes, quorum in barbarorum manus incidentium, alter quidem gladio finiebat vitam, alter in captivitatem abducebatur.

quæ reipsa completur.

63 Et hæc divinarum revelationum summa erat:
d sequebaturque non multo post effectus *d*. Muri quippe Antiochenæ urbis conflagrarunt igni, eodemque per circuitum absumpta ipsa est; juvenes

τός τε καὶ τάξεως, προδότης τε τῶ διδασκάλῳ γενόμενος καὶ ἀπαγξάμενος, καὶ μέσος λακίσας; Πρὸς ταῦτα δὴ λειφθέντες οἱ μαθηταὶ, ῥίψαντες εἰς ἔδαφος ἑαυτοὺς, αἰτήσαντές τε συγγνώμην καὶ λαβόντες, ἀνέστησαν, πολλὰ σφισιν αὐτοῖς τῶν προτέρων ὀπτεμφόμενοι λογισμῶν. D

celebrans; cum diſcipulis, partim magiſtro ſuo ſolitudinem, qua præcipue illum delectari noverant inſtruentibus; partim aquam, ob exiguitatem & auferentium inde multitudinem, additis ciſternæ operculo & ſerâ ſibi recondentibus; cum, inquam, Symeon ſe in ſpiritu veluti ad ciſternam delatum videt, aquam utraque manu turbantem, eamque in altum tolli & inter multitudinem diſtribui jubentem. Convocatis itaque Fratribus imperat, ſeram ut auferant, quo univerſis aquare volentibus ad apertam ciſternam acceſſus pateat: Jam enim, inquit, ſupernа viſitatione mihi innotuit, aquam toto hoc anno non defecturam. Et fides dictis ſtetit: ex illo namque tempore omnes monaſterii incolæ ad pinſendum panem, ad coquendos cibos, ad reliquos uſus aquam inde hauriebant, imo & fabricæ indidem ſuppeditabatur: adde quod accedentes etiam ad Symeonem turbæ non ſolum inde biberent, ſed & vaſa diverſa & totos utres implerent, aquam pro munere domum conferentes; nec tamen umquam illo anno ciſterna fuit exhauſta. A. NICEPHORO.

100 Vigilius quidam, famulus domeſticus olim Patriarchæ Ephraim felicis memoriæ, toto corpore paralyticus, tertium jam annum ad ſacras ædes jacuerat, medicisque ſe curandum commiſerat: quorum arte nihil conſecutus niſi quod manifeſtius jam conclamatum eſſet de vita; tantum uti truncus exanimis, aut potius ſpirans cadaver, ad Sanctum advehitur. Jacitur miſerandum ſpectaculum ante faciem viri benigni, multum trahens ſecum miſerationis; quam & impertiri paratior hic erat, quam ille qui petebat accipere. Ait igitur; Si credis, fidem tuam, quam de filio Dei habes, poſſe tibi mediante me reſtituere ſalutem; ſurge ut potes, & ambula. Ille mox quam poterat clariſſima voce exclamans; Credo, Domine, poſſe te per famulum tuum omnia. O viſitationem divinam! ô breve verbum magnæ apud Deum potentiæ! Exſiliit ilico, redditaque debita Sancto veneratione, è monte deſcendens, ad balneum quod Tiberinum dicitur curſu contendit; tum quod gaudium ſuum capere animo non poſſet, nec ſe præ voluptatis abundantia continere, tum quod feſtinaret prioris infirmitatis reliquias abluere. Et deſcenſus ille quidem de monte ſtadiorum circiter viginti duorum erat; quem decurrit extenſis ad Deum manibus; ore lætitia, & labiis exultatione repletis. Lotus autem curſim eâdem ad Sanctum properat, ſæpiuſque iterato deſcenſu atque aſcenſu idem factitat, idque eadem die; ut factis ipſis, confirmatam ſibi valetudinem eſſe, fidem faceret: tandem benedictione accepta à Sancto, tetendit in urbem, cunctorum oculis admirabile ſpectaculum ob ſanationem non opinatam. *Paralyticus medetur.*

CAPUT XIII.

Variæ ecſtaſes & vaticinia, preceſque pro avertendis calamitatibus.

101 IN ecſtaſi aliquando Symeon vidit infinitam virorum, mulierum, ac puerorum turbam, ex Oriente ad ſe venientium, quorum manus præferebant cruces, ora ſacros hymnos promebant, & capita ſuperne ſanctus Spiritus obumbrans progredientes comitabatur: cumque propius facti conſcendere mira- *In ecſtaſi videt multos venire ad ſe,*

A. NICEPHORO.

mirabilem montem viderentur; Noſtine, inquit Symeoni Spiritus, quinam hi ſint & unde ad te? Illo negante; a Iberorum ait, in Oriente gens eſt, amatura te propter nomen meum, ventura aliquando ad te, expertura re ipſa gratiam ſanationum tibi datam, & prædicatura per univerſam regionem ſuam geſta tua, cunctos ibidem fideles belle ædificans: nonnulli quoque his ipſis ſedibus habitantes, rebus tuis perutiles atque idonei erunt. Talia tum in ecſtaſi Symeon, quæ paucis poſt diebus in effectu conſpexit. Venerunt quippe Iberorum turba, famâ miraculorum ejus exciti, cruces manibus geſtantes, preceſque illi ſuas, imo & morbidos atque dæmoniacos magno numero offerentes: & hi quidem præter ſpem omnem tam mirabiliter curati ſunt, ut multi rei miraculo capti, habitare apud Sanctum petierint; exauditique, in monaſterio illo reliquum vitæ exegerint, monaſtico inſtituto plurimum delectati.

a

uti & calamitates impendentes;

102 Huceuſque perducta oratione, quo deinde ſermone quæ reſtant proſequar? quæ verba rebus dicendis paria inveniam? jam nunc enim ad ſolam mentionem mihi trepidat animus, & manus præ timore contrahitur, non audens narrationi horrore pleniſſimæ ſuam operam locare. Vidit Symeon per illud tempus in ſpiritu ſeiptum, ſacroſanctum Euangelium ſuper pectus tenentem, Tyro egreſſum, Hieroſolymam, vicina deſerta, in iiſque aſceteria, & quidquid verſus meridiem regionum eſt, ſpeculando inſpiciendoque diligenter velut ad cuſtodiam obiiſſe; inde Laodiceam atque Antiochiam delatum ſimili modo cuncta inſpexiſſe; denique occurriſſe Angelorum agmen, & quaſi quid iſthæc portenderent inter ſe dicentium, Quis Antiochenis dicet hæc, qui veluti incurabiles nihil utilitatis ex te recipiunt? Id autem non tamquam ipſos calumniantes dicebant, quod prorſus alienum ab Angelica natura eſt; ſed ut ne illud clam Symeone haberet gratia. Poſt hanc viſionem; Graves, inquit Sanctus ad circumſtantes, impendent mundo comminationes. Væ væ! ultionis tempora venerunt: ſed orationi vos date, Fratres.

B

pro quibus avertendis; hortatur ſuos ut orent:

103 Non mediocrem iſthæc dicta timorem injecerunt audientium animis: illis vero plura etiam ex illo diſcere cupientibus, ipſe quidē longiori tempore conticeſcens, agente divina gratia, toto immutabatur vultu; Fratribus autem graviorem metum curamque ſilentio ſuo ingerebat: deinde velut ad ſeipſum redux, dejecto triſtique admodum vultu atque habitu, iterum; Intentius orate, inquit, Fratres, ne in tentationem incidamus: niſi enim Deus propitius nobis redditus fuerit, & latam contra iniquitates noſtras ſententiam retractaverit, orbis terrarum ſubvertetur propemodum univerſus. Vidi namque, ait, & video refertam virtute Dei omnem non modo terram, ſed & aëream & ætheream regiones eàdem plenas; ſic ut nullus omnino uſpiam locus ab ejuſmodi terribili virtute vacuus ſit: quæ & brevi tempore quidquid creatum eſt evertit, donec me viſio illa deſtituit, tam triſti ſpectaculo immorari diutius non ſuſtinentem.

C

amotaſque eſſe intelligit,

104 Cum hæc dixiſſet, rurſum ſpiritu agente ſanctior illi viſio objecta eſt, atque erat hujuſmodi. Aperti fuerunt cæli, quibus imminebat aër tantæ puritatis atque pulchritudinis ut nihil ſupra, idemque videre ſimul & eloqui vir ſanctus non poterat. Virtutes cælorum ibidem ordine conſtitutæ duplicem formabant phalangem, aliis alias ſequentibus, & omnibus communiter inclinantibus capita: ſupra has thronus in medio aëre terrifice elevatus, nulla re nixus aut ſtabilitus, ipſo aëre velut in aſcenſum aptato. Sedebat in illo Dominus

ρευόμενον· ὡς ἦ ἄδη προσάγοντες τῷ θαύματος ὄχλος D
ὑπερβάλλειν ἐδόκουν, Οἶδά, φησι τὸ Πνεῦμα τῷ Συμεὼν, τίνες ὗτοι, καὶ ὅθεν παρά σε ἀφιγμένοι; Τοῦ δ' ἀγνοεῖν εἰπόντος, τὰ Ἰβήρων ἔθνη Ἀνατολῶν ἔθνη, ἔφη, οἳ ἀγαπήσουσί σε διὰ τὸ ὄνομά μου, καὶ καλὰ χαρὸν ἀφίξονται παρά σε, τὸ τε δεδομένης σοι χάριτος τῶν ἰαμάτων ἔργῳ πειράσονται, καὶ καθ' ὅλης τὰ περί σου τὸ ἑαυτῶν χαρίσουσι γῆς, πιστὸς ἐν αὐτῇ πάντας οἰκοδομοῦντες· οἰκήσουσι δέ τινες αὐτῶν καὶ αὐτὴ σου τῇ καλαγωγῇ, εὔχρηστοί τε καὶ δεξιοὶ γενήσονται. Τὰ μὲν δὴ τότε φανείσης τῷ Συμεὼν ὄψεως ταῦτα, ἅπερ ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων τεθέαται. Ἦλθον γὰρ Ἰβήρων πλήθη καὶ φήμιν τῶν αὐτοῦ θαυμασίων, σαυρούς τε διὰ χειρὸς ἔχοντες, καὶ λιτὰς αὐτῷ, ὃ μικρὸν, ἀλλὰ καὶ πλήθη νοσούντων καὶ δαιμονώντων προσάγοντες· οἳ τοιαύτης ἔτυχον παρ' αὐτοῦ καὶ ὕτω παραδόξου θεραπείας, ὡς καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἀλόντας τοῖς ἐκείνου θαύμασι τὰς ψυχὰς, ἀτῆσαι τῶν παρ' αὐτῷ κατοίκησιν, καὶ λαβόντας μέτραν παρὰ τῆ μονῆ τοῦ λοιποῦ μοναδικῷ διαπρέποντας βίῳ.

Ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος, ποίᾳ πρὸς τὰ ἑξῆς χρήσομαι γλώττῃ; τίνα δὴ καὶ λόγον εἰς ἐξήγησιν εὕρω; φρίττει γὰρ ἄδην μοι καὶ πρὸς τῶν μνήμιον ὁ νοῦς, καὶ ἡ χεὶρ E
ὑπὸ δέους συστέλλεται, τοιούτοις ὑπηρετῶν ὃ τολμῶσα φοβεροῖς διηγήμασιν. Εἶδε γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸ χαρὸν ὁ Συμεὼν ἑαυτὸν ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος, τό τε θεῖον Εὐαγγέλιον ἐπὶ τοῦ ὤμου φέροντα, ἔκ τε Τύρου πρὸς Ἱεροσόλυμα καὶ τὸν ἔρημον ἐκεῖνον, τά τε καθ' αὐτὸν ἀσκητήρια, καὶ ὅσον τοῦ μεσημβρινοῦ κλίματός ἐστι, καθάπερ ἐπὶ φυλακῇ ζιζυφάως περιὸντα, ἐκεῖθέν τε καλὰ Ἀαοδίκειαν καὶ τὸν Ἀντιόχου γενόμενον, ἴσα τε καὶ περὶ αὐτὰ φυλακῇ κεχρημένον· εἶτα καὶ σίφων Ἀγγέλων αὐτῷ ὑπαντήσαντας, καὶ τί ὅτι θεὶ τοσαῦτα μέλλοι περὶ αὐτῶν ἐπόντας, Τίς Ἀντιοχεῦσιν ἐρεῖ ταῦτα, ὧν *ὀνίοις δὴ ἢ χρησὰ ὑπάλληψις περί σου; Ὅπερ ἔχ ὡς ἐκείνους διαβάλλοντες εἶπον (ἀλλότριον γὰρ πάντη φύσεως θείας διαβολὴ) ἀλλ' ὅπως μὴ ἦ τοῦτο παρὰ τὰ χάριτας τῷ Συμεὼν ἠγνοῆσθαι. Ταῦτα τὸ μὲν ἰδόντα, Μεγάλῃ τῷ κόσμῳ, φάναι πρὸς τοὺς παρόντας, ἐπήρτηται ἀπειλή. Οὐαὶ! οὐαὶ! αἱ ἐκδικήσεις ἡμῶν ἥκασιν, ἀλλὰ προσεύχεσθε ἀδελφοί.

an ὀνίοις ut ſupra?

Τὸ μὲν οὖν ῥῆμα φόβου μέτριον ἐνέσεισεν αὐτοῦ τὰς ψυχάς· ἀκοῦσαι δέ τι καὶ πλέον ἦν αὐτοῦ γλιχομένων, ὑπισχνεῖτο ἐκεῖνος ἄχρι πολλοῦ τὰς μὲν ὄψεις ὑπὸ τῆς θείας ἡλιοῦτο χάριτος, αὐτὸς δὲ ἀγωνίας ἡ F
σιγὴ καὶ δέους ἐπλήρου. Ἔπειτα μέντοι καθάπερ ἀναπαβὼν ἑαυτὸν, κατηφεῖ λίαν καὶ ὄψει καὶ σχήματι, Προσεύξασθαι καὶ πάλιν ἐκτενῶς, ἵνα μὴ παραδῶμεν ἀδελφοὶ, ἔφη. Εἰ μὴ γὰρ ἵλεως γένοιτο τὰ πρὸς ἡμᾶς ὁ Θεὸς, καὶ μειζόνων ἐπὶ τοῖς ἡμετέραις κακίαις, ἡ πᾶσα σχεδὸν οἰκουμένη καταγραφήσεται. Εἶδον γάρ, φησι, καὶ ὅλον πεπλήρωτο τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ πᾶσα ἡ γῆ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀὴρ αὐτὸς, καὶ τὰ ὑπὲρ γῆν, ὡς μηδένα μηδαμοῦ τόπον κενὸν ὅλως τῆς φοβερᾶς δυνάμεως ἐκείνης ἀπολελεῖφθαι, ἢ καὶ πᾶσαν μικροῦ (ὡσεῖπεῖν) κτίσιν ἕως διέσης τὰ τῆς ὄψεως ἀπ' ἐμοῦ, τοιούτοις οὐκέτι θεαύμασιν ἐνδιατρίβειν ὑπενεγκόντος.

Ταῦτα δὲ μὲν εἰπὼν, πρὸς ἐν αὐτῷ πνεύματος αὖθις καὶ θεωρίας γίνεται θειοτέρας· ἢ ἦ ἵν', ἀνεωγότες μὲν οἱ οὐρανοὶ, ὑπεράνω ἦ τούτων ἀὴρ τὴν καθαρότητα· καὶ τὸ κάλλος οὐκ ἔχων τίνι ὁμοιωθείη, ἀλλὰ ταυτὸν ἰδεῖν τε ἅμα καὶ εἰπεῖν ἀμήχανον. Αἵ τε δυνάμεις τῶν οὐρανῶν ἐν αὐτῷ καθάπερ ἐν διπλῇ φάλαγγι ταγμάτων παρεσκευῆσθαι, ἄνωθεν ἐχόμενον θατέρου, καὶ κοινῇ πάντες τὰς κεφαλὰς ὑποκλίνοντες· ὑπεράνωθεν δὲ αὐτοῦ θρόνον ἐν ἀέρι μέσῳ φοβερῶς ἐπαιρόμενον, οὐκ ἐπί τινος

A τινῶ βεβηκὼς ἢ σκιζόμψω, ἀλλ' αὐτὸν καθάπερ ἐπίβασιν τ ἀέρα ωεποιημψύω. Ὅτε Κύριω ἡμῶν ὁ Θεὸς ἐπ' αὐτῷ καθήμψω, ὁ ζάζων ἐφ' ἡμᾶς ὁ θυμὸς αὐτῷ· αὐτός τε οὕτω ὁ τῦ Θεοῦ θεράπων ωρὸ τ ἀπροσίτυ δόξης ἐκείνης νοερῶς ἐσηκώς, ὁ τῇ σωηθείᾳ ωαῤῥησίᾳ ὁ νῦν ὑπὲρ ἡμῶν χρώμψω, ὁ καλαλλάττων ἡμῖν τ θεῖον ὁ ἱλεούμψω, ὁ τῷ ὀργῷ ἀποστρέφων, ὅπερ ἐδήλῦτο μψὺ ὁ τοῖς ωαρῦσι τῇ τ ὄψεως ὀπτανείᾳ τῦ Συμεών, ωρὸς τ φαδρότερον ἠρέμα μεταβαλλόσῃ· αὐτὸς γὰρ τέως ἄφων ὢν, οἷα μὴ δι' ὃν ἑαυτῷ ὢν, ἀλλ' ὅλω τ ἀνεκφράστυ θέας ἐκείνης γεγενημψύω. Ὀλίγω δ ὕστερον εἰς ἑαυτὸν ὁ οὕτω ἐπανελθὼν, Ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν ἀδελφοί, ἔφη, ψάλατε· ψάλατε τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ψάλατε· ἔπεσε γὰρ ἔλεω ἡμῶν κατ' ὀφθαλμῦς αὐτῦ, ὁ ἐζήλωσε Κύριω τῷ γῷ αὐτῦ, ὁ ἐφείσαλο τῦ λαοῦ αὐτῦ ὅσας τέως ἐγὼ ωόλεις καὶ χώρας τῇ δυνάμει τ χάριτω οἶδα ωεριελθών.

Ταῦτα ωρὸς τὺς ωαρόντας διεξελθὼν, ἁρπάζεται ωάλιν ὑπὸ θεωρίας ἑτέρας τὺς τ ψυχῆς ὀφθαλμῦς· ὁ δ μψὺ ωρὸς ἀκταῖς ἑσάναι ταῖς τ Σελευκείας ἐδόκει, πλοῖόν τε καλὰ τ ἀέρα ὑπὲρ θαλάτης ὁρᾶν, ὅσα ὁ ὕδασι τῷ ἀέρι Ϛαλεῦον, ἀποσολλώ τε Ἀγγέλων θυμῷ ὁ ὀργῆς ὁ ωαροξυσμῷ μεγάλω ἐφεσάναι τῷ πλοίῳ, τῷ ἄνωθεν οἱονεὶ ῥοπῷ ἀναμψύοντας, ωνεῦμά τε ἀθρόον ὀπικαταπλὰν, τρὶς αὐτοῖς κατασεῖσαι τὰς χεῖρας, κλαῦσαί τε ωικρὸν οἷον ὁ Ϛυμπαθὲς, ὁ, Κόπλε ωρὸς αὐτὺς, ἐπλῆν, κόπλε, ὁ μὴ φείδω· τοὺς δ ὕτω τι μέγα ὁ βίαιον αὐτίκα ἠχῆσαι, ὡς ἀθρόον ταραχθῶναι ὁ τὰς ἀβύσσυς. Καὶ οἱ μψὺ ἀναίριοι ταῖς ἡιόσιν ὡρμήσαντο, ωόλεις δ ωαραχρῆμα ὁ κώμας ὁ Ϛωοικίας εἶχεν ἡ γῆ, πλῶμα χαλεπὸν κατενλωεγμψύας. Γενόμψω τοίνυν ὁ τῦ Θεοῦ δῦλω ἐν ἑαυτῷ, Προσεύξαδαι ὁ ωάλιν ἐκτενῶς, εἶπεν, ἀδελφοὶ χρή· εἰ γὰρ ὁ τλὼ χώραν ταύτλὼ ἀπαδῆ κακῶν διαφυλαχθῶναι ωροέφλω ὑμῖν, ὡς ἐκ τ θείας ἔχωμψω δανεῖν φιλανθρωπίας· ἀλλὰ μεγάλη ωαρὰ Κυρίῳ ὀργὴ, ὀργὴ θυμῷ αὐτῦ ἐν ωυρὶ ζήλω αὐτῦ τῷ κόσμῳ ἐκκέκαυται, διὸ ὁ μεγάλης ἡμῖν δεῖ ωρὸς αὐτὸν τ ὀπτροφῆς, ἀλλὰ ὁ τ ὑπὲρ τῦ ωαντὸς εὐχῆς.

Πάντας τοιγαροῦν Ϛωαθροίσας, ὅσοι τε τῷ αὐτῦ μαθητῷ ἦσαν, ὁ ὅσοι ωολλαχόθεν τλωικαῦτα ωαραβαλόντες ἐτύγχανον, ωαραγγέλλει κοινῇ ωᾶσι λιτὰς ωᾶρ' ὅλας ἡμέρας ἑξήκοντα ωροσάγειν Θεῷ, ἔτι ὁ τοὺς ἐπὶ ταῖς λιταῖς ὕμνυς αὐτὸς ὁ Ϛωθεὶς ὁ διδάξας, οἵυς ὥτα Θεοῦ ωρὸς ἑαυτοὺς ὀπτρέφειν. Ἐτελοῦντο μψὺ οὖν αἱ λιταὶ, τοῖς ἐκ τ ἱερᾶς ἐκείνης γλώτης ἱεροῖς καλεπαδόμψαι ὕμνοις· τοῖς δ ὄχλοις ἀνὰ τλὼ χώραν δεδιέναι τε ωρὸς αὐτὰς ὁ τρέμειν ἐπῆει, χρηστὸν ἐκ τῦ μέλλονω ὐδὲν ωροσδοκῶσι· ὁ μψύτοι ὁ τλὼ ψυχλὼ τ τῦ Ὁσίυ μήτρὸς καλέσεισαν αὖται, ὁ σεβασμίως ὅσα καλὰ ωνεῦμα ωατρὶ, μᾶλλον τῷ ὑῷ, ωροσελθῦσα, ωολλή τις λῷ αὐτῦ δεομψύη γνωριδλῶναι τλὼ αἰτίαν αὐτῇ, δι' λῷ ἐκείνῳ ωρὸς Θεὸν αἱ τ οἰκείων μαθητῷ ὁ τῦ ωλήθυς λιταί. Ὁ δ μητρικὰς οὐκ ἀτιμάσας δεήσεις, ἅπερ ὑπὸ τ χάριτω μεμύητο ἐκκαλύπλει· Μέλλει, ὦ μῆτερ, εἰπὼν, σεῖσαι, φεῦ! τλὼ γλῶ ὁ Θεὸς, ὡς ὃ πώποτε ωρότερον, ὅτι μὴ μόνον ἐπὶ τῦ δεσποτικῦ ὁ Ϛωτηρίυ ωάθυς, δι' οὗ ωαθὼν ἐγὼ ὁ θανάτυ ὁ τυραννίδω χαλεπῆς ἀπολέλυμαι· τῷ σεισμῷ δ ὁ συμπλώματα ἕψεται, καρδίας ἀνθρωπίνης δηλαδὴ θραύσμαλα. Οἷς ἐπὶ μᾶλλον ἐκείνη τ φόβον αὐξήσασά, ἅτε τῷ ἀχράντων τῦ Χριτῦ μυτηρίων χερσὶν ἐκείνυ ταῖς ὁσίαις μεταλαβῆν, ἀσφαλὲς φυλακτήριον.

B

C

nostri, & furor ejus effundebatur super nos: famulus autem ejus Symeon stabat coram throno inaccessibilis gloriæ illius, & consueta vocis libertate pro nobis interpellans, reconciliavit nobis ac propitium reddidit Numen divinum iracundiâ amotâ: idque innotuit præsentibus quoque ex claritate vultus Symeonis, ad formam lætiorem sensim se reducentis: eatenus enim mutus fuerat, acsi omnem sui usum perdidisset, totus ineffabili illi visioni intentus. Paulo pòst sibi redditus, exclamavit: Psallite Deo nostro, Fratres, psallite: psallite Regi nostro, psallite: quoniam emicuit à facie ejus misericordia, Dominus zelavit terram suam, & pepercit populo suo in omnibus, quas hactenus beneficio Gratiæ vidi & obivi urbes atque regiones. A. NICEPHORO.

105 Narratione illa absoluta, ad aliud denuo spectaculum abripitur mentis oculis. Videbatur sibi, in vicinis Seleuciæ littoribus stanti, navigium supra mare in aëre videre, istic non secus quam in aqua fluctuans. Destinati ad hoc Angeli, non mediocrem iracundiam, furorem, atque exeandescentiam præferentes, in illo stabant; divinum quasi nutum præstolantes. Tum celeriter spiritus devolans, ternum manu signum illis dabat; acerbeque flens (putasses, misericordia motum esse) Cæde, inquiebat, cæde nec ulli parce: quo audito, illi tam horrendum atque immanem ediderunt sonum, ut vel ipsa abyssus repente perturbata fuerit. Post hæc, qui in aëre apparuerant, impetu versus littora ruebant; unde mox urbibus, pagis, domibusque, quas terra illa habebat, ruina manebat miseranda. Cum ex hac mentis alienatione ad se Dei famulus rediisset, Par est, inquit, Fratres, iterum intentius orare: Licet enim regionem hanc malorum expertem servandam prædixi vobis, usque dum ex divina benignitate mors mihi obveniat; attamen magna ira Domini, ira furoris illius in igne zeli sui mundum inflammavit: propterea & converti nos ad illum ex tota mente, & pro omnibus precari oportet. *simile quid alia visione docetur.* B

106 Coâctis igitur in unum, quotquot discipulorum, quotquot & advenarum istic loci versabantur, omnibus communiter indicit preces per dies sexaginta Deo persolvendas: præter has autem orationes, hymnos quoque & præscripsit & docuit, quibus aures Domini delinitæ miseris inclinarentur. Funduntur ergo indictæ preces; sacrâ Symeonis linguâ sacros intercinente hymnos, potentius Deum moventes. At populum regiones illas incolentem timor inde atque tremor vehementior incessit, nihil deinceps boni expectantem; imo & matrem Symeonis eædem precationes graviter perturbarunt. Hæc itaque venerabunda velut in spiritu ad patrem, aut potius ad filium, adit, multis obsecrans, ut causam sibi aperiret quare preces illæ Fratribus ac turbis injunctæ essent. Non sprevit rogatus ille maternas preces; & quæ divinitus edoctus fuerat, cuncta manifestat: Conquassaturus est, inquit, ô mater, Deus terram gravius, quam umquam ante hac; illo tantum motu excepto, qui accidit in Domini ac Salvatoris nostri passione, per quam infirmus ego & morte & acerba tyrannide liberatus sum: motum autem varia consequentur symptomata, ita ut homines coràm animisque defecturi sint. Hisce maximo timore aucta Symeonis mater, intemerata Christi mysteria è sanctis illius manibus accipere petiit, ut pote certissimum securissimumque adversus ingruentia mala præsidium. *ob quam iterum preces indicit* F *b*

107 Postera die, erat illa Veneris, sub vesperam tam valide concussit Deus terram, ut non tantum ipsa *c*

A. NICEPHORO.

ipsa locis compluribus disrupta, montesque vi dissoluti sint; sed etiam mare fugerit à facie Dei, nequiens sustinere iratam: adeo ut non domus, & pagi, & urbes tantum, uti ostensum in visione Sancto fuerat, subsederint submersèque sint; atque impletæ fuerint comminationes, jam pridem ab aliquo Propheratum denuntiatæ; qui ait: Subvertam civitates terræ tuæ & auferam omnes munitiones tuas; verum etiam navigia, terræ aquâ destituræ allisa, comminuta sint, præterquam iis in locis quæ circuire sibi visus fuerat Sanctus: hęc quippe, secundum minime fallacem ipsius prædictonem, ab omni damno immunia, motui tempestatique superfuerunt. *d* Dies exinde labebatur nona, cum ab alio rursus spectaculo Symeon ad partes septemtrionales abreptus est. Exhibebat illud Angelum ad Comstantinopolim conversum, ter super illam concutere manum, & non sine lamentatione exclamare: Vę positis in hujus circuitu urbibus! quoniam visitatio illius, tametsi ex parte solum, instat.

& sic à gravi tempestate salvantur.

Micheæ 7. 11.

d *soli ii quos Symeon protegendos susceperat.*

108 His visis, Symeon ducens intra se gemitum, & manifestas interni doloris notas prodens, interrogatus à circumstantibus illasque animadvertentibus, rei causam; lamentabili quadam ex intimo corde educta voce, gravissimum animi affectum indicante; Parat, inquit, Deus magnam atque Regalem urbem, etsi ex parte tantum, invisere, & tum civitates tum pagos nonnullos circumjectos terræ motu convellere. Præterlapsis inde sex diebus, noctu *e* Constantinopolim motus quatere cœpit, subvertitque quasdam illius partes; subvertit quoque *f* Nicomediam, & Rhegium *f*, & partem Nicææ & alias non paucas civitates. Cum vero motus continenter perseveraret, ac terræ agitatio nihilo magis sedaretur aut quietius haberet; imo invalesceret potius ac multum intenderetur; sancti Symeonis mater, amplius intueri nequiens divinam indignationem in elementorum motione, tum de universi orbis salute anxia, ad filium recurrit; utitur fiducia quam sibi pariendi labor & natura dederunt, communem denique supplicationem auctoritate sua vehementer roborat: hæc autem fiunt, ut dignaretur coram Domino stare, furorem ejus avertere, justam extinguere iracundiam, reprimere flagellum, vulnus immedicabile intentans.

B *Constantinopoli calamitatem prædicit,*

e

f

quam matris precibus motus,

C 109 Hisce animo succensus Symeon, animo numquam, cum intercedendum pro nobis apud Deum est, torpente aut frigente; se ipso quodammodo inflammatior, & violentius misericordiam Dei exoraturus, includit sese; nec prius destitit ab oratione, quam divina gratia blando hilarique vultu spectandam se ipsi obtulit, & verba oris ejus invenerunt gratiam ac propitiationem apud Deum. Hæc populo supplicabundo, inquit, cantanda præscribite ad inhibendum flagellum. Fecit ergo quod suggesserat Deus, convocatosque discipulos, illic oberrantes, novum edocet canticum; tam exquisitum concinnumque, ut recitatione illius canentium linguæ sanctificentur, quod est hujusmodi. Quemadmodum tempore Moysis precibus placatus non sustinuisti conteri Israël, ita nunc quoque, Domine, exoratus desine succensere populo tuo, & ignosce plurimis peccatis nostris; ut tibi Christe, qui solus peccati expers es, secundum magnam misericordiam tuam gloria sit. Et discipulis mandatum Patris implentibus, fulcra terræ (quis, ô Deus, digne celebrabit miserationes tuas!) solidata sunt, & motus ex sententia cessavit.

tandem avertit,

docens discipulos novum canticum.

Τῆς δὲ ὑπάρξης, παρασκευὴ ἦν ἰοῦ, σαλεύει μὲν ὁ Θεὸς τὴν γῆν ὀψὲ τῆς ἡμέρας ὕτω σφοδρῶς, ὡς μὴ μόνον αὐτὴν πολλαχῆ διασχεῖν, τά τε ὄρη βίᾳ διαῤῥυβῆναι, ἀλλὰ καὶ τὴν θάλασσαν φυγεῖν, τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον ὑ φέρουσαν ὀργιζόμενον, ὡς ἐντεῦθεν οὐ πόλεις μόνον καὶ κώμας καὶ Χωροικίας κατὰ τὴν ὀφθεῖσαν τῷ Συμεὼν ὄψιν ἀθλίως καταπεσεῖν, καὶ πληρωθῆναι ἃ παρά τινος τῶν Προφητῶν ἠπείληται πόρρωθεν, Ἐξολοθρεύσω τὰς πόλεις τῆς γῆς σου λέγοντος, καὶ ἐξαρῶ πάντα τὰ ὀχυρώματά σου· ἀλλὰ καὶ τὰ πλοῖα γυμνῆ προσαῤῥάξαντα τῇ γῇ Χωτριβλῶναι, ἐκλὸς ὧν περιελθεῖν δέδοκτο τῷ Ἁγίῳ· ταῦτα γὰρ καλὰ τὰς ἀψευδεῖς ἐκείνου προῤῥήσεις, ἐλεύθερα τῆς ἐκ τοῦδε σεισμοῦ διαμεμυήκε βλάβης. Ἐνάτῃ δὲ ληλάθει ἐξ ἐκείνης ἡμέρᾳ, καὶ θεία πάλιν τὴν Συμεὼν καλὰ βοῤῥᾶν ἁρπάσασα ὄψις, τό, τε πνεῦμα βλέψαν εἰς Κωνσταντινούπολιν ὑπεδείκνυ, τρίς τε τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτῷ σείσαι, καὶ κλαῦσαν, Οὐαὶ σοῖς περὶ αὐτὸν πόλεσι φάναι, ὅτι ἐπισκοπὴ καὶ αὐτῆς, εἰ καὶ μερικῶς ὅμως ἔσαι.

Ταῦτα ὁ μὲν ἰδὼν, ἔσενε καθ' ἑαυτὸν, καὶ δῆλος ἰοῦ ἀλγῶν τὴν ψυχήν· Χωνεῖες δὴ οἱ περὶ αὐτὸν, ἐπωθάνοντο τὴν αἰτίαν· ὁ δὲ κατώδυνόν τι καὶ περιπαθὲς ἐκ μέσης ἀνοιμώξας καρδίας, Ὅτι μέλλει ποιήσαθαί φησι καὶ τὴν μεγάλης καὶ βασιλίδος πόλεως, εἰ καὶ μερικῶς, ὅμως ἐπισκοπὴν ὁ Θεὸς, καί τινας τῶν περὶ αὐτὸν, οἵμοι! πόλεών τε καὶ χωρῶν καλασεῖσαι. Μεθ' ἁγοῦ ἑκτὴν ἐξῆς ἡμέραν, σεισμὸς τὴν Κωνσταντίνου νυκτὸς ἐνεσκήψας, κατασρέφει μὲν αὐτῆς μέρη τινὰ, καλασρέφει δὲ Νικομήδειαν, καὶ τὸ καλούμενον Ῥήγιον, ὅ μὲν ἀπὸ καὶ Νίκαιαν ἐν τῷ μέρει, καί τινας ὅσας ὀλίγας ἑτέρας πόλεις. Τοῦ σεισμοῦ δὲ εἰς ἔτι προσμένοντος, κλόνος τε τῆς γῆς ὁ καθαρεύουσης ὁ δὲ ἡσυχαζούσης, ἀλλὰ καὶ Καλευομένης καὶ ἐντρόμου γεγενημένης, ἡ τοῦ θείου Συμεὼν μήτηρ, ὅσον ἐφ' οἷά τε οὖσα τὴν θείαν διὰ τῶν στοιχείων ὁρᾶν ἀγανάκλησιν, ἄπλωσε δὲ καὶ τὸ παντὸς Χωτηρίας περιεχόμενον, ἔρχεται παρὰ τὸν αὖθις, χρῆται τῇ ἐκ τῶν ὠδίνων καὶ τῆς φύσεως παῤῥησίᾳ, δεῖται θερμῶς διαῤῥῆναι τὴν κοινὴν πρεσβείαν. Γίνεται τοῦτο τὰ πρὸς αὐτὸν, ὅπερ ἐκεῖνον ἀξιοῖ τὰ πρὸς τὸν Θεὸν Χωτῆρα, περὶ τοῦ παντὸς ἱλάσασθαι, ἀποσρέψαι θυμὸν Κυρίου, σβέσαι δικαίαν ὀργὴν, σῆσαι μάσιγα πλήσειν ἀνιάτως κεκινημένην.

F

Οἷς ἐκείνου τὴν καρδίαν ἀναφλεγεὶς, ὃ δὲ ποτε πρὸς Θεὸν ὑπὲρ ἡμῶν σβεννυμένην, καὶ αὐτὸς ὥσπερ ἑαυτοῦ θερμότερος γεγονὼς, ἀλλὰ καὶ σπλάγχνα δυσωπῆσαι Θεοῦ βιαιότερος, ὅπερ κλεισάμενος ἑαυτῷ τὰς θύρας, ὃ πρότερον ἀνῆκε δεόμενος, ἕως ἡ θεία χάρις αὐτῷ ἱλαρὰ καὶ χαρίεσσα ὤφθη, καὶ ἃ διὰ σώματος ἔχοντα εὗρεν, ἱλασήρια πρὸς Θεὸν ἡ ἱκεσία· ταῦτα ἐντέλασθαι τῷ λαῷ ἔφη λιτανεύοντας ᾄσαι, καὶ σήσεσθαι τὴν ἀπειλήν. Ὁ μὲν οὖν κατὰ τὰς θείας ὑποθήκας ἔδρα, καὶ τοὺς μαθητὰς συγκαλέσας, ἐκεῖνα περιτόντας, καινὴν ᾠδὴν ὅπερ λέξεως ἄδειν ἐδίδασκεν ἐμμελῶς, ἵνα τῇ τούτων μνήμῃ καὶ γλῶτταν ἁγιασθῶμεν· Ὡς ἐπὶ Μωσέως δυσωπούμενος ἱλάσθης ὁ Θεὸς ἵ μὴ σωτρίψαι τὸν Ἰσραὴλ, καὶ νῦν Κύριε παῦσον παραλούμενος τὴν ὀργὴν ἀπὸ τοῦ λαοῦ σου, συγχώρησιν ποιούμενος τῶν ποικίλων ἡμῶν ἁμαρτιῶν, ὡς μόνος ἀναμάρτητος Χριστὲ ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ μέγα σου ἔλεος δόξα σοι. Καὶ οἱ μὲν ἐποίουν τὸ κελευσθέν· οἱ δὲ σύλοι τῆς γῆς (ὁ Θεός τις ἀξίως ᾄσεται τὰ ἐλέη σου!) εὐθὺς ἐσερέωντο, καὶ ὁ Σεισμὸς ἀκριβῶς πέπαυτο.

E

A

ANNOTATA C. I.

A. NICEPHORO.

a *Recte addit distinctionis gratia* in Oriente. Iberiæ *enim, teste Stephano,* duæ : una ad columnas Hercules, ... altera ad Persas. *Sed rectius hæc à Ptolomæo & Strabone collocatur juxta Colchidem & Albaniam : cujus incolæ* Georgiani *vulgo nunc dicuntur. Situm regionis & gentem sic describit Procopius de bello Persico lib.* I *cap.* 12 : Iberûm Asianorum sedes portas Caspias contingunt à Septemtrione, sinistra Lazicam ab occasu, dextera ab ortu populos qui Persis parent. Christiani sunt, inter omnes, quos eo nomine censeri scimus, sacrarum legum ac ceremoniarum tenacissimi, quamvis Regi Persarum jam inde antiquitus subditi fuerint *&c : quorum etiam* 12 *seculo in Palæstina extabant monasteria æque ac Græcorum & Syrorum, ut videre est in Itinerario Phocæ.* b *Erat enim* Diaconus *Symeon, uti num.* 42 *vidimus, ordinatus : ex hoc vero loco discere possumus, Diaconos ejusmodi, non solum habuisse facultatem Corpus Christi distribuendi fidelibus, sed etiam penes se asservandi ad hujusmodi finem.* c *Alius iterum terræ motus, multo gravissimus, quem illum eumdem esse, de quo Theophanes ad annum* 551, *suadet utriusque descriptio. Sic ibi Theophanes :* Julii vero mensis die nono magnus & terribilis terræ-motus factus est per omnem Palæstinæ, Arabiæ, Mesopotamiæ, Syriæ & Phœnices regionem; adeo ut Tyrus, Sidon, Berytus, Tripolis & Byblis multa damna acceperint, & hominum perierint multa millia. Ad Bostram vero civitatem magna pars promontorii mari adjacentis, cui nomen Lithoprosopus, avulsa in mare translata est; portumque effecit multis magnis navibus recipiendis idoneum : cum urbs illa prius portum non habuisset..... Recessit etiam mare in altum pelagi sinum ad mille passus, ex quo multæ naves in profundum submersæ : rursumque Dei nutu in proprium alveum se recepit. *Hæc ille, sed cum annus* 551, *habens litteram Dominicalem* A *fecerit* IX *diem Iulii cadere in Dominicam, vel corrigi debet numerus litteralis & pro* Θ', 9, *legi* ζ', 7, *vel potius tota res differri ad annum* 555, *qui habuit litteram Dominicalem* C, *quando etiam videtur concussa Constantinopolis & Nicomedia eversa, ut mox dicetur; licet Theophanes hæc referat ad præcedentem annum* 554, *in quo ipsum etiam errare patet ex concursu Dominicæ cum die* XV *Augusti, qui non nisi in annum* 555 *jam dictum cadit.* d *Licet neque Theophanes neque hic auctor dicant, quot diebus terræ motus duraverit; ex eo tamen quod terræ motum mox sequentem Theophanes dicat duravisse, diebus quadraginta, itemque ex ruinarum in priori factarum magnitudine, facile intelligitur non unius vel paucorum dierum fuisse hanc concussionem. Demus ergo eam in Palæstina primum cessasse exeunte Iulio, nona post inde dies fuerit* VIII *Augusti, intra quam &* XV *Augusti sex solum dies interceserint, quando concussa (ut dictum) Constantinopolis est & Nicomedia subversa.* e *Audi Theophanem:* Mensis Augusti XV, illucescentis jam Dominicæ diei tempore, post mediam noctem, terræ motus contigit adeo horrendus, ut ædes plurimæ, balnea, ecclesiæ, mœnium urbis Constantinopolitanæ pars, maxime quæ ad Chrysen portam est, damnum ingens passa fuerint, & eo plures oppressi perierint. Corruit etiam pars Nicomediæ maxima. Invaluit autem is tremor terræ diebus quadraginta, & populo per campum processionem agente ejus memoria quotannis renovatur, *uti etiam habent Menæa, sed ad* XVI, *propter reverentiam prioris diei : in quem diem etiam placuit conferre memoriam urbis, à Saracenis ei imminentibus per Deiparam liberatæ, sub Leone Isaurico.* f Rhegium, *urbs Thraciæ inter Constantinopolim & Athyram.*

B

E

CAPUT XIV.

Rudes docet : vaticinatur diversa : novam columnam consecrat & conscendit.

Ἀμὲν οὖν τὴν κοινῆς προσβείας αὐτοῦ πρὸς Θεὸν ἀπέλαυον πάντες, τοιαῦτά ἐστιν· ὁ δὲ λόγος πρὸς τὰ καθ' μέρος αὖθις χωρεῖν ἐπείγει. Ἐδεί τῆς κεφαλίσι τῶν κιόνων γλυφῆς, οἷς ὁ καθ' τοῦ μονῶ ἐπ' ὀνόματι τῆς ἀρχικῆς καὶ βασιλικῆς Τριάδος ναὸς ἐγήγερτο· ἀδελφὸς δέ τις, ὄνομα Ἰωάννης, πνευματικῶν μᾶλλον τρόπων μεταποιούμενος, καὶ λόγου μετειληφὼς, λιθουργίας δὲ παντάπασιν ἀνασκήτως ἔχων, θαῤῥήσας τῇ τε οἰκείᾳ πρὸς τὸ Ἅγιον πίστει, τῇ τε περὶ τὰς ὀντολὰς αὐτοῦ θέρμῃ, καὶ τῆς ὑπερφυέσιν ἐκείνου καὶ μεγίσαις θαυμαλουργίαις· Ἐπίθες, πάτερ, φησὶ, τὴν καρδίαν μου τὴν ἁγίαν σου χεῖρα, καὶ ἄρξομαί διαγλύφειν· ὡς ἂν τῷ ἐν σοὶ θείῳ πνεύματι τὸ νοητὸν τυπωθείη. Τοῦδε σπουδῆς ὁμοῦ καὶ ὑπολαγῆς μισθῶν ἔτω μεγάλων αὐτὸν ἀποστερῆσαι μὴ βουλομένου, ἀλλὰ τῷ τοῦ μαθητοῦ κήθει ὑπηνέμου τὴν χεῖρα, καὶ Σοφίσει σε τέκνον ὁ Θεὸς τῇ λιθογλυφικῇ, φήσαντος· ἀφάμενος ἐκεῖνος ἔργου, δεύτερος ὤφθη Βεσελεὴλ, ὃ ὀλίγα τοῦ πρώτου τὴν Σοφίαν λειπόμενος.

Ἐπεὶ δὴ ἤδη καὶ ὁ καιρὸς ἐνειστήκει τοῦ τοιοῦδε μαθητοῦ δημίας ἢ ἀναλύσεως, ἢ πρὸς τὰ προσδοκώμενα κλήσεως, καὶ τοῦτο παρὰ Θεοῦ γεγένητο δῆλον τῷ Συμεὼν, τῇ Σιωνήθει καθ' ἣν αὖθα παῤῥησίᾳ χρησάμενος, εἰ τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς ἐγγραφείη, μυσικαῖς ἐδεῖτο μαθεῖν εὐχαῖς τε καὶ ὁμιλίαις. Ὡς δὲ καὶ τοῦτον αὐτῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς λοιποὺς τοῦ αὐτοῦ μαθητοῦ, ὅσοι τε πρὸ ἐκδημήσειαν ἐγγραφῶν μάθοι, ὅσοι τε μέλλα ταῦτα ἐκδομήσουσιν ἐγγραφήσεσθαι καὶ αὐτοὺς, γόνυ τῷ κυρίῳ

C

110 Atque hæc sunt, quæ illo apud Deum intercedente promiscue omnes consecuti sunt. Nunc autem ad ea, quæ singulis in particulari præstita sunt, redire festinat oratio. Capitellis columnarum, queis monasterii templum, sanctissimæ Triados nomini dedicatum, sustentabatur, sculpturæ ornatus adhuc deerat : cum Frater quispiam Joannes nomine, tam lapidum cædendorum rudis, quam in rebus spiritualibus versatus, orationisque studiosus; filius tamen & sua in Sanctum fide, & præceptorum ejus perficiendorum alacritate, & supernaturalibus ejusdem operationibus : Impone, inquit, Pater, pectori meo sacram manum tuam, & sculpturæ initium dabo, quo, per sanctum qui in te est spiritum, quæ mente concepi, opere effigiem. Ille vero cum nollet tantæ diligentiæ subjectionisque mercede discipulum privare, imposuit cupienti manum, &; Instruet te Deus, inquit, fili mi, lapides cædendi arte. Sicque ille reipsa opus aggressus est : & apparuit alter Beseleel *a*; veteri illi nihil cedens scientiâ. *Fratrem rudem celaturâ divinitus instruit.*

F

a

111 Posteaquam vero eidem discipulo jam instaret tempus migrationis vel resolutionis suæ, aut potius evocationis ad desiderata gaudia, idque divinitus significatum innotuisset Symeoni; hic pro consueta cum Deo agendi libertate instabat arcanis precibus atque supplicationibus, ut edoceretur, utrum libro vitæ inscriptus ille esset. Cum vero didicisset, non illum solummodo, sed & reliquos discipulorum, in id usque tempus mortuorum, inscriptos esse, & quotquot deinceps morituri essent, *cujus & instantem obitum intelligit,*

A. NICEPHORO. inſcribendos; genibus ſibi in abſcondito loquenti poſitis; gratias ei, ut par erat, reddidit, atque poſt matutinos hymnos noctis illius qua prædictâ viſione dignatus fuerat, ut ſtimulũ omnibus ad recolendam mortis memoriam ſubderet, & ad præparandum diſceſſum excitaret; Frater, inquit, Joannes, pax tibi; accerſit te communis Rex ac Dominus.

& ipſi indicat,

112 Deduxit ea vox in agoniam diſcipulum, luctu atque gaudio alternantibus: luctu quidem tum ob denuntiationem mortis, mors quippe omnibus naturâ terribilis; tum ob deceſſum ſupremum, poſt quem nulla iterum decedendi ſpes ſupereſt: gaudio vero quia præſentis vitæ ærumnis liber, eas commutaturus erat cum expectatis pridem bonis, & retributionem laborum acceptũrus. Itaque præceptoris ſui, ut potuit, melote circumdatus, eaque arcte conſtrictus, & animam velut corpore ſolutam circumvolutus, omnino credens, inde ſe exeuntem in tutiorem locum iter arripere, ad peregrinationem ſibi obeundam tota mente convertitur, omniaque eo diſponit; modo quidem inquiens, Pater, in manus tuas, commendo ſpiritum meum; modo, Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Atque iſtiuſmodi precatiunculis indulgens biduo, ſenſim velut ſuavi concedens ſomno, corporis vinculis atque carcere eximitur, ad ſperatam libertatem, & ſanctæ obedientiæ præmium, ac pulcram retributionem tranſiturus. Atque hoc quidem præter alia multa certum atque evidens teſtimonium ſit, tam perſpecta Symeoni fuiſſe futura, quam præſentia: quæ vero ſequuntur parem habent id comprobandi vim.

qui ſe ſtatim paratus, pie obit.

B

113 Fratribus, impoſituris atque coagmentaturis prægrandes inter ſe lapides, quibus in altum erigi columna debebat; non minima cura erat de machinis, quibus adhuc utendum eſſet: cum Symeon omni animum ſolicitudine liberari jubet; atque ait: Vidi in ſpiritu hodie circa fluminis oſtium in mari virum forma cultuque agreſtiore, ſindone ex humero pendulâ, qui accurrit ad me, deprecans ut malo dæmone, à quo in balneis miſere tortus fuerat, liberaretur; ſimul rogans, ut lignum, in uſum præſentem percommodum, à ſe acciperem. Hæc ille diſcipulis mane dixit; pòſt paulo vero ad opus, quod præ manibus habebant, nondùm ſe accingentibus Fratribus, imo ne dimiſſo quidem conventu, ſed omnibus adhuc circum Sanctum adſtantibus; adventat vir ille, quod dictum eſt lignum, ſindonem nempe ſuper humerum habens; petit expelli à ſe moleſtum dæmonem, in balneis ſeſe dejicere ſolitum; atque una rogat, ut quod ſecum detulerat lignum, capere Symeon ne dedignetur: perinde aeſi utrumque beneficium, & à dæmone immunitatem ſibi præſtari, & oblati muneris repulſam non ferre, pari in loco reponendum cenſeret. Sanctus itaque dæmoniaco ſignum Crucis, orationis virtute ſuffultum, impreſſit; ac maligno ſpiritui in nomine Domini ac Salvatoris noſtri præcepit, ut inde faceſſeret; quo continuò exterminato, præſenti neceſſitati cedens, lignum in monaſterium portari juſſit.

Ligna attollendis in columnam ſaxis neceſſaria,

C

114 Exigente iterum uſu aliud ſimilis formæ lignum, prævertens ſolicitis hac ſuper re diſcipulis Symeon, infallibili futurorum cognitione informatus: Ecce, inquit, rurſum vir aliùs huc ventitat, qui lignum, uſui præſenti perquam aptum, in oſtio fluminis habet, rogatque ut id ipſum accipiamus. Pes ſaucius non modicos viro dolores generat, nec tranſire huc abſque gravi labore patitur. Simul hæc dicta ſunt, ſimul præfatus vir ſe ſtitit, ſupplicans flexis genibus, fixo humi vultu, nihil non agens, quo & doloribus levaretur ſuus pes,

mox adferenda prædicit

λαλοιῶτι κλίνας, καὶ τὰ εἰκότα εὐχαριστήσας, μετὰ τοὺς ἑωθινοὺς ἐκείνης τὸν νυκτὸς ὕμνους, ἧς δῶρον ἡ παροῦσα ὄψις· ὑπὸ τὰς πάλιν ἀκοὰς (ἵνα καὶ πᾶσιν οἱονεί τι κέντρον τοῦ θανάτου μνήμης ἐμβάλῃ, καὶ τούτους ἐπὶ πλέον πρὸς ἑτοιμασίαν τὴν ὁδὸν διανοήσῃ) Ἀδελφέ, φησί, Ἰωάννης, εἰρώνη σοι, μεταλαλεῖταί σε πρὸς ἑαυτὸν ὁ κοινὸς ἁπάντων Δεσπότης καὶ Βασιλεύς.

D

Ἀγωνία τοιαύτῃ λαμβάνει τὸν μαθητὴν, πένθει καὶ χαρᾷ Cύμμικτον, τὸ μὲν πρὸς τὸν τελευτῆς ἀγγελίαν, ὅτι φύσει πᾶσι φοβερὸν ἀνθρώποις ὁ θάνατος, καὶ τὸν ἐσχάτιον ἀποδημίαν, μετὰ ὧν ἡ δὲ μία πάλιν ἐλπὶς ἀναλύσεως· τὸ δὲ, πρὸς τὸν τῶν παρόντων ἀπαλλαγὴν δυσχερῶν, καὶ τὰς προσδοκωμένας ἀμοιβὰς, καὶ τὸν τῶν πόνων ἀντίδωσιν. Τῇ τοῦ διδασκάλου τοίνυν ὡς εἶχεν εὐθὺς περιχυθεὶς μηλωτῇ, ὅλος τε ταύτῃ προσφὺς, καὶ οἷα γυμνὴ περιπυξάμενος τὴν ψυχὴν, καθάπερ τι πισεύων ἐφόδιον ἐκεῖθεν λαβεῖν ἢ φυλακτήριον, εἶτα πρὸς τὸν ἐκδημίαν ὅλον ἑαυτὸν Cωτείνας καὶ ἀπευθύνας· καὶ νῦν μὲν, Πάτερ εἰς χεῖράς σου παρατίθεμι τὸ πνεῦμά μου, λέγων, νῦν δὲ, Τὸ πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με ἐν γῇ εὐθείᾳ, ἐπὶ τοιούτοις εὐχῆς ῥήμασι μετὰ δευτέραν ἡμέραν, ὥσπερ τινὰ γλυκὺν ἠρέμα κοιμηθεὶς ὕπνον, τοῦ τοῦ σώματος δεσμοῦ καὶ τῆς φυλακῆς ἀπολύεται, καὶ πρὸς τὸν ἐκεῖθεν μεταβαίνει ἐλευθερίαν, καὶ τὰ λαμπρὰ τῆς μακαρίας ὑποταγῆς ἄθλα καὶ τὰ κάλλη τῶν ἀντιδώσεων. Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτο, καὶ ὅτῳ Cαφὲς μετὰ πολλῶν καὶ ἄλλων μαρτύριον, τοῦ τὰ μέλλοντα τὸν Συμεὼν διορᾶν ὡς παρόντα· τὰ δὲ ἑξῆς ὁμοίως ἔχοντα, καὶ αὐτὰ, καὶ τὸ ἴσης τῷ προλαβόντι δυνάμεως.

E

Μέλλουσι τοῖς ἀδελφοῖς ἐπιτιθέναι τε καὶ Cυναρμόττειν ἀλλήλοις τὰ τῶν λίθων μεγέθη, δι' ὧν ὁ σύλος εἰς ὕψος ἐγείρεσθαι ἤμελεν, ὅπως ἄν τινος πρὸς τοῦτο μηχανῆς εὐπορήσειαν, οὐκ ἐλαχίστη φροντὶς ἦν· ὁ δὲ πάσης ἐπὶ τούτῳ μερίμνης ἐκέλευεν αὐτοῖς τὰς ψυχὰς ἀπολύειν· Ἑώρων γάρ, φησι, τῷ πνεύματι σήμερον ἄνδρα, περὶ τὰς κατὰ Θάλατταν τοῦ ποταμοῦ εἰσβολὰς, ἐφ' ἵππου δὲ τῶν ἀχροικοτέρων εἶναι, σινδόνα τε εἶχε κατὰ τὸν ὦμον, καὶ ὁ ἀνὴρ προσήει μοι, δαίμονος καταῤῥήγνυτος ὑπὸ βαλανείοις αὐτὸν, ἀπαλλαγῆναι δεόμενος, ξύλον τε, πρὸς τὸν παροῦσαν χρείαν εὖ ἔχον, δέξασθαί με παρ' αὐτοῦ ἀξιῶν. Ταῦτα ὁ μὲν, ὄρθρου τοῖς μαθηταῖς εἰρήκει· μετὰ βραχὺ δὲ οὔπω τὸν Cώαξιν διαλυσαμένων αὐτῶν, ὧδε πρὸς τὰ ὑπ' χερσὶ τραπομένων, ἀλλ' ἔτι περὶ αὐτὸν ἰσαμένων, ἀφικνεῖται καὶ ὁ ἀνὴρ, τὸ Cημεῖον ἐπὶ τοῦ ὤμου τὸν Cινδόνα φέρων· ὃς ἀπαλλαγῆς τε χαλεποῦ δαίμονος καταβάλλοντος ὑπὸ βαλανείοις αὐτὸν ἐδεῖτο τυχεῖν, καί τι πρόσον ἐκείνῳ ξύλον δέξασθαι ἠξίου τὸν Συμεὼν, ὡς ὑπ' ἴσῳ καὶ τὸν τοῦ δαίμονος ἀπαλλαγῆς περιῆσθαι, Καὶ τὸ μὴ τὸν ἀξιώσεως ταύτης διαμαρτεῖν, παραπλησίαν ὥσπερ ἀμφότερα τιθέμενος χάριν. Σφραγῖδα τῷ πάσχοντι τοίνυν εὐχῇ δυναμωμένῳ ἐπιβαλὼν, τῷ τε πονηρῷ πνεύματι ὑπ' ὀνόματι τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Cωτῆρος ἐπιτιμήσας, τὸ μὲν εὐθὺς ἀπελαύνει, πείθεται δὲ τῷ ἀναγκαίῳ τὸν χρείας, καὶ ὡς τοῦ μονιοῦ τὸ ξύλον ἀνακομίζεται.

F

Ἕτερον πάλιν ὁμοίως ἔχοντος ξύλου δεομένης τὸν χρείας, προλαβὼν τὰς τῶν μαθητῶν ἐκεῖνος περὶ τούτου φροντίδας τῇ τοῦ μέλλοντος πόῤῥωθεν ἀψευδεῖ καταλήψει, Ἰδοὺ φοιτᾷ πάλιν ἀνὴρ ἕτερος, ἔφη, οἰκεῖον τῇ προκειμένῃ χρείᾳ ξύλον ὑπὸ τῷ τοῦ ποταμοῦ σώματι ἔχων, καὶ τοῦτο λαβεῖν ἡμᾶς ἀξιῶν· ὁ δὲ πᾶς οὐκ ὀλίγας τῷ ἀνδρὶ βαλλόμενος ὀδυνάς, ὑ δὲ ἄπονον αὐτῷ τοῦ πορείαν παρέχων. Ταῦτα ὁμοῦ τε εἴρητο πρὸς

A πρὸς αὐτοὺς, καὶ ὁμοῦ παρεσηκὼς ἑαυτῷ ἐκεῖνο, δεόμενος γόνυ κλίνων, τὰς ὄψεις ἐρείδων τῇ γῇ, πάντα ποιῶν τόν τε πόδα τῶν ὀδυνῶν ἀνεθλῶσαι, καὶ ὅπερ ἔχων ἐτύγχανε ξύλον τῷ Ἁγίῳ δεχθῆναι, δέησιν ἑκάτερα ποιούμενος ἴσον. Ὁ δὲ τῷ βαΐνῃ ῥάβδον λαβὼν, πᾶσι τὰ νοσοῦντα πόδα, καὶ ἡ πληγὴ παραδόξως ὑγιᾶ τῷ κάμνοντι γίνεται, τό τε ξύλον ἀνακομίζεται καὶ αὐτὸ, ἄξιον ἐκείνου κρίνεται τῆς τοῦ χρείας ἀπαρατήτου, καὶ ὁ σύλος εἰς ὅπερ ὁρᾶται νῦν ἄγεται ὕψος.

Ταύτῃ τοιγαροῦν ἀπαρτισθέντος τοῦ σύλου, περὶ τρίτην ὥραν ἡμερινὴν, ὑπὸ μυριάσιν Ἀγγέλων ἐπιφανεὶς ὁ Χριστὸς, ποθεινῆς ὁμοῦ καὶ φριχτῆς ἐκείνης ἐπιφανείας, ὧν ἄρτῳ τε καὶ οἴνῳ πνευματικῶς προσκομίσας (αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ καὶ προσφέρων ἅμα καὶ προσφερόμενος) τῷ τοῦ οἰκείου θεράποντος ὑπὸ μόνοις τοῖς ἐκείνου ὀφθαλμοῖς, οἳ καὶ πρὸς τηλικαύτην ὄψιν ἠξίωντο διαβλέπειν, ἡγίασε σάσιν. Ἅπερ ἰδόντα τὸν Συμεὼν πόθῳ τε τὸν ἐπὶ τὸν σύλον ἀνόδου πόθον, καὶ σπουδῇ σπουδὴν προσλαβεῖν· καὶ τοὺς εὐδοκιμωτέρους τῶν μαθητῶν συγκαλέσαντα, τὴν θείαν αὐτοῖς ἐν πνεύματι ταπεινώσεως ἐκκηήσασθαι ὄψιν, ἀξιῶσαί τε τούτους ἑορτὴν ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἄγειν λαμπρὰν, φόβῳ θείῳ τὴν καρδίαν εὐφραινομένους, τὸ μὲν διὰ τὸ φριχτὸν τῆς ὑπηδημίας, τὸ δὲ διὰ τὸ ὑπερφυὲς τῆς χρηστότητος. Ἡ δὲ ἐπαύριον τῆς Πεντηκοστῆς, καθ' ἣν καὶ τὴν εἰς τοὺς Χριστοῦ μαθητὰς ἑορτάζομεν τοῦ Πνεύματος ὑπηδημίαν· καὶ αὐτὴν γὰρ ὑπεφανέντα τὴν ἡμέραν αὐτῷ καὶ τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν ἁγιάσαι τὴν σάσιν αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τοῦ σύλου, τὴν μυστικὴν ἐπ' αὐτοῦ θυσίαν προσαγαγόντα, οἷα Συγγενές τι σκεῦος τοῖς Ἀποστόλοις εὑρόντα, καὶ Συγγενὴς αὐτῷ χάριτος ἐκείνοις μεταδιδόντα. Ταύτην ὁ μὲν δέδωκεν ὁλοκλήρως τοῖς ὑπισημοτέροις τῶν ἀδελφῶν, ἤ τις παρὰ τὴν μονὴν καὶ εἰς δεῦρο τηρεῖται.

Τῆς δὲ ὑπούσης Κυριακῆς, ἣν δὲ ἀνὴ ἑξῆς τὴν Πεντηκοστὴν, μετὰ τὰς ἑωθινὰς ᾠδὰς, τὰς μὲν τῆς μονῆς πύλας τοῖς ἔξωθεν φοιτῶσι κελεύει καθάπαξ ἀποκλῄεσθαι· αὐτὸς δὲ τοὺς ἀδελφοὺς πάντας συναγαγὼν, θεῷ τε θυμιάσας, καὶ γόνυ κλίναι πᾶσιν αὐτοῖς ὑπετάξας, κεφαλὴν μετὰ τῶν γονάτων τῇ γῇ καὶ ὕστερον ἐρείσας, δάκρυά τε τὰ καὶ θυμιάματος θεῷ μᾶλλον ἡδίω καὶ εὐωδέστερα θερμῶς ὑπισπείσας, ἄχρι πολλοῦ προσηύξατο· ἐπὶ τέλει δὲ τῆς εὐχῆς τὸ Ἀμὴν αὐτῶν ἐπιπόντων, ἀνασὰς πρῶτα μὲν συγχώρησιν αὐτοῖς πάσης ἁπλῶς ἀντιλογίας, καὶ παντὸς οὗ τινος οὖν ἔκυσίᾳ ἢ ἐν ἀγνοίᾳ ἐδίδυ· εἶτα παραινέσεως ἀφάμενος, πρὸ μὲν πάντων τὴν δεσποτικὴν ἐντολὴν ἐνετέλλετο, ὥστε ἀγαπᾶν ἀλλήλους, Καθὼς ἐγὼ, φησὶν, ἠγάπησα ὑμᾶς· ἑξῆς δὲ, καὶ τὸ ἐπαγγέλματος, καὶ τὸ ὅσα τὸ ἐπαγγέλματος ἔχεσθαι σπουδῇ παρεγγύα· τὰ δὲ ἑαυτοῦ, νεκρῶσαι μὲν αὐτοὺς τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὸ δὲ τῶν παραβαλόντων κοσμικῶν σωτυχίας ἀπέχεσθαι, ἔργῳ χειρῶν κοπιῶντας τὸ ὑπήσιον προίζεσθαι ἔρνον, φυλακῇ πάσῃ τὴν ἑαυτῶν καρδίαν τηρεῖν, εὐχῇ καὶ γραφῶν ἱερῶν μελέτῃ καὶ θείοις διὰ παντὸς ὕμνοις σχολάζοντας, ἐπὶ πᾶσιν μὴ λυπῆσαι τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, Ἐν ᾧ φησιν ἐσφραγίσθημεν εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως.

Ταῦτα καὶ πολλὰ τούτοις ὁμοίως ἔχοντα πρὸς αὐτὸν ἐπῶν, Θεόν τε τοῖς λεχθεῖσι, τήν τε παναγίαν αὐτοῦ Μητέρα, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς Ἀγγέλους, οἷα καὶ τῶν λεγομένων ἀκροατὰς ὑπομαρτυράμενος, Ἕπεσθαι περὶ ἅπαντος κόσμου κοινῇ δεηθείς, τοῖς τε δωρεὰν μισοῦσι τοῖς τε δράσασιν εὖ οὐκ ἀμνησίαν μόνον ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ καὶ

& lignum quod habebat accepraretur à Sancto; duplicis voti æque compos fieri cupiens. Tum Symeon palmea sua virga pedem affectum percutit, & percussio mirabiliter ei sanatio facta est; lignumque etiam apportatum: quo in præsentem necessitatis inexcusabilis usum adaptato, columna in eam quam nunc *b* videmus, sublimitatem erecta est. A. NICEPHORO. b

115 Hoc modo cum illa omnibus partibus esset perfecta, circiter horam diei tertiam apparuit Christus, infinita Angelorum turma stipatus; in hac tam desiderabili quam tremenda apparitione, panis ac vini spiritualem faciens oblationem (ipse autem erat qui offerebat & offerebatur) famulo suo, cujus solius oculi tali visione dignati sunt, stationis futuræ locum sanctificabat. His visis Symeon desiderio conscendendi in columnam desiderium addens, & studium studio; convocatis probatæ magis vitæ Fratribus divinam visionem in spiritu humilitatis enarravit; precatusque est, ut spiritu divini timoris gaudentes, lucem illam quam festivissimam agerent; cum timore quidem propter reverentiam Dominici adventus, cum gaudio vero propter abundantiam bonitatis. Erat is dies postridie Pentecostes, qua adventum Spiritus sancti in discipulos Christi celebramus: illo namque ipso die manifestavit se ipsi Dominus, & stationem super columnam consecravit, mysticum ibidem sacrificium offerens; & quasi vas electionis Apostolis simile invenisset, similem illorum gratiam etiam huic impertiens. Hæc porro fratribus spectatioris virtutis data præceptio, ad præsens usque *c* tempus in monasterio viget. *perfectamque videt à Christo consecrari,* E c

116 Postera Dominica, quæ erat post Pentecosten, hymnis matutinis absolutis, portas monasterii undequaque claudi peregre adventantibus jubet; coactisque discipulis omnibus, post oblatum Deo incensum, imperat, ut genua curvent; ipse autem non sic tantum, sed & capite humi stratus, lacrymasque Deo gratiores atque omni incenso odoratiores ferventer libans, in multum tempus orationem protraxit. Ad hujus finem subjungentibus discipulis Amen, surrexit ille: ac primùm quidem delicti cujuscumque, seu deliberate seu per ignorantiam admissi veniam ipsis dedit; deinde adhortatione institutâ divinum inprimis mandatum inculcavit, ut diligerent inter se; Quemadmodum, inquit, ego dilexi vos: tum hortatur, curam accuratam ut habeant Professionis suæ & illorum quæ cum illa conjuncta sunt; puta, mortificare membra sua quæ sunt super terram, rerum mundanarum tractatione abstinere, in opus manuale incumbentes panem sibi comparare quotidianum, cordis sui curam cum omni vigilantia gerere; precibus, sacrarum Litterarum meditationi, divinisque hymnis numquam non vacare; super omnia non contristare Spiritum sanctum, in quo, ajebat, signati sumus in diem redemptionis. *Discipulos ad virtutem hortatus.* F

117 Hæc atque plura similia locutus; Deum, ejusque sanctissimam matrem, & electos Angelos, eorum quæ audierant dictorum testes appellavit. Deinde pro mundo universim supplicavit; illis, qui dona spernunt quique recte faciunt, non modo peccatorum remissionem, sed & retributionem bonorum omnium precatus; ac discipulos, benedictione impertitos Deoque commendatos, *d* Dermocucullum, uti vulgo appellatur, jubet exuere: post hæc illorum se voluntati commisit; qui manibus partim gestientibus partim horrore quodam tremulis apprehensum in novo collocarunt throno, sacrosanctum Euangelium pectore gestantem, cujus fructus uberes imo cordis recessu conditos habebat. Hac igitur ratione portatus, totum obivit monaste- *& monasterio toti bene precatus.* d

A. NICEPHORO.

monaſterium, & cuilibet domunculæ benedictionem impertitus eſt, ne quidem præteriens cellam penuariam, cui divitem commeatum precabatur. Antecedebat S. Martha, Symeonis ſecundum carnem mater, ſed quæ eum pro patre ſuo ſpiritali habebat, plaudens atque exultans, quod talem uteri ſui fructum obtuliſſet; præferebat autem Crucem manu, altioribus cogitatis cum animi gaudio ſingulari intenta. Atque hoc modo vir ſanctus in Dei templum introductus, inde in ſacram ſuam columnam reducitur, anno quidem à quo in lapide

ad novam columnam portatur.

c ſteterat decimo; ætatis vero trigeſimo. c

ἀγαθῶν μᾶλλον ἀνίδοσιν ἐπευξάμενος, εὐλογήσας τε τοὺς μαθητὰς καὶ Θεῷ παραθέμενος, ἐκδύσας τὸ Συμεὼνος ὕτω λεγόμενον Δερμοκώκυλον αὐτὸν ὑπετάξατο. Ἔπειτα μύτοι τούτοις ἑαυτὸν ὑπεδούλου, χερσὶν δὲ ποθούσαις μόνον ἀλλὰ καὶ φρενὶ θούσαις αὐτοὶ δεξάμενοι, ἔν τινι χώνῳ καθίζουσι θρόνῳ, τὸ θεῖον ἐπὶ τοῦ σήθους εὐαγγέλιον φέρουσα, οὗ τοὺς καρποὺς ἐν καρδίας μᾶλλον εἶχε κόλποις δαψιλῶς φυομένους. Ταύτῃ τοιγαροῦν βασαζόμενος τῷ μονίῳ περιήγεν, ἕκαστον οἰκίσκον αὐτῆς εὐλογῶν· οὐχ ἥκιστα δὲ τῷ τῆς τροφῆς ἀποθήκῃ, καὶ ἀφθονίαν αὐτῇ ἐπευχόμενος. Ἡ γοῦν ὁσία Μάρθα, ἡ τούτου καλὰ Σάρκα μήτηρ, ὃν καὶ πνεῦμα παλέρα μᾶλλον αὐτὴ ποιεῖτο, τῷ ὑῷ καλλωπιζομένη, ὅτι τοιοῦτον καρπὸν ὠδίνων δεδώκει Θεῷ, σαυρόν τε διὰ χειρὸς λαβοῦσα, προηγεῖτο μάλα φαιδρῶς ὑψηλῷ τῷ φρονήματι. Καὶ ὅτως εἰς τὸ θεῖον ναὸν ὁ τῷ ὄντι θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ εἰσαχθείς, ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἐκεῖθεν ἀνάγεται σύλον, ὃν ἔτει μὲν ἐπὶ τοῦ λίθου στάσεως δεκάτῳ, τὸ δὲ ἡλικίας τριακοστῷ.

ANNOTATA C. I.

a Bezeliel, *electus à Deo ad fabricandam Arcam teſtamenti, divinitus infuſa ſapientia id præſtitit, de quo Exodi 35 & ſeqq.* b c *Colligi datur ex duobus hiſce locis, ſcriptorem non admodum multo poſt vixiſſe.* d *De* cuculla *egimus ſupra ad Caput* 10 *Annot d.* Dermocucullus *idem fuerit, niſi quod ex pellibus confectus.* e *Secundum dicta Comm. prævii num.* 20 *fuit hic annus Chriſti* 55, *quo Paſcha celebratum* 9 *Aprilis Pentecoſten attulit* 28 *Maji, & Dominicam ſequentem, qua columnam aſcendit Sanctus* 4 *Iunii.*

B E

CAPUT XV.

Curantur obſtructa alvus, cæcitas, ſterilitas, hæmorrhois, dolor dentium.

Cuidam ſeceſſum naturalem reddit;

118 Quæ porro contigerunt novam denuo ſcribendi materiam ſuppeditant: talia autem tantaque ſunt, ut, tametſi nihil aliud dictum fuiſſet, videri poſſint omnia miraculorum gratiæque divinæ fluenta exhauſiſſe; adeoque non modo deſcriptu ſed vel enumeratu perquam difficilia eſſe. Siſtitur Sancto adoleſcentula quædam, præter naturæ ordinem morbo tentata: non enim ſeceſſu naturali demiſſum in ventrem cibum, ſed per matricem reddebat. Impoſuit ille ventri manum, manum verſus Deum ſemper intentionaliter elatam, manum à Deo quidquid petierit impetrantem; atque invocavit artificem Sapientiam, Dominum noſtrum Filium Dei: ſicque liberavit puellam morbo, & ſecundum naturam exonerari fecit. Quod tantum cum ſit, habet tamen aliud in ratione miraculi ſibi par, id quod ſubnectitur.

item alteri, cui alvus per annum obſtructa.

C 119 Cuidam viro, Epiphanio nomine, è pago Charandameno, puer erat circitèr triennis, inſana vorandi cupiditate æſtuans, & majori quam ætati illi convenit, alimenti copia ſe farciens. Accidit helluoni huic ita obſtrui alvum, ut anno integro exonerari non poſſet. Et ille quidem nimio tumore ruptus, perpetuis indulgebat lacrymis: quibus & parentibus, gratum aliàs ſolare lumen, acerbum reddidit atque inviſum. Hi vero omni alia deſtituti ope, divinum Symeonis nomen ſuper filium invocant, ejuſdemque pulverem ipſi inſpergunt (neque enim ignari erant famæ, de mirandis Viri operibus late ſparſæ, non minus quam oculi recte ordinati ſplendentis ſolis media die) & confeſtim levius habere cœpit puer, æque ac ſi ei cibus per ſeceſſum emitteretur; omnibus autem qui eum videbant vel audiebant de illo erat ſtupori, donec Sanctus delato ad ſe manum, apud Deum plurimum valentem, imponens, naturæ conſuetos meatus iterum reſeravit.

Injurius in Symeonem miſerrime torquetur,

a 120 Presbyter quidam ex loco qui dicitur a Paradiſus, Thomas nomine, Symeonem anathemati ſubjecerat, neſcio quare aut quomodo, niſi ex ſolâ invidiâ, præſtantiora quæque ægris intueri oculis ſolitâ. Cum hic ad vitæ occaſum magnis paſſibus progrederetur, jamque animæ emigrandum è corpore eſſet; vox ipſa velut impiæ in Sanctum

Τὰ δὴ ἐνθεῦθεν ἀρχὴν τῷ λόγῳ πάλιν ἑτέραν παρέχεται, τοσαῦτά τε καὶ τοιαῦτα ὄντα, οἷα καὶ ἐκ μηδὲν ἕτερον εἴρητο, μὴ δὲ μίαν θαυμάτων ἢ θείας ἄνωθεν χάριτος ὑπερβολὴν ἀπολείπειν, καὶ ὅσα οὐχ ὅπως συγγράφειν ἀλλὰ μὴ δὲ ἀριθμεῖν ἁπλῶς ῥᾴδιον εἶναι. Προσάγεταί γάρ τις αὐτῷ νεᾶνις παρὰ τοῦ εἰκὸς τῆς φύσεως πάθει καλεχομένη, ἣ γὰρ διὰ τοῦ καλὰ φύσιν ἐξόδων αὐτῇ ἀλλὰ διὰ τῆς μήτρας ὑπεχώρει τὰ εἰς γαστέρα σιτία. Χεῖρα τοίνυν αὐτῆς ὑπθεὶς τῇ κοιλίᾳ, χεῖρα πρὸς Θεὸν ἀεὶ νοερῶς αἰρομένην, καὶ παρ' αὐτοῦ ὧν ὅπερ ἂν αἰτήσοι πάλιν λαμβάνουσαν, τήν τε δημιουργὸν Σοφίαν τὸν Κύριον ἡμῶν ὑπικαλεσάμενος καὶ Θεοῦ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἀπαλλάττει τὴν νεάνιν τοῦ πάθους, καὶ καλὰ φύσιν ἀποκαθίστησι ταύτην. Ὅπερ τηλικοῦτον ὄν, ἀδελφὸν εἰς θαύματος λόγον ἔχει τὸ ἐπαγόμενον.

Ἀνδρί γάρ τινι τὴν κλῆσιν Ἐπιφανίῳ, χαρὰν δαμενῷ τὴν κώμην, παιδίον ὡσὲ τριέτες ἰδεῖν, λίχνως τε περὶ τὴν ὄρεξιν ἔχον, καὶ πλέον ἢ καλὰ τὴν ἡλικίαν τροφῆς πιπλάμενον. Συμβαίνει τοιγαροῦν αὐτῷ τὰ περὶ γαστέρα διαφραγλῶσαι, καὶ δὲ δι' ἑαυτοῦ τὰ ἐξ αὐτῆς ὑπεχώρει. Καὶ τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ ὄγκου ἤδη ῥηγνύμενον, κλαυθμῷ Συμεὼνος, πικρὸν καὶ τὸ γλυκὺ πᾶσιν ἡλίου φῶς τοῖς τεκοῦσιν ἐργαζομένου· οἱ δὲ πάσης ἄλλης ἀπορούμενοι θεραπείας, τὸ θεῖον αὐτῷ τοῦ Συμεὼν ὄνομα καλεπῆδον, ἔτι καὶ τὰ ἐκείνου κόνεως αὐτὸ ὑπεχρίοντες (καὶ γὰρ τὰ φήμης τοῦ τοῦ ἀνδρὸς θαυμάτων ἀμαθεῖς ἦσαν, οὐχ ἧττον ἢ αὐγῆς ἡλίου βλέποντες ὀφθαλμοί) καὶ τὸ μὲν παιδίον εὐθὺς ῥᾷον εἶχε, καθάπερ αὐτῷ τὰ τροφῆς εἰς ἀνυπαρξίαν χωρούσης, τὰ δὲ κατ' αὐτὸ διὰ θαύματος ἔκειτο τοῖς πολλοῖς, ὅσοι τε ὁρᾷν, ὅσοι τε περὶ αὐτοῦ μανθάνειν εἶχον, ἕως παρὰ τὴν Ἅγιον κομιδῇ νῦν χεῖρα κἀνταῦθα, χεῖρα πρὸς Θεὸν ἰσχύσαν, ὑπθεὶς, τὰς Συμεὼνος τῇ φύσει πάλιν ἐξόδους ἀποδεδώκει.

Πρεσβύτερός τις ἀπὸ χωρίου Παραδείσου λεγομένου, Θωμᾶς ὄνομα, ἀναθέμαλι τὸ θεῖον Συμεών, οὐκ οἶδ' ὅθεν καὶ ὅπως, ἢ φθόνῳ πάντως τοῦ βασκαίνειν ἄνωθεν τοῖς καλοῖς πεφυκότι ὑποβεβλήκει. Οὗτος ὡς εἰς δυσμὰς ἀφίκετο βίου, καὶ ἡ ψυχὴ χωρίζεσθαι ἤδη τοῦ Σώματος

184 Et hoc quidem demonſtrat, quod procul remota Symeoni velut ante oculos geſta atque præſentia exhiberentur: ſed oratio noſtra vult alia quoque, ejuſdem cum jam dicto virtutis & efficaciæ
Deficienti in via abſens per ſuos opem fert. adjungi. Accidit, tempore quo fruges maturæ ſunt, quemdam hominem ſe ad montē mirabilem conferre, tempeſtatiſque ardore & acclivitate viæ excitatâ ſitis vehementiâ deficientem, humi concidere & tantum non animo linqui. Jamque tempus erat quo
C veſpertinæ canuntur preces, quas Sanctus pro more ſuo cum diſcipulis Deo perſolvebat; cum duos illorum ad ſe vocatos jubet, accepto pane & aqua, via montis conſueta deſcendere, inventuros quemdam in terram proſtratum, vix ſpirantem animo deficiente: hiſce fractas ipſi vires reſtituendas. Verum feſtinato opus eſt, inquit, ne mors prævertens auferat pauxillum, quod ſupereſt, ſpiritus. Illi autem currentes ut ſibi mandatum erat, reperiunt jacentem in via hominem, jam tantum non mortuum. Tollunt ergo eum, atque in partem monaſterii inferiorem portant: ubi vix tandem abiturientem ſpiritum retinere, vireſque revocare potuerunt.

185 Carbonibus aliquando deficientibus in mo-
Carbonibus deficientibus, prædicit cras adferendos. naſterio, contulerunt veſperi inter ſe capita & ſermones admodum anxii Fratres: quibus Symeon: Nolite, inquit, ſolliciti eſſe; adveniet quippe luce craſtina tantus carbonum numerus, quantus uſibus monaſterii ſufficiat: nam virum quemdam proſpicio ruſticanum, duos mulos huc agentem, ejuſmodi quos vultis carbones bajulantes. Talia ille ſub noctis exordium diſcipulis: poſtera vero luce vir ille advexit quæ prædixerat Sanctus. Præceperat aliquando ſuis, ne quem omnino ſecularem hominem

ἐλάᾳ τ ἡσυχίας, τῷ εἰς τ Θεῖον Συμεὼν ἄνοδον
D Θέμῳ, ἐμίωυσεν αὐτῷ θερμὸν ἔρωτα τ αὐτῦ προσκωνήσεως ἔχειν, καὶ ἤδη βάλεσθαι ἀνιέναι. Ὁ δὲ τὸ μικροψύχως ὑπ' αὐτῦ γινόμενον οὐκ ἀγνοήσας· Οὐχ ὅσιον ὦ ἦ προέπον ἔφη, καταλιπόντα τ προσκωνεῖν Θεῷ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτῦ, ἥ τίς ἐστιν ὁ τῦ μοναχοῦ οἰκίσκῳ ἀρεταῖς ἁπάσαις καταλαμπόμενός τε καὶ πλατυνόμενος, εἰς ἀνθρώπου προσκυήσιν ἥκειν· Ὑπόμενον γάρ, φησι, τ Κύριον, ὁ Θεῷ Δαυῒδ, καὶ φύλαξον τὰς ὁδὸν αὐτῦ. Ταῦτα τοιγαροῦν μὲν ἐπέσχε τ μοναχόν· τῦ πάθους ἦ μετὰ μικρὸν δωρασεύσαντος, ἔξεισιν, ὦ τοῦ ἡσυχίαν παρ' ὕδὲν μόνον ὦ ἦ τοῦ κάθειρξιν Θέμενος, ἀλλὰ καὶ εἰς πορνείαν, οἴμοι! κατενεχθείς, πῶμα τίνων ὦ δακρύων, ποίων οὐκ ὀδυρμῦ ἄξιον!

Ἔπειτα μέντοι παρέβαλε τῷ Ἁγίῳ, τ μὲν ἁμαρτίας ὦ δὲ φιλῶ ὅλως ποιούμενος μνήμην (οἷα τὰ τ πονηροῦ τεχνάσματα! καὶ ἡ πρὸς τοῦ ἐξομολόγησιν τ κακοῦ ταῖς τῦ ἀνθρώπων ψυχαῖς ἐγγινομένη ᾠδάς! τῷ ἦ τ σωτήριος ἡσυχίας ἔκπωσιν ποικρῶς ὀδυρόμενος. Ὁ ἦ ὀφθαλμοῖς ἀθεάτοις τὰ κεκρυμμένα ὁρῶν, καὶ τῦ καλεποῦ μύσης ἐκείνης τ μοναχὸν ἀποκαθάραι
E βυλόμενος, Οὐ σωαλγήσω Θί, φησιν, ὅτι τ τῦ οἰκίσκου διέῤῥηξας τοῖχον, ἐπεὶ Θι καὶ εἰσελθῖν αὖθις δι' αὐτῦ ῥᾷον, καὶ ἔσω γενέσθαι πάλιν ἐπανελθόντι· ἀλλ' ὅτι τ τ ψυχῆς καλέσεισας πῦργον, καὶ τῷ ἐχθρῷ θεοῦ! ἀχμάλωτος ἀπωλώλεις, εἰς πορνείαν κατολισθήσας. Ταῦτα τ μοναχὸν καταπλήξαί τε ἅμα καὶ καταδέσαι, τ μὲν τῇ τῦ ἐλέγχων ἐλευθερίᾳ ἐπὶ τοῖς ἀδήλως (ὡς αὐτὸς ὤετο) διαπεπραγμένοις, τ ἦ τῷ μεγέθει τ ὕβρεως, ἵνα αὐτὸς εἰς ἑαυτὸν ἀθλίως ἐνύβρισε· καὶ πορρωτέω ἑαυτὸν ὡς εἶχε καταβαλὼν, καὶ θερμὰ δάκρυα τῦ ἐδάφους καταχεόμενος, ἔτι καὶ τ χρόνον τ πῶματος ὁμολογεῖτο, πέμπτην αὐτῷ ταύτην εἶναι λέγων μετὰ τ πάθος ἡμέραν, καὶ ῥυσθήσεσθαι ὑπ' αὐτῦ ἥξει, ἅρπαγμα ἤδη τῷ ἀλλοτρίῳ γεγενημένου. Ἀλλὰ τ μὲν εὐχῇ καὶ σφραγῖδι ὁπλίσας, ἀκαταγώνιστον τῦ λοιπῦ τῷ ἐχθρῷ πεποιήκει· ἀσφαλεστέρους ἦ καὶ τοὺς μαθητὰς, εἰδότας ὅπως ᾄδειν αὐτὸν ὦ δὲ τῷ ἐν χρυφῇ γινομένων διαλανθάνει.

Καὶ τῦτο μὲν δὴ τοιῦτο, καὶ οὕτω τὰ μακρὰν καὶ πόῤῥω τῷ Συμεὼν ἐν ὀφθαλμοῖς, ὡς παρόντα δεικνύον· ὁ δὲ λόγος καὶ ἄλλα τ αὐτῆς τῷ εἰρημένῳ δυ-
F νάμεως προθεῖναι βάλεται. Ἀνθρώπῳ σωεβῇ τινὶ περὶ σίτου ἀκμὴν τ θαυμαστὸν ἀνίοντι ὄρος καὶ τῷ τε καύσωνι τ ὥρας, τῷ τε τ ὁδοῦ ἀνάντει, πρὸς τῷ τῦ δίψους ἀπαγορεύσαντι βίαν ἐπὶ τὴν γῆν καταῤῥεῦσαι, καὶ κατ' ὀλίγον ὑπολειπάνειν. Ἦν μὲν οὖν ἤδη περὶ τὰς ἑσπερινὰς ᾠδὰς, καὶ ταύτας ὡς σώνηθες ὁ Συμεὼν Θεῷ μετὰ τῶν μαθητῶν ἀπεδίδου· ἐν τούτῳ δὲ δύο τινὰς καλέσας αὐτῶν ἐπισκήπτει, λαβόντας ἄρτου καὶ ὕδατος, τὴν τε τῦ ὄρους ὁδὸν παριόντας, εὑρεῖν τινὰ κατὰ γῆς ἐῤῥιμμένον, πνέοντα μικρὰ καὶ ἐκλελοιπότα, τούτοις αὐτῷ τὴν δυνάμιν ἀπειρηκυῖαν ἀναλαβεῖν. Ἀλλὰ τάχους τῷ πράγματι χρῆα, μὴ θάνατος, φησὶ, προλαβὼν καὶ τὴν ὀλίγην ἐκείνην πνοὴν ἀφέληται. Οἱ δὲ δράσαντες κατὰ τὰ προσεταγμένα, εὑρίσκουσι κείμενον αὐτὸν ἀνὰ τὴν ὁδὸν, πλὴν τῦ ἀναπνεῖν νεκρόν· ἀνελόμενοι τοίνυν αὐτὸν, καὶ εἰς τὴν κατωτέρω μονὴν ἀγαγόντες, ὀψὲ καὶ μόλις ἐπαναγαγεῖν αὖθις αὐτῷ τὴν δυνάμιν ἴσχυσαν.

Ἀνθράκων ἀπύρων ποτὲ τῇ μονῇ ἐλλειποτών, τοῖς μὲν ἀδελφοῖς λόγος ἐσπέρας πρὸς ἀλλήλους οὐκ ὀλίγος ἦν· ὁ δὲ, Μὴ φροντίσητε ἔφη, ἀφίξεται γὰρ αὔριον πλῆθος αὐτῶν, ὅσον τῇ μονῇ κατα-
χρήσαι.

A χρείαν· ὁρῶ γὰρ ἄνδρα τινὰ τῶν ἀγροικοτέρων, δυσὶν ὥσπερ ἡμιόνοις προσάγοντα, τοιῦτοι δὲ ἄνθρακες ἄρα τύτοιν ἑκατέροιν ὁ φόρτος. Ταῦτα ὁ μὲν τοῖς μαθηταῖς περὶ νυκτὸς ἀρχὰς εἶπεν, ἦκε δὲ εἰς τὸ ἑξῆς ὁ τοιῦτος, νομίζων τῇ μονῇ τύτῳ, ὡς ὁ Συμεὼν προεῖρηκει. Ἐνετέταλτο γὰρ αὐτῷ τοῖς μαθηταῖς μηδενὶ μηδαμοῦ κοσμικῷ παῤῥησίαν διδόναι, μὴ δὲ εἰς ὁμιλίαν αὐτοῖς τὰ πολλὰ καὶ λόγους ἦκειν, εἰ μὴ κατὰ πολύ τι ἀναγκαῖον· καὶ τύτο δὲ μὴ ἐνδιατρίβοντας ταῖς πρὸς αὐτοὺς διαλέξεσιν, ἀλλὰ ταχὺ ἀπαλλαττομένους, νύκτα μέντοι καὶ ἡμέραν τοῖς θείοις ψαλμοῖς καὶ νόμοις ἐμμελεῖν τῷ δεδομένῳ κανόνι ἐπιμελῶς ἐχομένους. Πολὺ γοῦν ἐδόκει τῷ Συμεὼν, πλησίον ὥσπερ αὐτὸν ἐν τῇ κατωτέρᾳ μονῇ γενόμενον, ἐκεῖνα πρός τινας τῶν κοσμικῶν ἀκύειν λαλούντων, ἅπερ αὐτῷ οὐ συνετολὴ σὰρξ ἐβύλοντο. Καλέσας τοίνυν αὐτὸς, ἐρεύνας τε τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ κέρδος δεδοκὼς, εὗρεν ὡς αὐτῷ τοῖς τῷ πνεύματι ὀφθαλμοῖς ἐθεάθη· ὃ καὶ φόβον αὐτοῖς σὰρξ ὀλίγον ἐνῆκε, μελλύσης ἀξιόχρεων ἐγγυητὴν ἀσφαλείας.

Ἀδελφός τις ἀρετὴν μαρτυρούμενος, εἰς ἄλατος ἐπέμφθη διακονίαν, ταῖς δὲ τῦ πονηρῦ κατὰ τῶν τοιύτων ἐπιβυλαῖς καὶ τοῖς ἐκείνυ πιθανοῖς δελεάσμασι, παραχερδαίνῃ τι τὸ τύτυ τιμῆς, ἢ ζημιῦται μᾶλλον ἐσχάτως, ὅσα καὶ ψυχῆς ἡ ζημία. Τῦτο τοίνυν ὁ Συμεὼν ἀπὸ μακρόθεν εἰδὼς, τοῖς μαθηταῖς ἀπαγγέλλει· εἶτα μέλας ἔλλεται πρὸς ἑαυτὸν ἐπανελθόντα τὸν ἀδελφὸν, ἐλέγχει τὸ γεγονὸς, ἐπιτιμᾷ τε κλοπῆς· ἔπειτα μέντοι δέχεται τὴν ἐξομολόγησιν, δίδωσι τὴν ἄφεσιν, ἐπάγει τὴν θεραπείαν. Ἀνῆλθον τινες πολὲ τῶν Ἰσμαηλιτῶν καλὰ προσκυνήσιν τῦ Ἁγίυ· σωέβη δὲ τὴν τούτων ἡμίονον ἀπολυθεῖσαν, καὶ πρός τινα τῦ ὄρυς χρημνὸν ὑποκαλαβᾶσαν, προσδέσαί τῦ ῥυτῆρος περί τινα ὕλην (οἷα φιλεῖ πολλάκις αὐτομάτως γίνεσθαι) τῆδε ἀπολῆφθῆναι. Ὡς οὖν πολλὴν αὐτῆς δέησιν ἐποιήσαντο, ἀλλὰ καὶ εἰς τρίτην ἑξῆς ἡμέραν ἰχ οἷοί τε γέγονασιν ἀνευρεῖν, προσίασι τῷ Μεγάλῳ, ἀλύοντες καὶ τὰς ψυχὰς σφόδρα διαπονύμενοι. Ὁ δὲ, καθάπερ ὁρᾷς. οἶ προσδέδεκτο αὖτις, καλέσας δύο τῶν μαθητῶν, ἐκέλευσε ἐκεῖ γενομένους, καὶ τὴν ἡμίονον λύσαντας ἀναστῆσαι τοῖς δεσπόταις. Ὅπερ οὖν καὶ γέγονε, ἀπολαβόντες αὐτὴν ἐκεῖνοι, πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἐπανῆεσαν, θαῦμα τὸν ἄνδρα ποιούμενοι.

convenirent, neque colloquia ulla aut ſermones cum iis miſcerent, niſi in graviſſima neceſſitate; tunc vero etiam non immorandum diu, ſed præciſo ſermone diſcedendum quam mox; ut noctes atque dies divinis pſalmis ac legibus meditandis tranſigentes, ſeduli præſcriptarum regularum obſervatores eſſent. Aliquando igitur, cum Sanctus ad inferius monaſterium acceſſiſſet propius, viſus ſibi eſt audire aliquos talia cum ſecularibus loquentes, qualia non licebat per data præcepta. Accerſens igitur illos, examinanſque & rem & tempus, factum comperit, ſicut ſpiritualibus oculis à ſe viſum fuerat: id quod non levem incuſſit diſcipulis timorem, fide dignum majoris in futurum cautelæ vadem. A. NICEPHORO. *cognoſcit & redarguit illicita colloquia.*

186 Frater quidam, virtutem profeſſus, miſſus forte ad divendendum ſalem, inſidiis diaboli, talia curantibus infeſtioris, falſiſque perſuaſionibus ſpeciem veritatis præferentibus inductus, aliquid juſto amplius lucri, aut potius multum damni fecit, ſi animam ſpectes. Quod cum S. Symeon eminus cognoſceret, diſcipulis quoque manifeſtavit: deinde accerſit Fratrem illum jam reducem, ad ſe: arguit factum, reprehendit fraudem, tum excipit confeſſionem, remittit peccatum, reſtituit ſanitatem. Advenerunt aliquando Iſmaelitæ quidam adoraturi Sanctum; cum accidit, ſolutam eorum mulam per quoddam montis præcipitium deſcendere, atque adhæreſcente fræno (ut fieri non raro ſponte aſſolet) ad arboris truncum, ibidem retineri. Quam cum diligenti ac triduana etiam inquiſitione deprehendere non poſſent; adeunt Sanctum, mœrentes pendenteſque animis. Is autem, quaſi videret ubi alligata eſſet mula, vocatis duobus diſcipulis imperavit, eo ut contenderent, ſolutumque animal dominis reſtituerent incolume. Quod ita factum eſt. Illi autem eum recepta mula ad ſua reverſi ſunt, prodigioſum illum eſſe hominem prædicantes. *Videt abſentis cujuſdam inobedientiam.* *Mula perdita, quo loco ſit, indicat.*

CAPUT XXIV.

Varia prævidet ac prædicit Symeon.

Σχολαστικός τις ὄνομα Ἰωάννης, ἀνὴρ εὐσεβὴς, καὶ τῇ τῆς ζοῆς πηγῇ τῷ τῦ Θεῦ δηλαδὴ φόβῳ τρυφῶν, ἐκ πνος μὲν ὁρμώμενος κώμης τῶν ὑπὸ τὴν Ἀντόχου κειμένων, κατ' αὐτὴν δὲ τὴν ἱκαῦτα τὴν πόλιν διάγων, παρὰ τὸν Συμεὼν ἀνελθὼν, τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐκοινῦτο· ὡς ἄρα μέλλοι Δομνῖνος ὁ ἱερώτατος Πατριάρχης αὐτὸν τῶν Πρεσβυτέρων ἀξιῶσαι χειροτονίας, καὶ παρὰ τὴν βασιλίδα πόλιν κατά δή τινα χρείαν τῶν ἀναγκαίων ἐκπέμψαι, ταῦτ' ἔλεγε, καὶ ὅτι τὸ Θεῷ δοκοῦν ἥτει μαθεῖν. Ὁ δὲ τῷ πνεύματι προποιθότως ὑπολαβὼν, ὃ καὶ δῆλα τοῖς αὐτῦ ὀφθαλμοῖς καθίσῃ τὰ ἔμπροσθεν· Ἄπιθι, ἔφη, ἀφιέρωσαι γὰρ ἤδη τῷ ὑψηλῷ παρὰ Θεῦ θρόνῳ τῶν Κωνσταντινυπολιτῶν Ἐκκλησίας, ὃ παρὰ Σαυτῷ κεῖσθω μόνῳ, ἄχρις ἂν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐκ τῦ τέλυς γνώριμον γένηται· εἶτα καὶ ὁποῖον αὐτὸν εἶναι δέον παρήνει, καὶ ὅσα τοσύτῳ ἀξιώματι πρέποντα εἴη.

Ὁ δὲ ταύτῃ τὸ Ἅγιον συγκαταβάντα ἰδὼν, καὶ ὅτις Ἰυστινιανῷ διάδοχος ἔσαι τῶν βασιλείας (οὗτος γὰρ τὰ Ῥωμαίων τὰνικαῦτα σκῆπτρα διεῖπεν) ἠξίυ μαθεῖν. Καὶ ὃς, φυλακὴν αὐτῷ τῦ μυστηρίυ πρότερον ἱκανῶς

187 Advocatus quidam, Joannes nuncupatus, vir pius, & fonte vitæ, Dei ſcilicet timore, admodum delectatus; ex pago quidem, urbi Antiochenæ ſubjecto, oriundus; tunc vero in ipſa urbe commorans, ad Sanctum venit, cum eoque communicavit quædam ad ſe ſpectantia: nempe utrū ipſum ſanctiſſimus Patriarcha Domninus ſacris Presbyterorum Ordinibus dignaturus, & quarumdam magni momenti rerum expediendarum cauſa in regiam urbem miſſurus eſſet. His expoſitis, avebat, quæ Dei voluntas eſſet, intelligere. Sanctus adhæc animo confidenti, non ſecus ac ſi coram ante oculos omnia fuiſſent poſita, reſpondens; Abi, inquit; jam nunc enim conſecratus à Deo es, ut in ſummo Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Throno præſideas; quod velim tibi ſoli ſcias, donec eventu ipſo innoteſcat aliis. Deinde monebat quoque, quanta illa dignitas eſſet, ac quales eam mores decerent. *Cuidam Patriarchatum prædicit*

188 Joannes, animadverſo, quam facilem in vota ſua habuiſſet Sanctum rogabat porro, ut ſignificaret, quis Juſtiniano ſucceſſor in Imperio futurus eſſet: ille enim tunc moderabatur Imperium Ro- *& Juſtini Imperium:*

A. NICEPHORO.

Romanum. Cui Sanctus, indicto prius arcanæ rei silentio; Justinus, inquit. Hisce igitur intellectis, Sanctique precibus quasi viatico bene instructus atque armatus, lubenti animo Presbyter initiatus est, & pede alacri ad Regiam urbem se contulit. Hic cum esset, habebat quidem omnibus occulta vaticinia, sibi à famulo Dei Symeone reddita; satagebat autem studiose (quanta in humanis mentibus aut pusillanimitas, aut sua promovendi cupiditas inest!) ut in notitiam Justini veniens ejus benevolentiam sibi compararet: eumque aliquando solus cum solo ageret, prædictionis arcana ei detexit; & ex illo tempore inter familiares Justini numeratus, utpote qui nuntium cum voluptate conjunctum attulisset, ejusdem ut plurimum mensa utebatur. Non multo post *a* ejicitur è sede Constantinopolitana Eutychius, reponiturque in eadem hic ipse Joannes Scholasticus; in talem sententiam inclinante Deo Justinianum, qui & ipse non diu vitam exinde produxit; cessitque Imperium Justino: quemadmodum singula jam pridem eventura clarissime pronuntiaverat Sanctus.

a quod utrumque evenit.

189 Justinus itaque, quia à Symeone non solum prædictum erat, ipsum Imperii solio sublimandum, sed reipsa factum; tanta in ipsum ferebatur fiducia atque affectu, quantam par erat habere illum, qui istiusmodi prædictionem ab ipso acceperat. Quare, cum filia ejus, à dæmone infesta, gravissime torqueretur; aliis quidem, propterea quod ad Imperatoris ignominiam facere hujusmodi passio puellæ videretur, rem occultam habuit; litteris vero arcanis à Sancto petiit, eam sibi gratiam faceret, ut patefieret filiam ad ipsum deportari, quod videbatur Imperatori incolumitatem puellæ allaturum: noverat quippe, ex collatorum ab eo in alios per miracula beneficiorum largitate, suam sibi filiam non absque auxilio reversuram. Symeon autem nihil moratus (consideremus, amabo, gratia ejus quanta fuerit) rescribit in hunc modum: Confide, Imperator, & Deo benefactori gratias persolve; sanata namque est ab inflictâ plagâ filia tua. Nec res à litteris discrepavit, uti patuit eventu: nam simul atque litteræ Imperatori traditæ fuerunt, vexatio quoque dæmonis cessavit.

B *Filiam Imperatoris*

à dæmone liberat per epistolam,

190 Inciderat deinde Imperator ipse Justinus in infirmitatem, cum Joannes, quem jam ostendit oratio nostra Constantinopolitanæ Sedis Patriarcham, tum propter summam familiaritatem quæ ipsi intercedebat cum Justino, tum propter fiduciam quam posuerat in Symeone; tum denique quod firmiter persuasum habebat, fieri non posse, ut aliunde tantum ac tam promptum adesset auxilium; misit ad Symeonem, supplicans, ut apud Deum rursus intercederet, quatenus à morbo resurgeret Imperator. Symeon vero, quo statu res illius essent non ignorans, renuntiari jubet, nihil quidquam ut admittat curationis ab illis, qui Deum negarunt, & propere adventuram sanitatem. Imperator Sancti præcepta parum sedulo observans, cum se tradidisset cuidam, Timotheo nomine, religione Hebræo, qui in libris quidem ac arte medica videbatur versatus, re vera autem addictissimus erat incantationibus (his enim studebat ejus uxor Sophia, non tam viri amore quam pusillanimitate, ut pote in hanc ex illâ deducta) conspicit se ipse Symeon media die in regiam urbem delatum, in ipso veluti palatio adstare, atque inspicere quæ à Judæo fiebant; indolere etiam ad visa, & non ferenda judicare: quæ Patriarchæ etiam manifesta esse voluit, rogavitque ut Imperatorem à se obtestaretur atque hortaretur, istiusmodi impietatem missam faceret.

ipsique Imperatori ægro sanitatem promittit,

sed cognoscens eum superstitiosis remediis uti

παραγγέλας, Ἰωσῆν φησι. Ὁ μὲν οὖν παρὰ τοῦ θείου Συμεὼν ταῦτα μαθὼν, καὶ ταῖς αὐτοῦ εὐχαῖς ἐφοδιασθεὶς ἢ καθοπλισθείς, ἀσμένως τε τὴν τοῦ Πρεσβυτέρου χειροτονίαν δεξάμενος, παρορμᾷ ποδὶ παρὰ τὴν βασιλίδα πόλιν ἐχώρει. Ἐν αὐτῇ δὲ γενόμενος, πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους ἀπόῤῥητα ἦν ἅπερ ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων Συμεὼν παρῄνει, πρὸς ᾧ τ' Ἰωσῆνον (οἷα τὰ τῆς ἀνθρωπίνης μικροψυχίας, ἢ φιλαυτίας!) ἵν' εὔνοιαν ἑαυτῷ παρ' ἐκείνου πάντως μνησεύσηται, σπουδὴν ἔθετο γνωριζομένην, καὶ μόνος μόνῳ συγγεγονὼς τὰ τῆς προῤῥήσεως ἀπεκαλύπτετο. Ἐξ ἐκείνου τοίνυν, ὁ μὲν Ἰωσὴφ φιλιωθείς, οἷα καὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν εὐαγγελισάμενος, παρ' αὐτῷ τὰ πολλὰ διητᾶτο· ὁ πολλῷ δὲ ὕστερον, ἀπωθεῖται μὲν τοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνου Εὐτύχιος, ἀνίσταται δ' αὐτὸς ὁ Σχολαστικὸς Ἰωάννης, Ἰωσηνιανὸν τοῦ Θεοῦ πάντως ἐπὶ τὴν ψῆφον κινήσαντος. Ἰωσηνιανῷ δὲ μετὰ ταῦτα τὸν βίον ἀπολιπόντος, εἰς Ἰωσῆνον τὰ τῆς ἀρχῆς μεταπίπτει, ὡς ἔκαστα πόῤῥωθεν τῷ Συμεὼν σαφῶς προηγόρευτο.

Ἰωσὴν μὲν οὖν, οἷα προεῤῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Συμεὼν βεβήσεσθαι τὸ βασιλείας αὐτὸν, ὑμνεῖ μὲν ἅμα καὶ εἰς τέλος ἐκβεβηκὸς, τοσαύτην πρὸς αὐτὸν ἐχρῆτο πίστει καὶ ψυχῆς διαθέσει, ὅσην τὴν τηλικαύτης παρ' αὐτοῦ τυχόντα προφητείας εἰκὸς, ὥστε καὶ θυγατρὸς ὑπὸ δαίμονος αὐτῷ δεινῶς βασανιζομένης, πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους δι' ἀσχωλίας τῷ Βασιλεῖ τῷ τὸ παῖδος εἶναι πάππῳ, γράμμασι δὲ τούτου μυστικοῖς δεηθῆναι, ὡς ἐπενεῦσαι ταύτῃ παρ' αὐτὸν κομισθῆναι, ὅπερ ταυτὸν τῷ Βασιλεῖ καὶ τὸ θεραπείας τῆς παιδὸς τυχεῖν ἐνομίζετο· ἤδει γὰρ ἐκ τῶν περὶ τοὺς ἄλλους τοῦ ἀνδρὸς θαυμάτων φιλοπμίας, ὡς ὁ δὲ αὖτη διακενὴς ἀναστρέψει. Τὸν δὲ, μηδὲ μικρὸν ἐπισχόντα (καὶ σκοπῶμεν τοῦ ἐν αὐτῷ χάριν ὅσην) Θάρσει, Βασιλεῦ, εὐθὺς ἀνιππράψας, καὶ Θεῷ χάριτας ὁμολόγει τῷ εὐεργέτῃ, ἴαται γὰρ ἀπὸ τῆς πληγῆς ἡ θυγάτηρ. Ὅπερ συμβαῖνον ἀπὸ τοῦ τέλους εἶχε τῷ γράμματι καὶ τὸ πρᾶγμα, ὁμοῦ τε γὰρ τοῦ ἐπισταλοῦς ὁ Βασιλεὺς δέδεκτο, καὶ τὸ τοῦ δαίμονος ἐπηρείας ἡ παῖς ἀπήλλακτο.

Τοῦ δὲ αὐτοῦ τούτου Βασιλέως Ἰωσήνου νόσῳ περιπεσόντος, Ἰωάννης ὁν τὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει προέδρου ἀπέδειξεν Ἐκκλησίας ὁ λόγος, πολλῇ μὲν τῇ πρὸς Ἰωσῆνον σχέσει, πολλῇ δὲ τῇ πρὸς τὸν Συμεὼν πίστει, καὶ τῷ μηδαμόθεν πεπεῖσθαι σαφῶς ἄλλοθεν τηλικαύτης οἷόν τε εἶναι βοηθείας τυχεῖν, ὅπερ ἐλπὶς τῷ Συμεὼν, ἀξιοῖ δεηθῆναι πάλιν ἐκεῖνον Θεοῦ, ἀνεθῆναι τὸν Βασιλέα τῆς νόσου. Ὁ δέ τινα τὰ περὶ αὐτὸν ὥσπερ οὐκ ἀγνοῶν, ἀνίεται μὲν, μὴ δι' ὅτου ἂν τὸν προσεῖσθαι τοῦ ἀπηγορευμένου Θεῷ, καὶ ταχεῖαν αὐτῷ τοῦ ἴασιν ἥξειν. Τοῦ δὲ τοῦ ἐκείνου σφόλοῦν ὁ δὲ βραχὺ φρονήσαντος, ἀλλά τινι ἑαυτὸν ἐκδεδωκότος, Τιμοθέῳ μὲν τῷ κλῆσιν, Ἑβραίῳ δὲ τοῦ θρησκείαν, ἀνδρὶ τῷ μὲν δοκεῖν περὶ βίβλους ἰατρῶν καὶ τέχνην, τὸ δ' ἀληθὲς γοητείαις ἠσχολημένῳ (σπουδὴ δὲ τοῦτο τοῦ σωοίκου Σοφίας, ὁ φιλανδρίᾳ μᾶλλον ἢ μικροψυχίᾳ, διὰ φιλανδρίαν δὲ τάχα καὶ τῇ μικροψυχίᾳ χρωμένης) ὁρᾷ μεσούσης ἡμέρας ὁ Συμεὼν ἑαυτὸν τοῦ βασιλίδα πόλιν καταλαβόντα, καὶ ὥσπερ ἐν τῷ παλατίῳ γεγονότα, καὶ τὰ παρὰ τοῦ Ἰουδαίου γεγενημένα θεώμενον, ἀχθόμενόν τε πρὸς ταῦτα, καὶ οἷον οὐκ ἀνεκτὰ ποιοῦντα· ἃ καὶ δῆλα τῷ Παλατιάρχῃ καθίστη, καὶ τῷ Βασιλεῖ ὡς παρ' ἐκείνου διαμαρτύρεσθαι, καὶ παρεγγυᾶν ἀποσχέσθαι τῶν τοιούτων ἠξίου.

Καὶ ὁ μὲν ἀπήγγελλεν, ὁ τῷ Βασιλεῖ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ συζύγῳ, ἢ καὶ μᾶλλον ἐσπουδάζετο τὰ τοιαῦτα· οἱ δὲ τοσοῦτον ἐδέησαν ἀποσχέσθαι, ὅσῳ καὶ γυναῖκά

C

D

E

F

A γυναῖκά τινα τῶν ἐγγεγριμύθων, ἃ ἀπὸ κοιλίας φωνοῦσι κενολογοῦσαν, ἐπεισήγαγον τῷ ἑβραίῳ, ἐφ' ᾧ σαφέστερον παρ' ἐκείνης αὐτῆς τὰ τοῦ νόσου δηλαδὴ γνωρισθῶσι. Αἷς σχολία μᾶλλον ἐκ ματαίας ἔσαι, ᾧ δύσεται ὁ ἥλιος ἐπ' αὐτὰς, ᾧ συσκοτάσει ἐπ' αὐτὰς ἡ ἡμέρα, Μιχαίας περὶ αὐτῶν ὁ θεῖος καλῶς προηγόρευσεν. Ἐν τοσούτῳ δὲ ὄψις φαίνεται πάλιν ἑτέρα τῷ Συμεών· ἡ δὲ ὧδε. Αὐτὸς μὲν τοῖς βασιλείοις αὖθις ἐπιδημῶν, ᾧ τὰ Βασιλέα ὁρῶν, ἐν ᾧπερ εἰώθει τόπῳ τοὺς προσιόντας δεχόμενον· διανοιγέντας δὲ αὐτίκα τοὺς οὐρανοὺς, καί τινα θείαν ἐκεῖθεν δυνάμιν κατελθοῦσαν, περιδύσασάν τε αὐτὸν τὸν βασιλικὸν ἐσθῆτα, τότε διάδημα τὴν κεφαλῆς ἀφελοῦσαν, Ἔσο πρὸς αὐτὸν φάναι τέως ἐνταῦθα πάσῃ γλώσσῃ διήγημα, ψευδὲς τῇ ἐλπίδι θέμενον, καὶ μὴ θεῷ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐπιτρέψας, ἀλλὰ δαίμοσι μᾶλλον καὶ δαιμόνων ἐνεργείαις προσεσχηκώς· ὃ πρός τε τοὺς παρόντας ὁ Συμεὼν ἐν δάκρυσιν εἰρήκει καὶ καρδίας ὀδύνῃ· τῷ τε Πατριάρχῃ τὴν αὐτὸν ἐγνώρισε τρόπον, καὶ τὸ μηκέτι πρὸς αὐτὸν περὶ τοῦ Βασιλέως προθεῖναι· Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ φήμη καλὰ πάσης Ἠπείρου καὶ θαλάσσης ἐχώρει, διεφθάρθαι τὰ Βασιλέα τὰς φρένας,
B καλόπιν ᾗ καὶ θάνατον εἵπετο.

Εὐξώμεθα περὶ τῆς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν Ἐκκλησίας, ἀδελφοί, φησί ποτε πρὸς τοὺς μαθητὰς ὁ ἱερὸς Συμεών· ἐδόκουν γὰρ τὴν Πρόεδρον αὐτῆς Δομνῖνον ὁρᾶν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἀναβαίνοντα, καὶ τῆδε τεθηκότα ἑαυτὸν, καὶ οἱονεὶ ῥέγκοντα, εἶτα ἐκεῖθεν καταβεβηκότα, καὶ δεξιᾷ τοῦ θυσιαστηρίου ἱσάμενον· τὸ μὲν οὖν πλῆθος, καὶ ὅσοι τοῦ βήματος ἀναμένοντες ἦσαν, εὐχὴν ἐπιτελεῖν τὸν ἄνδρα οἰόμενοι· καὶ τὸν μὲν, τῇ τοιᾷδε σάσῃ μέχρι τινὸς ἐπιμείναντα, Οἰχήσομαι φάναι πρὸς τὴν ἐμαυτοῦ κοιτωνίσκον· Παλαιστινοὺς δέ τινας μοναχοὺς τὴν θείαν ἐπιτελέσαι μυσταγωγίαν. Ἐξῆς δὲ καὶ τὴν λύσιν ἐπῆγεν, ὡς ἄρα τελευτήσει μὲν Δομνῖνος τὸν βίον, Μοναχὸς δέ τις τὸ γένος ἐκ Παλαιστίνης ἕλκων, εἰς τὸν ἐκείνου θρόνον ἀνενεχθήσεται· ὅπερ οὐκ εἰς μακρὰν ἠκολούθει, καὶ Δομνίνου τὸν βίον ἀπολιπόντος, Ἀνασάσιός τις Παλαιστινὸς ἐπιβαίνει τοῦ θρόνου.

Ἦν τις φύλαρχος παρὰ Πέρσαις, ἀνὴρ κατὰ χεῖρα γεννάδας, Ἀλμουνδαρος ὄνομα, τὴν μὲν θρησκείαν ἕλλην, τὸ δὲ τοῦ σώματος μεγέθους γιγάντων οὐκ ὀλίγων λειπόμενος· οὗ καθὼς ὕψος κέδρου τὸ ὕψος αὐτοῦ, καὶ ἰσχυρὸς ὡς δρῦς, εἴποι ἂν Ἀμὼς ἐπ' αὐτῷ. Ὃς τὴν Ῥωμαίων συνεχῶς καταστρέχων, οἷα μηδεὶ εἰς πόλεμον ἀντικαταστῆναι τῷ βαρβάρῳ τινὸς εὐχερῶς δυναμένου, ὃς ἂν αἰχμαλώτους λάβοι χριστιανῶν, οὐδένα περὶ αὐτοὺς οἶκτον ἤδει, ἀλλὰ τὰ πάντων ὠμότατα ἔδρα. Οὕτω βαρεῖ τινι καὶ σφατῷ τὴν Ῥωμαίων ἐπήει, ἀντεπεξῆγε δὲ τὰς δυνάμεις αὐτῷ καὶ Ἀρέθας, ὃς τὴν Ῥωμαίων στρατιᾷ τὰ πρῶτα τέτακτο. Ἡ μὲν οὖν Ἀνατολὴ πᾶσα δεινῶς ὑπὸ δέους ἐσείετο· τῷ δὲ Συμεὼν τοιαύτη τις ἐδείκνυτο ὄψις, ὡς αὐτὸς τοῖς μαθηταῖς ἐξηγεῖτο.

Ἐδόκει καθάπερ ἑαυτὸν ἐπί τινος λόφου βραχέος ἐν μεθορίῳ Περσῶν τε καὶ Ῥωμαίων γεγενημένον ὁρᾶν, καὶ ὡς κατὰ μέσον τὸν παρεμβολὴν ἑστὼς εἴη, ἧς ἀφηγεῖτο Ῥωμαίοις Ἀρέθας· ἀντεπῆει δὲ σὺν Ἀλμουνδάρῳ βαρβάρων πλῆθος ἀριθμοῦ κρεῖττον, καὶ ὅτι τὸν μὲν ὑπ' Ἀρέθα στρατιὰν καὶ μόνῳ τῷ ἰδεῖν δέος εἷλεν. Ὡς δὲ καὶ εἰς συμπλοκὴν ἤδη καὶ χεῖρας ἦλθον, οἵ τε περὶ Ἀρέθαν ὑφίσαν τὸν Ἀλμουνδάρου ὁρμὴν, θυμῷ μᾶλλον ἢ λογισμῷ μαχόμενοι· Ἔσῃ, φησὶ, πνεῦμα δυνάμεως ἀνώπιόν μου, πυρὸς σφαῖραν

191 Tulit Patriarcha non ſolum Imperatori ejuſmodi nuntium verum etiam conjugi ejus, impenſius iſtiuſmodi nugis deditæ. Sed illi tantum abeſt ut abſtinuerint, ut etiam mulierem quamdam ex earum numero, quæ de ventre *c* inanem ſermonem reddunt, ad Hebræum allegarint, ut per eum certiora de morbo cognoſcerentur. Verum de talibus recte prædixit Micheas, quod tenebræ eis ex divinatione erunt, & occumbet ſol ſuper eas, & contenebreſcet ſuper eas dies. Interea Symeoni alia rurſum viſio objicitur; eratque talis. Ipſe iterum ad palatium Imperatoris delatus, cernebat ipſum, quo conſueverat loco, affatum petentes exciperet: cernebat etiam mox apertis cælis delapſam inde quamdam virtutem divinam, quæ exuens Imperatorem veſte regali, & auferens capitis diadema, dicebat illi: Eſto fabula in ore omnis populi, quia poſuiſti mendacium ſpem tuam, & te tuaque non commiſiſti Deo, ſed dæmoni potius ejuſque artibus præbuiſti aures. Quæ Sanctus cum lacrymis & dolore cum præſentibus communicavit; & Patriarcham de totius rei ordine inſtruxit, ut ne quid impoſterum in favorem Imperatoris proponeret ſibi. Exiguum porro temporis ſpatium interjectum fuit, cum fama per totam Epirum & mare emanavit, Imperatorem mente captum eſſe: quam deinde conſecuta mors *d* eſt.

192 Oremus pro Eccleſia Antiochena, inquiebat aliquando diſcipulis ſuis S. Symeon: videbar enim mihi videre, Antiſtitem illius Domninum altare conſcendere, ibidem ſe collocare, & veluti ronchos ducere; poſtea vero inde deſcendere, & dextera altaris parte conſiſtere, exiſtimante interim adſtantium turba illum precari; eodem in loco porro ipſum aliquandiu perſeverantem, dicere: Concedam ad lectulum meum: monachos autem quoſdam ex Palæſtina ſacroſanctum ſacrificium perſolviſſe. Deinde & explicationem viſionis adjecit, quomodo nempe finiturus vitam Domninus, & monachus quidam, è Palæſtina genus ducens, in thronum illius inducendus eſſet. Quod non diu poſt completum eſt, cum *e* Domnino vita functo, Anaſtaſius quidam Palæſtinus vacuam Sedem conſcendit.

193 Militabat Perſis Tribunus quidam, Almundarus *f* vocabulo, religione gentilis, manu ſtrenuus, corporis mole gigantibus fere æqualis: de quo Propheta Amos dixiſſet, quod erat altitudo cedri ſublimitas ejus, & fortis erat quaſi quercus. Hic Romanorum terras continentibus depopulabatur incurſionibus, non aliter quam ſi aleam pugnæ cum barbaro committendæ ſubire nullus poſſet: quotquot autem captivos abduxiſſet Chriſtianos, nulla illorum tactus commiſeratione, crudeliſſimis quibuſque tormentis enecabat Invaſerat, autem per illud tempus cum infeſto exercitu Romanum Imperium: contra eum vero educebat copias ſummus Romanorum Dux *g* Arethas. Omnis igitur plaga orientalis vehementi metu æſtuabat: at Symeoni talis quædam viſio oſtenſa eſt, quemadmodum ab ore ipſius excepere diſcipuli.

194 Putabat, in exiguum quemdam collem, in confiniis Romani Perſicique imperii delatum ſe, conſiſtere in media illa acie, quam pro Romanis Arethas ducebat. Ex adverſo invadebat eum cum Almundaro barbarorum turba tam innumerabilis, ut exercitum Arethæ viſo tantum hoſte metus in fugam prope conjicerer. Cum autem ad manus & pugnam perventum eſſet, Arethanique non ſuſtinerent impetum Almundari, ira potius quam ratione pugnantis; Stetit, ait, ſpiritus Angelicus ante me, ignitum globum tenens; meque ardenter precante,

A. NICEPHORO.

c

Mich. 3, 6.

ideo moriturum prædicit:

E

d

intelligit mortem Domini Ep. ejuſque ſucceſſorem,

e

f

Infenſum Chriſtianis hoſtem

F

Amos 2, 9

g

agnoſcit profligatum,

A. NICEPHORO.

projecit in caput barbari, & dicto citius jactantiam illius repressit. De cetero igitur, Filii ac Fratres mei, hilares estote; quoniam à Deo hodie libertas Orienti reddita est. Hæc à viro Dei dicta fuerant, cum interpositis diebus pauculis allatus est Antiochia faustus nuntius: quem discipuli cum vaticinio Simeonis conferentes, compererunt eodem tempore, non modo diei, sed etiam horæ, quo prædicta fuerant, illa contigisse. Deinde milites quoque è conflictu ad ipsum venerunt, quæ de colle ac barbarorum invasione modo diximus, confirmantes; imo etiam dicentes, quod conspicuum à Deo subsidium ad evertendos hostes nacti fuissent per S. Symeonis intercessionem: cui ipsi quoque ad usque terminum vitæ adhæserunt, se ipsos gratitudinis ergo pro obtenta salute offerentes.

quod mox allato nuntio verum probatur.

Energumenum periculo submersionis ereptum

195 Antiochenus quidam, cui Theodoro nomen, à pernicioso dæmone infestus, cum ad Sanctum accessisset, orabat quam ferventissime pro sanatione. Præcepit ei Sanctus reditum in domum suam; Ibi enim, inquit, videbis nos, in strato tuo quiescens. Nec verbo præterea addito, dæmoniacus gradu quam poterat citissimo revertebatur. Sed quando ad fluvium
h ventum erat, imbres violenti in *h* Melantem illapsi
B (id enim fluvio nomen) alveum auxerant. Quid hic ille? Tantam in verbis Sancti habuit fiduciam, aut potius tantopere acceleravit exequi illius mandata, tum quia ipse præceperat, tum etiam magis quod impense cuperet sanari; ut, nulla fluenti, licet tunc magni rapidique, habita ratione, illud superare tentaverit.

dæmonio etiam liberat.

196 Et ille quidem fluminis impetu ablatus, in extremum vitæ devenerat periculum; Symeon vero eodem tempore incidit instituti apud Fratres sermonis filum (conferebat enim tunc cum suis super salutis negotiis) & orationi se dedit. Post quam vultu lætiori ad illos conversus, quid viro illo dæmoniaco factum esset, in medium produxit; quomodo scilicet fluvii rapacis transitum tentare ausum, jamque violentia aquarum abreptum, ipse prehensâ manu pene perditum extrahere sibi visus fuisset. Et sic ille quidem eadem hora, quæ homini evenerant, quasi coram & perspicue vidisset, enarrabat discipulis: homo vero ipse sub tempus, quo accendi lucernæ solent, domum suam salvus atque incolumis pertingit, reclinatusque in lectum conspicit mox S. Symeonem, dæmoni admodum terribilem, advenire & acerbissimos illi cruciatus inferre; itaque totam illam,
C quanta est, noctem acerbo ac flebili cum ejulatu transfigens infelix, Jam egredior, clamabat. Dæmone autem perfecte ejecto, redit homo jam liber ad Sanctum, renuntians quæ sibi acciderant; quomodo scilicet sibi Sanctus apparuerat, non modo decumbenti in lecto, verum antea etiam periclitanti in fluvio; quomodo istic gravem exterminarat dæmonem, hic graviori etiam subduxisset discrimini; contulisseque beneficium non inferius, quam quod petierat, præterquam quod magis esset inexpectatum.

Periculum absentis Fratris narrat,

197 Dormientibus aliquando Fratribus inferioris monasterii in agro, dum ceteri sub noctem mediam cum S. Symeone ad confitendum Domino convenissent; Videbar, inquit Sanctus, videre leopardum e spelæo suo prorumpere, & capiti unius è Fratribus in agro infeste imminere; tum veluti dilaniare ac saturari sanguine & carnibus illius; denique precibus meis arceri belluam. Talis erat narratio Symeonis, apud discipulos instituta: res ipsa vero sic agebatur cum dormiente, qui expergefactus, deprehendit ad caput suum feram. Ignarus autem quid re-

& invocanti suum nomen succurrit.

rum ageret in tam repentino desperatæ salutis periculo; inclamat paratam ilico & inexpugnabilem potentiam S. Symeonis nomen, & quod consequi inde

διαχαλέχον· ᾧ θερμῶς ἐμῷ δεηθέντι, ἐρρίψεν αὐτὸν D
ἐπὶ κεφαλὴν αὐτῷ, ᾧ αὐτίκα τὸν ἀλαζόνα καταβεβλήκει. Εὐθυμεῖν τοιγαροῦν λοιπὸν, ὦ τέκνα ᾧ ἀδελφοὶ, ὡς τῇ τοῦ θεοῦ παρὰ Θεῷ σήμερον ἐλευθερίας γεγενημένης. Εἴρητο τῷ ἀνδρὶ ταῦτα, ᾧ ὀλίγων ἡμερῶν ἔσω ἀφικνεῖται τῇ Ἀντιοχείᾳ τὰ εὐαγγέλια, ἃ τοῖς ὑπὸ τοῦ ὁσίου Συμεὼν ἐρημιδίοις οἱ περὶ αὐτὸν συμβαλόντες, εὗρον κατὰ ταὐτὸν, οὐ τὴν ἡμέρας μόνον, ἀλλὰ ᾧ ὥρας, καθ' ἣν ταῦτα προειρήκει γεγενημένα. Ἔπειτα μέντοι ᾧ στρατιῶται παρ' αὐτὸν ἐκ τοῦ πολέμου φοιτῶσι, τά τε περὶ τοῦ λόφου ᾧ τὴν τῶν βαρβάρων συμβολὴν ἀπαγγέλλοντες, ᾧ ὅτι φανερᾶς τύχοιεν ἐκ Θεοῦ ῥοπῆς πρὸς τὸν δ' βαρβάρου καλαγροφιῶν τὰς ἐκείνου προσβείας, οἳ ᾧ παρέμειναν αὐτῷ διὰ τέλους, ὅλους ἑαυτοὺς τοσαύτης χαρισήρια σωτηρίας προσενέγκοντες.

Ἀνιοχεύς τις Θεόδωρος ὄνομα, δαίμονι ὀλεθρίᾳ κατειλημμένος, παρὰ τὸν Ἅγιον ἀνελθὼν, ἐδέετο αὐτοῦ θερμότατα πρὸς τὸν ἴασιν. Τοῦ ᾗ οἴκαδε πορείαν αὐτῷ παραγγείλαντος, Ἐκεῖ γάρ φησιν ἡμᾶς ἐπὶ τῆ ἑαυτοῦ κλίνης ἀναπαυσάμενος ὄψει, ὑδὲν πλέον ἐκεῖνος προσθείς, ὡς εἶχεν εὐθὺς ἐπανῆλθ'. Ὅ τε τοίνυν κατὰ τὸν πόλαμὸν ἐγεγόνει, ὑετοὶ μὲν ῥαγδαῖοι καταῤῥαγέντες τῷ Μέλανι, τοῦτο γὰρ ὁ πόλαμὸς ἐκαλεῖτο, τὸ E
ῥεῖθρον ηὔξησαν. Ὁ ᾗ τοσαῦτα τῷ ῥήματι τοῦ Συμεὼν θαῤῥῶν ἔχων, ἢ ὅτῳ μᾶλλον αὐτὸ πληροῦν ἐπειγόμενος, τὸ μέν τι διὰ τὸν ὀλολυγμὸν ἐκεῖνο, τὸ ᾗ πλεῖον ὁρμῇ τῆ θεραπείας, ὡς μὴ ᾗ τοῦ ποταμοῦ μεγάλου ῥυέντος, μὴ ᾗ ὀχεῖ φερομένου τῷ ῥείθρῳ φέρεσθαι, διαβαίνειν αὐτὸν ἐπειρᾶτο.

Καὶ ὁ μὲν ὑπὸ τοῦ πόλαμου παρασυρεὶς, ὀλίγου καθειστήκει κινδύνου· ἐν τούτῳ δὲ τὸν πρὸς τοὺς μαθητὰς ὁμιλίαν ὁ Συμεὼν ὁρμᾷ (ἐτύγχανε γὰρ τὰ πρὸς σωτηρίαν αὐτοῖς τότε καὶ τότε διαλεγόμενος) εὐχῆς ἔσχετο μᾶλλον, εἶτα φαιδροτέρᾳ πρὸς αὐτοὺς ὄψει τὰ περὶ τοῦ ἀνδρὸς διεξήει, ὅπως τε τοῦ ποταμοῦ πολλοῦ ῥέοντος τολμήσαι τὸν διάβασιν, ᾧ ὅπως ἔργον ἤδη τῆ ἐκείνου φορᾶς γινόμενον, ἔδοξεν αὐτὸς λαβόμενος τῆ χειρὸς ἑλκύσαι. Ὁ μὲν οὖν ἃ κατ' ἐκεῖνο τῆ ὥρας τῷ ἀνδρὶ συμβαίη τοῖς μαθηταῖς, ὅσα ᾧ παρὼν ᾧ σαφῶς ἔκασα ὁρῶν, ἐξηγεῖτο· ὁ δὲ περὶ λύχνων ἁφὰς ἀνασωθεὶς εἰς τὸν οἶκον, τῇ κλίνῃ τε προσανακλιθεὶς, ὁρᾷ παραχρῆμα τὸν Συμεὼν, φοβερὸν οἷον τῷ δαίμονι προσιόντα, ᾧ χαλεπὰς αὐτῷ βασάνους ἐπάγοντα. Ἡ μὲν οὖν νὺξ ἐκείνη πᾶσα πικρόν τι ᾧ γοερὸν ὀλολύζοντα τὸν ἄθλιον εἶχε, ᾧ Ἤδη ἔξειμι λέγοντα, ὡς δὲ ᾧ τέλεον ἀπελήλατο, ἐπάνεισι πρὸς τὸν Ἅγιον ὁ ἀνὴρ, τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀπαγγέλλων, ὅπως οὐκ ἐπὶ τῆ κλίνης μόνον αὐτῷ παραδόξως ὀφθείη, ἀλλὰ κἂν τῷ ποταμῷ πρότερον· ἐνταῦθα μὲν χαλεπὸν δαίμονος ἀπαλλάξας, ἐκεῖ δὲ χαλεπωτέρου κινδύνου ῥυσάμενος, ᾧ δοὺς τοῦ αἰτηθέντος ὑδὲν ἧττον, ὅτι μὴ ᾧ μᾶλλον τὸ ἀπροσδόκητον.

Κοιμωμένων ἀδελφῶν ἐν ἀγρῷ ποτε τῆ κατωτέρω μονῆς, ἑτέρων δὲ μέσας νύκτας ἐξομολογήσασθαι Θεῷ περὶ τῶν Συμεὼν ἀθροισθέντων, Ὁρᾶν φησιν ἐδόκουν ἐκεῖνος λεοπάρδαλιν ἐξορμηθεῖσαν τοῦ φωλεοῦ, ᾧ πρὸς κεφαλῆς ἑνὸς τῶν ἐν ἀγρῷ ἀδελφῶν ἐφεσῶσαν, ὥστε διασπασαμένου αὐτὸν, τοῦ αἵματος ἐμφορηθῆναι ᾧ τῶν σαρκῶν, ᾧ ὡς ἐγὼ δι' εὐχῆς εἶμι, ἀποσοβῶν τὸ θηρίον. Ταῦτα τῷ μὲν Συμεὼν, διήγημα πρὸς τοὺς μαθητὰς ἦν· ἠτελεῖτο ᾗ εἰς ἔργον τῷ κοιμωμένῳ, ᾧ διυπνισθεὶς, ὁρᾷ πρὸς κεφαλῆς τὸ θηρίον. Οὐκ ἔχων τοίνυν ὅ, τι ᾧ δράσει τῷ ἀνδρὶ τοῦ κινδύνου ᾧ παρελπίδα, τῶν ἕτοιμον αὐτίκα ᾧ ἄμαχον δυνάμιν, τὸ τοῦ θείου Συμεὼν ὄνομα, ᾧ τῶν ἐκεῖθεν συμμαχίαν ἐπεκα-

A ἐπεκαλεῖτο· ὃς αὐτῷ καὶ παραχρῆμα ὀφθεὶς, ἀπελαυνέτω τὴν θήρα. Ὁ μὲν οὖν ἀδελφὸς ἤδη περὶ ὄρθρον ἀνέβη παρὰ τὸν στύλον, θαύματος γέμων, καὶ σφὼ ἐκπλήξει ἀφηγούμενος ἅπερ εἶδοι· εὑρίσκει δὲ τοὺς λοιποὺς μείζονι θάμβει καταπεπληγμένους, ὅσῳ τὰ εἰς αὐτὸν γεγονότα φθάνοντες μᾶλλον αὐτοὶ διεξήεσαν. Οὕτως ὁ θεῖος Συμεὼν παχύτητα πᾶσαν καὶ σχέσιν ὑλικὴν ὑπεραναβὰς, τῇ τε μακαρίᾳ φύσει ἑαυτὸν ὡς ἐνὶ σωλῆνι καὶ οἰκειώσας, πολλὰ καὶ τῶν μελλόντων προβλέπειν, τῶν τε ἀπὸ μακρόθεν διορᾶν ὡς παρόντα ἠξίωτο. Ὥρα δὲ ἤδη καὶ πρὸς τὰ ἐξῆς μεταβαίνειν.

Ἀνήρ τις τῶν ἐν τοῖς οἰκοδομοῦσι τὴν πόλεως λαλομουμένων, τὸν εὐώνυμον ὀφθαλμὸν δαίμονος ἐπηρείᾳ πεπηρωμένος, τὸ μίσθωμα τῶν χειρῶν πόνῳ διασεσύλητο· ὃς τὰ μὲν ἄλλα παχὺς ἰδεῖν τις καὶ ἀγροικίας, τῷ δὲ πρὸς τὸν Ἅγιον πίστιν καὶ μάλα ἐῤῥωτο. Οὗτος τῷ Συμεὼν προσελθὼν, πολὺς ἰδεῖν ῥίπτων κατὰ γῆς ἑαυτὸν, καὶ τῷ δεῖ χρήματος ἀπώλειαν ὀδυρόμενος. Ὁ δὲ μόλις αὐτὸν ἀνασήσας, ἐγγίζειν ἐκέλευσεν· ὡς δὲ καὶ τὸν ἄμαχον αὐτῷ καὶ δεσποτικὸν ἐμβάλοι δαίμονα τούτου τόπον, ἠλάλαζεν αὐτίκα τὸ πνεῦμα, καὶ τὸν ἄνθρωπον
B μικροῦ διεῤῥήγνυ, καὶ ἀπολυθῆναι τότε ἐδεῖτο. Καὶ τὸ μὲν εὐθὺς ἐπετιμήθη ἀπελαύεται· τῷ δὲ θάσσοντος ὀφθαλμῷ κρεῖττον κατ' ἐλπίδα τὸ φῶς ἀποδίδοται, ὡς εἶναι δὲ αὐτηθέντος μεῖζον παρὰ πολὺ τὸ δοθὲν, καὶ πάρεργον αὐτὸν κατὰ τὸν Σαοὺλ, εἰ καὶ βασιλείαν εὑρεῖν, ἀλλ' ὀφθαλμοῦ φῶς, ὃ καὶ βασιλείας πολλῷ τιμιώτερον. Ὁ μὲν οὖν θεραπείας τοιαύτης τυχὼν, ὅτως ὑπὸ δαύματος καταπέπληκτο, ὡς καὶ φωνὴν αὐτὸν ἐπιλελοιπέναι· ῥῆμα δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Συμεὼν, Τὸ φῶς, ἔφη, τοῦ χρυσίου πολὺ διαφέρει· εὐχαρίστει τοίνυν Θεῷ τῷ τὰ μείζω χαρισαμένῳ, καὶ δυναλὸς αὐτὸς παρέξεσθαι καὶ τὸ ἔλαττον· πορεύου τοιγαροῦν ἐχόμενος τῆς πρώην εὐθύτητος, καὶ οὐκέτι παρόψεταί σε, ἀλλὰ ταχὺ καὶ τὸ χρυσίον εὑρήσεις. Καὶ ὁ μὲν ἐπανῆει χαίρων, οὐχ οἷς εὖ τοιαῦτα πεπόνθοι μόνον, τῇ τε τοῦ δαίμονος ἀπαλλαγῇ δηλαδὴ, καὶ τῇ τοῦ ὀφθαλμοῦ παρ' ἐλπίδα ῥώσει, ἀλλὰ καὶ οἷς ἐπαγγελίας τοῦ χρήματος εὑρέσεως τύχοι· καὶ τὴν οἰκίαν καταλαβὼν, φῶς· ὥσπερ αὐτοῦ τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦτο δεύτερον, ἐπὶ τὴν κλίνης εὑρίσκει, ἐπεὶ καὶ τὴν τυφλώσεως αὐτὸν οὐδὲν ἧττον ἡ τοῦ χρυσίου στέρησις διὰ πενίαν
C ἐλύπει.

Γυνή τις ἐκ τῆς Ἀντιόχου τὴν οὐσίαν ἀποσεσύλητο αὕτη δρομαία παρὰ τὸν στύλον ἐλθοῦσα, ὅπου καὶ τὴν συμφορᾶς εὐθὺς οἰωνίζετο λύσιν, ἐπεὶ καὶ πίστεως εἰς τὸν Ἅγιον εἶχε διαφερόντως, τὸ γεγονὸς ἀπεκλαίετο· πρὸς ὃν ὁ θεῖος ἀνὴρ, Κακοῦργος μὲν ὑφείλετο ταῦτα, ἔφη, ἀλλὰ πορεύου μηδὲν ἀθυμοῦσα, τοιωνύλιον μὲν οὖν καὶ πεποιθῶς μᾶλλον, ὡς ἤδη τῆς εὑρέσεως αὐτῆς ἀσοχήσῃς. Ἡ δὲ τῷ τοιαῦτα τῆς προφητείας ἐκείνης ἀκούσασα γλώττης, καὶ λέγειν ἀσφαλῶς τὸ μέλλον ἠξιωμένης, εὑρηκέναι ἤδη τὰ ἀπολωλότα, καὶ παρ' ἑαυτῇ νομίσασα ἔχειν, οὕτως ἐπανῆει χαίρουσα, καὶ μεμίμνης ἐπ' αὐτοῖς τῷ ψυχῷ ἐλευθέρα. Τῶν οὖν γειτόνων ὅτι πῶλὲ ἄρα περὶ αὐτῆς ὁ Ἅγιος ἐρήκει πωθανομένων, καὶ μάλισα τῆς κλοπῆς αὐτουργοῦ, ᾧ καὶ μᾶλλον αὐτῆς μέλον ἰῷ, γειτόνημα γὰρ τῇ γυναικὶ καὶ οὗτος ὁ χρηστὸν ἐτύγχανεν ὤν, ἐκείνη τῆς Συμεὼν ἐπαγγελίας ὡς ἤδη γεγενημένης θαῤῥοῦσα, Εὕρηκα ἔλεγε καὶ τὰ ἐμὰ, κἂν τῷ ἐμῷ πάντα νῦν ἀπόκειται ταμιείῳ. Ὁ μὲν τοι τὰ κλέμματα ἔχων, παρ' ἑαυτῷ κεῖσθαι ταῦτα μᾶλλον εἰδὼς, ὅσῳ περιεργότερον ἐπωθάνετο, τοσούτῳ πλέον ἰῷ διαχλευάζων καθ' ἑαυτὸν τὸ πρᾶγμα καὶ μυκτηρίζων, καὶ σαφῶς τιθέμενος γέλωτα, ἀλλ' εἰς μανίαν

solet subsidium: qui continuo apparuit inclamanti, & belluam abegit. Frater igitur iste diluculo versus columnam ascendit, admiratione plenus, narrans cum stupore, quæ vidisset: sed reperit alios majori stupore completos, quod ipsi, quæ circa illum gesta fuerant, jam narrassent inter se, alterius adventum prævertentes. Ita divinus Symeon, crassitiem omnem affectionemque materialem transgressus, beatisque illis mentibus se proprius adjungens atque utens familiariter, multa tum futura prævidit, tum longe à se remota veluti præsentia inspexit. Sed tempus est ad alia transeundi. A. NICHPHORO.

198 Vir quidam è numero illorum, qui pro ædificiis civitatis lapides cædunt, mala dæmonis arte mutilatus sinistro oculo, mercede quam pro labore manuum accepisset privabatur: erat autem singulari in Sanctum fiducia corroboratus, cetera pingui ingenio & rusticis moribus. Venit ille ad Symeonem, & totus humi procidens, pecuniæ jacturam lamentabatur. Sanctus vero Symeon vix tandem levatum hominem appropinquare jussit; cumque inexpugnabile Crucis dominicæ signum ipsi impressisset; ejulare continuo malignus spiritus, hominem fere dilaniare, ac postulare missionem. Statim igitur cum increpatione expellitur, & ægro hominis oculo perspicacius quam speraverat lumen redditur; ut multo excellentius donum esset quam petierat, eo fere quo Sauli contigit modo, licet ille [asinas quærens] regnum obtinuerit; quamvis & oculi lumen ipso regno longe præstantius sit. Hoc ille modo sanitatem consecutus, tanta admiratione stuporeque perculsus fuit, ut deficiente voce obmutesceret: at Symeon secretò ita illum allocutus est; Multum interest discriminis lumen inter & pecuniam, gratias age Deo, qui quod melius largitus tibi est, potestque etiam quod vilius donare: vade igitur, & pristinam recte vivendi normam tene: sic numquam despiciet te Deus, sed subito aurum quoque invenies. Quibus dictis, revertit ille gaudens, non modo quod melius se haberet, ejecto dæmone atque oculo præter spem illuminato, verum etiam propter pollicitationem inveniendæ pecuniæ: quam ipsam, ubi domum attigerat, in lecto reperit, velut alterum oculorum lumen: quandoquidem illius defectus propter inopiam, ipsum non minus quam cæcitas anxium habebat. *Crucis signo dæmonem ejicit:* *& pecuniæ inveniendam prædicit:*

199 Mulier quædam Antiochena, ablatâ furto re familiari, ocius ad columnam festinabat, persuasa, calamitatis suæ se istic remedium inventuram, quoniam præclara in Sanctum fiducia ferebatur; & quod factum erat cum ploratu explicabat. Cui vir Sanctus; Maleficus, inquit, illa furatus est: sed vade, nihil animum despondens, imo etiam magis confisa; veluti si de recuperatione certa fores. Auditâ hac prophetiâ, illo ore prolatâ, quod gratiâ certo prædicendi futura donatum erat; pro explorato jam habebat, res suas deperditas, restitutas esse; atque ita remeavit gaudens, animoque à curis libero. Interrogantibus revertentem vicinis, quid tandem enuntiasset Sanctus de rebus ablatis, ac præcipue ipso furti auctore, cui id imprimis curæ erat (nam & ipse vicinus erat mulieri non bonus) illa promissis Sancti, tamquam effectum jam tum fortitis, confisa: Reperi, inquit, mea, & in armario jam nunc repositа habeo. Ipse vero qui ablata habebat, & penes se latere probe ignorabat, quanto majori tum affectatione sciscitabatur, tanto intra se petulantius ludificabat mulierem ac irridebat, imo risum quoque palam tollebat. Verum ocius in insaniam irrisor versus est; & extendebat manus infelix arrodebatque, & clamitabat miserum in modum; adhæc fatebatur furtum, & indicabat ubi abdidisset; denique nihil non actitabat eorum, *furto ablata certo promittit reddenda,* *& raptorem à dæmone invasum sanat,*

A. NICEPHORO.

eorum, quæ dæmoniaci ſolent. Univerſa igitur mulieri relata ſunt, tam quæ recenti furto ablata quam quę alias deſiderata erant. Verum qui furtũ commiſerat, pergebat inſideri à dæmone, meritam injuſtitiæ ſuæ pœnam perſolvens; donec commiſeratione tacti quotquot aderant, atque adeo illa ipſa mulier quæ furtum paſſa fuerat, communibus apud Deum & maleficii caſtigatorem Symeonem votis & lacrymis, interceſſerunt: quas è veſtigio id quod petebatur conſecutum eſt; & energumenus maligno ſpiritu liberatus, univerſale documentum fuit omnibus ad ſcelera declinanda.

Infeſtam feram ab alia prædicit occidendam.

200 Vaſtabat quidam aper inferioris monaſterii agros, tantiſque affligebat monachos incommodis, ut quid conſilii caperent, ignorarent. Adeuntes igitur Symeonem rogant, ipſe ut faceſſere inde feram jubeat. Ille vero, Ex totis, inquit, viribus diligentibus Deum omnia ſubjecta ſunt, quemadmodum ante lapſum Adami fuerunt: quod ſi vos quoque ſic diligatis, dabitur illa in prædam dentibus alterius feræ, quæ agros veſtros innoxios relinquet, & cito damni immunes eritis. His dictis, videt aliquis Fratrum nocte per ſomnium, agi à Symeone leonem
B quemdam, cui aper ille grandis ſub Fratrum pedibus in prædam cedebat. Experrectus deinde, quod noctu viderat, factum comperit: leo namque vorato apro in ipſa via decubuerat. Turbæ itaque & leonis veſtigia, & ſanguinem apri per viam deprehendentes, veniunt turbati ad Sanctum, rogantque ut

& hanc quoque jubet laco cedere.

inde leonem abigat. Qui diſcipulorum quempiam acerſens: Vade, inquit, ad leonem & dic ipſi: Hæc renuntiari jubet Symeon: Recte officium tuum feciſti; nunc igitur abito licet, donec iterum uſus tui fuerit. Eo ſic leonem allocuto, ſurgentem ilico videre cuncti, atque abeuntem in montes Laodiceæ (inde namque evocatus fuerat) fecitque receſſum admirabiliorem, quam fuerat acceſſus, quamquam uterque admirandus quam maxime.

εὐθὺς ὁ μυκλὴς μελεβάλλετο, καὶ διαπεπτωκὼς ὁ ἄθλιος D
τὰς χεῖρας καὶ δάκνων, καὶ ἀλαλάζων, τῷ τε κλοπιῷ ἐξομολογούμενος, ὅπου τε τὰ φώρια εἴη μιαύων, καὶ ὅσα μὴ δαιμονώντων ὠδενὸς ἀπεχόμενος. Τὰ μὲν οὖν κλέμματα ἀπέσχθη πάντα τῇ γυναικὶ, οὐχὰ τἀνικαῦτα μόνον, ἀλλ' ὅσα καὶ πρώην ἀπολωλέκει. Ὁ δὲ ταῦτα συλήσας ὑπέμενε δαιμόνων, καὶ δίκας ὥσπερ τοσαύτης ἀδικίας ἐκτίνων· ἕως ἔλεον αὐτοῦ λαβόντες, οὐχ ὅσοι παρόντες ἦσαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ σὺν ἐκείνοις ἡ τῷ κλοπιῷ ὑποσᾶσα, κοινᾷ πρὸς Θεὸν καὶ τὸ ἔλεγχον τοῦ κακοῦ Συμεὼν ἐχρῶντο λιτᾷς, κοινοῖς δάκρυσιν· οἷς αὐτίκα καὶ τὸ αἰτηθὲν ἠκολούθει, καὶ τοῦ δαίμονος ὁ πάσχων ἀπήλλαττο, κοινὸν πάθευμα πᾶσι πρὸς ἀποφυγὴν κακίας γεγενημένου.

Ἐλυμαίνετό τις σῦς ἐκ δρυμοῦ τοὺς ἀγροὺς τὰ κάτω μονῆς, καὶ εἰς ἀμηχανίαν κομιδῇ τοὺς μοναχοὺς περιίστη· προσελθόντες τοίνυν τῷ ἱερῷ Συμεὼν, ἐδέοντο τοῦτον ἐκ τοῦ μέσου γενέσθαι. Ὁ δὲ, Τοῖς μὲν ὅλης ἰσχύοντος, ἔφη, τὰ Θεὸν ἀγαπῶσιν ὑπολέλακται πάντα, ὡς καὶ πρὸ τοῦ παρακοῆς τοῦ Ἀδάμ· οὕτως οὖν ἔχουσι καὶ ὑμῖν δοθήσεται εἰς θῆραν ὀδοῦσι θηρὸς ἑτέρου πάλιν ὁ ἀκείρων τοὺς ὑμετέρους ἀγρούς, καὶ θᾶττον τοῦ μὲν αὐτοῦ βλάβης E
ἀπαλλαγήσεσθε. Ταῦτα δὲ Συμεὼν εἰρηκότος, ὁρᾷ τῶν ἀδελφῶν τις ἐκείνῳ τῷ νύκτα καλὰ τοὺς ὕπνους, ἀχθέντα τινὰ λέοντα ὑπὸ τοῦ Ἀγίου, καὶ τὸ μέγαν ἐκεῖνον Ζῶν εἰς θῆραν αὐτῷ ὑπὸ τοῖς τῶν ἀδελφῶν ποσὶν ἐκδοθέντα. Τοῦ ὕπνου τοίνυν διανασάς, ἔργον τῷ τὸ νυκτὸς ὄψιν εὑρίσκειν, καὶ ὁ λέων τὸ Ζῶν καλεδηδοκὼς, ἐχώρησε τὴν ὁδοῦ ἀναπεπτώκει. Οἱ μὲν οὖν ὄχλοι, τά τε τοῦ λέοντος ἴχνη, τό, τε τῶν συὸς ἀνὰ τὴν ὁδὸν ἅμα ἰδόντες, προσέρχονται κατάφοβοι τῷ Ἁγίῳ, δεόμενοι τοῦτον ἐκεῖθεν ἀπελαθεῖν. Ὁ δὲ τῶν μαθητῶν ἕνα καλέσας, Πορευθεὶς παρὰ τὸν λέοντα, ἔφη· τάδε λέγει Συμεὼν ἐμὲ πρὸς αὐτόν· Καλῶς διακονησάμενος, ἄπιθι τόγε νῦν ἔχον, ἕως ἂν αὖθις χρεία σου γένηται. Τοῦ δὲ τῷ λέοντι ταῦτα εἰπόντος, ἀνασὰς ὁ ὀφθαλμοῖς ἁπάντων εὐθέως ἐκεῖνος ἐπὶ τὰ τῆς Λαοδικείας ὄρη ἐχώρει, ἐκεῖθεν γὰρ ἐτύγχανε καὶ κληθεὶς, παραδοξοτέραν τὴν κλήσεως τῶν ἀναχώρησιν δείξας, ἢ καὶ δι' ἀμφοῖν μᾶλλον.

ANNOTATA C. I.

C a *Belliſime hæc concordant cum Theophane, ad annum 565 ſic loquente*: Hoc anno, menſis Aprilis duodecimo, Patriarcha Conſtantinopolitanus Eutychius à Juſtiniano dignitate motus eſt, & Amaſeam relegatus. Joannes vero Exſcholaſticus, magnæ Antiochiæ Reſponſalis, in ejus locum ſubrogatus. Eodem anno Juſtinianus . . . . mortuus eſt, die undecimo menſis Novembris, Indictione 14 jam currente, cum regnaſſet annos octo ſupra triginta, menſes 7, dies 13. Succeſſor ejus nepos Juſtinus Curopalates deſignatur. *Dicebatur autem* Scholaſticus *cauſarum Patronus ſeu Advocatus, uti pluribus videre licet apud Meurſium & Fabrotum.* b *Ex* Sophia *conjuge Iuſtini filiam unicam* Arabiam *agnoſcunt Codinus aliique, apud Cangium in familiis, Byzantinis, conjectantem hanc eſſe quæ Baduario juncta erat cum ad Imperium eveheretur Iuſtinus; quare hic illum ſibi mox in Curopalatæ locum ſubſtituit: ſed hoc loco videtur agi de puella adhuc innupta, cujus memoria in hac ſolum Vita ſuperſit, nomen autem oblivio ſepelivit; niſi malis Baduarii uxorem anonymam relinquere, & Arabiæ adhuc innuptæ ſtatuam fuiſſe, quæ ei Conſtantinopoli una cum parentum ſtatuis poſita eſſe ſcribitur.* c Ἐγγαστρίμυθοι *in decretis Gratiani* ventriloqui, *in Scripturis* Pythones *ac* Pythoniſſæ, *per quorum ventrem damon reſponſa edit.* d *Obiit Iuſtinus anno 578 menſe Octobri.* e *Anno 559 obiit Domninus, juxta tabulas Theophani inſertas, cum præfuiſſet annos 14: ſed harum tabularum quam ſit incerta fides diximus in Exegeſi particulari de eo argumento, ante tomum 3 Martii: interim nihil occurrit unde ea hic convincantur erraſſe, & ordo temporis ſatis cohæret cum hac Vita.* f *Notus quidam Alamundarus, non* Tribunus Perſarum, *ſed* Regulus Saracenorum, *qui pro Perſis contra Romanos militavit temporibus Iuſtiniani. Sed illum hic non intelligi putem, propterea quod auctor noſter Imperium Iuſtiniani jam tranſgreſſus ſit. Fuerit ergo alius, eodem revera nomine appellatus: nam in referenda irruptione, Syriæ & Antiochiæ perniciosa, de qua hic agi videtur quæque locatur Baronio ad annum 574, non ſatis conſtat inter auctores de nomine proprio Ductoris Perſarum*: Evagrius Adaarmanem, Cedrenus Artabanum *appellant.* g *Circiter idem tempus* Arethas *quiſpiam, Æthiopum Rex, pro Romanis militaverit, de quo Theophanes pluribus anno 572.* h *Non videtur iſte* Melas *intelligi poſſe, de quo ad Cap. 9 Annot. e, utpote nimis remotus. Fuerunt ac recenſentur plures iſtius nominis fluvii; poteſt etiam ignobilior quidam non procul à monte Mirabili abfuiſſe.*

CAP. XXV.

A

CAPUT XXV.

A. NICEPHORO.

Increduli puniuntur : converſi curantur : alia beneficia.

Θαύματος ἔκρινε τὸς ὁρῶντας πληρῶσας πλησίον τῆς Ἀντιόχου, ἐν τῇ λεγομένῃ Ἀπάτῃ, Ἰσαύρων ἐργαστήριον ὤν, χειροτεχνουμένων ἐν ταῖς οἰκοδομίαις καὶ λατομίαις τοῦ τῆς πόλεως τειχέων. Τούτων εἷς, ἄρτι τὸν ἡλικίαν ἀνθῶν, τὰ Ἑλλήνων θρησκεύων, παρά τι ἄλσος, Ἑλλήνων καὶ αὐτὸ δεσποτείας, κατά δή τινα ξυλείαν ἐλθών, πλείω τε τοῦ μέτρου διαναθέμενον φόρτον, οὕτως ἀθρόον παρείθη, ὡς μὴ δύ' ὅτῳ οὖν τοῦ Σώματος μελῶν δυνάσθαι χρῆσθαι. Ἀνελόμενοι τοίνυν αὐτὸν οἱ ἑταῖροι, καὶ πρὸς τὸν Ἅγιον ἀναγαγόντες, τιθέασι πρὸ αὐτοῦ φιλανθρώποις ὀφθαλμοῖς, αὐτόχρημα οἶκτον. Τοῦ δὲ καὶ τὸ σιώπησες ἁψαμένου τε καὶ σφραγίσαντος, ὡς ἂν ἔτι παρειμένως ἐκεῖνος ἔχων, ὑπὸ μιᾶς αὐθόρμου θεραπείας, Σωεῖς αὐτίκα τὸν αἴτιαν ὁ Συμεών. Τί ὅτι τὰς τῆς θείας ἐπὶ Θεοῦ χάριτος ἄνωθεν τὸν ἴασιν ἀνεβάλεσο ; B ἦπερ φησὶν ὦ οὗτος, εἰδώλοις εἰ πιστεύων καὶ ὐ Θεῷ ; Τοῦ δὲ τοιοῦτο Σωσθέναι μηδὲν διατεινομένου, ψεύσεσθαι τοῦτον ἐκεῖνος ἀλλὰ καὶ ἀμελησθέντος τὸ γοῦν παρὸν ἔχειν εἰδὼς, Νῦν μὲν πορεύου, ἔφη, ὅπως κέρδος δέ σε καὶ οἶκοι Χριστὸς φιλάνθρωπος ὢν, τὸ σέβας εἰς αὐτὸν μελετήσοντα.

Ἁρμένιοι τοιγαροῦν αὖθις αὐτὸν οἱ ἑταῖροι, κομίζουσιν οἴκαδε· ὁ δὲ πάσης ἀπογνοὺς θεραπείας, ἔκειτο, προσαπτόμενον ἔχων τὸν ἀδελφόν, κἀνταῦθεν αὐτῷ τὰ πρὸς τὴν ζῆν ἐπαρχοῦσαν. Ἔτος μὲν οὖν ἤδη τρίτον ἐνέκειτο κειμένῳ· ἀπαγορεύσας δὲ ἤδη πρὸς τὸν χρονίαν οὕτω πάρεσιν καὶ αὐτὸς, καὶ γνοὺς τὰ ἐπὶ τὰ εἴδωλα πάντως μηδὲν ὠφελῆσθαι, δεῖν ἔγνω τὸ σέβας μεταβαλεῖν, κινήσαντος ἴσως αὐτὸν καὶ Θεοῦ (οἷα τὰ ἐκείνου κρίματα!) ἵνα τῷ χρονίῳ τῆς μάσεως ἐλκύσῃ πρὸς ἑαυτόν. Ὅλος τοιγαροῦν ὅλῃ δυνάμει πιστεύσας Θεῷ, ἐδᾶτο νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν αὐτοῦ, μεσίτῃ τῷ Συμεὼν χρώμενος, τῆς παρέσεως ἀνθιλλῶν. Σωτὴρ δὲ ἐν τούτῳ, τινὰ τοῦ ἀνὰ τὸν χώραν ἐκείνων τυφλὸν προσελθόντα τῷ Ἁγίῳ πιστῶς, ἁφῇ τούτου καὶ σφραγίδι βλέψαι. Οὕτως ἀξίας ἀμοιβῆς ἀπορῶν, τί γὰρ ὀφθαλμοῦ ἰσοτάσιον ; τοιοῦτον ἑαυτῷ τίθησι νόμον, τὸν ἡμέραν ἕτους ἑκάστου, καθ' ὃν τῆς παραδόξου ταύτης θεραπείας τύχοι, ἄπερ ἂν ἡ χεὶρ ἔχουσα εἴη διανέμειν τοῖς ἐνδεέσι. C

Πῶς γοῦν ὁ μὲν τοιοῦτον ἐπεπλήγη νόμον, καὶ ἄρτους ἐδίδου ὧν τοιαῦτα κυπόρει, ὀρέγειν δὴ καὶ τῷ παραλύτῳ μέλλων, τὸν χεῖρα πρὸς τὸ λαβεῖν τῆς ἀδελφῆς ἐκλυομένης, ὀπισχὼν, αὐτὸν ἐκεῖνον ἐκέλευε δέχεσθαι, χεῖρας ὑποσχόντα τοῦ παρειμένου. Τῶν δὲ παρόντων, Οὐχ ὁρᾷς ὅπως παρέσεως ἔχει, λεγόντων, ὡς μὴ δὲ μέλει τοῦ Σώματος τινι μὴ δὲ μέρει χρῆσθαι δυνατὸς εἶναι ; θαρρήσας ἐκεῖνος τῇ ἐνοικούσῃ τοῦ πνεύματος δυνάμει τῷ Συμεὼν, ἢ καὶ κινηθεὶς ὑπ' αὐτῆς ὃ καὶ μᾶλλον, λαμπρᾷ ὡς εἶχεν ὑπολαβὼν τῇ φωνῇ, Ἐν ὀνόματι τοῦ δούλου Θεοῦ Συμεὼν τοῦ κατὰ τὸ θαυμαστὸν ὄρος, ἔφη, τῷ κἀμὲ τυφλὸν ὄντα ποιήσαντι ἀναβλέψαι, τὰς ἑαυτοῦ χεῖρας ἐκλείνας, δέξαι τὸν εὐλογίαν· καὶ παρὰ χρῆμα (ὦ πῶς ἀθάνατε Χριστὲ βασιλεῦ ἄσωματα τὰ ἐλέη σου!) ὁ χεῖρες ἐρρώνυτο μόνον τοὺς ἄρτους δεχόμεναι, ἀλλὰ καὶ εἴ τι ἄλλο τοῦ Σώματος μέλος ὑγιῶς ἐκινεῖτο καὶ καλὰ φύσιν. Οἱ μὲν οὖν παρόντες τῷ τοῦ θαύματος μεγέθει καταπεπλήγεσαν, τῷ δὲ τυχόντι τῆς θεραπείας ὁ Ἅγιος ἀθεά-

201 Est non procul Antiochia, in loco Apate dicto, Isaurorum officina, mirabilis ad ſtuporem ſpectantium, in qua cædendis lapidibus ad domuum murorumq; civitatis uſum infudant operarii. Horum unus, ætate florens, gentilis religione, in ſilvam, quæ & ipſa domini gentilis erat, lignatum abierat; impoſitoque onere ſupra vires gravi, ita ſubito tactus paralyſi eſt, ut nullo corporis membro uti poſſet. Tollitur à ſodalibus; ad Sanctumque portatus, collocatur ante oculos ipſius benignos ille, ut vere dicam, miſerabilis. Tetigit hominem more ſuo Sanctus & ſignavit: ſed cum paralyticus maneret, nihil opis ſentiens, cognovit ſtatim cauſam, dixitque: Quid eſt quod gratiæ divinæ effectum in te impediens, ſanationem differt? Numquid in idolis ſpem ponis, non in Deo? Negat ille ſe conſcium talis rei: ſed eum mentitum & in præſenti malo pertinaciter animam obfirmaſſe ſciens; Nunc vade, inquit; inviſet te domi tuæ humani generis amator Chriſtus, cum ad ipſius cultum te tranſtuleris. *Ob infidelitatem non ſanatus* E

202 Sublatum itaque ſocii retulerunt domum; ubi ſanitatem deſperans jacebat, ſorore, quam habebat mendicantem, vitæ neceſſaria ſubminiſtrante. Annus jam tertius inſtabat decumbenti, cum ipſe quoque diutinum morbum exoſus, agnoſcenſque nihil in idololatrico errore opis eſſe, intellexit alio cultum vertendum: ita diſponente ſapienter Deo (qualia illius judicia?) ut diuturnitate afflictionis ipſum traheret ad ſe. Totis igitur viribus in Deum credens, nocturnis diurniſque precibus inſtitit, mediatore uſus Symeone, ut tandem paralyſi liberaretur. Contigit interea quemdam illius regionis cæcum adire Sanctum, tactuque ejus & ſigno Crucis obtinere viſum: qui de gratiarum digna retributione ambiguus (quid enim oculis æquiparetur?) hanc ſibi legem ſtatuit, ut illo die quotannis, quo tam mirandi beneficii compos factus erat, quidquid lucratus fuiſſet opera manuum ſuarum, diſtribueret in egenos. *ideoque converſus*

σύλον ἐλθὼν, ὁ πρώην ἴσα καὶ τ' φερόσης αὐτὸν κλίνης
ἀκίνητος μένων, ἐν θαύματί τε τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀπαγ-
γέλας, ὅλον διὰ τοῦ μοναδικοῦ βίου καὶ οὕτως χαρισή-
ρια τοσαύτης εὐεργεσίας ἑαυτὸν ἀντεισφέρει.

Ἔπειτα μέντοι παρθένος, θεοσεβίᾳ τῷ κλῆσιν,
χαλεπῷ δαίμονι πολιορκουμένη, ὡς καθ' ὕδατος
ἀφεθῶσαι παρ' ἐκείνου πολλάκις, ἐφαντάζετο τ' θεῖον
C Συμεὼν, μεγαλαλούμενον οἷα πρὸς ἑαυτὸν οἴκοι μέ-
νουσαν. Ἡ δὲ τῷ ὄψιν ἔργον ποιησαμένη, ὡς ἤδη καὶ
ἀτενίσειεν εἰς αὐτὸν, ὁρᾷ τινα διάπυρσαν ὥσπερ ἀστρα-
πὴν πρόσωπον· καὶ τὸ μὲν πονηρὸν ἐκεῖνο πνεῦμα
δορύβου πάντα καὶ βοῆς αὐτίκα ἐπλήρου, τῷ πρὸς τὸν
θεῖον ἄνδρα καὶ τῷ ἐν αὐτῷ τοῦ πνεύματος χάριν οὐ
φέρον ἐγγύτητα, ἀλλ' εἴ τις δυνάμις ἐλαύνεσθαι καὶ
φεύγειν μακρὰν ἐπηγόμενον. Ἡ δὲ παρθένος, ἔξω
καθάπερ ἑαυτῆς γενομένη, ἐδόκει τ' Συμεὼν ὁρᾷν τῷ
δαίμονι δεσμὰ περιθέντα, ἡ περιβολὴ δὲ τῷ Ἁγίῳ φῶς
ἦν καὶ στέφανος ὑπὲρ κεφαλῆς, ἐπὶ δὲ τῷ στεφάνῳ σταυ-
ρὸς, οἷον αὐτὸν ὁ λόγος προλαβὼν ἔγραψεν. Ἡ δὲ ἐκ τ'
δαίμονος τότε μανίας ἀπαλλαγεῖσα, σεμνόν τε καὶ
σώφρονα βίον διὰ τέλους ἐβίω, ταύτῃ θεῷ καὶ τῷ
Συμεὼν ἀμοιβὴν ἀντεισενεγκοῦσα· ἥ τε νυκτὸς ὀνείροι
τ' λοιποῦ συνεχῶς ἐχαρίζοντο φαντασίαν ὄψεως, αὐτῇ
τ' Συμεὼν ἐνδιδόντες, τῇ ὄψει δὲ παραδόξως καὶ θείας
εὐωδίας παρεπομένης.

Κἀκεῖνο δὲ τ' προειρημένων οὐκ ἔλαττον. Ἀνήρ τις
τὸν ἕτερον τ' ποδῶν πολλοὺς ἤδη χρόνους πεπυρωμένος
ὡς καὶ τούτῳ παντάπασιν ἀχρήστως ἔχειν καὶ ἀνονήτως,
ὑποζυγίῳ φόρτος παρὰ τὸν θεῖον ἄνδρα τοῦτον ἀνήγε-
το, ὥστε τινὸς τυχεῖν ἐπὶ τῷ ποδὶ θεραπείας. Ἀποπει-

dum Christi Euangelium bene sanus perleges, & arcanum in altari Sacrificium more solito offeres. Dixit hæc ille: & Presbyter meritæ illi vindictæ exemptus est, & sacræ liturgiæ ad exitum usque vitæ, uti ante solitus fuerat, semper operatus est. A. NICEPHORO.

243 Post hæc adducitur ad ipsum cæcus, altero pede stare nequiens præ paralysi, ac tribus dæmoniis exagitatus. Miseratus Symeon multimodam ac diversam hominis calamitatem, ad misericordiam Dei, quæ exhauriendo non imminuitur, oculos reflexit, sputo suo digitum tinxit, oculos cæci illevit, Dominicæ crucis signo lumbos communivit: sicque altero statim oculis lumen, altero pedibus firmitatem restituit. Deinde videbatur patienti vir quidam, tunicam versicolorem indutus, tres, à quibus obsidebatur, dæmones ignitis carenis constringere compedesque iis injicere. Iis ergo statim liberatus, totum se pro tantarum gratiarum actione suscepto monastico habitu obtulit. Persimilia quidem præcedentibus illa quæ sequuntur, nihilominus commemoranda sunt. *Cæcus & dæmoniacus curatus fit monachus,*

244 Joannes quidam neutro pedum suorum uti poterat, utrumque jam à longo tempore immobilem habens: cum vero desperaret de remediis aliis, spem omnem in S. Symeone posuit, ipsumque fidenti corde invocavit. Erat tum forte crepusculum circiter matutinum, quando leni somno veluti sopitus, conspicere se putat Symeonem, Angelis utrimque fulgenti in veste stipantibus, palmeâ suâ quam manu tenebat virgâ signantem pedes illius, mandantemque ut surgat. Abiit dulcis ille somnus, & persanatum hominem reliquit: quodque visum fuerat, factum erat, & apparitionem veritas secuta est. Joannes igitur, qui pridem non magis mobilis erat quam lectulus quo ferebatur, curriculo ad columnam advolat, nuntians cum admiratione, quæ sibi facta erant; & per monasticam vitam hic quoque Deo se dedicans, gratitudinis loco se pro tanto beneficio retribuit. E *uti & alius pedum usu recepto,*

245 Virgo quædam, cui nomen Eusebia, ab infestissimo dæmone sæpe sic oppugnata, ut etiam in aquam præceps daretur, imaginabatur sibi se videre S. Symeonem, evocantem illam domo ubi manebat, ad se: curavitque quod viderat, ut opere exequeretur. Cum, vero jam oculos in Sanctum intenderet, vidit quasi fulgur aliquod absistere à facie ejus: malignus autem spiritus late omnia tumultu ac vociferatione complevit, ferre nequiens propiorem viri sancti congressum & gratiam Spiritus sancti; sed conabatur totis viribus inde longius aufugere. Tum virgo, velut à sensibus abducta, conspicatur Sanctum, injicientem dæmoni vincula: erat autem amictus viro torus lucidus, in capite corona, supra quam sacrosancta crux; qualem ipsum * supra oratio nostra descripsit: & eodem tempore dæmonis furore libera fuit, & castam sobriamque vitam, qualem deinde egit, Deo atque Symeoni remunerationis loco consecravit. Hæc autem durante singulis fere noctibus reducebantur per quietē ejusdē speciem visionis, Symeonem repræsentantis, exhibentisque beneficium collatum; sequente etiam repræsentationem non expectatâ odoris divini fragrantiâ. F *& energumena per visionem liberata.* * Num. 45

246 Illud denique jam dictis non est inferius. Vir quidam alterum pedem diutino tempore inflammatum gerens, nullique omnino usui aptum; dossuario impositus, ad virum sanctum advectus est, affecto pedi, ut sperabat, levamen aliquod impetraturus. Sed concussione nimia jumenti, ita alter quoque pes attritus est, ut priori dolore, cui levamen quæsiturus veniebat, intolerabilior novus dolor *Affecto pedi remedium quærens,*

A. NICEPHORO.

lor foret. Positus igitur ante columnam, quas non emisit voces aut potius fontes lacrymarum? nesciens utram prius gemeret calamitatem, magis etiam ignarus quid utrique potissimum remedii adhiberet: qui enim nequiverat tolerare cruciatum priorem, multo jam graviorem sentiebat secundum: quemadmodum majorem adferre vel dolorem vel gaudium, pro ut forte res sè habuerit, illa solent quæ sunt recentiora. Quia autem altero pede aliquando utens neutro nunc insistere poterat, intolerabilis ei dolor videbatur, eoque gravior quod dum uni calamitati quærebat levamen, secundam incurrerit. Dum hæc & his similia acerbissime lamentatur homo ille: existimans Symeon, nequaquam esse humanitatis suæ ipsum despicere; sacrosanctas manus suas pro illo ad Deum tollit; & statim (quis ruam, Domine Jesu, potentiam celebret?) ambobus pedibus ita extensis acsi multorum manibus extracti fuissent, repente in conspectu omnium, commiserantium ac simul dolentium, è terra surgens, confirmatis pedibus recte incedebat.

alteroque gravius dolere incipiens in via,

utrique medelam invenit.

σαμβύκῃ ὃ σφοδρῶς αὐτὸν τῇ ὑποζυγίᾳ, Σωτήριμα D
ᾗ τ' ἕτερον ἐγεγόνει, ὡς εἶναι τῇ προλέρᾳ πάθει, οὗ
χάριν ἀνεκομίζετο, μικρότερον τὸ παρόν. Τιθέασι τοί-
νυν αὐτὸν πρὸ τῆ σύλῃ, τίνας οὐκ ἀφιέντα φωνὰς,
ἢ δακρύων μᾶλλον πηγάς; προλέραν οὐκ ἔχοντα
ποτέραν πενθήσῃ τῶν Συμφορῶν; μᾶλλον ὃ τί ποτε
ἄρα πρὸς ἑκατέραν ἑαυτῷ χρήσεται· ὁπότε τὴν προ-
τέραν ἢ δυσάμβῳ φέρειν, βαρυτέρᾳ κέχρητο πολ-
λῷ τῇ δευτέρᾳ, ὅσῳ ᾗ πλέον λυπεῖν, ἢ πάλιν εὐφρα-
ίνειν ὁπολέρως ἂν ἔχοιλα τύχοι, τὰ νεώτερα οἶδεν.
Ὁπότε ὃ μᾶλλον ᾗ πατέρῳ τοῖν ποδοῖν χρώμῳ,
οὐ φορητῶς εἶχε τῇ πάθει, μὴ δ' ἑτέρῳ νυῖ δυσα-
το χρῆσθαι· ᾗ ὄγε πάλιν δεινότερον, ὅτι διὰ τὸ τὴν
προτέραν ἀποθέσθαι ᾗ ἡ δευτέρα προσέθετο. Ταῦτα
ᾗ τὰ τοιαῦτα πικρῶς ὀδυρόμῳον, περιιδεῖν φιλάν-
θρωπον ὐδαμῶς ὁ θεῖο Συμεὼν ὑ ὃ Συμπαθὴς
ἡγύμῳο, ὁσίας ὑπὲρ αὐτῆ Θεῷ χεῖρας αἴρει, ᾗ
παραχρῆμα (τίς σε τὰς δυνασείας Χριστὲ διηγήσεται;)
καθάπερ ὑπὸ πλήθει χειρὸς ἐλκόιλων, ὕτως αὐτῷ πο-
δῶν ἑκατέρων διαταθέιλων, ἀθρόον τῇ ἐδάφυς ὐ ὀφ-
θαλμοῖς ἁπάιλων, τοῖς αὐτῷ ᾗ Συμπάσχυσι ᾗ Σωαλγῦσι, διανασὰς, ὀρθὰ βαίνων ἰῶ, ᾗ ποσὶν
B ἐῤῥωμυίοις χρώμῳο.

CAPUT XXXI.

E

Sanctus Sancti Symeonis obitus.

247 TEmpus viri sancti miracula narrantem, prius deficiet, quam hæc ipsa, si omnia voluero particulatim recentere, quæ vel palam & multis, vel quæ privatim & singulis facta sunt: cum etiam post obitum illius prodigia, perennium fluviorum fontes imitantia, in hodiernum usque diem perdurent, eaque tam copiosa, ut quæ prætermittimus non pauciora sint quam quæ retulimus. Ut ne itaque adjiciendo plura satietatem legentibus aut defatigationem ingeramus, ac multi etiam propter magnitudinem detrectent librum legere; prætereuntes silentio quæ deinceps contigerunt omnia; (quanta scilicet energumenorum tum virorum tum mulierum; quanta hydropicorum, paralyticorumque manibus, pedibus, oculis caprorum; quanta aliis doloribus ac infirmitatibus pressorum turba ad ipsum allata, atque incolumitatem consecuta sit) cum meta vitæ illius prælentis metam quoque scriptioni figamus.

Plura prætermittuntur, quam relata sunt miracula.

C

a 248 Agebat igitur S. Symeon jam *a* quintum supra septuagesimum ætatis suæ annum; quintum vero supra quadragesimum, ex quo in maxima *b* atque postrema columna steterat: cum à familiari Angelo certior factus appropinquantis sibi vitæ exitus; id ipsum convocatis discipulis, acerbo dolentibus sermone, significavit: tum vero multa de mandatorum divinorum observatione, de concordia & caritate mutua, de proximorum dilectione cum ipsis locutus; multis etiam eosdem hortatus ad tolerantiam tentationum; tandem, quod jam cognoverat intelligere illos imprimis velle, sed non ausos percunctari; quomodo ipse, homo cum esset, humanis cibis non vesceretur, peramanter aperuit; ut magis hinc ædificarentur, & firmiorem in Deo spem ponerent.

b

Anno æt. 75 de instanti morte præmonitus

249 Ego, inquit, ô Filii ac Fratres mei, ut nihil eorum quæ scire cupitis vos celem (novi enim spiritu, vobis etiam tacentibus, quid cupiatis) multis & magnis Dei, ex matris utero me prævenientis, sicut & ipsi nostis, beneficiis fruitus sum; illud etiam à multo jam tempore bonitatem illius rogavi, ut à necessitate sumendi corporalis cibi me eximeret. Verum quomodo, Domine Jesu,

indicat suis qua ratione sine cibo vixerit.

Ἐπιλέλειπε μὲ πρὸς διήγησιν τῶν τῆ ἀνδρὸς θαυ-
μασίων ὁ χρόνῳο, ἢ ταῦτα μᾶλλον, εἰ πάιλα
καλὰ μέρῳο ἀπαριθμεῖσθαι βυλοίμιλο, ᾗ τὰ κοινῇ
ᾗ εἰς πολλοὺς μόνον, ἀλλὰ ᾗ τὰ καθέκασον ᾗ ἰδία
γεγενημύα· ὁπότε ᾗ μετὰ τέλῳο αὐτῷ ἀεννάυς
πολαμοὺς εἰς δεῦρο τὰ θαύματα μιμεῖται πηγὰς, ὡς
εἶναι τῶν ἐρημύων οὐκ ἐλάτλω τὰ παρεμύα. Ἵν'
οὖν μὴ πλείω προσθέιλες, ὐχ ὅπως τοῖς ἀναγινώσ-
κυσι κόρον, ἀλλὰ ᾗ κάματον ἐμποιήσωμυ· οἱ
πολλοὶ ὃ ᾗ πρὸς τὸ μέγεθῳο ἀπαγορεύσωσι βιβλίυ,
τὰ μετὰξὺ πάιλα παρέντες, ὅσον αὐτῷ δηλαδὴ ᾗ
ἄλλο δαιμονώιλων, οὐκ ἀνδρῶν μόνον ἀλλὰ ᾗ γυναι-
κῶν, προσαχθείη πλῆθῳο, ὅσον ὑδεριώιλων ᾗ παρει-
μύων, ὑ μὰν ἀλλὰ ᾗ χεῖρας, ἢ πόδας, ἢ ᾗ ὀφθαλ-
μοὺς πηρῶν, ὅσον τε πάθεσι ᾗ νοσήμασιν ἑτέροις
πιεζομύων, ᾗ παρ' αὐτῆ θεραπείαν κομισαμύων,
τῷ ἢ παρύσης αὐτῆ ζωῆς τέλει ἢ λόγον Συγκαλα-
λύσομυ.

F

Ἦν μὰν γὰρ αὐτῷ ἡ ἡλικίας ἐτῳο ἤδη πέμπλον
ἐπὶ τοῖς ἑβδομήκοιλα, ἢ δ' ἐπὶ τῆ μεγίσυ ᾗ τελευ-
ταίυ σύλυ σάσεως πέμπλον ἐπὶ τοῖς τεσσαράκοιλα·
τῆ Σωοίκυ πνεύματῳο ἐνγίζυσαν αὐτῷ τὰν ἐκ-
δημίαν ἤδη γνωρίσαιλῳο, συγκαλέσας τοὺς μαθητὰς,
ᾗ ταύτῳ πάλιν ἐκεῖνῳο αὐτοῖς πικρᾶς ἐκείνης ἀγ-
γελίας μιμύσας, ᾗ πολλὰ μὰν αὐτοῖς περὶ ἢ τῶν
θείων ὀιλολῶν φυλαχῆς, ᾗ ἢ εἰς ἀλλήλως ὁμονοίας,
ᾗ ἢ εἰς ἢ πλησίον ἀγάπης διαλεχθεὶς, πολλὰ ὃ
περὶ πειρασμῶν ὑπομονῆς παραινέσας, τέλῳο ὅπερ
αὐτοὺς ἤδει μαθεῖν βυλομύυς, ὑ θαῤῥοῦντας δὲ τὰν
ἐρώτησιν, ὅπως ἄνθρωπῳο ὢν οὐκ ἀνθρωπίνοις Σι-
τίοις ἐτρέφελο, τῦτο αὐτοῖς φιλοσόργως ἀνακαλύπτει, ἵνα ᾗ μᾶλλον αὐτοὺς ἐντεῦθεν οἰκοδομήσῃ, ᾗ μείζο-
νας αὐτοῖς εἰς Θεὸν ὑποτείνῃ ἐλπίδας.

Ἐγὼ γάρ φησιν, ὦ τέκνα ᾗ ἀδελφοὶ, ἵνα μὴ δὲ ὃ
ποθεῖτε μαθεῖν ὑμῖν ἀποκρύφωμαι (Σωίκημι γὰρ τῷ
πνεύματι ᾗ Σωπώιλων ὑμῶν) πολλῶν τῆ Θεῦ ᾗ
μεγάλων εὐεργεσιῶν, τῆ ἀντιλαβομύῃ μυ ἐκ γαστρὸς
μητρός μυ, ὡς ὑ δὲ ὑμῖν ἔστιν ἀγνοεῖν, ἀπολαύσας ἔτι
ᾗ τῦτο μακρὸς ἤδη χρόνῳο ἐξ ὅτυ ἡ ἀγαθότητῳο
αὐτῆ

A αὐτῷ δεηθείλω, ἀπαλλάξαι με τῆς τῶν ὀφθαλμάτων. Ἀλλὰ πῶς σε τὰ ἑλέη, Χριστὲ, καὶ τὴν χρηστότητα, ἣν ἐποίησας τότε μετὰ τοῦ δούλου σου διηγήσασθαι; Ἐδόκουν τινὰ τὸ σχῆμα καὶ τὴν ἀναβολὴν ἱερέα, φῶς ὥσπερ ἱμάτιον ἐνδεδυκότα ὁρᾶν· σκεῦός τε τῷ ἀνδρὶ θεῖον ἐν χερσὶν, καὶ δι' ἀέρος οἷα φερόμενον, ἐγένετο πρός με· ὅ τι μὲν οὖν ἀπετέθειτο τῷ σκεύει, φράζειν οὐκ ἔχω, ὅτως ἀπόῤῥητόν τι καὶ ἥδιστον οὐκ ἰδεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ γεύσασθαι ἐμοί. Ὁ δὲ τῇ λαβίδι τρὶς ἐνῆκέ μου τῷ στόματι. Ἐξ ἐκείνου τοίνυν ἄχρι καὶ νῦν ἑώρων αὐτὸν ἑκάστης κυριακῆς μετὰ τὴν θείαν λειτουργίαν, τοιαύτης μεταλήψεως ἀξιοῦντά με, ἥτις ἕως εἰς τὴν ὕστερον αὖθις κυριακὴν στήριγμά μοι καρδίας ἐγίνετο. Ὁ μὲν οὖν ἀπόῤῥητόν μοι πρὸς ὑμᾶς, τὰ ἐμὰ τέκνα, τὰ ἐμὰ μέλη, τὰ ἐμὰ σπλάγχνα ἐμοί, τοῦτό ἐστιν, ὃ καὶ σπόδρα διψῶσι μαθεῖν ἐξεκάλυψα· τὰ δὲ ἄλλα, ὑμᾶς ἔστε καὶ διηγεῖσθαι, οἳ καὶ παρηκολουθηκότες μου τῇ ἀγωγῇ, καὶ συνδιαφέροντές μοι τοὺς πνευματικοὺς ἀγῶνας, καὶ κοινωνίας τοῦ κατὰ Θεὸν βίου γεγενημένοι· οἷς τὰς ἐμὰς παραδόσεις, τὸν κανόνα παρακαταλίθεμαι τὸν ἐμὸν, ταύτῃ ἀμοιβὴν αἰτῶν παρ' ὑμῶν, εἴ τι περὶ ὑμᾶς οὐκ ἀμνημονεῖτέ μου πόνων, ἵν' ἀκεραίαν μοι τὴν παρακαταθήκην τηρήσητε διὰ τέλους, καὶ ὡς ἐμοῦ παρόντος καὶ μετὰ τέλος ὑμῖν πάντα ποιῆτε, καὶ ὡς ἐν ὀφθαλμοῖς ἐμοῖς καὶ βίον καὶ λόγον καὶ πρᾶξιν ἀεὶ ἐπευθύνητε· γνωριεῖ δὲ σαφῶς ὑμῖν τοὺς ἐντεῦθεν καρποὺς, ἵνα μακρὸν ἐγὼ περὶ τούτου νῦν ἀπολείπω λόγον, ἡ μεγάλη τοῦ ἐπιφανείας ἡμέρα καὶ τὰ ἑκάστου τότε ταμιευόμενα, εἰ ἀνεπαισχύντως ἐκεῖ παρασταίημεν.

Ταῦτα τοῖς μαθηταῖς καὶ πλείω διαλεχθεὶς, τελευταίας τε ταύτας αὐτοῖς πρὸ τῆς ἐκδημίας ἐντολὰς ὑποσκήψας (εἰ γε δεῖ καλεῖν ἐκδημίαν, ἀλλὰ μὴ ἀνάλυσιν μᾶλλον, ἢ πρόσληψιν, ἢ μετάθεσιν, ἢ διάβασιν, ἢ πρὸς τὰ ποθούμενα κλῆσιν· δεκάτῃ δὲ μετὰ ταῦτα ἡμέρᾳ, τετάρτῃ δηλαδὴ καὶ εἰκάδι τοῦ Ἀρτεμισίου μηνὸς, μετὰ τὰς ὑπολυχνίους ᾠδὰς, καὶ τὰς συνήθεις δοξολογίας, καὶ τὸν ὡς ἔθος πρὸς αὐτοῦ τοῖς ἀδελφοῖς διδομένων εἰρηνικὸν, εἰς χεῖρας ἡδέως τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ παρατίθεται, καθάπερ ὑπ' αὐτοῦ προσληφθεὶς ἢ μεταχληθεὶς φιλοτίμως, ἐφ' ἃ ποθῶν ἐκεῖ ἀεὶ, καὶ ἅπερ ἐκ πλείονος αὐτῷ παρεσκεύαστο, καὶ ὧν ὁ δι' ὀνείρων ἔσχεν ἀμυδρὰς τὰς ἐμφάσεις. Καὶ νῦν ὁ μὲν ἔστιν ἐκεῖ, τὰς ὑπὲρ ἡμῶν πρεσβείας προσάγων, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ μετὰ μείζονος τῆς παῤῥησίας καὶ πλείονος τῆς ἐγγύτητος· τὸ δὲ τούτου σῶμα τὸ θεῖον, θαυμάτων ὑπολείπεται παρ' ἡμῖν ταμιεῖον, ἀεὶ μὲν ἀντλούμενον, ὁ δέ ποτε οὐ κενούμενον, ἀλλ' ὅσῳ πλέον λαμβάνομεν, τοσούτῳ μᾶλλον πληρούμενον, καὶ τῷ ἔασιν οὐ σώματος μόνον ἀλλὰ καὶ ψυχῆς ὑπερβλύζον, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

misericordiam & bonitatem tuam, quam fecisti tunc cum servo tuo, enarrabo? Videbar conspicere quemdam, specie atque amictu Sacerdotem, lucida nube pro vestimento circumdatum, vas quoddam sacrum gestantem manibus: qui per aërem delatus, veniebat ad me; illud autem quod vase continebatur, eloqui non possum quale fuerit; adeo arcanum quid ac suave erat, non modo visu, verum etiam gustatu. Inde vir ille pauxillum accipiens in cochleari ter instillavit ori meo: & ex illo tempore usque in præsens vidi illum qualibet Dominica die, finitâ sacrâ Liturgiâ, simili refectione me dignantem, qua in Dominicam iterum sequentem confortabar. Atque hoc illud est, quod vos, filios meos, membra mea, viscera mea, hactenus celavi; quodque jam declaravi impense cupientibus scire. Cetera per vos ipsi scitis & narrare potestis, qui institutam à me vivendi rationem sectati estis, qui spiritualia certastis mecum certamina, & in communi consonam divinis præceptis duxistis vitam: quibus nunc quoque præceptiones meas & regulam c commendo; illud remunerationis à vobis postulans, si laborum quos subivi vestra causa immemores non estis, ut constitutiones meas integre usque in finem servetis: peto etiam ut quemadmodum me præsente fecistis, ita post obitum quoque meum cuncta facere pergatis, non secus vitam, sermones, opera vestra, quam si coram in conspectu meo versaremini, dirigentes. Qualis inde fructus maneat, ut longiorem ego hac super re orationem non texam, commonstrabit vobis manifeste dies illa manifestationis magna, & quæ unicuique tunc reposita sunt, si confusi illic adstiterimus.

A. NICEPHORO. & observationem Regulæ iis à se data commendat, c E

250 Cum hæc & plura cum discipulis collocutus, suprema ante obitum mandata ipsis injunxisset (si tamen obitus ille dicendus sit, & non potius resolutio, aut assumptio, aut translatio, aut transitus, aut vocatio ad gaudia desiderata) decima post die, nempe quarta & vigesima mensis d Artemesii, post hymnos vespertinos & consuetas collaudationes, cum more suo Fratribus pacem precatus fuisset, spiritum in manus Dei suaviter tradidit; quasi assumptus ab illo aut evocatus amanter ad possidendum illa, quæ ipsi semper in votis atque jam olim parata fuerant; quæque ne per obscuras quidem species ab ulla re terrena adumbrantur. Et nunc quidem istic est, intercedituque pro nobis tanto potentius, quanto fidentius atque propinquius: sacrum vero illius corpus, prodigiorum penu, nobis relictum est; unde semper hauritur, sed numquam vacuum deprehenditur; imo quo plus desumitur, hoc magis impletur; & gratia, non corporibus modo sed animis quoque salutaris, largiter abundat: in Christo Jesu Domino nostro, una cum Patre & sancto Spiritu, nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

ac moritur 24 Maji. d C F

ANNOTATA C. I.

a *Sic anni* 45 *in hac maxima columna,* 10 *in saxo,* 8 *in columna pedum quadraginta,* 6 *in columna prima,* 1 *in monasterio ante conscensam columnam,* 5 *in domo paterna transacti, numerum hunc* 75 *annorum præcise complent.* b *Ergo altior fuit* 40 *pedibus.* c *Regulam hic non intelligo scriptam, sed usu exemploque traditam; nam scriptæ Regulæ paucæ habebantur in Oriente; neque peculiaris Regula à Symeone relicta ulla uspiam mentio: hoc autem primis Monachismi seculis magis etiam obtinuit in nostro Occidente, antequam conderentur Regulæ SS. Mauritii, Benedicti, Columbani, quando Cassianus ex Ægypto transgressus in Galliam, scripsit se ibi invenisse* tot Regulas quot Cellas, *id est monasteria, prout scilicet visum fuerat cujusque monasterii fundatoribus ordinare: & hanc sæpe legimus dici* Regulam Sanctorum Patrum, *cui aliæ scriptæ postea superinductæ fuerunt: qua de re aliquando plenius in hoc opere tractabitur.* d Artemisius *mensis* Majo *nostro respondet: cujus dies* 24 *anno* 596 *Bissextili, habente litteras Dominicales* A. G. *fuit Feria* v, *adeo ut decima dies antea, quo nuntium proximæ mortis ei Angelus attulit, fuerit Dominica, quando solebat refectionem ab Angelo allatam sumere.*

DE S. MARTHA VIDUA,

MATRE S. SYMEONIS IUNIORIS STYLITÆ.

C. I. COMMENTARIUS CONRADI IANNINGI S. I.

De vita, cultu, & nomine Marthæ hujus.

AN. DLI. IN hujus Sanctæ Vita danda dupliciter videbor discedere à Magistorum meorum vestigiis, dum neque ordinem temporis servo, filio postponens Vitam ejus quæ diu ante ipsum mortua est; dumque eam refero ad hunc diem, dimisso die v Iulii, quo sicuti obiit ita & celeberrimum habet apud Græcos cultum, & quidem in Typico primo loco, licet in figurato Græco-Moschorum Kalendario, Menæis, ac Synaxariis secundum aut etiam tertium dumtaxat teneat. Verum ipsorum imperio id factum scito, considerantium eam esse alterius Vitæ quoddam veluti supplementum; non quia post illam scripta sit, ex nullo enim capite colligi hoc potest; sed quia alterius Vitæ auctor, in prolixissimo argumento aliquod scriptionis ac temporis facere compendium volens, ea omnia videtur de industria transiviisse, quæ plenissime sciebat esse narrata in Vitâ matris, quamvis ad filium magis quam ad ipsam spectantia. Non conveniebat autem prius scriptam priori quoque loco ponI: quia omnia quæ præfati sumus ad Acta Symeonis, nec apte præmitti poterant huic Vitæ, neque hæc absque illis commode intelligi. Ceterum non plane absque Græcorum exemplo matrem filio jungemus: hoc enim fecit Codicis Florentini collector, unde Vita descripta est, per nescio quam anticipationem eidem adnotans diem XXIII Maji. Synaxarium vero Chiffletianum, Divione servatum, uno post filium die matrem celebrat, cum Elogio prolixiori; quod quia Vitæ Synopsim continet, lubet utraque lingua dare.

Datur hæc vita veluti supplementum prioris,

licet Sancta colatur 5 Iulii.

Elogium ex Ms. Divionensi.

2 Αὕτη ἡ ἀοίδιμος Μάρθα, μήτηρ ὢν τοῦ ἁγίου Συμεὼν, τοῦ ἐν τῷ θαυμασῷ ὄρει· καὶ ἀεὶ τῷ Θεῷ σχολάζουσα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἐξ ἐπαγγελίας γεννᾷ τὸν ἅγιον Συμεών. Ἄσκησιν ἣν καὶ πάσιν εἶχε πολλὴν ἐν τῷ βίῳ αὐτῆς· οὐδεὶς γὰρ ἐθεάσατο ταύτην ποτὲ ἐν κυριακῷ καθεζομένην, ἢ τινι προσομιλήσασαν τὸ παράπαν. Ἀγαπῶν πολλὴν ἔσχεν, καὶ ἐλεημοσύνην, καὶ ταπείνωσιν, πόδας ... πάντων νίπτουσα, ξένους ὑποδεχομένη, γυμνοὺς ἐνδύουσα, πτωχοὺς τρέφουσα, Σινδόνας τοῖς μὴ εὐπορεῖσιν εἰς βάπτισμα ἐπιδιδοῦσα, ὡσαύτως καὶ ἐνταφια. Προγνοῦσα δὲ τὸν ἑαυτῆς τελευτὴν πρὸ τριῶν μηνῶν, ἀπῆλθε Σωτάξασθαι πρὸς τὸν Ὅσιον. Ὁ δὲ πάλιν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι γνοὺς, φησὶ πρὸς αὐτήν· Τάχισόν με, μῆτερ, ταῖς εὐχαῖς σου, ὅτι πρὸς Κύριον ἐκδημᾷς. Ἡ δὲ πρὸς αὐτόν· Τοῦτο, ὦ τέκνον, κἀγὼ μυηθεῖσα, ἦλθον κομίσασθαι τὰς εὐχάς σου· καὶ ἀλλήλοις ἐπευξάμενοι καὶ εὐφρανθέντες, διῃρέθησαν. Ἐτάφη δὲ ἡ Ὁσία μεθασάσα ἐν Δάφνῃ· μετακομισθεῖσα δὲ παρὰ τοῦ Ἁγίου, τέθη πλησίον τοῦ σύλου· καὶ τοῦ Ἁγίου ποιήσαντος εὐχὴν ὑπὲρ αὐτῆς, ἐθαυματούργει ὁ τάφος αὐτῆς εἰς δόξαν Θεοῦ.

3 Celebris hæc Martha, mater fuit S. Symeonis, qui in monte mirabili vitam egit. In ecclesiis Deo vacabat semper; ex promissione peperit S. Symeonem; exercitabatur ac stabat frequenter in vita sua: nullus quippe vidit ipsam in æde sacra umquam aut sedere, aut cum alio colloqui ullo modo. Excellebat multa caritate, misericordia, humilitate; lavabat .... pedes omnium; excipiebat hospitio peregrinos; circumdabat amictu nudos; nutriebat egenos; donabat sindonas baptismales uti & sepulchrales, si qui ab illis minus instructi erant. Cum autem cognovisset trimestri ante spatio instantem sibi vitæ exitum, abiit ad Sanctum, cum ipso rem communicatura. At ille jam idem à Spiritu sancto edoctus, dicit venienti: Communi me, mater precibus tuis, quia ad Dominum abis. Illa vero: Id ipsum ego quoque edocta, fili mi, venio preces tuas acceptura. Cumque pro se invicem orassent, perfusi gaudio, separati sunt. Cum vero Sancta migrasset è vitâ, sepulturæ tradita est in Daphne: sed translatam condidit juxta columnam suam S. Symeon; ubi cum pro illa preces fudisset, mirabilia patravit opera sepulcrum ejus, ad gloriam Dei. *Hactenus Ms. Divionense. Meminit ejusdem quoque, sed translatæ, Kalendarium Syriacum seu Chaldaicum, illa die quæ nostræ octavæ Iulii respondet,* hoc modo, Translatio corporis S. Marthæ matris S. Symeonis Stylitæ. *Quod in primam translationem, triduo post obitum, sicut in vita dicitur, factam ex Daphne ad columnam Symeonis, sic quadrat; ut tamen nihil prohibeat opinari, secundam quoque, aliquantis post annis simili die peractam fuisse, & forte majori etiam cum solennitate, propter prægressa miracula.*

plurimas ejus virtutes complexum

& mortem præscitam.

Translatio 8 Iulii.

4 *Quo præcise anno obierit Sancta, licet expresse nusquam dicatur, ex utriusque tamen Vitæ collatione satis certo conficitur; modo animum advertamus ad diem mortis, qui num. 27 dicitur fuisse* Feria IV, *&* V Julii. *Etenim S. Symeon, uti num. 117 vidimus,* anno ætatis suæ trigesimo, *solenni cum pompa ad novam columnam portatus fuit,* antecedente S. Martha, plaudenteque & exultante, quod talem uteri sui fructum obtulisset Deo, ac præferente Crucem manu. *Ex sequenti vero Vita Num. 68 cognoscitur, post mortem* B. Marthæ *ablegatum ab eodem S. Symeone Hierosolymam Antonium Presbyterum, inde cum parte Crucis sacrosanctæ Domini* rediisse in monasterium ad Sanctum, eadem die ac hora, quâ anno superiore, cum ascensurus erat in columnam Symeon, manu prehensam venerabilem crucem prætulerat illi B. Martha. *Non igitur diu post illum Symeonis in columnam ascensum superstes illa fuit. Atqui ex calculo superius posito annus trigesimus Symeonis in annum* DLI *vulgaris Æræ convênit; idemque annus habuit* Feriam IV *concurrentem cum die* V *Iulii, per litteram Dominicalem* A, *quod ante annos sex non contigerat, neque contigit nisi anno post quinto & bissextili. Habemus ergo indubitabilem notam quæsiti temporis, simul & chronologiam nostram confirmatam.*

Obiit anno 551.

5 *Confirmatum quoque habemus Marthæ cultum anniversarium ex Vita ipsius num.* 71, *cum dicitur, quod* ad primum B. Marthæ anniversarium *celebrandum ultro conveniens populi multitudo, cum cereis & lampadibus, opportune occurrerit ad celebrandam simul prædictæ Crucis exceptionem, in ecclesia per Sanctum ædificata. Novam deinde ecclesiam ædificari permisit Sanctus, in eamque transferri matris suæ arcam, uti narratur toto cap. 6 Vitæ: & ex eo tempore pluribus claruisse miraculis dicitur ab Auctore, non solum coævo, sed ut præsumere licet plerorumque teste oculato; interfuit enim cum Crucis particula exciperetur, idque indicat his verbis eodem num.* 71 *relatis:* Omnes qui convenerant clamabant nobiscum, Crucem tuam adoramus *&c. Istud autem* Nobiscum, *non solum præsentem, sed etiam Mona-*

Vita à monacho coævo scripta.

A *Monachum ex S. Symeonis discipulis unum tibi suggeret, si attenderis ad titulum* Matris nostræ, *quo identidem & quadam speciali ratione utitur. A tali ergo auctore descripta Vita habetur in Bibliotheca Laurentiana Magni Ducis Florentiæ, Plutei* IX *Codice* XIV, *sub titulo tali:* Βίος τῆς μακαρίας Μάρθας, μητρὸς τοῦ ἁγίου Συμεών, τοῦ ἀγωνισαμένου ἐκ νηπίας ἡλικίας τὰ τῆς ἀσκήσεως ἆθλα ἐν τῷ Θαυμαστῷ ὄρει: Vita B. Marthæ, matris S. Symeonis, qui à tenera ætate ascetica certamina exantlavit in mirabili monte. *Hinc transcriptam anno* MDCLXI, *manu* P. *Papebrochii, Latine reddendam mihi sumpsi, primam talis studii experimentum futuram: quod utinam, Theologicorum studiorum curriculo emenso, resumere liceat; & (quoniam Magistrorum alter jam ad eos abiit, quorum Actis illustrandis me conabatur formare) alterum saltem superstitem reperiam, qui cœptam haud infeliciter institutionem prosequatur.*

6 *Porro cum adeo celebris ubique esset hujus* S. Marthæ *veneratio, etiam vivente adhuc filio, placuit iis, qui speciali erga* Seniorem Symeonem, *devotione ferebantur, & in Actis ejus legerant, quod cum is mortuæ matri bene precatus esset,* corpus commotum est ac vultu subrisit, *& exequiis factis sepelierunt eam ante columnam; ipsam quoque Sanctis adnumerare, ne quid minus à Iuniore haberet Senior: & diem obitus ignorantes, una cum filio colendam instituerunt* I *Septembris, quando nos iterum de eâ: erravit enim Baronius, ad diem illius mensis* IV, *cum censuit Iuniorem esse, quem Græci cum Matre sua colerent ipsis Kalendis. Nomen non indicaverant Vitæ auctor Antonius Discipulus Sancti, eumque secutus Metaphrastes Antiquus Interpres, cujus versionem Latinam secundo loco dedit Bollandus, interpolatam Vitam præ oculis habens,* Mathanæ *nomen expressit: recentiores Græci in suis Synaxariis aliisque ritualibus libris* Marthan *vocant; quod merito suspectum haberi potest, ne absque idonea auctoritate sit assumptum, ut sicuti filiorum eadem sunt nomina, ita essent & matrum.*

An aliæ aliorum Symeonum matres, etiam Martha?

B

7 *Verum quid hoc esse dicemus quod in Menæis Græcorum apud Venetos excusis, sed solis, pridie quam nostræ* S. Marthæ *elogium recitatur, id est* IV *Iulii, post alios talis diei Sanctos præscribatur faciendæ memoriæ* Μαρίας, τῆς μητρὸς τοῦ ἁγίου Συμεὼν τοῦ Στηλίτου, Mariæ, matris S. Symeonis Stylitæ? *Tertii ne* Symeonis *matrem etiam Sanctis adscriptam voluerint, aliqui? Non id ausim opinari. Potius dixerim, collectorem Menæorum inveniisse in Ephemeride aliqua scriptum perperam* Mariæ *nomen loco* Marthæ, *& quidem anticipatè (uti jam animadvertimus quandoque in talibus anticipatos dies, nominatim in Synaxario Basilii & in Kalendario Gracomoscо) ideoque scrupulo sibi duxisse, si omitteret eam, quam cui Symeoni assignare deberet nullum indicium adjunctum monstrabat.*

ant uxor Maria?

E

VITA

Auctore monacho coævo, Interprete Conrado Janningo.

Ex Ms. Bibliothecæ Laurentianæ Florentiæ Plut. 9 Cod. 14.

CAPUT I.

Variæ S. Marthæ virtutes, visio, miraculum.

AUCTORE C. I.

Ὅσοι τὴν μακαρίας καὶ ἀπεράντου ζωῆς ἐπιθυμοῦσι, τὸ ψαλμικὸν ἐκεῖνο λόγιον μελετῶσιν ἔχουσι διαπαντὸς, τὸ φάσκον· Σωέτισόν με, Κύριε, καὶ μαθήσομαι τὰς ἐντολάς σου· καὶ αὖθις· Δίδαξόν με ποιεῖν τὸ θέλημά σου· ὑδαμῶς περιφερόμενοι πρὸς τὰς βιωτικὰς φροντίδας, ὑδὲ θολοῦσαι τὸν ψυχὴν ἀνεσχόμενοι ταῖς ἀνωφελέσι μεριμναις, πᾶσαν δὲ σπουδὴν ποιοῦντες τὴν ἔσω κατακοσμεῖν ἄνθρωπον καὶ πνευματικῆς ἀντέχεσθαι πολιτείας, λανθάνειν τε τοὺς πολλοὺς τὸν καλὸν ἐργασίαν ἐργαζόμενοι, καὶ τὰ ἐπὶ τὰ χρείττονα καὶ ἐσχόμενα σωτηρίας προκοπῆς ὑπομελοῦμενοι. Οὗτοι βεβηκότες ἑδραίως ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῆς ἀποστολικῆς πίστεως, καὶ ἀκλόνητοι τῇ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ δυνάμει τηρούμενοι, εἰκότως πᾶσαν ὑπερβολὴν τῶν πονηρῶν πνευμάτων διαφεύγουσιν, ἀποκρυόμενοι τὰς τούτων προσβολὰς, καὶ τῶν κοσμικῶν πειρασμῶν τοὺς κλύδωνας ὑπερβαίνοντες. Ὅθεν καὶ ἡ ἐν ἁγίοις ἡμῶν μήτηρ Μάρθα, ἧς ὁ Συμεὼν ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος προσῆλθεν, περὶ ἧς ἡμῖν πρόκειται νῦν διήγησις, διὰ τὸν τῶν ἐντυγχανόντων ὠφέλειαν, τὸν ἐπηγγελμένον τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν μακαριότητα, καὶ ἐν τοῖς δικαιώμασι Κυρίου μελετῶσι, διαπαντὸς ὁδοῖς δικαιοσύνης ἐπορεύετο, τρεῖς τιμίους μαργαρίτας κεκτημένη, πίστιν εὐκατάνυκτον, ἐλπίδα παρὰ πόδα ἔχουσαν τῶν ἀγαθῶν τὴν ὑπόστασιν, καὶ ἀγάπην τελεῖσαν εἰς Θεὸν, δι' ὧν προδήλως πᾶσαι αἱ ἐντολαὶ κατορθοῦνται· ἃς Θεῷ μόνῳ φανερῶσαι βουλομένη, ἔσπευδεν λανθάνειν ἀνθρώπους, φεύγουσα τὸν κενόδοξον λογισμὸν, ὥστε μηδένα γινώσκειν τι τῶν τοῦ φιλοπονίας καὶ φιλοσοφίας ἔργων.

C

1 QUotquot beatam ac sempiternam conse- qui vitam desiderant, Davidicum illud ora- culum; Da mihi intellectum, Domine, & discam mandata tua; atque iterum, Doce me, ut faciam voluntatem tuam, semper animo versant. Non con- vertuntur umquam ad curas temporales, non pa- tiuntur turbari animum inutili solicitudine: omne vero studium adhibent, quo hominem interiorem componant, statumque animæ suæ spiritualem re- cte conservent; incumbunt unice, ut opera sua bo- na quam plurimos lateant; denique curant sedulo, ut in virtute & illis quæ pertinent ad salutem fa- ciant progressum. Hi sunt, qui super fidei Apostо- licæ fundamento stabiliti firmiter, & virtute Cru- cis vivificæ inconcussi perstantes, insidias cacodæ- monum omnes merito effugiunt, insultus eo- rum reprimunt, & mundanarum tentationum tem- pestatibus superiores evadunt. Hinc sancta quoque Mater nostra Martha, Symeonis famuli Dei parens, qua de instituitur nobis modo narratio, propter il- lorum quibuscum versabatur utilitatem (pro- missam, dico, omnibus Deum amantibus & in justi- ficationibus Domini meditantibus, beatitatem) via semper justitiæ gradiebatur, tres pretiosas adepta margaritas; Fidem, quæ facile compunctionem eli- cit; Spem, bonorum substantiam pro fundamento habentem, & Charitatem Dei perfectam; per quas mandata omnia rectissime perficiuntur; quasque etiam soli Deo patere cupiens, celare homines sa- tagebat; cavebatque sermones vanam parituros glo- riam, ut nullus operum ejus laboriosorum ac sa- pientiam redolentium quidpiam resciret.

Psal. 118, 73; 112, 10

Studia Sanctorum

F

egregie se- data B. Martha,

virtutibus efflorescit theologicis

2 De se demisse humiliterque sentiebat; jejuna-

A. COÆVO EX MS. FLORENT. *aliisque.*

bat crebro, exactius vero atque accuratius quartam sextamque feriam observabat; & in ecclesia domui propinqua Deo vacans, curabat ut quam plurimum luminis ac thymiamatis offerretur: atque hæc omnia ad gloriam Jesu Christi Domini nostri, & honorem castissimæ ipsius secundum carnem matris, semper virginis ac Deiparæ Mariæ, Sanctorumque omnium lubens volens præstabat. Venerabilem vero prolem suam, à glorioso Christi Prodromo Joanne Baptista (à quo conceptus etiam nativitasque ejus prænuntiata fuerant) multis laudibus celebratam, digna divinis oculis institutione educans in timore Dei, ad sextum ætatis annum perduxit. Supplices autem cum lacrymis preces incessanter offerebat Christo Domino pro filio, rogitans ut acciperet illum, quemadmodum olim ab Anna Samuelem, dignaretur. Cumque animo versaret, quid ipsi aliquando futurum esset, incidens in somnum, vidit seipsam alis instructam quasi sublime efferri; & puerum, quem sinu tenebat, munus offerre Domino, oblatumque sic alloqui: Hunc ascensum tuum præstolabar, filii mi, ut Dominus me famulam suam dimitteret in pace, quoniam inveni

B gratiam apud Deum, ut mihi liceat reddere ei labores uteri mei.

Puerum pie educatum

in visione Deo offert.

3 Atque hæc conservabat sedulo in corde suo, glorificans Deum. Si quando abibat in ædem sacram, nocte tota hymnis ac orationibus sine intermissione vacans perseverabat: si vero domi suæ quieti corpus dedisset, sub noctis medium excusso somno ad confitendum Domino profiliebat. Erat vultus ei gratia repletus, totaque luce circumfusa apparebat, verbis consolandi virtutem habentibus sectabatur ubique pacem & sanctimoniam, sine quibus nemo Deum videbit. Quamvis non multum otii negotia relinquerent, numquam tamen in vespertinis matutinisque precibus desiderabatur. Properabat quam maxime festis sanctorum Martyrum ad vigilias nocturnas: tum vero conveniebat prima ad templum, & nullâ prorsus curâ distrahente animum, accipiebat salutarem Communionem, corpus & sanguinem Filii Dei. Nullus istic loci umquam *b* sedentem loquentemve alteri conspexit: stabat vero sibi soli vacans, profundens lacrymarum fontes, & preces supplices ad benignum Deum cum timore & compunctione multa dirigens, præcipue pro salute ac perseverantia justi Symeonis.

Studium ejus orandi

& communicandi.

b

Stans semper in templo,

C Quamdiu sacrificium Missæ tenebat, Sacerdotibus porrigebat incensum, rogans, ut precanti sibi cooperarentur apud Deum.

4 Monachus autem quidam, cui nomen Symeoni, pius admodum, cum aliquando conspicatus fuisset B. Martham multo tempore sacrificio divino perseveranter adstare, & numquam in ecclesia sedendo interquiescere; putavit honoris illius causa quidpiam facere, dixitque; In partem aliquam recedens, Mater, parumper sede ac requiesce. At illa vere beata, ad Monachum se convertens; Rogo, inquit, pietatem tuam, oculos ut reflectas in famulos, quomodo sellas dominorum suorum (qui & ipsi homines sunt cum tempore perituri) humeris portent, & cum timore ipsis assistant; idque illi faciunt heris, corruptioni obnoxiis, & anima corporeque eadem quæ ipsi patientibus. Quo igitur pacto audeamus nos, dum vires corpori nostro suppetunt, sedere, cum sacrosancta Missa peragitur immortalis & incorruptibilis Regis ac Conditoris omnium? Existimo ego, non leve illud crimen esse eorum, qui ex contemptu talia committunt. Excogitabat semper aliud atque aliud quod egregiis suis facinoribus adjiceret; hinc quæ sub vestibus *c* sabana gestabat, exuta largiebatur rusticanis

istic sedere nefas esse

ostendit per aptam similitudinem.

Opera misericordiæ exercet,

c

Σωαπήγετο δὲ τοῖς ταπεινοῖς, ψυχικῶς νηστεύουσα, κατ' ἐξαίρετον τὴν τῶν τετράδα καὶ παρασκευὴν ἀπαραλείπτως φυλάττουσα, καὶ ἐν τῇ καλοικον ἐκκλησίᾳ σχολάζουσα, ἐπεμελεῖτο φωτὸς πολλῶν καὶ θυμιαμάτων προσαγωγῆς, πάντα εἰς δόξαν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ τιμὴν τῆς παναγίας αὐτοῦ καὶ ἁγίας σάρκα μητρὸς ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας, καὶ τῶν Ἁγίων πάντων βυλομένη καὶ πράττουσα. Τὸν δὲ αὐτῆς τίμιον βλαστὸν θεοπρεπῶς ἐκβρέφουσα, ἀνήγαγεν μέχρι ἐτῶν ἓξ τῆς αὐτοῦ ἡλικίας ἐν φόβῳ καὶ θεοφιλῶς, [a] καλαλαληθέντα ὑπὸ τοῦ ἐνδόξου καὶ προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, δι' οὗ τὴν Σύλληψίν τε καὶ γέννησιν αὐτοῦ εὐηγγελίσθη. Δεήσεις δὲ καὶ ἱκεσίας ἀπαύστως ὑπὲρ αὐτοῦ τῷ δεσπότῃ Χριστῷ μετὰ δακρύων προσέφερεν, αἰτουμένη προσδέξασθαι αὐτὸν καθὼς παρὰ τῆς Ἄννης τὸν Σαμουήλ. Ἐνενόει δέ τί ἄρα ἀποβήσεται αὐτῷ, καὶ ὑπνώσασα εἶδεν ἑαυτὴν πτερωθεῖσαν, καὶ ὥσπερ εἰς ὕψος ἐπαιρομένην, καὶ τὸ παιδίον κρατοῦσαν καὶ ἀναφεροῦσαν δῶρον τῷ Κυρίῳ, καὶ ὅτως λέγουσαν πρὸς τὸ παιδίον· Ταύτην τὴν ἀνάβασίν σου περιέμενον ἰδεῖν, παιδίον, ὅπως Κύριος ἀπολύσῃ με τὴν δούλην αὐτοῦ ἐν εἰρήνῃ, ὅτι εὗρον χάριν παρὰ Θεῷ ἀποδυναμῶνός μου τοὺς ὠδίνων μου τῷ Κυρίῳ. Ταῦτα διετήρει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς δοξάζουσα τὸν Θεόν. D E

Ἀπερχομένη δὲ ἐν τῷ κυριακῷ παννύχως ἐπετέλει τὰς ὑμνοδίας, ἀδιαλείπτως προσκαρτεροῦσα ταῖς δεήσεσιν· εἰ δὲ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς ἐκάθευδεν, διεγειρομένη μεσονύκλιον εἰς ἐξομολόγησιν ἵστατο. Τὸ δὲ εἶδος αὐτῆς χάριτος ἦν πεπληρωμένον, ὅλη γὰρ εὐγενὴς ἐθεωρεῖτο· λόγον δὲ ἔχουσα παρακλήσεως, ἐδίωκεν εἰρήνην καὶ τὸν ἁγιασμὸν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον. Ἐν ὀλίγοις δὲ τοῖς χρόνοις αὐτῆς λυχνικῶν καὶ ἑωθινῶν οὐκ ἀπελιμπάνετο, σπεύδουσα μᾶλλον εἰς τὰς νυκτερινὰς, διαχρηγορήσασα ἐν ταῖς τῶν ἁγίων Μαρτύρων μνείαις· σωναγομένη δὲ πρώτη ἐν τῷ κυριακῷ καὶ μηδαμῶς ὑπό τινος φροντίδος κωλυομένη μετελάμβανεν τὸν σωτήριον ἡμῶν κοινωνίαν, τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Οὐδεὶς δὲ ἐθεάσατο αὐτὸν πώποτε καθεζομένην ἐν τῷ κυριακῷ, ἢ δὲ διαλεγομένῳ τινί· ἀλλ' ἵστατο ἰδιάζουσα, πηγὰς δακρύων ἐκχέουσα, καὶ τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ ἱκεσίας προσάγουσα μετὰ φόβου καὶ κατανύξεως πολλῆς, μάλιστα ὑπὲρ σωτηρίας καὶ ὑπομονῆς τοῦ δικαίου Συμεών. Ἐν ὅλῃ δὲ τῇ λειτουργίᾳ ἐπεδίδου τὸ θυμίαμα τοῖς Ἱερεῦσιν, αἰτοῦσα καὶ αὐτοὺς συνεργῆσαι αὐτῇ ἐν ταῖς πρὸς Θεὸν δεήσεσιν αὐτῆς. F

Μοναχὸς δέ τις, ὀνόματι Συμεὼν, εὐλαβὴς λίαν ὑπάρχων, θεωρῶν ἐκ πολλοῦ χρόνου τὴν Μακαρίαν οὕτω προσκαρτεροῦσαν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ, καὶ μηδέποτε ἐν τῷ κυριακῷ καθεζομένην, ἐνόμισεν πρὸς τιμὴν αὐτῆς τι ποιεῖν, καὶ φησι πρὸς αὐτήν· Ἀνάστηθι μῆτερ ἀποκρίτως, μικρὸν καθέζου καὶ ἀνάπαυσον. Ἡ δὲ ὄντως μακαρία, ἔφη πρὸς αὐτὸν, Ἄξιον τὴν σὴν εὐλάβειαν βλέψαι εἰς τοὺς δούλους, πῶς τὰ σέλλια τῶν κυρίων, αὐτοῖς ἀνθρώπων ὄντων προσκαίρων, ἐπὶ τῶν ὤμων φέρουσι καὶ φόβῳ παρίστανται αὐτοῖς, καὶ τοῦτο ἐπὶ δεσποτῶν φθαρτῶν, ὁμοιοπαθῶς ἐχόντων σῶμα καὶ ψυχήν· πῶς οὖν ἡμεῖς τολμήσωμεν, ἔτι δυνάμεως οὔσης ἐν τῷ σώματι ἡμῶν, καθεζομένην λειτουργίας προκειμένης ἀθανάτου καὶ ἀφθάρτου βασιλέως καὶ δημιουργοῦ τῶν ἁπάντων; Νομίζω, μὴ εἶναι τὸ τόλμημα μικρὸν τῶν καταφρονήσει τοῦτο ποιούντων. Προσέχων δὲ τοῖς ἀγαθοῖς αὐτῆς καλοφθώμασιν ὑπενόησα, ἐβάστασεν σάβανα ἐντὸς τοῦ περιβολαίου αὐτῆς, καὶ ἐπεδίδου τοῖς [d] φωλίζουσιν ἀχρείοις, τὰ παιδία ἑαυτῶν ἀφορῶσι [d]

A ἀποῤῥῶσι Σινδόνων, ὥστε σὺν αὐτοῖς δέξασθαι αὐτὰ ἐκ τῆς τιμίας ἀπολύσεως, καὶ μὴ σὺν τοῖς περιβολαίοις αὐτῶν. Ἐπισκεπτομένη δὲ τοὺς σὺν ἀσθενείᾳ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῇ τὸ σύνδεες ἀνεπήρα, θεωροῦντας ἔτρεφεν, καὶ διψῶντας ἐπότιζεν, παρέχουσα ὅπου ἔτυχεν αὐτοῖς εὐρηθῆναι τὰ κατὰ δύναμιν χρήσιμα. Εἰ δὲ καὶ Σωτὴρ αὐτῇ τὸν ἀληθῶς γυμνὸν θεάσασθαι, ταχὺ παρὰ δ' πιπράσκοντος κομιζομένη ἱμάτια σὺν κρυφῇ ἐδίδου· ἤκουεν γὰρ σὺν τρόμῳ τῆς ἀχράντου φωνῆς τοῦ Σωτῆρος, τοὺς δικαίους προσκαλουμένου καὶ λέγοντος, Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· πεινῶντα γάρ με εἴδετε καὶ ἐθρέψατε, διψῶντα καὶ ἐποτίσατε, ξένον καὶ Σωνηγάγετε, σὺν ἀσθενείᾳ καὶ ἐπεσκέψασθε, καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ ὅτι ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε.

Ταῦτα δὲ μελετῶσα καὶ πράττουσα διαπαντὸς, ἡ δὲ τῆς προπομπῆς τῶν θνησκόντων, ξένων καὶ πενομένων ἀδελφῶν ἡμῶν, κατεφρόνει· προεπεμπεν γὰρ αὐτοὺς μέχρι τῆς ἀγωνίας καλύβης χρονὸς δακρύων προχέουσα· ὅτε δὲ χρεία ἦν καὶ τὰ πρὸς τὸν ταφὸν σύνδυματα ἐποίει, ἐποίει δὲ καὶ ἐπήματα καὶ ἐδίδου τοῖς σὺν τῷ κυριακῷ καθημένοις. Χάριν τε εἶχεν πρὸς πάντας, καὶ ὁ λόγος αὐτῆς ἦν τῷ θείῳ ἅλατι ἠρτυμένος· ἰώντα δὲ ἠγόραζέν τι παρά τινος, σὺν ἁπλότητι καρδίας ἀφιλονείκως παρεῖχεν τὸ τίμημα· εἰ δὲ καὶ διεπώλει τι ἐκ τῶν ἔργων αὐτῆς, σὺν γλυκύτητι λόγου ἐδίδου, μὴ προφέρουσα σὺν μέσῳ ὅρκον· ὁ γὰρ λόγος αὐτῆς ὑπῆρχεν σὺν τούτοις ἀκριβῶς, ἢ Σωχώρησον, ἢ, ἐάν τι προσέθετο ἀπεῖν, οὕτως ἔλεγεν, Ναὶ καὶ οὔ. Πολλάκις δὲ ἀπαντῶσα μαχομένους, ἐλάλει αὐτοῖς τὰ εἰς ἐριν, καὶ πείθουσα τούτους, διαλύουσα τραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην ἀσπάσασθαι αὐτοὺς παρεσκεύαζεν. Εἰ δὲ Σωέβη αὐτῇ ἐπηρεασομένους ἰδεῖν, Σωεθλίβετο τούτοις, καὶ παρέχουσα ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ ῥυομένη αὐτοὺς ἐκ τῶν ἀδικούντων ἀπέλυεν· διελέγετο δὲ καὶ τοῖς τὴν βίαν ἐπάγουσι, τοιαῦτα φάσκουσα· Θάνατος, ὦ ἄνθρωποι, διαδέχεται ἡμᾶς, γῆ καὶ Σποδός ἐστι πᾶς ἄνθρωπος, μὴ ἐκδώσωμεν ἑαυτοὺς τῇ πλεονεξίᾳ, μὴ δὲ λυπήσωμεν τὸν Θεὸν τὸν εἰς αὐτὸν ἀναδεχόμενον τὴν παρ' ἡμῶν τῷ πλησίον ἐπαγομένην ἀδικίαν, λανθάνει γὰρ αὐτὸν οὐδὲν τῶν παρ' ἡμῶν γενομένων.

Ταῦτα παρ' αὐτῆς ἀκούοντες ἐκεῖνοι, εἰκότως ἠδοῦντο αὐτὴν διὰ τὴν δεδωρημένην αὐτῇ παρὰ τοῦ Θεοῦ χάριν, καὶ τὸ δεδομένον παρ' αὐτῆς εἰς εὐλογίαν ἐλάμβανον· καὶ λυτρουμένη τοὺς ἐπηρεαζομένους ἐκ τῶν κατεχόντων αὐτοὺς, ἀπέλυεν εὐχαριστοῦντας τῷ Κυρίῳ. Ταύτῃ προσαρμῶσαι δίκαιον τὸ ὑπὸ τοῦ ὑμνῳδοῦ Δαβὶδ εἰρημένον· Μακάριοι οἱ ἄμωμοι σὺν ὁδῷ, οἱ πορευόμενοι σὺν νόμῳ Κυρίου· μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, σὺν ὅλῃ καρδίᾳ ἐκζητήσουσιν αὐτόν. Ἀληθῶς γὰρ σὺν ὅλῃ καρδίᾳ τὸν Θεὸν ἐκζητήσασα εὗρεν, καὶ ἐπεκαλέσατο αὐτὸν σὺν τῇ πτωχείᾳ τοῦ πνεύματος αὐτῆς, βοῶσα· Σῶσον τὸν δοῦλόν σου, ὁ Θεός μου, τὸν ἐλπίζοντα ἐπί σε. Ἐδέετο δὲ ἀδιαλείπτως πάντα ἐπὶ σωτήρια ποιῆσαι καὶ χάριν δοῦναι τῷ δούλῳ αὐτοῦ Συμεών, ἐλπίσαντι ἐπ' αὐτόν, καὶ ἐξ ἀπαλῶν ὀνύχων ἑαυτὸν σταυρώσαντι διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ταῦτα στεναγμοῖς ἀλαλήτοις διὰ πνεύματος ὠρυομένη ὅλον τὸν διάνοιαν πρὸς τὸν Θεὸν εἶχεν ἀεί.

Τὰς δὲ Ἱερεῖς ἐθαύμασεν κατὰ τὸ γεγραμμένον, τιμῶσα τούτους πολυτρόπως· καὶ γὰρ, ὡς ἡ Μάρθα ἐπὶ τοῦ Κυρίου περὶ πολλὴν διακονίαν τὰ εἰς ἐκείνους θερα-

hominibus, pueros ſuos ad *d* baptiſmum adferentibus ac linteorum indigis; ut in illis, non autem in faſciis ſuis, eos poſt ſacram ablutionem ſuſciperent. Inviſebat frequens ægrotos, eorumque neceſſitatibus è ſuis ſubveniebat; cibum eſurientibus, ſitientibus potum ſuppeditabat; ſed clam fere, ubiubi eſſet, quantum facultates ſinebant præbebat univerſis. Si quando in hominem vere nudum incideret, illico comparabat ſibi veſtes à propolis, queis egentem, ignorantibus aliis, operiebat: audiebat quippe cum tremore illam falli neſciam Salvatoris vocem, juſtos alloquentis ac dicentis: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: quia vidiſtis me eſurientem, & nutriviſtis; ſitientem, & dediſtis potum; hoſpitem, & collegiſtis; infirmum, & viſitaſtis, & quæ ſequuntur: & quamdiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

A. COÆVO EX MS. FLORENT.

præmii id agentibus propoſiti non ignara. Matth. 25. 34.

5 Talia cum numquam non & meditaretur & opere præſtaret, non detrectabat exequiis intereſſe defunctorum, ſeu peregrinorum, ſeu pauperum, Fratrum noſtrorum; comitabatur enim illorum funera uſque ad *e* ſepulcrum lacrymas copioſas profundens: quod ſi neceſſitas poſtularet, curabat veſtes ſepulcrales atque edulia *f*, quæ diſtribuebat ſedentibus in templo. Gratioſa & affabilis erat omnibus, ſermo divino ſale conditus. Cum quid emendum eſſet, exhibebat ſine contentionibus in ſimplicitate cordis pretium rei: cum vero vendendum quidpiam mercium ſuarum, cum blando ſermone offerebat nullo interpoſito juramento: ſermo namque ejus erat in his recte ordinatus, aut Ignoſce; aut ſi quid amplius proferret, dicebat, Ita & non. Sæpe diſſidentibus pugnantibuſque obviam facta, promebat illa quæ facerent ad concordiam pacemque: & perſuaſione ſua diſſolvens nodos violentarum *g* actionum, inducebat ipſos, ut ſecundum id quod ſcriptum eſt, mutuam caritatem amplecterentur. Si quos forte contumeliam aut injuriam, patientes conſpiceret, miſerabatur, defendebat, liberatoſque è manibus iniquorum dimittebat: illos autem, qui vim inferebant, hunc in modum alloquebatur; Mors, ô homines, nos manet; terra & cinis eſt omnis homo: ne quæſo, ne dedamus nos avaritiæ, nec contriſtemus Deum, qui, quam proximo nos inferimus, illatam ſibi injuriam reputat: nihil quippe Deum latet eorum quæ agimus.

Liberalis eſt in exequiis mortuorum. e E f

in mercatu blanda, *g inter diſſidentes pacifica:* F

6 Talibus illi auditis merito venerabantur Beatam, propter illam, quam ipſi Deus contulerat gratiam, & ſalutaria ipſius monita cum gratiarum actione æqui bonique conſulebant: atque ita erepti illi, quibus vis inferebatur, è violentorum manibus dimittebantur, gratias Domino perſolventes. Merito igitur accommodabimus huic mulieri verba illa hymnographi Davidis: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini; beati qui ſcrutantur teſtimonia ejus, in toto corde requirent eum. Vere enim in toto corde ſuo quæſivit Deum & invenit, & invocavit ipſum in paupertate ſpiritus, clamans: Salvam fac ſervam tuam, Deus meus, ſperantem in te. Precabatur vero ut cuncta conducerent ad ſalutem, gratiaque donaretur famulo Dei Symeoni, qui ſpem ſuam in Deo collocans, à teneris unguiculis confixerat ſe cruci propter nomen ejus. Talia cum gemitibus inenarrabilibus orabat, totâ ſemper mente in Deum intenta.

ex aquo utrimque bene conſulit. Pſal. 118.

7 Sacerdotes Dei admirabatur, & (uti ſcriptum *h* eſt) multiplici honore proſequebatur: etenim velut altera Martha coram Domino ſatagebat circa frequens miniſterium, quod illis exhibebat; & cum Maria oleum adferens, effundebat in pedes illorum; idque factitabat identidem, recreabatque illos

Erga Sacerdotes officioſa eſt: h

A. COÆVO EX MS. FLORENT.

los in omnibus: qui accepto obſequio gratias agentes Deo & benedictionem impertientes mulieri, recedebant excipiebat enim hoſpitio viros illos Dei deiferos, Abrahamo perſimilis. Illud quoque, non parva admiratione dignum, à Deo donum obtinuerat: videlicet quod cùm energumeni quidam, violentia dæmonum de ſtatu mentis dejecti, noctu diuque exagitarentur miſerum in modum, vociferarentur, corpora ſua laniarent, lacerarent veſtimenta, idque ſine ulla intermiſſione aut levatione, imo neque cibum qui porrigebatur manducare poſſent; quod, inquam, advocati una omnes à B. Martha, acceſſerint comitante ipſa ad domum ejus; quod mentis compotes facti, morem geſſerint illi, ut matri filii; quodque cibo potuque refecti, quæ prius ab ullo alio admittere renuebant, reverterint ad ſe: adeo ut, quotquot ipſos conſpiciebant, darent gloriam Deo, gratiamque ab illo Marthæ datam prædicarent.

ſurgentes ſibi reſtituit.

πείας περιεσπᾶτο, καὶ ἔλαιον μετὰ Μαρίας προσφέρουσα ἐξέχεεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, D
ξωεχῶς τοῦτο ποιοῦσα καὶ διὰ πάντων αὐτοὺς ἀναψύχουσα, οἵ τινες μετὰ τῶν θεράπειαν εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ, καὶ εὐλογοῦντες αὐτῶν ἀνεχώρουν· Ἀβραμιαῖα γὰρ ὅσα θεοφόρους ἄνδρας ἐξένιζεν. Εἶχεν δὲ καὶ τοῦτο παρὰ Θεοῦ χάρισμα, ὃ καὶ λίαν ἐστὶ θαυμάζειν· τίνες γὰρ παραφρονοῦντες ἐκ ἐνεργείας δαιμόνων, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ὑπ' αὐτοῦ ἐλαυνόμενοι, καὶ κραυγάζοντες, καὶ τὰ ἴδια ξώματα κατατέμνοντες, περισχίζοντες ἱμάτια καὶ μηδεμίας ἀνέσεως τυγχάνοντες, μηδὲ τῶν ὑπηδεδομένων αὐτοῖς ἄρτων ἐδίειν ἀνεχόμενοι, προσκαλούμενοι ὅμως ὑπὸ τῆς Μακαρίας, παρεγίνοντο ξὺν αὐτῇ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς, καὶ ξωφρονοῦντες ὑπελάμβανον αὐτῇ, ὡς τέκνα μητρί· οἱ καὶ θαλπόμενοι βρώσει καὶ πόσει ἀνεχώρουν εἰς τὸν ἴδιον τόπον, παρ' ὑδενὸς ἄλλου ἀρχόμενοι τὰ τῆς τροφῆς ἀναγκαῖα δέξασθαι· ὥστε τοὺς ὁρῶντας αὐτοὺς δοξάζειν τὸν Θεὸν, καὶ ἀγαγγέλλειν τῶν δεδομένων αὐτῇ παρ' αὐτοῦ χάριν.

ANNOTATA.

B a *Hinc apparet, verbum* καλαλαλεῖν, *quo Auctor Græcus hic utitur, non ſolum in malam partem ſumi (uti paſſim Lexicographi volunt) ſed etiam in bonam.* b *Ne quis irreverentia id tribuat, quod ſemper ſtando intereſſet rebus divinis; auſcultet quid dicat Goar Nota 64 in Ordinem ſacri miniſterii*: Rariſſime, *ait*, & fere numquam in eccleſia ſedent Græci: . . . . . raro etiam genu flectunt. *Adeo ut perpetua illa ipſius ſtatio obſervantia rituum eccleſiaſticorum adſcribenda ſit.* c Σάβανα linteamina *ſunt, quibus aut in balneis aut fonte baptiſmatis loti excipiuntur involvunturve.* d *Gr.* φωτίζεσι, illuminantibus: *ſic enim loquebantur Chriſtiani; & Baptiſmum* φωτισμὸν, Illuminationem *appellabant, eo quod anima fidei lumine per baptiſmum illuſtretur.* e *Græca phraſis ad verbum reddita*, Uſque ad æternum tugurium. f *Non ſolum in Aſia, ſed etiam in Africa hunc morem obtinuiſſe, teſtis luculentus eſt Auguſtinus lib. 6 Confeſſ. cap. 2, & apud nos in Vita S. Monicæ 4 Maji num. 26, ubi narrat, quomodo illa,* ſicut in Africa ſolebat, *etiam Mediolani,* ad memorias ſanctorum *(id eſt, ſicut mox infra explicat,* defunctorum) pultes & panem & merum attulerit, *quæ præguſtata modice, mox diſtribueret in alios.* g *Ita, puto, recte tranſtulimus hoc loco vocem Græcam* ξωάγαγμα, *quod fere* commercium, conventio, contractus *interpretatur. Sed minus late hæc patent apud Latinos, quam illud apud Græcos*: commercium *quippe notat emendi vendendique inter ſe jus & conſuetudinem: Græci vero inter* ξωάγαγμαΐα *etiam* furta, homicidia, veneficia, *aliaque annumerant, teſte Budæo; atque hinc duplex genus* ξωαγαγμάτων *conſtituunt, alia* ἑκούσια *ſeu* voluntaria, *alia* ἀκούσια *ſive* non voluntaria: ἑκούσια *recte per vocem Latinam* commercium *explicaveris,* ἀκούσια *non item. Quærenda nobis igitur hoc loco alia vox fuit, qua utriſque competeret: quam utrum invenerimus, tui judicii eſto. Certe non primi videbimur ita locuti, ſi conſiderentur Caji Iuriſconſulti ſcripta, uſi eadem voce* actiones, *ut vertendo Græcum* ξωάγαγμα æque *generaliter loqueretur.* h *Videtur reſpicere ad iſtud Pauli*, 1 *ad Timoth.* 5, 17, Πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, Presbyteri duplici honore digni habeantur.

CAPUT II.

C *Viſiones variorum: Marthæ humilitas: mortis tempus & gloria in cælis revelata.* F

In tutelam S. Ioannis Bapt. receptæ

ægris opitulatur.

3 CUm aliquando nocturnas more ſuo preces offerret Deo, eique gratias perſolveret per manus illius, quo non ſurrexit major inter natos mulierum, Joannis Baptiſtæ; incidens in ſomnum, dignata eſt viſione illius, apparente ſimul cum ipſo Timotheo, Sancti Apoſtoli Pauli diſcipulo, & colloquebantur inter ſe, ut amici ſolent: audiit vero etiam S. Joannem talia dicentem ſibi: Ego te omni tempore defendo propugnoque apud Deum, nec umquam deſeram. Experrecta poſt hæc, timida ac tremebunda laudavit Deum, atque abiens, ſicut mos illius erat, ad venerandum filium ſuum, in Monte-mirabili agentem, quotquot per viam reperiebat ægritudinibus vulneribuſve debiles, recreabat benevole & conſolando animabat; obligandiſque etiam plagis faſciolas conficiebat ex veſtimentis ſuis, & vinum oleumque affundebat: atque hoc modo iter ſuum conficiebat læta. Sæpius enim tunc temporis contingebat in partibus illis fieri inſultus a graſſatorum per viam, ut frequenter admodum variis locis in tranſitu ſic ſubſiſteret: illis quoque qui obſequiis monaſterii inſudabant, conjungebat ipſa operam ſuam, mundabat lavabatque ſemper infirmos Fratres noſtros, & plurima faciebat quæ uſibus eorum impendi conveniebat.

a

nis dominicæ loca. Poſtquam adoraſſet Dominum Antonius in loco ubi ſteterunt pedes ejus; exhibita reverentia Stauroph ylaci, tradidit ei epiſtolam: quam ille cum gaudio maximo acceptam perlegens exultanſque in ſancto Spiritu, accerſivit illico aurifabrum: factaque Cruce aureâ, incluſit in medio illius partem venerandæ ac vivificæ Crucis: ſicque thecæ impoſuit ac dedit Antonio Presbytero, adjunctis reſponſoriis, itaque eum in pace dimiſit. Deſcendit ille ſtatim cum gaudio in Joppen, inventoque parato navigio confecit iter Seleuciam, reditque in monaſterium ad Sanctum eadem die ac hora, qua anno ſuperiore, cum aſcenſurus erat in columnam Symeon, prehenſam venerabilem Crucem præferebat illi B. Martha, quemadmodum ſuperius memoratum eſt. Videns autem venientem famulus Dei, miratus eſt cum cunctis Fratribus acceptaque honorabili ac vitali Cruce, eandem amplexus eſt, & adoravit potentiam divinam, gratias pro omnibus Deo cum fide magna perſolvens: deinde epiſtolam quoque legit, talia continentem.

A. COÆVO EX MS. FLORENT.

accepta ſanctæ Crucis particula

ipſam Symeoni tradit cum reſponſoriis.

68 Accepi venerandas atque auguſtas Sanctitatis veſtræ litteras, tradente Domino Antonio Presbytero; quibus lectis, ſpirituali exultatione & lætitia repletus, gratias egi Domino Deo pro omnibus, quibus me prævenit, indignum, qui ſanctas veſtras litteras & inſpirata divinitus verba accipiam. Continebantur autem illis obſcuriores quædam famuli Dei Moyſis locutiones, quæ admodum difficiles explicatu vilæ ſunt exiguitati meæ: & quoniam dubito, utrum quarumdam ſenſa recte capiam, dignare, Domine, planiorem mihi reddere earumdem intellectum per venerandas litteras veſtras. Tum alia quædam attribuiſtis humilitati meæ ex theſauro ingenii veſtri, quorum miſellus ego nihil umquam poſſedi. Vos namque, familiares ac amici Dei cum ſitis, & crucifixeritis vos cum ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto, propius à Cherubinis abeſtis, non ceſſantes diu noctuque cum cæleſtibus choris laudes illius celebrare. Qua propter rogo vos, qui ſanctiſſimi eſtis, ut in hymnis veſtris, quos Deo continenter canitis, humilitatem meam ſimul offeratis; quò, auxiliantibus ſanctis acceptiſque Deo precibus veſtris, propitiationem meorum conſequar peccatorum: idque ut effectum detis, etiam atque etiam per amorem Chriſti vos oro atque obſecro, venerande Pater.

B

quibus Stauropbylax poſt petitas Sancti preces

C

69 Mitto autem, uti juſſiſtis, venerandam & intemeratam Crucis vivificæ partem, incluſam in medio Crucis aureæ; in cujus utroque cornu infixi portionem venerandæ petræ ſancti & glorioſi Golgotha nudam, in quam pretioſum ſanguinem ſuum effudit filius Dei: & in duabus aliis extremitatibus ſuperna infernaque incluſi quidpiam ex ſancto lapide, qui ope ſancti Angeli ab oſtio glorioſi & immaculati ſepulchri Domini Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti revolutus fuit: quod ipſum ſimiliter nudum eſt, ut melius poſſit adorari. Hæc igitur cum acceperis, venerande Pater, dignare nos reſponſo certiores facere, favente Deo recte perlata eſſe. Memento inter orandum humilitatis meæ, quæſo, ut per ſanctas orationes veſtras conſequar à ſalvatore Chriſto pauxillum miſericordiæ, ut inſuper debitorem teneatis Chriſtum pro ſalute noſtra. Rogo denique ut erga humilitatem meam ita affectus ſis, quàm præſens ac familiaris eſſem Sanctitati veſtræ, & recurrat vobis ſemper, dum facitis officium veſtrum, miſeria mea. Illud quoque quam enixiſſime vos rogo, Domine, ut reſcribatis humilitati meæ, & exhilaretis me divinis veſtris litteris atque inſtructionibus.

F

indicat quas Reliquias ipſi mittat.

A. COÆVO EX MS. FLORENT.

70 Porro qui tale miniſterium obire meruit Presbyter Antonius, divino ardore ac deſiderio in Sanctum inflammatus, manſit ex illo tempore cum ipſo: elapſis vero aliquot annis promovit ipſum Dei famulus ad Epiſcopatum Seleuciæ, quæ vicina eſt magnæ urbi Antiochiæ. Jamque menſium duodecim ſpatium tranſierat, cum prima obitus B. Marthæ lux aderat anniverſaria: conveneruntque inſtinctu gratiæ divinæ, nullo Fratrum cuilibet quidquam vel verbo indicante, virorum ac mulierum ingens multitudo, cereis lampadibuſque inſtructi, memoriam illius annuam celebraturi. Cumque pervigilium egiſſent, orto jam multum die, propoſitam publice Crucem vivificam adoraverunt omnes, qui convenerant, clamantes nobiſcum: Crucem tuam adoramus, Domine, & ſanctam reſurrectionem tuam glorificamus. Poſtquam ſic adoraſſent, ſuſtulit Presbyter Antonius venerandam Crucem, a comitantibus Diaconis cum b flabellis ac thuribulis, atque canentibus: Salva nos, Fili Dei, qui crucifixus es pro nobis, alleluia: & repoſuit in gazophylacio. Tum proſecuti lectiones, perfectum celebrarunt feſtum, famulo Dei Symeone ad aram ſacris operante. Mirabilis igitur Deus, qui glorificavit in conſilio Sanctam ſuam, quia Sanctos ſuos, qui in terris ſunt, mirabiles effecit: quoniam omnes, ut loquitur Beatus David, voluntates ejus in ipſis. Etenim mirificavit miſericordiam ſuam in civitate munita, glorificando ſanctam famulam ſuam Martham, & viciſſim in illa glorificatus.

In B. Marthæ anniverſario

a

b

publice S. Crux elevatur.

B

Pſal. 135. Pſ. 30, 22.

71 Plurimi quoque alii, thecæ Reliquiarum B. Marthæ appropinquantes variis ægritudinibus ac dæmonum vexationibus curati ſunt. Quorum famam cum percepiſſent Fratres duo Proæreſius atque Hilarion, oriundi ex Phrygia; audiſſentque inſuper mirabilia, quæ operabatur Deus per S. Symeonem famulum ſuum; conſtituerunt ambo ad ipſum ſeſe conferre, graviſſimæ neceſſitati ſuæ ac deſperationi remedium quæſituri. Hilarion enim difficillimo tenebatur malo, ac pede putrefacto tantum emittebat fœtorem, ut adſtare ipſi nemo ſuſtineret, imo ex ſententia medicorum pro depoſito haberetur: Frater autem hujus natu grandior Proæreſius, dexteram parte inferiori ita luxatam ac remiſſam gerebat, ut omnino movere illam non poſſet. Ambo igitur à quibuſdam ſuis domeſticis in navim illati, ad monaſterium advecti ſunt. Verum antequam ad columnam Sanctumque aſcendiſſent, acceſſit forte propius ad tumulum B. Marthæ Hilarion; ubi ſubito dolores, quibus premebatur, non mediocriter remiſſi ac leniti ſunt. Nam diabolus, qui ſub ſpecie morbi ſe occultaverat, quaſi igne cruciaretur, ejulans ac lamentans inde aufugit per intereceſſionem B. Marthæ: ſicque brevi poſt tempore omni omnino dolore levatus fuit; inſperſoque ſacro pulvere incurabili ipſius vulneri, illud ſtatim purgatum, obducta caro, & homo perfecte ſanatus eſt.

Duorum fratrum valde calamitoſorum

C

alter ad tumulum B. Marthæ ſubito curatur,

72 Proæreſius porro aſcendit ad Sanctum, ac prolixis pro Fratre gratiis actis, nihil pro dexteræ ſuæ curatione precatus eſt. At Sanctus, penetrans mentis ejus conceptum peſſimum; O ſtulti, inquit, & graves corde ad credendum, ut loquitur Dominus; quamobrem & tu non quæris gratiam à Deo, qua curetur manus tua? Verum ille, tentatus à diabolo, auſus fuit reponere: Si Chriſtus ipſe, Dei filius, huc veniens tetigerit manum meam, non credo recte habituram. Indignatus Symeon ad tantam blaſphemiam, ejici inde hominem juſſit, ac reditu ad columnam prohiberi. Qui deinde menti reſtitutus, moratus eſt alteram ac tertiam diem animo compuncto, multum plorans, ac pœnitens blaſ-

Luc. 24, 25.

alter blaſphemus, & ejectus à Symeone,

παρὰ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ· ἵνα καὶ ὑπὲρ τῆς ἐμῆς Σωτηρίας, Δέσποτα, σχὴς τὸ Χριστὸν χρεώστημα· καὶ ἁπλῶς ἵνα οὕτως ἔχῃς τὸν ταπεινωσίν μου, ὡς παρόντα καὶ πλησιάζοντα τῇ ὑμῶν ὁσιότητι, καὶ κατοπτρίζῃ ἀεὶ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ διακονίᾳ τὸν ἐμὸν ἐλεεινότητα. Καὶ τοῦτο δὴ παρακαλῶ ὑμᾶς, Δέσποτα, Σωτερικώτερον γράφειν τῇ ἐμῇ ταπεινώσει, καὶ εὐφραίνειν τοὺς ὑμετέρους θείους ῥήμασίν τε καὶ διδάγμασιν. D

Ὁ δὲ τῶν τοιούτων καταξιωθεὶς ἐκλελεσμένος διακονίαν Πρεσβύτερος Ἀντώνιος, θείῳ ζήλῳ καὶ πόθῳ τῷ πρὸς τὸ Ἅγιον πυρωθεὶς, ἔμεινεν ἐξ ἐκείνου προσκαρτερῶν αὐτῷ. Μετὰ δέ τινας χρόνους προεχειρήσατο αὐτὸν ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος Ἐπίσκοπον ἐν Σελευκείᾳ, τῇ διακεκμηκυίᾳ πλησίον τῆς Ἀντιοχέων μεγαλοπόλεως. Πληρωθέντος δὲ τοῦ δωδεκαμήνου χρόνου, ἐν ᾗ πρώτῃ μνείᾳ τῆς κοιμήσεως τῆς μακαρίας Μάρθης, καὶ μηδενὶ μηδὲν εἰρηκότων τῶν Ἀδελφῶν, Σωῆλθον τῷ Θεοῦ χάριτι ἀνδρῶσι καὶ γυναιξὶν πλῆθη πολλὰ, μετὰ κηρώτων καὶ λαμπάδων, ὥστε τὴν Σύναξιν τῆς μνείας αὐτῆς ἐπιτελέσαι· καὶ πάννυχον ἀγρυπνίαν ποιησαντες ὄρθρου βαθέως προτεθέντος τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ προσεκυνήσαν πάντες οἱ Σωελθόντες, μετ' ἀμῆς βοῶντες, Τὸν σταυρόν σου προσκυνοῦμεν, Δέσποτα, καὶ τὴν ἁγίαν σου ἀνάστασιν δοξάζομεν. Μετὰ δὲ τὴν προσκύνησιν λαβὼν ὁ Πρεσβύτερος Ἀντώνιος τὸ τίμιον σταυρὸν, Διακόνων ὀφικευόντων μετὰ ῥιπίδων καὶ θυμιατηρίων καὶ ψαλλόντων· Σῶσον ἡμᾶς, ὦ Θεοῦ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς ἀλληλούια, ἀπέθετο αὐτὸν ἐν τῷ χειμηλιαρχίῳ. Καὶ γενομένης ἀκολουθίας τὰ ἀναγνωσμάτων ἐπετέλεσαν τελείαν Σύναξιν, τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ τὴν θείαν μυσταγωγίαν ἱερουργήσαντος. Θαυμασὸς οὖν ὁ Θεὸς, ὁ ἐνδοξαζόμενος ἐν βουλῇ Ἁγίων αὐτοῦ, διόπερ τοὺς Ἁγίους αὐτοῦ τοὺς ἐν τῇ γῇ ἐθαυμάσωσεν, Ὅτι πάντα, ὡς εἶπεν ὁ μακάριος Δαβὶδ, τὰ θελήματα αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς· καὶ γὰρ ἐθαυμάσωσε τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐν πόλει περιοχῆς, δοξάσας τὴν ἁγίαν δούλην αὐτοῦ Μάρθαν, καὶ ἐνδοξασόμενος ἐν αὐτῇ.

Πολλῶν γὰρ καὶ ἄλλων ἐκ διαφόρων ἀσθενειῶν καὶ πάσης δαιμόνων ἐνεργίας ἐλευθερωθέντων, τῷ πλησιασμῷ τῆς θήκης τοῦ λειψάνου τῆς Ὁσίας, ἀκούσαντες περὶ τούτων δύο τινὲς ἀδελφοὶ, Προαιρέσιος καὶ Ἱλαρίων, ἀπὸ τῶν Φρυγῶν χώρας ὁρμώμενοι, ἔτι δὲ καὶ τὰ θαυμάσια, ἅπερ ἐποίει ὁ Θεὸς διὰ τοῦ ἁγίου δούλου αὐτοῦ Συμεών, καὶ ἐν ἀνάγκῃ μεγάλῃ καὶ ἀπογνώσει ὄντες, (τοῦ μὲν Ἱλαρίωνος παθεῖ δεινοτάτῳ συνεχομένου, καὶ τὸν πόδα σεσηπότα ἔχοντος καὶ ἐπόζοντα, ὥστε τινὰ μὴ δύνασθαι σχεῖν πλησίον αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἰατροὺς μετὰ πολλὰς ὀδυνοίας ἀπειπεῖν περὶ τοῦ πάθους· τοῦ δὲ πρεσβυτέρου αὐτοῦ ἀδελφοῦ Προαιρεσίου καὶ αὐτοῦ ἔχοντος τὴν δεξιὰν χεῖρα κεχαλασμένην κάτω, καὶ μὴ δυναμένου τὸ σῶλον κινῆσαι αὐτῶν) προέθεντο ἀμφότεροι πορευθῆναι πρὸς τὸ Ἅγιον· καὶ δή τινες τῶν ἰδίων αὐτοῖς βαλάντες αὐτοὺς εἰς πλοῖον, ἤγαγον ἐν τῷ μοναστηρίῳ. Πρὶν δὲ αὐτοὺς ἀνελθεῖν ἄνω ἐν τῷ κίονι πρὸς τὸ Ἅγιον, Σωέβη τὸν Ἱλαρίωνα προσεγγίσαι τῇ Θρῷ τῆς μακαρίας, καὶ παραχρῆμα τυχεῖν ἀνέσεως ὑπὲρ μέλπιας ἐκ τῶν παρενοχλησάντων αὐτῷ ὀδυνῶν. Ὁ γὰρ ἐν τῷ πάθει κεκρυμμένος δαίμων, ὡς διὰ πυρὸς μαστιζόμενος, ἀλαλάζων ἀπεδιώκετο ἐξ αὐτοῦ, τῆς προσβείας τῆς ὁσίας Μάρθης, ὥστε αὐτὸν βραχείας ὥρας διαγενομένης ἐπὶ πλέον ἐλαφρωθῆναι περιπατεῖν· τὸν δὲ ἁγίας κόνεως ὀπτβληθείσης τῷ δυσιάτῳ ἐκείνῳ τραύματι, παραυτὰ ἀνεκαθάρθη καὶ Σάρκες ἐφύοντο ἐν αὐτῷ, τῇ θείᾳ χάριτι, καὶ ὅτως τελείως ὁ ἄνθρωπος ἰάθη. E F

Ω δὲ

A Ὁ δὲ Προαιρέσιος ἀνελθὼν πρὸς τὸ Ἅγιον, καὶ πλεῖσα περὶ τοῦ ἰδίου ἀδελφοῦ εὐχαρισήσας, σὺν οὐδενὶ σχέλει παντελῶς περὶ τὸ ἰδίας χειρὸς δεηθῶναι. Ἰδὼν δὲ αὐτοῦ τὸ προαιρέσεως τὸ κάκιστον ὁ Δίκαιος, φησὶ πρὸς αὐτόν· Ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν, ὡς εἶπεν ὁ Κύριος, διὰ τί μὴ καὶ αὐτὸς ἐζήτησας παρὰ τοῦ Θεοῦ χάριν περὶ τὸ ἰάσεως τὸ χειρός σου; Ὁ δὲ πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἀπετόλμησεν εἰπεῖν· Ἐὰν αὐτὸς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ υἱὸς ἐλθὼν ἅψηταί μου τὸ χειρὸς, ὑ πιστεύω, ὀρθοῦσθαι αὐτῷ. Ἀγανακτήσας δὲ ὁ Ἅγιος ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ βλασφημίᾳ, ἐκέλευσεν ἐκδιωχθέντα αὐτὸν ἔξω, μὴ συγχωρηθῆναι κἂν προσεγγίσει ἔτι τῇ σάσει αὐτοῦ. Ἐκεῖνος δὲ εἰς οἴκησιν ἐλθὼν καὶ κατανυγείς, ἔμεινεν δευτέραν καὶ τρίτην ἡμέραν, κλαίων σφοδρᾶς καὶ μελανοῶν ἐπὶ ταῖς τοιαύταις αὐτοῦ βλασφημίαις· καὶ λαθὼν πάντας ἥψατο τοῦ Ὄρους τοῦ Μακαρίας, δεόμενος ἐλέους καὶ συγχωρήσεως τυχεῖν διὰ τῶν αὐτῆς πρεσβειῶν. Ὁ δὲ παντοδυνάμος καὶ φιλάνθρωπος Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, παριδὼν αὐτοῦ τὴν ἀπιστίαν, παραχρῆμα ἰάσετο αὐτὸν διὰ τῆς ὁσίας αὐτοῦ δήλης, καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ B ὑγιὴς, ὡς ἡ ἄλλη. Τότε δέδωκεν ἐξωμολόγησιν, καὶ προσκυλινδούμενος ἔμπροσθεν τοῦ Ἁγίου, ἐδέετο συγχωρηθῆναι αὐτῷ τὴν ἁμαρτίαν, περὶ ὧν ἀφρόνως ἐλάλησεν. Ἔφη δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ· Ἰδοὺ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐλεήμων ὑπάρχων, παριδὼν τὰς ἁμαρτίας σου, θελήσας δέδωκεν χάριν τῇ δήλῃ αὐτοῦ ἰάσασθαί σε· μόνε οὖν ἐν ταύτῃ τῇ μελανοίᾳ, καὶ μηκέτι ἁμάρτῃς αὐτῷ δυσπιστῶν, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται.

Ταῦτα ἐκ πολλῶν ὀλίγα γραφῇ παραδοῦναι, καλῶς ἔχειν ἐκρίναμεν πρὸς οἰκοδομὴν καὶ ὠφέλειαν τῶν πιστῶν ἐντυγχανόντων, τὰ πλείονα τούτων παραδραμοῦντες, ὥσαν μὴ τῷ πλήθει τῶν λεγομένων καταφορτίσωμεν τὰς τῶν ἀδιενεκέρων ἀκοάς. Πολλὰ γὰρ ἐπακολούθει τότε σημεῖα τοῖς προγεγονόσι θαύμασι, πρεσβευούσης τῆς ἁγίας Μάρθης, καὶ νῦν δι' αὐτῆς ἀπαυσὸς ἐνεργεῖ Χριστὸς τὰ ἰάματα, ὡς ἡ πεῖρα διδάσκει τοὺς προσερχομένους αὐτοῦ μετὰ πίστεως, Ἰησοῦς Χριστὸς, χθὲς καὶ Σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι. Πολιτευσαμένη γὰρ αὐτὴ θεοφιλῶς, καὶ πάντων τῶν ἐν ἀρετῇ μακαριζομένων ἀναμαξαμένη τοὺς χαρακτῆρας, γέγονεν ἀληθῶς εὐωδία Χριστοῦ καὶ κατοικητήριον τοῦ παναγίου Πνεύματος· ὑφ' οὗ δωαμωμένη, τότε μὲν τοῖς τῆς εὐσεβείας κατορθώμασι διέλαμπεν, καὶ πᾶσιν ὑπογραμμὸς καλῆς ἀναστροφῆς ὑπῆρχετο· νῦν δὲ τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος παρισαμένη, μετὰ παῤῥησίας τὰς ὑπὲρ ἡμῶν ἱκεσίας προσάγει Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, εἰρήνην καὶ Σωτηρίαν, χάριν καὶ ἔλεος αἰτοῦσα καὶ κομιζομένη παρ' αὐτοῦ· θέλημα γὰρ τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιήσει, καὶ τῆς δεήσεως αὐτῶν εἰσακούσεται, ὡς ἀγαθὸν φιλάνθρωπος· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς C αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. F

phemiæ tantæ: fyeque clam omnibus tetigit B. Marthæ tumulum, implorans misericordiam ac veniam per intercessionem illius. Omnipotens autem ac benignus Deus, nulla infidelitatis ratione habita, sanitate ipsum per sanctam famulam suam donavit, & restituta sibi manus est tam sana, quam altera. Tunc confessus est & advolutos Sancto petiit veniam peccati ac stultiloquii. Dixitque famulus Dei: Ecce filius Dei misericors est, qui neglectis peccatis tuis; voluit hanc gratiam præstare famulæ suæ, qua te curaret: mane igitur pœnitens neque deinceps illi pecces per infidelitatem, ut nequid deterius tibi contingat. A. COÆVO EX MS. FLORENT. *pœnitens ibidem inedelam reperit.*

73 Atque isthæc è multis pauca scripto mandare consultum judicavimus, ad ædificationem ac emolumentum fidelium lectorum: plura prætereuntes silentio, ne imbecillis auribus multitudine dictorum graves simus: multa enim & tunc temporis, intercedente B. Martha, subsecuta sunt miracula; & nunc sine intermissione præstat sanationes per illam (uti experientiâ docentur qui eum fide accedunt) Jesus Christus, idem heri & hodie & in æternum; qui operatur omnia in omnibus. Conversans namque ipsa cum Deo amantes, & omnium sancte viventium virtutes ac perfectione in se exprimens, facta est revera bonus odor Christi & habitaculum Spiritus sancti: à quo confortata tunc quidem egregiis pietatis operibus fulgebat, & omnibus rectæ conversationis exemplum proponebatur; nunc vero ad thronum gratiæ admissa propius, offert cum fiducia preces suas Christo Domino pro nobis, pacem, salutem, gratiam ac misericordiam postulans atque impetrans. Voluntatem quippe timentium se faciet Dominus, & orationes illorum exaudiet, qui vero homines amore prosequitur, ipsi sit gloria in secula seculorum. Amen. *Alia præstitit multa beneficia B. Martha.* E *& nunc præstat Deo conjunctior.*

ANNOTATA C. I.

a Ὀψικενσίων *vox recentior, à Latinis desumpta: quod enim nos* obsequium *id recentiores Græci* ὀψίκιον *atque inde* ὀψικεύειν obsequi, in comitatu sequi. b Flabella *in sacris non habet Ecclesia Latina, habet Græca: eorum usum & formam vide apud Goar in Euchologio pag.* 137.

DE BEATA MARTHA

HEGVMENA MONEMBASIÆ IN LACONIA.

VITÆ FRAGMENTUM

Ex Ms. Florentino, Interprete C. Janningo.

SEC. X.

De altera Martha ignota nobis diei

PRæter B. Marthæ, *Symeonis Stylitæ in Monte-mirabili matris Vitam, quam ex Bibliotheca Florentina jam dedimus: alterius quoque ejusdem nominis, sed longe junioris & loco multum discretæ, breve elogium seu miraculum unum alterumve Ms. repererunt Patres, Magistri mei, in Bibliotheca Ducis Sabaudiæ: quæ (si nulla superesset alia causa) vel ideo publici juris facienda videri possunt, quod Bibliothecâ illâ cum detrimento rei litterariæ non levi jam in cineres redactâ, voracibus prærepta flammis sint, forte nec alibi reperienda. Nolim tamen plus sanctimoniæ huic Lector tribuat, quam ex sequenti narratione competere judicaverit: cum aliunde nobis non modo nihil de cultu ejus, sed ne quidem de nomine aut vita innotuerit quidquam. Dies quoque nullus adscribitur, ideoque ad nomen confugientes, alteri* Marthæ *subjungendam potissimum judicavimus. Titulus porro comprehendit plura, de quibus in narratione ne verbum quidem; quæ siqui*

Operis

AUCTORE C. I. *Operis hujus, ad gloriam Dei & Sanctorum promovendi, ſtudioſi communicare nobis cum poſſint, de plurimis merebuntur bene. Titulus autem eſt, ut ſequitur.*

auctore Paulo Archiep. Monembaſiæ.

2 Παύλου Ἀρχιεπισκόπε Μονεμβασίας διήγησις ψυχοφελὴς, περὶ τ εὐαρέτων καὶ θεοσεβῶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, καὶ περὶ τ τριῶν ἁγίων Γυναικῶν, τῶν ἀναιρεθέντων ἐπὶ Κωνσταντίνε τ Βασιλέως, τ υἱοῦ τ Λέοντ@ καὶ Ζωῆς, γαμβροῦ τ Ῥωμανοῦ Βασιλέως τ Γέροντος, καὶ περὶ τ μακαρίας Μάρθας, τῆς Ἡγουμένης τ πανσέπτε ναοῦ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκε, ἐν τῇ θεοφρουρήτῳ πόλῃ Μονεμβασίας, κάθωθεν τ ὁδηγείας τ αὐτ κάστρε ἄνωθεν τ Βλυχάρου ὕδατ@. *Id eſt*: Narratio Pauli Archiepiſcopi *a* Monembaſiæ perutilis, de optimis ac religioſis viris feminiſque, nec non de tribus ſanctis mulieribus, occiſis ſub Conſtantino *b* Imperatore, filio Leonis & *c* Zoës, genero Romani Imperatoris ſenioris: item de B. Martha *d* Hegumena venerabilis eccleſiæ ſanctiſſimæ Dei genitricis in civitate, præſidio divino tutâ, Monembaſiâ; infrà viam ejuſdem caſtri, ſupra aquam Blycharam. *Narratio porro de ſola Martha talis eſt.*

a
b
c
d

3 Ἐπὶ τ@ ἡμετέρων προγόνων, ἐν τῷ κάτω μοναστηρίῳ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκε, ὃ Ἡγουμένη ἡ μακαρία Μάρθα, καὶ ἡ αὐτὴ ὃ ἀρετ@, ὡς μὴ ἄλλην τινὰ τοιαύτην δείκνυσθαι ἐν τῷ κάστρῳ Μονεμβασίας. Σωέβρουν αὐτὴ αἱμορροεῖν, καὶ διὰ τὴν τοιαύτην ἀσθένειαν ἐν τοῖς κατηχουμένοις ἐσχόλαζεν τῷ αὐτῷ ἁγίῳ ναῷ. Ἐνομίζ@ οὖν τ@ ἡμερῶν μοναχός τις γέρων ἦλθεν ἐν τῷ τοιούτῳ μοναστηρίῳ, ἐπεζήτει τὴν Ἡγουμένην θεάσασθαι. Ὡς οὖν ἀπήγγειλαν αὐτῇ αἱ μονάζουσαι ὅτι μοναχός τις ξέν@ ἐπεζήτει σε ἰδεῖν, προσέταξεν ἀνελθεῖν αὐτὸν ἐν τοῖς κατηχουμένοις. Ὁ δὲ ἀνελθὼν, ἠτεῖτο ἓν τ@ ἱματίων αὐτῆς δοθῆναι αὐτῷ. Ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν εἶπε· Πίστευσον, Πάτερ, ὅτι δύο χιτ@νας κέκτημαι, καὶ τὸν ἕνα, ὡς ὁρᾷς, εἰμὶ ἐνδεδυμένη· καὶ τ ἕτερον ἀρτίως ἔπλωνεν ἡ ἐμὴ θεράπαινα, ὅπως ἐνδύσομαι αὐτὸν, καὶ ἐκπλωνεται πάλιν ὃν εἰμὶ ἐνδεδυμένη, διὰ τὴν ἐπισυμβᾶσαν μοι κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἀσθένειαν· ἀλλ' εἰ κελεύεις, ζητήσω ἐκ τ@ μοναζουσῶν ἱμάτιον καὶ ἐπιδώσω σοι. Ὁ δὲ γέρων ἀκούσας ταῦτα, πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, εἶπεν· Ὁρκίζω σε εἰς Χριστὸν τ Θεὸν ἡμῶν, τ τεχθέντα ἐκ τ ἁγίας παρθένου Μαρίας, ἐκ τ@ Cῶν ἱματίων δός μοι ἕν. Τότε ἡ Μακαρία ἐκείνη, ὡς ἤκουσε ταῦτα, προσέταξε τὴν ὑπηρετοῦσαν αὐτὴν δωρήσασθαι τῷ μοναχῷ τ ἐκπλυθέντα χιτ@να. Ὁ δὲ τοῦτον λαβὼν ὡς ἐκ τ@ κατηχουμένων κατῆλθεν, ἔσχε ἡ ῥύσις τ αἵματ@ τ ἀοιδίμου ἐκείνης. Ὡς δὲ ἤκουσε τῆς γεγονυίας αὐτῇ θαυματουργίας, ἀπέστειλε μετὰ σπουδῆς μοναζούσας κελεῦσαι τὸν γέροντα· ὡς δὲ ἦλθον ἐκ τοῦ μοναστηρίου αἱ μονάζουσαι ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ὐδαμῶς τοῦτον θεάσασθαι ἐδυνήθησαν.

B

4 Τὴν τοιαύτην ἡμέραν καὶ ὥραν ὤφθη ὁ γέρων ἐκεῖν@, ὁ φανόρμου ὡς μοναχὸς, ἐν Θεσσαλονίκῃ Μονεμβασιώταις τισὶ, οὗσιν ἐκεῖσε δι' οἰκείας αὐτ@ δουλείας, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Γινώσκεται τὴν Κυρίαν τὴν Ἡγουμένην τοῦ κάτω μοναστηρίου ἐν Μονεμβασίᾳ; Οἱ δὲ ἀπεκρίθησαν, Ναί· πάνυ γινώσκομεν αὐτὴν καὶ Συγγενὴς ἡμ@ ἐστι. Ὁ δὲ γέρων, ... ἀρτίως, καὶ αὐτή μοι δέδωκεν τοῦτο τὸ ἱμάτιον· ἀλλ' ὑπάγοντες εἰς Μονεμβασίαν, εἴπατε, αὐτῇ . . . . . καὶ τοῦτο εἰπὼν ἠφανίσθη ἀπ αὐτ@. Οἱ δὲ κατόπιν αὐτοῦ ἔδραμον, ἐρωτήσαι αὐτόν. Οἱ δὲ θαυμάσαντες ἐσημειώσαντο τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν, ὅτε ὤφθη αὐτοῖς, καὶ ὡς ὑπέστρεψαν ἐν Μονεμβασίᾳ ἐλθόντες καὶ τὴν μακαρίαν Ἡγουμένην [εὑρόντες] ἐπληροφορήθησαν παρ' αὐτῆς τὴν αὐτὴν ἡμέραν καὶ ὥραν, ὅτε ἔστη ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος αὐτῆς· καὶ θαυμάσαντες καὶ δοξάζοντες τ Θεὸν, ὑπέλαβον ἐκεῖνον εἶναι τὸν ὡς γέροντα ὀρθέντα, τὸν θεολόγον καὶ εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην.

C D

5 Αὕτη ἡ μακαρία Μάρθα τ ἑορτῆς τελουμένης τ κοιμήσεως τ ὑπεραγίας Θεοτόκε, ὡς ἦν ἐν τοῖς κατηχουμένοις καὶ τὸ ὀρθρινὸν ὕμνον ὑπετέλουν αἱ μονάζουσαι, ἐθεώρει ἐν τῷ δυσωνυμίῳ τοῦ ἁγίου ἐκείνου ναοῦ ἐπὶ τοῦ θρόνου καθεζομένην τὴν πανύμνητον Θεοτόκον, καὶ ταύτην βλέπουσα ἀκαταπαύστως ἐδάκρυεν. Ὡς οὖν πρὸς τὸ τέλ@ τ ὀρθρινῆς δοξολογίας ἤρξαντο αἱ μονάζουσαι ψάλλειν μετὰ φωνῆς ἰσχυρᾶς, ἡ θεωρία τ δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου ἐκ τ@ ὀφθαλμ@ τ ἀοιδήμου ἐκείνης ἀφανὴς ἐγένετο, καὶ εὐθέως ἔκραξα λέγουσα· Ὦ τί ἐποιήσατε; Αἱ δὲ θαμβηθεῖσαι, μέλα τὴν συμπλήρωσιν τ ὀρθρινῆς δοξολογίας, ἠρώτων αὐτὴν, διὰ τί ἔκραξεν; Ἡ δὲ ἀπήγγειλεν αὐταῖς τὴν φοβερὰν ἐκείνην θέαν, καὶ παρήγγειλεν ἀπὸ τότε ἡσυχῶς ψάλλειν καὶ μετὰ συντετριμμένης καρδίας. Οἱ γὰρ παρισάμενοι ὀπτικῷ βασιλεῖ, ἀνθρώπῳ φθάρτῳ καὶ ὁμοιοπαθεῖ, ὑ τολμῶσι περισταφῶσαι ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἀλλὰ μέλα βεβλημένην τὸ φρονήματ@ παρίστανται, κάτω νεύοντες, μήπως προσκρύσωσι τῷ Βασιλεῖ· καὶ πόσον μᾶλλον ἡμεῖς, αἱ τῷ ἐπουρανίῳ καὶ φοβερῷ Βασιλεῖ, τῷ ἀφθάρτῳ καὶ ἀῴῳ δημιουργῷ πάσης κτίσεως ὁρατῆς καὶ νοερᾶς παρίστασαι [μέλομεν σπουδεῖν] μήπως προσκρύσωμεν αὐτῷ καὶ ἔνοχοι γενώμεθα τ@ ἀῳνίου κολάσεως. Τοῖς τοιούτοις λόγοις τὰς ἐμπιστευθείσας αὐτῇ ψυχὰς . . . . . ἀσκήσεως δρόμον καλῶς διανύσασα, μέτεστι πρὸς Κύριον, πας' αὐτῇ κομισαμένην τὸν τῆς ἀσκήσεως καὶ ὑπομονῆς ἀῴνιον μισθὸν σὺν τοῖς ἄλλοις. Καὶ ταῦτα συνέγραψεν ὁ προειρήμεν@ Παῦλ@ Ἐπίσκοπ@ Μονεμβασίας, [γέννημα καὶ θρέμμα τ αὐτῆς πόλεως.

E F

6 Temporibus majorum noſtrorum fuit in monaſterio inferiore ſanctiſſimæ Deiparæ B. Martha Hegumena, virtute adeo excellens, ut nulla ad illam comparanda in caſtro inveniretur Monembaſiæ. Contigit autem ſanguinis profluvio ipſam laborare, ideoque in *e* Catechumeniis ejuſdem ſanctæ eccleſiæ morari. Die quadam venit in monaſterium illud monachus quidam provectæ ætatis, volens Hegumenam alloqui. Quod ipſi ubi nuntiarunt monachæ, mandavit, Catechumenia ut conſcenderet: quo poſtquam ille eniſus eſt, petiit unam ſibi è veſtibus illius donari. Sed dixit Hegumena: Crede, Pater, duæ mihi ſolum tunicæ ſunt, quarum unam, uti vides, induta ſum; alteram modo eluit ancilla mea, ut illa me veſtiam, dum mundet hanc, qua nunc tegor propter infirmitatem, quæ me peccatorum meorum cauſa invaſit. Verum, ſi ita jubes, quæſitam monacharum veſtem quampiam elargiar tibi. Quibus auditis, cecidit in faciem ſuam ſenex, dicens: Adjuro te per Chriſtum Deum noſtrum, qui natus eſt ex ſancta virgine Maria, tuarum ut veſtium mihi unam des. Ad hæc verba, juſſit Beata illa famulam ſuam monacho donare lotam tunicam. Accepit ille, & è Catechumeniis deſcendit; cum ſubito fluxus ſanguinis ſtetit celebris iſtius feminæ: quod prodigium in ſe patratum ubi perſenſit; miſit cum feſtinatione monachas requiſituras ſenem: ſed egreſſæ monaſterio hinc inde, neutiquam invenire illum potuerunt.

B. Martha Hegumena. fluxu ſanguinis laborans, *petenti ignoto monacho dat veſtem ſuam,* *& ſanatur, illo evaneſcente:*

7 Eadem die ac hora idem ſenex, monachi ſpeciem indutus, quibuſdam Monembaſiotis apparuit Theſſalonicæ, ubi negotiorum ſui cauſa agebant; dixitque: Noſtisne Dominam Hegumenam inferioris monaſterii Monembaſiæ? Qui reſponderunt, Etiam, optime novimus, & ſanguine contingit nos.

qui eadem hora alibi aliis etiam apparens,

Rurſus

A Rursum senex: Modo [vidi eam] & ipsa hanc mihi largita est vestem: sed abeuntes Monembasiam dicite, [*f* illam esse sanatam à S. Joanne Theologo & Euangelista]: & his dictis, ab illis exivit. Illi autem abeuntem secuti sunt, diligentius percunctaturi; sed evanuit ex oculis eorum. Quamobrem mirati, notarunt diem & horam, qua apparuerat: ac reversi Monembasiam, repertâ beatâ Hegumenâ, certiores facti sunt, eamdem fuisse diem & horam, qua fluxus sanguinis cessarat: hinc cum admiratione laudantes Deum, suspicati sunt, senem illum fuisse Theologum atque Euangelistam Joannem.

putatur fuisse S. Ioannes Euang.

8 Hæc ipsa B. Martha, celebratâ obitus sanctissimæ Dei genitricis festâ luce, cum esset in Catechumeniis; ac matutinos hymnos persolverent moniales; conspexit in ara sanctæ istius ecclesiæ sedentem in throno, omni laude dignissimam Dei parentem: dumque videbat, lacrymabatur continenter. Ubi vero moniales ad finem hymnorum clariori cœperunt sono intonare; spectaculum Dominæ nostræ Deiparæ abiit è conspectu venerabilis Marthæ, quæ exclamavit illico: O quid fecistis! Illis vero exterritis ac post hymnos interrogantibus, quorsum sic exclamasset: tremendum illud spectaculum enarravit, præcepitq; deinceps modestius & contrito corde canere. Nam qui terreno Regi, inquit, homini corruptioni & doloribus æque ac alii obnoxio, adstant, non audent hinc inde se vertere, sed dejecto vultu animoque consistunt, ne forte offendant Regem. Quanto igitur potiori jure satagendum nobis est, cælesti ac tremendo Regi, incorruptibili ac sempiterno creaturæ omnis visibilis atque excogitabilis artifici adstantibus, ne forte hujus offensam & supplicia æterna incurramus. Talibus verbis creditas sibi animas [erudiens], exercitationis suæ stadio probe decurso, transiit ad Dominum, æternam virtutis ac patientiæ suæ mercedem cum aliis recepturа. Atque hæc sunt, quæ conscripsit præfatus Paulus Episcopus Monembasiæ, ibidem natus atque alitus.

Videt B. Virginem in templo,

B

docetque moniales, quanta cum modestia canendum Deo sit.

ANNOTATA.

a Monembasia *Vrbs est Archiepiscopalis Peloponnesi in Laconia, distans à promontorio Maleæ 30 Mill. pass in Boream. Olim* Epidaurus *appellata fuit; mediæ ætatis Græci* Monembasiam *vocarunt; nunc* Malvasia *audit.* AUCTORE G. I.

b Constantinus Porphyrogeneta, *post patrui sui Alexandri breve & vix unius anni regnum, adhuc puer Imperium excepit mense Iunio anno 912, adscito in consortem Romano Lecapeno. Illius anno 2 Symeon Rex Bulgarorum Thraciam vastavit, qua occasione an* fuerint forte *occisæ tres in titulo nominatæ Sanctæ, non divinamus: erant enim Bulgari tunc Christiani, etsi Barbari.*

c *Quarta illa Leonis uxor, istius nominis secunda.*

d *Diversa à matre Symeonis Stylitæ, de qua ante.*

e Catechumena *seu* Catechumenia *sunt* porticus, *ut ait du Cange in Glossario hic,* ecclesiæ superiores, sic dictæ, non quod fuerint Catechumenorum stationes, vel locus ubi instrui solebant, ut censent Baronius, Wolphius, & Meursius; sed quod in iis mulieres sacras liturgias auditu exciperent. *Apud eumdem vide plura tum hoc loco, tum in Constantinopoli Christiana Lib. 3 Cap. 38. Propter immunditiam igitur voluit inter ceteras consistere; cui alias ratione officii propior accessus ad altare, utpote Diaconissæ, competebat. Licet enim Balsamon, apud Goarem in Euchologio pag. 14, dicat, quod* menstruorum inquinatio ministerium Diaconissarum à divino & sancto altari expulit, *id neque ab antiquo servatum videtur, neque servatum ubique: meminit enim ipse* Monacham anum & puellulam infra pubertatis annos constitutam (*utpote quæ essent immunes ab inquinatione menstruа*) ad altare monialium subservire Diaconis in depromendis & recipiendis sacris vestibus, thureque & igne præparandis. *Plura vide apud eumdem ad Ordinem servandum in benedictione Diaconissæ; qui utinam etiam Ordinem dedisset benedicendæ Hegumenæ; putat enim P. Papebrochius in aliquibus Sanctorum Actis legisse, quod Episcopus ei in manus tradiderit thuribulum, tamquam id ad illius Ordinationis ritum pertineret.* B

f *Exciderat circiter linea una, quæ videbatur hunc sensum continere. Similiter infra omissum aliquid fuerat, ubi puncta notata sunt.*

DE S. THOMA SALO,

MONACHO ANTIOCHIÆ SYRIÆ.

COMMENTARIUS CONRADI IANNINGI S. I.

De ejus notitia ex Vita B. Marthæ & Euagrio.

SEC. VI.

Quia cultûs dies incertus,

Floruit & obiit ante medium seculi 6.

Vti modo de B. Martha, Hegumena Monembasiæ, *quod dies cultui dicatus lateat, ob Synonymiam statim post S. Martham, S. Symeonis Stylitæ Iunioris Matrem, egimus; sic in præsentia de sancto hoc* Thoma, *ob mentionem illius in ejusdem S. Marthæ Vita factam, tractandum suscipimus. Quam enim certum est,* Thomam *hunc Antiochiæ sacrum obtinuisse cultum, tam incertum quo obtinuerit die; cumque vix sperare liceat alicunde nos certiora edocendos, aptior visus est offerri locus non posse, quo reponeretur, quam hic ipse; ubi saltem aliqua ratio & connexio est, quod in vita præcedenti, ut dixi, S. Marthæ de illo agatur, forte numquam alias recursuro. Esse autem hunc* Thomam, *qui innotescit ex Vita prædicta Num. 24 & 28 eumdem cum illo, qui jam pridem cognitus fuit Euagrio Hist. Eccles. lib. 4 Cap. 35 perspicue constabit consideranti utrumque locum mox proferendum.*

hic datur ob memoriam ejus in vita S. Marthæ.

2 *Colligitur autem ex eodem Euagrio, quod initio seculi sexti floruerit, ejusque ante medium occubuerit. Præterquam enim quod ea tempestate vixisse scribatur, qua ejusdem instituti Symeon Salus sapientiæ stultitia mundum illuserit tempore Iustiniani; apertissime indicatur, residente in sede Antiochena Ephræmio, è vivis excessisse; si quidem populus patratum statim à morte ejus miraculum de cadavere, alia sibi super imposita non ferente, Ephræmio nuntiavit: hunc autem ad medium seculi sexti non pervenisse, nec tamen multum abfuisse, habent tabulæ Theophani additæ. Colligitur item, qua in regione monasticam exercuerit vitam, nec non eximia viri tolerantia, injuriose colapho percussi: cognoscitur etiam prophetiæ dono præditum fuisse, ex vaticinio reipsa exitum suum sortito: cuilibet denique, compendium Vitæ mox subjiciendum consideraturo, alia quoque exinde eruere haud erit difficile.*

Mortuus, inter peccatores jacere non vult.

3 *Primum itaq; proferatur quod legitur in Vita S. Marthæ supra memoratæ. Num 24 ubi filium Symeonem illa rogat, ut sese in communi Daphnes loco patiatur cum peregrinis tumulari;* quos inter, *inquit,* connumeratus etiam B. Thomas, sepulturam cum ipsis ibidem sortitus est; qui elapso triduo gloriam suam per miraculum testatus, non tulit se peccatoribus, qualis ego

AUCTORE C. I. sum, passim jacentibus permixtum esse, & magnam Antiochiam summa cum gloria illatus est. *Numero autem.* 28, S. Thomas monachus *appellatur. Plura dabit ac illustriora Euagrius, loco supra citato, hunc præfigens titulum:* Περὶ Θωμᾶ μοναχοῦ, καὶ αὐτὸ ὁμοίως προποιητοῦ Σαλοῦ. De Thoma monacho, qui etiam ipse pari modo stultitiam simulavit; *scilicet quo S. Symeon Salus, cujus Vitæ epitomen Cap. præcedenti proposuerat. Sic igitur pergit.*

ati plenius narrat Euagrius lib. 4 cap. 35.

4 Ἦν δὲ τὰ τοιαῦτα καὶ Θωμᾶς τόνδε διαθλεύων τὸν βίον, ἀνὰ τὴν Κοίλην-Συρίαν, ὃς πρὸς τὴν Ἀντιόχου γέγονε τὸ ἐπίτειον χορηγίαν κομιούμενος τοῦ καθ' αὐτὸν μονῆς· ἐτέτακτο δὲ ἐκ τοῦ αὐτόσε ἐκκλησίας. Γοῦν ὁ Ἀνασάσιος οἰκονομῶν τὴν ἐκκλησίαν, ἐπειδὴ συχνῶς αὐτὸν ἐνώχλει, τῇ χειρὶ καλὰ κοῤῥάπιζε· καὶ δυσανασχετούντων τοῖς σφίσι παρόντων, ἔφη, ὅτε αὐτὸν ἔτι λήψεσθαι, ὅτε τὸν Ἀνασάσιον δῦναι· καὶ ἄμφω γενέσθαι· Ἀνασασίου μὲν μετ' ἡμέραν μίαν τὸν βίον ἀναστρέψαντος, Θωμᾶ δὲ ἐν τῷ τῶν νοσούντων καταγωγίῳ ἀνὰ τὸ προάστειον Δάφνης, ἐν τῇ ἀποπορεύσει, πρὸς τὸν ἀγῶνα μετασάντος βίον. Ἐπειδὴ ἑνὸς καὶ δευτέρου τεθνήκοιεν, ὕπερθεν αὐτοῖν τοῦ αὐτοῦ σῶμα γέγονε, μέγιστον θαῦμα τοῦ Θεοῦ καὶ μετὰ θάνατον αὐτὸν ἀναδεικνύοντος (ἀπεπέμποντο γὰρ μακρὰν ἀποκρυόμενοι) θαυμάσαντες τὸν Ἅγιον, Ἐφραμίῳ διαγγέλλουσι. Καὶ μετὰ δημοτελοῦς ἀγερωχίας καὶ πομπῆς μετακομίζεται ὁ πανάγιος αὖτις νεκρὸς ἀνὰ τὴν Ἀντιόχου, ἐν δὲ τῷ κοιμητηρίῳ τιμᾶται τὴν τοιαῦτα φοιτήσασαν λοιμώδη νόσον παύσας· οὗ καὶ τὴν ἑτήσιον ἑορτὴν μέχρις ἡμῶν παῖδες Ἀντιοχέων μεγαλοπρεπῶς ἄγουσιν.

Vixisse in Cœle-Syria:

5 Fuit etiam ea tempestate Thomas quidam, qui in Cœle-Syria idem vivendi genus excolebat. Hic aliquando Antiochiam venit, annuum stipendium accepturus ad monasterii sui alimoniam. Hoc autem stipendium ex redditibus Antiochensis Ecclesiæ præberi consueverat. Quodam igitur die Anastasius, qui erat Oeconomus ejusdem ecclesiæ, supradicto Thomæ, quoniam frequenter ei molestus erat, colaphum infregit. Quod factum cum indigne ferrent qui aderant, Thomas nec se accepturum amplius quidquam, nec illum daturum esse dixit. Utrumque porro ità evenit; Anastasio postera die è vivis sublato; Thoma vero inter redeundum in hospitio infirmorum, quod est in suburbano Daphnensi, ad immortalem vitam evocato: cujus cadaver sepultum est in monumentis peregrinorum. Sed quoniam uno & altero post illum ibidem sepulto, corpus Thomæ semper supra illos extabat (Deo scilicet etiam post mortem illius maximum edente miraculum; reliqua enim cadavera submovebantur longius ac repellebantur) incolæ sanctum virum admirati, Ephræmio rem nuntiant. Tum vero sanctissimum ejus corpus publica festivitate ac solenni pompa Antiochiam deportatum, & in cœmeterio honorifice depositum est; cum pestilentem morbum, qui tum grassabatur, translatione sua depulisset. Hujus diem festum Antiocheni ad nostra usque tempora quotannis magnifice celebrant. *Hactenus Euagrius, & ipse Antiochenus, unde & fidei majoris. Plura de illo reperienda, vix spero.*

& obitu supradicto Antiochiæ mortuum

B *unde scimus*

D

E

DE B. PHILIPPO PLACENTINO

ORDINIS EREMITARVM S. AVGVSTINI.

G. H.

SYLLOGE HISTORICA.

De ejus ætate, cultu, patria, corpore.

ANNO MCCCVI. *Petrus Maria Campi, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Placentinus, tomo 3 Historiæ Ecclesiasticæ patriæ, Italice sub annum* MDCLXII *excuso, asserit* B. Philippum Placentinum, *Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, Placentiæ in Conventu S. Laurentii dicti Ordinis anno* MCCCVI *extremum diem obiisse, eumque quotannis solenni concursu à dictis Fratribus S. Laurentii celebrari, tertia feria Pentecostes: quæ dicto anno* MCCCVI *incidit in hunc* XXIV *Maji. Nam tunc cyclo Lunæ* XV, *Solis* XXVII, *littera Dominicali* B *Pascha celebratum fuit die* III *Aprilis, & festum Pentecostes* XXIV *Maji. De eo sequentia scribit prædictus Canonicus:* B. Philippus civis noster est in magna æstimatione ac reverentia apud suos caros populares, & à Domino Deo illustratus miraculis, tam in vita quam post mortem: ejusq; sacrum corpus fuit à Fratribus in particulari sepulcro depositum.

C *Tempus mortis.*

cultus sacer

2 *Non refert, quod in quodam Chronico Ms. appelletur* Philippus Mantuanus: *forte id contigit ideo, quod Mantuæ susceperit habitum monasticum, aut longo etiam tempore habitarit; eo modo quo S.* Nicolaus *ejusdem Ordinis Augustiniani cognominatur* Tolentinus, *quamvis natus fuerit in diœcesi Firmana. Quidni & familia cognominata* Mantuana *fuerit* Placentiæ, *uti modo sunt* Parmensis, Cremensis, Neapolitana, *vulgo dictæ* da Parma, da Crema, da Napoli *& similes. Præterea Mantuani, qui diligentissimi sunt in enumerandis etiã recentioribus Sanctis ac Beatis ibidem prognatis (inter quos sunt B. Iuliana Mantuana, Abbatissa Venetiis,* B. *Clara & B. Claromonda sanctimoniales Goadarenses, & B. Margarita sanctimonialis ad S. Vincentium) non tamon recensent cum iis* B. Philippum; *licet non potuerint, ob vicinitatem locorum, ignorare sanctitatem vitæ & famam miraculorum. Hinc credi potest* B. Philippum *Placentiæ natum fuisse, & recensendum inter Sanctos ac Beatos, origine sua ac nativitate Placentinos: prout illum esse censuerunt multi ac fide dignissimi scriptores, etiam externi & non Placentini. Quo circa non adfertur auctoritas Domini Locati Placentini, qui posset videri favere Patribus Eremitanis Placentinis, dum de illo dicit:* Est & Philippus pro Divo habitus. *Sed primo loco assumatur Ambrosius Coriolanus, qui ut Oratuis sui Generalis potuit habuisse plenam sanctitatis notitiam, ac corpus ejus visitasse, & examinasse librum, in quo omnia ejus miracula continebantur, quem asserunt Patres incendio periisse. Hic ergo Generalis, in Chronico suo Romæ anno* MCCCCLXXXI *excuso, inter Sanctos & Beatos sui Ordinis collocat* B. Philippum *his verbis:* Vigesimus sextus fuit B. Philippus Placentinus: cujus corpus requiescit in ecclesia S. Laurentii Placentiæ, Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini in magna veneratione ac reverentia: meritis cujus multa signa omnibus, & maxime Placentinis, continuo Deus ostendit, quæ longum esset hic narrare. *Hæc ibi. Eodem modo Raphaël Volaterranus lib.* 21 *Commentariorum, ubi de hoc Ordine Eremitarum agit, ista verba adducit:* Inter Beatos & illi putantur, vitæ meritis vulgo cogniti, Vitus Pannonius, & Philippus Placentinus. *Ita &* Philippus Placentinus *appellatur ab Hieronymo Seripando*

locus natalis præ Mantuana

F

dicenda Placentia.

A pando Cardinale, qui Legatus Pontificius in Concilio Tridentino præſedit, & Compendium rerum Auguſtinianarum ſcripſit. Sed & Ioſephus Pamphilus Epiſcopus Signinus in Chronico Ordinis ejuſdem Romæ anno MDLXXXI excuſo, ad annum MCCCCXLI iſta habet: Philippus Placentinus, vir ut multa ſanctitate præditus, multos etiam infirmos miraculoſe ſanavit, præſertim Guilielmum Priorem Generalem, qui morbo gravi correptus vivere deſiſtebat. *Demum (quod valde appendendum eſt) Papiæ in Conventu Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, inter imagines Sanctorum ac Beatorum Ordinis in Clauſtro depictas, eſt effigies devota hujus* B. Philippi, *dextra manu tenentis lilium cum aliquo Officio, capillitio calvo & barba rara aut pene nulla, apparentis quaſi eſſet ætatis quinquaginta circiter annorum, circa cujus caput in circuitu iſta verba leguntur:* B. Philippus de Placentia.

3 *Et hæc omnia decerpſimus ex narratione Petri Mariæ Campi Canonici Placentini, circa ſanctitatem & locum natalem dicti* B. Philippi. *Interim Hieronymus Roman, & ex eo Herrera, de quibus, infra agemus, & Ludovicus Torellas Bononienſis in Compendio ſuo Illuſtrium ſanctitate virorum ac mulierum ordinis Auguſtiniani centuria 2 cap. 48, cenſent* B. Philippum, licet nativitate fuerit Mantuanus, Placentinum cognominari, *quod ibidem quaſi toto tempore vixerit, & miraculis etiam in vita clarus deceſſerit: ſicuti S. Antonius Ordinis Minorum, natus Vlyſipone in Luſitania, cognominatur Patavinus ſeu de Padua, quod meritis & miraculis clarus Patavii obdormiverit in Domino. Porro Thomas de Herrera tomo 2 Alphabeti Auguſtiniani pag. 241 aſſerit, in antiqua Ms. Chronica Placentina hæc contineri:* Eodem anno MCCCVI Beatus Frater Philippus Ordinis Fratrum Eremitanorum obiit in civitate Placentiæ miraculis coruſcando, & ſepultus fuit in Eccleſia Fratrum Eremitanorum Placentiæ. *Vbi non dicitur Placentiæ natus: quod nos aliorum ulteriori examini relinquimus, & ex eodem Herrera iſta adjungimus.* Si verum eſt quod Pamphilus & Pamphilo coævus Hieronymus Roman retulere, nempe B. F. Guillelmum de Cremona Priorem Generalem, qui gravi morbo correptus vivere deſiſtebat; fuiſſe à B. Philippo in priſtinum incolumitatis ſtatum reſtitutum; intelligendum eſt de Guillelmo adhuc adoleſcente, qui anno MCCCXXVI in Generalem aſſumptus eſt, & uſque ad annum MCCCLIV & amplius ſupervenit. *Cur autem non intelligatur ſanatus implorato patrocinio B. Philippi mortui? Sed pergit Herrera.*

ab aliis Mantuæ aſſignatur.

B

AUCTORE G. H.

4 In eccleſia cœnobii noſtri Placentini (ut Petrus Maria Campi refert) à tempore immemoriali fit quotannis feſtu de B. Philippo, quamvis nec divinorum Officiorum, nec Miſſæ celebratione colatur, feria tertia in Pentecoſte: & in ejus honorem fit ſolennis aquæ benedictio, concurrente populo, ut narrat Andreas Gellominius in Theſauro cæleſti devotionis ad Beatam Virginem. Olim ejus corpus à multis annis reconditum erat ſupra quoddam altare in urna lapidea, cultum & adoratum à populo Placentino. At cum aliquibus abhinc annis vir quidam nobilis illud ornare ac decorare vellet; in honorem hujus Beati, ſacra illius pignora inde incaute fuerunt amota, nullo rogato inſtrumento, neque aſſiſtente Ordinario, & ad ſacriſtiã tranſlata; ubi nunc ſunt intra capſam. Ex ea incuria ortum, ut nunc loci Epiſcopus de identitate corporis juridicè dubitet, antequam in prædictum locum decentius & pulcrius ornatum reſtituatur... Addit Hieronymus Roman, ſuo tempore feria tertia Pentecoſtes de B. Philippo quotannis divinum Officium ad primas & ſecundas Veſperas, & ad ſanctum ſacrificium Miſſæ ſolitum celebrari: ejuſque exuvias in peculiari ſacello illi ſacro, ſub marmoreo tumulo quatuor ionixo columnis, recondi, iiſque carminibus ſepulcrum exornari.

Aquæ benedictio.

corpus ad Sacriſtiam delatum.

E

olim in proprio Sacello

Qui dudum latuit, redolens ſacer ecce Philippus,
Clauditur inventus marmore nuper in hoc.

APPENDIX
AD DIEM VIGESIMAM QVARTAM.
DE MARTYRIO S. MELETII ET SOCIORUM.

C F

PRÆFATIO CRITICA

D. P.

Cur narratio, noſtro judicio fabuloſa tota, hic detur, & quidem Græcolatine.

SUB ANTONINO IMPER.

Quia hodierno Romano inſcriptum Martyrium

SAnctorum Martyrum Meletii Ducis, ac ſociorum ejus ducentorum & quinquaginta duorum, qui diverſo mortis genere martyrium compleverunt: item ſanctarum Martyrum Suſannæ, Marcianæ, & Palladiæ, prædictorum militum conjugum, quæ una cum parvulis ſuis confra- ctæ ſunt, *meminit hoc die Romanum Martyrologium, prout illud habetur auctum à Card. Baronio, ſecuto in hu Sirleti Menologium, ubi de iis agitur æque ac in Synaxariis Baſiliano, Claromontano, Chiffletiano, Mazariniano, Ambroſiano, non ſine inſigni quoad numerum varietate. Nam in quibuſdam ſocii Meletio dantur* mille ducenti quinquaginta; *in quibuſdam*, mille ſupra myriadem (*ſive* undecies mille) ducenti & octo. *Prolixa ubique adduntur elogia, in quibus nominatim laudantur, præter mulieres ſupra nominatas*; Stephanus & Joannes Comites, Feſtus, Fauſtus, Marcellus, Theodorus, Meletion, Sergius, Marcellinus, Felix, Photinus, Theodoriſcus, Mercurius, & Didymus; Serapion Ægyptius, Callinicus magus, Chriſtianus & Cyriacus pueri. *Horum omnium qualiſcumque notitia, ad prædicta Synaxaria tranſiit ex Actis, quæ in Laurentiana Bibliotheca Florentiæ Græce deſcripſimus, & ejuſmodi ſunt, ut cogamur dubitare, an ullum omnino habeant in vera hiſtoria fundamentum; ac proinde, utrum prudenter poſſint inter Martyres recenſeri ii, qui ex illis ſolis innotuerunt.*

2 *Tota tragœdia ſub* Maximo Ægypti *Præſide, in Galatiam contra Chriſtianos juſſu* Antonini *Imperatoris profecto, acta dicitur, in Tabienſi Metropoli, cujus tunc Epiſcopus erat* Dicaſius: *hic autem Concilio Nicæno interfuit diu poſt tempora cujuſcumque* Antonini. *Deinde, exemplo non alibi legendo, omnium fere corpora poſt obitum diſparuiſſe dicuntur, unde nullius eorum in aliqua particulari eccleſia cultus aut veneratio. Verum (ut alia plurima taceam) abſterret imprimis à fide dictis Actis adhibenda deſcriptus tyrannorum exitus,* Maximi *Ducis, &* Antonini *Imperatoris: quorum hic in Ægyptum veniens fulmine interiiſſet; huic vero ſuccedens* Leo Princeps *(toti Romanæ hiſtoriæ ignotus) inventum inter cruciatus*

dandum hi fuit, licet fabuloſum:

AUCTORE D. P.

Dicasium Episcopum ab iis solvisset, Christianorum ecclesiam eatenus clausam aperuisset, persecutionem à Christianis in ipsos convertisset Gentiles. Quæ si legere potuisset sapientissimus Baronius, putamus cautius processurum fuisse, in iis, quorum talem agnovisset fontem, ad Romanum Martyrologium adscribendis. Habebamus ea jam quidem labore haud levi Danielis Cardoni nostri Latine reddita, sed pusillorum scandalum veriti, quantamcumque adhiberemus cautelam, non sumus ausi ea ad proprium locum ponere. Ne tamen nihil dedisse videamur tot Synaxariorum auctoritati, & criticæ severitati in iis rejiciendis nimium tribuisse; post longam super his deliberationem, placuit novam inire viam, per quam neque in Sanctorum certorum numerum inserantur ii, de quibus sic merito dubitamus; neque tamen potestas de re tota judicandi subtrahatur lectori, ægre fortasis laturo, si tantus tamque insignis numerus, jamque in Ecclesiæ Fastos receptus, nostro privato judicio expungatur. Quod si placere nunc viderimus, licebit nobis alias quoque ad hoc exemplum simili in causa procedere, ex neutro capite arguendis, sive quod veterum monumentorum aliquid supprimentes, antiquitati faciamus injuriam; sive quod dubios Sanctos certioribus admiscentes, veritatem obscuremus.

B

3 Diem retinemus XXIV Maji, cum præditis Synaxariis atque Sirleto & hunc sequente Baronio, quamvis in Ms. Florentino reperta Acta notentur Μλωὶ Μαΐῳ ΚΕ', Mensis Maji die XXV. Eadem, nullo expresso numero, hunc simpliciter præferunt titulum: Μαρτύριον τῶν ἁγίων Μελετίου Στρατηλάτου, & Ἰωάννου καὶ Στεφάνου Κωμήτων, καὶ παύλου καὶ πλήθους αὐτῶν: Martyrium Sanctorum Meletii Ducis, Joannis & Stephani Comitum, & omnis multitudinis eorum. *Qui magna Menæa ceteroque Græcorum rituales libros superiori seculo imprimenda curarunt Venetiis, aut nullam horum uspiam memoriam repererunt, aut (quod vix credo) de industria omiserunt, aliàs haud quaquam severi exploratores fabularum. Hispanici Martyrologii auctor Ioannes Tamayus de Salazar, exemplo Bivarii & ex auctoritate Pseudo-dexteri sui, Cluniæ, veteri Hispaniæ in Arevacis oppido, hodie* Cruña del Conde *dicto, illos omnes transcribens (hanc enim licentiam Dextrinarum quisquiliarum auctori dicam, an impostori, faciebat Baronii Sirletique silentium de loco ac regione Martyrii) quoniam eos ibi referri videbat ad annum CCC; censuit huc quoque spectare repertum Cluniæ in terso lapide monumentum, Romanis literis sic insculptum.*

quando etiam inseritur Martyrologio Hispanico.

D

DIOCLETIAN. IOVIVS. MAXIM.
HERCUL. CÆSS. AUGG.
AMPLIFICATO. PER. ORIENTEM.
ET. OCCIDENTEM. POP. R.
ET. NOMINE. CHRISTIAN. DELETO. E
QUI. REMPUB. EVERTEBANT.

Sed hæc refutationis non egent, cum eruditioribus Hispanis nota jam passim sit impostura Chronici Pseudo-dextrini aliorumque similium; & talia apud cordatos lectores retulisse, sit ea refutasse.

& quidem ad 24 Maji.

ACTA FABVLOSA

Ex *Ms. Bibliothecæ Laurentianæ Florentiæ Pluteo* IX *Cod.* XIV.

Interprete Daniele Cardono Societatis Jesu.

CAPUT I.

Meletii victoria de canibus, per quos Christianis nocebant dæmones: & militis unius de eo somnium.

1 QUibus temporibus Romanum imperium administrabatur ab Antonino, a Principe adhuc gentili, magnam in Christianos persecutionis procellam excitavit Maximus, Ægypti Præfectus, ab eodem Antonino in Galatarum regionem, ut Christi fidem professos invaderet undique, & dura infectatione urgeret, immissus. In eam provinciam simul atque homo impius ac crudelis pervenit, confestim quotquot reperiri potuere Christiani, aut idolis sacrificare, aut acerbissimos subire cruciatus, sunt compulsi. Metropolim b Tabiensium, etiam mandato Imperatoris, ferox persecutor est ingressus. Fama quippe acceperat versari in ea civitate virum, cui Meletio nomen, Christianæ religionis sectatorem acerrimum, & exercitui apud Galatas cum potestate summa præfectum.

a

C

Maximo Christianos in Galliis persequente,

b

2 Adventante in memoratam modo civitatem Maximo, auditæ sunt voces varia vaticinantium dæmonum, qui in eo commorabantur balneo, quod Gymnasii etiam nomine vocabant, & in quo Herculis, Palladis, Veneris, Dianæ, ac Minervæ conspiciebantur simulacra. At qui in Jovis delubro sedem fixerant impuri genii, ex utroque loco in unum coacti, prætereuntium plures morte afficiebant. Ita quippe edixerat, qui primum inter illos locum obtinere visus; quoniam ego in tertium usque cælum conscendens, audivi Angelorum voces à Michaële Archangelo missorum ad Meletium, ut magnum Ducem, ne amplius dæmones impios Christianos interficere sinat.

male sibi à Meletio metuentes dæmones,

Κατ' ἐκεῖνον καιρὸν διώκοντο οἱ Χριστιανοὶ ὑπὸ τοῦ Βασιλέως Ἀντωνίνου, ἐθνικοῦ ὑπάρχοντος, διὰ Μαξίμου τοῦ Δυκὸς τὴ Αἰγύπτου, ἀποσταλέντος ὑπὸ τοῦ Βασιλέως Ἀντωνίνου εἰς τὴν τῶν Γαλατῶν χώραν, καὶ F
ἔξουσίαν λαβόντος τοῦ περιέρχεσθαι καὶ διώκειν τοὺς τὴ εὐσεβείας ἐργάτας Χριστιανούς. Οὗτος ἐλθὼν ἰωάγκασεν αὐτοὺς θύειν τοῖς θεοῖς, ἢ κολάσεσιν ἀνηκέστοις ὑποβάλλεσθαι. Ἐξεπέμφθη δὲ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ Βασιλέως εἰς τὰὼ Ταβιανῶν Μετρόπολιν· ὅτι ἤκουσεν ἐκεῖ εἶναί τινα ἄνδρα τὴ αὐτῆς θρησκείας τῶν Χριστιανῶν, ὀνόματι Μελέτιον, ἐπέσχονται τὸ ἀξίωμα τοῦ στρατηλάτου ἐν τῇ αὐτῇ χώρᾳ τῶν Γαλατῶν.

Ἐλθόντος δὲ Μαξίμου τοῦ Δυκὸς ἐν τῇ Ταβιανῶν μετροπόλει τῆς Γαλατίας, προεφήτευον οἱ δαίμονες, οἱ μὲν παραμένοντες ἐν τῷ δημοσίῳ λυτρῷ τῷ ὀνομαζομένῳ Γυμνασίῳ, ὅπου εἰσήκει Ἡρακλῆς, καὶ Παλλὰς, καὶ ἡ Ἀφροδίτη, καὶ ἡ Ἄρτεμις, καὶ ἡ Ἀθηνᾶ. Οἱ δὲ λοιποὶ, οἱ ἐν τῷ τοῦ Διὸς ἱερῷ, ἐκ τῶν ἀμφοτέρων συναγόμενοι τόπων, τοὺς παρερχομένους ἀπέκτεινον. Ἦν γὰρ ὁ δῆθεν πρῶτος αὐτῶν λέγων αὐτοῖς· Ὅτε περ ἐγὼ ἀναβὰς εἰς τρίτον οὐρανὸν, ἤκουσα Ἀγγέλων πεμπομένων ὑπὸ Μιχαὴλ τοῦ Ἀρχαγγέλου, ὅτι ἀπέλθετε πρὸς Μελέτιον, καὶ διαφυλάξατε αὐτὸν, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. Νῦν οὖν τί ποιήσομεν; Οὐκ ἔτι δυνάμεθα παραμένειν ἡμεῖς ἐν τῷ χαλκουργῇ-

A χυργήματι, καὶ διασῴζειν τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων. Τῇ γὰρ τρίτῃ νυκτὶ, μηνὶ Αὐγούστῳ, πεσεῖται ἡ κεφαλὴ τοῦ χαλκουργήματος ἀρχαίῳ δυνάμει, ὑπό τινος Μελετίου λεγομένου. Ἀλλ' ἡμεῖς εἴ τινα ἑώρωμεν νυκτὸς ἢ μεσημβρίας, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, ὡς νομίζοντες ἀποκτείνειν Μελέτιον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. Ταῦτα οὖν ἤκουον οἱ μιαροὶ ἱερεῖς τῶν Ἑλλήνων παραμυθούντων ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς, καὶ ἀνήγγειλαν τῷ Σεραπίωνι, ὅσις ἦν ἐλθὼν ἐξ Αἰγύπτου σὺν τῷ Μαξίμῳ.

Χωρήσαντες οὖν οἱ δαίμονες εἰς κυνας, τοὺς παριόντας Χριστιανοὺς ἐπολέμουν· ὁ δὲ δοῦλος τοῦ Θεοῦ Μελέτιος ἀκούσας, καὶ ζήλου θείᾳ πλησθείς, λέγει τοῖς Κόμησι, καὶ τοῖς Τριβούνοις ἑστῶσιν ἐγγὺς αὐτοῦ· Ἄνδρες νεανίσκοι, διὰ τὸν Βασιλέα ἡμῶν τὸν ὕψιστον, καὶ τὸν βραχίονα αὐτοῦ τὸν ὑψηλὸν, ὃν ἐν ἀνάγκῃ πολεμοῦντα ὑπὲρ ἡμῶν, σῆτε γενναίως. Ἀκήκοα γὰρ ὅτιπερ κυνες σωαχθέντες, οὐδένα καθεσίουσιν τῶν Ἑλλήνων, εἰ μὴ μόνον τοὺς γνωρίζοντας τὸν ἀόρατον ἡμῶν Βασιλέα τὸν ἐπουράνιον. Θέλω οὖν ἵνα τὸν Χρισὸν Σύμμαχον λαβόντες ἀποκλείνητε αὐτούς. Εἷς δὲ ἐξ B αὐτῶν τῶν νεανίσκων, ὀνόματι Φαῦστος Κόμης, ἐλθὼν λέγει τῷ ὄχλῳ. Τί σήκωμεν, Ἄνδρες Ἀδελφοὶ; ἀπελθόντες ποιήσωμεν τὸ κελευσθὲν ἡμῖν ὑπὸ τοῦ στρατηλάτου ἡμῶν. Οἱ δὲ ὄχλοι ἀπίεσαν προθύμως, ἁρπάσαντες ξύλα τοῦ ἀπελθεῖν καὶ ἀποκλεῖναι τοὺς κυνας.

B 45 Majorem tunc in rabiem actus Maximus, Callinicum in ardentem ſartaginem extemplo ut conjiciatur imperat. Qua Tyranni voce percepta Callinicus hac Deum precatione compellavit: Deus Meletii, Stephani, & Joannis, ne patiare obſecro, me paulo ante magorum principem, nunc vero in te ſperantem, à Tyranno ſuperari, ſed auxilio mihi tuo adſis. Ita ſit, Domine Deus meus, qui Serapionis animam in paradiſum tuum ſuſcepiſti, eripe me à cæco idolorum errore, & magna tua virtute me cuſtodi, ut non ſcandalizet me ſatanas, quem hucuſque religioſe colui, quique Maximi hujus mentem atque animum plane obcæcat: ſed cum omnibus qui ſuam in te ſpem habent, me pariter, oro, tege ac tuere; quoniam tu es benedictus in ſecula. Amen. Hæc dicens Callinicus, & ſigno Chriſti ſe communiens, in ardentem ſartaginem eſt ingreſſus, ſic interim precatus: Deus Meletii, Deus Joannis, & Deus Stephani, qui Serapioni, cum adhuc in Ægypto verſaretur magnam tuam gloriam oſtendiſti; mihi etiam, paulo quidem ante archimago, ſed nunc in te ſperanti, gloriam tuam eamdem oſtende: ne umquam gloriari poſſit Maximus, Nihil eſſe, nihil poſſe Deum Chriſtianorum. Talia orante Callinico, ignis omnis ac calor repente fuit diſſipatus: & candens paulo ante ſartago, refocillationem non ingratam Martyri præbuit. Indignans Maximus, Meletium imperavit produci, ad quem dixit; Tuis, Meletie, veneficiis archimagum noſtrum perdidiſti? aut quid tandem ei largitus es, cujus cauſa deos noſtros execrari ſuſtinuit? Tunc ſervus Dei Meletius, ſublatis in cælum oculis, gratias Deo perſolvit, & ſic Tyrannum eſt allocutus: Nullis hic ſuperatus aut immutatus eſt præſtigiis magicis (à nobis id avertat Chriſtus) ſed verum noſtrum Deum, qui æternam illi daturus eſt vitam, ut par erat, agnovit.

ſartaginem ignitam

illæſus expetitur:

C 46 Callinicus autem ad Meletium converſus; Meletie, inquit, ſupremi Dei famule, Deum ſupplex precare, ut ne ex hoc ſtadio inglorius diſcedam. Ad quem Meletius; Ecce, ait, Deus noſter pulcherrimam jam nunc coronam tibi paravit, quam ego equidem contemplor; etenim remunerator eſt omnium in ipſo ſperantium. Tyrannus vero, cum præ iracundia adverſus Callinicum apud ſe vix eſſet, illum capite minui, Meletium in carcerem reduci imperat. Latam in ſe mortis ſententiam ut intellexit Callinicus; Accede, oro, propius, dixit Meletio. Quem arcte complexus; ſignum, adjunxit, Chriſti ſuper me nunc efforma. Ad quem Meletius; Chriſtus, inquit, tibi concedat, quod nobis oſtendit ſignum. Ac rur-

& viſa corona ſibi parata

gladium animoſe ſubit.

μὴ πιστεύσω μεγάλῳ καὶ ἐπουρανίῳ Θεῷ καὶ βασιλεῖ τῶν αἰώνων Χριστῷ, τῷ μέλλοντι κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς; Μάξιμος δὲ εἶπεν· Μὴ καὶ σὺ χρυσίον ἔλαβες, ὡς καὶ Σαραπίων, καὶ ποιεῖ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ λόγον; Καλλίνικος εἶπεν· Χρυσίον παρ' αὐτοῦ οὐκ ἔληφα, ἀλλ' ἡ ζωὴ καὶ πίστις σου Χριστῷ· καγὼ οὖν θέλω λαβεῖν ἐκεῖνο τὸ χρυσίον, ὅπερ καὶ ἔλαβεν ὁ Σαραπίων, τὸν σὸν Χριστὸν σφραγίδα. D

Θυμῷ δὲ πλείστῳ κινηθεὶς ὁ Μάξιμος, ἐκέλευσεν δεθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ τηγάνῳ. Ὁ δὲ Καλλίνικος ἀκούσας ἀνεβόησε φωνῇ μεγάλῃ· Ὁ Θεὸς Μελετίου καὶ Στεφάνου καὶ Ἰωάννου, μή ἐάσῃς με, τὸν πολὺ ἀρχίμαγον, νῦν εἰς σε ἐλπίζοντα, ἡττηθῆναι· ἀλλὰ βοήθησόν μοι. Ναί, Κύριε ὁ Θεός μου, ὁ δεξάμενος τὸν ψυχὸν Σαραπίωνος ἐν τῷ παραδείσῳ, ῥῦσαί με τῆς πλάνης τῶν εἰδώλων, καὶ φύλαξόν με τῇ σῇ δυνάμει, ἵνα μὴ σκανδαλίσῃ με ὁ Σατανᾶς ὃν ἐσεβόμην, ὃς σκολίζει τὸν ψυχὸν σου Μαξίμου· ἀλλὰ διατήρησόν με μετὰ τῶν εἰς σε ἐλπιζόντων, ὅτι εὐλογημένος εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Ταῦτα εἰπὼν ὁ Καλλίνικος, ἐποίησεν τὸν ἐν Χριστῷ σφραγίδα, καὶ ἐπέβη ἐπὶ τῷ τηγάνῳ προθύμως, εὐχόμενος ὕτως· Ὁ Θεὸς Μελετίου καὶ Ἰωάννου καὶ Στεφάνου, ὁ δείξας Σαραπίωνι ὄντι ἐν Αἰγύπτῳ τὸν σὸν δόξαν, δεῖξαι καὶ ἐμοὶ τῷ ποτε ἀρχιμάγῳ, νῦν δὲ ἐπί σε ἐλπικότι τὸν σὸν δόξαν, ὅπως καταπατήσω τὸ πῦρ τοῦ Σατανᾶ, μήποτε εἴπῃ ὁ Μάξιμος, ὅτι ἴδεν ἔστιν ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν. Ταῦτα αὐτοῦ εἰπόντος, εὐθέως τὸ πῦρ ἐσκορπίσθη, καὶ τὸ τήγανον ἐγένετο ψυχρόν· ὁ δὲ Καλλίνικος εὑρέθη ὅλος ἄσπιλος, δοξάζων τὸν Θεόν. Θυμωθεὶς δὲ ὁ Μάξιμος, ἐκέλευσεν ἐλθεῖν τὸν Μελέτιον, καὶ λέγει αὐτῷ· Μελέτιε, ἐμάγευσας τὸν ἀρχίμαγον ἡμῶν; ἢ τί αὐτῷ δέδωκας, ὅτι ἠρνήσατο τοὺς θεούς; Ὁ δὲ ὅσιος τοῦ Θεοῦ Μελέτιος, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ, εἶπεν τῷ Μαξίμῳ· Ἐκεῖνος οὐκ ἐμαγεύθη (μὴ δώῃ ὁ Χριστὸς ἡμῶν) ἀλλ' ἐγνώρισεν τὸν Θεὸν ἡμῶν, τὸν ἀπλάνητον, ὅστις δώσει αὐτῷ ζωὴν αἰώνιον.

Ὁ δὲ Καλλίνικος λέγει τῷ Μελετίῳ, Μελέτιε δοῦλε τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, εὔχου ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα μὴ ἄσεπτος ἐξέλθω ἐκ τοῦ σαδίου τούτου. Ὁ δὲ Μελέτιος εἶπεν· Ἰδοὺ ὁ Θεός μου σέφανόν σοι ἡτοίμασεν, ὃν ἐγὼ ὁρῶ, καὶ πᾶσι δὲ τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπ' αὐτὸν ἀγαθός ἐστιν μισθαποδότης. Ὁ δὲ Μάξιμος, μανίᾳ φερόμενος κατὰ τοῦ Καλλινίκου, ἐκέλευσεν αὐτὸν τραχηλοκοπηθῆναι, τὸν δὲ Μελέτιον βληθῆναι εἰς τὸ δεσμοφύλακιον. Ἀκούσας δὲ ὁ Καλλίνικος τὴν ἀπόφασιν αὐτοῦ, λέγει τῷ Μελετίῳ· Ἔγγισόν μοι δοῦλε τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου. Καὶ περιπλεξάμενος ὁ Καλλίνικος τὸν Μελέτιον, λέγει αὐτῷ· Δός μοι, τὸν ἐν Χριστῷ σφραγίδα. Ὁ δὲ Μελέτιος εἶπεν τῷ Καλλινίκῳ· Ὁ Χριστὸς ἡμῶν δώσει σοι, ὁ καταδείξας τὸν σφραγίδα. Καὶ πάλιν λέγει τῷ Καλλινίκῳ Μελέτιος· Ἀνάβλεψον εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ ὄψει τὰ προκείμενά σοι ἀγαθά. Καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν ὁ Καλλίνικος, εἶδεν τὸν στέφανον ἡτοιμασμένον αὐτῷ· καὶ περιχαρὴς γενόμενος ἔκλινεν τὸν αὐχένα αὐτοῦ, καὶ ἐδέξατο τὸν πλῆγα τοῦ ξίφους ἐκ τοῦ Σπεκουλάτορος, καὶ ἀπέδωκεν τὸν ψυχὸν αὐτοῦ μετὰ χαρᾶς ἐν εἰρήνῃ, ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἰδόντες δέ τινες Χριστιανοὶ τὸν τελείωσιν τοῦ μακαρίου Καλλινίκου, ἐπάραντες τὸ λείψανον αὐτοῦ, ἀπῴκησαν, ὅπου ἦν τὸ μακαρίου Σαραπίωνος, καὶ κατέθεντο αὐτὸν ἐκεῖ. E F

sus,

A sus, in cælum oculos modo tuos sustolle, & præparata tibi bona intueberis. Sublatis ergo in altum oculis, coronam vidit Callinicus, in præmium sibi repositam. Quamobrem perfusus gaudio, sine mora collum præbuit gladio, postremum à carnifice ictum expectans: a quo percussus, animam Deo placide tradidit, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Cumque è Christianis nonnulli extremo Callinici supplicio interfuissent, sublatum Martyris cadaver, juxta venerandas B. Serapionis reliquias, condiderunt. EX MS. FLORENT.

CAPUT VII.

Meletianæ copiæ, plurium conversione auctæ, cum mulieribus & parvulis mactantur.

Τῶν δὲ Ἁγίων ἐν φυλακῇ [μαρτύρων], ἐκέλευσεν ὁ Μάξιμος ἐπὶ ἡμέρας ἑπτὰ μήτε ἄρτον μήτε ὕδωρ δοθῆναι αὐτοῖς, Σκεπόμενος ὡς ἀναλώσῃ αὐτούς. Αὐτοὶ δὲ, ὄντες ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, τὰς μὲν ἡμέρας ἔψαλλον καὶ ὕμνων τὸν Θεὸν, ἐν δὲ τῇ νυκτὶ Ἄγγελοι Κυρίου διηκόνουν καὶ διέτρεφον αὐτούς, καὶ ἦσαν τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὡς ἀστραπὴ ἐκλάμποντα. Ὁ δὲ ἀνοσιώτατος Μάξιμος ἐκέλευσεν φοῦρνον γενέσθαι ἐν τῷ χωρίῳ Κανδαχορέων, καὶ ἐκκαῦσαι αὐτὸν τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, ἵνα θεάσωνται αὐτὸν οἱ ὄχλοι αὐτοῦ, βουλόμενος εἰς αὐτὸν ἐμβαλεῖν τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ. Τῇ δὲ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὸ ἐγκλεισθῆναι τοὺς Ἁγίους, ὄρθρου ἀναστάντες οἱ δεσμοφύλακες, ἀνήγγειλαν τῷ Μαξίμῳ λέγοντες· Τινὲς, τῶν δυρῶν ἐσφραγισμένων, φέρουσιν αὐτοῖς βρῶσιν καὶ πότον, τί δέ ἐστιν ὃ ἐδίουσιν, οὐκ οἴδαμεν. Ὁ δὲ Μάξιμος ἀπελθὼν εὗρεν τὰ φυλακεῖα ἐσφαγισμένα, καὶ τὰς κλεῖς σῴας· εἶδεν δὲ ὄχλον πολὺν Ἀγγέλων ψαλλόντων, ἀνὰ μέσον δὲ αὐτῶν ἕνα ἑστῶτα ὅτινος τὸ πρόσωπον ἐμβλέψαι οὐκ ἐδύνατο, τὸ δὲ περιβόλαιον αὐτοῦ ὡς ἀστραπή· ἰσαμμένος αὐτῷ καὶ λέγοντος αὐτοῖς, Θαρσεῖτε, θεράποντές μου, ἐγὼ γάρ εἰμι μεθ' ὑμῶν. Διὰ δὲ τῆς πλαγίας εἰσελθόντες οἱ ὑπηρέται, νομίσαντές τινα συλλαβέσθαι, εὗρον ἔσω ὐδένα, εἰ μὴ μόνον τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ χωρὶς δεσμῶν.

Θυμωθεὶς δὲ ὁ Μάξιμος, ἐκέλευσεν ἀπεχθῶναι αὐτοὺς ἐν τῷ χωρίῳ τῷ ὀπτλεγομένῳ Κανδαχορεὺς, ὅπου ἦν ὁ φοῦρνος ἡτοιμασμένος καὶ πεπυρωμένος σφόδρα, καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἰδοὺ ἡτοίμασα ὑμῖν ξηροπύριον· δηλώσατε οὖν τοῖς σῳ ὑμῖν στρατιώταις, ὥστε μετὰ τῶν γυναικῶν καὶ παιδίων καταβῆναι αὐτοὺς ἀπὸ σταδίου ἑνὸς τῆς πόλεως ἐως τοῦ ναοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ θῦσαι αὐτῷ· ἐπεὶ ὑμᾶς ὧδε ἐμβαλῶ ἐν τῷ φούρνῳ. ἐκεῖνος δὲ καλὰ τὰ κέλευσιν Βασιλέως Ἀντωνίνου κατακόψω· καὶ γάρ ἔπεμψέ μοι βοήθειαν λέγων, ὥστε τοὺς μὴ βουλομένους θῦσαι τοῖς θεοῖς κατακόπτεσθαι αὐτούς. Οἱ δὲ Ἅγιοι εἶπον. Μή σοι καλῶς, κύων μιαροφάγε, ἵνα τοῦτο ποιήσωμεν ἡμεῖς καὶ ὁ ὄχλος ἡμῶν. Εἷς ἕνα Θεὸν ὀπτεύσαμεν καὶ πιστεύομεν ὅστις διαφυλάττει ἡμᾶς ἀπὸ τῶν μιαρωτάτων σου χειρῶν· ὃν γάρ λέγεις Ἀπόλλωνα, αὐτὸς ἀπολέσει σε μετὰ τοῦ Βασιλέως σου Ἀντωνίνου, καὶ πάντας τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ τὰ εἴδωλα.

Θυμωθεὶς δὲ ὁ Μάξιμος ἐκέλευσεν τῷ βοηθείᾳ αὐτοῦ εἰσελθεῖν εἰς τὴν ὕλην, καλέσας τὸ Χερχέλιον Μελελίου. Ἐλθούσης δὲ τῆς βοηθείας Μαξίμου, εὗρον ὁμοθυμαδὸν τὸν ὄχλον Μελελίου εὐχὰς ποιουμένους ἐν τῷ ὄρει, ἀνὰ μέσον δὲ αὐτῶν ὡσεὶ χόρος Ἀγγέλων, ὃν ἴδον πρότερον ἐν τῇ φυλακῇ ἑστῶτα, καὶ ἀνὰ μέσον αὐτοῦ ὡς ἀστραπὴν φωτός· οἱ δὲ Ἅγιοι κατεῖχον ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν ἀνὰ τρεῖς στεφάνους. Οἱ δὲ στρατιῶται οἱ ἀπυσταλέντες ὑπὸ Μαξίμου, οὐκ ἐδυνήθησαν ὅλως καταλαβέσθαι αὐτούς· ἦσαν γὰρ ἀμαυρωθέντες αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ ἀπὸ τῆς ὁράσεως, πολλοὶ δὲ ἐξ αὐτῶν καὶ ἐτυφλώθησαν, καὶ ἔμειναν ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ· οἱ

47 Sanctis interim Martyribus carcere adhuc detentis, per septem omnino dies panem quoque & aquam præberi Tyrannus vetuit: quo tempore diurnas illi horas psalmis & hymnis Deo concinendis impenderunt, nocturnas Angelorum ministerio & prodigiosa corporis refectione læti transegerunt, vultibus omnium in morem fulguris clarissimam lucem vibrantibus. Posthæc impiissimus Maximus furnum mandavit construi in regione Candacoreorum, illumque tribus continenter diebus totidemque noctibus succendi, ut nullius conspectum dira machinatio effugeret: quem in furnum sanctissimos Martyres destinabat immittere. Septimo igitur die quo custodia illi tenebantur, mane summo ad Maximum retulerunt custodes carceris, cibum potumque à nescio quibus hominibus submINistratum fuisse captivis, quale autem cibi genus id fuerit, à se deprehendi non potuisse. Ad carcerem, accepto nuntio, progressus Maximus, custodiam sigillo suo recte munitam, & seras deprehendit illæsas. Ingens deinde Angelorum psallentium multitudo ejus oculis fuit oblata; inter quos medius unus aliquis constiterat, in cujus vultum oculos suos intendere Tyrannus haud valebat, chlamys quoque illius adinstar fulguris splendorem videbatur emittere. Is ergo, ut dixi, medius omnium consistens, ita Sanctos hortabatur: Macti estote animis, famuli mei fidissimi, nam præsenti vobis ope semper adero. Cumque ut illum apprehenderent, per lateralem carceris portam irruissent è satellitio nonnulli, neminem prorsus, præter insignes, Dei famulos, vinculis exolutos, reperierunt. *Meletiũ & duos socios, inedia 7 dierum addictos,* *divinitus refectos intelligens Maximus,*

48 Fremens itaque & indignans Maximus in locum Candoreus nominatum deduci eos voluit, ubi furnus illis cruciandis paratus jam fuerat, totus ab igne candescens. Et, Ecce, ait deinde ad Martyres, paratus vobis hic est furnus. Quapropter militiæ vestræ viris universis, nec non feminis atque pueris, hoc edicite, ut ad unum ab hac urbe milliarium, in Apollinis templum sacrificandi causa omnes sese transferant. Id si abnuitis, vos quidem furnus iste, at alios omnes sævissima manet trucidatio, ut Imperatoris Antonini voluntatem exequar: qui facultatem mihi & auxilium submisit, ut quotquot sacrificare Diis nostris recusaverint, ad internecionem deleantur. Responderunt Martyres; Numquid tibi, canis impure, pulchrum hoc videtur atque laudabile, ut nos omnesque nostri, quod suades, scelus admittamus? In unum credidimus Deum, & credere porro pergemus, qui nos ab impiis tuis machinationibus integros servavit hactenus. Etenim is, quem tantopere prædicas, Apollo, te pariter & Imperatorem tuum Antoninum, & qui in idolis spem aliquam reponunt, absque dubitatione perdet. *ipsis furnum incensum minatur,* *nisi milites suos ad sacrificandum inducant:*

49 Excanduit enimvero Maximus. Tum quos auxilio acceperat milites in silvam immittit, ut copias quæ cum Meletio faciebant ad se pertrahant. Appropinquans itaque satellitium Maximi, milites omnes Meletianos, ipso in monte precibus ad Deum fundendis intentos, deprehendit. In exercitus autem Christiani medio eumdem illum Angelorum adesse spectarunt numerum & ordinem, quem ante in car- *ad quos adducendos missi,*

EX MS. FLORENT.

cere obſervarant; in medio quoque Angelorum lumen veluti quoddam fulguris erat videre. Ternas etiam coronas manibus præferebant ſancti Milites. At qui à Maximo deſtinati erant ſatellites, eos quos comprehenſuri advenerant, dignoſcere omnino non potuerunt. Ex admirando quippe ſpectaculi ſplendore oculorum acies hebetior ipſis erat reddita, quia etiam plures eorum videndi uſu plane fuerunt privati, atque in eo ipſo in quo conſtiterant loco permanere ſunt coacti. At ii quibus oculorum uſus ereptus non fuit, curriculo ad Maximum ſe transferentes; Deum, dixerunt, Chriſtianorum inter illos medium conſiſtentem vidimus, atque una ingentem Angelorum multitudinem, ſiderea luce ſplendeſcentium, ac ternas fere manibus protendentium coronas, quibus jam jam coronandi videbantur Chriſtiani. Nos igitur hoc ad te nuntium laturi advenimus; qui autem è numero noſtro ſunt reliqui, ob nimiam ſpectaculi lucem oculis capti, eodem loco reſiſtere fuerunt compulſi.

partim excæcantur,

partim viſa renuntiant:

ad eoſdem cum Maximo profectus Meletius,

B 50 Hic advocato Meletio Maximus; Tuum, ait, abſque comitatu exercitum adi, ut intelligam ipſe ex iis ecquid ſibi velint: Joannem vero & Stephanum in domo quadam juſſit cuſtodiri. Famulus itaque Dei Meletius & Tyrannus ipſe ad locum ſunt progreſſi, in quo conſtiterant oculis privati milites: cum quibus conſidens Meletius, vicem eorum acerbe doluit, hoc eos deinde modo compellans; Fratres patreſque amantiſſimi (erat quippe Meletius annorum quaſi quinque & viginti, ætate quidem juvenis, ſed mente & prudentia ſenex; unde factum eſt ut his ad cæcos milites uteretur verbis) quid, oro, in Chriſtum meum peccaſtis, quod hæc in mala cadere vos permiſerit? Numquid illum provocaſtis contumeliis? Reſponderunt illi; Tu quis es, qui ea à nobis exquiris? Meletius ego ſum, reponit Martyr, peccator quidem, attamen & Chriſti ſervus. Magna tunc voce rurſum interrogarunt milites; Tune es Meletius, Dei magni & excelſi famulus? Quibus Martyr; Ego, inquit, famulus ſum Dei altiſſimi. At illi; Nunc enimvero, exclamant, cognovimus quod qui à te colitur Deus magnus ſit & cultu digniſſimus. Eum igitur propitium nobis precibus tuis redde, ut viſu recuperato in Deum tuum credamus, & optata potiamur ſalute. Tum famulus Chriſti Meletius, poſitis humi genibus voce magna oravit, dicens; O vera Lux, Chriſte, qui lucem feciſti & tenebras, & noctem à die voluiſti eſſe diviſam, qui ſuum ſtellis

excæcatis viſum reſtituit:

C ipſis fulgorem tribuiſti, qui prævaricatorem draconem in aquis, contribulaſti, qui mare rubrum, ut ſalvus evaderet populus tuus, prodigioſe diviſiſti; qui liberaſti inſeſſos à malo dæmone, & erexiſti claudos; qui denique cæcum à nativitate & multos inſuper alios oculorum uſu donaſti; largire, Domine, lumen tuum hiſce fratribus meis, ſuam in te ſpem habentibus, ut ne amens & durus corde Maximus glorietur impie, nihili faciendum eſſe Chriſtianorum Deum.

51 His Maximus auditis, non exiguo fuit metu perculſus, atque à diabolo deinde ad iracundiam concitatus. Repente igitur lumen ingens in morem fulguris locum implevit, ſic ut cuncti pronos ſe in ſolum conjicerent. Nec mora, qui prodigioſa fuerant cæcitate pereuſſi milites, viſum miraculo receperunt. Quapropter manibus omnes in cælum protenſis, voce magna dixerunt; Vere tu es in cælis Deus, qui magna famulum tuum Meletium gratia cumulas; cujus, oramus, partem nobis aliquam ne deneges; illudque concede, ut pro nominis tui gloria decertare non inveniamur indigni. Quibus dictis, ad Tyranni pedes militiæ ſuæ inſignia pariter abjecerunt. Ac Maximus; Quid, inquit, hoc rei eſt, quod facitis, mili-

qui Chriſtum confeſſi

δὲ ἄλλοι οἱ βλέποντες ἀπῆλθον ταχέως, καὶ ἐμιλύυσαν D
τῷ Μαξίμῳ, λέγοντες· Ὅτι εἴδομεν τὸν Θεὸν τῶν
Χριστιανῶν ἀνὰ μέσον τοῦ ὄχλου ἑστῶτα, καὶ πλῆθος
Ἀγγέλων ἀσπροφόρων περὶ αὐτὸν, κατεχόντων ἐν
ταῖς χερσὶν αὐτῶν ἀνὰ τρεῖς στεφάνους, τάχα αὐτοὺς
ἔχουσι δῶναι αὐτοῖς· ἡμεῖς μόνοι [αὐτόπται] γενη-
θέντες ἤλθομεν ἀπαγγεῖλαί σοι· οἱ δὲ πλεῖσοι ἑταῖροι
ἡμῶν ἐτυφλώθησαν ἀπὸ τῆς ὀπτασίας, καὶ οὐκ ἴσχυ-
σαν μεταβῆναι ἐκεῖθεν, ἀλλ' ἔμειναν ἐπὶ τοῦ τόπου.

Ὁ δὲ Μάξιμος λαβὼν τὸν Μελέτιον λέγει αὐτῷ· Σὺ μόνος ἐλθὲ εἰς τὸ ξενοδοχεῖόν σου, ἵνα ἴδω αὐτοὺς τὸ τί θέλουσιν· τὸν δὲ Ἰωάννην καὶ Στέφανον ἐκέλευσεν ἐν δωματίῳ τινὶ φυλάττεσθαι. Ἀπελθὼν δὲ ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ Μελέτιος ἐν τῷ τόπῳ μετὰ Μαξίμου τοῦ Δυκὸς, ὅπου ἦσαν οἱ τυφλωθέντες στρατιῶται, καὶ καθίσας σὺν αὐτοῖς, ἔκλαυσεν πικρῶς καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἀδελφοὶ καὶ πατέρες (καὶ γὰρ ὁ Μελέτιος ὡς ἐτῶν εἴκοσι πέντε, νεὸς μὲν τῇ ἡλικίᾳ, γηράλεος δὲ τῷ φρονήματι, ὅθεν καὶ συμπαθείᾳ φέρομαι), τί ἐπλημμελήσατε τῷ Χριστῷ μου, ὅτι οὕτως ἐπάθετε; μὴ ἐνυβρίσατε αὐτόν; Οἱ δὲ εἶπον· Σὺ γὰρ τίς εἶ ὁ ἡμᾶς ἐξ ἐρεωῶν ἡμᾶς; Μελέτιος εἶπεν. Ἐγώ εἰμι ὁ ἁμαρ- E
τωλὸς Μελέτιος καὶ δοῦλος τοῦ Χριστοῦ. Οἱ τυφλωθέν-
τες στρατιῶται λέγουσι Μελετίῳ φωνῇ μεγάλῃ· Σὺ εἶ
Μελέτιος ὁ δοῦλος τοῦ μεγάλου καὶ ὑψίλου Θεοῦ, δι'
ὃν ἡμεῖς ἀπεσάλημεν; Ὁ δὲ Μελέτιος εἶπεν· Ἐγώ
εἰμι ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου. Οἱ δὲ εἶπον· Νῦν
ἐγνωμεν ὅτι μέγας ἐστὶν ὁ Θεός σου· εὔξαι οὖν αὐτῷ,
ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀναβλέψωμεν καὶ πιστεύσωμεν τῷ ὑψίστῳ
Θεῷ καὶ σωθῶμεν. Ὁ δὲ δοῦλος τοῦ Χριστοῦ Μελέτιος,
κλίνας τὰ γόνατα αὐτοῦ, προσηύξατο φωνῇ μεγάλῃ
λέγων· Τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὁ ποιήσας φῶς καὶ τὸ
σκότος, διαχωρίσας καὶ ἡμέραν καὶ νύκτα, ὁ τοὺς φω-
στῆρας φαιδρυύας, ὁ τὸν δράκοντα τὸν ἀποσάτην
σωτρίψας ἐν τοῖς ὕδασι Χριστέ, ὁ τὴν ἐρυθρᾶν
θάλασσαν διαχωρήσας καὶ τὸν λαόν σου διασώσας, ὁ
τοὺς δαιμονιῶντας καθαρίσας καὶ τοὺς χωλοὺς ἀνορ-
θώσας, ὁ τὸν ἐκ γεννητῆς τυφλὸν φωταγωγήσας καὶ
ἑτέρους πολλοὺς, δὸς Κύριε τὸ σὸν φῶς εἰς τοὺς ἀδελ-
φοὺς τούτους, τοὺς εἰς σε πιστεύσαντας, μὴ εἴπῃ ὁ ἀφρὼν
καὶ πεπορωμένος τῇ καρδίᾳ Μάξιμος, ὅτι οὐδέν ἐστιν
ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Μάξιμος, ὁ μὲν φόβος F
αὐτὸν ἐλάμβανεν, τῷ δὲ θυμῷ ἐνέβαλεν ὁ διάβο-
λος. Ἄφνω δὲ ἀστραπὴ ἐγένετο, καὶ φῶς μέγα ἐν
τῷ τόπῳ, ὥστε πάντας πεσεῖν εἰς τὸ ἔδαφος· καὶ
εὐθέως ἀνέβλεψαν οἱ τυφλωθέντες στρατιῶται, καὶ ὑψω-
σόντες τὰς χεῖρας αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπον φωνῇ
μεγάλῃ· Ἐπ' ἀληθείας σὺ εἶ ὁ Θεὸς, ὁ ἐν τοῖς οὐρα-
νοῖς· ὁ δοὺς τῷ σῷ θεράποντι Μελετίῳ τῷ ζῶντι
χάριν, δὸς καὶ ἡμῖν μετ' αὐτοῦ μερίδα, καὶ ποίησον
ἡμᾶς ἀξίους γενέσθαι, ἵνα δοξάσωμέν σου τὸ ὄνομα
διὰ παντός. Καὶ Ἐπάραντες τὰ ἄρματα αὐτῶν ἔρρι-
ψαν εἰς τὸ πρόσωπον Μαξίμου τοῦ Δυκός. Ὁ δὲ Μά-
ξιμος εἶπεν· Τί τοῦτο ἐποιήσατε; Οἱ δὲ ἀναβλέ-
ψαντες στρατιῶται εἶπον· Ἕνεκα τοῦ ἀπόλεσαν ὁ
Βασιλεὺς ὁ πρόσχημος, μετά σου καὶ τὴν θεῶν σου·
ἡμεῖς γὰρ τὸν ἐπουράνιον Θεὸν Ἐγνωρίσαμεν, τὸν
οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ πάσης κτίσεως δεσπόζοντα, τὸν
ποιήσαντα βασιλεῖς καὶ ἀρχοντας. Μάξιμος λέγει·
Γνωρίζω καθ' ἡμῶν τῷ Βασιλεῖ, καὶ ἀποζώσει ὑμᾶς.
Οἱ δὲ στρατιῶται [λύσαντες] τὰς ζώνας αὐτῶν, ἔρρι-
ψαν καὶ αὐτὰς εἰς τοῦ ὄψιν αὐτοῦ, καὶ ἀπῆλθον ὅπου
ἦν ὁ ὄχλος Μελετίου.

Ὁ δὲ

A Ὁ δὲ ἄνομος Μάξιμος ἐκέλευσεν τὰς γυναῖκας καὶ τὰ παιδία ἀχθῶαι τοῦ στρατιωτοῦ Μελελίου, καὶ λέγει αὐτοῖς· Θύσατε τοῖς θεοῖς. Φήσα δὲ καὶ Φαύσα, καὶ Μαρκελλίνα, καὶ Δεσία, καὶ Σωσάννα, καὶ Μαρκιανή, καὶ Παλλαδία λέγουσι τῷ Μαξίμῳ· Ἤκουσας παρὰ τῶν ἡμῶν ἀδελφῶν πολλάκις, ὅτι ἑνὶ Θεῷ τῷ ἐπουρανίῳ λατρεύομεν, ἄλλῳ δὲ λατρεῦσαι οὐ δυνάμεθα. Ὃ οὖν βούλει ποιῆσαι, ποίησον. Μάξιμος Δοὺξ εἶπεν· Οὔτε οἱ νεανίσκοι ἡμῶν θύουσι τοῖς θεοῖς; Αἱ δὲ θύλαι τοῦ Χριστοῦ εἶπον· Τυφλὲ τῇ καρδίᾳ καὶ πεπορωμένε τῇ ψυχῇ, οὔτε οἱ νεανίσκοι ἡμῶν ὅτε ἡμᾶς θύομεν ὡς λέγεις, πάντες γὰρ ὁμοθυμαδὸν τὸν Βασιλέα τῶν οὐρανῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐποθήσαμεν, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύομεν, τῷ διδόντι ἡμῖν ἰσχὺν καὶ δυνάμιν κατὰ τοῦ πατρός σου τοῦ Σατανᾶ. Ἐννόησον δὲ ἀσεβέστατε τὰς βασάνους, ἃς προσήγαγες τοῖς πρώτοις ἡμῶν Μελελίῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ, καὶ οὐδὲν ἴσχυσας πρὸς αὐτούς· καὶ ἡμᾶς θέλεις ἐκπλανῆσαι; μή σοι καλῶς δράκων ἰοβόλε, ὡς ὁ πατήρ σου ὁ διάβολος· ὑφ' ἡμῶν γὰρ τῶν νεανίδων ἔχεις ἡττηθῆναι καὶ ὑπὸ τῶν παίδων ἡμῶν· τὸν γὰρ Θεὸν ἡμῶν ἔχομεν πάντοτε ἀλεήφονα ἡμᾶς καὶ ἁλᾶ σου, τύραννε.

B Τότε Μάξιμος θυμωθεὶς εἶπεν τοῖς ὑπερασπίζουσι τοῦ διαβόλου· Ξύλα ἄχρια κόψαντες, τύπτεσθαι αὐτῶν τὰς κεφαλὰς κελεύω, ἕως οὗ διαφωνήσωσιν. Ἐκείνων δὲ κοπτόντων τὰ ξύλα, αἱ ἀθλοφόροι τοῦ Χριστοῦ νεάνιδες ἦραν τὰς χεῖρας αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ εἶπον· Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ βασιλεὺς τῶν αἰώνων, ὁ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον κτισθῆναι ὢν πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ διαμένων εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας, ἔπιδε ἐφ' ἡμᾶς, ὅτι σὸν ποίημά ἐσμεν, καὶ μὴ ἐάσῃς ἡμᾶς ἡττηθῆναι μητέρας μετὰ παίδων· ἀλλὰ δὸς ἡμῖν τὸν ἀγῶνα τοῦτον τῇ σῇ δυνάμει ἐκτελέσαι, καὶ μὴ ἀσεβῆσ ἡμᾶς ἐάσῃς τοῦ σαθῆναι τούτου ἐξελθεῖν, μήτε αἰρετικὸν ἢ ἑλληνα μένειν ἐν τῷ ἄρρωστῳ τούτῳ συγχωρήσῃς, ὅτι εὐλογημένος εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Φωνὴ δὲ ἦλθεν αὐταῖς ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα· Θαρσεῖτε, μὴ φοβεῖσθε. Προσελθόντες δὲ οἱ δήμιοι μετὰ τῶν ξύλων, ἀπέκλειναν αὐτὰς μετὰ τῶν παίδων αὐτῶν. Εὐθέως δὲ πεσόντες οἱ δήμιοι διεφώνησαν· καί τινες τῶν Χριστιανῶν, λάβοντες τῶν ἀθλοφόρων γυναικῶν μετὰ τῶν παίδων αὐτῶν, κατέθεντο αὐτὰ ἐν τόπῳ Σεμνῷ, εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ διὰ παντός.

C Τὸ δὲ ἐξέρκειον Μελελίου ἐκεῖ ἐπελέλυν τὰς εὐχὰς ἐν τῷ ὄρει, μετὰ τῶν πιστευσάντων τελευτέων στρατιωτῶν. Ὁ δὲ ἀνομώτατος Μάξιμος ἐκέλευσεν τῷ ἑαυτοῦ στρατηλάτῃ εἰσελθεῖν εἰς τὴν ὕλην Καυδακορέων, ἐν τῷ ὄρει ὅπου ἦν τὸ ἐξέρκειον Μελελίου· καὶ ἐκέλευσεν τοὺς μὲν τραχηλοκοπηθῆναι, τοὺς δὲ λακτίζεσθαι, τοὺς δὲ ὑπολοίπους σκελοκοπηθῆναι. Ἀκούσαντες δὲ οἱ στρατιῶται τοῦ Χριστοῦ, ἐδόξασαν τὸν Θεὸν, λέγοντες· Εὐλογοῦμέν σε, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἀγαθὲ εὐεργέτα πάντων ἡμῶν, ὅτι κατηξίωσας ἡμᾶς μετὰ τῶν σῶν θεραπόντων καὶ ἀθλοφόρων εὐρεθῆναι· καὶ νῦν ἀξιοῦμέν σε, Δέσποτα, μὴ ἐάσῃς ἡμᾶς ἀσεβῆσ εἶναι, ἀλλὰ δέξαι ἡμῶν τὰς ψυχὰς ἐν ἀνέσει, ὅτι εὐλογημένος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ εὐξάμενοι ἔδωκαν ἑαυτοὺς ὡς πρόβατα εἰς σφαγὴν, καὶ ἀπῆλθησαν τῆν βοήθειαν Μαξίμου· χαίροντες δὲ οἱ ἀθλοφόροι ἔκλιναν τοὺς αὐχένας, καὶ ἐτελειώθησαν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Τὰ δὲ σώματα αὐτῶν ἀφανῆ ἐγένοντο εὐθέως. Μάξιμος δὲ

tes? Cui deinde illi; Male, respondent, peret Imperator tuus temporarius, & tu pariter, diique tui. Nos quippe supra omnes cælos Deum constitutum agnovimus, qui cæli terræ & omnium Dominus est creaturarum, cujus nutu & arbitrio Reges & Principes dominantur. Ad quæ Tyrannus; Apud Imperatorem, ait, contra vos actionem instituam, qui cingulo militari cunctos ignominiose spoliabit. Tunc generosi milites zonis suis sponte & ultro ad Maximi pedes abjectis, Meletianis sese turmis adjunxerunt. EX MS. FLORENT. *abjecta zona Meletianis se jungunt.*

52 At impius Tyrannus adduci ad se imperavit uxores & liberos militum omnium qui imperio Meletii hactenus paruerant, quibus ut sacrificio deos venerarentur injunxit. Festa vero & Fausta & Marcellina, nec non Dessia, Susanna, Marciana, & Palladia Maximo responderunt; Non una vice ex fratribus nostris cognovisti, quod debitum uni super cælos Deo cultum religiose deferamus, nec licitum sit nobis alios ullos deos veneratione prosequi. Quod igitur animo meditaris, si ita vis, exequere. Maximus Dux ad mulieres; An hi etiam, inquit, adolescentuli diis nostris non sacrificant? Cui Dei supremi famulæ; Cæce animo & perverse, neque filii nostri, neque nos diis tuis, prout ais, sacrificamus; omnes quippe unanimiter Christum Jesum, verum Dei filium & cæli imperatorem pulcherrimum, in amore habemus & desiderio, & illi soli sacrificamus, qui vires nobis & robur sufficit adversus patris tui satanæ machinationes omnes. Excogita, hominum impiissime, supplicia & cruciatus illis similes, quibus Meletium & alios è numero nostro præcipuos frustra quamvis affecisti, an etiam nos falsis tuis persuasionibus vis decipere? male tibi sit, draco venenose, quemadmodum & patri tuo diabolo. A nobis namque, junioribus licet & tenerioribus, atque à liberis, vincendus es, cum noster nobis Deus non sit defuturus, qui progressas in arenam contra te, Tyranne, armis instruet. *Maximus eorumdem mulieres & parvulos frustra solicitat,*

53 Incensus ira Maximus, Rudia, inquit ad Satanæ ministros, ligna cædite, atque harum mulierum tamdiu capita contundite, donec ab animi nostri sententia haud amplius dissideant. Dum igitur illi ligna cædunt, generosæ Christi Amazones manus in cælum sustulerunt hoc modo orantes, Domine Jesu Christe, Rex seculorum, qui ante quam mundus hic constitueretur fuisti apud Patrem, & in omnia secula permanes; aspice, oramus, nos humiles famulasque tuas, neque permitte ut matres tibi devotæ cum liberis suis à Tyranno vincantur: sed potius illud effice, ut divina tua potentia subnixæ, certamen hoc sine dedecore finiamus, nec ingloriæ discedamus è stadio. Ne sinas hæreticorum aut gentilium ullum in campo hoc persistere, quoniam tu es benedictus in secula. Amen. Finita precatione vocem è cælo perceperunt dicentem; Confidite, nec quidquam timeatis. Cumque deinde armati fustibus accessissent carnifices, egregias cum prolibus suis matronas crudeliter mactarunt; sed & ipsimet in terram repente prostrati prodigiose exspirarunt. Christianorum deinde nonnulli fortium mulierum & puerorum corpora, non sine gratiarum Deo persoluta actione, loco comprimis honesto composuerunt. *& omnes fustibus mactari imperat;*

54 Meletiani interea milites, in sæpe dicto monte, una cum initiatis recenter fide Christiana commilitonibus, precibus intenti perseverabant; cum impiissimus Tyrannus in Candacoreorum sylvam, quæ ipso in monte quem Meletianus occupaverat exercitus erat constituta, copiarum suarum ductorem immittit, adjuncto imperio ut alios capite, pedibus alios, & alios denique cruribus minuerent. Cujus rei accepto nuntio, insignes Christi pugiles debitam Deo gloriam hac oratione reddiderunt; Benedicimus te, Christe, *viros autem ab immisso satellitio trucidari.*

EX MS. FLORENT.

Christe, Deus noster, ac benefactor optime, quoniam hoc tibi placuit, ut inter eximios tuos famulos & pugiles fortissimos numeraremur. Istud itaque te nunc, Domine, oramus, ne inglorios esse nos permittas, sed nostras potius animas in pacem placidam recipere digneris, quoniam tu es benedictus in secula. Amen. Hæc ubi sunt precati, seipsos, veluti innocentes oviculæ, in occisionem tradiderunt, & missis à Maximo copiis ultro sese dederunt obvios; ac paulo post sua gladio subjicientes colla, finem fecerunt vivendi, in nomine Patris & Filii & Spiritui sancti. Mox autem ut suas Martyres efflarunt animas, corpora quoque eorum videri defierunt. Cumque ipsemet ad locum accessisset Tyrannus, sanctorum Militum cadavera igni daturus concremanda, nullum eorum valuit reperire.

omnium corpora subito disparent.

ἐλθὼν ἐπὶ τ τοπον τ ὀργ ἤθελεν τὰ Cώματα καταλαῦσαι τ γενναιοτάτων στρατιωτ τ Χριστ, εὗρεν δὲ ὐδέν. D

CAPUT VIII.

Post nova supplicia capite plectuntur Ioannes & Stephanus. Meletius Apollinis statuam comminuit.

Meletius & socii in fornacem miss.

55 IN hunc modum confusione affectus Maximus, ad eum quem parari jusserat furnum gressus suos retulit: quem diligentius considerans, omnia ejus exteriora, ad instar æris candentis violentiâ ignis lucescere conspexit. In eum igitur generosos & parta non semel victoria insignes Martyres, Meletium, Joannem, & Stephanum mandavit immitti. Quod ut factum fuit, & Christi signo Milites sese sanctissimi munierunt, generose profecto supplicium subierunt. Quamvis itaque omnia furni exteriora multo igne splendescerent, interior tamen ejus facies paradisum quemdam, gratissimo rore sensus mulcentem, referebat: Michaël quippe, Angelus testamenti Domini, cum Martyribus in medio deambulabat furno. Tyranni interim administri, observato diligenter communitoque furni candentis ore, alii suas repetierunt domos; alii furnum & totius rei eventum observaturi, illic restiterunt. Tum quo in supplicio versabantur Sancti, psalmis & faustis apprecationibus Deum sibi reddebant propitium, sic orantes; Domine Deus noster, qui nos habuisti dignos, ut cum
a Archisacerdote & Episcopo tuo a Phoca, qui tui causa in balneum conjectus, per te quoque suam consecutus est salutem, nonnullam haberemus partem; quique tribus pueris, in fornace Babylonica constitutis, refrigerium prodigiose præbuisti; nos etiam nequaquam, oramus, despice, sed dextera tua potenti conserva, ut adversario nostro superiores evadamus, utque omnis populus cognoscat quod tu sis Deus vivens in secula.

B

56 Die uno elapso, ad furnum & rei eventum considerandum Tyrannus rediit. Ait ergo ad satellites suos, satanæ administros; Furni hujus os recludite, & quid virorum istorum ossibus sit factum videte. Quod cum illi fecissent, Sanctos Martyres, haud aliter quam si è balneo egressi recenter fuissent, vultu leniter rubente; & innoxio sudore perfusos repererunt. Ad Maximum igitur conversi; Aperuimus, inquiunt, ut jusseras, fornacem istam; atque ecce, cum tres solummodo viros in eam conjecerimus, quatuor tamen fuere à nobis deprehensi. Conspicatus eos Maximus, & magno furore correptus, adduci, ac liquefactum plumbum in aperta forcipibus Martyrum ora mandavit fundi. Sed invicti Christi milites, contempto quod parabatur supplicio, renidente vultu, manus cum hac precatione in cælum levarunt; Mentium humanarum illuminator supreme ac splendor æterne, Domine Jesu Christe, qui omnia perspicis, brachium excelsum & lux eorum qui in tenebris ambulant; qui Danielem è leonum faucibus eripuisti, eumdemque per puerum tuum Habacuc cibo recreasti, ac denique è lacu leonum eductum tua implevisti sapientia; ad cujus nutum atque arbitrium montes fumigant; qui gentem à te electam Ægyptiorum potestati & servituti, ac Regis ipsius Pharaonis eripuisti manibus; eripe & nos de manibus impii hujus & profani tyranni, & serva nos in gloriam

Κατασχωθὲς δὲ ὁ Μάξιμ ἦλθεν ἐπὶ τ φοῦρνον, κ προσεσχηκὼς τῷ φούρνῳ εἶδεν τὸ ἔξωθεν αὐτ ὡσεὶ χαλκὸν ἀκτινοβόλον ἀπὸ τ πυρός. Ἐκέλευσεν δὲ ἐμβληθῆναι τοὺς ἀθλοφόρους κ καλλίνικους Μάρτυρας, Μελέτιον, Ἰωάννην, κ Στέφανον. Βληθέντες δὲ οἱ Ἅγιοι ἐν τῷ φούρνῳ, κ ποιήσαντες τὸ ἐν τῷ Χριστῷ σφραγῖδα προθύμως ἀπῆλθον. Ὁ οὖν φοῦρνος ἔξωθεν μὲν ὡς ἀκτινοβόλων ἐκ τ πυρὸς, ἔσωθεν δ ἐγένετο ὡς δρόσ· Μιχαὴλ γὰρ, ὁ τ διαθήκης Κυρίου Ἄγγελ, ὢν συνελθὼν αὐτοῖς. Οἱ δὲ ὑπηρέται τ Μαξίμου σκεπάσαντες καὶ χρίσαντες τὸν θύραν τ φούρνου, οἱ μὲν ἀνεχώρησαν, οἱ δὲ λοιποὶ τὰ ἔξωθεν ἐφύλαττον. Οἱ δ Ἅγιοι καθήμενοι ἔσωθεν ἔψαλλον, εὐχόμενοι κ εὐλογοῦντες τ Θεὸν, κ λέγοντες· Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ καταξιώσας ἡμᾶς τυχεῖν τ μερίδ τ Ἀρχιερέως σου κ Ἐπισκόπου Φωκᾶ, τ βληθέντ ἐν τῷ λυτρῷ κ διασωθέντ ὑπὸ σου. Ὁ τοὺς τρεῖς παῖδας ἐν τῇ καμίνῳ δροσίσας, μὴ ὑπερίδῃς ἡμᾶς, ἀλλὰ τῇ δεξιᾷ σου φύλαξον ἡμᾶς, ἵνα νικήσωμεν τ ἀντικείμενον, ὅπως πιστεύσῃ πᾶς ὁ λαὸς, ὅτι Θεὸς εἶ ζῶν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. E

Μετὰ δὲ μίαν ἡμέραν ἀπελθὼν ὁ ἀνοσιώτατ Μάξιμ τ ἰδεῖν τὸν φοῦρνον, εἶπεν τοῖς ὑπηρέταις τ διαβόλου· Ἀνοίξαντες βλέπετε τὰ ὀστᾶ αὐτ τὸ τί ἐγένοντο. Οἱ δὲ ἀνοίξαντες εὗρον τοὺς Ἁγίους ὡς ἀπὸ λυτρου διαπυριῶντας κ ἱδρῶντας. Λέγουσιν οὖν οἱ ὑπηρέται τῷ Μαξίμῳ· Ἠνοίξαμεν τὸ στόμα τ φούρνου, δέσποτα, καθὼς ἐκέλευσας ἡμῖν· τρεῖς δὲ ἐβάλομεν κ τέσσαρες εὑρέθησαν. Ἰδὼν δὲ αὐτοὺς ὁ Μάξιμ, μανίᾳ πολλῇ φερόμενος, ἐκέλευσεν αὐτοὺς, κ κελεύει μόλυβδον λυθῆναι, κ μελὰ Cεδρολάβου τὰ στόματα αὐτ ἀνοιχθῆναι, κ ὕτως ἐκχέειν τὸν μόλιβδον εἰς τὰ στόματα αὐτ. Οἱ δὲ ἀθλοφόροι τ Χριστοῦ, καταφρονήσαντες κ ταύτης τ βασάνου, ἐμειδίων τῷ προσώπῳ· κ ὑψώσαντες τὰς χεῖρας αὐτ εἰς τ οὐρανὸν, εἶπον· Φωτὴρ ἐπουράνιε, λαμπτὴρ αἰώνιε, δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, παντεπόπτα, βραχίων ὑψηλὲ, φωταγωγὲ τ ἐν Cκότει διαπορευομένων, ὁ ῥυσάμενος τὸν Δανιὴλ ἐκ στόματ λεόντων κ διαβρέψας αὐτὸν διὰ παιδός σου Ἀμβακοὺμ, κ διασώσας αὐτὸν ἐκ τ λάκκου τ λεόντων, κ δοὺς αὐτῷ τὸν Cφίαν, ὁ κελεύων τοῖς ὄρεσι καπνίζειν κ καπνίζοντα, ὁ ῥυσάμενος τ λαόν σου ἐκ δουλείας Αἰγυπτίων καὶ ἐκ χειρὸς Φαραὼ, ῥῦσαι καὶ ἡμᾶς ἀπὸ τ ἀνόμου τούτου καὶ ματαίου ἀνδρὸς, καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς ἀσπίλους ἐν τῇ δόξῃ σου, ὅτι εὐλογημένος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

F

Καὶ εὐξαμένων αὐτῶν, πάλιν λυέχθη ὁ μόλιβδος, καὶ δέσαντες αὐτοὺς ὑπιδόφανῶς ἐρώτησαν αὐτοὺς,

& postero die educti incolumes,

A αὐτοὺς, καὶ ἀνοίξαντες τὰ σώματα αὐτῶν μετὰ ζυλολάβων, ἐνέχεαν τὸν μόλιβδον εἰς τὰ σώματα τῶν Ἁγίων. Καὶ παραχρῆμα οἱ ἐκτέμνοντες ὑπηρέται τὸν μόλιβδον διερράγησαν, καὶ οἱ λοιποὶ ἀνεχώρησαν, νομίσαντες εἶναι τοὺς Ἁγίους τεθνεῶτας. Τῶν δὲ ἁγίων Μαρτύρων μὴ ἀποθανόντων τὸν μολίβδον, καὶ τῶν δεσμῶν διαῤῥαγέντων, ἀναστάντες εὐλόγησαν τὸν Θεὸν, καὶ εἶπον· Εὐχαριστοῦμέν σε, Δέσποτα, Πάτερ ἐπουράνιε, καὶ εὐλογοῦμέν σε ὁ Θεὸς τῆς δόξης καὶ τῆς βοηθείας ἡμῶν· ἴδε, Κύριε, καὶ ἐπάκουσον τῆς δεήσεως τῶν ὀνομαλουμένων τὸ ὄνομά σου, ὅτι σὺ εἶ ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, σὺ εἶ ὁ πλούσιος ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, ὁ τῶν ἀδιηγήτων μυστηρίων χορηγὸς, ὁ θελήματι τῷ Πατρὸς διασκεδάσας τὸ Σκότος, ὁ νεύματι ἀγαθῷ συσκιάσας τὰ πάντα. Ἔπιδε, Κύριε, καὶ ἐπάκουσον τῆς φωνῆς ἡμῶν καὶ δοξαζόντων τὸ ὄνομά σου, καὶ ποίησον ἡμᾶς ἀξίους τῆς ἐπουρανίου βασιλείας γενέσθαι, καὶ ἀμέμπτως ἐκτελέσαι τὸν ἀγῶνα τοῦτον, καὶ μὴ ἐάσῃς ἡμᾶς ἐκσείσασθαι τὴν σαλίν τούτου, ἀλλὰ δέξαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐν ἀνέσει, ὅτι εὐλογημένος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ εὐξαμένων αὐτῶν πάλιν ὠρέχθη ὁ μόλιβδος, καὶ δήσαντες αὐτοὺς ὀπισθοφανῶς ἐγονάτισαν αὐτούς, Ὄχλος δὲ πολὺς ἀκούσας ταῦτα τὰ θαυμάσια, ἐπίστευσαν εἰς τὸν Χριστόν.

B Ἰδὼν δὲ ὁ Μάξιμος, ὅτι οὐδὲν δυνάταί ποιῆσαι αὐτούς, ἐκέλευσεν τὸν Ἰωάννην καὶ Στέφανον τραχηλοκοπηθῆναι· Σωακολουθεῖν δὲ καὶ τὸν Μελέτιον. Ὁ δὲ Μάξιμος ἐπηρώτα αὐτὸν, λέγων· Ὡς ἀκούω, Μελέτιε, τάχα τῷ ἐσταυρωμένῳ λατρεύεις ἀκμή. Μελέτιος εἶπεν· Ἄρτι οἶδας ἀνόητε, ὅτι λατρεύω τῷ ἐκ Μαρίας τῆς ἁγίας παρθένου τεχθέντι, τῷ σταυρωθέντι ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρῴδου τοῦ Βασιλέως, τῷ ταφέντι καὶ τριημέρῳ ἀνασάντι, τῷ λύσαντι τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου καὶ φωτίζοντι τὰ ἐσκοτισμένα, τῷ Σωταράσσοντι τὸ κύτος τῆς θαλάσσης, τῷ πανσόφῳ διασαφοῦντι τὰς τέχνας τοῦ πατρός σου τοῦ διαβόλου· εἰς αὐτὸν πιστεύω τὸν καθήμενον ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Πατρὸς, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεύων τῶν αἰώνων, σὺ δὲ, Μάξιμε, ἑτοιμάζει τὰς κολάσεις αἰωνίους.

C Οἱ δὲ δήμιοι, κατὰ τὸ κέλευσμα τοῦ Μαξίμου, παραλαβόντες τοὺς δύο, Ἰωάννην καὶ Στέφανον, ἀπήγαγον αὐτοὺς τελειῶσαι. Ὁ δὲ Ἰωάννης καὶ Στέφανος εἶπον Μελετίῳ· Ἀγαθὲ διδάσκαλε καὶ στρατηγὲ τῆς Σωτηρίας ἡμῶν, καὶ ὑπουργὲ καὶ θεράπων τοῦ Χριστοῦ, ἐν τάχει ἡμᾶς φθάσον· καθὼς γάρ ἐσμεν ὧδε κοινωνοὶ, οὕτως καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ αἰῶνι εὑρεθῶμεν περιπλεκόμενοι ἀλλήλοις. Ἀπέδωκαν τῷ ἐν Χριστῷ ἀγάπῃ, καὶ προθύμως ἀπίεσαν τελειωθῆναι, καὶ ἀναβλέψαντες εἰς τὸν οὐρανὸν εἶπον· Εὐλογοῦμέν σε, Κύριε, ὁ δοὺς ἡμῖν τὸ τρίπλοκον χάριν, καὶ ἐλεήσας τοὺς σοὺς δούλους, καὶ σώσας ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ κακοτέχνου διαβόλου· αὐτὸς, Δέσποτα Κύριε, ἀπόδος τῷ ἀνοήτῳ Μαξίμῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Τελεσάντων δὲ αὐτῶν τὸ εὐχὴν, φωνὴ ἦλθεν αὐτοῖς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσα· Καλῶς ἠθλήσατε ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου, δοῦλοί μου πιστοὶ, Ἰωάννη καὶ Στέφανε, ἀπολάβετε τὸν στέφανον ὑμῶν ἐν εἰρήνῃ· Ἰδοὺ γὰρ ἀνεῴχθησαν ἡμῖν αἱ πύλαι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὁ χορὸς τῶν Ἀγγέλων ἀγάλλεται ἐφ' ὑμῖν· δεῦτε οὖν ἐν εἰρήνῃ εἰς τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν. Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης εὔξαντο πρὸς τὸν Κύριον· Δεόμεθά σου, Κύριε τῆς ἀγαθότητος, ἐν παραθήκῃ ἔχε τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ θεράποντά σου Μελέτιον,

tuam innocuos; quoniam tu es benedictus in ſecula. Amen. EX MS.

57 Adhuc illis precantibus allatum eſt plumbum liquefactum. Supinos itaque collocantes & ligneos viros fortiſſimos, interrogationibus primum vexare, tum in aperta & diducta violenter eorum ora plumbum cœperunt infundere: at ecce, qui plumbo infundendo occupabantur carnifices, in partes ac fruſta ſunt diſrupti, quapropter exiſtimantes reliqui hoc in cruciatu vitam poſuiſſe Sanctos, ad ſua ſe recipiebant. Verum cum nihil ab infuſo plumbo moleſtiæ perſentiſſent Martyres, & ſponte ſua funes rupti eſſent ac vincula, in pedes erecti, his fere Deum verbis benedixerunt: Gratiarum tibi actiones, Domine & Pater cæleſtis, perſolvimus, & benedicimus te Deum gloriæ & auxilii noſtri. Reſpice, Domine, & invocantium te ſupplicationes hunc benigna excipe, quoniam tu es ſol omnis juſtitiæ & æquitatis. Tu dives es in miſericordia & miſerationibus, tu myſteriorum inenarrabilium auctor & princeps, qui ſecundum Patris tui voluntatem omnes ignorantiæ depellis tenebras, & ſanctiſſimo tuo arbitrio univerſa ſuſtentas: ad nos, Domine Deus noſter, reſpice, & vocem meritis te laudibus celebrantium clementer exaudi. Fac ut cæleſtis regni hereditate non inveniamur indigni, da ut ex hoc certamine abſque ulla gloriæ macula diſcedamus, animas denique noſtras in pace tandem, oramus, admitte, quoniam tu es benedictus in ſecula. Amen. Dum ſic precantur ſancti Martyres, rurſus allatum plumbum liquefactum, rurſus ſupino ore juſſi ſunt ingenua ſe dimittere: rebus autem tam admirandis fama acceptis, non modica hominum multitudo in Chriſtum credidit. FLORENT. *liquatum plumbum ore excipiunt.* E *nullo ſuo damno.*

58 Cum igitur ſua omnia conſilia & cruciatus fruſtra eſſe vidiſſet Maximus, Joanni & Stephano caput gladio mandavit auferri, ſubſequi vero ſeſe Meletium & intereſſe voluit: quem deinde ſic eſt allocutus; Quemadmodum intelligo, Meleti, crucifixo adhuc Deo ſacrificas. Cui Meletius; Jam, inquit, audiſti, inſane, quod eum religioſo cultu proſequar, qui è virgine Maria noſtri cauſa dignatus eſt naſci, qui ſub Pontio Pilato & Herode Rege cruci eſt affixus, qui deinde ſepultus tertia die à mortuis ſurrexit, qui mortis terrores & dolores ſuſtulit, ac obſcura omnia ſuo illuſtravit ſplendore; qui conturbat profundum maris, qui patris tui diaboli fraudes & machinationes omnes probe habet perſpectas. In eum credo, qui ſedet ad dexteram magnitudinis Patris ſui: quoniam ipſe eſt qui regit ſecula, & tibi, Maxime, ſupplicia præparat æterna. *Joannes & Stephanus capitis damnati* F

59 Carnifices autem, ut imperaverat Tyrannus, abductos Stephanum & Joannem ad ultimum trahebant ſupplicium. Qui ad Meletium converſi; Meleti, inquiebant, præceptor noſter optime, idemque ductor, ac noſtræ ſalutis adminiſter, & Chriſti famule, nos præeuntes celeritur tu ſubſequere: ut quemadmodum in vita hac omnia fuere nobis communia, ita quoque in feliciore illa invicem amico amplexu ſtringamus. Quibus dictis, & alter alteri pacem Chriſti apprecatus, ad mortem fortiter excipiendam pergebant. Ante tamen conjectis in cælum oculis; Benedicimus te, ajebant, Domine, qui triplicem nobis gratiam largitus es, & famulos tuos miſeratus à peſſimis diaboli fraudibus præſtitiſti innoxios. Tu ipſe, Domine, amenti Maximo ſecundum opera ejus tribue. Finem illis imponentibus orationi, vox è cælo fuit audita dicens; Pulchre pro nominis mei gloria decertaſtis, famuli mei fidiſſimi, Joannes & Stephane: nunc igitur in pace, quam meruiſtis, coronam accipite. Ecce enim apertæ vobis jam ſunt fores cælorum, & multitudo Angelorum veſtra cauſa exultat. In pace igitur cum gaudio accipite regni, vobis *valedicunt Meletio;*

EX MS. FLORENT.

dudum deſtinati poſſeſſionem. Audiri vox iſta deſierat, cum ita rurſum precati ſunt Sancti; Oramus te univerſæ bonitatis Domine, ut fidelis depoſiti loco habeas fratrem noſtrum Meletium; quoniam tu es in ſecula benedictus. Amen. Poſt quæ verba accedentes carnifices, fortiſſimorum militum ſacros deculſerunt vertices. Morientium Chriſti pugilum, Joannis & Stephani, inſignes animas in cælum quidem ſuſceperunt Angeli, ſed eorumdem illuſtrium heroum corpora mortalium oculis fuere erepta.

exſorum corpora diſparent ab oculis.

60 His peractis, ſceleratiſſimus Maximus, intrepidum Chriſti militem & palæſtritem Meletium denuo ad Apollinis fanum, ut vel coactus idolo immolaret, abduci præcepit. Quod ſimul ac miles ſanctiſſimus fuit ingreſſus, univerſum mox cœpit intremere. At impii Apollinis ſacrificuli, revocántes in memoriam quæ jam ante acciderant, pronos ſe ſolo proſtraverunt, exclamaveruntque magnis vocibus; Quid iſtud hominis huc adduxiſtis, ut deorum noſtrorum ſimulacra rurſum evertat? Verum cum tyranni mandato obtemperantes miniſtri, Meletium, ut idolo ſacrificaret inducere conarentur; ſuſpiciens ille in cælum, & ſigno Chriſti ſeſe communiens, precari hoc
B modo cœpit ac dicere; Domine ſupercæleſtis & brachium excellium, pereuntium ſalus certiſſima, qui Beli quondam idolum evertiſti, & occidiſti draconem; nunc, etiam Domine, vocem meam, precor, exaudi, & auxilium tuum mihi ſubmitte: ut ſicuti idoli alterius ſimulacrum æneum antea dejeciſti, ita & lapideum hocce idolum per me famulum tuum in terram proſternas, ne Tyrannus occaſionem habeat ſcandalizandi hominum puſillorum animos. Orationem finierat Meletius, cum talem ad ſe vocem deferri audiit; Meletie, famule mihi fidiſſime, aſcende ſis & idolo ruinam affer, quod continuo in fruſta comminuetur. Mox igitur Chriſti pugil Meletius, è retinentium ſeſe manibus juvenili alacritate eripiens, atque ad idolum aſcendens, illudque impellens humeris, in terram afflixit: dejectumque deorſum ſimulacrum lapideum in pulverem continuo fuit ſolutum. Ad ea deinde quæ ſupererant deorum ſigna progreſſus athleta Chriſti, univerſa comminuit. Quem comprehenſum ſacerdotes Apollinis aliique miniſtri ſatanæ, & lapidibus ad genas aeriter verberatum, ad Maximum Ducem, qui in agro & ſilva Candacoreorum domicilium tunc habebat, pertrahunt.

ſtatuam ejus comminuit

Meletius in adem Apollinis tractus,

61 Media autem via cum tantiſper conſediſſet Meletius, graviter ſane ingemuit, & lacrymans; Gratias, ait, tibi, habeo ingentes, Domine omnipotens & altiſſime, brachium nulli conſpicuum, cujus thronus inconſtantiæ omnis expers collocatus eſt ad Dei & Patris tui dexteram, quod nullo non tempore vires mihi roburque ſuffeceris ad comminuendas falſorum deorum ſtatuas æneas atque lapideas. Quod autem nunc ſupereſt, quoniam ſolus ex omnibus ſum relictus, oro ut depoſitum quod mihi commendaſti rurſus accipias. Tanta poſt iſtam precationem lætitia geſtiit Meletius, ut qui illum ducebant vehementer obſtupeſcerent, quin & pavore ſubito correpti in fugam ſe darent, relicto iſtic Meletio. Nubes quippe è cælo repente deſcenderat, & cum nube multitudo Angelorum, hymnos & gloriam Deo concinentium. Satellites interim & ſacerdotes ad Maximum digreſſi, quæcumque Apollinis ſimulacro facta fuerant, renuntiarunt, nec reticuerunt quanta è cælo gloria Meletio in via fuiſſet tributa. Sermonum novitate perculſus Maximus, in magnam admirationem tam ipſe, quam qui in comitatu ejus verſabantur, ſunt abrepti; è quibus non pauci fidem Chriſti, clam Tyranno, ſunt amplexi. Sanctus deinde Meletius, accepto cum gratiarum actione quo divinitus afficiebatur
C beneficio, & hilaritatem vultu ſpirans, ſua ſe ſponte Maximo rurſum obtulit.

inde raptatus ad Maximum,

ab Angelis animatur ad certamen.

ANNOTATA.

a S. Phocas, *primus ac celeberrimus in Ponto Martyr ſub Trajano, colitur* 14 *Iulii: quando ejus Acta examinabimus: ſed quis ſit* S. Zoilus Martyr *prope Tabiam tumulatus, de quo ſupra facta eſt mentio in fine capitis* 5, *non eſt facile divinare: ex duobus quem Menæa laudant, unicus qui huc ſpectare poſſet occurrit* 22 *Decembris.*

ὅτι εὐλογημένος εἷς εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. D
Καὶ προσελθόντες οἱ δήμιοι ἐτελείωσαν αὐτούς· τελειωθέντων δὲ τῶν ἀθλητῶν τοῦ Χριστοῦ Ἰωάννου καὶ Στεφάνου παρέλαβον ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ τὰς ψυχὰς αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανόν, τὰ δὲ λείψανα τῶν ἁγίων ἀθλητῶν ἀφανῆ ἐγένοντο.

Ὁ δὲ ἀνομώτατος Μάξιμος πάλιν ἐκέλευσεν τὸ στρατιώτην καὶ ἀγωνιστὴν τοῦ Χριστοῦ Μελέτιον ἀπάγεσθαι εἰς τὸν ναὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ ἀναγκάζειν αὐτὸν βίᾳ θύειν Ἀπόλλωνι. Ἀπενεχθέντος δὲ αὐτοῦ ἐν τῷ ἱερῷ, πᾶν τὸ ἱερὸν ἐσείσθη· οἱ δὲ ἱερεῖς, προσεσχηκότες τὰ γενόμενα, ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ κράξαντες φωνῇ μεγάλῃ εἶπον· Τί ἐνέγκατε αὐτόν, ἵνα καὶ τοὺς ὧδε θεοὺς καταρέψῃ. Οἱ οὖν ὑπηρέται ἠνέγκασαν αὐτὸν θύειν τῷ εἰδώλῳ· ἀναβλέψας δὲ εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ ποιήσας τὸν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα, ἤρξατο εὔχεσθαι καὶ λέγειν· Δέσποτα ἐπούρανιε, βραχίων ὕψηλε, Σωτηρία τῶν ἀπολλυμένων, ὁ τὸν Βὴλ καταρέψας καὶ τὸν δράκοντα διαρρήξας, καὶ νῦν Δέσποτα Ἰησοῦ ἐπάκουσόν μου, καὶ πέμψον τὸν σὸν βοήθειαν· καὶ ὡς κατέρεψας τὸ χαλκόργημα τοῦ εἰδώλου, οὕτως καὶ τοῦτο τὸ εἴδωλον τὸ λίθινον κατάρεψον δι' ἐμοῦ τοῦ δούλου σου, ἵνα μὴ ἔχει ὁ τύραννος τόπον σκανδαλίζειν τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων. Καὶ ἦλθεν φωνὴ λέγουσα· Μελέτιε θεράπων μου, ἄνελθε καὶ ὄλεσον τὸ εἴδωλον, καὶ σωτηριάσεται. Εὐθέως ὁ νεανίας τοῦ Χριστοῦ Μελέτιος, ἐκτινάξας τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐκ τῶν κατεχόντων αὐτὸν, καὶ ἀνελθὼν, καὶ ὠθήσας τὸ εἴδωλον, κατέρεψεν αὐτό. Πεσὸν δὲ τὸ ἄγαλμα τοῦ λίθου ἐγένετο ὡσεὶ ψάμμος· Ἐπιλαβόμενος δὲ τὰ σωθέντα εἴδωλα, ὅλα συνέτριψεν. Λαβόντες οὖν αὐτὸν οἱ μιαρώτατοι ἱερεῖς καὶ ὑπηρέται τοῦ διαβόλου, τύπτοντες λιθοῖς τὰς σιαγόνας αὐτοῦ, ἀπῆγαγον αὐτὸν πρὸς τὸν Δοῦκα Μάξιμον, ἐπάνω τοῦ ἀγροῦ Κανδακορέων εἰς τὴν ὕλην, ὅπου ἦν Δοὺξ ἐν τῷ οἰκήματι.

Καθίσας δὲ ὁ Μελέτιος εἰς μέσον τὴν ὁδόν, ἐστέναξεν πικρῶς, καὶ δακρύσας εἶπον· Εὐχαριστῶ σοι, Δέσποτα Κύριε, παντοκράτορ ὕψισε, βραχίων ἀόρατε, ὑψηλόθρονε, ἀσάλευτε, ὁ σωκαθεζόμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρός, ὅτι ἔδωκάς μοι ἰσχὺν καὶ δύναμιν ὅλον τοῦτον τὸν χαμηλὸν τοῦ ἐκτρίψαι τὰ εἴδωλα τὰ χαλκᾶ καὶ τὰ λίθινα· νῦν δέξαι λοιπὸν ἐμὲ ἔδωκάς μοι παραθήκην, διότι μόνος διάγω. Καὶ εὐθέως χαρᾶς ἐνεπλήσθη ὁ Μελέτιος, καὶ ἔκπληκτοι ἐγένοντο οἱ ἀπάγοντες αὐτόν· καὶ φοβοφερόμενοι, ἔασον αὐτὸν, καὶ ἔφυγον. Καθῆλθε γὰρ νεφέλη ἐπ' αὐτὸν, καὶ οἱ Ἄγγελοι σὺν αὐτῷ ὕμνουν καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεόν. Οἱ δὲ δήμιοι καὶ οἱ ἱερεῖς ἀπῆλθον πρὸς τὸν Μάξιμον, καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ πάντα τὰ γεγονότα περὶ τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ τὴν δόξαν τὴν ἐλθοῦσαν ἐπὶ τὸν Μελέτιον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Ἐθαύμασεν δὲ ὁ Μάξιμος ἀκούσας ταῦτα, καὶ ὁ ὄχλος σὺν αὐτῷ· πολλοὶ δὲ ἐξ αὐτῶν λαθραίως ἐπίσευσαν εἰς τὸν Χριστόν. Ὁ δὲ ἁγίος Μελέτιος, δεξάμενος τὴν χάριν τοῦ Σωτῆρος, ἀπίει φαιδρῷ τῷ προσώπῳ πρὸς τὸν Μάξιμον. F

A

CAPUT IX.

EX MS. FLORENT.

S. Meletii ad blanditias & minas invicti atque in cruce fixi conſtantia.

Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Μάξιμος φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, προσερχόμενον πρὸς αὐτὸν, ἐθαύμασεν τὸ γενναῖον αὐτοῦ καὶ τῶν πολλῶν ὑπομονῶν ἐν ταῖς τοσαύταις κακίσαις βασάνοις. Ἐνόμιζον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ἀφ' ἑαυτοῦ ἐλθὼν μετενόησεν καὶ ἦλθεν μετ' αὐτοῦ ἀρισήσαι διὰ τὴν πολλὴν ἀσιλίαν· ὁ γὰρ νεανίας προβαίνων ἀνδρειότερος ἐγίνετο, μηδὲν ἐσθίων μηδὲ πίνων, τρεφόμενος ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἐκέλευσεν οὖν ὁ ἄνομος Μάξιμος ἑτοιμασθῆναι ἐσθῆτας πανταχοίας, λευκήν τε καὶ ἄλλην ἔντιμον, καὶ ἀκυβκτὸν ἑτοιμασθῆναι, καὶ ἐδέσματα παντοῖα μεμαμμένα μετὰ τῶν ἱεροθύτων, ἵνα πίνων φάγῃ ἀπ' αὐτῶν, καὶ μὴ ἄθηται τί ἔφαγεν. Ἐλθόντος οὖν τοῦ ἁγίου Μελετίου, προσαπλώτησεν αὐτῷ ὁ Μάξιμος, τὸ δολερὸν τοῦ διαβόλου προβαλλόμενος δέλεαρ, καὶ λέγων· Μελέτιε, ἰδοὺ ἡτοίμασά σοι ἐσθῆτα πολυτελῆ, ἀπόθριξέ σε οὖν τὸν κεφαλόν, καὶ καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ ἐμοῦ ἵππου, ἄπελθε εἰς τὸ δημόσιον λουτρὸν, καὶ λοῦσαι, καὶ ἐλθὲ καὶ ἀνάπεσον μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ ἀρίστῳ, καὶ διατρελέσωμεν εὐφροσίαν μεγάλην σήμερον· ἔπαιζον γὰρ μετά σου, τούτους τοὺς ἑπτὰ χαμηροὺς δοκιμάζων σε, καὶ ἔπεχέ σου τὸ ἀξίωμα ὅπερ ἔχεις· καὶ πλείονα καὶ μείζονα ἀξιώματα ἔξεις καὶ ἐξέρχεται· γνωρίζω γὰρ τῷ Βασιλεῖ καὶ δώσει σοι.

Ὁ δὲ ἁγίος τοῦ Θεοῦ Μελέτιος ἁπλώσας τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτῷ κενὰ, καὶ λέγει αὐτῷ, ἄνομε κύων καὶ μιαρώτατε, ἀκμὴν ἀπιστεῖς τῷ ὑψιλοθρόνῳ Θεοῦ, τῷ βραχίονι τῷ ὑψηλῷ, τῷ ἀνεικάστῳ Υἱῷ αὐτοῦ τῷ καθημένῳ ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τῷ διατρέφοντί με καὶ ἐκδυναμοῦντί με· Οἶδα γὰρ Μάξιμε ἡτοίμασας τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, καὶ ὁ σκώληξ ὁ ἀκοίμητος, τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον· ἡ κόλασις ἡ αἰώνιος σοὶ καὶ τῷ Βασιλεῖ σου ἡ μερὶς, ὡς τοῦ πικροῦ Ἰούδα μετὰ τῶν πανουργίων τοῖς εἰδώλοις. Ὅσις γὰρ ἀρνεῖται τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τοῦτο μερίδα καὶ τὸν ἀπαγχονισμὸν αὐτοῦ κληρονομήσει. Τότε χολέσας ὁ Μάξιμος λέγει τῷ Μελετίῳ· Οὕτως σε σταυρώσω, ὡς καὶ τὸν υἱὸν Μαρίας οἱ Ἰουδαῖοι, ἐσταύρωσεν, ὅπερ καὶ σὺ σέβῃ· καὶ κελεύω τρεῖς ἥλους γενέσθαι, καὶ καθηλωθῆναι τὸν ἕνα ἐν τῷ μετώπῳ σου ὅπου ποιεῖς τοῦ σφραγίδα, καὶ ἕνα ἐν τῷ στήθει, καὶ ἕνα τῇ κοιλίᾳ. Ὁ δὲ ἀθλητὴς τοῦ Χριστοῦ Μελέτιος λέγει τῷ Μαξίμῳ· Παρακαλῶ σε τοῦτο μὴ ποιήσῃς, ὅτι ὄκ εἰμι ἄξιος τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου μου εἶναι ὅμοιος. Ὁ δὲ Μάξιμος, ἐμμανὴς γενόμενος, λέγει τῷ Μελετίῳ, Οὐ μόνον σταυρώσω σε, ἀλλὰ καὶ τὸ ἥμισύ σου πρήσω, καὶ ἔωσε ἐσταυρωμένον ἐν τῇ πεύκῃ, ἵνα καὶ τὰ ὄρνεα φάγωνταί σε, ἵνα μὴ καί σε σέβωνται οἱ Χριστιανοί.

Ὁ δὲ ἀθλητὴς τοῦ Χριστοῦ εὐχόμενος, οὕτως εἶπεν· Δέσποτα παντοκράτορ, ὁ τῶν ὄντων ὑπερουρανίων πατὴρ καὶ Θεὸς, ὁ τῶν ἀερίων δρόμος, καὶ τῶν ἐπιγείων φύλαξ, πρόσδεξαι τὴν ψυχήν μου, καὶ πέμψον τὸν Ἄγγελόν σου, ἵνα δέξηται ταύτην, ὅτι εὐλογημένος εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Τελέσαντος δὲ αὐτοῦ τὴν εὐχήν, ἦλθεν φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ λέγουσα· Θάρσει, Ἐγώ εἰμι μετά σου. Ὁ δὲ ἀνομώτατος Μάξιμος ἀκούσας τῆς φωνῆς, οὐκ ἠσχύνθη,

62 COnſpicatus Meletium Maximus, renidente ore ad ſupplicia ultro properantem, generoſam militis indolem, & in crudeliſſimis cruciatibus perferendis fortitudinem atque conſtantiam admirari ſatis nequivit; perſuadebat tamen ſibi, quoniam ultro veniebat, pœnitudine præteritorum ductum, & diuturna exhauſtum fame, velle eodem cum ipſo uti prandio. Aſt Meletius, creſcente adhuc ætate juvenis, cum nec cibum ſumeret nec potum, robuſtior tamen ſemper evadere conſpiciebatur, à ſancto videlicet Spiritu melioribus cibis enutritus. Sceleſtus igitur Maximus pretioſas omnis generis veſtes, candoreque & cultu inſignes parari, menſam ſterni, & omnis item generis cibos inferri, iiſque idolothyta permiſceri juſſit, ut hiſce neſcius atque incautus veſceretur Meletius. Quem ut Tyrannus advenientem conſpexit, ſine mora obviam occurrens, talibus diaboli illecebris expugnare ejus animum aggreſſus eſt; Ecce, Meleti, pretioſiſſimas ut tibi veſtes curaverim parari. Vade igitur, & capillitium tuum ut decet exornatum, quo ego ipſe uti ſoleo, equum inſcende, atque ad balneum lavandi gratia te confer; ut pariter mecum, & ejuſdem menſæ ſocius, diem hunc magna jucunditate tranſigas; quidquid enim ſeptem hiſce diebus à me eſt actum, ludus fuit, ut tuam animi fortitudinem & conſtantiam probarem. Recipe ergo quam poſſediſti hactenus militarem dignitatem, cui alia deinde plura atque majora ornamenta, & in plures copias imperium adjicientur: ad Imperatorem quippe de te rebuſque tuis cum laude perſcribam, nec dubium quin eas confeſtim tibi ſit delaturus.

Accedentem ad ſe Meletium blande excipiens Maximus

invitat ad prandium

63 Tunc Meletius, explicatis manibus Tyrannum percutiens; Adhuc, dicebat, canis impie & impure, fidem negare pergis Dei altiſſimi brachio forti & excelſo; & nulli alteri comparando ejus Filio, qui in dextera ejus ſedet; nec non & ſpiritui Sancto, qui me ſane admirabiliter, non tantum non eſt paſſus fame enectum mori, ſed ad vires inſuper meas roburque haud parum adjecit. Tibi profecto, Maxime, exteriores deſtinantur tenebræ, & vermis qui numquam moritur. Ignis inextinguibilis, & duratura æternum ſupplicia te æque ac Imperatorem tuum manent, ad eum modum quo illis nunc excruciatur acerbus Domini ſui proditor Judas, iique omnes qui idolis umquam cultum exhibuerunt. Quicumque enim Patrem negat, & Filium, & Spiritum ſanctum, ejuſdem cum Juda ſortis & anguſtiæ futurus eſt particeps. At ego, ait indignans Maximus, ita crucifigi te faciam affigi, quemadmodum Mariæ filium quem tu colis crucifixerunt Judæi: clavos etiam tres curabo confici, quorum uno frontem iſtam, quam Chriſti tui ſigno frequenter adeo ſoles munire, altero pectus, tertio ventrem tuum tranſfigam. Hoc unum, reſpondit miles Chriſti, ne facias oro: non enim ulla ratione dignus ſum, eodem quo Dominus meus, ſupplicio affici. Ob quæ verba in rabiem actus Tyrannus; Non ſolo, inquit, crucis ſupplicio interficiere, ſed mediam tui partem igne abſumam; ac demum cadaver tuum in pino ſuffixum mandabo ſervari, ut eum à volucribus fueris comeſtus, nulla te veneratione proſequantur Chriſtiani.

blanditiis ſpernentem

crucifigere minatur:

64 Poſt hæc generoſus Chriſti athleta ad orandum ſe compoſuit, dixitque; Omnipotens rerum cunctarum Domine, qui cæleſtium omnium Pater es atque Deus, & aëriis motibus ac converſionibus tempus ſtatuis ac ordinem; qui denique res in terra poſitas

gratulantem & trium clavis fixum

EX MS. FLORENT.

poſitas clementer ne pereant conſervas, animam tandem meam ut accipias obſecro, & Angelum tuum, qui eam tibi ſiſtat, demittere è cælo ne graveris; quoniam tu es benedictus in ſecula. Amen. Cumque ab orando deſiſteret, vox è cælo ruit; Aude, age, inquiens, Ego enim tibi adſum. Vocem eam quamvis ipſe etiam percepiſſit Maximus, non tamen præ pudore ab inceptis deſtitit, ſed clavos ingentes tres ad hoc paratos in medium proferri, & primum quidem in

in honore S. Trinitatis,

Meletii frontem defigi præcepit: quod cum ſtrenue conarentur ejus miniſtri, ſubita membrorum arefactione ſunt à Deo puniti. Tunc ad Tyrannum Meletius; Bene, inquit, habet, quod ternis me clavis ligno voluiſti affigi, canis furioſe, quo ſcilicet trium ſanctiſſimorum nominum, Patris & Filii & Spiritus ſancti gloria clarius eluceſcat: in quos ego ſine dubitatione credo, qua fide tam meipſum, quam alios omnes fidei ejuſdem conſortes, certam ſalutem conſecuturos plane exiſtimo. Vide ſis autem, impie Tyranne, quo modo tui patriſque tui diaboli ſatellites vitam infeliciter amiſerint.

65 Furore tunc correptus Maximus, ad pinum Martyrem ſuſpendi, ac ſuſpenſum deponi rurſus, & focum fieri imperat luculento igne ſuccenſum, quem nitro & adipe ut acrius ureret nutriri, in eumque juſſit Meletium conjici. Quod ante quam fieret, ejuſdem Tyranni imperio corpus ſancti Militis in partes plures concidi, & ſic devorandum flammis juſſit tradi: exiſtimabant enim, hoc ſupplicii genere conſumendum omnino athletam Chriſti Meletium. Sed neque ſic efficere quidquam impii valuerunt: cum enim è diſſecti corporis membris ſuaviſſima quædam, quaſi ex unguento, fragrantia fuiſſet diffuſa, eiſdem inter cruciatus acceſſio potius quam

B *jubet concidi & in ignem projici:*

ſed mortuis miniſtris illeſum manere videns

detrimentum factum apparuit. Divinam igitur potentiam oculis ſuis perſpicientes carnifices, & quod nocumenti nihil intuliſſent Meletio, ſed nova etiam quadam pulchritudine corpus ejus fulgeret; admiratione magna & ſtupore correpti, ipſo in loco repente in ſolum corruentes, exſpiraunt. Tunc & ſatanas ipſe vehementer admodum indoluit, cum ad perdendum Meletium ſuos omnes conatus fruſtra eſſe videret. At quicumque aderant ignoti Tyranno Chriſtiani, inſignem Meletii in patiendo tolerantiam admirati, ſuam Patri & Filio & Spiritui ſancto gloriam, ut æquum erat, tribuerunt.

C *iterum blandiendo tentat.*

66 Obſervans ergo Maximus tormenta ſua omnia generoſe à Meletio contemni, à ſe autem nihil profici, Martyrem è flammis præcepit educi. Quem ut ſanum plane atque illæſum eſſe conſpexit, nec ulla per cruciatus noxa affectum, magna fuit admiratione plenus. Sed ipſe deinde, & ſcelerati idolorum ſacrificuli, Meletium ad falſorum deorum cultum hoc modo ſunt pertrahere conati; Ecce qua te fortitudine animi corporiſque ornatum dii noſtri eſſe voluerint, dum precationum noſtrarum apud deos vi ac efficacia corpus tuum pulchrius & vegetius è tormentis evaſit. Nunc igitur amplius ne dubita diis ſacrificare, ut ſuam deinceps benevolentiam tibi pergant oſtendere. Hic enimvero ſanctus Dei famulus Meletius ſuas in cælum manus protendit ac dixit: Gratias tibi habeo maximas, Domine Deus noſter, propterea quod in omnibus quæ ſubivi hactenus tormentis, tam meipſum quam alios omnes qui nomē tuum ſanctum in veritate invocarunt, adverſariis ſuis voluiſti eſſe ſuperiores. Quo dicto, cælos vir ſanctus apertos habuit, & paratam ſibi à Domino Jeſu coronam videre meruit. Nonnulli quoque ex adſtantibus, iique occulte Chriſtiani, gloriam Domini tunc ſunt contemplati. Hi quippe viri ſancti veſtigia omnia obſervabant, ut cum è vita hac mortali emigraſſet, ſacrum ejus corpus furtim poſſint auferre.

Ille vero gratias Deo agit,

ἀλλ' ἐκέλευσεν τοὺς τρεῖς ἥλους προσηλωθῆναι αὐτῷ, D
τὸ ἕνα ἐν τῷ μέσῳ. Καὶ ἤρξαντο κρούειν οἱ ὑπηρέται, καὶ εὐθέως ἐξηράνθησαν. Καὶ λέγει ὁ Μελέτιος τῷ Μαξίμῳ· Καλῶς ἐποίησας, κύων ἀνόητε, ὅτι τρεῖς ἥλους εἴπας προσηλῶσαί με, εἰς ὄνομα τῆς τρισαγίας φωνῆς, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, ὡς ἐγὼ πιστεύω, διὰ ταύτης γὰρ τῆς πίστεως σωθήσομαι καὶ πάντες οἱ πιστεύοντες. Βλέπε δὲ, ἄνομε Μάξιμε, τίνι βοηθεῖν σε καὶ τῷ πατρός σου τῷ διαβόλῳ πῶς ἀπέψυχαν.

Παραχρῆμα δὲ θυμωθεὶς ὁ Μάξιμος ἐκέλευσεν αὐτὸν χρεμαθῆναι ἐν τῇ πεύκῃ, μετὰ δὲ τὸ χρεμαθῆναι αὐτὸν, λέγει ὁ Μάξιμος πάλιν κατενεχθῆναι αὐτὸν καὶ ἐσχάραν γενέσθαι καὶ ὑποκαέσθαι αὐτῷ, καὶ ἐν αὐτῇ πάσασθαι ἀφόνιτρον, καὶ σταυρὸν βληθῆναι ἐν αὐτῇ· καὶ κελεύει αὐτὸν εἰς αὐτὸν δεθῆναι, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ πρότερον τεμνέσθαι μαχαίραις, καὶ οὕτως βληθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάρᾳ, νομίσαντες ἐκ τοῦ βασάνου ταύτης ἀναλίσκειν τὸν ἀθλητὴν τοῦ Χριστοῦ Μελέτιον· καὶ ὅδε ὅτως ἴσχυσαν. Καὶ γὰρ τὸ μὲν σαρκὸς αὐτοῦ ἡ ὀσμὴ ὡς μύρον εὐωδίας ἀνήρχετο ἐκ τῆς ἐσχάρας, τοῦ δὲ σώματος αὐτοῦ ἡ προσθήκη ἐγένετο. Ἰδόντες δὲ οἱ δήμιοι τῷ μεγάλῳ δυνάμει τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι οὐδὲν ἠδίκησαν αὐτὸν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ σῶμα αὐτοῦ φαιδρότερον ἐγένετο, ἐθαύμασεν· καὶ ὡς ἐν ἐκστάσει γενόμενοι, πεσόντες παραχρῆμα ἀπέψυξαν. Ὁ δὲ διάβολος ἐκάθητο πενθῶν, διότι οὐκ ἴσχυσεν ἀποστῆσαι τὸν Μελέτιον. Οἱ δὲ περισάμενοι χρυφῇ Χριστιανοὶ, ἰδόντες τῷ πολλῷ ὑπομονῷ τοῦ Μελετίου, ἐδόξασαν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

Ἰδὼν δὲ ὁ Μάξιμος ὅτι γεννάως καταφρονεῖ τῶν βασάνων καὶ οὐδὲν ὠφελεῖ, ἐκέλευσεν ἐκβληθῆναι αὐτὸν ἐκ τῆς ἐσχάρας, καὶ θεασάμενος αὐτὸν, εἶδεν ὅτι ἡ σὰρξ αὐτοῦ οὐκ ἐκάη, καὶ μάσιξ οὐκ ἥψατο αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμασεν. Ὁ δὲ Μάξιμος καὶ οἱ μερεῖς παρῴνουν τῷ Μελετίῳ λέγοντες, Ἰδοὺ ὡς οἱ θεοὶ σε ἐδυνάμωσάν σε, καὶ τὸ σῶμά σου μᾶλλον εὐθαλὲς ἐγένετο, διὰ τὰς ἡμῶν εἰς τοὺς θεοὺς εὐχὰς καὶ σπουδάς· νῦν οὖν πρόσελθε καὶ θῦσον τοῖς θεοῖς, ἵνα εὐίλατοί σοι γένωνται. Ὁ δὲ ἅγιος τοῦ Θεοῦ Μελέτιος ἐπάρας τὰς χεῖρας αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν εἶπεν· Εὐχαριστῶ σε, Δέσποτα Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὅτι ἐν πάσαις ταῖς βασάνοις τοῦ νίκου μοι παρέχεις καὶ τοῖς ὀπτικαλυμμένοις σε ἐν ἀληθείᾳ. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, εἶδεν τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον καὶ στέφανον αὐτῷ ἑτοιμαζόμενον παρὰ Κυρίου Ἰησοῦ. Τινὲς δὲ τῶν ἐσώτων λαθρέως Χριστιανῶν ἴδον καὶ αὐτοὶ τοῦ δόξαν τοῦ Θεοῦ· ἠκολούθουν γὰρ τῇ ἀθλήτῃ αὐτοῦ εἰς τὸ τελειωθῆναι αὐτὸν, καὶ ὅτως ἁρπάσαι τὸ λείψανον αὐτοῦ. E F

Ποιήσας δὲ ὁ Μελέτιος τὸν ἐν Χριστῷ σφραγίδα, εἶπεν τῷ Μαξίμῳ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ μιαιφόνοις· Ἀκμὴν ὑμεῖς Σκύθαι ἀφρονέστατοι, ὡς εἰς τὸν ἀπόλειαν ἀπέλθητε τὸν ἡτοιμασμένον ὑμῖν μετὰ τῶν θεῶν ὑμῶν καὶ τοῦ Βασιλέως ὑμῶν καὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ Σατανᾶ. Οἱ δὲ μερεῖς ἀκούσαντες ταῦτα, ἐπεζήτησαν ἐπελθεῖν αὐτῷ, καὶ εὐθέως ἀπέψυξαν. Ὁ δὲ διάβολος μεταμορφωθεὶς εἰς γυναῖκα, ἐκάθητο καὶ ἐπένθη, μὴ ἰσχύσας τι ποιῆσαι τῷ Μελετίῳ. Οἱ οὖν βλέποντες αὐτὸν, ὑπόμιζον, ὅτι γυνή τις ἐπένθη τὸν Μελέτιον. Προσελθὼν δὲ ὁ Μάξιμος εἶπεν τῷ Μελετίῳ· Εἰ μὴ θέλῃς θῦσαι, εἶπε, Μέγιστος ὁ ζεὺς, ἢ ὁ Ἀπόλλων, καὶ ἀπαλλάσσῃ τῶν

κολάσεων

A κολάσεων, καὶ λάβε σὺ τὸν τιμὸν ὃν ἔχεις τὸν τοῦ Στρατηλάτου, καὶ δηλῶ τῷ Βασιλεῖ, καὶ πέμψει σοι χρήματα πολλὰ καὶ τιμὸν μειζοτέραν.

Λέγει ὁ Μελέτιος τῷ Μαξίμῳ· Ἀτυχέσατε, τὸν Θεόν μου οὐκ ἔχω ἀκαταλεῖψαι· αὐτὸς γὰρ παρέχει μοι ἰσχὺν καὶ δύναμιν καὶ τιμήν· ὃν δὲ σὺ προσκυνεῖς, ὁ Σατανᾶς ἐστι ὁ πατήρ σου, καὶ μεταβληθεὶς εἰς γυναῖκα καὶ θρίων ὅτι ἡττήθη. Τίνι δὲ καὶ θύσω, ἀνόητε; τῷ χαλκουργήματι, ὃ κατέσρεψα, ἢ τοὺς λίθους τοὺς Σωτερίμβους; Λέγει ὁ Μάξιμος τῷ Μελελίῳ· Ἰδοὺ, αὐτὴ ἡ ἐλευθέρα διάσε θρίωει, καὶ τὴν νεότητά σου ἀναλαλεῖται, καὶ σὺ οὐκ οἰκτίρεις Σεαυτόν; Λέγει αὐτῷ ὁ Μελέτιος· Ἐλευθέρα ἐστὶν αὐτή; Ἐγὼ δείξω ὑμῖν ἄρτι τίς ἐστιν· καὶ ποιήσας τὸν ἐν Χριστῷ σφραγίδα ἐπετίμησεν αὐτῇ, καὶ εὐθέως ἀφανὶς ἐγένετο. Καὶ λέγει τῷ Μαξίμῳ ὁ Μελέτιος· Ἰδοὺ, ὁ πατήρ σου καὶ οἱ θεοί σου ἄφαντοι γεγόνασιν· μετὰ γὰρ ὀλίγας ἡμέρας ἀναλώσει καί σε ῥομφαία Κυρίου, καὶ ἐκδιώξει τὸν πατέρα σου τὸν Σατανᾶν καὶ τοὺς πιστεύοντας τοῖς
B θεοῖς σου.

67 Hoc igitur tempore Meletius, ſigno Chriſtianorum fronti ſuæ impreſſo, ita Maximum & idolorum ſacerdotes eſt allocutus; Necdum intelligitis, hominum amentiſſimi, qua ratione præcipites ruatis in perniciem & damnationem, quæ vobis, & idolis veſtris, & Imperatori & patri veſtro ſatanæ dudum eſt parata? Iſto Meletii ſermone in furorem verſi ſacerdotes impii, ut in eum irruere ſibi concederetur, veniam poſtularunt, ſed repentina omnes morte fuerunt extincti. Tunc cacodæmon, mulierem mentitus habitu, planctus ingentes edidit, cum fruſtra à ſe Meletium imperi clare adeo perſpiceret. Qui autem obſervarunt diabolum mœrore tanto proſtratum, à vera quapiam muliere Meletium defleri ſunt arbitrati. Ad quem deinde accedens Maximus ita dixit; Si ſacrificare non vis, dic ſaltem, magnus eſt Deus Jupiter aut Apollo; & eſto liber à tormentis, ac priſtinum Ducis honorem recipe. Imperatori quoque de te ſcribam, qui non modicam pecuniæ vim ac majores etiam honores tibi largietur.

EX MS. FLORENT.

& dæmonem muliebri ſpecie plangentem

68 Cui Meletius; Mortalium quotquot ſunt infeliciſſime, non eſt quod ſperes fore ut Deus meus umquam à me deſeratur. Etenim ab ipſo omne mihi robur, omnis fortitudo, omnis gloria ſufficienter ſuppeditatur. Quem vero tu adoratione dignum autumas, diabolus eſt, pater tuus, qui mulieris nunc ſumpta facie ſortem ſuam deplorat, quod in tot certaminibus neceſſe habuerit fortiori ſe ſuccumbere. Sed age, cui, quæſo, ſacrificare me tandem jubes? æneone dæmonis ſimulacro, quod ego ipſe toties everti? diiſne iſtis lapideis, quos in fruſta toties & pulverem comminui? Ac Maximus; En, ait, ingenua iſta calamitatem tuam luctu & lacrymis proſequitur, florentem implorat ætatem, nec tui te ipſum capit miſeratio? Tum Meletius; Hæccine ingenua? faxo jam jam, quænam & unde ea ſit, perſpiciatis: formatoque Chriſti ſigno, diabolum virginem mentitum increpans, ex oculis omnium fecit evaneſcere. Ad Maximum deinde ſeſe & orationem convertens; Ecce, inquit, ut repente pater tuus ſatanas diique tui è noſtro ſe conſpectu ſubduxerint. Scito autem, quod non multos poſt dies gladius Domini ad interitum te perducet, & patrem tuum ſatanam, & idolorum cultores omnes perſequetur acerrime.

E

facit evaneſcere.

CAPUT X.

Meletio crucifixo convertuntur ſupplicii miniſtri: quibus per martyrium præmiſſis, moritur etiam ipſe.

C Ὁ δὲ Μάξιμος πάλιν ὑποβληθεὶς ἐκ τοῦ Σατανᾶ λέγει τῷ Μελελίῳ· Ὅλοις ὃ θέλεις θῦσαι, κἂν μόνον τῷ θεῷ Ἀπόλλωνι. Λέγει ὁ Μελέτιος· Ἕως πότε ἀσωτεῖς, ἄνομε; ἐγὼ Χριστὸν ἔχων διὰ παντὸς φυλάσσοντά με, οὐδέποτε πειθήσομαι τῷ δολίῳ σου στόματι, οὐδὲ μολυνῶ τὸ στόμα μου τὸ ἅγιον τοῖς μιαροῖς βδελύγμασιν, οὐδὲ σωέρχομαί σοι εἰς τὴν ἀπόλειαν, πρόξενε τῆς ἀπολείας, καὶ ἀνομίας διδάσκαλε, πλάσεως διάκονε, καὶ ἔκδικε τοῦ πατρός σου τοῦ Σατανᾶ, στρατηγὲ τῆς πλάνης, σύμβουλε τῆς παραβάσεως· ὁ γὰρ τὸν Κύριον ἡμῶν μὴ ὁμολογῶν, βασιλείας οὐρανῶν ἀλλότριός ἐστιν. Ὁ δὲ Μάξιμος μηδὲ ὅτως αἰσχυνθεὶς, ἀλλὰ τὸ ἀναιδὲς ἐνδεικνύμενος, παρήνει αὐτῷ λέγων· Τοῦτο ποίησον, μόνον, φάγε μετ' ἐμοῦ· καὶ μελεσείλατο χρυσέως ἐκχυθῆναι μιαρόδυτα, ὡς ἂν μὴ εἰδότα πολλῶν τὸν Ἅγιον τοῖς μιαροῖς ἐδέσμασιν. Ὁ δὲ Μελέτιος λέγει τῷ Μαξίμῳ· Οὐ πείθεις, μηδεμία ψυχὴ, ᾗ διαβόλου; τί με κολακεύεις, πικρὲ θάνατε; τί με ἀγορεύεις, παγὶς τοῦ ῥιφέντος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ; τί μοι ἐνεδρεύεις, κακὲ ἰξευτά; τί μοι προσπυρίζεις, δράκων ἀδυνατε, ἀσπὶς ἰοβόλε, λέων ἀνεύρετε, μετὰ τοῦ πατρός σου Σατανᾶ, ἐν ἐν σοι καὶ μετά σου ὄντος. Ταῦτα ἀκούσας ὁ διάβολος μεταμορφωθεὶς εἰς ἄγγελον φωτός, λέγει τῷ Μελελίῳ· Ἃ σοι λέγουσιν ποίει. Οἱ δὲ ἱερεῖς ἀκούσαντες ταῦτα ἐχάρησαν· Ἐφάνη γὰρ τοῖς ἱερεῦσιν, ὡς Ζεὺς ὁ Θεὸς αὐτῶν. Ὀσφρανθεὶς δὲ ὁ Μελέτιος τὸν βρόμον τοῦ διαβόλου, εἶπεν πρὸς

69 Tyrannus, veluti à ſatana obcæcatus; Si, inquit, ſacrificare omnibus renuis, ſaltem Apollini ſupplex fias. Cui Meletius; Quamdiu, impie, inſanire perges? Ego certe qui Chriſtum ſervatorem meum colendum mihi pridem delegi, doloſis tuis ſermonibus perſuaderi mihi aliud non patiar, nec os aut linguam meam Deo uni ſacram impuris Deorum tuorum nominibus ſinam contaminari, nec denique ad tuas umquam partes accedam, perditionis omnis fabricator & magiſter impietatis, ruinæ hominum adminiſter peſſime, propugnator ſatanæ patris tui, fraudis ac deceptionis omnis dux, & prævaricationis impie conſiliarie; etenim qui Dominum noſtrum non confitetur, alienus eſt habendus à regno cælorum. Sed nec iſto reſponſo ad verecundiam aliquam perductus Tyrannus, quin magis etiam frontem impudentem oſtentans, ita Meletium hortari pergexit; Hoc igitur ſolummodo facias à te peto, iiſdem mecum cibis ut veſci ne renuas; atque interim oblata idolis fercula ſecreto imperat inferri, ut neſcientem quoque Meletium impiis dapibus in fraudem inducat. Sed ad Tyrannum Meletius; Nequaquam perſuades, homo nihili. Quid iſtas, quæſo, blanditias in medium profers, fili dæmonis, & morte ipſa acerbior? Quid oratione tua me tentas decipere, qui laqueus es diaboli, è cælo ob ſuperbiam dejecti? Quid mihi, auceps ſcelerate, ſtruis inſidias? Quid contra me ſibilas, draco nullarum virium, aſpis venena exſpuens, leo deprehenſu difficilis, pariter cum patre tuo ſatana, qui tecum & in te reſidens, vires ſuas omnes exerit? Hæc dæmon

F

Nec ſimulare alquantum,

nec menſæ communicare volens Meletius

audiens, ſeque in Angelum lucis transformans, Meletio dixit; Quidquid hi tibi faciendum dictitant, ſine mora exequere. Qua diaboli voce percepta idolomyſtæ gaudio exultarunt: habitum quippe Jovis & ſpeciem referens, ipſis ſeſe exhibuerat ſatanas. Meletius autem, ſimulatque vanum cacodæmonis conſilium audiit, hæc contra eum protulit; Qui te de cælo expulit Deus, idem te percutiet. Et ecce continuo igneus quidam veluti vortex apparuit, nec ſine ingenti ululatu dæmon diſparuit. Tunc è præſentibus iſtic viris non pauci in Chriſtum crediderunt: & dixerunt Maximo, Perdidiſti multitudinem hanc. Tyrannus vero, non aliter quam ſi ab ipſo ſatana in rabiem fuiſſet actus, Chriſti athletam Meletium alapis cædi mandavit. Sed quicumque auſi ſunt in eum manus expedire, morte ſubita vivendi fecerunt finē.

EX MS. FLORENT.

dæmonem ad ſuadentem repellit,

Maximo imminens exitium prædicit,

70 Atque hic ad Maximum Meletius; O quantus te, quamque inextinguibilis, & ob diritatem non ferendus manet ignis! O quam ſævus & immortalis vermis, cujus tu acerbos morſus numquam effugies, quemque ego ante oculos nunc meos habere mihi videor, & cogitans horreſco! Quid ſcelera in Deum accumulas, impie, cum ab æterna perditione haud procul abſis? Jam tibi, ſi id neſcis, paratus eſt fluvius quidam igneus, cujus tu flammas evitare numquam poteris. Quid igitur fruſtra teipſum decipis, cultum idolis & venerationem exhibens? Ea Meletii compellatione ad iram provocatus Tyrannus, ut Chriſti Martyr ſuſpendatur in pino imperat; & Carterius accerſatur chalcofaber, una cum duodecim artis ſuæ diſcipulis; quibus præſentibus ſic eſt locutus: Clavos, agite, cubitales, eoſque multo igne candentes afferte, ac hominem iſtum ſine mora ligno ſuffigite. Ad Meletium deinde; Ecce, ait, Chriſtus tuus diſcipulos fertur habuiſſe duodecim, totidem ſcilicet quot ſecum huc adduxit faber meus ærarius, qui mox ligno iſto ſuffigent, & tuis aliquando præſtigiis finem imponent. Cui Meletius; Vide, inquit, Tyranne, quam parum ſapienter ſis locutus; quos enim commemoraſti modo Chriſti diſcipulos, in tuum ipſe commemoraſti dedecus: ſic namque tibi prædico, fore ut Apoſtolorum duodecim apud Deum meritis, tam faber iſte ærarius, quam duodecim ejus diſcipuli, ea cælitus donentur gratia, qua egregie roborati, gloriam Dei & Chriſti non parum augeant: gratia, inquam, eis & robur dabitur, quo inſtructi vita tandem potiantur æterna.

B

ejuſque miniſtros creditūros in Chriſtum:

C

ſicut contigit, cum hi nihil ſe proficere viderent:

71 Hoc Meletii reſponſo ad iram concitatus Maximus, clavos æreos candentes extemplo produci, iiſque Martyrem transfigi præcipit. Productos in medium fabri forcipibus mox arripere, & quanta poterant malleorum vi in ventrem aliaque Meletii membra adigere: ſed fruſtra omnia. Clavi quippe, quantum adigebantur, tantum & retundebantur, cumque Martyris corpus attigiſſent repellebantur, atque in adſtantium & Meletio adverſantium gentilium oculos alte ſe penetrabant, exeæcabantque miſeros. Prodigio tam inſolito magnam Dei inviſibilis & altiſſimi potentiam, & Meletii juvenis in patiendo fortitudinem æſtimantes fabri ærarii, & quo modo hominem, tam multa tamque gravia paſſum, clavi igniti penetrare nequiviſſent, attendentes; projecto à ſeſe apparatu omni æreo, & inſtrumentis fabrilibus valere juſſis, in terram ſe proſtraverunt, Deoque altiſſimo gloriam reddidere debitam: jam quippe divina in eos gratia cælitus devenerat. Cuncti deinde ſublatis in altum oculis, voce magna ad Deum exclamarunt ita dicentes, Veriſſime magnus tu es, Deus Chriſtianorum; tyrannum autem alapis percutere ſunt aggreſſi. Qui ingenti concepta ira, procul à Candacoreorum ſylva abductos, capite omnes plecti mandavit. Pronuntiatam contra ſe mor-

nam fidem profeſſi

αὐτόν· Ὁ ῥίψας σε ἐκ τοῦ οὐρανοῦ Θεὸς κατάξει σε· καὶ εὐθέως ἐγένετο ὡς ἕλιξ πυρὸς, καὶ ὁλολύξας ἀφανὴς ἐγένετο. Τότε οὖν ἐπίστευσαν εἰς τὸν Χριστὸν ἄνδρες πολλοὶ, καὶ λέγουσι τῷ Μαξίμῳ· Ἀπώλεσας τὸν ὄχλον ἡμῶν. Καὶ θυμῷ κινηθεὶς ὁ Μάξιμος ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ἐκέλευσεν τὸν Μελέτιον κοσσοκοπεῖσθαι· καὶ ὅσοι ἐπεχείρουν αὐτῷ ἀπέψυχον.

D

Καὶ λέγει ὁ Μελέτιος τῷ Μαξίμῳ· Ὤ ποῖόν σοι πῦρ καίεται, ἄθλιε, ἄσβεστον καὶ ψευδίλιμα μὴ δυνάμενον! ὦ ποῖα δεσμὰ! ὦ ποίου σκώληκος ἀτελεύτητος, ὃν σὺ οὐκ ἐκφεύξῃ, ὃν ἐγὼ πρὸ ὀφθαλμῶν ὁρῶ καὶ φρίσσω! Τί ἀνομεῖς δύσινε εἰς τὸν ζῶντα Θεὸν, ὃ πλάσεώς σε ἐγγὺς ὤν; ἡτοίμασαι γάρ σοι πολαμὸς πυρὸς, ὃν οὐ δυνάσαι φυγεῖν. Τί οὖν μάτην ἑαυτὸν πλανᾷς τοῖς εἰδώλοις προσκυνῶν. Καὶ θυμωθεὶς ὁ Μάξιμος ἐκέλευσεν αὐτὸν πάλιν χρεμασθῆναι εἰς τὸ ξύλον· ἐκέλευσεν δὲ Καρτέριον τὸν χαλκέα μετὰ τῶν δώδεκα μαθητῶν αὐτοῦ ἐλθεῖν, καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἐλάσατε ἥλους πηχέους, καὶ προσενέγκατε αὐτοὺς πεπυρωμένους, καὶ καθηλώσατε αὐτόν. Ὁ δὲ ἄνομος Μάξιμος λέγει τῷ Μελετίῳ· Ἰδοὺ ὁ Χριστός σου εἶχεν δώδεκα μαθητὰς, καὶ ὁ χαλκεύς μου ἔχει δώδεκα μαθητὰς, οἵτινες καθηλώσουσί σε καὶ νικήσουσι τὰς μαγείας σου. Ὁ δὲ Ἅγιος τοῦ Θεοῦ ἀποκριθεὶς λέγει τῷ Μαξίμῳ· Τί τοῦτο ἐλάλησας; Ἰδοὺ ὡς ἐμνημόνευσας μαθητὰς τοῦ Χριστοῦ μου, καλὰ σεαυτοῦ ἐλάλησας· κατέρχεται ἡ χάρις τοῦ δώδεκα Ἀποστόλων ἐπὶ Καρτέριον τὸν χαλκέα, καὶ ἐπὶ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἐνισχύσαι αὐτοὺς εἰς τὴν δόξαν τοῦ Χριστοῦ μου· πάρεσι γὰρ δῶναι αὐτοῖς τὴν χάριν τῆς ἐπουρανίου ζωῆς.

E

Καὶ ταῦτα εἰπόντος τοῦ Ἁγίου, κολέσας ὁ ἄνομος Μάξιμος, ἐκέλευσεν προσαγαγεῖν τοὺς ἥλους ἐπυρωμένους τοὺς χαλκεῖς, καὶ καθηλῶσαι αὐτόν. Οἱ δὲ χαλκεῖς προσλώεγκαν τοὺς ἥλους πεπυρωμένους κατὰ τῆς κοιλίας τοῦ ἀθλητοῦ τοῦ Χριστοῦ, καὶ κατὰ πανὸς μέλους αὐτοῦ. Κρούοντες δὲ μετὰ τῶν σιδηροφόρων, οὐκ ἐδυνάντο καθηλῶσαι αὐτούς· οἱ γὰρ ἥλοι συνελίβοντο ὡς δὲ ἐκρούοντο, καὶ ἀπεπήδων κατὰ τῶν παρισαμένων ἑλλίων, καὶ καταλαβόντων τῷ Μελετίῳ οἱ αὐτοὶ ἥλοι ἀπίεσαν, καὶ συνεφόλευον ἐν ταῖς καρδίαις τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, καὶ παραχρῆμα ἀποτυφλῶντο. Οἱ οὖν χαλκεῖς προσεσχηκότες τῇ δυνάμει τοῦ ἀοράτου Θεοῦ καὶ ὑψίσου, καὶ τῇ ὑπομονῇ τοῦ νεανίου Μελετίου, καὶ ὅτι οἱ ἥλοι οὐκ ἤπτοντο αὐτοῦ παθόντος πολλὰ, ἔντρομοι γενόμενοι, ῥίψαντες πάντα τὰ σκεύη τὰ χαλκευτικὰ, καὶ τὰς μηχανὰς, καὶ τὰ σίδηρα αὐτῶν, καὶ πεσόντες ἐπὶ τὴν γῆν, ἐδόξασαν τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον· ἦλθεν γὰρ ἐπ' αὐτοὺς ἡ χάρις τοῦ Χριστοῦ. Ἀνατείναντες δὲ τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἦραν φωνὴν μεγάλην λέγοντες· Ἐπ' ἀληθείας σὺ εἶ ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν· καὶ ἔδωκαν κενὰ τῷ Μαξίμῳ τὰς χεῖρας αὐτῶν. Ὁ δὲ Μάξιμος θυμωθεὶς, ἐκέλευσεν ἀπενεχθῆναι αὐτοὺς πόῤῥωθεν τῆς ὕλης Κανδακορέων, κἀκεῖ τραχηλοκοπηθῆναι. Ἰδόντες δὲ οἱ χαλκεῖς τὴν ἐξελθοῦσαν κατ' αὐτῶν ἀπόφασιν, λέγουσιν τῷ ἀθλητῇ τοῦ Χριστοῦ· Μελέτιε, θεράπον τοῦ ὑψίστου Θεοῦ, εὖξαι ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα καὶ ἡμεῖς εὑρεθῶμεν ἐν ἀνέσει, καὶ ἵνα δέξηται τὰς ψυχὰς ἡμῶν ὁ Χριστὸς, ὡς καὶ Ἰωάννου καὶ Στεφάνου καὶ πάντων τῶν προτελειωθέντων, τῶν μαθητῶν σου καὶ ἀθλοφόρων.

F

Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ ἅγιος τοῦ Χριστοῦ Μελέτιος, κρεμάμενος ἐν τῇ πεύκῃ· Ποιήσατε τὸν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα

σφραγίδα ἐν τῷ μελώπῳ ὑμῶν, καὶ ὅπου ὁ νοῦς ὑμῶν, ἐκεῖ καὶ ὁ θησαυρός. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς ὑμᾶς ἀναπαύσει, ἐν ἀνέσει προσλαβόμενος μετὰ τῶν Ἁγίων αὐτοῦ. Καὶ λέγει ὁ Μελέτιος τῷ Μαξίμῳ· Οὐκ ἔλεγόν σοι, ματαίθλιε, ὅτι οὓς ἐμνημόνευσας Ἀποστόλους, αὐτοί σοι ἔχουσι καλαισχύνην. Καὶ ἀπῆλθεν Καρλέριος ὁ χαλκεὺς μετὰ τῶν δώδεκα μαθητῶν αὐτοῦ τελειωθῶναι ὑπὸ τοῦ ξίφους· ὡς δὲ προβατα ἐπὶ σφαγὴν τρέχοντες, καὶ ὑμνοῦντες, καὶ δοξάζοντες τὸν Θεὸν, ἀπελθόντες ἐπὶ τοῦ τόπου, καὶ ποιήσαντες τὸν ἐν Χριστῷ σφραγίδα, δοξάζοντες τὸν Θεὸν τὸ ὕψιστον, ἐξέτειναν τοὺς ἑαυτῶν αὐχένας, καὶ ἐδέξαντο τὸ ξίφος ἀγαλλιώμενοι. Ἐτελειώθησαν δὲ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὥρα ἐννάτη, ἡμέρᾳ παρασκευῇ. Τινὲς δὲ Χριστιανοὶ καθέθεντο αὐτοὺς ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἐν εἰρήνῃ.

Εἷς δὲ τῶν μιαρῶν ὁ συγκάθεδρος Μαξίμου, οὗ τὸ ὄνομα Μαδιοφάντης, λέγει τῷ Μαξίμῳ· Κέλευσόν μοι, κἀγὼ αὐτὸν προσκλώσω, διότι τοὺς ἡμετέρους θεοὺς ἐμίανεν. Καὶ ἐπέτρεψεν αὐτῷ ὁ Μάξιμος. Περιχαρὴς δὲ γενόμενος ὁ μιαρώτατος ἱερεὺς, νομίζων νικᾶν τὸν Θεὸν τὸν ἀόρατον, λαβὼν τοὺς ἥλους πεπυρωμένους, καὶ προσελθὼν τῷ ἀθλητῇ τοῦ Χριστοῦ Μελελίῳ, νομίζων καθηλοῦν τοῦ κοιλίαν αὐτοῦ, σκοπεῖ τὸν λογισμὸν, στρέψας τὸν ἦλον ἐνέκρυσεν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ, καὶ εὐθέως ἀπέψυξεν. Τότε λέγει ὁ ἀθλητὴς τοῦ Χριστοῦ Μελέτιος τῷ Μαξίμῳ· Ἰδοὺ ὅλη σου ἡ βοήθεια ἀπεγένετο, καὶ κατελείφθης σὺ μονώτατος μετὰ πατρός σου τοῦ διαβόλου· βλέπω γὰρ τοῦ ἡτοιμασμένου ῥομφαίαν κατά σου μετ' ὀλίγας ἡμέρας. Τί οὖν ὑποστρέφεις, ἄθλιε, τῷ δεσπότῃ τῶν ἀγώνων τῷ κλίσαντι τὰ Σύμπαντα; Ἰδοὺ γὰρ ἥκει σου ἡ Σωτήρια, καὶ ἡτοίμασταί σοι ὁ τάρταρος ὁ ἀγώνιος. Λέγει δὲ ὁ Μάξιμος τῷ ἀθλητῇ τοῦ Χριστοῦ Μελελίῳ· Οὐκ οὖν ἐν τῷ ταρτάρῳ ἔχω εἰσελθεῖν; Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἀθλητὴς τοῦ Χριστοῦ· Προεῖπόν σοι ὅτι σὺ, καὶ οἱ Σοί σοι ἀσεβεῖς, καὶ ὁ πατήρ σου, ὅσις πρόδρομός σου γέγονεν, τῷ γὰρ ταρτάρῳ τετήρησαι. Νῦν οὖν ἔτι ἓν μέλος μου οὐκ ἐκόλασας, τὸ τῶν γονάτων· κόλασον καὶ αὐτό. Οἶδα γὰρ ὅτι ὁ ἐμὸς Θεὸς δέχεταί μου τὴν ψυχὴν, ἕως ἂν καὶ τὸ βάσανον ταύτην ὑπενέγκω· σοὶ δὲ ἡτοίμασται ἡ ἀγώνιος κόλασις, τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, ὃ οὐκ ἐκφεύξῃ.

Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Μάξιμος ἐκέλευσεν καὶ αὐτὸ τὸ μέλος τὸ τῶν γονάτων καθηλῶσαι. Προσελθὼν δὲ ἄλλος μιερεὺς, καὶ λαβὼν τοὺς ἥλους ἵνα χρούσῃ ἐν τοῖς γόνασι τοῦ ἀθλητοῦ Μελελίου, λέγει αὐτῷ ὅτως· Ὅτι ἐν ταῖς μαγίαις αὐτοῦ τὸν Σωτῆρα μου ἀπέκτεινεν, καὶ τοὺς θεοὺς ἡμῶν ἐξουδένωσεν καὶ συνέτριψεν, ἐγὼ ἄρτι προσελθὼν δείξω αὐτῷ, ὅτι αἱ μαγίαι αὐτοῦ οὐδὲν ὠφελήσουσιν αὐτῷ. Καὶ ὑπακαλεσάμενος ὁ μιερεὺς τοὺς θεοὺς αὐτοῦ, λέγει. Ἐλθὲ μέγιστε Ζεὺ, ἡ Ἑρμῆ θεὲ, καὶ Ἡρακλῆ δυνάστα, καὶ Ἀσκληπιὲ, θεράποντες· καὶ ταῦτα εἰπὼν, καὶ προσελθὼν τεθαρρηκὼς τῇ ὑποβλήσει τοῦ διαβόλου, λαβὼν τὸν ἦλον, ἵνα χρούσῃ ἐν τοῖς γόνασιν αὐτοῦ, τὴν ἰδίαν χεῖρα καθήλωσεν ἐν τῇ πεύκῃ· καὶ ἐβόησεν ὁ μιαρὸς φωνῇ μεγάλῃ λέγων· Ὦ, Μάξιμε, ἀπόλεσας ἡμᾶς. Καθηλώσας γὰρ ὁ μιερεὺς τὴν ἰδίαν παλάμην, εὐθέως ἀπέψυξεν παρὰ τὸ δένδρον.

Ἔτι δὲ κρεμαμένου τοῦ ἀθλητοῦ τοῦ Χριστοῦ Μελετίου ἐν τῷ δένδρῳ, ἦλθεν φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν

tis oppetendæ ſententiam ut accepere; Meleti, inquiunt, ſerve Dei altiſſimi, preces, oramus, pro nobis & vota concipe, ut Deo frui mereamur; utque eo modo animas noſtras Chriſtus excipiat, quo Joannis & Stephani, & reliquorum diſcipulorum ac athletarum jam occiſorum excepit animas. EX MS. FLORENT.

72 Hoſce è pinu in qua pendebat allocutus Meletius; Signum, ajebat, Chriſti, frontibus veſtris imprimite; ubi enim mens veſtra & cogitatio, ibi & theſaurus veſter; vos namque ſuam in pacem & requiem admiſſurus eſt Chriſtus, & in Sanctorum ſuorum numerum adſcribet. Inde ad Tyrannum converſus; An non ita, ait, fore prædicebam, hominum miſerrime, ut quos profano ore nominaveras Apoſtolos, in tuum ipſius opprobrium pudoremque à te nominati eſſent? Carterius interea faber ærarius, pariter cum duodecim artis ſuæ diſcipulis, ad mortem gladio excipiendam, veluti oves ad occiſionem, intrepidi feſtinabant, ſupremæ ac divinæ majeſtatis celebrantes laudem. Ut ventum fuit ad locum ſupplicii, ſignum Chriſti frontibus omnes ſuis impreſſerunt, & perſolutis rurſum Deo laudibus, colla præbentes lictoribus, extremum magna ſua cum lætitia ictum exceperunt, ſupplicium autem & mortem ſubierunt in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, hora nona, die Paraſceves: quos è Chriſtianis quidam eo ipſo loco in pace ſepelierunt. *& à Meletio animati,* *Martyrium ſubierunt.* E

73 Sacerdotum porro nefariorum unus aliquis, qui Tyranno proximus ſedebat pro tribunali, & Madiophantes vocabatur, ad Maximum ait; Jube ſolummodo, & ego eum configam, propterea quod deos noſtros comminuere non ſit veritus. Annuente Maximo, lætitia geſtiens impuriſſimus ſacerdos, & Deum inviſibilem à ſe victum iri arbitratus, ac propior factus Meletio, acceptos candentes clavos, in Chriſti athletæ ventrem parabat defigere: cum ecce veluti emota mente in furorem verſus, clavum ingentem in ſua ipſe præcordia defixit, & momento temporis infeliciter exſpiravit. Tunc miles Chriſti Meletius ad Tyrannum dixit; Vide ut ſatellitium tuum univerſum paulatim ſit conſumptum, & ſolus tu cum patre tuo diabolo ſuperſtes ſis relictus. Video equidem, video romphæam, quæ non multis poſt diebus perniciem tibi ingentem allatura eſt. Ut quid igitur, miſer & miſerande, ſupplicem te exhibere dis-fers Domino ſeculorum, ac rerum omnium creatori? Ecce enim haud procul ab interitu abes, & gehenna tibi æterna imminet. In tartarum, ait Tyrannus, projiciendum igitur me affirmare audes? Cui athleta Chriſti; Jam, inquit, affirmavi, non de te ſolum, ſed etiam de omnibus, qui in tuo verſantur comitatu, nefariis hominibus, deque ipſo patre tuo diabolo, qui ad iſta te ſupplicia jam præivit. Tartaro ſervaris, impie. Nunc igitur, quoniam nullum adhuc circa genua perpeſſus fui cruciatum, in hanc age corporis mei partem furorem tuum converte. Perſpectum namque habeo, non ante meam me animam Deo traditurum, quam iſtud quoque ſupplicii genus ſubiero. Æternam interim pœnam ſcito & ignem parari inextinguibilem, quem ſi te evaſurum ſperas, vehementer falleris. *Meletius tyranno inſultans,* *monet ut etiam genua configi jubeat.* F

74 Audito Meletio, genuum confeſtim juncturas clavis trabalibus transfigi mandavit Tyrannus. Tunc è ſacrificulis unus in medium progreſſus, clavos arripuit, Meletii genua ipſemet confixurus; ante tamen ad Maximum ſe convertens; Quoniam hic, inquit, ejuſdem mecum ſacerdotii conſortem veneficiis ſuis morti traditum extinxit, & deos noſtros contemptui habitos impie contrivit, faxo abſque mora intelligat, nihil ei deinceps à magicis ſuis artibus auxilii eſſe ſperandum. Invocata deinde ſacrificulus deorum ſuorum ope; Adſis clamabat, ſupreme Jupiter, *Pro eis ſuccedens ſacrificulus moritur,* *quod conatus ſacrificulus alius*

piter, tuque Mercuri, & Hercules fortiſſime, & Æſculapi, juvate. Quibus dictis, & à diabolo veluti everſus mente, fidenter ad Meletium acceſſit, ut genibus Martyris clavum infigeret. Quam rem dum tentat, ſuam ipſe manum pino affixit. Magna igitur voce exclamans; Perdidiſti nos, inquiebat, o Maxime. Mox enim ut manum ſuam ligno ſuffixerat impius idolorum ſacerdos ad infelicem arborem, animam efflavit infeliciorem.

EX MS. FLORENT.

manum ſibi terebrat.

75 Pendente autem adhuc Meletio, vox repente è cælo talis fuit audita: Veni, & ad ſuperna conſcende, Meleti, athleta fortiſſime; in paradiſi mei intima te penetralia infer, Angelorum meorum electorum ordinibus, & Sanctorum multitudini ſocium te adjunge: ecce enim univerſum Juſtorum agmen te avide expectat, & quod meruiſti bravium porrigit. Quemadmodum ſane meam tu in terris voluntatem omnem perfeciſti, ita & in cælis quidquid deſideraveris, ego perficiam: quicumque vero ejus quam in te declaravi potentiæ, & gloriæ ac nominis tui, Meleti, gratam memoriam conſervaverit, ab omni calamitate, & periculis quantumvis magnis ſecurus evadet ac liber. Poſtquam iſta de cælo Dominus ceſſavit loqui, cæleſtes continuo ſpiritus cum nube in terram conſpecti ſunt deſcendere, qui Domino noſtro Jeſu Chriſto laudes egregie concinentes, Athletæ generoſiſſimi & Chriſti famuli Meletii animam læti ſuſceperunt; quam candidæ inſtar columbæ refulgentem ſupra omnes cælos avexere. Spectaculi ergo novitate attoniti & exultantes Chriſtiani, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum meritis laudum & gratiarum vocibus celebrarunt. Mortuus eſt autem inſignis Chriſti Martyr & athleta menſe Majo, die menſis vigeſimo quarto, eoque ſabbatho.

Tandem moritur in cruce Meletius.

B

λέγουσα· Δεῦρο, ἀνάβαινε, ἀθλητά μου Μελέτιε, εἰς τὰ ταμεῖα τοῦ παραδείσου, καὶ εἰς τὸν χόρον τῶν ἐκλεκτῶν μου Ἀγγέλων, εἰς τὴν Σιωδομὴν πάντων τῶν δικαίων μου. Ἰδοὺ γὰρ ἵστανται πάντες οἱ ἅγιοί μου, προσδοκῶντές σε, κρατοῦντες τὰ βραβεῖα· ὡς γὰρ ἐποίησάς μου τὸ θέλημα ἐπὶ τῆς γῆς, δώσω σοι ἐν τοῖς οὐρανοῖς τὰ αἰτήματά σου· καὶ ὅσις ἂν μνησθῇ τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ, τῆς δόξης καὶ τοῦ ὀνόματος Μελέτιου, ῥυσθήσεται ἀπὸ πάσης τῆς ἀνάγκης καὶ κινδύνων μεγάλων. Μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τὸν Κύριον λαλοῦντα, κατῆλθον Ἄγγελοι ἐκ τῶν οὐρανῶν μετὰ νεφέλης καὶ ὕμνων μεγάλων, δοξάζοντες τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ παρέλαβον τὴν ψυχὴν τοῦ ἀθλητοῦ καὶ θεράποντος τοῦ Χριστοῦ Μελετίου. Ἀνέφερον σὺν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ὡσεὶ περιστερὰν λευκὴν ἀναπτᾶσαν· καὶ ἐδόξαζον οἱ Χριστιανοὶ τὴν δόξαν τοῦ ἀθλητοῦ Μελετίου ἐδόξασαν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸν ἅγιον πνεῦμα. Ἐτελειώθη δὲ ὁ ἀθλητὴς τοῦ Χριστοῦ καὶ μάρτυς ἐκλεκτὸς, μηνὶ Μαΐῳ εἰκάδι τετάρτῃ, ἡμέρᾳ Σαββάτῳ. D E

CAPUT XI.

Extrema cataſtrophe de ſublato ab Angelis Meletii corpore, percuſſo divinitus Maximo, perſecutione à Chriſtianis in Gentiles converſa.

Corpus martyris ab Angelis ſublatum,

76 CUm viſu ipſo percepiſſet Tyrannus neminem athletæ Chriſti Meletio appropinquare aulum, qui non eodem tempore funeſtas morte ſua pœnas dederit; convocata, poſt ejus ex hac vita diſceſſum, gentilium multitudine; quid, dixit, Meletii tandem corpore faciemus? At gentiles, cum admirandam Dei & S. Meletii gloriam ſuis ipſi oculis perſpexiſſent, nihil Maximo dedere reſponſi. Tunc ipſe à cacodæmone incitatus, Meletii cadaver duas in partes ſcindi, quarum quæ in corpore humano eſt infima ad uſque pedes, in ignem conjici & exuri, alteram in arbore ſuſpenſam, ut à volucribus comederetur, mandavit relinqui. Verum Angelus Domini è cælo adveniens, S. Martyris corpus è ligno depoſitum abſtulit: quapropter metu non mediocri tam Maximus, quam qui cum Maximo erant Gentiles, correpti, magna cum trepidatione è ſupplicii loco ad ſua diſceſſere. Sacrum porro Meletii corpus ad montem eum fuit delatum, in quo reliquæ ejus copiæ mortem fortiter pro Chriſto exceperant. Angelus quoque Domini, ſub ſpecie humana deliteſcens, Chriſtianis iſtius urbis incolis, quo loco repoſitum eſſet S. Meletii corpus, ſignificavit.

C

ſepelitur à Chriſtianis,

77 Itaque loculum ſecum aſportantes ex ebore confectum, & pretioſam chlamydem, nec non thymiamata & unguenta, ſimul atque ad demonſtratum ſibi locum pervenerunt, parvam quamdam obſervarunt nubeculam, quæ S. Meletii corpus umbra ſua complectebatur. Quare; Ergo, inquiebant, pergamus, ubi nubecula illa præter morem nobis conſpicitur: Angelus quippe Domini, viam illis, qua pergerent, indicabat. Poſtquam vero ulterius ad ipſum fere in quo nubecula apparuerat locum pervenere, divino Chriſti nutu, quæcumque eum texerant nubes diſparuerunt, & ipſum mox corpus Martyris apparuit, inſtar unionis refulgens. Ad quod ut acceſſere propius, viſi eis ſunt tres leones, adſtantes ei, un-

Ἰδὼν δὲ ὁ ἄνομος Μάξιμος, ὅτι ὅσοι προσῆλθον τῷ ἀθλητῇ τοῦ Χριστοῦ Μελετίῳ ὅλοι διεφώνησαν, καὶ ᾠδὴν αὐτὸν ἐδυνήθησαν ποιῆσαι· ἐκέλευσεν μετὰ τὸ τελειωθῆναι τὸν ἀθλητὴν τοῦ Χριστοῦ Μελέτιον σιωπχθῆναι τοὺς περὶ αὐτὸν ἕλληνας, καὶ λέγει αὐτοῖς· Τί ποιήσωμεν τὸ σῶμα αὐτοῦ; Οἱ δὲ ἕλληνες, ἰδόντες τὴν δόξαν τὴν γενομένην αὐτῷ, οὐδὲν ἐλάλησεν. Ὁ δὲ Μάξιμος ὑποβληθεὶς ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ἀπὸ τῆς ζώνης μέσον εἶπεν κοπῆναι τὸ λείψανον, καὶ πυρὰν μεγάλην γενέσθαι, καὶ τὸ ἥμισυ κατὰ τοὺς πόδας καῆναι, τὸ δὲ ἄλλο ἥμισυ ἐν τῷ δένδρῳ τῆς πεύκης κρεμασθῆναι, ἵνα τὰ ὀρνέα αὐτὸ φάγωνται. Ἄγγελος δὲ Κυρίου καταβὰς ἐκ τῶν ὑρανῶν, κατῴκησεν τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς πεύκης. Ὁ δὲ Μάξιμος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἕλληνες φόβῳ συσχεθέντες, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν μετ' ἀνάγκης πολλῆς. Ἀπωλέχθη δὲ τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Μελετίου ἐν τῷ ὄρει, ὅπου ἐτελειώθη ὁ ὅχλος αὐτοῦ. Ἄγγελος δὲ Κυρίου νυκτὸς ἐφάνη τοῖς Χριστιανοῖς ἐν τῇ πόλει, ὡς ἄνθρωπος, λέγων αὐτοῖς, ὅπου ἴδωσι τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Μελετίου.

F

Λαβόντες οὖν οἱ Χριστιανοὶ γλωσσόκομον ἐλεφαντουργηθέντα, καὶ ἱματισμὸν πολυτελῆ ὑποφέροντες σὺν θυμιάμασι καὶ μύροις, ἀπερχόμενοι θεωροῦσιν νεφέλην μικρὰν ἐν τῷ τόπῳ, ὑποσκιάζουσαν τὸν λείψανον τοῦ μακαρίου ἀθλητοῦ Μελετίου· καὶ λέγουσιν οἱ ἄνδρες πρὸς ἀλλήλους· Ὅπου ἡ νεφέλη ἐστὶν, ἐκεῖ ἀπέλθωμεν. Ἄγγελος γὰρ Κυρίου ἦν ὁ ὁδηγῶν αὐτούς. Ἀπελθόντες δὲ ἕως τοῦ τόπου βληθῆναι Χριστοῦ ὑπεχώρησεν αἱ νεφέλαι, καὶ ἴδον τὸ σῶμα αὐτοῦ, ὅτι ὡς μαργαρίτης, ἤστραπεν. Ἐγγίσαντες δὲ πλησίον τοῦ λειψάνου τοῦ ἁγίου Μάρτυρος, ἴδον τρεῖς λέοντας παρεσταμένους αὐτῷ, ἐφοβήθησαν δὲ σφόδρα. Οἱ δὲ λέοντες

A λέοντες ὑπεχώρησαν αὐτοῖς μικρὸν, τοῖς δὲ ὄνυξιν αὐτῶν ἑσκαπτον τὴν γῆν τοῦ χῶσαι τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου Μάρτυρος. Ἐγγισάντων δὲ τῶν ἀνδρῶν τῷ λειψάνῳ ἐκύκλωσεν αὐτοὺς ἡ νεφέλη, ἵνα, ἐάν τις ἐλθὼν ἀλλότριος, μὴ θεάσηται τοὺς ἄνδρας ἢ τὸ ὡς τίθεται τὸ λείψανον ὑπ' ἁγίου Μελετίου. Εὑρόντες οὖν οἱ ἄνδρες γλωσσόκομον ἄλλο μικρὸν ἐν τῷ τόπῳ, ἔδωκαν τὸ καυθὲν μέλος τῇ γῇ σὺν τῷ γλωσσοκόμῳ, σὺν μύροις καὶ θυμιάμασι, μετὰ χαρᾶς σφραγίσαντες αὐτὸ, καὶ εὐχαριστήσαντες τῷ Χριστῷ· τὸ δὲ ἄλλο ἥμισυ αὐτοῦ ἀμφιάσαντες ἱματισμῷ πολυτίμῳ, καὶ μύροις καὶ θυμιάμασι πλησάντες, ἔθεντο ἐν τῷ ἄλλῳ γλωσσοκόμῳ τῷ ἐλεφαντουργημένῳ· καὶ σπεύσαντες οἱ ἄνδρες καὶ ὀρύξαντες κατέθεντο ἐν τῷ ὄρει. Οἱ δὲ ἄνδρες οἱ Χριστιανοὶ, μετὰ πολλοῦ φόβου καὶ χαρᾶς εὐλογήσαντες τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἀνεχώρησεν μετ' εἰρήνης.

Καὶ μετὰ τρίτην ἡμέραν ἔπεμψεν ὁ ἄνομος Μάξιμος τοὺς μιερεῖς καὶ φανεροὺς ἕλληνας αὐτοῦ, ἰδεῖν ἐν τῷ δένδρῳ εἰ ἀνάλωσεν αὐτὸν τὰ ὀρνέα. Ἀπελθοῦντες οὖν οἱ μιερεῖς καὶ ἕλληνες οὐδὲν εὗρον τῶν
B καυθέντων μελῶν, οὐδὲ τὸ ἐν τῷ δένδρῳ κρεμάμενον λείψανον τοῦ Ἁγίου, ἀλλὰ μόνον ξηρὸν τὸ αὐτὸ δένδρον ἐωράκασιν. Μανίᾳ δὲ πολλῇ φερόμενοι ἔκαυσαν αὐτὸ τὸ δένδρον ἕως τέφρας, ἵνα μὴ καὶ αὐτὸ ἁρπάσωσιν οἱ Χριστιανοί. Καὶ ἀπελθόντες ἀνήγγειλαν τῷ Μαξίμῳ, ὅτι οὔτε τὸ σῶμα αὐτοῦ, οὔτε τὸ ὀστέον εὑρομεν, οὔτε τῶν καυθέντων, οὔτε ὁ τόπος ἕως καύσεως αὐτοῦ ὁρᾶται, εἰ μὴ μόνον ἕως τέφρας τὸ δένδρον ξηρὸν εὑρόντες, κόψαντες ἐκαύσαμεν αὐτὸ, ἵνα μὴ οἱ Χριστιανοὶ χάρωσιν ἐν τῷ ξύλῳ. Ὁ δὲ Μάξιμος ἀκούσας ταῦτα, καὶ ἐμμανὴς γενόμενος περιέσχισεν τὸν ἑαυτοῦ χιτῶνα, θρηνήσας διὰ τοὺς μιερεῖς καὶ ἕλληνας· ἵνα δὲ θεραπεύσῃ αὐτοὺς ἔφην· Καλῶς ἐποιήσατε, φίλοι τῶν θεῶν, ὅτι καὶ τὸ ξύλον ἐκαύσατε. Καὶ πέμψας εἰς τὸν τόπον βοήθειαν, εἶπεν· Πᾶσαν τὴν ὕλην καύσατε, ἕως οὗ εὕρητε τὸ λείψανον αὐτοῦ· διαλιχάπεις δὲ μεγάλως ὁ Μάξιμος ἠσύχασεν. Ἀπελθόντες δὲ ὤρυξαν πάσην τὴν ὕλην, καὶ εὗρον οὐδὲν, καὶ πάλιν ὑποστρέψαντες ἀνήγγειλαν τῷ Μαξίμῳ, ὅτι οὐδαμοῦ εὕρομεν τὸ λείψανον αὐτοῦ. Καὶ ὅτως ἀνέχωρησεν ἐκ τῆς ὕλης Κανδοκορέων,
C καὶ κατελθὼν εἰς τὴν πόλιν ἐκαυχᾶτο πρὸς τοὺς ἕλληνας, ὅτι ἀνεῖλεν τὰ Μάρτυρα τοῦ Χριστοῦ Μελέτιον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ.

Καὶ πέμψας ἐπάνω τῆς πόλεως εἰς τὴν ὕλην τὴν λεγομένην τῶν Κορομῶν, ἐκέλευσεν κατενεχθῆναι τὸν Ἐπίσκοπον Δικάσιον ἐκ τοῦ σπηλαίου, καὶ τὸ σπήλαιον αὐτοῦ γραφῆναι· ἦν γὰρ ἐν σπηλαίῳ οἰκῶν, διὰ τὸ ὀλίγους Χριστιανοὺς εἶναι τότε. Ἀχθέντος δὲ τοῦ Ἐπισκόπου ἵνα κριθῇ ὑπ' αὐτοῦ, λέγει ὁ Μάξιμος· Σὺ εἶ ὁ μὴ ἀποστέλλων πάντας, ἀλλὰ κωλύων θύειν τοῖς θεοῖς; Ὁ δὲ Ἐπίσκοπος Δικάσιος ἔμβλεψεν σιωπῶν, καὶ ἀτενίζων εἰς τὸν οὐρανόν· ἤδει γὰρ τὴν δύναμιν τὴν μεγάλην τὴν μέλλουσαν γίνεσθαι, ὥσπερ εἶδεν ὁ ἐκλεκτὸς τοῦ Θεοῦ Μελέτιος. Καὶ λέγει ὁ Μάξιμος πρὸς ἑαυτόν· Οὕτος προσπεσεῖν θέλει τοῖς θεοῖς διὰ τοῦτο σιωπᾷ· οὐκ ἤδει δὲ ὁ ἄνομος Μάξιμος, τὸ τί ἐκδέχεται ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ Ἐπίσκοπος. Καὶ κελεύει ὁ ἄνομος τοῖς στρατιώταις αὐτοῦ λέγων· Ἀποδύσατε τὸν Ἐπίσκοπον Δικάσιον, καὶ ξήνατε αὐτὸν ἀπὸ βραχίων, καὶ τύπτετε αὐτὸν, ἕως οὗ προσπέσῃ τοῖς θεοῖς, ἔμπροσθεν τοῦ πραιτωρίου αὐτοῦ. Λεγέ δὲ πάλιν ὁ Μάξιμος τοῖς στρατιώταις αὐτοῦ· Ἕως οὗ θρέψω τοὺς φίλους μου ἐν τῷ ἀρίστῳ, τύπτετε αὐτόν.

de etiam, magno terrore fuerunt completi. At leones, relicto exiguo ſpatio intermedio, terram unguibus cœperunt effodere, ut Martyris ibi corpus ſepeliretur. Jamque propiores ſacro cadaveri fiebant Chriſtiani, cum dicta eos nubecula repente circumſepſit, ne, ſi quis forte non Chriſtianus iſtuc adveniret, aut ipſos qui Meletio ſepeliendo detinebantur, aut locum in quo ſepeliebatur detegeret. Cumque deinde cuncta luſtrantes, loculum quemdam exiguum reperiſſent, in ipſo eam corporis Meletii partem repoſuerunt, quæ juſſu Tyranni flammis fuerat exuſta: atque hæc omnia unguentis & thymiamate condita, terræ ibidem mandarunt, cum gaudio ſacrum Chriſti ſignum venerandis reliquiis imprimentes, & debitas Chriſto reddentes gratiarum actiones. Aſt alteram ſanctiſſimi corporis partem, veſti pretioſiſſimæ involutam, & unguentis ac thymiamate ſuffartam, in alio loculo eburneo repoſitam, eodem in monte, magna cum feſtinatione telluri defoſſam ſepelierunt. Quod ubi perfecere, metu ſimul & gaudio repleti, benedixerunt Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, atque ad propria quiſque deinde in pace regreſſus eſt.

EX MS. FLORENT.

in duobus loculis:

78 Tertio poſt die idolorum ſacerdotes, & præcipui gentilium, à Tyranno miſſi fuerunt, ut viderent, num à volucribus conſumptum jam eſſet Meletii cadaver. At illi ut locum ſupplicii attigerunt, è membris viri ſancti exuſtis nullum omnino repererunt, ſed nec eam corporis ejus partem quæ ſuſpenſa in arbore permanſerat, verum pinum tantummodo, eamque arefactam. Quamobrem ſupra modum irati, dictam arborem, ne illam quoque Chriſtiani religionis ergo auferrent, igne exuſſerunt. Ad Maximum deinde reverſi nuntiarunt, nec corpus, nec corporis os, aut membrum ullum, ex iis quoque quæ igni ſuperfuerant, nec ipſius denique ignis veſtigium reperiri: pinum ſe vidiſſe ſolam, ſucco exhauſto aridam; & ne Chriſtiani ea furtim ablata gauderent, flammis à ſe traditam. Auditis quæ dicebantur, Maximus furore intaniens, tum ſuas ipſe laceravit veſtes cum vehementer planxit, ſacerdotum & gentilium cauſa: quos ut magis deliniret; Rem, dixit, præclaram feciſtis, deorum noſtrorum amici & cultores egregii, quod nefandam arborem igni traditam abſumpſeritis. Miſſis etiam militibus univerſam flammis ſilvam cremari voluit, donec Meletii cadaver alicubi detegeretur. Magno itaque pudore affectus Tyrannus, continere ſe tandem eſt coactus: ſilvam autem ſatellites ingreſſi, univerſam everterunt, ne minima quidem reliquiarum Meletii parte inventa. Quem conatũ ſuum fruſtraneum Maximo ut nuntiarent, ſunt reverſi. Re intellecta in urbem ſe Tyrannus, ſilva Candacoreorum relicta, retulit; & apud Gentiles multũ gloriatus eſt, quod Martyrem Chriſti Meletium mori tandem coegiſſet, cum iis omnibus qui eamdem cum ipſo fidem profitebantur.

etiam poſt totam ſilvam excuſſam,

E

Maximus, eo non reperto

79 Poſthæc in ſylvam Coromorum civitati imminentem homines immittit, qui Dicaſium Chriſtianorum Epiſcopum è ſpecu ſua extraherent, ſpecumque ipſam everterent: propterea namque quod pauci admodum ea tempeſtate numerarentur Chriſtiani, in deſertum ſpelæum vir ſanctus ſe receperat. Pertracto ad tribunal Epiſcopo, ita dixit Tyrannus; Tune es per quem ſtat quo minus omnes in lucem trahantur Chriſtiani, quique impedis ne diis noſtris omnes ſacrificent? Quibus Tyranni verbis nihil omnino reſpondens Dicaſius Epiſcopus, oculos modo in cælum habebat intentos: vindictam ſiquidem divinam brevi adfuturam, & ab electo Dei famulo Meletio jam ante prænuntiatam, mentis oculis proſpiciebat. Ira vero apud animum ſuum ſtatuebat Maximus; Homo iſte deorum noſtrorum cultum procul-

jubet comprehendi Dicaſium Epiſcopum

EX MS. FLORENT.

dubio ſuſcipiet, ac propterea ſilens ſecum ipſe deliberat: non enim quid è cælo inſignis expectaret Epiſcopus, intelligere valebat Tyrannus. Militibus deinde ſuis imperat, ut exutum veſtibus ad uſque femoralia Epiſcopum flagris tam diu excipiant, donec diis ante prætorium ſuum conſtitutis ſacrificare in animum inducat: atque iterum; Quanto, inquit, tempore amicos hoſce meos menſa geniali excipiam, vos hominem iſtum verberibus excipite.

interim in convivio multa jactans,

80 Abeunte itaque illo ad epulas, & convivis ac percuſſoribus athletæ Chriſti Meletii pariter idolothyta avide veſcentibus, injectus præcipue eſt de Apolline ſermo, Tyranno ipſo auctore, qui vana demum ſuperbia elatus cum ſuis ſacrificulis hæc inſolenter jactabat; Nonne Deum Joannis, Stephani, & Meletii egregie vicimus? Profecto manibus illos meis eripere nullo pacto valuit. Quin & luce craſtina in animo mihi eſt, reliquis etiam qui in ipſum credunt oſtendere, quam inſuperabilis ſit deorum noſtrorum potentia. Veſtibus interea ſpoliatus Dicaſius Epiſcopus, manus in cælum tendere, cum gemitu in lacrymas prorumpere, & ſic Deum orare inſtituit; Domine, tu ille es qui invocantes te ſoles ſalvare, qui decies mille ducentas quinquaginta animas,
B cum mulieribus pariter & pueris, & ſervis tuis electis, Meletio, Joanne, & Stephano pulchra corona donaſti, ne quæſo ſinas gloriæ tuæ maculam inferri ab impiis iſtis & impuris ſuibus. Talibus cum precaretur, & corpus ſuum omne venerando Chriſti ſigno muniret, vocem ſibi è cælo hæc dicentem percepit; Macte animo; Dicaſi; ita ut qui prope ipſum erant milites pavore corriperentur.

divinitus percutitur:

81 Epulantibus autem impiis ſacrificulis & impuro Maximo, ac inania multa jactantibus, derepente motu magno ſolum eſt concuſſum; viſaque è cælis deſcendere romphæa, quam brevi adfore electus à Deo Meletius jam ante prædixerat. Hæc Maximum & quotquot cum eo interfuerunt epulis percuſſit, oſtenditque palam omnibus Deus Chriſtianorum altiſſimus & inviſibilis, quod præter ipſum non ſit Deus alius, nec porro ſit futurus. Magno deinde exorto tumultu, cuncta quæ in Tyranni prætorio erecta erant idolorum ſimulacra in ſolum dejecta, & comminuta ſunt. Multitudo autem tam Chriſtianorum, quam Græcorum, in unum cum conveniſſet; & impios deorum cultores, Maximum ejuſque aſſeclas in terram proſtratos, & à divina romphæa miſere
C percuſſos, ipſoſque etiam in fruſta comminutos deos vidiſſent; ſublatis pariter in altum manibus, Chriſtiani & Gentiles, voce una eademq; hanc in cælum tulerunt

convertuntur ad cædis ſpectaculum Gentiles:

confeſſionem; Veriſſime, tu Deus es, Deus Meletii, Ioannis, & Stephani, nec non & noſtrum omnium: qui es, & ante omnia fuiſti: qui tuum in cælis thronum occupas, & filiis hominum mirabilia tua cum viſum fuerit, oſtendis; quoniam tu es Deus noſter vivens in ſecula, nec Deus eſt præter te ullus. Tu quippe verbo tuo omnia ut eſſent feciſti, nec paſſus es gratum diabolo de nobis exhiberi ſpectaculum. Gentiles namque etiam ipſi in fidem Chriſti conſenſerunt, Deumque altiſſimum glorificarunt, cui eſt honor in ſecula. Amen. Prorumpens etiam vindex è nube ignis, Imperatorem Antoninum, in Ægypto tunc verſantem, extinxit.

Leo Princeps ſupervenit:

82 Ipſo illo tempore Princeps ſucceſſit alius, cui Leoni nomen, qui canis inſtar rabidi, aut leonis contra feram frementis, vel mugientis tauri, aut aquilæ in prædam intentæ, vel denique ſibilantis in morem draconis, Maximum ducem inveſtigabat, ut peſſime hominem perderet. In Maximi igitur prætorium ut primum irrupit, Dicaſium ibidem, nudum & ad verbera excipienda paratum offendit, & qui homo eſſet, quæſivit. Cui Dicaſius Epiſcopus; Ego, reſpondit,

Ἐλθόντος δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ἄριστον, καὶ ἀριστούντων τὰ μυαρόθυλα, μελὰ τῶν τυπτησάντων τὸν μακάριον Μάξυμα καὶ ἀθλητὴν τοῦ Χριστοῦ Μελέτιον, τάοστων ὁ Μάξιμος ὁμιλίας ἀπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ ζωὴ τοῖς μιερεῦσιν αὐτοῦ καυχώμυνος, ὅτως ἔλεγεν· Μὴ Θεὸν Ἰωάννυ καὶ Στεφάνυ καὶ Μελέτίυ ἐνικήσαμυς; μὴ ἐδυνήθη ἐξελέσθαι αὐτοὺς ἐκ τῶν χειρῶν μυ, δείξω δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπὶ τλὴ αὔριον τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, τλὴ τῶν θεῶν ἡμῶν δυνάμιν ἀνίκητον οὖσαν. Γυμνωθεὶς δὲ ὁ Ἐπίσκοπος Δικάσιος καὶ ἀνατείνας τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ σενάξας πικρῶς καὶ ἐκχέας δάκρυα ἐπὶ τλὴ γλῆ, εἶπεν πρὸς τὸν Θεὸν ὅτως· Κύριε σὺ εἶ ὁ σώζων τοὺς ἐλπικαλυμμύς σε, σὺ εἶ ὁ σέψας ψυχὰς χριστιανῶν μυρίας χιλιάδας διακοσίας πενήκοντα, σὺν γυναιξὶ καὶ παιδίοις, καὶ σὺν τοῖς ἐκλεκτοῖς συ καὶ θεράπυσι Μελετίῳ καὶ Ἰωάννῃ καὶ Στεφάνῳ, μὴ ἐάσῃ με ἡ δόξα συ μιανθλῶναι ὑπὸ χοίρων ἀσεβῶν. Καὶ ἐπόνησε αὐτοῦ ταῦτα, καὶ ποιήσαντι τλὴ ἐν Χριστῷ σφραγίδα περὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ὅλυ, ἦλθεν αὐτῷ φωνὴ ἐξ οὐρανῶν λέγυσα ὅτως· Θάρσει, Δικάσιε, ὅτε τοὺς πέντε χιλιάδας ἐγγὺς αὐτοῦ ἀναμβηθλῶναι.

